...tinsidiator, de ...ndato interro... minimum ob ... enim debet iu... e maiore iusti... minorē com...

...quæsumus ... populo ... re cōtagi... pura mente ... dominum.

...secūda. ... Lectio prima.

Fuit autem Abigail ad Nabal, ⁊ ecce erat ei conuiuium in domo ei⁹ quasi conuiuium regis, ⁊ cor Nabal iucundū, erat enim ebrius nimis: ⁊ non indicauit ei verbum pusillum aut grande vsque mane. Diluculo autem quum digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc, ⁊ emortuum est cor eius intrinsecus, ⁊ factus est quasi lapis. Cūq; pertrāsissent decē dies, percussit dñs Nabal, ⁊ mortuus est. Quod quum audisset Dauid mortuū Nabal, ait: Benedictus dñs qui iudicauit causam opprobrii mei de manu Nabal, ⁊ seruum suū custodiuit a malo, ⁊ malitiam Nabal reddidit dñs in caput eius.

...telligi... nunquid ... vestrę nō sen... se esse confusas? ... enis est en... consolatio qui in seipso ... est, quod ab aliis ignoratur. ... terrogauit ... vnus ... is legis doctor ... Magister, ... ma... gnum in reg... vocat, cuius non ...

...tem ⁊ accensibilē ignem, ⁊ turbinem, ⁊ caliginem, ⁊ procellam, ⁊ tubæ sonū, ⁊ vocem verborum. (quā qui audierunt, excusauerunt se ne eis fieret verbū. Non enim portabāt, quod dicebatur. Et si bestia tetigerit montē lapidabitur. Et ita terribile erat, quod videbatur. Moyses dixit: Exterritus sum, ⁊ tremebundus.) Sed accessistis ad Sion montem, ⁊ ciuitatē dei viuentis Jerusalem cęlestem, ⁊ multorū millium angelorum frequentiam, ⁊ ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cœlis, ⁊ iudicem omnium deum, ⁊ spiritus iustorū perfectorum, ⁊ testamenti noui mediatorem Jesum, ⁊ sanguinis aspersionem melius loquentē quam Abel. Uidete ne recusetis loquētem. Si enim illi nō effugerūt recusantes eum qui super terram loquebatur, multo magis nos qui de cœlis loquentem nobis auertimus, cuius vox mouit terram tunc, nunc autem repromittit, dicens: Adhuc semel, ⁊ ego moueбо non solum terram, sed ⁊ cœlum. Quod autem adhuc semel dicit, decla...

...vos volo, scien... vt maneant ea quæ sunt, immobilia. Itaque regnum immobile suscipientes, habem⁹ gratiam, per quam seruiamus placētes deo cum metu ⁊ reuerentia. Etenim deus noster, ignis consumens est.

¶ Charitas fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim latuerunt quidam angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum tanquā simul vincti, et laborantium tanquam ⁊ ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnib⁹, ⁊ thorus immaculatus. Fornicatores enim ⁊ adulteros iudicabit deus. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus: ipse enim dixit: Non te deseram, neque derelinquam, ita vt confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Mementote præpositorū vestrorum, qui vobis locuti sunt verbū dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Jesus Christus ⁊ heri ⁊ hodie, ipse ⁊ in secula.

¶ Tertia lectio secundum Matthæum, Capite. 22.

...ite. ⁊ qui duo acceperat, ... lucratus est alia duo. Qui autem vnū acceperat, abiens fodit in terram, ⁊ abscondit pecuniam domini sui. Post multū vero tem... poris ...

...mino, ⁊ congrego ... spar... ... ⁊ veniens ... recep... vtiq; quod ... cum vsura. Tolli...

Egressa ... obis ... eri Dauid suam, ⁊ reuersi venerunt, ⁊ annuntiauerunt ei omnia verba quę dixerat Nabal. Tūc ait Dauid pueris suis: Accingatur vnusquisque gladio suo. ... accincti sunt singuli gladiis suis, accinctus quoq; ⁊ Dauid ense suo: ⁊ secuti sunt Dauid quasi ... genti viri, porro ducenti remanserunt ad sarcinas. Abigail autē vxori Nabal nuntiauit vnus de pueris suis, dicēs: Ecce Dauid misit nuntios de deserto, vt benedicerēt domino nostro, ⁊ auersatus est eos. Homines isti, boni satis fuerunt nobis ⁊ non molesti, nec quicquam aliquando periit omni tēpore quo fuimus conuersati cum eis in deserto pro muro erant nobis tam in nocte quam in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quam ob rem cōsydera ⁊ recogita quid facias, quoniam cōpleta est malitia aduersum virum tuum ⁊ aduer...

...ab eo talentum, ... lasinæ, ... carice ... imposuit per asinos, dixitque ... suis: Præcedite me, ... ego post tergum se... vos, viro autem suo Nabal non indicauit. Cum ergo ascendisset asinum ... descēderet ad radicē ... tis, Dauid ⁊ viri eius descendebant in occursum eius, quibus ⁊ illa ... ait Dauid: ... frustra seruaui omnia quæ huius erant in deserto, ⁊ non periit quicquā de cunctis quæ ad eum pertinebant, ⁊ reddidit mihi malum pro bono. Hæc faciat de⁹ inimicis Dauid, ⁊ hæc addat: Si reliquero de omnibus quę ad ipsum pertinent vsq; ad mane mingētem ad parietem.

¶ Ex epistola Pauli ad Hebræos, Cap. 12. Lectio secunda.

Ideoq; ⁊ nos tantam habentes impositam nubem testium deponētes omne pōdus, ⁊ circūstans nos peccatum, per patien...

H 4

Dominica. 16. post penteco.

406

Dominica. 16. post pentecost.

Feria. 3. dñicæ. 16. post Penteco. 408

Penè in sanguine, secundū legem mundantur, ⁊ sine sanguinis effusione nō fit remissio.

¶ Feria. 3. et prim. ... Re. Lectio pri...

... Saul ... Dauid ... latus esset: ... dissimulauit exi... Morabatur aūt Dauid in deserto in locis firmissimis, mansitq; in mōte solitudinis Ziph, in mōte opaco: quærebat eū tamē Saul cūctis diebus, ⁊ nō tradidit eum dominus in manus eius. Et vidit Dauid ꝙ egressus esset Saul vt quæreret animā eius. ... Dauid erat in deser... in sylua. Et sur... ... Sa... ul, ⁊ ... syluā, ⁊ confortau... ... eius ... dixitque ... Ne ti... ... inueniet te ...

...dauit ... in locis tutissimis syluæ, in colle Hachilę, quæ est ad dexterā deserti? Nunc ergo sicut desiderauit anima tua vt descenderes, descende: nostrum autem erit, vt tradamus eum in manus regis. Dixitq; Saul: Benedicti vos a Domino, quia doluistis vicē meam. Abite ergo, oro ⁊ diligenti⁹ præparate, ⁊ curiosius agite ⁊ cōsiderate locū, vbi sit pes eius, vel q̄s viderit eum ibi, recogitat em̄ de me, quod callide insidier ei. Considerate, ⁊ videte omnia latibula eius, in quibus abscōdit, ⁊ reuertimini ad me ad rē certā vt vadam vobiscū, quod si etiam in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Juda.

¶ Ex epistola Pauli ad Hebræos. Lectio. 2.

Necesse est ergo exēplaria quidem cœlestium his mundari, ipsa autē cœlestia, melioribus hostiis quā istis. Non enim in manufacta sancta Jesus introiuit exēplaria verorum: sed in ipsum cœlum, vt appareat nūc vultui dei pro nobis. Neque vt sæpe offerat semetipsum, quemadmodū pon...

Feria. 2. dñicæ. 16. post pentecost.

qua vrna aurea habens manna, ⁊ virga Aaron quæ fronduerat, ⁊ tabulę testamenti, superq; eā erant Cherubim gloriæ, obumbrantia propitiatorium: de quib⁹ nō est modo dicendū per singula. His vero ita cōpositis, in priori quidē tabernaculo semp introibāt sacerdotes sacrificiorū officia cōsummantes: in secūdo aūt semel in anno, solus pontifex nō sine sanguine quē offerret pro sua ⁊ populi ignorātia: hoc significāte spiritu sancto: nondū propalatā esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habēte statū, quę parabola est tēporis instātis: iuxta quā munera ⁊ hostiæ offerūtur, quę nō possunt iuxta consciētiam perfectum facere seruientē, solummodo in cibis ⁊ in potibus, ⁊ in variis baptismatibus, ⁊ iustitiis carnis, vsq; ad tēpus correctionis impositis. Christ⁹ aūt assistēs pontifex futurorū bonorū, per amplius ⁊ perfectius tabernaculū nō manufactū, id est, non huius creatiōis, neq; per sanguinē hircorū, aut vitulorū, sed per proprium sanguinē introiuit in sancta, ęterna redēptione in...

uenta, si em̄ sanguis hircorū ⁊ taurorū, ⁊ cinis vitulę aspersus, inquinatos sanctificat ad emūdationē carnis: quāto magis sanguis Christi qui per spiritum sanctū, semetipsum obtulit immaculatū deo, emūdauit consciētiam nostrā ab operibus mortuis ad seruiēdum deo viuenti? Et ideo noui testamēti mediator est, vt morte intercedēte, in redemptionem earum pręuaricationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, ęternæ hęreditatis. Ubi enim testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatū est, alioquin nondū valet, dum viuit qui testatus est. Unde nec primum quidē sine sanguine dedicatū est. Lecto enim oī mandato legis a Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinē vitulorū, ⁊ hircorum, cū aqua ⁊ lana coccinea ⁊ hyssopo ipsum quoq; librū, ⁊ omnē populū aspersit dicēs: Hic sanguis testamēti qd̄ mandauit ad vos deus. Etiam tabernaculū ⁊ omnia vasa ministerii, sanguine similiter aspersit. Et omnia

Feria. 4. Dñicæ. 15. post P...

cuius locus Dauid. Dixitq; Saul ad Jonathā filium suū: Quare nō venit filius Jsai, nec heri nec hodie ad vescendum? Responditque Jonathas Sauli: Rogauit me obnixe, vt iret in Bethlehem, ⁊ ait: Dimitte me quoniam sacrificiū solēne est in ciuitate, vnus de fratribus meis accersiuit me: nūc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, vadā cito ⁊ videbo fratres meos: ob hanc caussam non venit ad mēsam regis. Jratus aūt Saul aduersum Jonathā dixit ei: Fili mulieris virū vltro rapientis nunquid ignoro quia diligis filiū Jsai in confusionē tuā, ⁊ in cōfusionē ignominiosę matris tuæ? Omnibus enim dieb⁹ qui bus filius Jsai vixerit super terrā, non stabilieris tu, neq; regnū tuū, itaq; iam nunc mitte, ⁊ adduc eum ad me, quia fili⁹ mortis est. Respondens autē Jonathas Sauli patri suo ait: Quare morietur? quid fecit? Et arripuit Saul lanceam, vt percuteret eum. Et intellexit Jonathas, ꝙ definitum esset a patre suo vt interficeret Dauid.

¶ Ex Epistola Pauli ad Hebræos. Lectio secunda.

Ti... tation... quiē ei... quis e... nim ... quēa... p ro... nō ... aud... en... mu... si... m... ab ... fectis... dam loco de ... sic: Et requieuit ... prima ab oibus op... suis. Et in isto rursum: ... introibunt in requiem ... am. Quoniā ergo superest introire quosdā in illā, ... ii quibus prioribus annū tiatū est, non introierunt propter incredulitatē: iterum terminat diē quendam ... Dauid dicendo, post ... tantum temporis, sicut ... radictū est: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda ve... stra. Nam si eis ... quiem præst... quam d... post h... linquit... populo... ingressi...

[illegible] sedet. Re[illegible] ... eum qui talem [illegible] a peccatoribus ad[illegible] suum semetipsum cōtra [illegible]tionem, vt ne fatigemi[illegible] mis vestris deficien[illegible] nondū enim vsque ad [illegible]guinem restitistis, ad[illegible] peccatū repugnan[illegible] obliti estis cōsolatio[illegible] quæ vobis tanquam fi[illegible]tur, dicens: Fili [illegible] negligere disciplinam [illegible]mini, neque fatige[illegible] ab eo argu[illegible]. Quem enim diligit domi[illegible] castigat: flagellat au[illegible] omnem filium quem recipit. In disciplina perse[illegible]uerate. Tanquam filiis vo[illegible] offert se deus: quis enim [illegible] filius quem nō corripit pa[illegible]? Quod si extra discipli[illegible] estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo ad[illegible]lteri ⁊ non filii estis. De[illegible] patres quidē carnis [illegible] eruditores habui[illegible], ⁊ reuerebamur eos, [illegible] multo magis obtem[illegible]perabimus patri spirituum ⁊ viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum die-

[illegible] fructum pacatis[illegible] citatis per eam [illegible] stitiæ. Propter quod re[illegible] missas manus, ⁊ soluta ge[illegible] nua erigite, [illegible] gressus re[illegible] ctos facite [illegible] vestris: vt nō cla[illegible] sanguinis er[illegible] ret, magis [illegible] Pacem se[illegible] mini cū om[illegible] nibus ⁊ s[illegible] ctimoniam, si[illegible] ne qua ne[illegible] debit deum [illegible] contemp[illegible] ne quis de[illegible] sit gratiæ dei, ne qua radix amaritudinis sursum ger[illegible] minans impediat, ⁊ per il[illegible] lam inquinentur multi. Ne quis fornicator aut p[illegible] phanus vt Esau, qui pro[illegible] pter vnam escam vendidit primitiua sua: scitote enim quoniam ⁊ postea cupiens hæreditare benedictionē, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentię locum quanquam cū lachrymis inquisisset eam.

¶ Dominica. 17. post Pentecosten. Ex primo Regū. Lectio prima.

Uum autem vidisset Abigail Dauid, festi nauit ⁊ descendit de asino:

hit super terram, ⁊ cecidit ad pedes eius, ⁊ dixit: In me sit domine mi hęc ini-quitas, loquatur obsecro ancilla tua in auribus tuis, ⁊ audi verba famulę tuę. Ne ponat oro dominus me-us rex cor suum super virū istū iniquum Nabal, quia secundū nomen suum stul-tus est, ⁊ stultitia est cū eo: ego autē ancilla tua nō vi-di pueros tuos domine mi, quos misisti. Nunc ergo do-mine mi, viuit dominus, ⁊ viuit anima tua, qui pro-hibuit te ne venires in san-guinem, ⁊ saluauit manū tuam tibi: ⁊ nūc fiāt sicut Nabal inimici tui, ⁊ q̄ quę-runt domino meo malum. Quapropter suscipe bene-dictionem hanc, quā attu-lit ancilla tua tibi domino meo, ⁊ da pueris q̄ sequun-tur te dominū meum. Au-fer iniquitatē famulę tuę: faciens enim faciet domi-nus tibi domino meo do-mum fidelē, quia prelia do-mini domine mi tu prelia-ris: malitia ergo non inue-niatur in te omnibus die-bus vitę tuę. Si enim sur-rexerit aliquādo homo per-sequens te ⁊ quęrens ani-mam tuam, erit anima do-mini mei custodita quasi

ro inimicorū tuorum ani-ma rotabitur, quasi in im-petu ⁊ circulo fundę. Cum ergo fecerit dominus tibi domino meo omnia hęc quę loquutus est bona de te, ⁊ constituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in singultū, ⁊ in scru-pulum cordis dño meo, q̄d effuderis sanguinem inno-xium, aut ipse te vltus fue-ris, ⁊ quum benefecerit do-minus dño meo, recorda-beris ancillę tuę. Et ait Dauid ad Abigail: Bene-dictus dñs deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, ⁊ benedictum elo-quium tuum, ⁊ benedicta tu, quę prohibuisti me ho-die, ne irem ad sanguinem ⁊ vlciscerer me de manu mea. Alioquin viuit dñs deus Israel qui prohibuit me ne malū facerem tibi: nisi cito venisses in occur-sum mihi, non remansisset Nabal vsque ad lucē matu-tinā mingens ad parietē. Suscepit ergo Dauid de manu eius omnia quę at-tulerat ei, dixitque ei: Uade pacifice in domū tuam: ec-ce audiui vocē tuam, ⁊ ho-noraui faciem tuam.

¶ Ex epistola Pauli ad Hebręos. Lectio secun[da].

H

[illegible] ret eam sibi in vxo[rem] ... venerunt pueri [illegible] Abigail in Car[illegible] quuti sunt ad [illegible] Dauid misit no[illegible] accipiat te sibi [illegible] Quæ consurge[illegible] prona in terrā, ⁊ [illegible] Ecce famula tua sit in [illegible] vt [lauet] pedes seru[orum domini] mini mei. Et festi[nauit et] surrexit Abigail [illegible] super asinū, ⁊ qui[nque puel]læ ierunt cū ea, pedisse[quæ] eius, ⁊ sequuta est nun[tios] Dauid, ⁊ facta est illi vxor. Sed ⁊ Achinoam accepit Dauid de Jezrahel, ⁊ fuit vtraque vxor eius. Saul autem dedit Michol filiam suam vxorem Dauid, Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

¶ Ex epistola Pauli ad Hebręos. Lectio secunda.

Doctrinis variis ⁊ peregrinis nolite abduci. Optimum est enim, gratia stabilire cor: non escis quę nō profuerūt ambulantibus in eis. Habemus altare, de quo edere nō habent potestatem qui tabernaculo deseruiūt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificē, horū corpora cremantur extra

[illegible] ... [illegible] sari. Amplius [illegible] cor vos hoc [illegible] lerius restitua[illegible] autem pacis [illegible] mortuis pasto[illegible] ouium in sang[uine] menti æterni, [illegible] Jesum Christ[um] in omni bono, [illegible] eius voluntatē [illegible] vobis quod pla[illegible] se per Jesum [illegible] ... Orate pro no[bis] ... enim non exp[illegible] ciant, ⁊ nō ge[illegible] ri, vt cum gau[dio] ... animabus ve[stris] ... vigilant quasi [illegible] ⁊ subiacete ei[s] ... Obedite prep[ositis] ... [illegible]

Sabbato. 405

[illegible] filio dei, manet sacer[dos] in perpetuum. Intue[mini] autē quātus sit hic, [cui et] decimas dedit de pre[cipuis] Abraham patriar[cha]. Et quidem de filiis [Leui] sacerdotium accipi[entes], mandatum habent [deci]mas sumere a popu[lo se]cundum legem, id est [a fra]tribus suis, quanquā [et ipsi] exierint de lumbis [Abra]hæ. Cuius aūt ge[nerati]o nō annumeratur [in eis], decimas sumpsit ab [Abra]ham, ⁊ hunc qui ha[bebat] repromissiones, be[nedixit]. Sine vlla autem [contra]dictione, q̄d minus [est, a m]eliore benedicitur [Et hic] quidem, decimas [morien]tes homines acci[piunt]: ibi autem contesta[tur quia] viuit. Et (vt ita [dictum] sit) per Abraham, [et Leui] qui decimas acci[pit, deci]matus est: adhuc [enim i]n lūbis patris erat: [quando obu]iauit ei Melchise[dec. Si] ergo consumma[tio per] sacerdotiū Leuiti[cum er]at (populus enim sub [ipso le]gem accepit) quid [adhuc n]ecessariū fuit se[cundum o]rdinem Melchi[sedec al]ium surgere sacer[dotem, e]t nō secundū ordi[nem Aaro]n dici? Translato [enim sace]rdotio, necesse est, [vt et transla]tio legis fiat. In

quo enim hęc dicūtur de a[lia] tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. Manifestum est enim q̄d ex Juda ortus sit dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses loquutus est. Et amplius adhuc manifestū est, si secūdū similitudinē Melchisedec, exurgat alius sacerdos, qui non secundū legē mandati carnalis factus est, sed secundū virtutem vitę insolubilis. Contestatur enim. Quoniam tu es sacerdos in ęternū, secundū ordinem Melchisedec. Reprobatio quidem fit præcedētis mandati: propter infirmitatem eius, ⁊ inutilitatē nihil enim ad perfectū adduxit lex, introductio vero melioris spei, per quā proximamus ad deū. Et quantū est non sine iureiurādo (alii quidē sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic aūt cū iureiurando per eū qui dixit ad illū, Jurauit dominus, ⁊ non pœnitebit eū, tu es sacerdos in ęternū) in tantum melioris testamenti sponsor factus est Jesus.

¶ Dominica decimaseptima post Pentecosten. Ex. I. Regum. Lectio prima.

Misit ergo rex ad accersendū Achime[lech]

E 5

Dominica. 16. post pentecosten.

propitius ero iniquitatibus eorū; ⁊ peccatorū eorum iam non memorabor. Dicendo autē nouū veterauit prius. Quod autē antiquatur ⁊ senescit, prope interitum est.

¶ Tertia lectio secundū Lucam. Cap. 14.

In illo tempore. Cū intraret Jesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum, sabbato manducare panem, et ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reliqua.

¶ Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

Curatur hydropicus in quo fluxus carnis, exuberans animę grauabat officia: spiritus extinguebat ardorem, deinde docetur humilitas, dū in illo conuiuio nuptiali appetētia loci superioris arcetur. Clementer tamen vt persuasionis humilitas asperitatē coertionis excluderet, ratio perficeret ad persuasionis effectum ⁊ correctio emundaret effectum. Huic quasi proximo lumine humanitatis copulatur. Quæ ita dominicę sententię diffinitione distinguitur, si in pauperes ⁊ debiles conferatur. Nam hospitalem esse remuneraturis affectus auaritiæ est. Postremo quasi emeritę militię viro contemnendarū stipendium prescribitur facultatum, quod neque ille qui studiis intentus inferioribus possessiones sibi terrenas coemit, regnū cœlorum possit adipisci, cum dominus dicat: Uende omnia tua, et sequere me. Jmpio quippe sitire est huius mundi bona concupiscere. Unde ⁊ redemptor intra pharisęi domū hydropicū curat, ⁊ cū contra auaritiam disputaret scriptū est. Audiebāt autem hęc omnia pharisæi qui erant auari ⁊ deridebant illum. Quid ergo est q̄ intra Pharisęi domū hydropicus curatur? nisi quod per egritudinem corporis, in altero exprimitur egritudo cordis

Oratio.

Tua nos q̄s domine gratia semper ⁊ præueniat ⁊ sequatur, ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos: per.

¶ Feria secunda. Ex primo libro Regum. Ca. 23. Lectio prima.

Et annuntiauerunt Dauid, dicētes: Ecce Philisthiim oppugnant Ceilam ⁊ diripiunt

Feria. 5. dñicę. 15. post. Penteco[sten].

ter me ⁊ te ⁊ inter semen tuum, ⁊ semen meum vsque in sempiternum. Et surrexit Dauid ⁊ abiit: sed ⁊ Jonathas ingressus est ciuitatem.

¶ Uenit autem Dauid in Nobe ad Achimelech sacerdotem: ⁊ obstupuit Achimelech, eo q̄ venisset Dauid. Et dixit ei: Quare tu solus ⁊ nullus est tecū? Et ait Dauid ad Achimelech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonē, et dixit: Nemo sciat rem, propter quam missus es a me, ⁊ cuiusmodi precepta tibi dederim: nam ⁊ pueris me[is] condixi in illum ⁊ [illum] locum. Nunc ergo si [quid] habes ad manū vel q[uin]que panes, da mihi. Respon[dens] [illegible] sacerdos ad Dauid, ait illi: Non habeo laicos panes, sed tan[tum] panem sanctum: si [mundi] sunt pueri, maxi[me a] mulieribus. Et respondit Dauid sacerdoti ⁊ dixit ei: Equidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri ⁊ nudiustertius, quando egrediebamur, ⁊ fuerunt vasa puerorum sancta: porro via hęc polluta est, sed ⁊ ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Dedit ergo ei sacer-

dos sanctifi[catum panem] neque enim er[at ibi panis] nisi tantum [panes propos]itionis, qui s[ublati fuerant] a facie dom[ini] tur panes c[alidi] ...

¶ Ex epi[stola Pauli ad] Hebręos. [Lectio] ...

Omnis [pontifex] ex homi[nibus assum]ptus pro [hominibus con]stituit[ur] [illegible] deū [illegible] dolere [illegible] errant: quoni[am et ipse circum]datu[s] est in[firmitate]: ⁊ propter [eam] debe[t quem]admodum pro popul[o, ita] etiam ⁊ pro semetipso [of]ferre pro peccatis. Nec q[uisquam] sumit sibi honor[em] sed qui vocatur [a deo, tam]admodum ⁊ Aar[on. Sic] ⁊ Christus non [semetip]sum clarificauit [vt ponti]fex fieret: sed qui [locutus] est ad eum: Filius [meus] es tu, ego hodie ge[nui te]. Quemadmodu[m et in alio] loco dicit: Tu es sac[erdos] in æternum secundu[m or]dinem Melchisedec. [Qui] in diebus carnis suæ, [pre]ces, supplicationesque [ad] eum qui [posset] illum [saluum] facere [a mo]rte, cū cl[amore] [vali]do ⁊ lachrym[is] offerens exauditus est p[ro]

E 3

dñicę. 15. post Penteco[sten].

[illegible] per Dauid, eo q̄ cōfudisset eū pater suus. Cumque il[illegible] surrexisset mane, venit Jonathas in agrū iuxta placitū Dauid, ⁊ puer paruulus cum eo. Et ait ad puerum suum: Uade ⁊ affer mihi sagittas quas ego iacio. [illegible]

[illegible]

Feria quinta, ex. I. Reg. Lectio prima.

Surrexit ergo Jonathas a mensa in ira [illegible] ... dicentes: Dominus sit in[ter]

Feria. 2. dñicę. 6. post pentec. 407

Consuluit ergo Dauid dominū dicēs: Num vadam, ⁊ percutiam Philisthęos istos? Et ait dñs ad Dauid: Uade ⁊ percuties Philisthęos, ⁊ Ceilam saluabis. Et dixerunt viri qui erant cū Dauid, ad eum: Ecce nos hic in Judæa consistentes timemus: quāto magis si ierimus in Ceilam aduersum agmina Philisthinorū? Rursum ergo Dauid consuluit dominū. Qui respondēs, ait ei: Surge ⁊ vade in Ceilā: ego enim tradā Philisthęos in manu tua. Abiit ergo Dauid, ⁊ viri eius in Ceilam ⁊ dimicauit aduersum Philisthęos, ⁊ abegit iumenta eorū, ⁊ percussit eos plaga magna, ⁊ saluauit Dauid habitatores Ceilę. Porro eo tēpore quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad Dauid in Ceilam, Ephod secū habens descenderat. Nūtiatū est aūt Sauli, q̄ venisset Dauid in Ceilam ⁊ ait Saul: Tradidit eum dñs in manus meas, conclususque est introgressus vrbem in qua portæ ⁊ seræ sunt. Et precepit Saul omni populo, vt ad pugnam descenderet in Ceilam, ⁊ obsideret Dauid et viros eius. Quod cum Da-

uid resciuisset quia præparaet ei Saul clam malū, dixit ad Abiathar sacerdotem: Applica Ephod. Et ait Dauid: Dñe deus Israel, audiuit famam seruus tuus quod disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbem propter me. Si tradēt me viri Ceilę in manus eius? Et si descendet Saul sicut audiuit seruus tuus? dñe deus Israel indica seruo tuo. Et ait dñs: Descendet. Dixitque Dauid: Si tradēt me viri Ceilę, ⁊ viros qui sunt mecum in manus Saul? Et dixit dominus: Tradēt. Surrexit ergo Dauid ⁊ viri eius, quasi sexcenti, et egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti.

¶ Ex Epistola Pauli ad Hebręos. Cap. 9. Lectio secunda.

Habuit quidē ⁊ prius iustificationes cultūræ ⁊ sanctum seculare. Tabernaculum enim factum est primum in quo erant candelabra, ⁊ mensa, ⁊ propositio panū, quæ dicitur sancta. Post velamentum autem secundū tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulū ⁊ arcam testamenti circūtectam ex omni parte auro, in

Feria. 4. dñicę. 16. post pentec.

tifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno (Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi) Nūc aūt semel in consummatione seculorum, ad destitutionē peccati, per hostiam suam apparuit. Et quemadmodū statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: sic ⁊ Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: secundo, sine peccato apparebit omnibus expectantibus se in salutem.

Umbram enim habēs lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum: per singulos annos, eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter, nūquā potest accedentes perfectos facere: alioquin cessassent offerri, ideo q̄d nullam haberēt vltra cōscientiam peccati, cultores semel mundati, sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit, impossibile enim est, sanguine taurorum ⁊ hircorum auferri pecca[ta]. Ideo ingrediens mundū, dicit: Hostiam ⁊ oblationem noluisti: corpus autē aptasti mihi. Holocausto mata ⁊ pro peccato, non a[c]

sibi placuerunt. Tunc [dixi] ... Ecce venio. In ca[pite] libri scriptum est de [me], vt faciam deus volu[ntatem] tuam. Superius [di]cens: Quia hostias, ⁊ [ob]lationes ⁊ holocausto[mata], ⁊ pro peccato nolu[isti], nec placita sunt tibi, q[uæ] secundum legem offer[untur], tunc dixi: Ecce ve[nio], vt faciam deus volunt[atem] tuam: aufert primum, [vt] sequens statuat. In q[ua] voluntate sanctificati [su]mus, per oblationem c[or]poris Jesu Christi sem[el]. Et omnis quidem sac[er]dos presto est quotidie [mi]nistrans, ⁊ easdem sę[pe] offerens hostias quæ [nun]quam possunt auferre pecca[ta]: hic autem vnam pro p[ec]catis offerens hostiam [in] sempiternum sedet [in] dextera dei, de cæte[ro ex]pectans, donec pon[antur] [ini]mic[i] [illegible]

Lectio prima.

[L]Ocutus est autem Saul ad Jonathan filium suum, ⁊ ad omnes servos suos, ut occiderent David. Porro Jonathas filius Saul diligebat David valde. Et indicavit Jonathas David, dicens: Querit Saul pater meus occidere te: quapropter observa te quæso mane, ⁊ manebis clam, ⁊ absconderis. Ego autem egrediens stabo iuxta patrem meum in agro, ubicunque fuerit, et ego loquar de te ad patrem meum, ⁊ quodcunque videro, nuntiabo tibi. Locutus est ergo Jonathas de David bona ad Saul patrem suum, dixitque ad eum: Ne peccet rex in servum suum David, quia non peccavit tibi, ⁊ opera eius bona sunt tibi valde, ⁊ posuit animam suam in manu tua, ⁊ fecit dominus salutem magnam universo Israeli: vidisti, ⁊ lętatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens David, qui est absque culpa? Quod quum audisset Saul, placatus voce Jonathæ, iuravit: Vivit dominus quia non occidetur. Vocavit itaque [illegible] Jonathas David, ⁊ indicavit ei omnia verba hæc [illegible] ad Saul, ⁊ fuit ante eum, sicut fuerat heri ⁊ nudiustertius. [illegible] bellum [illegible] Philistiim, ⁊ [illegible] plaga magna, ⁊ fugerunt a facie eius. Et factus est spiritus domini malus in Saul, ⁊ sedebat in domo sua, ⁊ tenebat lanceam: porro David psallebat manu sua. Nisusque est Saul configere David lancea in pariete, ⁊ declinavit David a facie Saul, lancea autem cassa vulnere perlata est in parietem, ⁊ David fugit, ⁊ salvatus est nocte illa.

¶ Ex epistola Judæ Apostoli. Lectio secunda.

[V]Æ illis qui in via Cain abierunt, ⁊ errore Balaam mercede effusi sunt, ⁊ in contradictione Core perierunt. Hi sunt in epulis suis maculæ convivantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, syderа errantia

[illegible] Michol filiam suam uxorem. Et vidit Saul, ⁊ intellexit quod dominus esset cum David. Michol autem filia Saul diligebat eum. Et Saul magis cœpit timere David, factusque est Saul inimicus David cunctis diebus. Et egressi sunt principes Philisthinorum. A principio autem egressionis eorum prudentius se gerebat David quam omnes servi Saul, ⁊ celebre factum est nomen eius nimis.

¶ Beati Judæ apostoli epistola catholica Capitu. I. Lectio secunda.

[I]Udas Jesu Christi servus, frater autem Jacobi, his qui sunt in deo patre dilectis ⁊ Christo Jesu conservatis, ⁊ vocatis. Misericordia vobis, ⁊ pax, ⁊ charitas adimpleatur. Charissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis, deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impii, dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, ⁊ solum dominatorem ⁊ dominum nostrum Jesum Christum negantes. Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quod Jesus populum de terra Egypti salvans, secundo eos qui non crediderunt perdidit: angelos vero qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reservavit. Sicut Sodoma ⁊ Gomorrha, ⁊ finitimæ civitates simili modo exfornicatæ, ⁊ abeuntes post carnem alteram, facti sunt exemplum ignis æterni, pœnam sustinentes. Similiter ⁊ hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. Quum Michael archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi dominus. Hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant. Quæcunque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpuntur.

¶ Sabbato. Ex primo li-

[illegible] ⁊ qui duo acceperat, alia duo lucratus est. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, ⁊ abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum, ⁊ posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Dñe, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serve bone ⁊ fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium dñi tui. Accessit autem ⁊ qui duo talenta acceperat ⁊ ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serve bone ⁊ fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium dñi tui. Accedens autem ⁊ qui unum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, ⁊ congregas ubi non [illegible] timens abii, ⁊ abscondi talentum tuum in terra [illegible]. Respondens autem dominus eius, dixit ei: Serve male ⁊ piger, sciebas quia meto ubi non semino, ⁊ congrego ubi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, ⁊ veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. Tollite itaque ab eo talentum, ⁊ date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, ⁊ abundabit: ei autem qui non habet, ⁊ quod videtur habere auferetur ab eo. Et inutilem servum eiicite in tenebras exteriores, illic erit fletus ⁊ stridor dentium.

¶ Feria quarta. Ex primo Regum. Lectio prima.

[P]Orro quum reverteretur percusso Philisthęo David, egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israel, cantantes, chorosque ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ, ⁊ in sistris. Et præcinebant mulieres ludentes atque dicentes: Percussit Saul mille, ⁊ David decem millia. Iratus est autem Saul nimis, ⁊ displicuit in oculis eius sermo iste, dixitque: Dederunt David decem millia, ⁊ mihi mille

D 4

Feria. 6. dñicæ. 12. post Pentec.

oculis nostris. Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum dei, ⁊ dabitur genti facienti fruct⁹ eius. Et qui ceciderit sup lapidem istum, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum ⁊ Pharisæi, parabolas eius: cognoverunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam, eum habebant.

¶ Et respondens Jesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens: Simile factū est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias: ⁊ nolebāt venire. Iterū misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce prandiū meū paravi, tauri mei, ⁊ altilia occisa sunt, ⁊ oīa parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, ⁊ abierunt, alius in villam suā, alius vero ad negotiationem suā: reliqui vero tenuerunt servos eius, ⁊ cōtumeliis affectos occiderūt. Rex autē cū vidisset, iratus est: ⁊ missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, ⁊ civitatem illorum succendit. Tūc ait servis suis: Nuptiæ quidē paratæ sunt, sed qui invitati erāt, nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viarū: ⁊ quoscunq; inveneritis, vocate ad nuptias. Et egressi servi eius in vias, congregaverūt oēs quos invenerūt, malos ⁊ bonos ⁊ impletę sunt nuptiæ discumbentiū. Intravit aūt rex ut videret discūbentes ⁊ vidit ibi hominē non vestitum veste nuptiali. Et ait illi: Amice, quō huc intrasti non habēs vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris: Ligatis manibus ⁊ pedibus eius, mittite eū in tenebras exteriores, ibi erit fletus, ⁊ stridor dentiū. Multi em̄ sunt vocati, pauci vero electi.

¶ Feria. 6. ex primo. Re. Lectio prima

[A]Dduxit itaq; Isai, septem filios suos corā Samuele, ⁊ ait Samuel ad Isai: Non elegit dñs ex istis. Dixitq; Samuel ad Isai: Nūquid iam cōpleti sunt filii? Qui respōdit: Adhuc reliqu⁹ est parvul⁹, ⁊ pascit oves. Et ait Samuel ad Isai: Mitte, ⁊ adduc eū: nec enim discūbemus prius quam huc ille veniat. Misit er-

Feria. 6. dñicæ. 13. post pentec. 390

go ⁊ adduxit eū. Erat aūt rufus, ⁊ pulcher aspectu decoraq; facie, ⁊ ait Dñs: Surge, ⁊ unge eū, ipse est enim. Tulit ergo Samuel cornu olei, ⁊ unxit eum in medio fratrū eius: ⁊ directus est spūs dñi, a die illa in David, et deinceps, surgensq; Samuel abiit in Ramatha. Spūs aūt domini recessit a Saul, ⁊ exagitabat eum spiritus nequam a domino. Dixerūtq; servi Saul ad eum. Ecce spiritus domini malus exagitat te. Jubeat dominus noster, ⁊ servi tui, qui coram te sunt, quærēt hominem scientem psallere cithara: ut qñ arripuerit te spūs dñi mal⁹ psallat manu sua, ⁊ levi⁹ feras. Et ait Saul ad servos suos: Providete ergo mihi aliquē bene psallentē, ⁊ adducite eū ad me. Et respōdens unus de pueris, ait: Ecce vidi filiū Isai Bethlehemitē scientē psallere ⁊ fortissimū robore, ⁊ virū bellicosum, ⁊ prudentem in verbis, ⁊ virum pulchrum: ⁊ Dominus est cum eo: Misit ergo Saul nuntios ad Isai, dicens: Mitte ad me David filiū tuum, qui est in pascuis. Tulit ergo Isai asinum plenum panibus, ⁊ lagenam vini, ⁊ hœdū de capris unū, ⁊ misit per manum David filii sui Sauli. Et venit David ad Saul ⁊ stetit coram eo: at ille dilexit eū nimis, ⁊ fact⁹ est eius armiger. Misitque Saul ad Isai, dicēs. Stet David in conspectu meo: invenit enim gratiam in oculis meis. Igit quādocunq; spiritus dñi arripiebat Saul, David tollebat citharam, ⁊ percutiebat manu sua, ⁊ refocillabatur Saul, ⁊ levius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus.

¶ Secundū Matthæū. Lectio secunda.

[T]Unc abeuntes Pharisæi, consiliū inierunt, ut caperent eū in sermone. Et mittūt ei discipulos cū Herodianis, dicentes: Magister scimus quia verax es, ⁊ viā Dei in veritate doces, ⁊ non est tibi cura de aliquo, nō enim respicis personam hoim: dic ergo nobis, q̄d tibi videtur, licet cēsum dare Cęsari, an non? Cognita aūt Jesus nequitia eorū, ait: Quid me tētatis hypocritę? ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denariū. Et ait illis Jesus. Cui⁹ est imago hæc, ⁊ superscriptio? Di-

Feria [illegible] dñicæ. xx. post Pentecostē.

[illegible] super asinā [illegible] discipuli, fecerunt sicut præcepit illis [illegible]. Et adduxerunt asinā [illegible] posuerunt super [illegible] vestimenta sua: ⁊ eū desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via: alii autem cædebant ramos de arboribus, et sternebant in via: turbę autē quę præcedebant, ⁊ quę sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine domini: hosanna in altissimis. Et cum intrasset Jerosolymam, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Jesus Propheta a Nazareth Galilęę. Et intravit Jesus in templum Dei: ⁊ eiiciebat omnes vendentes ⁊ ementes in templo, ⁊ mensas numulariorum, ⁊ cathedras vendentium columbas evertit: et dicit eis. Scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cœci, ⁊ claudi in templo, ⁊ sanavit eos.

¶ Feria quarta ex. 1. Re. Lectio prima.

[A]It aūt Samuel ad Saul. Sine me, ⁊ indicabo tibi quę loquutus sit dominus ad me nocte. Dixitq; ei: Loquere. Et ait Samuel: Nōne quū parvulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? unxitq; te Dñs in regē super Israel, ⁊ misit te dñs in viā, ⁊ ait: Vade, ⁊ interfice peccatores Amalec ⁊ pugnabis contra eos usq; ad internecionē eorū. Quare ergo nō audisti vocē dñi, sed versus ad prædā es, ⁊ fecisti malum in oculis dñi? Et ait Saul ad Samuelē: Imo audivi vocem domini, ⁊ ambulavi in via per quam misit me dominus ⁊ adduxi Agag regem Amalec, ⁊ Amalec interfeci. Tulit aūt de prędā populus oves ⁊ boves primitias eorū quę cæsa sunt ut immolet Domino Deo suo in Galgalis. Et ait Samuel: Nūquid vult dominus holocausta ⁊ victimas, ⁊ non potius ut obediatur voci dñi? Melior est enim obediētia quā victimę: ⁊ auscultare magis quā offerre adipē arietū: quoniā quasi peccatum ariolādi est, repugnare et quasi scelus idololatriæ,

Dominica. 14. post Pentec. 392

to qui sedet super eū. Væ vobis scribę ⁊ pharisęi hypocritæ: quia decimatis mentam, ⁊ anethum, ⁊ cyminum, ⁊ reliquistis quæ graviora sunt legis, iudicium, ⁊ misericordiam, et fidem. Hæc oportuit facere, ⁊ illa nō omittere. Duces cœci, excolātes culicē, camelū aut glutiētes.

¶ Dñica. 14. post pentec. Ex 1. Regum. Lectio pri.

[D]Ixit aūt Isai ad David filiū suū: Accipe fratribus tuis ephi polentæ, ⁊ decem panes istos, ⁊ curre in castra ad fratres tuos, ⁊ decem formellas casei, has deferes ad tribunum: ⁊ fratres tuos visitabis, si recte agant, ⁊ cū quibus ordinati sunt, disce. Saul aūt, ⁊ illi, ⁊ omnes filii Israel, in valle terebinthi pugnabāt adversum Philistiim. Surrexit [illegible] David mane, ⁊ commendavit gregē custodi, et [illegible] sicut præ[illegible] Isai. Et venit [illegible] Magala, ⁊ ad [illegible] qui egressus ad [illegible] vociferat⁹ erat [illegible]. Direxerat [illegible] sed et [illegible] adverso [illegible] parati. Derelinquens ergo David vasa [illegible] sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, ⁊ interrogabat, si omnia recte agerentur erga fratres suos. Cumque adhuc ille loqueretur eis apparuit vir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philisthęus de Geth, de castris Philistinorū ⁊ loquēte eo hęc eadē verba, audivit David. Omnes autē Israelitę, cum vidissent virum, fugierūt a facie eius, timētes eū valde. Et dixit unus quispiā de Israel: Num vidistis virū hunc, qui ascendit? ad exprobandum enim Israel, ascendit. Virū ergo q̄ percusserit eum, ditabit rex divitiis magnis, ⁊ filiam suam dabit ei, ⁊ domum patris eius faciet absque tributo in Israel.

¶ Secundū Matthæū Lectio secunda.

[V]Æ vobis scribæ et Pharisæi hypocritæ: quia mundatis quod deforis est calicis, ⁊ paropsidis, intus autem pleni estis rapina ⁊ immunditia. Pharisæe cœce: munda prius quod intus est calicis, et paropsidis ut fiat, et id quod deforis est, mundū. Væ vobis scribę ⁊ pharisęi hypocritæ, quia similes estis sepul-

Sabbato.

¶ Secundū Matt. ca. 23 Lectio secunda.

[T]Unc Jesus locutus est ad turbas, ⁊ ad discipulos suos, dicēs: Super cathedrā Moysi sederunt scribę ⁊ Pharisæi. Omnia ergo quęcunq; dixerint vobis, servate, ⁊ facite, secundū opera vero eorū nolite facere, dicunt enim, ⁊ non faciunt. Alligant autē onera gravia, ⁊ importabilia, ⁊ imponūt in humeros hominū: digito autē suo nolunt ea movere. Omnia vero opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus: dilatant enim philacteria sua, et magnificant fimbrias. Amant autē primos recubitus in cœnis, ⁊ primas cathedras in synagogis, ⁊ salutationes in foro, ⁊ vocari ab hoībus rabbi. Vos autē nolite vocari rabbi. Unus est enī magister vester: omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: Unus est enim pater vester, qui in cœlis est. Nec vocemini magistri: quia magister vr̄, unus est Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltaverit humiliabitur, ⁊ qui se humiliaverit, exaltabitur. Væ autem vobis Scribæ ⁊ Pharisæi, hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum, ante homines: vos enim nō intratis: nec introeuntes sinitis intrare. Væ vobis scribæ ⁊ Pharisæi hypocritæ: qui comeditis domos viduarū, orationē longa orantes: propter hoc amplius accipietis iudiciū. Vę vobis scribę ⁊ pharisęi hypocritæ: quia circuitis mare ⁊ aridā, ut faciatis unū proselytū, ⁊ cū fuerit factus, facitis eum filiū gehennę duplo quā vos. Vę vobis duces cœci qui dicitis: Quicūq; iuraverit per templum, nihil est: qui autem iuraverit in auro templi, debitor est. Stulti ⁊ cœci, quod enim maius est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum. Et quicūq; iuraverit in altari, nihil est: quicūq; aūt iuraverit in dono quod est super illud, debet. Cœci, quod enim maius est, donū, an altare quod sanctificat donū? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo ⁊ in oībus, quæ super illud sunt: ⁊ quicunq; iuraverit in templo, iurat in illo, ⁊ in eo qui habitat in ipso: ⁊ qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, ⁊ in

Feria. 2. dñicæ. 13. post Pent.

cūque viderat Saul virum fortem, ⁊ aptum ad prœlium, sociabat eum sibi. ¶ Et dixit Samuel ad Saul: Me misit dominus, ut ungerem te in regem super populum eius Israel: nunc ergo audi vocem Domini. Hæc dicit Dominus exercituum: Recensui quæcunque fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in via quum ascenderet de Egypto. Nunc ergo vade, ⁊ percute Amalec, ⁊ demolire universa eius: non parcas ei, ⁊ non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice a viro usque ad mulierem, ⁊ parvulum atque lactantem, bovem ⁊ ovem camelum ⁊ asinum. Præcepit itaque Saul populo, et recensuit eos quasi agnos, ducenta millia peditum, ⁊ decem milia virorum Juda.

¶ Secundū Matthęum. Cap. 20. Lectio secunda.

[S]Imile est regnū cœlorū homini patrifamilias qui exiit primo mane cōducere operarios in vineā suā. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stātes in foro [illegible] illis: Ite [illegible] am: ⁊ [illegible] bo vo[illegible]. Iterū [illegible] sextā [illegible] ci ⁊ simi[illegible] cimam [illegible] nit alios [illegible] illis: [illegible] die o[illegible] nemo n[illegible] illis: Ite [illegible] meam. [illegible] cum esset, dicit D[illegible] vineę procuratori [illegible] ca operarios, ⁊ redde mercedem, incipiens a novissimis usq; ad pri[illegible]. Quum venissent [illegible] circa undecimā ho[illegible] rant, acc[illegible] denarios. [illegible] ⁊ primi, arbitrati [illegible] plus essent acc[illegible] perunt autem ⁊ ip[illegible] los denarios. Et [illegible] tes murmurabant [illegible] sus patrēfamilias [illegible] Hi novissimi u[illegible] cerunt: ⁊ pares [illegible] fecisti, qui port[illegible] dus diei ⁊ æstu[illegible] spondens, uni [illegible] Amice non fa[illegible] tiā: nonne ex [illegible] venisti mecū? [illegible] tuum est, et [illegible] tem ⁊ huic [illegible] re sicut ⁊ [illegible]

X 2

[...] Israel, & fa[...]
[...] in medio domus sue [...] gelier regis.
[...] ante[...] psallebat
[...]anu sua, [...]
[...] dies [...] Zeneb[...]
at lanceam, et misit eam,
putans quod configere
posset David cum pariete
& declinavit David a fa-
cie eius secundo. Et timu-
it Saul David, eo quod do-
minus esset cum eo, & a se
recessisset. Amovit ergo
eum Saul a se, & fecit eum
tribunum super mille vi-
ros, & egrediebatur, & in-
grediebatur in conspectu
populi. In omnibus quo-
que viis suis David pru-
denter agebat, & dominus
erat cum eo. Vidit itaque
Saul quod prudens esset
nimis: & coepit cavere eu.
Omnis autem Israel et
Juda diligebat David, ip-
se autem egrediebatur, et
ingrediebatur ante eos.
Dixitque Saul ad David:
Ecce filia mea maior Me-
rob, ipsam dabo tibi vxo-
rem: tantummodo esto
vir fortis, & praeliare bel-
la domini. Saul autem re-
putabat, dicens: Non sit manus

ℭ Secundum Matthaeu.
Lectio secunda.

Q Uum aut venerit fili-
us hominis in ma-
iestate sua, & omnes ange-
li cum eo, tunc sedebit su-
per sedem maiestatis suae:
& cogregabuntur ante eu
oes gentes, & separabit eos
ab invicem, sicut pastor se-
gregat oves ab hoedis: et
statuet oves quide a dex-
tris suis, hoedos aut a sini-
stris. Tunc dicet rex his
qui a dextris eius erunt:
Venite benedicti patris
mei, possidete paratum vo-
bis regnum a constitutio-
ne mundi, esurivi enim et
dedistis mihi manducare:
sitivi & dedistis mihi bibe-
re: hospes era, & collegistis
me: nudus, & operuistis me:
infirmus, & visitastis me,
in carcere eram, et veni-
stis ad me. Tunc responde-
bunt ei iusti, dicentes: Do-
mine quando te vidimus
esurientem, & pavimus: si-
tientem, & dedimus tibi po-
tum? quando aute te vidi-
mus hospite, & collegimus

Amen dico vobis, quan-
diu fecistis vni de his fra-
tribus meis minimis, mi-
hi fecistis. Tunc dicet & his
qui a sinistris erunt: Disce-
dite a me maledicti in ig-
nem aeternum, qui para-
tus est diabolo & angelis
eius. Esurivi enim, & non
dedistis mihi manducare:
sitivi, & non dedistis mihi
potu: hospes eram, & non
collegistis me: nudus, & no
operuistis me: infirmus, &
in carcere, & non visitastis
me. Tunc respondebut & ip-
si dicetes: Domine, qn do
te vidimus esurientem, aut
sitientem, aut hospitem, aut
nudu, aut infirmu, aut in
carcere, & non ministraui-
mus tibi? Tunc respodebit
illis dices: Amen dico vo-
bis, quadiu non fecistis vni
de minoribus his, nec mi-
hi fecistis. Et ibunt hi in
supplicium aeternu, iusti
autem in vitam aeternam.

ℭ Feria sexta, ex primo Re-
gum. Lectio prima.

F Actum est aute tem-
pus, quum deberet
dari Merob filia Saul,
David, data est Hadriae
Molathitae vxor. Dilexit

vt fiat ei in scandalu, & sit
super eum manus Philis-
sthinoru. Dixitq Saul ad
David: In duabus rebus
gener meus eris hodie. Et
mandavit Saul servis suis:
Loquimini ad David cla
me, dicetes: Ecce places re
gi, & omnes servi eius dili-
gunt te. Nuc ergo esto ge-
ner regis. Et locuti sunt
servi Saul in auribus Da
vid omnia verba haec, & ait
David: Num parū videtur
vobis generu esse regis?
ego autem sum vir pauper &
tenuis. Et renuntiaverut
servi Saul dicetes: Huiusce
modi verba loquut' est
David. Dixit autem Saul:
Sic loquimini ad David:
No habet rex sponsalia ne-
cesse, nisi tantu centu prae-
putia Philisthinorum, vt
fiat vltio de inimicis regis.
Porro Saul cogitabat tra
dere David in manus Phi
listhinoru. Quumq renu-
tiassent servi eius David
verba quae dixerat Saul,
placuit sermo in oculis Da
vid, vt fieret gener regis.
Et post paucos dies sur-
gens David, abiit cu viris
qui sub eo erat. Et percus-
sit ex Philisthiim ducetos

Prophe[...]auit autem & de
his septi[...]s ab Adam,
Enoch, [...]s: Ecce venit
dominus [...]nctis milli-
bus suis, facere iudicium
contra omnes, & arguere
oes impi[...] operi
bus impi[...] quib'
impie ege[...]omnib'
duris que [...]nt co
tra eum pec[...]impii.
Hi sunt mu[...]ores,
querulosi, secun[...]deside-
ria sua ambulan[...] os
eoru loquitur super[...]iam,
mirantes personas quaest'
caussa. Vos aute charissi-
mi, memores estote verbo
rum, que praedicta sunt ab
apostolis domini nostri Je
su Christi, qui dicebat vo-
bis: Quoniam in novissi-
mis temporibus veniet il-
lusores secundu desideria
sua ambulantes in impie-
tatibus. Hi sunt qui segre
gant semetipsos, animales
spm non habetes. Vos au
te charissimi, superedifica
tes vosmetipsos sanctissime
vre fidei, in spiritu sancto
orantes, vosmetipsos in di
lectione dei, servate expe-
ctates misericordiam dni
nostri Jesu Christi in vita
aeternam. Et hos quide ar
guite iudicatos, illos vero
salvate, de igne rapientes.

[...]
carnalis est [...]
nicam. Ei aut [...]
est vos conserva[...]
cato, & costituere [...]
spectu gloriae suae [...]
latos in exultatione [...]
uentu domini nos[...]
Christi, soli deo [...]
nostro per Jesum [...]
dominu nostrum [...]
magnificetia, imp[...]
potestas, ante om[...]
la, & nuc & in omn[...]
la seculorum. Amen.

ℭ Dominica. 15. post Pen-
tecosten. Ex primo [Regum.]
Lectio prima.

M Isit ergo Saul sa-
tellites suos in do-
mum David, vt custodirent
eum, & interficeretur ma-
ne. Quod cu annuntiasset
David Michol vxor sua,
dicens: Nisi salvaveris te
nocte hac, cras morieris,
deposuit eum per fenestra.
porro ille abiit & fugit,
atq salvatus est. Tulit au-
tem Michol statuam, &
posuit eam super lectum,
& pellem pilosam capraru
posuit ad caput eius, & ope-
ruit eam vestimentis. Mi-
sit aute Saul apparitores
qui raperet David, & respo-
sum est quod aegrotaret.
Rursumq misit Saul nun-
tios vt viderent Dav[id]

immolandum dno veni.
Et vocabis Isai ad victi-
ma, & ego ostendam tibi
quid facias: & vnges que-
cunq monstravero tibi.
Fecit ergo Samuel sicut
locutus est ei dns. Venit-
q in Bethlehem, & admi-
rati sunt seniores civita-
tis, occurrentes ei, dixe-
runtq: Pacificusne est in-
gressus tuus? Et ait: Paci
ficus ad immolandu dno
veni. Sactificamini & ve-
nite mecu, vt immolem.
Sanctificavit ergo Isai,
& filios eius, & vocavit eos
ad sacrificium. Cumq in
gressi essent, vidit Eliab,
et ait: Num cora domino
est Christus ei'? Et dixit
dominus ad Samuelem:
Ne respicias vultum eius
neq altitudinem staturae
eius, quonia abieci eum,
nec iuxta intuitum homi-
nis ego iudico, homo enim
videt ea que parēt, domi-
nus aut intuetur cor. Et
vocavit Isai Abinadab, &
adduxit eum coram Sa-
muele. Qui dixit: Nec huc
elegit dns. Adduxit aute
Isai Sammā: de quo ait:
Etiam hunc non elegit
dominus.

[ℭ] Secundu Matthaeum
Lectio secunda.

A Liam parabola au-
dite. Homo erat
paterfamilias, qui plāta-
vit vineam, et sepem cir-
cundedit ei, et fodit in ea
torcular, et aedificavit tur-
rim, et locavit ea agrico-
lis, et peregre profect' est
Cum aute tēpus fructuu
appropinquasset, misit ser
vos suos ad agricolas, vt
acciperēt fructus ei'. Et
agricolae apprehēsis ser-
vis ei', aliu ceciderūt, aliu
occiderunt, alium vero la-
pidaverunt. Iterum misit
alios servos plures priori
bus: et fecerunt illis simi
liter. Novissime autē mi-
sit ad eos filium suum, di-
cens: Verebuntur filium
meu. Agricolae autē viden
tes filium, dixerunt intra
se: Hic est haeres, venite
occidamus eum, et habe
bimus haereditatē ei'. Et
apprehensum eum eiece-
runt extra vineam: et oc-
ciderunt. Cum autem ve
nerit domin' vineae, quid
faciet agricolis illis? A-
iunt illi: Malos male per
det: et vineam suam loca
bit aliis agricolis, qui red
dent ei fructu temporib'
suis. Dicit illi Jesus: Nun
quam legistis in scriptu-
ris? Lapidem quem re-
probaverunt aedificantes
hic factus est in caput
anguli. A Domino factu
est istud, et est mirabile in

[r]eunt ei Caesaris. Tuc ait
illis: Reddite ergo quae
sunt Caesaris, Caesari, & quae
sunt Dei, Deo. Et audien-
tes mirati sunt, et reli-
cto eo abierunt. ℭ Illo
die accesserunt ad eum
Sadducaei, qui dicūt non
esse resurrectionem, & in-
terrogaverūt eum, dicen-
tes: Magister Moyses di
xit: Si quis mortuus fue-
rit non habens filiu, vt du
cat frater eius vxorem il-
lius, & suscitet semen fra-
tri suo. Erant aut apud
nos septem fratres: & pri-
mus vxore ducta, defun-
ctus est: & non habens se-
men, reliquit vxorem sua
fratri suo. Similiter se-
cundus & tertius, vsq ad
septimum. Novissime aut
omnium & mulier defun-
cta est. In resurrectione
ergo cuius erit de septem
vxor? omnes enim habue
runt eam. Respōdens aut
Jesus, ait illis: Erratis ne
scientes scripturas, neque
virtute Dei. In resurretio-
ne enim neq nubent, neque
nubent, sed sunt sicut an-
geli dei in coelo. De resur
rectione aut mortuorum no
legistis qd dictu est a deo
dicente vobis: Ego sum
deus Abraham, & deus
Isaac, & deus Jacob? Non
est deus mortuoru, sed vi-
ventium. Et audiētes tur
bae, mirabātur in doctri-
na eius. ℭ Pharisaei autē
audientes quod silētium
imposuisset Sadducaeis,
convenerūt in vnu: & in-
terrogavit eu vnus ex eis
legis doctor, tentās eum:
Magister, quod est man
datum magnum in lege?
Ait illi Jesus: Diliges do-
minu Deu tuum, ex toto
corde tuo, & in tota anima
tua, & in tota mente tua.
Hoc est maximu & pri-
mu mandatu. Secūdum
autē simile est huic: Dili-
ges proximu tuum, sicut
teipsum. In his duobus
mādatis vniversa lex pen
det & prophetae. ℭ Cōgre
gatis aut Pharisaeis inter
rogavit eos Jesus, dicēs:
Quid vobis videt de Chri
sto? Cui' filius est? Dicūt
ei, David. Ait illis: Quo
ergo David in spiritu vo-
cat eu dnm? dicens: Dixit
Dns dno meo, sede a de-
xtris meis, Donec ponam
inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Si ergo Da
uid vocat eum dominum
quo filius eius est? Et ne
mo poterat ei respondere
verbum: neq ausus fuit
quisqua ex illa die eu am-
plius interrogare.

ℭ Sabbato. ex. 1. Regu.
Cap. 17. Lectio prima.

pulchra erant, nec volue-
rūt disperdere ea, quicquid
vero vile fuit & reprobum
hoc demoliti sunt. Factu
est aut verbum dni ad Sa
muel, dicens: Poenitet me
quod constituerim Saul re-
gem: quia dereliquit me, &
verba mea opere non im-
plevit. Cōtristatusque est
Samuel, & clamavit ad do
minum tota nocte. Quum
que de nocte surrexisset
Samuel, vt iret ad Saul
mane nuntiatum est Sa-
mueli, eo quod venisset
Saul in Carmelu, & erexis
set sibi fornicem trium-
phalem, & reversus transis
set, descendissetq in Gal-
gala. Venit ergo Samuel
ad Saul, & Saul offerebat
holocaustu domino de ini-
tiis praedarum quae attule
rat ex Amalec. Et quum
venisset Samuel ad Saul
dixit ei Saul: Benedictus
tu a domino, implevi ver-
bum Domini. Dixitq Sa
muel: Et quae est haec vox
gregum quae resonat in
auribus meis: et armento-
rum quam ego audio? Et
ait Saul: de Amalec ad-
duxerunt ea, pepercit enim
populus melioribus ovi-
bus & armentis vt immo-
larentur domino deo tuo,
reliqua vero occidimus.

ℭ Secundum [Matthaeum]

[ℭ] Lectio [secunda.]

E T egre[dientibus i]-
lis ab J[ericho, secu]-
ta est eu turb[a multa. Et ec]-
ce duo coeci [...]
viam: audieru[nt quia Je]-
sus transiret, [...]
rūt dicentes: [...]
serere nostri, [...]
Turba autem [...]
eos, vt tacerent [...]
gis clamabant [...]
Domine, miserere [...]
fili David. Et stet[it Jesus]
& vocavit eos, & a[it: Quid]
vultis vt faciam [vobis?]
Dicūt illi: Domine [...]
riantur oculi nostri [...]
sertus autem eoru[m ...]
tetigit oculos eoru[m ...]
confestim viderunt, [& se]-
quuti sunt eum.
ℭ Et quum appropin[quas]-
sent Jerosolymis, & ve[nis]-
sent Bethphage ad m[on]-
tem Oliveti, tunc Jes[us]
misit duos discipulos d[i]-
cens eis: Ite in castellu[m]
quod contra vos est: & st[a]-
tim invenietis asinam al[li]-
gatam & pullum cum ea,
solvite, & adducite mihi, et
si quis vobis aliquid dixe-
rit, dicite quia Dominus
his opus habet, et confe-
stim dimittet eos. Hoc au
tem factum est, vt adim-
pleretur quod dictum est
per Prophetam dicentē:
Dicite filiae Sion: Ecce

[...]d volo, fa-
[...]s tuas ne-
[...] ego bonus
[...]t novissimi
[...] novissimi,
[...]nt vocati,
[...]ti.
[...] Jesus Jero
[...] duode-
[...]creto, et
[...]ndimus
[...]us homi
[...] principus
[...]ibis, et con
[...]m morte, et
[...] gentibus ad
[...] flagellandum
[...]dum, & tertia
[...] ℭ Tunc ac-
[...] mater filior
[...] filiis suis,
[...] aliquid
[...] dixit ei: Quid
[...] Dic vt sedeant
[...] mei, vnus ad
[...], & vnus ad
[...] regno tuo. Re-
[...] Jesus, di-
[...] quid petatis.
[...] calicem
[...] iturus sum?
[...] Camus. Ait
[...] calicem meu
[...] ad dex-
[...] est ministram,
[...] quibus vobis,
[...] a patre meo tum est
[...] audiētes
[...] fratribus de
[...] Jesus
autem vocavit eos ad se,
& ait: Scitis quia princi-
pes gentium dominantur
eorum, & qui maiores sunt
potestatem exercēt in eos.
Non ita erit inter vos, sed
quicunq voluerit inter
vos maior fieri, sit vester
minister: & qui voluerit in
ter vos primus esse, erit
vester servus sicut filius
hominis non venit mini-
strari, sed ministrare, & da-
re animam suam in redē-
ptionem pro multis.

ℭ Feria tertia ex. 1. Regu
Lectio prima.

Q Uumq venisset Sa-
ul vsque ad civitatē
Amalec, tetendit insidias
in torrente. Dixitque Sa-
ul Cineo, Abite, recedite,
atque discedite ab Amalec
ne forte involuam te cum
eo, tu enim fecisti miseri-
cordiam cu omnibus fili-
is Israel, quum ascende-
rent de Egypto. Et recessit
Cineus de medio Amalec
Percussitq Saul Ama-
lec ab Evila donec venias
ad Sur, quae est e regione
Egypti. Et apprehendit
Agag regē Amalec vivu,
omne aut vulgus interfe-
cit in ore gladii. Et peper-
cit Saul & populus Agag
& optimis gregibus oviu
& armentoru, & vestibus, &
arietibus: & vniversis quae

C Ongregātes autem
Philisthiim agmina
sua in praeliu, convenerūt
in Socho Judae, castra-
metati sunt inter Socho
& Azecha in finibus Do-
mim. Porro Saul, & filii
Israel cōgregati venerūt
in vallē Terebinthi, & di
rexerūt aciē ad pugnadū
cōtra Philisthiim. Et Phi
listhiim stabāt, sup mōtē
ex parte hac. Et Israel sta
bat sup mōtē ex altera par
te: vallisq erat inter eos.
Et egressus est vir spuri'
de castris Philisthinoru
nomine Goliath, de Geth
altitudinis sex cubitoru,
& palmi: & cassis aerea sup
caput eius: & lorica squa-
mata induebatur. Porro
pondus loricae eius, quin-
que millia siclorū aeris e-
rat: & ocreas aereas habe-
bat in cruribus: & clypeus
aereus tegebat humeros
eius, hastile autem hastae
eius erat quasi liciatoriū
texentium: ipsum autem
ferrū hastae eius sexcētos
siclos habebat ferri, & ar-
miger ei', antecedebat eu
Stansq, clamabat adver
sum phalangas Israel, &
dicebat eis: Quare veni-
stis, parati in praelium?
Nunquid ego non sum
Philisthaeus, & vos servi
Saul? Eligite ex vobis vi
rum, & descendat ad sin-
gulare certamen: si quive
rit pugnare mecum, & per
cusserit me, erimus vo-
bis servi, si autem ego prae
valuero, & percussero eū,
vos servi eritis, & servie-
tis nobis. Et aiebat Phi-
listhaeus: Ego exprobavi
agminibus Israel hodie,
Date mihi virum, & ineat
mecum singulare certa-
men. Audiens autē Saul
& omnes Israelitae sermo-
nes Philisthaei huiusce-
modi, stupebant, & metue-
bant nimis. David autem
erat fili' viri Ephrathaei
de quo supra dictum est,
de Bethlehem Juda, cui
nomen erat Isai, qui ha-
bebat octo filios, et erat
vir in diebus Saul senex,
& grandevus inter viros.
Abierunt autem tres filii
eius maiores post Saul
in praelium: & nomina triū
filiorum eius qui perrexe-
runt ad bellum, Eliab pri
mogenitus & secūdus Abi
nadab, tertius quoq Sā
ma. David autem erat mi
nimus. Tribus ergo ma-
ioribus secutis Saulem,
abiit David, et reversus
est a Saul, vt pasceret
gregē patris sui in Beth-
lehē. Procedebat vero Phi
listhae' mane & vespere, &
stabat quadraginta diebus.

chris dealbatis, quae a fo-
ris parēt hominibus spe-
ciosa, int' vero plena sunt
ossibus mortuorum, & omni
spurcitia: sic & foris quidē
paretis hoībus iusti, int'
aut pleni estis hypocrisi, &
iniquitate. Vae vobis scri-
bae & pharisaei hypocritae:
quia aedificatis sepulchra
prophetarum, & ornatis
monumenta iustorum,
& dicitis: Si fuissemus in
diebus patrū nostrorum,
non essemus socii eorum,
in sanguine prophetarū.
Itaq testimonio estis vo
bismetipsis, quia filii estis
eorum qui prophetas oc-
ciderūt. Et vos implete
mensuram patrū vestrorum.
Serpentes genimina vi-
perarum, quomodo fugie
tis a iudicio gehēnae? Ideo
dico vobis: Ecce ego mit-
to ad vos prophetas, & sa
pientes, & scribas, & ex il-
lis occidetis & crucifigetis
& ex eis flagellabitis in sy-
nagogis vestris, & perse-
quemini de civitate in ci-
vitatem: vt veniat super
vos omnis sanguis iustus
qui effusus est super terrā
a sanguine Abel iusti, vs-
q ad sanguinē Zachariae
filii Barachiae, quem oc-
cidistis inter templum &
altare. Amen dico vobis:
venient haec omnia super
generationem istam. Jeru-
salem, Jerusalem, quae oc-
cidis prophetas, & lapidas
eos qui ad te missi sunt,
quoties volui congregare
filios tuos, quemadmodū
gallina congregat pullos
suos sub alas, & noluisti?
Ecce relinquetur vobis
domus vestra deserta. Di-
co enim vobis, non me vi
debitis amodo donec di-
catis: Benedictus qui ve-
nit in nomine domini.

ℭ Tertia lectio secundū
Matthaeum. Cap. 6.

I N illo tempore: Dixit
Jesus discipulis suis:
Nemo potest duobus do-
minis servire. Et reliqua.

ℭ Homilia sancti Am-
brosii Episcopi.

N Olite soliciti esse
animae vestrae, quid
manducetis: neque cor-
pori vestro quid indua-
mini. Nonne anima pl[us]
est quam esca? & corpus
plus quam vestimentū?
Nihil enim moralius ad
faciendam fidem omnib'
credētibus a deo posse cō-
ferri, quā quod aereus ille spi
ritus vitale collegiū: ani-
mae corporisque contu-
bernio foederatum: sine
nostro labore ppetui, nec
salutaris vsus deficit ali-
menti: nisi cum venerit
suprema dies moriendi.

...n oporteat primum venire? At ille respondens, ait illis: Elias quidem venturus est, et restituet omnia: dico autem vobis, quia Elias iam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quaecunque voluerunt. Sic et filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Joanne baptista dixisset eis. ¶ Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus provolutus ante eum, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, et male patitur: nam saepe cadit in ignem, et crebro in aquam: et obtuli eum discipulis tuis, et non potuerunt curare eum. Respondens autem Jesus ait: O generatio incredula et perversa, quousque ero vobiscum? usquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpavit illum Jesus, et exiit ab eo daemonium, et curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad Jesum secreto, et dixerunt: Quare nos non potuimus ejicere illum? Dixit illis Jesus: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si ha...

...Hoc autem genus non ejicitur nisi per orationem et jejunium. ¶ Conversantibus autem eis in Galilaea, dixit illis Jesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum, et occident eum, et tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

¶ Feria sexta. Ex primo Regum. Lectio prima.

Et respexerunt speculatores Saul qui erant in Gabaa Benjamin, et ecce multitudo prostrata, et huc illucque diffugiens. Et ait Saul populo qui erat cum eo: Requirite, et videte quis abierit ex nobis. Cumque requisissent, repertum est non adesse Jonathan et armigerum eius. Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam dei. Erat enim ibi arca dei in die illa cum filiis Israel. Cumque loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorum: crescebatque paulatim et clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem: Contrahe manum tuam. Conclamavit ergo Saul, et omnis po...

...tur uterque stationi Philisthinorum, dixeruntque Philisthiim: En Hebraei egrediuntur de cavernis, in quibus absconditi fuerant. Et loquuti sunt viri de statione ad Jonathan, et ad armigerum suum, dixeruntque: Ascendite ad nos, et ostendemus vobis rem. Et ait Jonathas ad armigerum suum: Ascendamus, sequere me: tradidit enim dominus eos in manus Israel. Ascendit autem Jonathas manibus et pedibus reptans, et armiger eius post eum. Itaque quum vidissent faciem Jonathae, alii cadebant ante Jonathan, alios armiger eius interficiebat sequens eum. Et facta est plaga prima, quam percussit Jonathas et armiger eius quasi viginti virorum in media parte iugeris, quam par boum in die arare consuevit. Et factum est miraculum in castris per agros, sed et omnis populus stationis eorum qui ierant ad praedandum, obstupuit: et conturbata est terra, et accidit quasi miraculum a deo.

...trem eius, et ducit illos in montem excelsum seorsum: Et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses et Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Jesum: Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, et Moysi unum, et Eliae unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, et timuerunt valde. Et accessit Jesus, et tetigit eos, dixitque eis: Surgite, et nolite timere. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt nisi solum Jesum. ¶ Et descendentibus illis de monte praecepit illis Jesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat.

...rent super terram, Et accipiens septem panes, et pisces: et gratias agens fregit, et dedit discipulis suis: et discipuli dederunt populo. Et comederunt omnes, et saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis tulerunt, septem sportas plenas. Erant autem qui manducaverunt, quatuor milia hominum extra parvulos et mulieres. Et dimissa turba ascendit in naviculam: et venit in fines Magedam. ¶ Et accesserunt ad eum pharisei et Sadducei tentantes: et rogaverunt eum ut signum de coelo ostenderet eis. At ille respondens, ait illis. Facto vespere dicitis: Serenum erit rubicundum est enim coelum. Et mane. Hodie tempestas, rutilat enim triste coelum. Faciem ergo coeli diiudicare nostis: signa autem temporum non potestis? Generatio mala et adultera signum quaerit, et signum non dabitur ei nisi signum Jone prophe...

...[teret] se dicentes: Quia panes non accepimus. Sciens autem Jesus, dixit: Quid cogitatis inter vos modicae fidei, quia panes non habetis? Non dum intelligitis, neque recordamini quinque panum: et quinque milium hominum, et quot cophinos sumpsistis? neque septem panum, et quatuor millium hominum, et quot sportas sumpsistis? Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis: Cavete a fermento Pharisaeorum et Sadduceorum? Tunc intellexerunt quia non dixerit cavendum a fermento panum, sed a doctrina Pharisaeorum et Sadduceorum.

¶ Feria. 4. ex primo Regum. Lectio prima.

Et egressi sunt ad praeliandum de castris Philisthinorum tres cunei, unus cuneus pergebat contra viam Ephraim ad terram Saul, porro alius ingrediebatur per viam Bethoron, tertius au...

B 4

Feria. 2. dominicae. 11. post Pentecosten.

Patre meo. Et nemo novit filium, nisi pater: neque patrem quis novit, nisi filius, et cui voluerit filius revelare. Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis: et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve. In illo tempore: Abiit Jesus per sata sabbato: discipuli autem eius esurientes coeperunt vellere spicas et manducare. Pharisaei autem videntes, dixerunt ei: Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis: Non legistis quod fecerit David quando esuriit, et qui cum eo erant: quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis comedit quos non licebat ei edere neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant et sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est: Misericordiam volo et non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est filius hominis, etiam sabbati. Et quum inde transisset venit in synagogam eorum. Et ecce homo manum habens aridam: et interrogabant eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? ut accusarent eum. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex vobis homo qui habeat ovem unam: et si ceciderit haec sabbatis in foveam, nonne tenebit et levabit eam? Quanto magis melior est homo ove? Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit: et restituta est sanitati, sicut altera. Exeuntes autem Pharisaei, consilium faciebant adversus eum, quomodo perderent eum.

¶ Feria tertia. Ex 1. Reg. Lectio prima.

Et ascenderunt in civitatem. Cumque illi ambularent in medio urbis, apparuit Samuel egrediens obviam ei, ut ascenderet in excelsum. Dominus autem revelaverat auriculam Samuelis ante unam diem qua veniret Saul, dicens: Hac ipsa hora quae nunc est, cras mittam virum ad te de terra Beniamin, et unges eum ducem super populum meum Israel: et salvabit populum meum de manu Philisthinorum

Feria. 5. dominicae. 11. post pent. 374

Ego eduxi Israel de Egypto: et erui vos de manu Egyptiorum, et de manu omnium regum qui affligebant vos. Vos autem hodie proiecistis dominum Deum vestrum, qui solus salvavit vos, de universis malis, et tribulationibus vestris, et dixistis: Nequaquam, sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram domino per tribus vestras, et per familias. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, et cecidit sors super tribum Beniamin. Et applicuit tribum Beniamin, et cognationes eius, et cecidit sors super cognationem Metri, et pervenit usque ad Saul filium Cis. Quaesierunt ergo eum, et non est inventus. Et consuluerunt post haec dominum utrumnam venturus esset illuc. Responditque dominus: Ecce absconditus est domi. Cucurrerunt itaque et tulerant eum inde: stetitque in medio populi, et altior fuit universo populo ab humero, et sursum. Et ait Samuel ad omnem populum: Certe videtis quem elegit dominus: quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamavit omnis populus, et ait: Vivat rex. Loquutus est autem Samuel ad populum legem regni, et scripsit in libro, et reposuit coram domino et dimisit Samuel omnem populum singulos in domum suam. Sed et Saul abiit in domum suam in gabaa: et abiit cum eo pars exercitus quorum tetigerat deus corda. Filii vero Belial dixerunt: Num salvare nos poterit iste? Et despexerunt eum, et non attulerunt ei munera: ille vero dissimulabat se audire.

¶ Secundum Mat. ca. 13. Lectio secunda.

In illo die exiens Jesus de domo, sedebat secus mare. Et congregatae sunt ad eum turbae multae, ita ut in naviculam ascendens sederet, et omnis turba stabat in littore, et loquutus est eis multa in parabolis, dicens: Ecce exiit qui seminat, seminare. Et dum seminat, quaedam ceciderunt secus viam, et venerunt volucres coeli, et comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multam, et continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terrae, sole autem orto, aestuaverunt et quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas, et creverunt et spinae suffocaverunt ea, Alia autem ceciderunt in

Feria. 5. dominicae. 11. post Pentec.

[Magi]ster, volumus a te signum videre. Qui respondens, ait illis: Generatio mala, et adultera signum quaerit: et signum non dabitur ei, nisi signum Jonae prophetae. Sicut enim fuit Jonas in ventre coeti tribus diebus, et tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terrae, tribus diebus, et tribus noctibus. Viri Ninivitae surgent in iudicio cum generatione ista, et condemnabunt eam: quia poenitentiam egerunt in praedicatione Jonae, et ecce plus quam Jona hic. Regina austri surget in iudicio, cum generatione ista, et condemnabit eam: quia venit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quaerens requiem, et non invenit. Tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exivi. Et veniens invenit eam vacantem, scopis mundatam, et ornatam. Tunc vadit, et assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, et intrantes habitant ibi: et fiunt novissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit generationi huic pessimae. ¶ Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, et fratres stabant foris, quaerentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua et fratres tui foris stant quaerentes te alloqui. At ipse respondens dicenti sibi ait: Quae est mater mea, et qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos dixit: Ecce mater mea, et fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, qui in coelis est, ipse, meus frater, soror, et mater est.

¶ Feria. 5. Ex 1. libro Re. Lectio prima.

Cessavit autem prophetare, et venit ad excelsum. Dixitque patruus Saul ad eum, et ad puerum eius: Quo abiistis? Qui responderunt: Quaerere asinas, quas cum non reperissemus, venimus ad Samuelem. Et dixit ei patruus suus: Indica mihi, quid dixerit tibi Samuel. Et ait Saul ad patruum suum: Indicavit nobis, quod invente essent asinae. De sermone autem regni non indicavit ei quem locutus fuerat ei Samuel. Et convocavit Samuel populum ad dominum in Masphath et ait ad filios Israel. Haec dicit dominus deus Israel:

Sabbato. 378

erit fletus, et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt, sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

¶ Sabbato. Ex primo Regum. Cap. 12. Lectio prima.

Dixit autem Samuel ad universum Israel: Ecce audivi vocem vestram, iuxta omnia quae locuti estis ad me, et constitui super vos regem. Et nunc rex graditur ante vos: ego autem senui, et incanui, porro filii mei vobiscum sunt: itaque conversatus coram vobis ab adolescentia mea usque ad hanc diem, ecce praesto sum. Loquimini de me coram domino, et coram Christo eius, utrum bovem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: et contemnam illud hodie, restituamque vobis. Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam. Dixitque ad eos: Testis est dominus adversum vos, et testis Christus eius in die hac, quia non inveneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Testis. Et ait Samuel ad populum: Dominus qui fecit Moysen et Aaron, et eduxit patres nostros de terra Egypti. Nunc ergo state, ut iudicio contendam adversum vos coram domino de omnibus misericordiis domini, quas fecit vobiscum, et cum patribus vestris: quomodo Jacob ingressus est Egyptum, et clamaverunt patres vestri ad dominum, et misit dominus Moysen et Aaron, et eduxit patres vestros de Egypto, et collocavit eos in loco hoc. Qui obliti sunt domini dei sui, et tradidit eos in manu Sisarae magistri militiae Asor, et in manu Philisthinorum, et in manu regis Moab, et pugnaverunt adversum eos. Postea autem clamaverunt ad dominum, et dixerunt: Peccavimus, quia dereliquimus dominum, et servivimus Baalim et Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, et serviemus tibi. Et misit dominus Jerobaal et Badan et Jephte, et Samuel et eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, et habitastis confidenter. Videntes autem, quod Naas rex filiorum Ammon venisset adversum vos, dixistis mihi: Nequaquam sed rex imperabit nobis,

Feria. 6. dominicae. 11. post pentec.

Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile factum est regnum coelorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo: cum autem dormirent homines venit inimicus eius, et superseminavit zizania in medio tritici, et abiit. Cum autem crevisset herba, et fructum fecisset: tunc apparuerunt, et zizania. Accedentes autem servi patrisfamilias dixerunt ei: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis imus, et colligimus ea? Et ait: Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis et triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum triticum autem congregate in horreum meum. ¶ Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnum coelorum, grano sinapis quod accipiens homo seminavit in agro suo quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creverit, maius est omnibus oleribus, et fit arbor, ita ut volucres coeli veniant, et habitent in ramis eius. ¶ Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum coelorum fermento, quod acceptum, mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentatum est totum. ¶ Haec omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas, et sine parabolis non loquebatur eis, ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi. ¶ Tunc dimissis turbis venit in domum: et accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait: Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum vero semen hi sunt filii regni. Zizania autem, filii sunt nequam. Inimicus autem qui seminat ea, est diabolus. Messis vero, consummatio seculi est. Messores autem, angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi: mittet filius hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala, et eos qui faciunt iniquitatem: et mittent eos in caminum ignis. Ibi

Dominica undecima post Penteco.

civitatibus eorum. ¶ Joannes autem quum audisset in vinculis opera Christi: mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Et respondens Jesus ait illis: Euntes renuntiate Joanni quae audistis et vidistis: coeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur: et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, coepit Jesus dicere ad turbas de Joanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, et plusquam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Joanne Baptista: qui autem minor est in regno coelorum, maior est illo. A diebus autem Joannis Baptistae usque nunc, regnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. Omnes [enim prophe]tae et lex, usque ad Joannem prophetaverunt, et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. Cui autem similem aestimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coaequalibus suis, dicunt: [Cecinimus] vobis, et non saltastis: [la]mentavimus, et non planxistis. Venit enim [Joannes] neque manducans [neque bi]bens, et dicunt: [Daemonium] habet. Venit filius hominis manducans [et bibens, et] dicunt: Ecce homo [vorax] et potator vini, [publicano]rum et peccatorum amicus. [Et] iustificata est sapientia a filiis suis. ¶ Tunc [coepit] exprobrare civitatibus, in quibus factae sunt plurimae virtutes eius, quia non egissent poenitentiam. [Vae] tibi Corozai, vae tibi Bethsaida: quia si in Tyro et Sidone factae essent virtutes quae factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinere poenitentiam egissent. Veruntamen dico vobis: Tyro et Sidoni remissius erit in die iudicii, quam vobis. Et tu Capharnaum, nunquid usque in coelum exaltaberis? usque in infernum descendes: quia si...

H 2

tacerent vi͛
gladium aut lanceã.
Descendebat ergo omnis
Israel ad Philisthijm, vt
exacueret vnusquisque vo
merem suum, ꝛ ligonem, ꝛ
securim, ꝛ sarculũ. Retu-
sæ itaq; erant acies vome
rum, ꝛ ligonum, ꝛ triden-
tum, ꝛ securium, vsq; ad
stimulum corrigendum.
Quumqz venisset dies præ
lii, nõ est inuentus ensis ꝛ
lancea in manu totius po
puli qui erat cum Saule
ꝛ Jonatha, excepto Saul
ꝛ Jonatha filio ei⁹. Egres
sa est autem statio Phili
sthijm, vt transcenderet in
Machmas. ¶ Et accidit
in quadã die vt diceret Jo
nathas filius Saul ad ado
lescentẽ armigerũ suum:
Ueni, ꝛ transeamus ad sta
tionem Philisthinorũ, quę
est trans locum illum. Pa
tri autẽ suo hoc ipsum nõ
indicauit. Porro Saul mo
rabatur in extrema parte
Gabaa sub malo granato,
quę erat in agro Gabaa, ꝛ erat
populus cũ eo quasi
sexcentorum virorum. Et

inter ascensus per quos ni
tebatur Jonathas transi-
re ad stationem Philisthi
norum, eminentes petræ
ex vtraque parte, ꝛ quasi
in modum dentium scopu
li hinc inde prærupti: no
men vni Boses, ꝛ nomen
alteri Sene. Unus scopu
lus prominens ad Aquilo
nem ex aduerso Mach-
mas, ꝛ alter ad meridiem
contra Gabaa.

¶ Secundum Matthæum. Lectio secunda.

Uenit autẽ Jesus in
partes Cæsareę Phi
lippi, ꝛ interrogabat di-
scipulos suos, dicens: Quẽ
dicunt homines esse filium
hominis? At illi dixe
runt: Alii Joannem Ba-
ptistam, alii autem Eliam
alii vero Jeremiam, aut
vnum ex prophetis. Dicit
illis Jesus: Uos autem
quem me esse dicitis? Re-
spondens Simon Petrus,
dixit: Tu es Christus fili⁹
dei viui. Respondens au-
tem Jesus, dixit ei: Bea-
tus es Simon Bariona:

meam, ꝛ portæ inferi non
præualebũt aduersus eam
Et tibi dabo claues regni
cœlorum: ꝛ quodcũq; liga-
ueris super terram, erit liga
tum ꝛ in cœlis: ꝛ quodcun
que solueris super terram,
erit solutum ꝛ in cœlis.
Tũc præcepit discipulis suis
vt nemini dicerent, quia ipse
esset Jesus Christus. Exin
de cœpit Jesus ostendere
discipulis suis quia oporte
ret eum ire Jerosolymam,
ꝛ multa pati a senioribus
ꝛ scribis ꝛ principibus sa-
cerdotũ: ꝛ occidi, ꝛ tertia
die resurgere. Et assumẽs
eum Petrus, cœpit incre-
pare illum, dicens: Absit a
te domine, nõ erit tibi hoc.
Qui cõuersus dixit Petro:
Uade post me satana, scan
dalum es mihi: quia nõ sa
pis ea quæ dei sunt, sed ea
quæ hominum. Tunc Je
sus dixit discipulis suis:
Si quis vult venire post
me, abneget semetipsum, ꝛ
tollat crucẽ suã, ꝛ sequat
me. Qui enim voluerit ani
mam suam saluam facere,
perdet eam: qui autẽ per-
diderit animam suam pro

quã dabit homo cõmutati
onem pro anima sua?
Filius enim hominis ve-
turus est in gloria patris
sui cũ angelis suis, ꝛ tunc
reddet vnicuiq; secundum
opera eius. Amen dico vo
bis, sunt quidã de hic stã-
tibus qui non gustabunt
mortem, donec videant fi-
lium hominis venientem
in regno suo.

¶ Feria quinta, ex prima Regum. Lectio prima.

Dixit autẽ Jonathas
ad adolescentẽ armi
gerum suum: Ueni, transe-
amus ad stationẽ incircũ-
cisorum horũ, si forte fa-
ciat dñs pro nobis, quia
nõ est domino difficile sal
uare vel in multis, vel in
paucis. Dixitq; ei armiger
suus: Fac omnia quæ pla
cent animo tuo, perge quo
cupis, ꝛ ero tecũ vbicunq;
volueris. Et ait Jonathas
Ecce nos transimus ad vi
ros istos. Quumqz appa
ruerimus eis, si taliter lo
quuti fuerint ad nos: Ma
nete, donec veniamus ad
vos, stemus in loco nostro
nec ascendamus ad eos:

ad proximũ suum, ꝛ cædes
magna nimis. Sed ꝛ He-
bræi qui fuerant cũ Phili
sthiim heri ꝛ nudiustertii-
us, ascenderantq; cum eis
in castris, reuersi sunt vt
essent cum Israel ... erãt
cũ Saul ꝛ Jo... Om-
nes quoq; Isr... qui se
absconderant ... E-
phraim, audiẽtes ... fu
gissent Philisthei, ... me
runt se cum suis in p...io.
Et erãt cũ Saul quasi de
cem milia virorũ, ꝛ salua-
uit dominus deus Israel
in die illa: pugna autẽ per-
uenit vsq; ad Bethauen.
Et viri Israel sociati sunt
sibi in die illa.

¶ Secundũ Matthæum Lectio secunda.

Et quũ venissent Ca
pharnaum, accesse-
runt qui didrachma acci-
piebant ad Petrũ, ꝛ dixe-
rũt ei: Magister vester nõ
soluit didrachma? Ait:
Etiam. Et quum intrasset
in domũ, præuenit eum Je
sus dicens: Quid tibi vide
tur Simon? reges terræ a
quibus accipiunt tributũ
vel censum, a filiis suis, an
ab alienis? Et ille dixit: Ab
alienis. Dixit illi Jesus: Er

ꝛ eum piscem qui ...
ascenderit, tolle ꝛ ...
ore eius, inuenies ...
illum sumens, da eis ...
me ꝛ te. ¶ In illa ...
accesserũt discipuli ad ...
sum, dicentes: Quis pu...
maior est in regno cœ...
rum? Et aduocans Je...
paruulum, statuit eum ...
medio eorũ, ꝛ dixit: Am...
dico vobis, nisi cõuersi ...
ritis, ꝛ efficiamini ...
paruuli, non intrabitis ...
regnum cœlorũ. Quicun...
que ergo humiliauerit ...
sicut paruulus iste, hic ...
maior in regno cœlorum ...
Et qui susceperit vnũ pa...
uulum talem in nomi...
meo, me suscipit: qui au...
scandalizauerit vnũ de pu...
sillis istis qui in me cre...
dunt, expedit ei vt suspe...
tur mola asinaria in col...
eius, ꝛ demergatur in pro...
fundũ maris. Uę mundo ...
scandalis. Necesse est ...
vt veniant scandala, ve...
tamen væ homini illi p...
quem scandalũ venit. ...
autem manus tua vel ...
tuus scãdalizat te, abs...
de eum ꝛ proiice abs te ...
num tibi est ad vitã ing...
di debilẽ vel claudũ, qu...
duas manus vel duos p...

... fratrem suam in principẽ, ꝛ
liberabis populum suũ de
manibus inimicorũ eius,
qui in circuitu ei⁹ sunt.
Et hoc tibi signum, quia
vnxit te dominus in prin-
cipem. Cum abieris ho-
die a me, inuenies duos
viros iuxta sepulchrum
Rachel in finibus Benia-
min in meridie dicentq;
tibi: Inuentæ sunt asinæ
ad quas ieras perquirendas:
et intermissis pater
tuus asinis: solicitus est
pro vobis, ꝛ dicit: Quid
faciam de filio meo? Cũq;
abieris inde, ꝛ vltra tran-
sieris, ꝛ veneris ad quer-
cum Thabor, inuenient
te ibi tres viri ascenden-
tes ad Deum in Bethel,
vnus portãs tres hœdos,
ꝛ alius tres tortas panis,
ꝛ alius portans lagenam
vini. Cumq; te salutaue-
rint, dabunt tibi duos pa
nes, ꝛ accipies de manu
eorum. Post hæc venies
in collem Dei, vbi est sta
tio Philistinorũ, ꝛ cũ in-
gressus fueris ibi orbem
obuium habebis gregẽ
prophetarũ descendentiũ
de excelso, ꝛ ante eos psal-
teriũ ꝛ tympanũ, ꝛ tibiã,
ꝛ citharam, ipsosq; pro-
phetantes. Et insiliet in
te spiritus domini, ꝛ pro-
phetabis cum eis, ꝛ muta

beris in virum aliũ. Quã
do euenerint signa hæc
omnia tibi, fac quæcũq;
inuenerit manus tua, quia
dñs tecum est. Et descen
dẽs ante me in Galgala:
(ego quippe descẽdam ad
te) vt offeras oblationẽ, ꝛ
immoles victimas pacifi
cas. Septem diebus expe
ctabis: donec veniã ad te,
ꝛ ostendam tibi quid fa-
cias. Itaq; cum auertisset
humerũ suũ, vt abiret a
Samuele, immutauit ei
deus cor aliud, ꝛ venerũt
omnia signa hæc in die il
la. Ueneruntq; ad prædi
ctum collem, ꝛ ecce cune⁹
prophetarũ obuius ei, ꝛ
insiluit super eũ spiritus
domini, ꝛ prophetauit in
medio eorũ. Uidẽtes autẽ
oẽs qui nouerant eũ heri
ꝛ nudiustertii⁹, quod esset
cum prophetis, ꝛ prophe
taret, dixerũt ad inuicẽ:
Quęnam res accidit filio
Cis? nũ ꝛ Saul inter pro-
phetas? Respõdit alius ad
alterum, dicens: Et quis
pater eorum? Propterea
versum est in prouerbi
um: Num ꝛ Saul inter
prophetas.

¶ Secũdum Matthæũ. Lectio secunda.

Tunc responderũt ei
quidã de Scribis ꝛ
Pharisęis dicẽtes: Magi

terram bonã: ꝛ dabãt fru-
ctum, aliud cẽtesimum,
aliud sexagesimum, aliud
tricesimum. Qui habet
aures audiẽdi, audiat. Et
accedẽtes discipuli dixe-
rũt ei: quare in parabolis
loqueris eis? Qui respon-
dens, ait illis: Quia vobis
datũ est nosse mysteria re
gni cœlorũ: illis aũt non
est datũ. Qui enim habet
dabitur ei, ꝛ abundabit,
qui aũt nõ habet, ꝛ quod
habet auferet ab eo. Ideo
in parabolis loquor eis:
quia vidẽtes non vident, ꝛ
audiẽtes non audiũt, neq;
intelligũt, vt adimpleatur in
eis pphetia Isaiæ dicẽtis
Audiẽtes audietis, ꝛ nõ in
telligetis ꝛ vidẽtes videbi
tis ꝛ nõ videbitis. Incras
satũ est enĩ cor populi hu-
ius, ꝛ aurib⁹ grauiter au
dierunt, ꝛ oculos suos
clauserunt, ne quando vi
deant oculis, ꝛ auribus
audiant, ꝛ corde intelli-
gant, ꝛ conuertantur, ꝛ
sanem eos. Uestri autem
beati oculi, quia vident,
ꝛ aures vestræ, quia au-
diunt. Amen quippe dico
vobis, quia multi prophe
tæ, ꝛ iusti cupierunt vi-
dere quæ videtis, ꝛ non
viderunt, ꝛ audire quę au
ditis, ꝛ non audierunt.
Uos ergo audite parabo-

lam seminantis. Omnis
qui audit verbum regni,
ꝛ non intelligit, venit ma
lus, ꝛ rapit quod semina
tum est in corde eius: hic
est qui secus viã seminat⁹
est. Qui autem super pe-
trosa seminatus est: hic
est qui verbum audit, ꝛ
continuo cũ gaudio acci-
pit illud, nõ autem habet
in se radicem, sed est tem-
poralis: facta autem tri-
bulatione ꝛ persecutione
propter verbum, cõtinuo
scandalizatur. Qui autẽ
seminat⁹ est in spinis, hic
est qui verbum dei audit
ꝛ solicitudo sæculi istius,
ꝛ fallacia diuitiarum suf-
focat verbum, ꝛ sine fru-
ctu efficitur. Qui vero
in terram bonam semina
tus est: hic est qui audit
verbum, ꝛ intelligit, et
fructum affert, et facit
aliud quidem centesimũ,
aliud autẽ sexagesimum,
aliud vero tricesimum.

¶ Feria. 6. Ex pri. libr. Re. Cap. 11. Lectio. 1.

Et factum est quasi
post mensem, ascen-
dit Naas Ammonites, ꝛ
pugnare cœpit aduersum
Jabes Galaad. Dixerunt-
que omnes viri Jabes ad
Naas. Habeto nos fœ-
deratos, ꝛ seruiemus ti-
bi. Et respondit ad eos

omnẽ populum. Perierãt
autẽ asinæ Cis patris Sa
ul: ꝛ dixit Cis ad Saul fi
lium suum: Tolle tecum
vnum de pueris, ꝛ cõsur-
gẽs vade, ꝛ quære asinas.
Qui quum transissent per
montẽ Ephraim, ꝛ per ter
ram Salisa, ꝛ non inuenis
sent, transierunt etiam per
terram Salim, ꝛ nõ erant:
sed ꝛ per terram Jemini, ꝛ
minime repererunt. Quũ
autẽ venissent in terram
Suph, dixit Saul ad pue
rum qui erat cum eo: Ue-
ni, ꝛ reuertamur, ne forte
dimiserit pater meus as-
nas, ꝛ solicitus sit pro no-
bis. Qui ait ei: Ecce vir
Dei est in ciuitate hac vir
nobilis: omne quod loqui-
tur, sine ambiguitate ve-
nit: nũc ergo eamus illuc,
si forte indicet nobis de
via nostra, propter quam
venimus. Dixitq; Saul ad
puerum suũ: Ecce ibimus:
quid feremus ad virũ dei?
panis deficit in sitarchis
nostris: ꝛ sportulã non ha
bemus, vt demus homini
Dei, nec quicquam aliud.
Rursum puer respondit
Sauli, ꝛ ait: Ecce inuenta
est in manu mea quarta
pars stateris argenti, de-
mus homini Dei, vt indi-
cet nobis viam nostram.
Olim in Israel sic loque-

bat vnusquisq;, vadens c...
sulere deũ. Uenite, ꝛ ea...
ad videntẽ. Qui enim pro...
pheta dicitur hodie, vo...
batur olim vidẽs. Et di...
Saul ad puerũ suũ: Opti...
mus sermo tuus: veni, e...
mus. Et ierunt in ciuita...
tem in qua erat vir Dei.
Quũq; ascenderẽt cliuum
ciuitatis, inuenerunt pue...
las egredientes ad hau...
endam aquã, ꝛ dixerũt ei...
Nũ hic est videns? Quę r...
spondentes, dixerunt illis
Hic est: ecce ante te, festi...
na nũc: hodie enĩ venit in
ciuitatẽ, quia sacrificium
est hodie populi in excelso.
Ingrediẽtes vrbẽ, statim
inuenietis eum antequa...
ascendat excelsum ad ...
scendũ: neq; enim come...
rus est populus, donec ill...
veniat: quia ipse benedic...
hostiæ, ꝛ deinceps come...
dent qui vocati sunt. Nũc
ergo ascendite, quia hodie
reperietis eum.

¶ Secundum Matthæũ. Lectio secunda.

In illo tẽpore: Respon
dẽs Jesus dixit: Confi
tebor tibi pater dñe cœli
ꝛ terræ, quia abscondisti
hæc a sapientibus, ꝛ pru-
dẽtibus, ꝛ reuelasti ea par
uulis. Ita pater: quoniam,
sic fuit placitum ante te.
¶ Oĩa mihi tradita sun...

... minica vndecima post Pentecosten.

... facte fuissent
... tates que facte sunt in
... forte, mansissent vsq; in
hãc diem. Ueruntamen di-
co vobis, quia terræ Sodo
morũ remissius erit in die
iudicii, quam tibi.

¶ Feria ... secundũ Marcum. C. 7.

In illo tẽpore: Exiens
... de finibus Tyri
... per Sidonẽ ad mare
... inter medios fi-
nes Decapoleos. Et reliq.

Homilia sancti Grego... pp... .

Vigilãter intuẽdũ est
... voce dñi ad Pro-
... dicitur vt prius ei⁹
... diat, ꝛ postmo
... loquatur. Audiuim⁹
verba Dei: si facimus,
... nc ea proximis recte
... mur: quũ prius ipsi fe
... rim⁹. Quod bene Mar
... s Euangelista confir
... at: quũ factũ domini mi
... culum narrat, dicẽs: Ad
... cunt ei surdũ ꝛ mutum
... deprecabantur eũ: vt im
... poneret illi manum. Cu-
... s ordinem curationis in
... nuat subdens. Misit digi
... s suos in auriculas: et
... xpuens tetigit linguam
... us, ꝛ suspiciens in cœlũ
... gemuit, ꝛ ait illi: Ephe
... , quod est adaperire. Et
... statim apertæ sunt aures
... us, ꝛ solutum est vincu-

lũ linguæ eius: ꝛ loqueba-
tur recte. Quid est enim
qd creator omnium deus:
quũ surdũ ꝛ mutum sana
re voluisset: in aures illius
suos digitos misit: ꝛ expu
ens linguam eius tetigit?
Quid per digitos redemp
toris: nisi dona sancti spi
ritus designatur? Unde cũ
in loco alio eiecisset demo
nium, dixit: Si in digito
dei eiicio dæmonia: profe
cto venit in vos regnũ dei.
Qua de re per Euangeli
stam alium dixisse descri
bitur. Si ego in spiritu
dei eiicio dæmonia, igitur
peruenit in vos regnũ dei.

¶ Oratio.

Omnipotens sempiter
ne deus, qui abundan
tia pietatis tuæ, ꝛ merita
supplicũ excedis, ꝛ vota: ef
funde sup nos miam tuã,
vt dimittas quę conscien
tia metuit, ꝛ adiicias quod
oratio non præsumit: per.

¶ Feria. 2. ex. 1. Regum. 9 Lectio prima.

Et erat vir de Benia-
min, nomine Cis, fili
us Abiel, filii Seror, filii
Bechorath, filii Aphia, fi
lii viri Jemini, fortis robo
re. Et erat ei filius vocabu
lo Saul, electus ꝛ bonus:
ꝛ non erat vir de filiis Isra
el melior illo. Ab humero
ꝛ sursum eminebat super-

Naas Ammonites. In
hoc feriam vobiscum fœ
dus, vt eruam omniũ ve-
strum oculos dextros, po
namq; vos opprobrium,
in vniuerso Israel. Et di-
xerunt ad eum seniores
Jabes: Concede nobis se
ptem dies, vt mittamus
nuntios ad vniuersos ter
minos Israel: ꝛ si non fue
rit qui defendat nos, egre
diemur ad te. Uenerũt er
go nuntii in Gabaa Sau
lis, ꝛ loquuti sunt verba
hęc, audiente populo, ꝛ le
uauit omnis populus vo-
cem suã, ꝛ fleuit. Et ecce
Saul veniebat, sequẽs bo
ues de agro, ꝛ ait: Quid ha
bet populus qꝺ plorat? Et
narrauerũt ei verba viro-
rum Jabes. Et insiluit spi
ritus dñi in Saul, cũ au-
disset verba hęc, ꝛ iratus
est furor eius nimis. Et
assumens vtrũq; bouem,
cõcidit in frusta, misitq;
in omnes terminos Israel
per manũ nũtiorum, di-
cens: Quicũq; nõ exierit,
ꝛ secutus fuerit Saul, et
Samuel, sic fiet bobus ei⁹
Inuasit ergo timor dñi po
pulũ, ꝛ egressi sunt quasi
vir vn⁹. Et recẽsuit eos in
Bezec: fuerũtq; filiorũ Is-
rael trecẽta millia, virorũ
aũt Juda triginta millia.
Et dixerũt nuntiis qui ve

nerãt: Sic dicetis viri...
qui sunt in Jabes Gala...
Cras erit vobis salus, c...
incaluerit sol. Uenerũt e...
go nũtii, ꝛ annuntiauer...
viris Jabes, q lętati sun...
Et dixerunt: Mane exib...
mus ad vos, ꝛ facietis n...
bis omne quod placuer...
vobis. Et factum est cu...
dies crastinus venisset, c...
stituit Saul populum i...
tres partes: ꝛ ingressus e...
media castra, in vigili...
matutina, ꝛ percussit A...
mon, vsq; dũ incalesceret
dies, reliqui autẽ dispers...
sunt ita, vt non relinque...
rentur in eis duo pariter.
Et ait popul⁹ ad Samue...
lẽ: Quis est ille qui dixit:
Saul regnabit super nos
Date viros, ꝛ interficiem⁹
eos. Et ait Saul: Non oc
cidetur quisquam in die
hac, quia hodie fecit Do-
minus salutem in Israel.
Dixit autem Samuel ad
populum: Uenite, ꝛ ea-
mus in Galgala, ꝛ inno-
uemus ibi regnũ. Et per-
rexit omnis populus in
Galgala, ꝛ fecerũt ibi re-
gem Saul coram domi-
no in Galgala, ꝛ immola-
uerunt ibi victimas paci-
ficas coram dño. Et lęta-
tus est ibi Saul, ꝛ cuncti
viri Israel nimis.

¶ Secundũ Mat. 1. 2.

Sabbato.

cum dominus deus vester
regnaret in vobis. Nunc
ergo præsto est rex vester
quem elegistis ꝛ petistis:
ecce dedit vobis dominus
regem.

¶ Secundũ Matthæũ. Lectio secunda.

Simile est regnum
cœlorum, thesauro ab
scondito in agro: quẽ qui
inuenit homo abscondit,
ꝛ præ gaudio illius vadit
ꝛ vendit vniuersa quæ ha
bet, ꝛ emit agrum illum.
¶ Iterũ simile est regnũ
cœlorũ homini negotia-
tori, quærenti bonas mar
garitas. Inuenta aũt vna
pretiosa margarita, abiit,
ꝛ vendidit omnia quę ha
buit, ꝛ emit eam. ¶ Iterũ
simile est regnũ cœlorum sa
genę missę in mare, ꝛ ex oĩ
gñe pisciũ ꝯgregãti: quam
cũ impleta esset, educẽtes
ꝛ secus littus sedẽtes, ele-
gerũt bonos in vasa, ma-
los aũt foras miserũt. Sic
erit in consummatione sę
culi. Exibunt angeli, ꝛ se-
parabũt malos de medio
iustorũ, ꝛ mittent eos in
caminũ ignis: ibi erit fle-
tus ꝛ stridor dentiũ. Intel
lexistis hęc oĩa? Dicũt ei:
Etiam. Ait illis: Ideo oĩs
scriba doct⁹ in regnũ cœ-
lorũ, similis est hoĩ patri-
familias, qui profert de

thesauro suo noua ꝛ vete
ra. ¶ Et factũ est: cũ con
summasset Jesus parabo-
las istas, transiit inde. Et
veniens in patriã suã, doce
bat eos in synagogis eorum
ita vt mirarentur ꝛ dice-
rent: Unde huic sapientia
hęc, ꝛ virtutes? Nõne hic
est fabri filius? Nõne ma-
ter eius dicitur Maria: ꝛ
fratres eius, Jacobus, et
Joseph, ꝛ Simõ ꝛ Judas?
ꝛ sorores eius, nõne om-
nes apud nos sunt? Unde
ergo huic omnia ista? Et
scandalizabãtur in eo. Je-
sus aũt dixit eis: Non est
propheta sine honore nisi
in patria sua, ꝛ in domo
sua. Et nõ fecit ibi virtu-
tes multas, propter incre
dulitatẽ illorũ. ¶ In illo
tempore audiuit Herodes
tetrarcha famam Jesu, ꝛ
ait pueris suis: Hic est Jo
annes baptista: ipse surre
xit a mortuis: ꝛ ideo vir-
tutes operãtur in eo. H...
rodes enim tenuit Jo...
nem, ꝛ alligauit eum, et
posuit in carcerem, pro-
pter Herodiadem vxorẽ
fratris sui. Dicebat enim
illi Joannes: Non licet ti-
bi habere eam. Et volens
illum occidere, timuit po
pulum, quia sicut pro-
phetam eum habebant.
Die autem natalis Hero...

IACOBI ALVAROTTI PATRITII PATAVINI, CLARISSIMI IVRIS CÆSAREI AC PONTIFICII DOCTORIS SVBTILISSIMI, AC FEVDORVM INTERPRETIS EMINENTISSIMI, LECTVRA, IN VSVS

eorundem eruditissima, difficillimas & obscurissimas quasq; quęstiones ab alijs motas mira dexteritate explicans: Non solùm inclyti collegij Patauini consensu & auctoritate approbata atq; recepta, sed & à cunctis summopere præ aliorum Commentarijs commendata.

NVNC VERO DE NOVO PER STVDIOSVM AC FAVTOREM QVENDAM IVRISPRVDENTIÆ, À MVLTIS AC VARIIS MENDIS REPVRGATA, ATQVE AD PVBLICAM *vtilitatem Summarijs, Additionib. & Repertorio vtilissimo, quibus antè carebat, ornata, ac summa cum diligentia in lucem ædita.*



FRANCOFVRTI AD MOENVM,
M. D. LXX.

REVERENDO, AMPLISSIMAE DIGNITATIS, ET VETVSTISSIMAE FRANCICAE NOBILITATIS VIRO, D. ERASMO NEVSTETERO, COGNOMENTO

Sturmer, inſignium eccleſiarum VVirzeburgenſis & Comburgenſis Decano, Canonico Pabenbergenſi, & Præpoſito in Haugis, &c. doctiſsimo Doctorum omnium, & liberaliſsimo Mæcenati, Domino ſuo obſeruandiſsimo. S. P.

PRÆCLARE ſcriptum eſt ab Ennio, Latinorum poetarum vetuſtiſsimo, MORIBVS ANTIQVIS RES STAT ROMANA VIRISQVE, quem verſiculum poſteri omnes prouerbialiter ferè vſurparunt in approbandis atque retinendis ijs, quæ ſemel laudabili more recepta, in vſu poſtea remanſerunt, deq; manibus (vt aiunt) in manus tradita, tandem in morem antiquum euaſerunt. In illorum autem morum approbatorum numero, cum & hunc inoleuiſſe videam, vt Heroibus, virtute, pietate, eruditione, & cæteris ingenij vitæq́ue ornamentis præclaris atque conſpiciendis, ea quæ à viris doctis æterna laude digna conſcripta ſunt, atque eduntur, publicè dedicentur, eundem mihi quoq; in hac noua IACOBI DE ALVAROTTIS Patauini, Iureconſulti celeberrimi, editione obſeruandum eſſe cenſui. Cum enim illius ſcripta, præſertim in libros vſuum Feudalium, iam diu admodum à iuris ſtudioſis deſiderari animaduertiſſem, imò rogatus etiam à non paucis eſſem, vt ea prælis meis recudenda ſubijcerem, non potui non morem his gerere, ac etiam illis ſimul gratificari. Cæterum cum admonerer ab amicis quibuſdam Iureconſultis, veterem ipſius Aluarotti editionem non ſolùm confuſam & intricatam, verum etiam mendoſiſsimam eſſe, non Auctoris quidem culpa, ſed Typographorum (ita vt ferè fit) incuria, neutiquã integram me apud Iuris ſtudioſos gratiam promeriturum fore duxi, niſi huic etiam incommodo ſubueniretur. Itaq; nullis peperci ſumptibus, vt Aluarottus hic non modo nitidior quàm olim, ſed purior etiam caſtigatiorq́; in publicum prodire poſſet. Et idcirco honeſtiſsimum iuuenem, Eraſmum Muſculum, Hannauenſem, Iuriſprudentiæ ſtudioſiſſimum, & clariſs. Iuriſconſulti D. Ioannis Fichardi noſtri, ob praxin addiſcendam, familiarem, in eam operam conduxi, vt hunc auctorem ex integro reuidendum repurgandumq́; in manus ſumeret. Quantum autem ille opera ſua, quàm ſanè diligentem adhibuit, præſtiterit, alijs iudicandum relinquo. Spero tamen

men lectores, si nostram editionem ad antiquam cōferent, facilè, quantùm inter vtramq; intersit, deprehensuros esse. Si quidem in nostra, mendę priores sublatæ, truncatæ sententiæ restitutæ, cum Auctor textum feudalem explicat, cum argumenta contraria obijcit, cum quæstiones mouet, cum dissoluit, cum diuersas Doctorum recitat sententias) quæ in priore confusa erant omnia) cōmodè nunc distincta, deniq; Summaria (vt vocant) plęraq; omnia longè locupletiora reperiet. Hanc igitur nostrā Aluarotti nouam editionem, tibi, Reuerende domine Erasme, vir laudatissime, dedicare, tuoq́; sub clarissimo nomine in lucem emittere, libitum mihi est, tum ob antiquissimū illum, de quo suprà diximus, morem, tum ob plurima tua, quæ in me contulisti beneficia (vt aliqua saltem ex parte animi mei gratitudinem testarer) tum denique ob plurimas easdemq; valde etiam insignes atq; illustres virtutes tuas, quibus & iam olim, & etiamnum indies promereris, vt omnes te cum docti tum indocti, rerum tamen intelligentes, laudibus vehere, ac quibuscunque modis possint, celebrare debeant. Quàm integra enim, & pura tibi vita? quàm ardens pietas? quàm grauis prudentia? quàm syncera humanitas? quàm inexhausta, minimeq́; tamen ambitiosa, erga omnes liberalitas & beneficentia? Quantus in ore totoq́; corpore decor? quanta in moribus grauitas simul & comitas? quanta in sermonibus gratia, lepor, elegantia? quanta in rebus singulis expediendis dexteritas? Quibus sanè virtutibus effecisti, vt tot illustria cum Cathedralium, tum aliarum insignium ecclesiarum collegia, te sibi non solùm cooptarint, verùm etiam præfecerint. Sed desino, ne Panegyricum potius quàm Præfationē & Dedicationem nunc instituisse videar. Accipe igitur, vir amplissime, ALVAROTTVM, nomini tuo dedicatum, benigno, vt soles omnia, animo, & eadem me, qua hactenus beneuolentia perpetuò complectare. Quòd ego si experiar (vt equidem spero) operam dabo, vt aliquando illustriore aliquo opere, R.A.T. demeream. Constitui namq; (si Deus opt. max. & vitam mihi, & conatus nostros clementer prouehet) nihil deinceps prælis meis edere, quod cum meo, tum amicorum maximè meorum iudicio Reipublicæ literariæ non apprimè possit esse conducibile. Maximè verò Iuris ciuilis studiosis opera mea inseruire & gratificari decreui. Vnde factum est, vt cum antehac Tomos tres Receptarum & Communium Doctorum sententiarum, & aliquot eorundem Responsa, ex Officina nostra emiserim, nunc ad vnum hunc mercatum nostrum Paschalem, non tantùm Aluarottum hunc, verùm etiam Decisiones Ioannis Galli (& ipsas iam pridem desideratas) Octauij Cacherani & Petri

Roysij

Roysij Mauræi, doctissimorum & clarissimorum Iureconsultorum, ac Practicam insuper Ioannis Petri à Ferrarijs, omnium celeberrimam, laudatissimamque, non exiguis sanè sumptibus & laboribus adornarim, quas singulas editiones Iurisprudentiæ deditis admodum gratas & acceptas fore equidem valde spero. Sed longius me prouectum video quàm institueram. Bene vale igitur vir amplissime & præstantissime, meq; semel inter tuos receptum clientes, perpetuò tuere. Francofurti ad Mœnum, ex ædibus nostris Calendis Martijs, Anno Domini, M. D. LXX.

R. Amp. T.

deditissimus,

Sigismundus Feyerabend.

DE ALVAROTTIS, PATRE ET FILIO, EX M. MANTVÆ PATAVINI TRActatu De viris illustribus.

IACOBVS ALVAROTTVS *Senior & Iunior diuersis temporibus floruerunt, ille Anno 1439. iste verò, anno 1500. Vterq; hìc in patria docuit, & Commentaria in constitutiones feudales quàm elegantissima senior reliquit, multaque etiam consilia in Vol. Consil. feudalium Alberti Bruni inserta. Discipulus Cardinalis Zabarellæ, & Compater (vt ipse testatur in Prohe. feud. col. 2.) iunior verò post certum tempus ab Alphonso quondam Ferrariæ duce, Herculis patre, in consiliarium ascitus est, apud quem honorificè vixit, inque summo honore, donec diem suum obierit extremum, quique mihi etiam dum hîc doceret, præceptor fuit, & dominus sempiterna memoria & recordatione colendus. Sepultus est Ferrariæ in templo diui Francisci.*

DE IACOBO ALVAROTTO PATRE, EX EPITOMA VITARVM RECENTIVM IVRECONsultorum, Ioan. Fichardi Francofurtensis.

EOdem ferè tempore vita defunctus est apud Patauinos Iacobus Aluarottus, ex familia Alpharottorum ibi natus. Præceptore in Iure ciuili primum vsus est Bartholomæo Saliceto, in Iure verò canonico, Francisco Zabarella, celebri iuris Professore, qui tandem Cardinalis fuit, eum compatrem quoq; suum appellat. Fuit XXX. *annis in Iureconsultorum collegio Patauj, Sed* XVI. *tantùm annorum meminit, quibus continuè prælegerit: incertum Patauij ne an alibi tunc enim cum Commentarios feudales vniuersitati Patauinæ dedicaret, in Professorum numero se non fuisse in ipso operis limine significat. Mortuus est Anno* M. CCCCLIII. *ætatis suæ (vt Bergomensis tradit) anno* LXVIII. *Sepultus est Pataui in templo S. Antonij, vbi iuxta sacellum sancti Ioannis, in tabula legitur hoc Epithaphium:*

AMICE QVI ISTAC TRANSIS, ETSI PROPERAS, LAPIS HIC TE ROGAT, VT PAVLISPER INHÆREAS, ET HÆC SCRIPTA LEGAS. HAC IN BASILICA BEATI IOAN. BAPTISTÆ SVNT IACOBI ALVAROTTI PATAVINI SITA OSSA, QVI DVM VIXIT, SVO STVDIO ET DOCTRINA POST SVSCEPTAS DOCTORALES INFVLAS, COMMENTARIOS VTILES, CVM REPERTORIO IN IVS FEVDALE FORMAVIT: EOSQVE VENERANDÆ VNIVERSITATI IVRISTARVM DONAVIT. VOLVI VT ISTA NON IGNORES, ET PRO ANIMA IPSIVS ORES, OBIIT AVTEM DIE LVNÆ, XVIII. IVNII, ANNO M. CCCC. LIII. V. F.

ADDITIO RECENS, EIVSDEM IOAN. FICHARDI.

VEterem honestissimamque fuisse Pataui Aluarottorum familiam, tùm etiam præ cæteris pluribus Iureconsultis illustrem, insuper alia ibidem testantur Epithaphia. Nam ad S. Antonium aliud quoque legitur, ita inscriptum:

SITVS

SITVS EST

HOC AICARDINVS ATQ. ALVAROTTVS IN ANTRO
INGENTES MERITIS QVOS BREVIS VRNA TENET.

HOS FRATRES EX VTROQVE PARENTE NOBILES, GENERE DE ALVAROTTIS, AMBOS DOCTORES, ET QVI IVS CIVILE IN HOC STVDIO INGENTI GLORIA DOCVERVNT, VT IDEM QVONDAM VENTER, ITA VNVS NVNC TVMVLVS HABET.

OBIIT

AICARDINVS M.CCC. LXXXII. DIE XXIX. AVGVSTI.	ALVAROTTVS M.CCC. XCIIII. DIE IIII. OCTOB.

Et aliud in Templo Cathedrali, cum hac inscriptione:

FRANCISCO ALVAROTTO PATRIARCHÆ AQVILEIÆ, ET LL.D.

ILLE VICES AQVILEIA TVI QVI PATRIS OBIBAT,
QVI CLERI ET GEMINI GLORIA IVRIS ERAT,
HIC ALVAROTTVS TEGITVR FRANCISCVS IN VRNA,
HEV QVANTVM PATAVI FATA TVLERE DECVS?

Meminit prӕterea vir clariss. & I. C. celeberrimus, Dn. Mantua, amicus noster obseruandissimus, in Epitome sua Virorum illustrium, etiam Petri Aluarotti, quem ibi scribit alijs non inferiorem fuisse, nec tàm illustri domo indignũ aut degenerem. Decus enim & gloriam auxisse, & non solùm Patauij, verum etiam Bononiӕ docuisse floruisseq́, Anno M.CCC.XCIII. *cӕterum nihil monumentorum reliquisse, tametsi multa scripserit.*

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVÆ TRINITATIS, PATRIS, ET FILII, ET SPIRITVS SANCTI, GLORIOSAE VIRGINIS MARIAE, VTRIVSQVE Iacobi Apoſtoli, totiuſq; cœleſtis, Amen.

VENERANDÆ VNIVERSITATI IVRISTARVM PADVANAE, IACOBVS DE ALVAROTIS PATAVVS SALVTEM, & opus præſens.

ANIMADVERTI, & ſępè mecum cogitaui, ſpectabilis Rector, Reuerendi patres, fratres dilectiſsimi, & vniuerſitas veneráda, vos non parum admirari, quòd ego, qui præſenti tempore neq; officio lecturæ apud vos fungi viſus ſum, neq; noſtris ſcholaſticis diſputationibus multum frequẽs tot vigilijs, tot laboribus, totq; curis ſollicitudinibus ad hęc ſtudia veſtra, nedum incitanda, verùm etiam plurimum coadiuuanda, atque exornanda his pręſentibus meis commentarijs acceſſerim. Sed profectò veſtra charitas, & beneuolentia inordinataq; Scribentium, tam antiquorum, quàm modernorum cura atque diligentia, me ad tam arduum, tamq; graue opus induxit. Dum enim poſt ſuſceptas Doctorales infulas annis ſedecim continuis lecturæ officio operam dediſſem, peragraſſemq; omnes Codices atq; ſcripta, quæ in vtroque iure in vſu habentur, & à maioribus noſtris ad noſtram doctrinam tradita & relicta fuerunt, comperi omnia alia noſtri iuris Ciuilis volumina planè & copioſè, ac ſuo debito ordine, & elegantia laudabilẽ finẽ aſſequuta. Sed cùm in has feudorũ cõſuetudines diuertiſſem, in ipſiſq; pro ipſarum magnitudine ſubtilitate atq; difficultate materiæ diutius reſediſſem, animaduerti Cõmentatores earum in pluribus defeciſſe, ita vt nedum vtile ſed neceſſariũ fore exiſtimauerim huic tali morbo ſuccurrendum. Quis enim ad hæc vſque tempora continuationes rubricarum, vt congruum fuerat, ad plenum induxit? quæ tamen profectò non minus laudabiliter, prout in alijs noſtri iuris Ciuilis partibus fieri conſueuit, in præſenti opere & adduci & declarari potuerunt. Quis Scribentium adhuc in textualibus ad integritatem ingeſsit? Nullus præterea Gloſſator expeditionem & declarationem ſuo debito ordine proſequutus eſt, verùm eas aut in totum ſuo loco, vel pro parte omittendo, vel ſaltem vt decens fuerat, eas non nobis planas, ſed confuſas relinquendo. Quis omnium aliorum ſententias Doctorum, atq; dicta ſuo volumine comprehendit? Quis materias feudales vbique alibi vagas, & diſperſas vnà ſimul congerie collocauit? Quis omnia capitula extraordinaria alterius compilationis, huic noſtro feudorum operi interſeruit? quæ tamen frequenter à nonnullis Doctoribus ſuis in voluminibus allegantur. Quis inſuper poſt cuiuslibet capituli, vel paragraghi cõmentum, vbi de eadem materia in vtroq; iure habeatur, & per Gloſſas & Doctores, copioſas remiſsiones adduxit? Quis poſtremò repertorij tabulam ſuperaddidit, quo facilè quis, quod cupit reperire queat? Hoc enim ſummè neceſſarium exiſtimaui, cùm plerunque ipſi Studentes, & præſertim Scholaſtici has noſtras leges & conſuetudines feudales, non multùm familiares habere conſueuerunt. Omnia iſta Deo propitio, non tam eleganter, quàm vtiliter in hoc noſtro præſenti opere conſummauimus, vt nedum quiſq; doctus, ſed ſcholaſticus poſsit, & valeat in hac feudali ſcientia ſtudere, legere, & intelligere, & quicquid cupit de facili abſque labòre reperire. Nihil boni quod à ſcribentibus tactum fuit, omiſi, omnia eorum ſcripta euiſceraui, & huic vni operi accommodaui. In quacunq; determinatione authoritates ipſorum ſemper adduxi & allegaui. Vt autem ipſorum Doctorum, tam antiquorum, quàm modernorum, qui ſuper has feudales conſuetudines ſcripſère, notitia ac laudabilis memoria non lateret, eorũ nomina hîc inſerere curaui. Etſi Io. Andr. Iuris lumen in ſuis additionibus titulo de feudis ſcribat, ſe in hac materia habuiſſe diuerſos tractatus, quorum authores ignoraſſe fateatur, mihi tamen plurimum, ac ſedulò elaboranti, vt omnium volumina, qui ſcripſère, colligerem tam ex gymnaſijs noſtris Italicis, quod Vltramontanis euenit, vt per eorum diſcurſum, ac frequens ſtudium eorum nomina oblata ſimul, & patefacta ſint. Qui enim Pontifices, qui Principes & Magiſtri in hac materia feudali, primitus nobis textus in medium reliquerunt, ex eorũ ſupraſcriptionibus facilè eſt cognoſcere. Innocent. enim Tertius ex Pontificibus Decretales nonnullas edidit. Gregorius Septimus, Alexander Tertius, Honorius Tertius, Celeſtinus Tertius, Clemens Tertius, Alexander Quartus, & Vrbanus Quartus, ſententias plurimas vtiles & neceſſarias nobis tradiderunt. Ex Imperatoribus verò, à quibus leges feudales fluxerunt, hi habentur: Coradus Primus, Henricus Secundus, Lotharius Tertius, Federicus Primus, Henricus Quintus, & Federicus Secundus. Ex Magiſtris verò, quorum authoritates pro textu receptæ ſunt, hos inſcriptos tenemus: Filibertus Epiſcopus, Girardus Cagapiſti, Obertus de Horto. Ex nonnullis etiam decretis, & ex varijs conſuetudinibus regni tam Italici, quàm Germanici, nec non plurimorum populorum, quæ in iudicijs atq; curijs, pro vſu ciuitatum frequentaban-

Obertus de horto author [illegible] feudorum.

quentabantur, multa nobis, & ad nostram doctrinam collecta, & pro decisionibus veris obseruata, & robore textuali firmata sunt. Ex quibus omnibus postea idem Obertus de Horto tunc vir famosus & maximus Iurisconsultus, in hocq; iure feudali instructissimus, præsens opus feudorũ elimatum, & digestum, ac vtile satis, & necessarium edidit, & nobis reliquit. Cùm verò ipsius operis vtilitas gustata fuisset, intra nostri iuris ciuilis partes receptum est. Neq; Imperatoris Federici secundi defuit authoritas, cuius assensu hic liber, post nouã Iustiniani Constitutionum Collationem, decimæ collationis titulum sibi vendicauit. Super hoc opere multi scripserunt glossas, nonnulli composuerunt Summas, plurimi quoque egregij Commentatores euaserunt.

Bulgarus enim & Pileus primitùs glossauerunt. Hugolinus insuper & Coradinus, Simon Vincentinus, Iacobus Gofredi glossas aliquas addiderunt. Post quos Iacobus Columbi de regio glossas vtiles & plenas huic operi adiecit, ipsumq; opus suis glossis tam vtiliter, tamq; copiosè, & eleganter ornauit, vt nemo post ipsum, alias glossas inscribere ausus sit. In his enim & hodie versamur, & sculptas nostris Codicibus tenemus.

Summistæ autem plures fuerunt, quorum Pileus primus fuit, cuius Summam postea idem Iacobus Columbi in melius reformauit. Insuper Summas varias scripserunt Ioan. Faxioli, Odofredus Rolandinus, Ioan. de Brunosco, Iob. Io. Blancus, Gofr. Io. Lector, Marti. Sy. Ia. de Are. Ia. de Ra. Henric. Archiepiscopus Ebredunensis, postea verò nuncupatus Ho. qui à Pileo paucis additis suam Summam traxit. Petrus Quesuel, qui opus elegans, & vtile, sed rarum ac penè incognitum reliquit, quod directorium iuris nuncupauit. Fuit præterea inter alios Summista excellens Iac. Ardizoni Veronensis, qui Summam adeò copiosam scripsit hisq; iuribus feudalibus redundantem, vt nihil in ea, quod ad rem feudalem pertineat intactum relinquatur.

Restat vt de Commentatoribus quoque sermo habeatur, Iac. Aurelianensis, se nobis primũ ostendit, post hunc Petr. de Cerui. Iac. de Beluisio Doctor perspicuus, Andr. de Isern. vtilitate magis, & redundantia quàm ordine laudandus, Raynerius Forliuiensis, & Nicol. de Neapoli qui in omnibus præfatos Iac. de Beluisio, & Andream de Isernia, nihil aut parum addentes, secuti sunt. Nouissimè Bal. Doctor illustris, qui & si plures notabiles, & frequentes decisiones in suis scriptis adduxerit, profectò tamen & plerunque glossarum, & aliorum Scribentium sententias ad materiam pertinentes, aut in totum omisit, aut sine ordine vllo prosequutus est. Nos verò hoc modico voluminum numero, omnium supradictorum dicta collegimus, & suo debito ordine collocauimus, vt quicquid à prioribus dictum est, hoc breui libello inclusum reperias. Multa quoque excerpsi à Rofredo Beneuentano in libellis ab altero Rofredo eius discipulo, & compatriota. Ab Azone in Brocardis ab altero Rolandino de Placiola Patauo, à Dyno, Cyno, Bartolo, Baldo, Albrico de Rosate, Bartholomæo de Saliceto quem in iure Ciuili in primarijs studiorum meorum in magistrum, & præceptorem habui, & à Raphaële Fulgosio, vbicunq; alibi sparsim de hac materia in corpore iuris tractauerunt. Plurima etiam collegi ex Archidiacono, Innoc. Speculo, Ioanne Andrea, ex Butrio, ex Francisco Zabarella Patauo, ac Cardi. olim compatre, & in Canonico iure domino, & magistro meo. Aliqua insuper adduxi ex Pisanella, ex Raymundo, & ex Thoma de Aquino secunda secundæ, quæ ad propositum nostrum congruere visa sunt. Inter hos, qui in declarandis iuribus nostris feudalibus laborem plurimum impenderunt, non est meum ex suspicione nominis iudicare, qui præcipui, & ante alios habiti sunt illustres. Videmus tamen inter glossatores Iacobum Columbi principatum tenuisse. Inter Summistas Iacobum Ardizoni. Inter Commentatores Iacobum de Beluisio. Fuerunt præterea plures alij numero hoc nomine qui scripsêre, quos suprà nominauimus, non vt me numero eorum adijciam, sed vt famæ, & nominis ipsorum conseruatorem subijciam. Iuxta dictum Ioan. And. in princ. Clementinarum, qui nomẽ Ioañ. Papæ vigesimi secundi compilatoris earum, qui prius Ia. vocabatur plurimùm commendauit adijciens plures eodem suo nomine, scriptores egregios claruisse. Neque hoc nomen Iac. inter totius nostri iuris ciuilis fundatores defuit, prout Iustinianus Imperator in sua lege secunda, circa medium. C. de veteri iure enuc. attestatus est. Emicuit præterea hoc nomen inter Apostolos duplicatum, quorum alter epistolam Canonicam scripsit, qui etiam Saluatori nostro in figura simillimus fuit. Quis igitur hoc nomine non glorietur? Quis huic nomini, nõ debitas gratias agat? Quis hoc nomen non vsq; ad cœlum extollat? Quare spectabilis Rector, reuerendi Patres, Fratres dilectissimi, & Vniuersitas veneranda, hoc opus elimatum, & digestum suscipite, quod pro vobis iam multo tempore per me inchoatum, & maximo cum labore, ac vigilijs tandem ad finem, & consummationem vsque deductum gratanter exhibeo, ac trado. Ipsumq; per reuerendissimum in Christo Patrem, & dominum meum D. Petrum Donatum Episcopũ Paduanum, huiusq; studij nostri Cancellarium dignissimum, & in vtroq; iure Doctorem dissertissimum, ac per vos, & per sapientissimos dominos Doctores sacratissimi collegij Paduani collegas, & dominos meos quorum numero me licet indignum aggregare iam annis 30. dignati sunt supplendum, emendãdum, & corrigendum. Posteaq; si meretur in bibliothecã vestrã conseruandũ. Illud tamen charitatiuè rogo, vt non prius reprehendatis, quàm legatis, quum inciuile sit iudicare, nisi tota lege perspecta. Gratias itaque ago omnipotenti Deo eiusq; matri gloriosæ virginis Mariæ, vtriq; Iacobo Apostolo, quorum suffragijs hæc per me dudum reuoluta, ad optatum finem deduxi, faciantq; tandem, vt eorum gloria & participatione vobiscum fruar.

Amen.

SVMMARIA.

SVMMARIA.

1 *Ius scriptum quid.*
2 *Ius non scriptum quale.*
3 *Nomina huius libri.& num.11.*
4 *In dieb⁹ festis an liceat legere, studere, scribere.*
5 *Causa efficiens, materialis, formalis, finalis huius libri quæ sit.& num.seq.*
9 *Vtilitas huius libri, & quod sit eius subiectũ.*
12 *Liber feudorum an sit authorisabilis.*
13 *Iura feudalia an ligent omnes gentes.*
14 *Consuetudines hæ feudales an ligent Reges & dños superiorẽ de facto non recognoscẽtes.*
15 *Leges Lombardorum an ligent omnes, vel saltem Lombardos.*
16 *Leges Lombardorum quare paßim in hoc libro citantur & allegantur.*
17 *Liber Lombardæ à quo sit confectus.*
18 *Feudum quid & vnde dicatur.*
19 *Fidelitas quid sit.*
20 *Diuisio feudorum.*
21 *Feudum regale & non regale quid sit.*
22 *Feudum nobile & ignobile quid sit.*
23 *Feudum aliud habet naturam feudi, aliud non. Et quæ sit natura feudi.*
24 *Feudum aliud ecclesiasticum aliud seculare. Feudum ecclesiasticum duplex.*
25 *Feudum antiquum & nouum quid sit.*
26 *Feudum paternum & maternum quid sit.*
27 *Feudum masculinum & fœmininum quale.*
28 *Feudum aliud est diuisibile, aliud nõ diuisibile.*
29 *Feudum aliud reale, aliud personale, aliud personalißimum.*
30 *Feudum aliud conceditur cum iuramento, aliud absq; iuramento.*
31 *Feudum aliud rectum, aliud non rectum.*
32 *Feudum aliud ligium, aliud non ligium.*
33 *Feudum in curte & extra curtem quid sit.*
34 *Differentia inter feudum & allodiũ quæ sit, & quid sit allodium.*
35 *Feudum Guardiæ & Gastaldiæ quid sit.*
36 *Feudum Cameræ & Cauenæ quid.*
37 *Feudum aduocatiæ quid.*
38 *Beneficium in specie sumptum idem est quod feudum.*
39 *Beneficium manuale seu victuale quid.*
40 *Feuda quaternata quæ.*
41 *Feudum corporale & incorporale quid.*
42 *Vasallus quare ita nominetur, & quis sit, & vnde dicatur.*
43 *Species Colonorum & vnaquæq; explicatur.*
44 *Mansala quæ.*
45 *Contractus qui transferunt dominium rei, retento dominio recto.*

HVMANVM GENVS sicut præceptis regulatur naturalibus, aut gentium aut ciuilibus, vt in l. 1. in §. 1. ff. de iu. & iur. & insti. e. titu. in fi. Ita quoq; duplici iuri subijcitur scripto, vcz, & nõ scripto, vt inst. de iu. na. gẽti. & ci. in §. cõstat, & ff. de iu. & iur. in l. ius ciuile. in §. 1. & in princ. de-
1 creto. & 1. dist. cõsuetudo. Postquam ergò in alijs libris legalibus tam Digestorum, quàm Codicis, & Institutionũ, & in nouem collationibus præcedentibus tractatum, & declaratum est de iure scripto, quod consistit ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, Principum decretis, magistratuum edictis, & prudentum responsis, vt in d. §. constat. & ff. de iusti. & iu. in l. ius autẽ. & in Decretis di. 2. in prin. Videndum est nunc de iure nõ
2 scripto. Est autem ius non scriptũ illud ius, quod vsus comprobauit. Nam diuturni mores cõsensu vtentium comprobati, legem imitantur. insti. de iure na. gen. & ciuili. in §. ex non scripto. Ex
3 hoc quidam maiores nostri hunc librum vsum feudorum appellauere, cùm in eo vsus feudales, seu mores, vel consuetudines contineantur, vt patet inf. ti. 1. in §. hoc quoq;. Est autem mos consuetudo longa tracta de moribus tantummodo. 1. di. mos aũt. Consuetudo est ius moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cùm defuit lex, vt 1. di. consuetudo. Facit inf. de cog. feu. in c. 1. Et ex hoc quidam alij, hunc librum, consuetudines feudorum appellauerũt, & ideò in princ. primæ rubricæ inscriptum est: Incipiunt consuetudines feudorum, &c.

Harum itaq; consuetudinum feudalium materiam tractaturus, à quibusdam præfationibus inchoandũ existimaui, quæ libentius nos ad cognitionẽ materiæ perducunt, & cùm ibi venerimus, euidentiorem nobis præstant intellectum. iuxta l. 1. ff. de ori. iu. verùm quum hęc feudalium consuetudinum documenta, plerunq; in diebus festiuis, à voce magistra tradi soleant, benè est, priusquã ad ipsam traditionẽ perueniamus, videre, & cognoscere, an licitum sit in diebus festi-
4 uis legere, studere, vel scribere, ne fortè quũ nos alijs prędicauerimus, ipsi reprobi iudicemur, iuxta dictum Apostoli, 1. ad Corinthios 9. c. Et circa hãc quęstionem Azo in Summa. C. de ferijs videtur tenere, quod non liceat. Item tenet Rayn. in procœmio ffo rum. in §. 2. per illum text. qui legalem scientiam appellat artem. Et cum hac opinione videtur ibidem pertransire Bar. Facit l. 1. ff. de iusti. & iure. Artes enim non possunt exerceri in diebus festiuis. l. diuus Traianus. ff. de ferijs. Vnde si non est licitum legere, vel docere in diebus festiuis, ita & cõsequenter non liceat addiscere. l. culpa. C. de malefi. & ma.

Sed in contrariã sententiam sunt gl. nostræ, vt, vcz, liceat legere, docere, studere & addiscere in diebus festiuis, vt no. in dicta l. diuus. & in l. 2. C. de ferijs. Et hęc opinio est feudata his rationibus. Nam disciplina militaris põt exerceri prædictis diebus. d. l. diuus. Ergò & disciplina legalis, cùm ęquiparentur. l. aduocati. C. de aduoca. di. iudi. & in procœmio institu. in prin. Item quia omnia ea possunt exerceri talibus diebus, sine quibus mundus regi non põt. l. oẽs. & l. pluralitas. C. de ferijs. Mundus autem regi non posset sine legibus, in Auten. vt diuinæ iussiones in prin. & in Auten. habita. C. ne fil. pro patre. Ergò legalis scientia poterit dictis diebus exerceri. Et hanc opinionẽ simpliciter secutus est Nico. de Neapo. in prin. Auten. Tu verò vtranq; opinionem saluando, dic melius & sanctius secũdum Alberi. de Rosate. quem sequutus est Raphael Fulg. in d. l. 2. C. de ferijs. quod aut quis dat operã studio gratia lucri, sicut Aduocatus, vel Doc. & hoc nõ licet, & ita intelligatur prima opinio. Aut dat quis operam studio gratia veritatis inueniendæ, vel etiam pro opere pio, vt pro aduocatione miserabilium personarum, & tunc licet, vt in secunda opinione. Vnde Doctores & scholares possunt studere, & legere causa intelligentiæ, etiam diebus feriatis in honorem Dei secundum ipsos, Idẽ

tenet Cardinalis Florentinus, dominus Franciscus Zabarel. in c.1. extra de ferijs. dicens: quòd ad illuminandum intellectum licitum est studere, in diebus festiuis, dummodò non fiat causa lucri, dicit tamen vitandum esse studium solenne, saltem de mane, vt posit vacari audiendis Missis, vt 15.q.4.placita.

Et intelligit semper prædicta, dummodò non fiat causa lucri, nisi necessitas subesset. ar. in c. licet de ferijs. & in d.c.1. in fi. Idem videtur sensisse Pe. & Pau. de Leaza. Est autem studium solenne, quando est concursus, vt quia fit solennis disputatio. Dominus autem Anto. de Bu. in d.c.1. extra de ferijs. vbi latius hunc articulum tractauit, sic dicit, quod putat, quod die dominico non liceat studere, propter lucrum particulare consilij, nisi necessitas aliud suadeat pro expediẽdo illũ, qui de longinquo venit. Nec etiam liceat legere salariato, vel studere, nisi necessitas aliud suadeat. Similiter nec scholari liceat studere, quia diem deputatum ad seruitium altissimi, deputat ad seruitium mundanum, nisi studium esset de materia spirituali, in qua studendo Deo seruit, aliàs dicit ipse, quod non putat licitum, licet Docto. & scholares in hoc plurimum peccent.

Non ob. dicit ipse, quòd studendo dicatur opus pium, quia studium, si dirigitur in bonum finem, est eius finis, vt quis bonus efficiatur, & vt iustitiam ministret, sed vt plurimum est ob finem diuitiarum & honorum. Vnde licet opus sit licitum, tamen finis est malus. Item dato, quòd finis esset bonus, sicut & litigium est in finem iustitiæ, & tamen non licet hoc tempore feriarum. Vnde concludit, quod non suadente necessitate non liceat.

Non ob. l. pen. de ferijs, quia licet de iure ciuili sit licitũ militare, illud operatur necessitas. Nec in actu, licet de iure Canonico, pugnare die dominico, vt in c.1. de treuga & pace. Item adducit & aliam rationem, quia studere in materijs politicis, abstrahit hominem à contemplatione Dei, & à cultu, & reuerentia eius, in qua specialiter his diebus est insistendum. Item negari non potest, quin studium habeat in se annexum saltẽ finem acquirendi ad substentationem vitæ suæ, & sic non est omninò contẽplatiuus. Ergò nõ est licitum, cùm ob finem contemplationis fiat hæc prohibitio, vt in d.c.1. de ferijs. & l. dies. & l. oés. C. eod. titu. & hæc fuerunt verba Butrij in d.c.1. Ego verò vltra prædictos Doct. pro declaratione prædictæ quæstionis, adduco authoritatem beati Thomæ secunda secundæ, q.22. articulo 4. vbi dicit, quod nullus actus spiritualis exercitij est cõtra obseruantiam sabbati, puta si quis doceat verbo, vel scripto. Vnde Numeri 28. dicit gloss. quod fabri & huiusmodi artifices ociãtur in die sabbati. Lector aũt diuinæ legis, vel Doct. ab opere suo non desinit. & Leuitici 23. c. dicitur: omne opus seruile non facies in sabbato. Ad hoc autem facit, quod idem beatus Thomas. q.41. arti. fi. dixit, quod obseruatio festorum non impedit ea, quæ ordinantur ad hominis salutem etiam corporalem. Et inde est, quòd Medici possunt licitè mederi homines in die festo, vt probatur Io. 7. c. Facit ad prædicta de consec. di.3. ieiunia. in fi. & in Pisanella in litera ferię. & in Summa Ioan. Lectoris sub rubri. de ferijs. q.7. & 9. Nunc verò ad materiam feudorum principaliter ingrediẽtes præmittamus aliqua necessaria, ad intelligentiam totius præsentis tractatus, & materiæ feudalis, ne videamur tanquã nudi, & illotis (vt ita dixerim) manibus ipsum tractatum protinus amplecti, iuxta l.1. ff. de origi. iur. Subijciam igitur aliquas quæstiones introductiuas, & præparatiuas dicendorum, quarum prima est ista.

5 Quæro ergò primò de his, quæ in principijs librorum pertractari solent, & quæ Philosophus in prin. libri Phis. requiri mandat, vcz, quę fuerit causa efficiens huius libri, quæ materialis, quæ formalis, quæ finalis, quæ huius libri vtilitas, & postremò, cui parti Philosophiæ supponatur. Ad primũ respondeo, quòd causa immediata, & ꝓpinqua efficiens huius libri fuit Obertus de Orto, qui cõposuit & compilauit istum librũ. Causa verò efficiens remota & mediata fuerunt illi, qui primitùs fecerunt decreta, leges & consuetudines feudales, ex quibus ipse Obertus postea illud opus compilauit, de quibus satis copiosè dixi suprà in prologo vbi videas. Quis autem fuerit iste Obertus de Orto, & vnde traxit originem, dixi inf. in quib. cau. feu. amit. in prin. & latius inf. de feudi cogni. in princ. Fuit enim iste Obertus de Orto causa propinqua efficiens huius operis, sicut à simili dicimus in fabro, quod est causa efficiens cultelli. Quidam autem voluerunt dicere, quòd Deus sit semper causa efficiens magis propinqua, vt no. glo. super prima rubrica Auten. de hæredi. & falci. Sed de hoc hìc plenè per Bart. & Bal. super rubrica. ff. de iusti. & iur. &c.

6 Ad secundũ verò, videlicet, quę fuerit causa materialis huius libri respõdeo, quod fuerũt ipsa decreta, & leges, ac consuetudines tractantes, de materia feudali, ex quibus ipse Obertus composuit istum librum. Nam sicut faber ex materia ferri, componit & fabricat gladium, Lanificus ex lana componit & conglutinat pannum, ita Obertus de Orto ad istum suũ librum componendum assumpsit sibi materiam, ex prædictis decisionibus, & consuetudinibus, quæ propriè secũdum Legistas sunt materiæ scientiæ nostræ legalis, tam speculatiuè, quàm practicè. Quoniam sumimus facta hominum pro materia, & sic ius nostrum est fundatum super accidentibus, id est, super casibus emergẽtibus, ex quibus oritur bonum & æquũ, & ex illo bono & æquo, oritur ius. Nam iura ex factis nata sunt, vt l. si ex plagis. in §. si quis in cliuo. ff. ad l. Aqui. Verũ, quia in hac causa materiali, circa ius nostrum fit longa inter Doctores disputatio, ideò dic plenè per Bar. & Bal. in dicta rubrica de iustit. & iur.

7 Nunc verò ad tertiũ, quod fuit de causa formali respondeo, quòd causa formalis huius libri fuit diuidere istud opus in tres libros principales, quorum primus durat secundũ And. de iser. & Nico. de Neap. vsq; ad titulum de feudi cognitione. Et ibi incipit secundus liber, qui durat vsq; ad titulum, In quib. cau. feud. amit. Et ibi incipit tertius liber, qui durat vsq; ad finem operis. Quilibet insuper prædictorum librorum est diuisus per titulos congruentes, & quilibet titulus est diuisus in leges, seu capitula, vel paragraphos. Et hæc est propria forma huius libri redacti in vnã compaginem, & formam præsentem distinctam per ipsum Obertum conditorem, vt melius materia intelligeretur. argu. insti. de lega. in §. sed ne in primis. & ff. de excep. doli. l.1. & quia forma dat esse rei. l. Iul. §. si quis cum nihil. ff. ad exhi. Nam sicut sartor, dat formam congruentẽ chlamidi, & cap-

& cappæ, & faber cultello, ita Obertus dedit formam conuenientem huic suo operi.

8 Accedamus ad quartum, vcz, quæ fuit causa finalis seu intentio Oberti de Orto circa istud suũ opus compilandum. Et respondeo, quòd causa finalis fuit, colligere in pñtem librũ oẽs leges, decreta, & consuetudines de materia feudali tractãtes, & quę sparsim vagabantur, quia contingebat plerunq; eas nõ apparere, vel nõ probari, aut difficulter probari. Ideò pro cõmuni vtilitate consuetudines prædictæ, & vsus præfati varij, & dispersi, ac leges Imperatorũ, & nõnulla decreta redactæ sunt in præsentem librũ, per ipsum Obertum. Etsi causa finalis propinqua fuit, vt ista talia iura feudalia in noticiam haberentur, sicuti intentio fabri est fabricari gladium, vt incidat, quia ad illum finem fit. Fuit præterea causa finalis & intentio remota ipsius Oberti, ipsa, scilicet, fœlicitas, & status fœlicitatis, ac beatitudo æterna, ad quam oẽs scientiæ ordinantur, iuxta l. 1. in princ. C. de offic. præfecti præ. afri. & in proœmio insti. in fine. & in Auten. de hæred. & fal. in fine.

9 Ad quintum, vcz, quæ sit vtilitas huius libri, respondeo, quod ex prædictis satis patet vtilitas eius, quoniam melius, & commodius deuenitur ad noticiam huius scientiæ feudalis, quàm prius, & redditur vnicuiq; quod suum est, quod est proprium iustitiæ, vt ff. de iusti. & iure. l. iusticia. & instit. de iustitia & iure. in prin.

10 Ad vltimum verò, cui parti Philosophiæ supponatur hic liber, respondeo quòd Ethicæ, id est, morali scientiæ, quia tractat de moribus habentiũ feuda dirigendis in viam rationis, & iusticiæ, vt infrà quæ fuit pri. caus. benef. amit. in §. item qui domino. inf. de feu. alie. in §. 1. & in c. morib. inf. si de feu. fue. contro. sicut & alij libri legales, vt C. de legibus. l. leges sacratissimę. Et de materia harum omnium suprascriptarum causarum, dic plenè per glo. & Doctores in dicta rubrica. ff. de iusti. & iure. & per Azo. in princ. suæ Summę Codicis per Dynũ super rubrica. ff de operis noui nũciatio. p gl. & Canonistas in prin. decretaliũ.

11 Quæro secundò de nomine huius libri. Et respondeo, quòd quidã appellant ipsum vsum feudorũ, & ita nos Cõmuniter appellamus, quidam appellant consuetudines feudorũ, vt superius dixi, & ita per glossas nostras appellatur, vt nota. in l. de quibus. ff. de legi. C. quæ sit longa consue. in l. 2. & ff. solu. ma. in l. etiam & de regu. iur. in l. inuito. Alij appellant librũ feudorũ, vt per glo. iur. Canonici in c. fi. extra de feu. & per Hosti. in Sũma de feudis. Aliqui, vt Vr. appellant ipsum constitutiones feudales. Alij, vt Azo & Odoff. in Auten. cassa de sacrosanct. eccle. appellant ipsum decimam collationem, quicquid aũt sit, debemus stare in hoc denominationi, vtentiũ. l. 1. ff. de stu. & de fun. instru. l. cùm delationis. in § alinam. quod patet, quia quum non sit nomen generis à natura, licitũ est cuilibet immutare pro libito ar. in l. si quis in fundi vocabulo. cum ibi nota. ff. de leg. 1. secundum An. de Iser. & Nicol. de Neap. vtrũ autẽ hodie debeant amplius nominari vsus, vel cõsuetudines, postquam sunt redactæ in scriptis. dicam inf. super rubrica primi tituli, vbi videas.

12 Quæro tertiò, vtrum iste liber sit autorizabilis, ita, quòd in causis & in iudicijs, & in scholis possint allegari, contenta in eo, sicut cæteri libri legales, & hanc quæstionẽ format Iac. de Bel. 1. infrà in ti. 1. in §. fi. & adducit plures rationes, pro & contra. Sed omissis superfluitatibus ista est veritas in hac quæstione, qm̃ de legibus Imperatorũ, sicut Coradi, Lotharij, Federici primi, & Federici secundi, quorum plures leges reperiuntur in hoc libro interfertæ, & insuper aliorum Imperatorum, non est dubitandum aliquo modo, quod sunt autorizabiles, cùm sint leges Imperatorum. l. leges. C. de legi. De cæteris autem consuetudinibus, & decisionibus scriptis, vel recitatis per Girardum Cagapisti, vel Obertũ de Orto, qui fuerunt plurimorum dubiorum decisores, videtur plurimum dubitandum, quia necubi reperitur, quod habuerint authoritatem legis condendæ, q̃ non præsumitur data, nisi probetur. ff. de ori. iur. l. 2. §. plto. Sed tamen veritas est in contrarium, vcz, quòd imò tales leges, seu decisiones scriptæ, adductæ, vel recitatę in hoc opere, sint authorizabiles, allegabiles, & seruandæ, quia semper sic est obseruatum, & interpretatum, & à tãto tempore citra, cuius initij non extat memoria. Item quia hic liber semper fuit lectus pro Autentico in studijs generalibus, & super eo multi & maximi Doctores scripserunt, componendo glossas & Sũmas, & sic debent haberi, ac si constaret, quod esset scriptus per habentem potestatem condendi legem. arg. de aqua quo. l. hoc iure. §. ductus aquę & extra de verb. signi. c. super quibusdam. §. præterea. Item quia nunquam fuit hoc in quæstione deductum, nec contrarium apparet, vnde tacito consensu per tantum tempus videntur approbata hæc iura diutius obseruata. ff. de legi. l. sed ea. Item quia semper allegantur iura eius, sicut aliorum librorum legalium. Vnde minimè sunt mutanda, & c. l. minimè. ff. de legi. Item quia nonnullæ Decretales sequuntur decisiones in hoc libro situatas, vt patet extra de iudicijs. c. cæterùm. & c. nouit. & de consti. quæ in ecclesiarum & de pœnis in quibusdam. & c. ad aures & de sen. excom. grauem. & de hæreticis excõicamus, & in multis alijs infinitis capitulis in quibus fit mentio h[...] decisionum. Constat autem nullam esse argumentabiliorem probationem, quàm summorũ Pontificum & Imperatorum. l. fi. C. de legi. Item adducitur & alia ratio, quia istæ consuetudines inter imperiales constitutiones insertæ sunt, & de Principis conscientia, ergò, & c. vt C. de emenda iusti. Codi. in §. 1. & ff. de legi. nam vt ait. Item quia istæ consuetudines in Principis curia obseruantur & ipso mandante fuerunt Autenticatę, vt dixi sup. in prologo. Nam vt ait Odoff. in Autẽ. cassa. de sacros. eccle. Imperator Federicus secundus misit consuetudines Autenticorũ, quæ sunt Iustiniani, ad collegium Doctorum Papiæ, vt apparent eas sub congruis titulis, & ita ipsi fecerũt. Sed postea dominus Vgolinus Glossator antiquus, post nouã collationẽ Autenticorum, posuit hunc librum feudorum, & oẽs constõnes Imperatoris Federici antiqui & iunioris, & aliquas alias, & vocauit Decimã collationem. Concluditur ergò, quòd hic liber sit autorizabilis, & ita se habet Cõmunis opinio, in omnib. studijs, tam Vltramontes quàm citra. & oẽs Doctores ita sequũtur, & tenẽt. Et nos tenere debemus. & de hac q̃stione plenè tangit. d. Fran. Zab. Cardi. in cap. 2. extra de feudis quæstione fi. ibi etiã per But. in fi.

13 Quęro quartò, an iura & cõsuetudines huius libri ligent Gentes, sicut aliæ leges communes, & videretur dicendũ quòd nõ, qa cõsuetudo vnius Prouinciæ, non videtur posse ligare aliã, vt no. in

l.1.C.de emenda.lib. Sed tamen de his consuetu-
dinibus teneas contra, vt ligent oẽs, sicut aliæ le-
ges, & est ratio, propter consensum Principis, qui
in istis consuetudinibus cõfirmandis interuenit
expressè, vel saltem tacitè, quia eas patitur in suo
vigore durare, & sic videntur esse generales con-
suetudines, quæ ligare habent, sicut consuetudo
populi Romani, q̃ ligat oẽs Prouincias. l. de qui-
14 bus. ff. de legi. Ergò & Principis consuetudo de-
bet hoc operari, cùm omnis potestas populi Ro-
mani sit in eũ translata. l. 1. ff. de cõsti. prin. secun-
dũ Nic. de Neap. Vtrum autem illę cõsuetudines,
vel alię leges cõmunes, ligant oẽs Reges, & domi-
nos, qui de facto non recognoscunt superiorẽ, dic
vt plenè dixi inf. de pace iura. fir. in princ. Quid
15 autem de legibus Lombardorũ, de quibus sæpè
fit mẽtio in isto libro, tam in tex. quàm in glossis,
an ligent oẽs, vel solùm Lombardos, dicit An. de
Iser. qui mouet qõnem, quòd de legibus Impera-
torũ ibidem insertis, sicut Lotharij, Caroli, Lu-
douici, & aliorum Imperatorũ, non est dubium,
quòd debent pro legibus seruari, ex quo sunt le-
ges Imperatorum. l. leges. C. de legi. & secundũ ea
quę traduntur in l. 1. C. de Sum. tri. & fi. ca. Sed de
legibus Luprandi, & Rotaris, & similiũ Regum,
qm̃ non reperiuntur fuisse Imperatores, sed tan-
tùm Reges Lombardiæ, non seruabuntur pro le-
gibus, quia tantùm regno suo potuerunt legẽ im-
ponere. d. l. 1. Sed tamẽ dicit ipse, quòd ratio ipsa-
rum posset allegari, quia etiam ex legibus abro-
gatis & correctis remanet ratio. l. 2. ff. ad Trebel-
lia. & not. ff. de cõiungen. cum emanc. lib. l. 1. Sed
Nicol. de Neap. intelligit hunc solùm de legibus,
quę sunt in 6. voluminibus iuris nostri Commu-
nis, qm̃ & si aliqua lex sit correcta, benè remanet
ratio ipsius, ex qua potest sumi argumentum, &
ita intelligantur prædicta. Sed vbi ex legibus,
quę nõ sunt in dictis voluminibus, vellet quis su-
mere argumentũ, tunc non põt, vt not. C. de iu-
stic. co. confir. circa mediũ. in glo. necesse. Imò eas
allegans, puniretur pœna falsi, vt ibi dicit text. &
hoc confirmo per dictum Bal. in Auten. dos data.
C. de donat. ante nupt. allegantis Odoff. dicentẽ:
quòd ista lex Lombardorum, & ratio eius hodie
recessit ab aula, & alibi dixit, quòd de hoc iure,
nõ est curandũ in l. si in vita. C. de nup. Dicas ta-
men, quòd vltra dicta sex volumina librorũ, pos-
sent imperatores quotidie nouas leges facere, vt
not. in dicta glo. de iusti. codi. confir. prout vide-
mus de pace Constantiæ, ad reprimendam qui
16 sunt rebelles, &c. Quare aũt in hoc libro plerunq;
in tex. & glo. allegantur? Ideò est, vt ostendantur
varietates consuetudinum in hac materia, quæ
secundum varia iura firmabantur, vt dixi sup. in
17 prologo, & de fe. co. in c. 1. A quo autem dictus li-
ber Lombardiæ fuerit factus, dic quòd à Carolo,
vt dixit glo. 33. q. 1. in c. 1. & appellant ipsum librũ
capitularium Caroli, & de eo etiam tangit gl. 11.
q. 1. quicunq;, & ibi etiam dicitur, quòd lex abro-
gata potest allegari, licet non confirmetur, dicit
tamen Bal. & Odoff. in dicta Autenti. dos data. C.
de donati. ante nupti. quòd fuerunt factæ dictæ
leges, à quibusdam Regibus qui appellantur Lõ-
gobardi, eò quia habebant longas barbas, & ma-
gnas. Sed quid de capitulis extraordinarijs feu-
dorum quæ intitulantur alterius compilationis,
an reputentur Autentica, vide quod dixi inf. de
capitulis extraordinarijs in principio.
18 Quæro quintò, quid sit feudum, & vnde di-
catur, & omissis omnibus alijs diffinitionibus
Doctorum ponam hîc solùm diffinitionem, quæ
traditur per tex. inf. in quibus causis feu. amit. in
§. fi. videlicet, quòd feudum est beneficium, quod
ex beneuolentia alicui ita datur, vt proprietas
quidem rei immobilis beneficiatę penes dantem
remaneat, vsusfructus autem illius rei ita ad re-
cipientem transeat, vt ad eum hæredesq; suos
masculos, & fœminas, si de his nominatim dictũ
sit, imperpetuum pertineat, ad hoc, vt ille & sui
hæredes fideliter domino seruiant, siue id serui-
tium nominatim, quale esse debeat sit expressè,
siue indeterminatè promissum. Et secundum istã
diffinitionem omnia necessaria latè comprehen-
duntur. Diffinitur etiam pluribus alijs modis,
& breuius, prout scripsi in d. fin. vbi videas.
Quare autem appellatur feudum, & vnde dica-
tur à fidelitate vel à fide, vt inf. per quos fi. inue-
sti. in fi. & de hac quæstione plenè per Iacob. Ardi.
in prima charta sub rubricella vnde dicatur feu-
19 dum. Est autem fidelitas ipsum iuramentum,
quod præstatur à vasallis domino, vt inf. quid
præst. de inuesti. an fi. in fine. Pluribus etiam alijs
modis capitur fidelitas, vt ponit Bart. in extra-
uaganti ad reprimendam. in prin. & latius scripsi
in c. 1. inf. quid præce. de inuesti. an fideli. & quã-
quam in omnibus contractibus graue sit fidẽ fal-
lere. l. 1. de consti. pe. & quicquid facimus debeat
consistere in fide. l. 1. ff. si cer. pe. tamen per excel-
lentiam debet consistere in feudis, in quibus do-
minus quodammodò se committit vasallo, &
econtrà, & ideò per istam excellentiam feudum
denominatur à fide, seu à fidelitate. Interdum
vulgares appellant feudum alio modo, sicut Gal-
lici qui appellant galeriam, vt in c. 1. extra de feu-
dis. Qualiter verò feudum constituitur, dic vt
inf. quib. mod. feud. consti. po. c. 1. Item qualiter
inuestitura sit fienda, vel petenda, & fidelitas prę-
standa, no. glo. inf. per quos fit inuesti. in fi. Inue-
stitura autem quid sit, habetur inf. in tit. quid sit
inuestitura. Et interdum appellatur inuestitio,
vt inf. si de inuesti. inter dom. & vasal. lis ori. in c.
1. in princ. Quæ autem personæ possint feudum
dare, statim videbitis inf. ti. 1. in prin. & inf. per q̃s
fi. inuesti. in c. 1. vbi etiam declaratur quæ perso-
næ possint feudum recipere. Sed qualiter in cau-
sa feudali iudicium agitetur, procedatur, & frua-
tur, habetur infrà in titulo apud quem vel quos
conten. feu. ter. de c. t. cum si. De genere verò acti-
onis competentis, & domino, & vasallo feudali,
plenè dixi infrà quæ fuit princip. causa beneficij
amit. in §. sed nec alia. & inf. de controu. inter do-
minum & Episcopum. in capitulo primo, vbi gl.
tangit. Postremò qualiter feudum acquiratur, &
qualiter amittatur, patebit inf. in suis proprijs
titulis.
20 Quæro sextò, quot sint species seu diuisiones
feudorum? Respondeo plures secundum Docto.
Nam Iaco. Ardi. in Summa sua in secunda charta
sub rubricella, quot sint genera feudorum, enu-
merat solùm quatuor genera. Alij verò Doctores
Moderniores colligunt decem distinctiones feu-
dorũ, quos hîc seriatim, & magis ordinatè, quàm
ipsi faciunt describam, addendo vltra Doctores
aliquas, quas alibi sparsim reperi, & huc adduxi.
21 Prima enim diuisio est ista, quoniam feudo-
rum aliud est regale, sicut est feudum Marchiæ,
Ducatus, Comitatus, vel alterius regalis dignita-
tis, quod ab Imperatore vel Rege recognoscitur,
vt infrà

vt infrà de feudo. March. capitu. primo. Aliud est non regale, quod recognoscitur ab alijs inferioribus à Principe, vel à Rege. Vel si recognoscitur à Principe, non consistit in istis dignitatibus, vt quia inuestiuit de aliqua plebe, vt inf. in primo titulo in princi. & inf. quis dica. Dux, Comes, vel Marchio. in prin. & §. primo.

22 Secunda est diuisio, quonjam aliud est feudũ nobile, quod suum nobilitat possessorem, & istud appellatur padogum. Aliud Burgense, quod nõ nobilitat, vt inf. quis dicatur Dux, Com. vel Marchio, &c. in §. cæteri. Sed circa hanc diuisionem dixit Iacob. de Belui. latius: quem etiam recitat Ioan. Andre. super rubrica de præscripti. in addi. Specul. videlicet, quia feudum aliud est nobile, aliud minus nobile, aliud aliqualiter, vel mediocriter nobile. Nam concessum ab Imperatore regi, Duci, vel Marchioni, &c. dicatur nobile, sed minus nobile fit, quando feudum conceditur à prædictis, sed aliqualiter nobile est, quando feudum est concessum à vasallis suprascriptorum proximorum. Sed ignobile est illud, quod est cõcessum à minimis valuasoribus, à quibus nullam dignitatem, vel nobilitatem consequi posse dicuntur, vt patet infrà in princip. 1. titu. & in §. 1. & inf. de feu. Marchi. cum duabus rubricis sequen. & in dicto titulo quis dicatur Dux, &c. addit Ioã. And. ibidem quod etiã est dare feudum honorificum, francum, liberum, & sic nobile. Et vt ipse dicit, ideò appellatur prædictis modis, quia ex eo nil præstatur, vt apud vulgum hæc verba sonant, vt extra de spõ. ex literis. de verb. sign. anniculus, & sic indefinita loquutio faciet eum ab omni seruitio absolutum, vt extra de testi. significauit. & l. in tradendis. cum ibi no. con. prædi.

Intelligas tamen libertatem & franchisiam, & nobilitatem non eximere eum à capitulis cõprehensis in natura fidelitatis, quæ numerantur inf. in titu. de forma fideli. alias contineret repugnantiam, & contrarietatem, videlicet, quod sit feudum, & liberum prorsus ab omni fidelitate, quod non est dicendum. extra de appel. sollicitudinem. & l. vbi repugnantia. de reg. iur. Nam esset potius quædam libera donatio, si penitus esset liberum secundum præfatum Ioan. And. in dicto loco.

23 Tertia est diuisio, quoniam aliud est feudum, quod habet propriam naturã feudi, aliud est feudum, quod habet impropriam. Natura autẽ propria feudi est, quædam qualitas innata à prin. generationis feudi, ex qua virtus contractus proficiscitur, & semper regulariter videtur inesse, nisi per pactum improprietur, vt inf. de feu. non haben. propri. na. feu. c. 1. & inf. quid sit inuesti. c. 1. in §. fin. Et intelligitur habere propriam naturam, quod est simplex & rectum, & transitorium ad hæredes. & ad eum, cui inuestitus alteri coẽ qualiter infeudauerit. & de quo nõ debet quis disuestiri sine cognita culpa, vt inf. de natu. feu. c. 1. & in d. titu. de feu. non haben. pro. na. feu. Sed impropriam naturã intelligitur habere pluribus modis, vcz, qñ datur accipienti, vt ipse & sui hæredes, & cui dederint habeant, vt in d. c. 1. Item qñ sine inuestitura est acquisitum, vt inf. qui. mo. feu. consti. po. c. 1. Item feudum Guardiæ & Gastaldiæ, vt inf. de feu. Guar. & Gastal. Item cameræ & cauenæ inf. de feu. co. c. 2. & de votis feu. in princip. Item feudum soldate, vt infrà quis dicatur Dux, Comes, vel March. in fi. Item quando non est transitorium ad hęredes, vt suprà dixi, & istis omnibus modus habet naturam impropriam feudi & irregularem.

Quarta est diuisio, quoniã alio respectu feudum aliquando habet propriam naturã, vt quia dignitas cum feudo transit hæredes inuestiti, sicut communiter fit. prout videmus in Duce Mediolani, in Marchione Ferrariæ & similibus. Interdũ tale feudũ habet impropriam naturã feudi, vt qñ dignitas neq; feudum transit ad hęredes, sed solùm ad vitã vasalli. Sicut videmus in Marchionatu Anconitano, in Ducatu Spoletano, in Comitatu Campaniæ, & similibus; quo casu potius posset appellari administratio, licet sit collata per modum feudi mediante inuestitura: de quã dixi inf. de alie. feu. in fin. & in dicto c. primo. de feud. March. Duca. &c.

24 Quinta est diuisio, quoniam aliud est feudũ ecclesiasticum aliud seculare. Et ecclesiasticũ est duplex, quoniam quoddam datur, seu suscipitur ab ecclesia, tanquam ab ecclesia. Quoddam est quod datur à Clerico, non tanquam ab ecclesia, vt inf. de Cleri. quæ inuesti. fa. capi. primo. & inf. qui. mo. feu. consti. po. in fi. Potest etiam ecclesia & Clericus recognoscere feudum à Laico, vt infrà de capit. Cor. in fine.

25 Sexta est diuisio, quoniam aliud est feudum antiquũ siue paternum, aliud est feudum nouũ. Feudum paternum capitur equiuoce. Nam primò & largè dicitur paternum, quando iam feudũ fuit acquisitum ab aliquo ex antecessoribus, qui fuit agnationis communis, vt inf. de gradi. succes. in feudo in capit. primo § his verò. & inf. de natu. succes. feud. cap. primo. & hoc modo potest appellari etiam antiquum, eò quia est acquisitũ ab antecessoribus, vt not. gloss. super 5. inuestituræ, infrà de succes. feud. Secundò autem & strictè dicitur paternum illud feudum, quod fuit acquisitum à patre meo, vel ab aliquo alio meo ascendente vsque ad quartum gradum, sed à quarto gradu suprà appellatur propriè antiquum, vt infrà in titu. 1. in §. cùm verò. & not. inf. de succes. feud. in §. 1. & ibi plenè dixi in vltimo notabili. Nouum autem feudum est quando de nouo acquiritur feudum, & ideò appellatur nouum, vt inf. qui testes sint neces. ad pro. no. inuesti. in c. 1. Et in hoc est differentia, quia in feudo nouo non succedunt, nisi descendentes, sed in feudo antiquo seu paterno succedunt, non solùm descendẽtes, sed etiam collaterales, qui tamen descendũt à primo acquirente, vt probatur in dictis locis. Vtrum autem per refutationem feudi paterni desinat esse paternum. Item si fiat inuestitura de feudo paterno, tanquam de nouo, an similiter desinat esse paternum, dicam infrà de vasallo decrepitæ ætа. capit. primo, in fine.

26 Septima est diuisio, quoniam aliud est feudũ paternum, de quo suprà proximè dixi. Aliud est maternum, vcz, quod primo fuit acquisitum per fœminam, vt inf. de beneficio fœmi. in capit. 1. Et sicut paternum largè dicitur, quodcunq; feudum quod est acquisitum ab aliquo ex superioribus, qui fuit agnationis communis, vt suprà dixi, ita maternum quoq; dicetur illud feudum, quod à quacunq; fœmina ex superioribus fuit acquisitũ, quæ fuit cognationis communis, secundum Bal. & ijsdem regulis tractabitur, sicut feudum paternum, vt in d. c. 1. de quo dic, vt ibi dixi.

27 Octaua est diuisio, quoniam aliud est feudũ

masculi-

masculinum, quod regulariter transit ad masculos tantùm, & non ad fœminas, vt inf. in titu. 1. in §. hoc autem & de succes. feud. in §. filia. Aliud est feudum fœmininum seu fœmineum, quod per pactum transit ad fœminas, vt in d. § filia. Quo casu, tunc demum succedit fœmina, si non extat masculus, vt inf. de eo qui sibi hæredibusq; suis. c. primo. Fallit etiam, vbi transit ad filiam, eò quia redemit, vt inf. quemadmodum feudum ad fi. per. in cap. 1. & de natura succes. feu. in princip. & inf. an mari. succe. vxo. c. primo.

28 Nona est diuisio, quoniam feudum aliud est diuisibile, aliud non diuisibile. Regulariter enim omne feudum est diuisibile, sed fallit in Marchi. Ducatu, vel Comitatu, & in cæteris feudis similibus dignitatem habentibus, vt inf. si de feu. fu. contro. in c. omnes. & de prohi. feu. alie. per Fre. in §. præterea Ducatus. & dicatis, vt ibi dixi.

29 Decima est diuisio, quoniam aliud est feudũ reale, siue perpetuum, aliud personale aliud personalissimum. Reale namq; seu perpetuum feudum est illud, quod transit ad hæredem, quando vnusquisq; sibi suisq; hæredibus perspexit, vt inf. de duo. fratri. à ca. inuesti. c. 1. inf. in qui. cau. feu. amit. in § fin. Personale feudum est, quando feudum ad vitam alicuius conceditur, vt inf. quib. mo. feud. consti. po. c. 1. & de consue. rect. feud. c. 1. Vel sicut est feudum habitationum, quod finitur morte accipientis, nisi aliud specialiter cautum sit, vt probatur in c. feuda habitationum in titu. de feudis & beneficijs, &c. in capitulis extraordinarijs. Feudum verò personalissimum est illud feudum, quod soldata appellatur, & istud ex neutra parte transit ad hæredem, vt inf. quis di. Dux, Co. vel Marchio. in §. soldata. Feudum enim regulariter transit ad omnes hæredes, qui tenent eundem gradum, vt inf. in tit. 1. in §. & quia. & de successi. feu. in prin.

Sed fallit in his, qui viuunt iure Francorum, quia tunc transit ad primogenitum, secundum Iac. de Bel. Facit quod dixit Bal. in l. cum antiquioribus. C. de iure deli.

30 Vndecima est diuisio, quoniam feudũ aliud fit cum iuramẽto, & sic cum fidelitate, & hoc regulariter, aliud absq; iuramento, vcz, si per pactũ remittatur, vt inf. per quos fiet inuest. in c. nulla. & inf. de capi. Cor. in princ.

31 Duodecima est diuisio, quoniã aliud est feudum rectum & purum, aliud est feudum non rectum, sed conditionatum, non quod sit sub conditione, sed sub quadam qualificatione. Nam regulariter quidem feudum simplex & rectum est purum, sed quia interdum qualificatur eius conditio, vt quia datur ad certum seruitium, vel conditionem certam, vt infrà quid sit inuestit. in § penulti. & fi. Ideò appellatur conditionatum, vt not. gloss. in c. fin. infrà de ca. qui. cur. ven. vbi videas. Facit. c. 1. in fine. in quib. cau. feud. amit. Potest etiam tradi alia diuisio inter feudum rectum & feudum non rectum alio respectu, quoniam feudum potest dici rectum, quando quis adipiscitur possessionem feudi præcedente licentia domini, præsente curia, quia tale feudum est perinde, ac si esset facta inuestitura, & est transmissibile, vt inf. de consue. rect. feu. in c. 1. in prin. Sed si dicta licentia esset data absq; curia, tunc tale feudum non censeretur rectum, sed abusiuum, & nõ esset transmissibile, vt inf. qui. mo. feu. consti. po. c. 1. Et istam doctrinam tradit Bal. in d. c. 1. de consue. rect. feu. Itẽ & alio respectu põt dici rectum illud feudũ, quod est perpetuũ, & non põt reuocari, vt inf. de contro. inuesti. in §. item si vasallus. illud verò quod potest reuocari, appellatur non rectũ, & de hoc loquitur titulus de feud. Guar. & Gastal. vt quia datur ratione alicuius officij, vel mariti, vt dixi inf. de contro. inter vasal. & Epis. in capitulo primo in euidentialibus.

32 Terdecima est diuisio, quia aliud feudum appellatur ligiũ, aliud non ligium. Nam feudum ligium est, vbi iuratur fidelitas contra omnem hominem, quod feudum propriè nõ cõceditur, nec recipitur, nisi ab eo qui non recognoscit superiorem. Sed feudũ non ligiũ est, qñ in concessione & fidelitate excipitur prior dominus, cui iam est ligatus, vt inf. hîc fin. lex. in fi. & inf. de prohi. feu. alie. per Loth. l. 2. vt puta si facio tibi Homagium excepta fidelitate, qua tali domino meo teneor. Nam dicitur homo ligius, quasi ligatus domino suo, vel dicitur ligius, quasi legalitatẽ continens. De quo per tex. & gl. in Cle. pastoralis. de re iudi. & in Spe. de feu. §. quoniam. versi. & no. vbi plenè videas. & inf. de capi. extraor. in c. 1. Ex quibus infert Io. An. in glo. dictæ Cle. quod quis non põt esse homo ligius duorum, sed benè põt esse ligius vnius & vasallus alterius. Potest etiã quis esse vasallus duorum. d. l. 2. Sed tamen in vasallitico, vel fidelitate semper intelligitur excepta persona Imperatoris, vt inf. de prohi. feu. alie. per Fe. in fi.

33 Decimaquarta est diuisio, quoniam feudum aliud est, curte domini, aliud est extra curtem, vt probatur inf. tit. qui. mo. feud. amit. in §. fi. & ibi no. & de hoc plenè dixi inf. de capi. qui cur. ven. in c. 1. in prin. vbi videas.

34 Decimaquinta insuper habemus differentiã inter feudum & allodium, quoniã feudum recognoscitur à domino, allodium verò à nemine recognoscitur. Et dicitur allodiũ res hæreditaria, quæ propria est & liberatur, probatur in c. 2. inf. si de feu. fue. contro. & inf. de pace iura fir. in fin. Et de hoc allodio notauit gl. in l. & si quis in §. sed interdum. ff. de relig. & in l. penulti. C. de inge. manu. & ibi per Bald.

35 Decimasexta scias, quod habemus feudum Guardię, & Gastaldiæ, & pro mercede alicuius rei. quod quidem feudum immediatẽ elapso anno, põt auferri, si simpliciter fuerit datum. Secùs si ad certum tempus debet expectari, vt inf. in ti. de feu. Guar. & Gastal. in cap. 1. & de contentione inter do. & vasal. c. 1. in fi. Quando autem intelligatur esse feudum Guardiæ & Gastaldiæ, dic vt plenè declaraui in d. c. 1. de feu. Guar. & Gastal.

36 Decimaseptima habemus feudum cameræ vel cauenæ, videlicet, vt quis recipiat tantùm annuatim de camera vel cauena communis, vt infrà de feudi cognitione in cap. 2. Et in isto feudo non debet solui, nisi quando camera vel cauena habet vnde solui possit, aliàs debet expectari, quod sit soluendo, vt infrà de notis feudorum in princi. Et istud tale feudum transit ad hæredem, & est propriè feudum, & datur propter aliquod seruitium factum domino. Sed habemus etiam solu. datam, quæ est quædam præstatio annua & gratuita, quæ à neutra parte transit ad hęredem, vt quia datur fortè prouisio alicui nobili ad paupertatem redacto, & non censetur feudum, vt probatur infrà, quis di. Dux, Co. vel March. in fi.

37 Decimaoctaua habemus feudum, quod appellatur feudum aduocatiue, vt quia aliquis est Aduoca-

Aduocatus fisci, & illi aduocatiæ, est annexum feudum. Similiter dicas in procuratia vel iudicatura, vel notaria, vel aliud officium, cui sit annexum feudum certum, vt probatur infrà de pace tenen. in §. quicunque. vel feudum quod appellatur scutiferorum, quod est deputatum pro illo officio, de quo feudo fit mẽtio in capitulis extraordinarijs in §. 1. & dixi inf. de feu. Guar. in princ. in remissionibus.

38 Decimanona scias, quòd beneficium in specie sumptum, idem est, quod feudum, vt infrà in quibus causis feudum amittatur. in §. in primis. Nam hæc iura feudalia interdũ appellantur beneficium, interdum feudum, vt infrà si de feu. fue. controuer. in c beneficium. infrà de beneficio fœminæ, in rubrica, & in c. 1. & de lege Cor. in c. 2. & de vasal. qui contra consti. Loth. in c. 1. & in pluribus alijs locis, & plenè per Iacob. Ardizo. in Summa in prima charta sub rubricelia. Vnde dicatur beneficium. Et ex his dixit Roff. in libellis in tracta. de offic. iudicis quo subuenitur censito sub rubricella, de vasallis quod Archiepiscopi, Episcopi, & Prælati pro eorum beneficijs possunt dici vasalli domini Papæ. Habent enim quasi in feudum suos Episcopatus, Archiepiscopatus, Abbatias & similia à domino Papa, & iurant ei fidelitatem, vt in c. ego Episcopus, extra de iureiuran. interdum capitur beneficium pro officio, vt infrà de pace tenen. in §. quicunq.

39 Vigesima subsequenter scias, quòd habemus etiam quoddam beneficium, quod appellatur manuale seu victuale, vt sunt distributiones quędam quotidianæ, quæ dantur præsentibus, & residentibus, de quibus habetur in c. 1. de Cleri. non residen. lib. 6.

40 Vigesimaprima notabis quidam esse feuda, quæ magistraliter appellantur in nonnullis locis quaternata seu de tabula, videlicet, illa, quæ spectant ad collationem alicuius Regis vel domini, qui sunt scripta in quaternis cameræ seu tabula, vt dicit Andre. de Isern. in c. 1. de controuer. feud. apud pater.

41 Vigesimasecunda potest addi alia diuisio, quoniam aliud est feudum corporale, quod consistit in rebus immobilibus, aliud incorporale quod consistit in iuribus decimalibus, vel alijs iurisdictionibus: vt ait Bald. infrà de consue. rect. feu. in §. 1. in fi. & probatur in c. 2. infrà de feu. cogni. Et hęc sunt omnia genera feudorum quę nedum per Summistas tanguntur, verumetiam ab alijs sparsim diuersimode tradita reperi, & hoc
42 loco cumulaui. Quæro 7. quare appelletur vasallus, & quis sit, & vnde dicatur, & quot nomina habeat, & respondeo quòd vasallus idem est, quod obligatus, & deriuatur à vas vadis, quod interpretatur obses, inde vadimonium. Est enim obligatus vasallus ad plura domino suo, vt infrà de forma fi. in c. 1. Vnde vasallus idem est, quod fidelis, id est, ille qui est obligatus ex fidelitate, vt infrà an remo. sint testes q pa. esse desi. c. 1. Et ideò appellatur etiam fidelis, vt infrà in titu. 1. in §. antiquissimo, & hoc ideò, quia fidelitatem iurat, vt infrà quali. iura. debet vasallus. Quinimò etiamsi remitteretur iuramentum, deberet nihilominus esse fidelis, vt infrà, quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. 1. & de capi. Cor. in princip. Interdum appellatur homo alienus, vt ait Barto. in l. si quæramus, ff. de testa. Interdum appellatur clientulus, vt infrà de feud. alie. in prin. & §. & si clientulus. Clientulus non idem est, quod seruitor. Vnde Terentius ait: Semper commendauit in clientelam, id est, seruitium. Nam vasallus est obligatus ad seruiendum domino, vt infrà in quibus cau. feu. amit. in fi. Et ex hoc verbo clientulus sumunt quidam argumentum, quòd vasallus sit de iure Romano, etiã ante ista iura feudalia, cùm de hoc nomine ante esset cautum in iure Communi, vt l. rem non nouam in fin. C. de iudicijs.

Sed communis opinio est in contrarium, vt dixi inf. de controu. inter dom. & vasal. de inuesti. in prin. in quarto notabili vbi videas. Interdũ appellatur feudatarius, iuxta vulgare, id est, obligatus ad fidelitatem per iuramentum inuestituræ, vt inf. per quos fi. inuestit. in fi. & de no. fid. for. c. 1. in prin. Interdum appellatur miles, vt inf. de feu. si. cul. non a. in capi. 1. & ibi not. Interdum appellatur valuasor, quasi dignus stare ad valuas domini, vt dixi infrà quis di. Dux, Co. vel Marc. in princ. Interdum vasalli appellantur pares, vt infrà si de inuesti. inter dom. & vasal. lis ori. in capitulo primo. Insuper sciendum quòd ex generali consuetudine trahuntur, & adducuntur etiam alia nomina ad hanc materiam, quorum omniũ, vt notitia habeatur, hîc inserere curaui. Nam habemus Homagium, quando aliquis promittit se esse hominem alicuius domini, & stare & habitare, vbi voluerit dominus, & ea seruitia exhibere, prout dominus voluerit, & super hoc facit sibi Homagium, id est, promissionem, vt sit homo suus, de quo in Clemen. pastoralis. de re iudica. Nam censetur pro Homagio obligatus, qui fidelitatem & obedientiam præstat, vt in ca. grauem. extra de excessi. Prælatorum. Aliqui autem appellant istam obligationem hominium, vt in capi. ex diligenti. extra de symonia. Aliqui appellant vasallagium, & prout ibi dicit Hostien. Homagium frequenter capitur pro fidelitate & ecõtrà & pro vasallagio. Nam ista vocabula magis à maioribus ciuitatum, & vtentium intelliguntur emanasse, quàm à iure scripto, vt tenet Spec. titu. de feudis, §. 2. versi. 2. quare quoniam natura quotidie noua nomina edere deproperat, vt l. 2. §. sed quia. C. de vete. iur. enucle. Vtrum autem pro rebus spiritualibus sit præstandum Homagium, dixi infrà, per quos fiat inuesti. in §. nulla. Et de his vasallagijs Homagijs hominijs, & vtrũ teneãt tales contractus, quod quis efficiatur homo alterius, dic plenè per Specu. in d. §. 2. in prin. cum tribus versic. sequen. & in versiculo quarto, & in pluribus alijs versic. seq. & in §. fi. & per Docto. in d. c. ex diligenti. & in capi veritatis. extra de iureiuran. & per Archidia. & gloss. de statu regula. periculoso. lib. 6. & C. de agri. & censi. in l. cùm simus. & in l. fi. C. de serui. fu. & vide gloss. super rubrica in d. tit. de agri. & censi. qui ponit
43 octo diuersa nomina & genera colonorum. Nam quidam sunt ascripticij, quidam censiti, quidam perpetui, quidam conditionales, quidam inquilini, quidam originarij, quidam simplices, quidam rusticani liberi, quæ omnia declara, vt ibi colligitur. & per gloss. in dicta Clemen. pastoralis, vbi prædicta declarantur. & per Bar. ff. de vsur. l. si apes. §. fi. & in Spec. de feu. §. fi. ad fi. Vltra suprascriptos adducit Rof. in libellis in loco supraallegato, plures alias species colonorũ, qm̃ quidã appellantur reddẽtes, q nihil aliud faciunt domino, nisi

no, nisi ꝙ reddũt domino vel gallinas, vel spalas, vel porcum, vel agnũ, vel librã ceræ, vel aliquid aliud. Quidam sunt manentes, qui in solo alieno manent in villis, & per 30. annos dominus ab eis manẽtibus recipit seruitia certa. Quidã sunt angarij, qui seruitium faciunt proprijs expensis, puta tot operas in septimana. Quidam sunt perangarij, qui faciunt dictas operas, & vltra hoc soluunt etiam redditus pro patrimonio, & de his dixi infrà quæ sunt regaliæ. Quidam sunt homines recõmendati, qui se subijciunt patrocinio alterius, & dicent domino, quod volunt esse sui recommẽdati, vt habeant suam defensionem, & pro hac recognitione, & maiorantia, & recommendatione obligant se ad aliquod seruitiũ, vel ad aliquid soluendum, & de istis omnibus declara per dictum Rof. in dicta rubrica de offic. iudicis quo subuenitur censito. vbi plura dicit. Quidam sunt homines appellati obsides, id est, obligati pro hostagio, vt per Innocen. in c. ex rescripto, extra de iureiur. & probatur in l. obsides. ff. de testa. Sunt præterea aliqui homines, qui appellantur homines de mansata. Est autem
44 mansata, quando dominus dat alicui mansum cum diuersis possessionibus, & propter hoc ille se facit hominem domini: ad certum seruitium tenetur, & talis dicitur homo de mansata, quia est homo ratione possessionum, persona tamen eius est libera, si dimissa mansata alibi se transferat. Quidam tamen vocant eos homines de mansata, quasi de familia, & isti quasi pro seruis habentur, vt de prædictis ponit Spec. in d. §. 2. in ver. sed nunquid homo meus. in titu. de feudis. Vulgares autem, corrupto vocabulo, appellant eos homines de masenata. Facit ad prædicta quod dixit Bal. in præambulis feudorum, in sua diuisione 2. feudorum.

45 Notandum insuper, quòd habemus sex contractus, ex quibus transfertur dominium rei, retento dominio directo, quorũ quilibet habet nomina diuersa, & differũt inter se. De ꝗbus omnibus per ordinẽ videamus. Nam primus est contractus superficiarius. Secũdus est cõtractus locationis ad longũ tẽpus. Tertius est contractus emphiteoticus. Quartus est contractus libellarius. Quintus est cõtractus precariè in genere fœminino. Sextus est contractus feudalis, de quo in isto libro.

Capio primum & dico quod contractus superficiarius est, quando vendo, vel dono, vel aliter in te transfero superficiẽ seu domũ existentẽ in tali fundo meo, vt ex dicta superficie soluas mihi aliquid, vel etiã cõcedo, vt possis ibi superficiẽ ponere. Nam dominiũ directũ remanet apud me, sed vtile dominiũ est apud te superficiariũ. l. 1. in §. 1. & in l. 1. ff. de sup̃ficiebus, & est iste cõtractus istius naturæ quod destructa funditus domo, vel molendino, vel alia superficie impetu aquarũ, vel igne, quod finitus erat cõtractus superficie, per dictum interitum, vt dicit Bal. super rubrica. C. de iure emphi. & secundũ Bar. iste talis superficiarius censetur de consuetudine tanquã libellarius, seu emphiteoticarius, vt in d. l. fi. ff. de superfi. & in l. fi. si ager vecti. Facit quod no. in l. 1. §. is autem. ff. de superfi. & in l. superficiario. ff. de rei vendi.

Venio ad secundum de locatione ad non modicũ tempus, quod intelligas vbicunq; locatio includit 10. annos, vt not. in l. fi. ff. si ager vect. Ideò solet tradi consiliũ, vt non loces possessionẽ tuam, nisi ad nouem annos, quia si locares vsq; ad 10. tunc transfers vtile dominiũ. Quod intelligas locatione durãte, vt in d. l. fi. & ibi hoc tenet Ray. Facit quod dixi Bar. in l. qui fundũ. ff. loca. & quod not. gloss. in l. si vt certo. §. si duobus. ff. commo. in gl. magna circa medium.

Capio tertiũ de contractu emphiteotico, & dico, quod emphiteosis seu contractus emphiteoticus est locatio, seu traditio rei facta imperpetuũ hac lege, vt quamdiu pensio siue sensus, seu vectigal soluatur, non possit auferri ab ipso emphiteota, seu ab habente ab eo causam, vt probatur insti. loca. in §. adeò. ff. si ager vect. in l. 1. Et dicitur emphiteosis ab emphyteos græcè, quod latinè dicitur melioratio, hoc ideò, quia olim tãtùm sterilia dabantur, vt meliorarentur, sed hodiè etiam non sterilia dantur, vt no. in d. §. adeò. & Azo in Summa de iure emphiteotico. Facit. l. fi. C. de iure emphi. & Auten. qui res. & Auten. si quis ruinas. C. de sac. sanct. eccle.

Venio ad quartũ, vcz, ad libellarium contractũ, & dicitur libellus, quasi breuis scriptura, vt dixit Bald. in §. aut si libellario. inf. quib. mo. feu. amit. Et secundum quosdam iste cõtractus libelli, seu liuelli consistit, qñ vasallus locat rem feudalem vsq; ad 29. annos, & ita dicit Cy. in l. 1. C. de iure emphi. Et in hoc dicũt esse differẽtiam inter emphiteosim & libellũ, quia emphiteosis fit imperpetuũ, libellus verò ad tempus 29. annorum. Alij dicunt, quòd libellus est, quod datur vasallo etiã perpetuo, sub modica pẽsione, vt inf. quali. olim po. feud. alie. in c. 1. & tunc erit differentia, quia ad constituendum emphiteosim fit necesse, quod concedens sit directo dominus, sed libellus conceditur per vasallũ qui non est directo dominus, & ideò accipiens nõ dicitur propriè emphiteota, quia concedens non est dñs, nec cõcedit, vt dominus. Sed tamen secundũ Bar. hodie non his vocabulis abutimur, & ꝓ cõmuni vsu loquendi accipimus libellũ pro emphiteosi, & ecõtrà. Idẽ dicit Iac. Ardi. in Sum. & sic nulla differentia erit in effectu, inter contractũ emphiteoticũ & libellum, vt videtur sentire text. in d. c. 1. quali. olim feud. po. alie. & ita tenet Bart. in d. l. 1. C. de iur. emphi. & in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. vbi glo. facit mentionem de isto contractu libelli, & in Auten. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & Cy. in d. l. 1. C. de iure emphi. q. 2. Et Cardinalis Florentinus hoc idẽ in c. fi. extra de loca. & de contractu libelli traditur inf. qui. mo. feud. amit. in §. aut si libellario. & inf. quali. olim po. feu. alie. in §. donare. & per Innoc. extra de proba. c. in præsentia. & per Bald. super rubrica. C. de iure emphi. per Azo. in Summa de iure emphiteotico.

Capio quintũ de p̃caria, & dico, quod precaria est cõtractus initus, vsq; ad quinquenniũ ad p̃ces alicuius, & de quinquennio in quinquennium vult renouari, vt extra de precario in capitulo 1. & capit. precariè coniuncta gloss. plus autem dicit Hostien. & aliqui Canonistæ quod est differentia inter precariam, De qua sup. & cõtractum precariè, & precarium dicentes: quòd cõtractus precariè est donatio facta vsq; ad mortem accipientis. 12. q. 3. sæpè. 15. q. 2. Clerici. Precarium autem est, quod precibus petenti vtendum conceditur, tamdiu, quãdiu is, qui concessit patitur, l. 1, in prin. ff. de p̃cario. & in d. c. 1. de p̃cario.

Et hæc

Et hæc differentia traditur etiam in directorio iuris, quæ colligitur in istis versibus. Rie, ria, rium, tria sunt quibus est caput, vnum Rie, cùm moritur citra nec vult renouari. Ria magis viuit post lustrum nempe renascens. Rium sicut ego moritur, cùm vult suus author. Sed Cyn. in l. 1. C. de iure emphiteotico. dicit, quòd istæ tales differentiæ sunt abusiones, & ideò Barto. in d. §. si de vectigalibus. dicit, quòd precarium reuocatur ad voluntatem concedentis, & hoc est clarum. Sed istud nomen precaria, non est nomen iuris, sed potius consuetudinis, vt per Innocent. in d. c. 1. de precario. Sed tamen quicquid sit, ista precaria in nihilum differt à contractu emphiteotico. Immò in omnibus, & per omnia est eiusdem naturæ in effectu, cuius est emphiteosis, & ideò quod in vno disponitur, habet locum in reliquo, & ita sentit ibi Bart. in effectu. Quæ autem differentia sit inter precarium & commodatum, vide per gl. in d. l. 1. ff. de precario.

Circa sextum videlicet de contractu feudali non insisto, quia de hoc satis dixi supr. in 5. q. Quæ autem differentia sit inter contractũ feudi & emphiteosis facilè est cognoscere. Nam emphiteota potest pignorare, iuxta ea quæ habentur in l. fi. cum ibi no. C. de iure emphiteotico. & insti. de locatione. in §. adeò. & in l. tutor. §. fin. cum l. sequen. ff. de pigno. act. & ff. de pigno. in l. lex vectigali. Sed vasallus non, vt infr. de prohibita feud. alienatio. per Federic. in l. in princip. Item vasallus iurat, & est obligatus ad plura, quæ enumerantur, infr. de forma fidelit. emphiteota non. Item emphiteota cadit à iure suo, si non soluit per triennium cẽsum suum. l. 2. C. de iure emphiteotico. Vel per biennium in ecclesia. vt in c. potuit. extra de locato. Sed vasallus non soluendo, non cadit, si ex feudo debet solui, vt quia est conditionatũ vt soluatur, vt dixit Specul. in titul. de locat. §. nunc aliqua. versi. 35. Item vasallus tenetur ad homagium, emphiteota ad solutionẽ mercedis, vt insti. loca. in §. adeò. Item quia feudum datur gratis, & liberè ob remunerationem cõmuniter, in emphiteota verò plerunq; certa pensio, & precium interuenit, vt dixit Spec. in d. tit. §. nunc aliqua. ver. 4. quare in fin. vbi videas. Item ex multis causis amitteret vasallus feudum, quæ numerantur infrà, quæ fuit prima causa benefic. amittend. per totum ex quibus emphiteota non admitteret. Item iste cõtractus feudalis est inductus iure consuetudinario, vt patet infrà statim in prima rubrica, contractus verò emphiteoticus est inductus de iure ciuili, vt no. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Licet possit dici, quod etiam consuetudo sit de iure ciuili. institut. de iusti. & iure. in §. ex non scripto. & tenet Bal. infr. an agnatus, &c. in c. 1. item plures aliæ differentiæ possent asignari, quas recitare lõgum esset, de quibus videas in c. potuit. extra de locato. & vide circa prædicta Bal. super dicta rubrica, & in l. 1. C. de iure emphiteotico. Et hæc sufficiant pro aliquali introductione ad materiam, quam nunc cum Dei omnipotentis, & vtriusq; Iacobi Apostoli auxilio ingrediamur.

INCIPIVNT CONSVETVDINES FEVDORVM: ET PRIMO, DE HIS QVI FEVDVM DARE POSsunt, & qualiter acquiratur & retinetur.

RVBRICA.

RVBRICA ista diuersis modis habetur, secundum glossam hîc positã, quoniam quidam habẽt rubricam talem, videlicet: quibus modis feudũ acquiratur & retineatur. Alij autem habent rubricã magis plenã, hoc modo videlicet: Incipiunt consuetudines feudorum, & primò de his, qui feudum dare possunt, & qualiter acquiratur & retineatur, & hæc est vera rubrica, quam approbat gloss. hîc posita, & communiter vtimur & benè. Et secundum hanc formam eam suprà proximè descripsi & intitulaui. Pro cuius rubricæ declaratione, diuido ipsam in duas partes principales. Nam primò tacitè se continuando ad libros superiores ponit titulum huius libri. Secundò diuidit tractatum suum quoad titulos seq̃ tes. secunda ibi, & primò. Et hæc secunda pars facit tria, quia primò ponit de personis actiuis, dum dixit de his qui feu. dare possunt. Secundò de feu. acquisitione, dum dixit qualiter acquiratur. Tertiò ponit de eius feudi vita & reseruatione, dum dixit & retineatur. Similem modum rubricandi habemus in rubrica. C. de acqui. poss. Continuatio autem huius rubricæ ad libros & collatiões superiores satis patet ex his, quæ superius dixi. in prin. præambulorum, vbi etiam declaraui, quare rubrica ista intitulauerit istum librum hoc modo dicendo: Incipiunt consuetudines feudorum, etc. & ibi videas pro intelligẽtia prædictorum. Op. ab extra primam partem huius rubricæ, quòd malè dicat: Incipiunt consuetudines feu. etc. Nam quotiescunq; consuetudo transit ad legem scriptam, perdit nomen consuetudinis, & vocatur Lex, vt insti. de iure na. gen. & ci. in §. constat. Sed istæ consuetudines translatæ sunt in scripturam, vt patet, ergò debent appellari leges. So. potest responderi dupliciter. Et primò, quia hîc scriptura non interuenit, vt ius scriptum per eam fiat, sed vt memoriæ mandaretur, & tanquam notoria consuetudo non indigeret probatione. argu. ff. de pig. l. contrahitur. & quod no. C. sol. matr. l. dos à patre. Secundo modo soluitur, quod vbi conficitur scriptura, tunc demum dicatur ius scriptum, quando habet ea, quæ sunt iuris scripti, vt quia sit lex vel plebiscitum, vel senatusconsultum, vel magistratus edictum, vel respõsa prudentum, &c. de quibus habetur instit. de iure na. gen. & ci. in §. scriptum. Sed Oberto de Horto huius libri conditori non constat, quod fuerit data talis autoritas, & imò ipse refert, non autem statuit. sicut in simili dicimus: si ius ciuile refert prætoriũ, non tamen facit prætorium esse ius ciuile, vt instit. de hæred. quali. & differen. in §. sed his. & si statutũ municipale refert ius commune, non propterea facit quòd ius commune dicatur municipale, vt no. in c. 1. de constit. lib. 6. & ita dicit Bald. hic. Sed hæc verba ante ipsum fuerũt Nico. de Matarellis, vt refert Cy. in l. 2. §. quæ sit longa consue. in secunda. q. licet Bal. eos non allegat dicentes, quod consuetudo quandoq; potest scribi ad memoriam, vt quando populus ordinat ius consuetudinarium reducatur in scriptis per Iurisperitos, qui scribunt consuetudines ciuitatis, & tamen propterea non dicetur ius scriptum. sicut & contractus nõ dicitur in scriptis, quando scriptura fit ad æternã rei memoriam, vt no. C. de fide instru. l. contractus. & sic dicuntur redactas fuisse in scriptis has cõsuetudines feudorum. Et vt ait Ia. Ardizo. in summa sua sub rubricella, quare fuerũt consuetudines feudorum in scriptis redactæ in prima charta. In scriptis ideò fuerũt redactæ, quia controuersiarum quædam decidebantur iure Romano, quædam iure Lombardorum, quædam sola consuetudine feudorum, quæ in scriptis non erant redactæ. vnde necessarium & vtile fuit de his controuersijs inscribere, & in scriptis redigere, vt infrà de feu. cogni. c. 1. non ea ratione, quòd aliàs non valerent, quoniam & si remansisset in consuetudine, tamen viam suam obtinerent. vt insti. de iure naturali in §. ex non scripto. ff. de legi. l. de quibus. in fin. & l. si de interpretatione. cùm esset cõprobatum tale iudicium con-

ſuetudinarium feudi. l. imò magne. ff. de legi. Sed ideò in ſcriptis ſunt redactæ, quia melius in memoria commendatur per dicta iura ſuprà allegata. Et ideò dixit Bart. in l. de quibus. ff. de legi. ver. quarto modo accipitur, etc. quod nõ eſt de eſſe conſuetudinis, quod non ſit ſcripta, quod patet, quia lex dicit, quod conſuetudo eſt tantæ autoritatis, quod non eſt neceſſe eam ſcribi, vt probatur in d. l. imò. Ergò præſupponit quòd poſsit ſcribi. vnde dicit ipſe, quòd aut conſiderauimus conſuetudinem, quantum ad ſui introductionem, & tunc eſt impoſsibile, quòd ſit ſcripta, quia venit ex tacito conſenſu populi, vt in d. l. de quibus. Aut conſideramus ipſam, quantum ad conſeruationem & memoriam, & tunc poteſt eſſe ſcripta, vt patet in his conſuetudinibus feudorum, & hoc modo habes ſatis clarè iſtum articulum expeditum vltra alios. Quæro ab extra iuxta ordinem huius rubricæ, quare primò præmiſerit de perſonis dantium feuda, ſecundò de acquiſitione, & poſtremò de retentione. Et reſpondeo ſecundum Iac. de bel. quia primò tractandum fuit de perſonis quàm de rebus, per regulam l. ſi quæramus. ff. de teſtam. l. quidam referunt de iure codi. & inſti. de iure nat. gen. & ci. in §. fin. cùm perſonæ ſunt digniores rebus. l. iuſtiſsimè. ff. de ædil. edic. Et quia poſt dati. feud. ſequitur acquiſi. Idcircò ſubiunxit de ipſa acquiſitio. quoniam acquiſitio oritur ex ipſa datione præcedente. 12. q. 2. princeps facit, quod no. ſuper rubrica. ff. commoda. Sed quia poſt ipſam dationem & acquiſitionem ſubſequitur retentio, quoniã ad hoc, vt habebat locum retentio, eſt neceſſarium, quòd præceſſerit acquiſitio, cùm retentio ſit de acquiſito ar. ff. de le. l. fin. & C. & ff. de acquirenda poſſeſsio. & ff. de acqui. re. do. 1. l. 1. & inſti. de re. diui. in §. ſingulorum. Igitur conſequenter & benè ſubiecit iſta rubrica de retentione ipſius feudi acquiſiti, & hoc modo habes intentionem rubricæ.

SVMMARIA.

1 *Marchio Comes Valuaſor maior qui, & capitaneus Valuaſor minor qui, & Valuaſinus, qui ſint, & quare ſic dicantur.*

2 *Vaſallus etſi nihil feudi abſque domini voluntate poſsit, poteſt nihilominus cuipiam infeudare, vbi ſyncerè & ſine fraude id fecerit.*

3 *Archiepiſcopus vnde dicatur, & quæ ſit eius iuriſdictio. Item in quo differat à Patriarcha.*

4 *Epiſcopus quis ſit, vnde dicatur, quomodo conſecretur, & quibus ſit inſignitus nominibus.*

5 *Imperator etiam Rex dicitur, & vbi ſit eius regnum.*

6 *Rex quilibet in ſuo regno monarcha cenſetur, & quid poſsit Rex in regno & Imperator in imperio.*

7 *Eccleſiaſticæ perſonæ dignitatem habentes, an & quando infeudare poſſunt.*

8 *Infeudare quæ perſonæ poſsint.*

9 *Abbas & Abbatiſſa in temporalibus pares iudicantur, nam & vterque infeudare poteſt, in ſpiritualibus autem non item.*

10 *Clerici quæ bona infeudare poſſunt. & numero 15.*

11 *Bona regalia quæ ſint, & in quotuplici differentia.*

12 *Conſuetudo quanto tempore inducatur, & de hoc plures opin.*

14 *Conſuetudines feudorum in quibus feudis locum habeant.*

16 *Clericus ſeu prælatus an & quando & quas res infeudare poſsit.*

17 *Prælatus infeudare ſolitus in maſculos alterando feudi naturam idem feudum valeat infeudare in fœminas.*

18 *Vaſallus Eccleſiæ an & quo modo poſsit alienare feudum ſine conſenſu prælati.*

19 *Rex an poſsit bona regni infeudare in diminutione regalis iuriſdictionis, & an eius ſucceſſor poſſet eam reuocare.*

20 *Legatus de latere res Eccleſiarum ſuæ legationis non poteſt infeudare.*

QVIA DE FEVDIS. Iſtud principium vſq; ad §. & quia, tractat de ſecunda parte rubricæ, videlicet de perſonis, quæ feudũ dare poſſunt. Et diuiditur in tres partes, quoniam in prima ponitur intitulatio ad ſequentem materiam. In ſecunda ponitur quæ perſonę Eccleſiaſticæ poſſunt dare feudũ, & quando. In tertia quæ perſonæ ſeculares. ſecundæ ibi feu. autem à tertia ibi marchio. Caſus. Perſonæ eccleſiaſticæ dignitatẽ habentes feudũ dare poſſunt, ſi hæc eſt conſuetudo, & nobiles ſeculares, & qui ab eis feu. accipiunt. hoc dicit. Et præmitto pro notitia circa caſus poſitionem in toto hoc libro, quod lector debet proponere caſum in terminis imperatori, & ab eo quærere, prout in alijs conſtitutionibus imperialibus fieri conſueuit, cùm iſte liber contineatur inter collationes autenticorum, vt dixi ſuprà in Prologo. & ita ſenſit Iac. de bel. infrà titul. proximo. in princ. qui dum legiſſet octo vicibus iſtum librum ita figurabat, vt ibi patet per eum. & eodem modo figurabat Bald. vt ibidem ex eius dictis colligitur, qui tamen legerat annis quadraginta ſex, quando ſuam lecturam ſu-

per hoc libro compilauit, prout ipse narrat in suo Prologo dictæ lecturæ. Item sciendum, quod cùm plerumque in hoc libro ponantur vocabula & termini non habentes conformitatem cum iure communi, & insuper etiam compositio textus difficultatem in se contineat, idcircò non mirandum, si circa ipsius text. literæ declarationem in qualibet parte plurimùm elaboraui. Nam hoc necessarium existimaui, vt quibuscunque præsertim scholasticis, quibus hoc opus dirigendum duxi essent plana omnia atque clara, quoniam vt ait Iac. de bel. infrà eo. in §. hoc quoque. Liber iste indiget multa inquisitione & diligentia, licet quidam derideant, sed qui deridet deridebitur tandem vt ipse
1 ait. † Nunc verò quantum ad intellectum huius principij specialiter præmitte, quòd Marchio est ille, qui à principe inuestitus est de marchio. Comes verò qui inuestitus est de comitatu, & isti tales propriè appellantur capitanei regni seu regis. Illi verò, qui ab istis feuda recognoscunt, dicuntur propriè maiores Valuasores regni, qui tamen hodie etiam capitanei nuncupantur. Illi verò, qui ab illis maioribus Valuasoribus feuda accipiunt, appellantur minores Valuasores seu Valuasini. Illi autem, qui ab istis Valuasinis feuda accipiunt, dicuntur minimi Valuasores, vt prædicta probantur infr. quis di. dux co. vel mar. in c. 1. & infr. an maritus succe. vxo. in fin. cum ti. sequenti. & inf. de natura feu. &
2 in isto textu. † Item sciendum quod licet Vasallus nõ possit de suo feudo etiam partem aliquam alienare absque voluntate domini, vt infrà de Vasallo, qui cõtra constitutionem loth. feud. alie. in c. 1. & infr. de prohibi. feud. alie. per fre. in princ. potest tamẽ alteri infeudare, dummodo fiat syncerè, & sine fraude & æqualitate, vt infrà quali. olim po. feu. alie. in §. 1. de prohibita. feud. alie. per Fre. in §. illud quoque. & plene nota. per gloss. infrà de capi. cor. in §. præterea. His præmissis nunc pone casum in terminis per te, vt litera docet. In textu, ibi quia. Ista dictio ponitur hîc ostensiuè, vt ostendat intentionem loquentis, & materiam de qua tractaturus est. Interdum ponitur restrictiuè, vt notatur in l. si is, qui anmo. de acquir. possess. Interdum ponitur accusatiuè. Interdum conditionaliter, vt not. gloss. in c. ex ore.
3 extra de priui. Ibi Archiepiscopus. † Et dicitur Archiepiscopus ab Archos, quod est Princeps, quia est supra Episcopos in auten. de san. Episcop. §. vt autem. & not. in l. archigerontes. C. de Episcop. audi. & 1. quęstione septima, dispensatiões in suprascriptione, & debet ordinari & consecrari ab Episcopis sibi subiectis suæ prouinciæ, vt habetur sexagesimasexta distinctio. in c. 1. & in gloss. summæ. De iurisdictione autem Archiepiscoporum, habetur de offic. ordi. c. pastoralis. & de pœniten. & remi. in c. penult. Patriarcha etiam appellatur Archiepiscopus, vt nota. in l. iubemus nulli in princi. C. de sacrosanct. Eccle. Quæ autem differentia sit inter primatem Metropolitanum & prædictos, not. per gloss. vigesimęprimę distinct. c. 1. & c. cleros. Papa autem se vocat Episcopum, sed addit hæc verba, seruus seruorũ Dei, vt in Prooemio decretalium, & quare hoc dicat, vide notata in Prooemio sexti libri.
4 † Ibi, Episcopus, dicitur ab epi, quod est suprà, & scopis, quod est intendere, inde Episcopus, id est, superintendens, vt exponitur 8. q. 1. qui Episcopatum. Habet enim superintendere circa clericos & circa omnes laicos, sicut cæteri primates, vt in auten. de sanct. Episco. in §. sancimus autem. & in §. vt autem. Qualiter autem Episcopus debeat ordinari & consecrari, habetur sexagesimaquarta distinct. in c. 1. & in Specu. de sacra vnctio. & ibi per Ioannem Andre. facit in auten. de sancti. Episcop. in §. 1. De iurisdictione verò Episcopali ponit plenè Bald. in l. si quis ad declinandam. de Episcop. & cleri. Ibi, Abbas, id est, pater Monachorum, vt qui aliàs appellatur Archimandrita, id est, princeps vel prior Monachorum in auten. de Monachis. in §. competentes. cùm ibi not. Quandoque appellatur præsul in auten. de sanct. Episcop. in §. si quis autem. cùm ibi not. Qualiter autem ordinentur Abbates, habetur in auten. de Monachis. in §. ordinationem, & in auten. de sanctissimis Episcop. in §. iubemus. & de eorum iurisdictione, vide in Specu. de dispensat. §. sunt quoque. ver. Abbas. Ibi, Abbatissa, quæ dicta sunt in Abbate, possent repeti à pari in Abbatissa, vt in d. §. iubemus. in fin. & de iurisdictione Abbatissæ. vide extra de maioritate & obedientia c. dilecta. Ibi, præpositus, qui interdum appellatur dominus plebis seu plebanus, vt infrà Episcopum vel Abba. in c. 1. in princi. Quis autem propriè dicitur præpositus, habetur in c. quamuis. extra de verborum signific. Ibi, dare fuerit, hoc est, dicere, quòd poterit infeudare eas

 res,

res, de quibus est consuetudo infeudandi. Aliæ autem res, de quibus non esset consuetudo, non possent per eos infeudari, quia sunt de dominio & de titu. Ecclesiæ, vt infr. Episcop. vel Abba. in princip. ibi Marchi. quis sit March. & Comes, & aliæ personæ hîc enumeratæ declaraui suprà in euidentialibus, & traditur plenè per textum infr. quis di. dux Co. vel March. & in gloss. hîc posita, quæ ad dictum titu.
5 se remisit, quæ per hoc est expedita. †Ibi, regni vel regis, potes intelligere de regno Imperatoris, quod propriè est Italicum & Alemanicum, vt dixi infrà de pace tenenda. in princip. & sexagesimatertia distinct. in c. tibi domino. Et similiter potes intelligere dum dixit Regis, id est, Imperatoris, quoniam etiam Imperator appellatur Rex, & præsertim ante coronationem & conseruationem, vt in c. venerabilem. extra de electione. & l. benè, à Zenone in fin. C. de qua. præscrip. & quod nota. in l. ex ea. ff. de postu. & dixi
6 plenè in c. 1. infrà de no. fi. for. † Potest etiã intelligi iste textus, de quocunq; alio rege vel regno, secundũ And. de Iser. quia quælibet prouincia habet seruum Regem, & quilibet Rex est Monarcha in suo regno 6. quæst. 3. scitote. & 7. quæstione 1. in apibus. Quinimò plus iuris habet Rex in regno, quàm imperator in imperio, secundũ An. de Iser. quod potissimùm. quia Rex transmittit regnum suum, quod non facit Imperator imperium, quia ex electione creatur, vt in d. c. venerabilem. de electio. Et videmus quod in quocunq; regno sunt duces, comites & alij barones. facit l. postlim. in princip. ff. de cap. Ibi, ab istis, scilicet Marchionibus, & alijs suprà nominatis. Ibi, Valuasores, subaudi, maiores. Ibi, capitanei, hodie appellantur, subaudi, impropriè tamen, vt infr. habetur po. esse tit. quib. mod. feud. amit. in prin. Ibi, qui & ipsi, scilicet, maiores Valuasores. Ibi, ab eis, scilicet, maioribus Valuasoribus. Ibi, minores Valuasores. Et subaudi quod etiam isti minores possunt alijs adhuc inferioribus dare feud. vt probatur infrà in fi. titu. & isti tales inferiores appellantur minimi Valuasores, vt infrà an ma. suc. vx.
7 in c. fi. & in tit. ibi seq. † No. q. personæ Ecclesiasticæ, & seculares dignitatem habentes possunt infeudare, sed in hoc est differentia, quia clerici tunc demum infeudare possunt, si in sua Ecclesia sit consuetudo infeudandi, & tunc solum bona solita infeudari infeudabunt, non autem alia, quæ non sunt solita infeudari, vt hîc & infr. Episcop. & Abba. in c. 1. In laicis autem non fit dicta distinct. an sit consuetudo vel non, quia indistinctè possunt ex generali consuetudine feudorum, quæ laicis hîc descriptis autoritatem tribuit infeudandi, vt in d. titu. quali. olim feud. po. al. in §. 1. & ple. no. infr. de capi. co. in §. præterea. & propter hoc iste text. cum ministerio nihil replicauit de consuetudine dum specificauit personas seculares, quæ infeudare possunt. Neque etiam iste text. aliquid dixit de Imperatore vel Rege, an possunt dare feudum tanquam de indubitabili, quia absque dubio possunt, vt infr. de natura feud. in princi. & infr. quis di. dux. Com. vel March. in princi. Nam si cæteri inferiores possunt multò magis Rex & Imperator. vt l. barbarius. in fin. ff. de offic. præto. Idem dicendum de Papa iuxta ea, quæ traduntur in c. si eo tempore. de ele. libr. sext. de quo dic, vt dixi in-
8 frà Episcop. vel Abba. in princip. †Not. quòd secundum ista iura non erat licitum omnibus indistinctè infeudare, sed certis tamen personis, quibus vel dignitas seu nobilitas, vel antiqua consuetudo tribuebat, quia indecens videbatur, vt vnus rusticus haberet Vasallos sub se, quia habere Vasallos est quasi dignitas, cui & iurisdictio inest, vt infrà de prohib. feud. alien. per fre. in §. penult. facit quod no. Arch. in c. 1. de consuetud. libr. sext. Sed hodie tam maiores quàm minores & minimi Valuasores infeudant, vt infrà de na. feud. in fin. Quinimò etiam rustici infeudare possunt, dummodo habeant legitimam administrationem suorum bonorum, vt infr. per quos fi. inue. post princ. & tum bal. hic. Et ad hoc adduco autoritatem Innoc. in c. verùm. extra de fo. cõpe. & quod dixi infr. de lege co. in §. ex ea. & tum Card. Fran. Zaba. in d. c. ve-
9 rùm. in primo suo not. †. Not. quòd in administratione bonorum temporalium æquiparantur Abbas & Abbatissa, quod potissimùm, quia sicut Abbas infeudat, ita & Abbatissa. secùs autem in administratione rerum spiritualium, vt in c. noua. quædam extra de pœ. & re. & vigesimatertia dist. sacratas. & c. mulier. Not. quòd consuetudo vnius Ecclesiæ seruanda est in d. Ecclesia facit l. venditor. in §. si constat. ff. con. prædi. & est ratio, quia dicta consuetudo dat autoritatẽ, vt hîc. & infrà de cog. feud. in c. 1. & in l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. libro vndecimo. Quanto autem

autem tempore inducatur ista consuetudo ibi ple. no. & statim dicam in gloss. nostra, quæ hîc tangit. Quæro cum gloss. 1. quid sit Feudum, & vnde dicatur, & quotuplex sit, seu qualiter distinguatur. & ista gloss. pro responsione se remittit ad ea, quæ ple. notauit in sum. Sed tu immediatè dubitabis, de qua summa loquatur, cùm plures summæ super hac materia à maioribus nostris traditæ sint, vt dixi suprà in Prologo. vnde dic, quòd loquitur de summa composita per Pyleum, super qua Iac. columbi Glossator noster fecit additiones, eamque in melius reformauit, & in d. summa in princip. prædicta omnia declarauit. verùm tu latius de prædictis quęstionibus dicas, vt scripsi plenè suprà in

10 præambulis. † Oppon. cum gloss. 2. licet non alliget, quòd imò clerici non possunt infeudare de rebus Ecclesiarum suarum, vt probatur in d. c. 1. infr. Episcop. vel Abba. Soci. dicit gloss. quòd iste text. debet intelligi de regalibus, hoc est, de illis rebus, quæ sunt translatæ in Ecclesiam ex beneficio Regum vel Principum, quoniam talia possunt infeudari per ipsos clericos. Ibi autem loquitur de rebus concessis & relictis Ecclesijs pro anima, quæ non possunt de iure per ipsos clericos infeudari, cùm tenaciùs resideant & inhæreant ipsis Ecclesijs, quàm ea, quæ procedunt ex propria liberalitate & donatione Principum & Regum, sed cùm ista regalia possint infeudari, deductum est per consuetudinem, vt etiam de alijs bonis fiat infeudatio consuetudine permittente, & hoc voluit tota ista gloss. vsque ad finem, quæ

11 obscurè satis locuta est. † Pro cuius declaratione sciendum, quòd pluribus modis possunt dici bona regalia. Primò dignitates regales, de quibus infrà de feud. mar. du. & col. in c. 1. Secundò possunt dici regalia tributa vel vectigalia, seu portus vel ripatica, & similia, de quibus infrà in titu. quæ sunt regalia, quæ quandoq; conceduntur in Ecclesijs. Tertiò dicuntur regalia ea, quæ Rex præcipit Ecclesia vacante ex priuilegio Romanorum Pontificum, vt in c. generali. de ele. libr. 6. Et de his regalibus etiam loquitur ista gloss. quæ tamen communiter non tenetur, quia ea, quæ dantur à manu regia Ecclesijs, non debent posse alienari, vt in Auten. de alienatio. & emphit. 1. §. ea verò. collatio. 5. & C. de sacrosanct. Eccle. Auten. hoc ius porrectum. Et ideò dixit Iac. de bel. quem sequitur Nicol. de Nea. quòd ista gloss. debet dicere totum contrarium. videlicet quia si prælatus habet in feudum ab alio, quàm à Rege potest infeudare etiam sinę consensu domini, vnde vsitatum est idem in regalibus. Et ex hoc concludunt ipsi, quòd siue habeant in feudum à Rege, siue ab alio, quod potest indistinctè alteri infeudare, sicut dicimus de laico, sed tamen erit necessarius consensus capituli per ea, quæ not. in c. 1. de reb. Ecclesiasti. non alien. lib. 6. Sed ista so. non eneruat contrarium, quare alij soluunt, & melius, vt contrarium loquatur, quando clerici vellent infeudare bona, quæ sunt in libera possessione & dominio Ecclesiæ ac potestate, quo casu non possunt hodie, vt ibi licet antiquitus possent. Hîc verò loquimur de his bonis, quæ non sunt incorporata in potestate & mensæ ipsius Ecclesiæ, quæ benè possunt infeudari, vt hîc & in c. ex parte. extra de feud. Ex quibus infertur, quòd clericus non posit infeudare ea bona, quæ tẽpore sui ingressus reperit incorporata in potestate, & mensam etiamsi fuissent solita infeudari per illum textum, & est ratio, quia iam sunt de titulo & dominio Ecclesiæ, vt ibi. secùs autem si essent sibi aperta post eius ingressum, quia tunc non intelligerentur esse de titu. Ecclesiæ. & per consequens posset infeudare, postquam consuetudo est prædicta bona infeudari, vt hîc. & hoc verum sensisse gloss. 4. infrà. Sed tu intelligas, quòd iste clericus seu prælatus semper posit id, quod potuit præcessor, vnde dato quod feudum solitum infeudari fuisset apertum apud præcessorem, nihilominus poterit successor illud infeudare, vt infrà de cleri. qui inuesti. fa. c. 1. in fin. quia ratione breuis possessionis non intelligitur mutata qualitas rei, neque eo ipso, quòd Ecclesia reperitur esse in possessione feudi, debet præsumi feudum esse incorparatum, vt in d. c. 1. in fin. Et hoc ibi tunc Bald. dicens, quod esset necesse, quòd probetur incorporatio, per ea dixit Bart. in l. 1. C. de bo. vocan. libr. decimo. vbi videas. & verum esse de mente Innoc. in c. vt super. extra de reb. Eccles. non alie. & ad hoc adduco gloss. in cleri. frequens. de exces. prælat. super vers. indignas. facit. c. possessiones. de rebus Eccles. non alie. secùs autem si iste successor tempore sui introitus inueniret bona in dominico, ita quod essent

facta de mensa, quia tunc non posset reinfeudare sine licentia summi Pontificis, per ea, qui habentur in d. c. vt super. extra de rebus Eccles. non alien. & ibi declaratur per Doctor. quando intelliguntur esse bona mensalia, vbi videas. & Gloss. & Doctor. in d. cleric. frequens. Et dicit Andreas de Isern. quòd licet præcessor non dedisset in Feudum illud, quod est solitum infeudari, nihilominus poterit successor illud dare. argument. not. in l. cùm de consuetudine. ff. de legibus, nisi à præcessore immediatè fuisset illud Feudum receptum in mensam per triginta annos, quoniam tunc esset inducta consuetudo non dandi argument. C. de feud. Reipublicæ. l. eum. qui libro vndecimo. & eorum, quæ hîc not. in glos. facit, quod dixi infr. si de feud. fu. controuers. in c. si quis per triginta. Sed aduerte circa istam quæstionem, quia Archid. 35. quæstione octaua, c. 1. dicit, quòd postquam feudum est reuersum ad Ecclesiam, & prælatus stetit per annum, quod ipsum non infeudauit, quòd amplius non potest infeudare, quia intelligitur consolidatum per d. c. 1. & l. fina. §. quot. de public. quod admittit Zaba. in c. 2. extra de feudis. quæstione duodecima, si prælatus percepit fructus talium bonorum eo modo, quo percepit de alijs bonis mensalibus. Nam ex hoc verum incorporasse, vt post annum censeantur de mensa. Super hoc tamen passu dicit vidisse consilia varia & contraria magnorum Doctorum. & prædicta dicit procedere, nisi prælatus ex aliqua iusta causa distulisset infeudare, quo casu etiam post annum posset infeudare, dum tamen non teneat nimis longo tempore, quia arbitrarium erit, postquam non est determinatum. & dic, vt ibi per eum. & in quæst. 13.

Vtrum autem prælatus posit infeudare suis attinentibus & cognatis. dic, vt plenè dixi infr. si de inuesti. inter dominum & Vasallum lis ort. in c. 1. vbi Gloss. tangit. De administrationibus verò simplicibus, vt sunt œconomi & administratores ciuitatum, & consimiles, an possint infeudare, dic per Gloss. & Doctor. in Auten. quibuscunque. C. de sacrosan. Eccles.

12 † Quæro cùm Gloss. 2. quanto tempore inducatur consuetudo talis, de qua in isto text. quòd prælatus posit dare in Feudum. Et respondet Gloss. ponendo duas opinio. Prima quòd requiratur tantum tempus, vt non extet memoria in contrarium. pro hac opinio. facit. l. 1. in fin. & l. 2. in princip. ff. de aqua. plu. Arc. & ff. de aqua quo. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Secunda opinio est Azo. quòd requirantur anni triginta. ar. C. de præscript. triginta an. in l. comperit. & l. omnes. Suadet ratio, quia per consuetudinem acquiritur iurisdictio. l. 1. C. de eman. lib. vnde per hanc consuetudinem acquiritur honor Ecclesiæ, & iurisdictio in suum Vasallum, & hoc vult vsque ad finem. Sed Iacob. de belui. tenet, quòd requirantur anni quadraginta, quia infeudatio est alienatio, vt not. in l. cùm non solùm. §. filius autem. C. de bon. quæ li. & l. 1. de fundo do. In alienatione autem rerum Ecclesiasticarum requiritur dictum tempus ad præscribendum, vt in Auten. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. igitur in donat. feudum, quæ opi. non placet. Nicol. de Neapo. quia haberet locum, quando tractaretur de maiori præiudicio Ecclesiæ, videlicet, quando Ecclesia amitteret totum suum ius integrum verum. hîc retinet dominium directum, vt not. C. vti poss. l. 1. & ff. de acquiren. possess. l. 3. §. ex contrario. quod quidem dominium est sibi efficax & vtile, tum quia ipsa Ecclesia habet seruitia, tum quia est spes, quòd Feudum posit ad eam redire per casus expressos. infr. quæ fu. princi. cau. be. amitt. per totum cum si. Item, quia habet iurisdictionem & honorem, vt suprà dictum est, & pro tanto ipse concludit, quòd sufficiant anni triginta. Sed concordando omnes istas opiniones dicendum sic secundum dominum Bald. quòd aut infeudatio est manifestè damnosa Ecclesiæ, & tunc requiratur tantum tempus, cuius in contrarium memoria non extat, & hoc modo intelligatur prima opinio Gloss. Aut est manifestè vtilis Ecclesiæ, & tunc præscribatur spacio triginta anno. & sic procedat secunda opin. gloss. & rationes. Nico. de Neapol. Aut est dubium, & tunc requirantur anni quadraginta. & ita intelligatur opin. Iacob. de bel. & vult Bald. in effectu, quanquam non ita clarè. Quot autem actus requirantur infr. prædictum tempus ad hoc, vt ista consuetudo inducatur dicit Iacob. de bel. quòd binus, quia consuetudo dicitur, quòd frequenter

ter fit, vt C. quæ sit longa consuetudo. in l. 1. Id autem dicitur frequenter fieri, quod fit bis, vt in Auten. de defen. ci. in §. fin. vnde conclude secundum ipsum esse necessarium, vel quòd idem prælatus dederit bis duobus idem Feudum, vel quòd duo prælati duobus, vel idem diuersis temporibus successiuè inuestiendo cum præscriptione, de qua suprà dictum est. argument. C. de epi. audi. l. 3. §. fin. extra de caus. possess. & propriè. cum Ecclesia, vbi ple. de hac materia, & per Doctor. in l. de quibus. ff. de legib. & C. quæ sit longa consuetudo in l. 2. quid etiam videtur tenere Iacob. Ardizo. in summa charta secunda sub rubricella, qui po. da. feud. Dicit quoque idem Iacob. de bel. quod sufficit tacitus consensus capituli, nec requiritur expressus, postquam iuuatur præscriptione longissima, vt suprà dictum est. argum. l. si quis emptionis. C. de præscriptione triginta annorum, de quo in Auten. hoc ius porrectum. de sacrosanct. Eccle. extra de donat. c. 2. & in l. 1. C. de prædi. cur. libr. decimo. vbi text. notat. quando contractus intelligitur in dubio esse factus pro vtilitate vel non.

Oppo. cum Gloss. 4. de c. 1. infr. de cleric. qui inuesti. fac. in princ. vbi clericus indistinctè potest dare in Feudum etiam dato, quod nulla sit consuetudo. Socin. dicit Gloss. esse intelligendum istum secundum illum, videlicet, quia loquitur de rebus proprijs ipsius clerici, quo casu potest ipse clericus dicta sua bona propria infeudare, sicut posset quilibet laicus, nec requiritur aliqua consuetudo, vt ibi. Sed hic loquitur de rebus ipsius Ecclesiæ, in quibus non potest, nisi sit consuetudo, vt hîc. & voluit ista Gloss. quæ bene loquitur vsque ad versi. & ita videtur, & hoc ptz in contrario.

13 † Oppo. subsequenter cum dicta Gloss. in dicta parte, quòd imò clericus hodie non possit dare in feudum, etiamsi Ecclesiæ sit consuetudo, quia talis consuetudo reprobatur per Papam Vrbanum, vt probatur infrà Episcop. vel Abba. c. 1. Sol. dicit Gloss. iste text. debet intelligi secundum illum, videlicet, quia bona, quæ sunt solita infeudari, possunt infeudari etiam hodie, cùm ibi Papa confirmet pręteritas infeudationes & consuetudines. Ea autem bona, quæ sunt subiecta Ecclesiæ, & de tit. Ecclesiæ, & quæ non sunt solita infeudari, non possent infeudari de nouo. Eodem modo si alias fuissent solita infeudari, sed modo sunt effecta de dominio & subiectione Ecclesiæ; quia tunc non possunt infeudari de nouo; & ideò prælatus non posset infeudare bona, quæ reperit tempore sui ingressus esse subiecta & incorporata Ecclesiæ, vt ibi. Secùs autem si essent solita infeudari, & aperirentur sibi post eius ingressum; quia tunc propter consuetudinem antiquam posset dicta bona reinfeudare de nouo, vt hîc. & hoc voluit ista Gloss. vsque ad fin. quam declara per ea, quæ dixi suprà in Gloss. 2. vbi latè examinaui istum articulum.

Vnum tamen not. quod dixit Iacob. de bel. videlicet, quod etiam post dictam constitutionem Papæ Vrbani posset induci noua consuetudo infeudandi per istum textum, & est ratio, quia postquam confirmat consuetudinem præteritam videtur approbare consuetudinem simpliciter. & per consequens videtur permittere consuetudinem nouam induci, quod intellige verum, nisi esset res spiritualis, vt est decima, quia tunc non putarem talem consuetudinem de noua inductam hoc posse operari, vt infrà dicam.

14 † Sed vtrum consuetudines Feudorum habeant locum in feudis Ecclesiasticis, dic quòd sic. vt probatur in c. cæterùm. extra de iudic. & ibi per Zaba. in 3. no. & est ratio, quia tales consuetudines sunt de natura Feudi, vt patet de prohibit. Feud. alien. per Fren. l. 1. quia sunt approbatæ, vt dixi in præambulis.

Oppo. cum Gloss. fin. contra ea, quæ supponuntur in isto textu, videlicet, quod etiam illud, quod est datum à minoribus Valuasoribus censeatur esse iure feudi, & pro feudo habetur. Sed cōtrà de §. fin. infr. eo. vbi dicitur, quòd solum illum cēsetur propriè esse Feudum, quando est datū à capitaneis regni, vel à maioribus Valuasoribus, secùs autem si à minoribus. Sol. dicit glo. quod iste text. loquitur secundum iura antiqua, secundū quæ fiebat

bat dicta differentia. Hodie autem nulla est differentia inter prædicta, vt est text. infr. de natu. feud. in fi. & hoc voluit ista gloss. vsque ad finem, quæ benè loquitur. nam hodie absque culpa nullus Vasallus potest disuestiri, etiamsi esset de minimis Valuasoribus, licet olim posset, vt ibi, de quo dic, vt ibi no. & infr. de feud. si. cul. non. a. in c. 1. Oppo. ab extra, quod imò non teneat consuetudo super infeudatione rerum Ecclesiasticarum, vt probatur in c. quamuis. & in c. fin. extra de decimis.

15 † Soc. ibi loquitur in iuribus & rebus spiritualibus, in quibus non potest induci noua consuetudo, quia non cadunt in laicum, vnde decimæ hodie nō possunt infeudari, quia sunt cibus in domo domini. 16. quæstione 1. reuertimini. verùm illæ decimæ, quæ ab antiquo fuerunt datæ laicis, ex causa, vt defensarent Ecclesiam ab hæreticis & alijs oppresionibus perseuerant adhuc, & dimittuntur in potestate laicorum, & in his talibus decimis succedunt laici etiam hodie, vt videmus. Nam regulariter non debent succedere, vt in ca. ad hæc. extra de decimis. vnde in dictis decimis ab antiquo datis laicis ex dicta causa fiunt inuestituræ ipsis laicis, & ipsas iustè tenent & possident. Sed quando dicta causa cessauit, tunc expressè prohibitum fuit, quòd amplius non concederentur, vt not. in d. c. quamuis. & in d. c. fi. de qua materia per Host. in sum. de decimis. §. fin. versic. tert. quæritur. & quod habetur extra de decim. in c. prohibemus. Quid autē in noualibus, vide in d. c. quamuis. & in c. tua. extra de decimis. Vtrum autem clericus seu prælatus possit infeudare rem occupatam per potentem, quæ non est solita infeudari. & dicit Ioan. And. & dictus Franc. Zab. in c. 2. extra de feudis, quod non, ne aperiatur via malignandi, de quo etiam per Bald. supr. in præambulis feud. in tertia diuisione. Sed quid si esset feudum possessum per potentem, à quo non potest percipi pensio vel seruitium, an poterit alteri compotentiori infeudari. & Butr. in d. c. 2. dicit, quòd sic. nec ob. titul. de alie. iur. mu. causa fa. quia intelligitur, quando fit dolose, & animo tantum turbandi aduersarium hîc quando bona fide, & vt facilius res Ecclesiæ recuperentur, & erit speciale fauore Ecclesiæ. Et ideò dicit ipse, quod hoc non liceret etiam clericis, quo ad patrimonialia. de quo per Hostien. in summa in titu. de alie. iur. mu. etc. vbi autem fuerit facta dicta prohibitio, quod laici de cætero non possent de nouo obtinere decimas. quidam dicunt in concilio Lateranensi sub Alexand. per c. prohibemus. extra de decimis. & verum probari in c. cum Apostolica in fin. extra de his, quæ fi. à præ. & in c. 2. in §. illas autem, extra de decimis. lib. 6. Quidam dicunt per Vrbanum Quintū in consilio Turonensi per dictum text. infr. Episco. vel Abba. sed ego non puto, quod ibi loquatur de Vrbano Quinto, vt ibi dixi. Quod autē dixi, quòd hodie decimæ non possent concedi laicis, intelligas, scilicet, iure feudi, quoniam fructus decimarum benè possent concedi laicis in tempus vitæ etiam hodie, vt in c. 2. extra de loc. & ita not. in d. c. quamuis. Op. quod imò Ecclesia posit infeudare de nouo etiam non existente consuetudine. vt in c. ad nostrā. extra de re Eccles. non alie. So. hoc imò ibi est, quia suberat causa necessaria, quo casu potest prælatus dare feudū cum consensu capituli, sed nulla subsit consuetudo, sed sine causa non potest, nisi esset consuetudo, vt hic facit, quod not. in c. Abbatibus. 12. quæst. 2. & tenet Iac. de bel.

16 † Quæro ab extra pro declaratione totius materiæ, an & quando & qualiter clericus seu prælatus posit dare in feudum. Et respondeo capiendo omnia membra, quoniam interdum clericus vult infeudare rem propriam, & tūc potest pro libito voluntatis, sicut posset quilibet laicus, vt infrà de clerico, qui inuesti. fac. in princip. Interdum vult dare rem Ecclesiæ, & isto casu, aut dicta res spiritualis, vtputa decima, & tunc si est de decimis consuetis infeudari ante prohibitionem, ab antiquo & isto casu poterit reinfeudare, vt in d. c. quamuis. cùm si. suprà allegatis. & tenet Zaba. in. c. 2. extra de feudis. quæst. 10. Si verò in dictis decimis infeudandis nulla est consuetudo, vel est consuetudo, sed inducta de nouo post dictam prohibitionem, & tunc non poterit infeudari, nec tenebit infeudatio etiam stante dicta consuetudine de nouo inducta, vt in capi. ad hæc. & in c. fin. extra de decimis. & in capi. causam, quæ de præscript. Poterit tamen clericus seu prælatus concedere ex causa fructus ipsius decimæ ad tempus, non autem imperpetuum, sine causa autem non posset, vt in c. prohibemus. & dicto capit. quamuis. extra de decimis. & extra de loca. in. c. vestra. & in c. ad

hæc.

hæc. extra de decimis. & per Archi. in c. statuto, de decimis libr. sext. & 1. q. 3. peruenit. & 16. q. 7. in princi. Poterunt quoq; decimæ pro vtilitate Ecclesię commutari, vt in capitulo, vt super extra de re. Eccle. nō alienan. Potest etiam laicus decimam, quam tenet in feudum transferre in alium siue laicum siue clericum, dummodo faciat de consensu Episcopi, vt in d. c. prohibemus. de decimis, cùm ibi not. facit. c. 2. in §. sanè, de decimis libr. sext. Interdum prælatus vult infeudare rem temporalem Ecclesiæ, & tunc si Ecclesia recognoscit in feudum hanc eandem rem ab alio, & isto casu poterit alteri infeudare, sicut posset quilibet laicus per no. infrà de capi. co. in §. præterea. Erit tamen necessarius consensus capituli isto casu secundum Iacob. de bel. cùm infeudatio sit alienatio. Interdum prælatus vult infeudare rem Ecclesiæ, quam Ecclesia prædicta non recognoscit ab alio, & tunc si talis res ab antiquo sit solita infeudari, & tale feudum sit apertum ipsi prelato post eius ingressum ad dictum beneficium, & isto casu poterit absque dubio re infeudare, vt hîc, & in c. 2. extra de feudis, & quod not. in c. præceptis. duodecima distinct. quod intelligit Iaco. de bel. & Nico. de Neapo. nisi Ecclesia esset pauper, quia tunc deberet pro se reseruare, vt in auten. vt deter. sit nu. cle. col. 1. & in auten. de Ecclesiasti. re. immo. ali. col. 5. Item excipit Bald. nisi dicta consuetudo fuisset inducta per violentiam, quia tunc non posset præscribi per not. Ioan. An. in c. fin. extra de re. Eccle. non alie. Nam consuetudo debet esse iusta & rationabilis per not. in c. fi. extra de consuetudi. & l. quod non ratione. ff. de legi. secundum Iac. de bel. Aut fuit apertum præcessori suo, ita quod iste prælatus tempore sui ingressus reperit iam apertū, sed tamen nōdum erat effectum de mensa & titulo Ecclesiæ, & adhuc poterit iste prælatus di. feudum re infeudare, vt infrà de cle. qui inuest. facit in fi. secundum Bal. in hoc passu. licet Iaco. de bel. contra. Sed hoc fallit in Archiepiscopo Mediolanensi, qui non potest infeudare ea, quæ reperit aperta tempore sui ingressus, vt ibi, quod an hodie sit verum, dic, vt ibi dixi. Si verò prælatus tempore sui ingressus reperit feudum apertum, & etiam incorporatum, & subiectum mensæ Ecclesiæ siue ita, quod est effectum de titulo Ecclesiæ, & tunc non potest infeudare illud, vt infr. Episco. vel Abbat. c. 1. nisi cum autoritate summi Pontificis, vt in c. vt super extra de re. Eccles. non alien. Interdum prælatus vult infeudare rem, quæ non est solita infeudari, & tunc non potest regulariter, vt hic fallit, si necessitas immineret, quo casu posset interuenientibus solennitatibus requisitis, vt in c. ad nostram. extra de re. Eccles. non alien. quod intelligas verum, nisi esset res, quæ fuisset collata in Ecclesiam cum conditione, ne alienetur, quia tunc non posset secundum Iaco. Ardizo. per §. sacratissimas. in auten. de alie. & emphit. Item similiter ipsa Ecclesia vel Monasterium non posset infeudari, vt in di. titu. in §. quoniam cognouimus. Interdum prælatus vult infeudare feudū nondum sibi apertum, videlicet feudum, de quo adhuc alter est inuestitus, & possidet, & tunc aut vult inuestire, & non potest nisi consentiente eo, qui possidet, vt infr. qui suc. te. in c. 1. de quo dic, vt ibi dicam. Aut sub tempore vel conditione, quando erit sibi apertum, & tunc benè teneret inuestitura & sine voluntate Vasalli possidentis, veruntamen isto casu, si ipse prælatus ante moriatur, vel cedat beneficio antequam sibi aperiatur, tunc successor suus nō compelleretur, habere ratam, quia euanescet ipsa inuestitura. Aut fuit sibi apertum eo viuente, & talis inuestitura est adimplenda, & possessio tradenda ipsi inuestito, vt prædicta probantur in d. c. 1. post princip. inf. de cle. qui inue. fa. & in d. c. 1. infr. qui succe. te. & infr. in titu. hic po. esse ti. qui succe. tene. & in c. 2. infr. quib. mod. feu. consti. po. & hoc modo habes totam distinctionem plenam vltra alios traditam, & vide circa prędicta in directorio iuris, in titulo de feudis, & per Hostien. sum. de ti. §. 3. versic. sed nunquid. & per Ioannem in eius summa rubric. de decim. quæst. 23.

17 †Quæro an prælatus, qui de consuetudine solitus est infeudare feudum in masculos possit alterare eius naturam, & infeudare idem feudum etiam in fœminas. Et dicit Iac. de bel. quod non, nisi propter aliquod meritum & seruitiū recipientis, vt infr. de l. cor. c. 2. in §. profectò. & infr. quemad. feud. ad fi. perti. c. 1. ar. ff. de pu. & vecti. l. vectigalia. & si quid in fraud. pa. l. vnus libertus. facit quod no. in l. iubemus. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. quibus. ff. de legi. & sequitur etiam Nico. de Neapo. vtrum autem ex aliqua causa superueniente possit prælatus alterare naturam feudi. dic, vt tangitur extra de feud. in c. ex parte. in fin. & circa prædicta, vide

vide quod dixit Zaba. in d. c. 2. extra de
18 feud. † Quæro an Vasallus Ecclesiæ possit vendere feudum suum sine consensu prælati, & quis modus sit obseruādus in tali alienatione. vide quod plenè dixi infr. quæ fue. pri. cau. be. amit. in fin. Sed an posit feudum suum alteri infeudare. dixi plenè, in §. præterea. suprà alle. de capi. cor. in 1. quæst. extra gloss. vtrum autem pater habeat vsumfructum in feudo filij. dic, vt dixi in c. 2. infr. de fra. de not. be. inuestit. licet An. de Iser. formauerit hanc quæstionem in isto princip. & non benè, cùm hîc non cadit ad proposi-
19 tum. † Quæro an Rex posset infeudare bona aliqua regni sui, quorum infeudatio sit in magna diminutione regalis iurisdictionis, dic, quòd non. per c. intellecto. extra de iureiuran. secùs autem si non ita fortiter diminueretur iurisdictio regni, quia tunc posset, vt in c. Abbatæ sanè. de re iudi. libro sexto. & tenet Bart. in l. prohibere. in §. planè. quod vi aut clam. nec successor posset tunc illud reuocare de iure, vt infrà c. nouit. extra de iudi. de quo per Bald. in l. rescripta. C. de preci. impe. off. & suprà in præambulis feudorum in
20 sua prima diuisione feudorum. † Quæro an legatus de latere posit infeudare res Ecclesiarum suç legationis. dic, quod non, vt tenet Archi. 25. quæst. 2. de Ecclesiasticis, nisi esset sibi concessum, vt in auten. perpetua. C. de sacr. sanct. Eccle. & in ea. causa. & q. in c. amputata. per Archi. & tenet etiam Bar. in d. §. planè. facit ad materiam. c. venerabilem. de pre. Sed an posit concedere licentiam Episcopo infeudandi. Spec. in tit. tertio. §. consequenter. versic. cæterùm. dicit, quod non. & Za. seq. in c. 2. extra de feud. per no. in c. pro illorum. extra de præb. de quo per But. in d. c. 2. vtrum autẽ sit præsumptio, quòd tales legati habeant commisionem ad ea quæ agunt, licet de ea non constet. ponit Bald. in l. exemplo. C. de proba. vbi videas, de quo in c. nouit. extra de offic. leg. De potestate autem talium legatorum de latere, & aliorum qui non sunt de latere, habetur in c. dilectus. extra de fil. presbyt. In quibus autem differunt, not. in c. excommunicatis. de offic. lega. lib. sexto, & in c. veniens. de verborum significat. Vltimò ad materiam prælatorum & clericorum infeudantium, & de inuestituris ipsorum, vide alia plura quæ dixi infrà titu. secundo, & in remisionibus quas ibi adduxi. & in d. titu. infr. Episcopum vel Abbatem. & in titu. infr. hîc potest esse titu. qui succe. te. & in d. titu. infr. de cleric. qui inuesti. fac. & per Iac. Ardizo. plenè in sum. sua in char. 2. sub rubricella de inuestituris præla. & in charta quinta sub rubricella decima po. da. in feudum, & de materia habetur de ca. extraord. in §. beneficium. intelligitur per canonistas in c. 2. extra de feud. & in c. per tuas. extra de dona. De pertinentibus autem ad personas seculares infeudantes, & de dignitatibus ac titulis secularibus incipiendo ab Imperatore vsque ad inferiores satis copiosè dixi infr. quis di. dux. co. vel mar. in princ. vbi videas, & in remisionibus, quas ibi in vtroque iure adduxi. Et de materia præsenti plenè per Hostien. in summa. tit. de feud. §. tertio. De titulis verò & dignitatibus Ecclesiasticis incipiendo à Papa vsq; ad inferiores, dicam infr. in d. ti. Episcopum vel Abbatem. in prin.

SVMMARIA SVPER §. Et quia.

1 *Filij & nepotes Vasalli defuncti succedunt in feudum, & quando frater succedat fratri. & nu. 4.*

2 *Filij etsi à patre inæqualiter instituti sint, æqualiter tamen in feudo succedere debent.*

3 *Pacto aliquid fit licitum, quod secluso pacto illicitum censeretur.*

5 *Iura circa materiam succesionis feudorum disponentia quæ & quotuplicia.*

6 *Frater decedens instituendo hæredem extraneum an dicatur mori cum legitimo hærede.*

7 *Fratre vno culpam committente, propter quam iure feudum amittat, an alter frater succedat in feudo.*

8 *Filia fœmina feudi capax minimè creditur, nam & fratrem defuncti nequaquam impedire potest, nisi fortè hoc in inuestitura expressum esset, vel ipsum feudum esset maternum.*

9 *Feudo propter culpam amisso quis succedat, & ad quem reuertatur feudum, & cui dominus feudi gratiam facere debeat.*

10 *Feudum an æqualiter spectet ad filios, & in quibus casibus hoc falsum sit.*

11 *Filius in potestate patri succedit in feudo sola administratione deficiente, filius autem emancipatus non item.*

12 *Filius exhæredatus an & quando patri in Feudo succedat, & numero decimoquarto.*

13 *Filio exhæredato, an & quando nepos non exhæredatus succedere posit.*

15 *Ius accrescendi an & quando in feudis locum habeat.*

16 *Iure*

16 *Iure accrescendi an poßit alia pars obueniens retineri parte propria perdita.*

17 *Ius accrescendi in emphiteosi an locum habere dicatur.*

§ ET QVIA. Suprà in præcedentibus visum est de pertinentibus ad secundā partem rubricæ, scilicet de his, qui possunt dare feudum. Nunc verò in isto §. intēdit tractare de alijs duabus partibus ipsius rubricę, videlicet de acquisitione & retentione feudorum. Et diuiditur iste §. vsque ad §. hoc autem notandum. infr. eo. in partes 9. Quoniam in prima parte se continuat ad præcedentia, vsq; ibi antiquißimo. In secūda recitat ius antiquißimū, in quo feuda intelligebantur semper data Vasallis ad beneplacitum dominorum, quoniam poterant domini ea reuocare quandocunque volebant, vsque ibi postea. In tertia ponit ius antiqus, in quo dicta feuda intelligebantur data vsque ad annum, ita quod non poterant auferri per dominos à Vasallis nisi elapso anno, vsq; ibi demum. In quarta ponit ius antiquum, in quo statutum fuit, vt dicta feuda intelligerentur data, donec Vasallus viueret, & esset fidelis domino suo, vsque ibi sed cùm hoc. In quinta ponit ius nouum, in qua declaratum fuit, vt dicta feuda etiam mortuo Vasallo deuenirent in vnum ex filijs ipsius Vasalli, quem dominus feudi eligeret, vsque ibi quod hodie. In sexta ponit ius magis nouū, in quo statutum fuit, vt dicta feuda peruenirent equaliter in omnes filios ipsius Vasalli, non autem in nepotes, vsque ibi cùm verò. In septima ponit ius nouißimum, in quo statutū fuit per legē coradi in linea descendenti, videlicet vt etiā nepotes ex filio Vasalli succedere possent in feudo, vsq; ibi & vt frater. In octaua ponit prouisionem & statutum dictæ legis coradi in linea transuersali, videlicet vt in feudo paterno frater succedat fratri morienti sine descendentibus masculis, vsque ibi sin autem. In nona parte ponit prouisionem dictæ legis coradi in feudo nouo, videlicet vt vnus frater non succedat alteri, etiamsi simul ambo fuissent inuestiti, nisi expressè fuisset dictū in inuestitura, vt vnus alteri succederet, quo casu propter dictum pactum benè succederet vnus alteri morienti sine masculis descendentibus, aliàs secùs, & hoc vult vsque ad finem. Et hæc diuisio sufficiat etiam pro summario in qualibet sui parte, 1 tamen si vis breuiter hoc intendit. † Filij & nepotes Vasalli mortui hodie succedūt in feudum. Frater autem tunc demū succedit fratri, si feudum est paternum. secùs autem si sit feudum nouum, quia tunc nō succederet, nisi specialiter fuisset dictum in inuestitura, vt succedere posset, quo casu succedit, si frater mortuus non reliquit legitimos descendentes. hoc dicit. Et præmitte pro euidentia, quod sit feudum antiquū seu paternum, & quod sit nouū, vt dixi suprà in præambulis, vbi videas in sexta diuisione feudorum. In text. ibi, personis, scilicet, in parte præcedēti. Ibi, initia scilicet, circa acquisitionem & retentionem. Ibi, connexum, id est, attributū istud ius infeudandi. Ibi, auferre rem, subaudi, etiam sine culpa, quod hodie non licet, vt infrà de feud. si. cul. non. a. 1. c. 1. Ibi, datam, & sic erat ad similitudinem precarij, vt l. 1. de preca. Ibi, habeant, & sic erat ad similitudinem locationis, quæ per annum solita est durare. ff. locati. l. item quæritur. §. quod autem. vel ad similitudinem feudi gastaldiæ vel guardiæ, vt patet infrà titu. proximo. Ibi, fidelis, id est, Vasalli, qui à fidelitate appellatur etiā fidelis, vt dixi suprà in præambulis. Ibi, produceretur, id est, extenderetur, ad similitudinem vsusfructus. vt C. de vsufruct. in l. habitatio. vel ad similitudinē priuilegij personalis. l. 1. ff. de mune. & ho. Ibi, deueniret, subaudi, sed nō ad omnes, sed in quem, etc. vt sequitur. & istud erat ad similitudinem honoris, vt C. de pœnis. l. honor. Ibi, beneficiū, id est, feudū, vt inf. quibus cau. feu. à §. 1. dixi sup. in præambulis. Ibi, confirmare, ad similitudinem lucrorū nuptialium, qui olim illi filio dabantur, quē lucrans eligebat, vt C. de se. nup. l. generaliter. in fi. Ibi, ęqualiter, vt inf. de suc. feu. in c. 1. Ibi, pertineat, & omnes præstabunt fidelitatē æqualiter, nisi feudum ex diuisione ad vnum pertineat, quia tunc ille solus iurabit, vt in c. omnes. infrà si de feud. fue. contro. Ibi, cùm verò, quidam habent istum §. pro capitulo & malè, quoniam debet esse §. secundum gl. hîc positam. Sed tu dic quod melius est habere pro versiculo, quia continuat eandem materiam, & ita includitur per doct. cum præcedentibus. Ibi, proficisceretur, fortè ad suscipiendam imperij coronam, vt dicit tex. infrà de pace iura. fir. in fin. Ibi, à fidelibus, id est, Vasallis. Ibi, ex filio, scilicet, acquirentis Feudum. Ibi, producere, id est, extendere. Ibi, dignaretur, subaudi, & ita concesit promulgando legem, in qua prædicta continebantur. Fecit quoq; legē, in qua plura alia capitula concesit,

cessit, vt habetur in l. fi. de bene. & ter. tri. in Lombarda. & hoc voluit glo. hîc posita. vtrum autem & quando appellatione filiorũ debeant comprehendi nepotes, vel non, dic vt in l. liberorum. ff. de verb. sig. De his autem legibus Lombardorum dixi suprà in præambulis. Ibi, legitimo hæred. in filio masculo. & ita semper debet intelligi & exponi in hac materia feudali, vt infrà de feud. alie. in §. & clientulus. & inf. de l. cor. in §. similiter. Quid autem in cõtractu emphiteotico? dic vt in l. in conuentionalibus. per glos. & Doct. ff. de verborum sign. Ibi, eorum patris, & sic loquitur in feudo paterno in isto casu. Ibi, accipit, subaudi de nouo, & sic loquitur nunc in feudo nouo. Ibi, defuncto, subaudi, postea. Ibi, legitimo hærede, expone, vt sup. & subaudi, multò minus, si reliquisset legitimum hæredem per ea quæ sequuntur. Ibi quod esset, scilicet non succedit, vt inf. sequitur. Ibi, communiter, in similitud. vt de fra. de no. be. inuesti. in c. 1. Ibi, acceperint, scilicet feudum nouum, de quo proximè dixit, nisi hoc scilicet, quod alter alteri succedat. No. consideranda atque declaranda esse initia rerum, atque originem, præsertim in iure nostro, prout hic videmus declarari initia feudorũ, & qualiter paulatim ac diuersis temporibus ipsorum documenta nobis tradita exercuere, prout in simili facit Iurisconsultus in l. 1. & 2. in

2 princi. ff. de orig. iu. † Nota filios hodie equaliter in feudo succedere patri, quod intelligas verum esse, si essent per patrem inequaliter instituti, vt infrà de suc. feu. in prin. & est ratio, quia prouidentia legis seu consuetudinis feudorum præstat hoc priuilegium ipsis filijs, vt no. hic glo. & inf. an agnatus vel filius re. hæred. in c. 1. & ibi latè dixi. facit. l. si arrogator. ff. de adop. & per Bald. in l. liberti. C. de operis li. vbi dicit etiam hoc idem esse in emphiteosi, de quo in Spe. de loca. §. nunc aliquæ. ver. 78.

3 † No. ex hoc tex. hîc & in fi. aliquid posse fieri licitum, si per pactum specialiter exprimatur, quod aliàs sine pacto non esset licitum. & ad hoc tendit glo. fi. hîc posita, quæ in sui prin. colligit istud notabile. & allegauit ad hoc concordantes aliquas, & tandem quia est via brocardica, remisit se ad libellum disputationum. Py. qui aliàs appellatur de præsump. Sed tu de hoc brocardo dicas, vt per gloss. & doct. in l. de rebus. ff. de arbi. & in l. cùm quid. ff. si cer. pe. & in l. fin. C. de dona. & quod not. per glo. infrà de succes. feu. in fin. & dixi infrà de duob. fra. de no. be. inuesti. in c. 1. in notabilibus. & per canonistas in c. ex ore. extra

4 de his, quæ fiunt à ma. par. ca. † No. quod in feudo paterno succedunt nedum filij, sed etiam nepotes ex filijs, vt hîc in §. cùm verò. quod hodie extensum est vsque in infinitum, videlicet vt omnes agnati masculi descendentes in infinitum succedant, vt inf. eo. in §. hoc quoque in fin. succedunt quoque in tali feudo, nedum fratres inter se, vt hic, sed etiam omnes cæteri agnati transuersales etiam vlteriores similiter in infinitum, dummodo sint de descendentibus primi acquirentis, vt inf. de gra. suc. in feu. c. 1. §. 1. & dixi in c. si capitanei. infr. de feu. marche. vbi gloss. hoc tenuit, licet quidam voluerint dicere, quod solum vsq; ad septimum gradum. per §. hoc quoque infrà eo. In feudo autem nouo succedunt solum descendentes, non autem transuersales, etiamsi essent fratres, nisi in inuestitura hoc specialiter esset cautum, vt hîc in

5 ver. sin autem. † Sed quia circa istam materiam successionis feudorũ habemus diuersa iura vario modo disponentia, præsertim circa successiones collateralium, imò pro aperienda veritate & concordia istorum iurium considerandum est, quod primo fuit ius antiquissimum, in quo nulla erat successio in feudo, neque feudum habebat aliquam vitam, quia dominus quandocunque volebat, poterat illud reuocare pro libito, nulla subsistente causa, vt hic in prin. Postea emanauit secundum ius, quo data est modica vita ipsi feudo, scilicet spacium anni tantum, vt hîc in ver. postea. Subsequenter emanauit tertium ius, quo data est amplior vita ipsi feudo, videlicet ad vitam Vasalli, vt hic in ver. demum, etc. Postea emanauit quartum ius, quo ampliata est vita feudi etiam vsque in vitam vnius ex filijs suis, quem ipse dominus eligeret, vt hîc in ver. sed cùm hoc, etc. Postea emanauit quintum ius, in quo est extensa vita ipsius feudi vsque in vitam omnium filiorũ ipsius Vasalli, vt hîc in vers. quòd hodie. Subsequenter extensa & ampliata fuit vita ipsius feudi vsque ad nepotes ex filijs, & vt fratres inter se succedere possent in dicto feudo paterno, vt hîc in vers. cùm verò. Postea & subsequenter extensa est vita ipsius feudi inter collaterales vsque ad quartum gradum, vt infr. eo. in §. hoc quoque sciendum. in prin. Postea adhuc fuit extensa vita ipsius feudi inter ipsos collaterales vsque ad septimũ gradum, vt in d. §. hoc quoq;. in vers. licet. Sed istud est

est intelligendum, quando de acquirente feudum fit transitus pręmordialiter & immediatè ad collaterales ex pacto, vel alijs modis, quibus potest, vt patet infrà de fra. de not. be. inuest. c. 1. quoniam tunc talis acquisitio non potest fieri, vt successio progrediatur vltra septimum gradum, vt ibi. Sed quādo de acquirente feudum fit præmordialiter transitus ad descendētes, tunc isto casu progreditur & extenditur, & successio huius feudi in infinitum, etiam ad transuersales descendentes ex descendentibus primi acquirentis, vt probatur infrà de natura succes. feu. ca. 1. infr. de gradi. & §. 1. inf. de succes. feu. §. 1. Et ita intellexit Bal. istum passum in d. c. si capitanei, licet non plenè. Inter descendentes autem per rectam lineam, nulla est dubitatio, quòd in infinitum succedunt, & vita feudi est infinita & perpetua, vt in d. §. hoc quoq; & in d. tit. de gradi. in princ. & infr. de natu. succ. feud. in cap. 1. & ibi declaraui, an succedatur in stirpes vel in capita, & hoc modo habes clarè istum passum, &c.

Oppo. cum prima glossa, quòd imò etiam hodie sit in potestate dominorū auferre feudum Vasallis elapso anno, vt probatur inf. in titu. seq. Soluit gloss. duobus modis. Et primò, quòd ibi sit speciale in feudo Guardiæ & Gastaldiæ, & in feudo, quod datur in remunerationem & mercedem laborum Vasalli, quæ feuda de sui natura non durant, nisi anno, vt inf. de conten. inter dominum & Vasal. de inuesti. in fin. Vnde elapso anno possunt auferri pro libito dantis, etiam non restituto præcio soluto per ipsos Vasallos, pro acquisitione talium feudorum. Et prædicta sunt vera, nisi in datione talium feudorum fuisset stabilitum certum tempus, quia tunc infrà dictum tempus non possent reuocari, vt probatur in d. tit. seq. Secundo modo soluit glo. q. dictus titu. seq. & similia iura loquentia de dictis feudis corrigantur per illum text. vt hodie talia feuda non possint auferri etiam elapso anno. quæ so. reprobatur per gl. cùm illa iura sint posteriora: vnde non est verisimile, quòd debeant corrigi per istud ius, quod præcedit, vt in §. quibus de nouo co. compo. & sic stat illa gloss. cum prima solutione, & benè vsque in fin. Ex qua glossa conclude, quòd regulariter feudum est perpetuum & transitorium ad hæredes vt suprà dixi.

Fallit in feudo Guardiæ & Gastaldiæ & similibus, de quibus in hac gloss. de quibus etiam hodie nihil est immutatum secundum Bald. Et ratio fallentiæ est, quia talia feuda dantur ratione officij: Officia regulariter durant solum anno l. plurius. ff. de condi. & de. & l. die. ff. de ferijs: ergò nimirum si cessante officio & causa, debeat cessare effectus ipsius feudi. l. generaliter. C. de Episc. & cleric. Qualia autem sint dicta feuda, declarabo in d. tit. sequente. In dubio verò, quando simpliciter datur feudum, intelligitur perpetuum, ar. in l. falso. C. de diuer. re. & in l. & quia de iu. om. iu. secundum Iacob. de Belui. Et de his beneficijs personalibus, quæ cùm persona finiuntur, plenè tangit Iacob. Ardizo. in summa titu. de succes. feud. sub rubricella in feudo regni Marchiæ ducatus, comitatus, &c. & cum rubri. seq. §.

Oppo. cum gloss. 2. quòd imò etiam hodie feudum non debeat durare, nisi vsque ad vitam Vasalli, vt probatur infrà de feud. Marchiæ in c. 1. So. ibi loquitur in speciali casu, videlicet, in feudis regalibus, sicut sunt Duces, Comites, Marchiones, & cæteri Barones, qui recognoscunt feuda regalia à Rege, vel Principe, in quibus feudis secundum rigorem iustitiæ & consuetudinis feudorum nō habet locum successio, sed talia feuda deberent extingui cum vita Vasalli, vt ibi: veruntamen hoc est hodie vsurpatum per contrariam consuetudinem, vt etiam in talibus feudis habeat locum successio, & sic non extinguatur cum vita Vasalli, vt dixit text. inf. de feud. alie. in fin. & hoc voluit tota ista gloss. vsque in finem, quæ benè loquitur, & cum ea concludo, quòd hodie in talibus feudis regalibus, habeat locum successio, sed tamen non possunt diuidi, vt probatur in §. præterea ducatus. infrà de prohib. feud. alie. per fe. Facit pro hac conclusione, quia ista talis vsurpatio est secundum communem naturam successionum ad feuda, vt in isto textu patet, & probatur etiam per c. 1. infr. de feu. cogni. de quo latius dicam in d. §. fin.

Oppo. cum gloss. 3. cum versic. insuper, &c. contra istum textum, quòd superfluat in eo, quod dixit, quòd in feudo nouo frater non succedit fratri, etiam si cōmuniter sint inuestiti, cùm de hoc habemus similiter casum expressum. infr. de frat. de no. be. inuesti. in c. 1. So. dicit gloss. quòd quidam Glossatores antiqui fatentur contrarium, dicentes, quod vacat. Sed tu dic, quòd imò non vacat, quia intentio melius declaratur per positio-

nem vtriusque, cùm in vnoquoque ponantur aliqua verba, quæ non ponuntur in alio. ar. in Auten. de æqua. do. §. his consequens col.7.

6 † Quæro cum gloss. 5. iuxta ea, quæ hîc dicuntur, quòd frater succedit fratri in feudo paterno, dummodo decedat sine legitimo hærede, &c. Quid si frater, qui decessit, instituit hæredem extraneum, nunquid intelligatur esse mortuus cum legitimo hærede, ita quòd frater superstes priuetur ea portione feudi, quæ erat apud morientem. Et respondet gloss. quòd non, quia non dicitur esse mortuus cum hærede legitimo in materia feudorum, nisi relinquat filijs, qui essent successuri ab intestato, vt infrà de alie. feud. in §. & si clientulus, & not. in l. ex facto in fin. ff. ad trebel. Vnde dato, quòd legitimè instituat extraneum, nihilominus frater poterit venire ad successionem, vt infrà de success. feud. in princi. Et est ratio, quia feuda non percipiuntur iure hæreditario, vt ibi, sed ex prouidentia principis, qui ita statuit, vt hic vel legis seu consuetudinis feudorum, in quibus hoc cautum est, vt nulla ordinatio de feudis posset fieri in testamento. sed legitimi hæredes admittantur. Facit l. si arrogator. in §. 1. ff. de ado. Ex quibus concluditur, quòd iste frater admittetur ad succedendum in ea parte feudi, quæ erat apud fratrem mortuum, non quòd ab eo fratre mortuo illud consequatur, sed potius ab antecessoribus suis, qui illud feudum acquisiuerunt, & hoc voluit ista glo. quæ benè loquitur secundum DD. vsq; ad vers. vnde intelligo, &c. §.

7 † Quæro subsequenter, cum dicta gloss. quid si vnus ex dictis fratribus commisit aliquam culpam, ex qua amittere debet feudum, quæ plures sunt, vt infr. quibus mod. feud. amitt. & infr. quæ fuit prin. cau. be. amitt. an alter frater succedet in dicto feudo? Et respondet gloss. quòd sic, dummodo iste frater, qui succedere intendit, non possit excludi per culpam propriam, quia tunc non admitteretur, nisi talis culpa, ex qua excludebatur, fuisset sibi remissa per dominum, quia sibi satisfecisset. per l. fin. in Lombard. de benef. cum terminis tri. & hoc voluit ista gloss. vsque ad versic. sic ergò, &c. Ex qua gloss. eliciuntur duæ conclusiones. Prima est, quòd frater succedit in feudo fratri amittenti feudum, propter culpam. Sed ista conclusio non est vera indistinctè, per ea, quæ dixi infr. si Vasallus feud. prin. cui def. de vbi distinxit, quòd aut Vasallus deliquit in dominum, & tunc dominus præfertur in feudo delinquentis, quibuscunque & descendentibus & agnatis ipsius Vasalli delinquentis, siue feudum sit nouum, siue antiquum. Si verò Vasallus deliquit in alium quàm dominum, & tunc si feudum esset nouum, reuerteretur ad dominum, si verò antiquum, tunc ad agnatos, exclusis omnibus descendentibus. Et prædicta probantur ex iuribus, quæ ibi allegaui. Sed interdum Vasallus committit culpam alienando, & tunc ad quem reuertatur feudum, dic, quòd si est nouum, reuertatur ad dominum, si verò est antiquum, tunc ad agnatos, prout latè dixi infr. quæ fuit prin. cau. be. amitt. in §. fin. in conclusionibus vbi videas. Secunda conclusio, quæ elicitur ex ista gl. est ista, videlicet, quòd Vasallus delinquens potest satisfacere domino de dicta culpa, & dominus potest sibi culpam remittere, &c. Sed circa hanc conclusionem qualiter Vasallus satisfaciat domino, dic, vt dixi infr. de prohib. feu. alie. per fe. in §. insuper. Et an dominus in præiudicium aliorum agnatorum possit culpam remittere? dixi infrà de Vasallo de cre. çta. in c. & inf. de alie. feu. pa. in c. 1. & inf. si Vasallus feu. prin. cui. de ca. 1.

8 † Oppo. cum dicta gloss. q, imò filius defuncti non excludit fratrem defuncti in successione feudi, vt probatur infrà in §. proximo, cuius contrarium dicitur hîc in fi. So. ibi loquitur de filia fœmina, quæ non est capax feudi, vnde non potest succedere, neq; impediret fratrem defuncti, nisi esset dictũ in inuestitura, vt succedere, vel si feudum esset maternum, vt infr. de succ. feu. in c. 1. hic verò loqtur de filio masculo, qui benè impedit transuersales, vt inf. gradi. in prin. & hoc vult ista gl. vsq; ad versic. item hoc, &c. quæ benè loquitur. Intelligas tamen, q, filia fœmina nunquã admitteretur, stante filio masculo, dato q, feudum esset fœmineum, nisi dictum esset in inuestitura, vt succedere posset, per ea, quę dicuntur infr. de beneficio fe. in c. 1. & inf. de eo. qui si hære. suis, &c. in c. 1.

9 † Opp. cũ d. gl. q, imò frater Vasalli defuncti, excludat filium ipsius Vasalli, à succes. feu. vt probatur infr. si Vasallus feud. pri. in ca. 1. So. dicit gl. q, ibi ideò, quia filius priuatur ex delicto patris, nõ autem agnatus transuersalis, & quæ sit ratio diuersitatis ibi dixi. Poterit tamen dominus facere gratiã huic filio, & sibi feudum cõcedere, vt ibi,

vt ibi: & hoc vult Glos.vsq; ad versi. quod non. Sed tu aduerte, quia ista glo. non habet bonam considerationē, quoniam aut dictum feudū ex delicto amissum erat nouū, & reuertitur ad dominū, & nō admittuntur collaterales. Aut erat antiquum, & tunc aut delictum fuit cōmissum in personam alterius, quàm domini, & tunc tale feudū bene transiret ad agnatos transuersales, sed dominus non posset facere gratiam filijs exclusis in pręiudicium ipsorum agnatorum. Aut delictum fuit cōmissum in personam domini, & tunc feudū reuerteretur ad dominum, & agnati nō possent admitti, & ideò de hac quæstione dicatis, vt ibi latius dixi. Opp. cùm dicta gl. contra ea, quæ sup. dicta sunt, videlicet, quòd imò filia Vasalli mortui, excludat fratrem ipsius Vasalli à successione, vt infr. quemad. feu. ad fil. perti. in c. 1. So. glo. fatendo contrarium in casibus illius capituli, videlicet, quando mortuo Vasallo filia emit feudum patris à domino, vel dominus eam re inuestiuerit in remunerationem amoris, vel seruitiorum Vasalli mortui: quibus casibus filia admittitur ad successionem dicti feudi, nec poterit molestari ab agnatis, vt ibi. & hoc voluit gl. vsq; ad finē. Quam intelligas esse veram & procedere, quando prædictum feudum fuisset nouū, ita quod liberè erat reuersum ad dominum, quo casu ipse dominus habet liberū arbitriū disponendi de dicto feudo, prout sibi placet, nec agnati qui nullum habent ius in dicto feudo, possunt contradicere. Si verò feudum fuisset antiquum, in quo agnati admittebantur, tunc dominus non pouisset inuestire filiam defuncti in præiudicium ipsorum agnatorū, vt dixi in d. c. 1. vbi videas, quia ibi ponuntur diuersæ opi. circa intellectū ipsius. Et addas etiam alium casum, in quo posset succedere, vt si ita disponeret consuetudo, quòd etiam fœminæ succederent, quoniam tunc valeret cōsuetudo, quæ reuerteretur ad ius commune. ff. de pac. l. si vnus. §. quod si in spem: & tenet And. de Iser. & Nic. de Nea. in §. se. & Spe. in tit. de feu. in §. quoniam. vers. 21. Vel nisi feudum esset eius naturæ, vel qualitatis, vt inf. de gra. post prin. Opp. cum gl. fi. quòd imò frater succedat fratri in feudo nouo, etiãsi non sit expresse dictū in inuestitura, vt ꝓbatur inf. de be. fra. & quali. frater fra. suc. So. ibi feudū fuerat emptū, de cōmuni pecunia fratrū domino sciente, & stantib. fratrib. in cōmunione, quo casu feudū est cōmune, & vnus alteri succedit, secùs autē si dominus ignorasset, quòd fuisset emptū de communi pecunia, quia tunc non esset commune, nec vnus alteri succederet, ne dominus ignorans & inuitus cogatur habere alium Vasallum, quem velit, vt inf. de fra. de no. be. inuesti. in c. 2. & hoc voluit glo. vsque ad versi. quia tamen est contra, &c. Quæ autem requirantur ad hoc, vt tale feudum emptum intelligatur esse commune, dixi in contrario, vbi videas.

Opp. subsequenter, cum dicta gl. contra proximè dicta, quòd imò non debeat attendi, ex cuius pecunia ematur res, sed quo nomine, quoniã si ex pecunia alterius emo mihi rem, dicta res erit mea, non autē illius, cuius fuit pecunia, vt C. cō. vtriusq. iudi. in l. si patruus. cùm si. So. dicit glo. fatendo cōtrarium, quòd ista est regula, quæ fallit in quibusdam casibus specialibus, videlicet, in pecunia dotali secundum quosdam, quòd gl. immediatè reprobat per l. ex pecunia. C. de iure do. Item, in pecunia pupillari & militis. & ad hoc adduxit tres versus, quos vide per te vsq; in finem. Sed tu addas alios casus vltra glo. in quibus res efficitur illius, videlicet, in pecunia, cuius fuit pecunia furiosi vel prodigi. per gl. quę solet allegari pro singulari in l. 2. C. de cura. fu. quæ æquiparat prædictos pupillos in beneficijs. Facit quod no. in l. marcellus. ff. de fideius. & ff. de condi. indebi. in l. interdum in fi. magnæ glo. Item, in pecunia Ecclesiæ, vt no. glos. in l. si vt proponas de rei vendi. & in d. l. si patruus. Idem dicendum quandoq; in feudo empto ex pecunia communi, vt præsupponit ista gloss. & ꝓbatur in d. c. 1. & inf. de beneficio fratris, de quo dic, vt ibi. Vtrum autem res empta ex pecunia dotali, sit dotalis, ista gl. determinat, quod non, vt suprà dixi tamen glos. Accur. tenere contrarium in d. l. si vt proponis, & in l. si patruus, vnde tu concordando eas, dic quod in subsidium cēseatur dotalis, aliàs secùs. ar. eorum, quæ no. in l. si filij. C. de dona. inter vi. & hoc tenet etiā Bald. per l. si ꝑculus. ff. de iure do. & hanc eandem distinctionē adducit in pecunia Ecclesiæ vel pupilli, per no. in Auten. qui res. C. de sacrosan. Eccle. Et addas vnum casum singularem secundum Ray. quod in tali re, quæ in subsidium est effecta dotalis, quod competit vxori vtilis rei vendicatio. l. vxor marito. ff. de dona. inter virū & vxorem. Et de hac materia tamen latius dicatis per Cy. & Doct. in d. l. si vt proponis, & per can. in c. vt vnusquisque. extra de pecul. cleri.

Opp. ab extra, quòd imò feudum non
spectet æqualiter ad filios. vt infr. si de feu.
fue. contro. in c. mulier. & infr. de filijs na-
10 tis ex ma. ad mor. contracto. † So. dic,
quòd iste text. ponit regulam, quæ fallit in
pluribus casibus. Vnus est ibi, propter pa-
ctum appositum. Secundus est, si vnus ex
filijs deliquit & non satisfecit, vt infrà de
prohi. feud. alien. per fed. in §. insuper.
Tertius in filio naturali, infrà si de feud.
fue. contro. in c. naturales. Quartus, si fi-
lius est adoptiuus, vt in eod. titu. in c. ad-
optiuus. Quintus, si filius est clericus, vt
infrà de benefic. fe. in fi. Sextus, si consue-
tudo hoc disponeret, vt in c. filij, infr. si de
feu. fue. contro. sicut videmus in his, qui
viuunt lege Francorum, secundum quam
primogenitus succedit, vt per Io. Andr.
super rub. de feudis, & etiam dixi in d. c.
mulier facit c. licet, extra de voto. Septi-
mus, quia filia fœmina non succedit cum
masculis, vt infr. eod. in §. hoc autem no-
tandum. Octauo, in filio exhæredato mala
mente. ar. in Auten. de nup. in §. soluto. ff.
de assig. lib. l. 1. §. si exhæredato. secundum
Iac. Ardiz. qui hoc tenet in summa sub ru-
bricella de inuestitura marchi. Sed de hoc
vltimo dicam statim, & vide glos. & Doct.
in l. ex facto in fi. ff. ad trebel.

Oppo. quòd imò filius non succedat
patri, cùm potius intelligatur continuare
ius suum, quòd habebat etiam viuente pa-
tre, vt no. gloss. fin. infr. de feud. co. in c. 2.
11 †So. ergò fateor contrarium, per ea, quæ
ibi no. in filio in potestate, quia nõ deficit,
nisi sola administratio, vt. ff. de lib. & po.
l. in suis. Sed in filio emancipato secùs, sic-
ut in cæteris agnatis, qui propriè dicuntur
succedere, per emancipationẽ enim non
priuatur filius iure feudi paterni, vt dixi in
d. c. adoptiuus. infr. si de feu. fue. contro.
Et intelligas, quòd isti tales agnati intel-
liguntur succedere, scilicet, eo respectu, q̃a
in locum præcedentis succedunt, non au-
tem eo respectu, vt teneantur ad debita
hæreditaria, vt infr. an agnatus in c. 1. sicut
videmus in beneficijs Ecclesiasticis, facit
l. si arrogator. in §. 1. ff. de adop.

Opp. quòd nunquam aliquis intelli-
gatur mori sine legitimo hærede, cùm sal-
tem vltimò succedat fiscus. l. 1. C. vnde vir
& vxor. So. hoc verum regulariter, vt ibi,
& in l. 1. de bonis vacantibus. Sed fallit in
feudo, vbi solùm filius dicitur hæres. infrà
de feud. alie. in §. & si clientulus. Ideò si
Vasallus moriatur sine liberis, intelliga-
tur mori sine hærede, vt ibi, & in d. l. ex
12 facto. §. fi. cùm ibi not. ff. ad trebel. † Quæ-
ro ab extra, an filius exhæredatus succe-
dit in feudo? Et Iacob. Ardiz. in summa de
succes. feu. sub rubricella, an filius eman-
cipatus suc. in feu. format istam quæstio-
nem, & inducit plura argumenta ad par-
tes, tandem verum residere in hanc sen-
tentiam, videlicet, quòd succedat, si irri-
tum sit factum testamentum, seruis si ex
testamento sit addita hæreditas, quia tunc
non succederet in feu. ar. ff. ad si. l. si exhæ-
redatus de bo. liber. l. si patruus. §. filius, à
successione tamen collateralium propter
hoc non excluditur. ff. de suc. & legi. l. in
§. plus. Et si à patre exhæredetur, non suc-
cedit etiam in feudo aui, quia per patrẽ vi-
detur cõsequi bona auita, nisi primò pater
decesserit quàm auus, q̃a tũc succedet auo,
& non patri. Si verò exhæredetur ab auo
tantùm, tunc nõ succedet auo in eius feu-
dum, sed benè succedet patri in feudo pa-
13 tris. † Si verò quis filio exhæredauerit, ta-
men nihilominus eius nepos, qui non est
exhæredatus, neque à patre, neque ab auo
succedet patri & auo præmortuo patre vel
eo viuente, cùm non sit in eius potestate,
alioquin aliud esset, quia per talem nepo-
tem acquireretur eius patri exhæredato.
arg. ff. de bo. libe. l. si ex patronis. §. 1. & §. 2.
& l. quòd si pater. & l. si filius. ff. de operis
libe. Et ista sunt verba Ia. Ardi. in d. loco.
14 †Sed aduerte, quia videretur dicendum, q;
vbicunq; quis est legitimè exhæredatus ex
iusta causa, videatur semper priuatus feu-
do, quia ista consequentia est bona, cùm
quælibet causa, quæ est sufficiens ad exhæ-
redationem intelligatur sufficiens ad feu-
di priuationem, vt est text. notabilis. infrà
quæ fue. pri. cau. be. amitt. in §. prædictis
modis, vnde intelligerem ea, quæ dixit do-
minus Iaco. prædictus esse vera absque du-
bio, vbi dicta exhæredatio non habuit vi-
res, prout ipse dicit text. Sed vbi habuit vi-
res, & est exhæredatus ex tali causa, ex quã
etiã non posset stare in curia domini absq;
dedecore, q; tunc priuaretur feudo, vt inf.
an ille, qui interfecit fra. Doct. c. 1. Non ta-
men intelligas, q; ex omni causa opi. & fa-
ma istius filij exhæredati grauetur, sit pri-
uandus, vt inf. in titu. quæ fue. pri. cau. be.
amitt. in §. illud & dixi in d. c. 1. an ille, qui
interfe. fra. do. Facit ad p̃dicta, q; dixi in c. 1.
inf. an agnatus vel filius repu. hære. &c. in
15 limitationibus ibi positis. † Quæro an in
feudis habet locum ius accrescendi? & ista
est veritas secundũ Ia. de Bel. q; aut loqmur
in feudo paterno, & hz locũ ius accrescẽdi

vt hic,

vt hîc:sed tamen intelligitur propriè loquendo magis esse quædam succesio seu successorium edictum, vt inf. de bene.fra. in c. & hîc & extra de feud. in ca. 2.quod patet, quia etiamsi iam fuisset feudum acceptatum: habet locum dictum ius accrescendi, vt inf. de feud. marchie. in c. 2. & hîc in ver. cùm verò. secundum Iacob. de Bel. & Nico. de Neapo. licet Spec. contra eodem modo dicit Bald. si frater superstes renunciasset partem suam in manibus domini, quòd nihilominus alia portio sibi accresceret iure successorio. l. si titio. §. vsufruct. ff. de vsu. & de vul. & pu. l. cohæredi. §. fin. & infrà de eo qui fi. fecit agna. c. 1. Aut loquimur in feudo nouo, & tunc non habet locum ius accrescendi regulariter, vt infrà de feud. mar. in c. fin. & hîc in versic. si autem, &c.

Fallit ista regula, quando expressè hoc esset dictũ, vt hîc in versi. quod etiam, &c. sed tamen hoc non esset tunc virtute iuris accrescendi, sed virtute pacti, vt sup.
16 dixi. † Sed quid si aliquis perdat partem suam, an per ius accrescendi posit postea retinere aliam partẽ, si sibi obueniat: collige determinationem ex l. si titio. §. 1. ff. de vsufru. & seq. Bald. in l. 1. ff. de rerum diui. quæst. 54. Item fallit in alijs casibus expresis. inf. de bene. fra. & qua. fra. fra. suc. in c. 1. infrà de duobus frat. à ca. inuesti. in c. 1. & de fra. de no. benefi. inuesti. De qua materia dic plenè per Spec. in tit. de feud. in §. quoniam. versic. 35. & in d. c. 2. extra de feud. & ibi per Zab. & per Bald. in l. 1. de cad. tol. & in c. 1. de duobus fra. à ca. inuesti. & per Bart. in l. si mihi. de verb. ob. vtrum autem in cõtractibus habeat locum ius accrescendi? dic vt in d. l. si mihi, & titio. ff. de verb. oblig. & per Cy. & Doct. in l. 1. C. quando non pe. par. & in l. 1. C. si socius libera. imperialis lib. 10. & in spe. de do. in prin. In vltimis autem voluntatibus in rebus patrimonialibus, an habeat locum, dic per Doct. in d. l. 1. quando non peti part. & ff. de le. 3. in l. re coniuncti. & C. de cad. tol. l. 1. in §. pro secundo. & in §. sin autem. & ff. de vsufruct. accre. l. 1. §. sed interdum. vtrum autem habeat locum in dona. causa mortis? dic vt in d. l. 1. in fi. C. de cadu. tol. & in l. 1. C. si soci. imperialis lib. sine hærede decesserit. In iuribus verò separatis & aduersantibus an habeat locum? dic vt in l. sed cum patrono. ff. de bo. possess. & ff. de condi. & de l. mulieri & ti-
17 tio. † Quid autem in emphiteosi, an habeat locum ius accrescendi, & dicit Bald. hîc quod sic: sicut in feudo vt accrescat per naturam contractus, & tacitam prudentiam contrahentium. ar. ff. de pac. l. tale pactum §. fi. de quo per ipsum in Auten. si quas ruinas. de sa. fac. Eccle. & in l. 2. C. de iure emphit. Sed an habeat locum inter vsufructuarios? dic vt no. per Glo. & Doct. in l. dominus vsufructuario. ff. de vsufruct. Item an habeat locum in seruitutibus? vide ff. quemadmodum serui. amitt. in l. aquam, & quod ibi no. & vide Bal. in l. 1. C. quando non pe. ptes. Vltimò ad materiam præsentem videas in d. c. 1. infr. de benefi. fra. & infr. de fra. de no. be. inuesti. in c. 1. & in pluribus remisionibus, quas ibi adduxi, & inf. de duob. fra. à ca. inuesti. in c. 1. & ple. per Iaco. Ardiz. in summa charta tertia sub rubricella de inuesti. Marchionum, Comitum & aliorum circa fin. & in titu. de succes. feud. in prima rubrica cum se. & se. & rubricella de collateralibus cum quatuor rubricellis sequentibus, & in rubricella vbi frater succe. fra. & vide per Hostien. in summa §. 3.

SVMMARIA.

1 *Fœminæ an & qualiter à successione Feudorum excludantur.*
3 *Consuetudo iuris communis dispositionem sic alterare potest, vt etiam à lege Romanorum eadem aut mos vinci nequaquam valeat.*
4 *Mulier quamobrem deterioris sit conditionis ipso masculo.*
5 *Mulieres quæ armis assuefactæ reperiantur.*
6 *Voluntas an & quando pro ratione sufficiat.*
7 *Ratio dictorum maiorum nostrorum non semper redditur.*
8 *Principis voluntas iusta causa dicitur.*
9 *Immunitas concessa posteris ad quos extendatur.*
10 *Mulier armata vadens ad pugnam, an per hoc succedat in feudo.*

§ HOC AVTEM. Suprà proximè dictũ est de succesione masculorum agnatorum ad feuda: Nunc verò in isto §. tractare intendit de exclusione mulierum, & earum descendentium à succesione Feudorum. Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur dictum cum determinatione & ratione. In secunda excipit à prædicta determinatione secunda ibi NISI. Casus. Filiæ & earum descendentes etiam masculi, repelluntur à succesione Feudorum, nisi spãliter hic agatur, vt succedere posint. hoc dicit. In text. ibi legibus, vt l. maximum vitium. C. de libe. præte. vel exhære. Ibi, FEVDI, subaudi,

subaudi, nisi in casibus not. supr. in §. præce. in Glo. pen. in fi. Ibi non possint. Quid autem sit pugna, & quis possit eam facere, & qualiter, & de quibuscunque pertinentibus ad materiam pugnæ dixi ple. infr. de pace te. in §. 1. Sed aduerte, quoniam quidam libri nō habent ista verba in text. quidam vers. sic: & ita habuit Glossator
1 noster, vt patet in glo. † Not. quòd fœminæ regulariter remouentur à successione feudorum, quod intelligas verum, siue extent masculi siue non, nisi feudum esset eius naturæ vel qualitatis, vt succedere possent, vt infr. de gradi. succe. in feu. post prin. & tunc demum succederent, si non extarent masculi, vt inf. de eo, qui si. hære. quæ suis in c. 1. quia nunquam patet locus fœminæ in successione feudi, donec supest masculus ex eo, qui à primo fuit inuestitus, vt ibi dixit tex. Itē excipias alios casus, de quib. tetigi super text. videlicet, si redemit vel ex amore fuerit inuestita, vel sit cōsuetudo, vt ibi dixi remittendo ad ea quæ scri-
2 psi sup. §. proximè. † No. quòd sicut mulieres nō sunt capaces feudorum: ita nec descendentes earum, quoniam destructo antecedente, sequitur destructio consequentis. l. 1. §. eius rei de offi. eius cui man. est iu-
3 ris. † No. quòd consuetudo potest alterare dispositionē iuris cōmunis, vt hîc & in l. 1. C. quæ sit longa cōsuet. Quanquam enim legum Romanorum nō vilis sit autoritas: tamen nō vsq; adeò vim suam extendunt, vt vincant cōsuetudinē, aut mores, vt inf. de feu. cog. in c. 1. & in gl. fi. hîc posita in sui princ. & l. 2. C. quæ sit lon. consuetudo.
4 † No. conditiones mulierū esse deterioris conditionis, quàm masculorum, vt patet hîc & in alijs multis casibus notatis in l. in multis. ff. de statu ho. Et in quolibet casu potest assignari ratio, vt ibi: & in l. 2. ff. de reg. iur. Sed quantum ad casum nostrū, ratio est, quia dominum suum adiuuare non possent, per pugnam, & hoc voluit dicta Gl. fin. hîc posita in secunda sui parte. Debent enim Vasalli adiuuare eorum dominos in hoste pergentes, vt inf. de capi. cor. in §. placet, & inf. de pace iura. fir. in fi. & inf. quæ fuit pri. cau. be. amitt. §. item qui dominum. quòd fœminæ non intelliguntur posse facere propter eius sexus fragilitatem. l. quisquis. §. ad filias. C. ad l. Iul. maie. licet bene possint interesse in vsu belli aliter quàm pugnando, vt ff. de capti.
5 l. postliminium. §. fi. † Et quanquam legamus interdum mulieres armis assuefactas, & in vsu pugnandi doctas, sicut de Pantasilea Regina Amazonum, de Iscratea vxore Mitridatis, de Zenobia Regina orientis. In sacra Scriptura de Regina Austri de Iudith, & similibus. Dicendum est, quòd ista fuerunt causalia, quæ nō rumpunt regulas iuxta l. nam ad ea. ff. de legi. secundum And. de Iser. Aliqui tamē sunt casus, in quibus conditio mulierum est melior, quàm masculorum, qui no. per gl. in c. mulieres de iudicijs. lib. 6. & de pœnis vbicunque lib. 6. No. hîc in fi. quod illud, quod de sui natura non est licitum, potest spāliter per pactū fieri licitum, & quia est via brocardica, dic vt dixi in §. præcedenti in notabilibus.

Oppo. cum glo. 1. contra istum text. in eo quod dixit, quod secundum leges fœminæ succedunt sicut masculi, sed contra hoc est casus in l. 2. & l. 6. in titu. de successionibus in Lombarda, vbi dicitur, q. filia succedit in tertia parte hæreditatis. Filius autem masculus in duabus partibus. So. dicit glo. quòd iste text. habuit respectum ad leges Romanas & cōmunes: Contrarium verò loqtur secundū leges Lombardas, inter quas leges circa materiā successionum sunt plures differentię, quas gl. ista seriatim descripsit & recitat, vnde dic, vt in ea vsq; ad finem. Ex qua gl. colligunt & eliciunt aliqui plura argumenta, vnum quòd statuta disponentia circa successiōes sunt seruanda. Item, quòd statuta possunt disponere circa successiones spuriorum. Item, quòd facere pacem & cōmoda pacis pertineant ad masculos, & non ad fœminas, q. facit ad statuta loquētia de pace obtinenda ab hæredib. interfecti, vt colligitur ex hac gl. in fi. Sed tu aduertas, quia ista argumenta taliter sumpta ex ista glos. eliciuntur ex legibus Lombardorū, q̄d nō licet secundum Bald. quoniam argumentum debet sumi ex lege communi, vt l. si serui vestri. C. de noxalib. vnde quāquam argumenta prędicta possint in se esse vera, nihilominus dicas ple. de primo argumēto per Bal. in l. in quibus. C. de secū. nup. & in l. 2. C. de lib. præ. & in l. liberti. in l. 3. C. de suis & legi. hære. in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. & in l. ex hoc iure. de iustit. & iure. De secundo, videlicet, circa spurios an possunt per statutum fieri successibiles, dic ple. per Bald. in l. 1. C. de iure annul. aureo. circa tertium vide per Bart. in l. eadem in §. Cato. ff. de verb. oblr. & in l. qui seruum in eo. tit. per Bald. in l. 2. C. de libe. & eorū libe. & in d. l. ex hoc iure, & in l. omnes populi. de iusti. & iure.

Oppo-

Oppo. cum glo. 2. iuxta fin. in versi.
quibus iusto. &c. quòd imò masculi descē-
dentes ex filia fœmina exclusa à successio-
ne feudorum, debeant admitti ad succes-
sionem dicti feudi, quia ratio, ꝑpter quam
excluditur filia, scilicet, quia pugnam fa-
cere non potest, cessat in dictis masculis
descendentibus ex ea, vnde cessante causa
ꝓhibitionis, deberet cessare ipsa legis pro-
hibitio, vt ff. de vsur. l. vbi lex. & de diuor.
6 l. fin. §. quod ait. † Sol. dicit gloss. quod
sufficit pro ratione voluntas, quia ita pla-
cuit ex cōsuetudine feudorum, nec aliam
7 asignat rationem. † Ex qua glo. no. illud
dictum, quòd non omnium, quæ à maiori-
bus nostris dicta sunt, ratio reddi potest. l.
non omnium. ff. de legi. & maximè in his,
quæ sunt de positiua iustitia, vt l. 1. §. pue-
ritiam, cùm ibi no. in gloss. ff. de postu. Si-
mile not. glo. in Auten. sed & si quis. C. de
secun. nup. & in Auten. de nup. in §. quo-
8 niam. † Nam sola voluntas Principis di-
citur iusta causa: vt not. in l. relegati. ff.
de pœnis. Sed tamen quicquid dicat gl. tu
potes asignare has rationes secundum
Doct. & primò secundum Iacob. de Belui.
quia cùm sublata sit media persona, per
quam nepos admittebatur, amplius non
debet admitti. arg. C. de suis & legi. hære.
l. meminimus. & ff. de pactis. l. & hæredi.
in princip. Item, quia sublatis medijs vi-
dentur sublata extrema, vt per Dy. in c. in-
dultum. de regu. iur. libr. 6. vel secundum
9 Iacob. Ardiz. † ratio est, quia immunitates
concessæ etiam posteris, non extenduntur
ad posteros descendentes ex factis. l. 1. in
fin. & l. immunitates. ff. de iure immuni.
Vel dic secundum Andr. de Isern. quod ra-
tio est, quia successor non debet esse me-
lioris conditionis, quàm autor suus, à quo
habuit causam, vt disponit regula iuris in
l. in his. §. 1. & l. quod ipsis. ff. de reg. iur. Et
hæc ratio placet mihi vltra alias. & etiam
placet Nico. de Neapo. vnde vitium au-
toris durare debet, etiam apud sobolem
ar. in Auten. vt omnes obe. iudi. prouin. in
prin. Et imò licet in nepote masculo ex fi-
lia cesset ratio, de qua in isto text. non ta-
men cessant aliæ rationes & regulæ com-
munes, de quibus supr. quæ militant ad-
uersus ipsum nepotem masculum venien-
tem ex persona filiæ. Item, quia successio-
nes non fiunt per saltū, vnde necessarium
est, quòd gradus ante se sit successibilis,
quoniam destructo ordine destruitur or-
dinabile secundum Bald. facit. ff. de serui.
10 rub. prædi. l. tria prædia. † Quæro ab extra

quædam mulier armauit se, & iuit ad pu-
gnam in expeditione, an hęc efficiatur ca-
pax ad succedendum ad feudum. & dicit
Andr. de Iser. quod sic. arguendo per l. si
maior. C. de legi. hæred. & per no. in l. ex
his. ff. de leg. facit pro hac parte iste text. à
contrario sensu. Sed in contrariam sen-
tentiam est Nico. de Neapo. vt dicta mu-
lier ex hoc non efficiatur capax, quia vbi-
cunque sunt plures rationes idem indu-
centes, licet vna cesset, nihilominus aliæ
remanent, quæ habent obstare. l. cùm hi.
§. si prætor. ff. de transac. & quod no. in l.
fin. ff. de diuor. Sed cùm Vasallus debeat
esse constans, vt patet infr. de no. fi. for. c.
1. quæ constantia non cadit in muliere. in-
sti. qui. alie. licet in prin. Item, Vasallus
debet præstare consilium domino, vt inf.
de for. fin. c. 1. quod consilium mulieres
non habent. l. si pater. C. de spon. ergò
mulier ex ea sola ratione, non intelligitur
esse facta capax obstantibus alijs rationi-
bus. Et hanc partem puto veriorem, quia
istud est officium virile, in quo mulieres
non debent se immiscere. ff. de procu. a-
lienam. Et fortifico hanc partem, quia
cùm filius masculus descendens ex ipsa
muliere, quæ erat capax ad pugnam, & in
quo concurrebant omnes prædictæ ratio-
nes, excludatur a successione feudi, vt di-
xi supr. proximè, & patet ex isto text. mul-
tò magis, debet excludi ipsa mulier, in qua
pauciores rationes concurrunt per suprà
dicta. Vltimò ad materiam præsentem
vide infr. Epis. vel Abba. in §. quinetiam.
infr. de succes. feu. in §. filia. infr. quid sit
inuesti. in fi. inf. de gradi. in prin. & in tit.
de eo qui sibi hære. quæ su. in c. 1. & inf. de
bene. fe. in c. 1. in prin. & in pluribus remis-
sionibus, quas ibi adduxi, & quod dixi inf.
de natura succes. feud. in 3. notabili. &
ple. per Iacob. Ardizo. in summa in tit. de
succe. feud. sub rubricella tertia & quarta,
& vide quod dixi suprà in §. præce. in opp.
6. & in Spec. de feud. §. quoniam. versi. 12.
& per Bald. in l. fi. C. de suis & legib. hære.
& in l. 1. ff. de senat. per canonistas extra de
iudi. in c. 2. lib. 6. & de pe. & remis. c. noua.
& per Ar. extra de testa. in c. si pater. lib. 6.

SVMMARIA.

1 *Collaterales vsque ad septimum gradum suc-
cedunt in feudo.*
2 *Paragraphi (Hoc quoq.) duplex intellectus.*
3 *Filij sororum consobrini vocantur.*
4 *Transuersales siue collaterales, quando &
quomodo succedant inter se.*

5 *Feudorum librum ſcientiam non babere dicentium opinio fatua.*
6 *Infinitas toleratur licet vitanda dicatur.*
7 *Probatio fortior contra Fiſcum, quàm contra priuatum in feudalibus quæritur.*
8 *Teſtes ſacramentales qui & quare ſic vocentur.*
10 *Cognati à feudo repellendi.*
11 *Filij emancipati an ad ſucceßionem feudi admittantur.*

HOC QVOQVE. Suprà
proximè tractauit de ſucceſ-
ſione deſcendentium. Nunc
verò principaliter dicit, &
tractare intendit de ſucceſ-
ſione collateralium, licet poſtremò ſubij-
ciat etiam ſecundario, de ſucceſsione de-
1 ſcendentium. † Et in ſumma hoc inten-
dit: Collaterales in ſucceſsione feudi ad-
mittuntur, vſque ad ſeptimum gradum,
deſcendentes verò vſq; in infinitum. hoc
dicit. Et diuiditur in duas partes ſecun-
dum lecturam, quam ſequor. Quoniam in
prima loquitur de tranſuerſalibus, qui ad-
mittuntur ad ſucceſsionem feudi ex pa-
cto, ſeu ex natura feudi, dato quòd non
ſint de deſcendentibus primi acquirentis.
In ſecunda loquitur de tranſuerſalibus de-
ſcendẽtib. à primo acquirente. ſecũda ibi,
2 q, in maſculis. † Præmitto pro euidentia, q,
iſte §. legitur duobus modis: vno modo,
quod loquatur totus in feudo paterno,
quod feudum non poſsit inter deſcenden-
tes tranſcendere per lineam tranſuerſa-
lem obliquam inter eos, vltra ſeptimum
gradum, ſed per lineam directam inter de-
ſcendentes procedat in infinitum. Alia eſt
lectura, quòd loquatur de eo feudo, quod
à prin. fuit eius naturæ, vt tranſiret etiam
ad collaterales: quo caſu, per lineam tranſ-
uerſalem non tranſcendit ſeptimum gra-
dum, ſed per lineam directam deſcenden-
tium procedit in infinitum, etiamſi dicti
deſcendentes à primo acquirente eſſent
nunc effecti tranſuerſales inter ſe: & illa
eſt notabilis lec. de qua feci mentionem
ſuprà eo. in §. & quia. in vltimo notabili, &
videas, quod ibi dixi pro intellectu prædi-
ctorum, & infrà de feud. mar. in c. ſi capi-
tanei. In text. ibi beneficium, id eſt, feudũ
vt probatur infr. in quib. cau. feud. amitt.
in fi. & dixi ſuprà in præambulis in diuiſio-
ne feudorum, & intelligas quod loquatur
de tali feudo, quod à prin. fuit acquiſitum
cum tali pacto, vt tranſeat ad tranſuerſa-
les, quod licitũ eſt, vt infrà de fra. de no. be.
inueſti. in c. 1. & dixi ſuprà e. in §. & quia
vltimo notabili; quo caſu nõ poteſt tranſ-
cendere ſeptimum gradum, vt hîc in pri-
ma parte. Secùs autem ſi à principio fuit
acquiſitum, vt vadat ad deſcendẽtes, quia
tunc poſtea per dictos deſcendentes pote-
rit tranſire infinitum, dato, quod inter ſe
ſint effecti tranſuerſales etiam vltra ſepti-
mum gradum, vt hîc in fine. Ibi patrueles.
Iſti ſunt in quarto gradu de iure ciuili in-
3 ter ſe, & ſunt filij duorum fratrum. † Nam
filij duarum ſororum appellantur conſo-
brini, licet apud vulgares omnes ſuprà di-
cti interdum appellantur conſobrini, id
eſt, coſini. vt inſti. de gradi. in §. quarto. &
hoc voluit Gloſſ. hîc poſita. Ibi ſucceſsio-
ne, id eſt, per ſucceſsionem. Ibi ſecundum
vſum. Ex hoc colligitur, quare hic liber
appelletur vſus feudorum à quibuſdam, vt
dixi ſuprà in præambulis. Ibi vſque poni-
tur incluſiuè, prout in ſimili no. in Auten.
quod ius. C. de proc. de quo per Doct. in l.
à caligato. C. de nup. & in l. fin. ff. de ſena.
Ibi gradum, aliàs eſt text. gradum, aliàs eſt
geniculum, & eſt vulgare Gallicum, quod
idem importat quod gradus. Nam in ſi-
gnificato ſunt æquipollentia ſecundũ Gl.
hîc poſitam, quæ per hoc remanet expedi-
ta in ſui prin. & de hoc geniculo fit men-
tio in l. 1. de ſucceſ. in Lombar. Ibi, vſurpa-
tum, id eſt, conſuetudine roboratũ, & fre-
quenter vſitatum, & ſic capitur in bona
parte, prout in ſimili dixit text. inf. de alie.
feud. in fi. & de hoc verbo ibi dixi latè, &
ſupr. e. in §. & quia. in Glo. 2. licet Andr. de
Iſer. hîc teneat contrarium, videlicet, vt
capiatur in mala parte per no. in d. §. fin.
inf. de alie. feud. Et aduerte quia quidam
habent hîc in text. poſt iſtud verbum vſur-
patum talia verba, videlicet & etiam in in-
finitum, &c. & ita verum habuiſſe Gloſſ.
noſtra, prout tangitur hîc in Glo. 2. in verſ.
& quidam, &c. Sed tu dic, quòd imò talia
verba non debent haberi, & ita communi-
ter non habentur, quia aliàs eſſet ponere
oppoſitum in obiecto, quoniam ſi vſq; ad
ſeptimum gradum moderno tempore ex-
tenditur ſucceſsio, vt ſuprà proximè dixi,
ergò non in infinitum. Item quia talem
infinitatem attribuit inter deſcendentes,
vt ſtatim ſubijcit: ergò alios à tali infinita-
te verum repellere. C. de procurato. l. ma-
ritus. facit quod no. in c. ſi capitanei. infr.
de feud. marchi. Ibi, maſculis deſcenden-
tibus, ſubaudi, à primo acquirente. Ibi, ex-
tenditur, ſubaudi, etiamſi iſti tales maſculi
deſcendentes, à primo acquirente eſſent
inter ſe tranſuerſales, quia in infinitũ ſuc-
cedunt inter ſe, vt hîc ſecundum veram
lectu.

lectu. quam sequor. Et aduerte, quia iste textus ideò facit mentionem de masculis, ex eo, quia fœminæ non succedunt regulariter, vt dixi suprà in §. præcedenti, & in
4 §. & quia. † Nota quod vbi tractatur de successione collateralium nō descendentium à primo acquirente, regula est, quod isti tales transuersales inter se non succedant, nisi in inuestitura expressè dictum sit, vt infrà de successione feudi in fine. & infrà de frat. de no. be. inuesti. in capitulo primo. Quo casu quando est dictum in inuestitura, vt inter se succedant, tunc non extenditur talis successio, nisi vsque ad septimum gradum: quoniam vltra gradum septimum amplius non succedunt, sed feudum prædictum reuerteretur ad dominum: vt hîc in prima parte. Vbi verò tractatur de successione collateralium, qui descendunt à primo acquirente, tunc tales collaterales succedunt inter se, nedum vsque ad gradum septimum, sed etiam vsque in infinitum, vt hîc in secunda parte, & probatur infra de prohib. feu. alie. per Lotha. in l. 2. in fi. Vbi verò tractatur de successione descendentium per lineam directam, à primo acquirente, tunc talis successio extenditur in infinitum, vt hîc in fin. secundum aliam lectu. & probatur infrà de gradib. in princi. Nam semper filius succedit in locum sui patris præmortui, vt infrà de succes. feu. in prin. & ad prædicta vide, quod dixi infrà de feu.
5 marchi. c. 1. in §. 1. in. q. 1. † No. ex text. Ibi secundum vsum ab antiquis sapientibus, &c. quòd istæ cōsuetudines feudorum, de quibus in hoc libro, sunt introductæ secundum vsum institutum ab antiquis sapientibus, quòd facit contra illos, qui dixerunt librum feudorum non habere in se scientiam, quorum opi. est fatua per istum text. & infr. de feu. da. inui. l. co. in c. fin. Videmus etiam plurimos sapientes, qui in declarandis his iuribus feudalibus multum elaborauerunt, vt dixi suprà in Prolo-
6 go. † Nota ex hoc text. in fin. secundum glos. quòd infinitas toleratur, neque vitiat actum, sed quia ista est via Brocardica, cùm interdum reperiatur in iure, quòd infinitas debeat euitari. vt ff. de dā. infec. l. qui bona, §. fin. & pro tanto pro solutione huius Brocardi, glo. fi. hîc posita remisit ad notata per Py. in suo libello disputatorio præsumptionum. Sed tu de hac materia secundum modernos dicas latius. C. de sen. quæ pro eo, quod interest in l. 1. & C. de sac. san. Eccle. in l. fin. & per Bart. in d. l. qui bona per Bald. in l. videamus. in fin. ff. de in litem iuran. per Canonistas extra de rescrip. c. 2. lib. 6. & ibi not. in gloss. 2. Et per hoc habes expeditam prædictam gloss. final. hic positam.

Oppo. cùm gloss. 5. in versic. (Quod autē, &c.) quòd imò in successione transuersalium non admittatur successio etiam infr. septimum gradum, nisi ille, qui cupit admitti, probauerit per duodecim sacramentales deponentes, istum petentem esse infr. septimum gradum, & propinquiorem defuncto, & illud feudum esse paternum, vt habetur in l. 1. de successionibus in Lombarda. So. dicit gloss. fatendo contrarium, quando controuersia esset de dicto feudo inter propinquum volentem succedere in dicto feudo, & curtem regiam seu fiscum suum dicentem, dictum feudum ad se esse deuolutum. Secùs autem si contentio esset inter duos priuatos de dicto feudo, quia tunc sufficeret ꝓbare legitimè, iuxta ea, quæ traduntur in text. & glo. infr. de contro. inuesti. in §. cùm autem. & hoc voluit dicere ista glo. vsq; in finem, quanquam non ita cla-
7 rè locuta sit. † Ex qua glo. notandum verum, quòd fortior & exuberantior exigitur probatio contra fiscum, quàm contra priuatum in causa feudali. Et hoc ideò forte est ob speciale priuilegium fisci, sicut patet alibi. C. de priui. fis. per totum. Regulariter enim iura statuta, in fisco seruanda sunt etiam in priuatis. l. 1. cùm ibi not. C. de peti. hæred. & per glo. & Doct. in l. item veniunt. in §. ait senatus. ff. de peti. hæred. Subsequenter not. ex hac glo. de testibus sacramentalibus, de quibus tangitur per text. infr. si de inuesti. inter domi. & Vasallum in c. si quis. & infr. de consue. rec. feud. in §. sacramentum, in versi. & cùm datur, &c. & in pluribus alijs
8 locis in hoc libro. † Ideò autem dicuntur testes sacramentales, hoc est, quia sunt testes expugnatores iurantes, & deponentes per sacramentum crudelitatis, & conscientiæ suæ ita esse, sicut principalis eos producens dixit, & iurauit, vt probatur in c. 1. & in c. quotiens. & in c. fin. extra de pur. cano. Non enim compelluntur præcisè deponere factum ita esse, qui de facto alieno nō cogūtur iurare ita esse. ff. re. amo. l. marcellus. §. 1. ne cogantur anceps subire periurium. l. videamus. ff. de in li. iurā. & ideò iurāt & deponunt solum, se ita credere secundum eorum conscientiam,

tiam, vt ex hoc moueatur animus iudicis ad ita opinandum & expurgandum obstacula, quæ fuissent aduersus ipsum producentem, vt ꝓbatur in d. §. sacramẽtum. & extra de pur.ca. in c. de testibus. Et de hac materia etiam tetigi in d. c. 2. super text. infr. si de inuesti. inter dominum & Vasal. lis orit. & in d. §. sacramentũ. & infrà de pace tenen. in §. si rusticus. De purgatione autem vulgari, quæ sit, & qualiter fiat, & an hodie sit reprobata, dixi ple. in d. tit. de pace te. in §. si miles rusticum. vbi videat. & si vis videre in practica formam iuramẽti talium testium sacramentalium, vide in Spe. de aboli. in fi. & plene de materia per Iac. Ardizo. in ti. de conten. feu. sub rubricella decurritur ad sacramentum Vasalli, &c.

9 † Oppo. ab extra, quòd imò collaterales nullatenus ad succesionem feudi admittantur, quoniam in succesionibus potior est causa ascendentium, quàm collateralium, vt in Auten. cessante. C. de suis & legib. hæred. Sed pater & ascendentes à succesione feudi repelluntur, vt infr. de natura succes. feud. in c. 1. ergò multò magis ipsi collaterales debent repelli per regulam l. de accesionibus. ff. de diuersis & tempo. præscrip. quia si vinco vincentem, &c. Sol. in collateralibus cessat ratio, quæ est in patre & ascendentibus, quia nõ præsumitur, quod posint ita adiuuare dominum, sicut filius, cùm virtus in iuuenibus est plus, quàm in senibus, vt C. de athletis. l. 1. lib. 10. quæ ratio in collateralibus cessat secundum Iaco. de Bel. & Nico. de Neap. Sed ista ratio eorum non vera mihi tuta, quia posibile est, quòd ascendens sit potior ad seruiendum, quàm descendens & collateralis, & ideò posset asignari alia ratio, vt hoc operetur natura feudi, quæ in hoc casu vicit legem, vt infr. de feu. cogni. in c. 1. & ita verum sensisse gloss. in c. 1. de natura success. feud. Vel dicendum, quòd hoc operatur virtus verborũ expressorum, vel tacitè subintellectorum in inuestitura, in qua prouidetur Vasallo & hæred. suis. Nam in materia feudali hæres capitur pro filio. infrà de alie. feud. in §. & si clientulus: non autem capitur aliquo modo pro ascendente. Igitur nimirum si videatur prouisum solum descendentibus. & hoc sensit Bald. ibi & de hac materia per Iaco. Ardizo. in summa. in titu. de success. feud. sub rubricella, an ascendentes succedant, &c. Vtrum autem pater habeat vsumfruc. in feudo filij, vide quod dico infrà de fra. de no. b. inuesti. c. 2. & infrà de natura succe. feud. d. c. 1. Oppo. subsequenter, quòd imò collaterales non admittantur. d. c. 1. in prin. infr. de gradi. vbi cognati descendentes ex fœmina non admittantur.

10 † So. ego fateor contrarium, quod cognati ꝓrsus repellantur. Et est ratio, quia cùm feudum debeat esse paternum, id est, eius patris, à quo omnes descendunt, vt ibi patet, ergo cognati non debent admitti cùm descendant ex fœmina, & per lineam fœmineam coniuncti. insti. de succes. cogna. in princi. & per hoc patet, ꝙ vterinus frater à succesione feudi repellitur, licet feudum sit antiquum, cùm vterinus sit cognatus tantùm, vt ff. vnde cogna. l. 1. & l. de hac parte. & tenet Nico. de Nea. hîc: & Iaco. Ardi. in summa de succes. feud. sub rubricella de cognatis an succedant.

11 † Quæro ab extra an filij emancipati admittantur ad succesionem feudi, & videretur quòd non, cùm dicantur extranei. C. de rei vx. in §. extraneum. Sed veritas est contrarium, ꝙ imò admittantur, quia illa, quæ ex paterno procedunt & descendunt, nõ admittuntur per emancipationem. ff. de pœnis. l. honor. præterea sublata est hodie talis differentia in Auten. de hæred. ab inte. §. 1. Item, quia succesio feudi ita defertur ad hæredes descendentes, sicut succesio hæreditatis de iure nouisimo: quantum autem ad collaterales bene est differentia inter agnatos & cognatos, vt no. gl. infrà de gradi. in c. 1. & dixi supr. in proxima opi. & ita tenet Nico. de Neapo. hic: & Iac. Ardi. in summa de succes. feud. sub rubricella, an filius emancipatus succedat, & tetigi supr. eod. in §. 1. & infr. si de feu. fue. contro. in c. adoptiuus, & Bald. in Auten. in succesione. C. de suis & legi. Et ex prædictis potest inferri etiam, ꝙ filius emancipatus ꝑferatur in succesiõe feudi filio suo ipsius emancipati in potestate retento per auũ. arg. no. in l. 2. ff. de bon. libe. & inst. de hęr. quæ ab intest. def. in §. ita demũ. Facit ff. de bo. libe. l. si liber. præterito in §. 1. & l. 2. §. fin. & tenet Iaco. Ardiz. in d. tit. sub rubricella, an filius emancipatus succedat cum nepote. & Nico. de Neapo. hîc, & vide circa prædicta per Bald. in l. qui se patris. C. vnde liberi in ver. modo venio in pe. col. Vltimò ad materiam præsentem adducas plura, quæ dixi inf. de natura succes. feu. in c. 1. & videas in pluribus remisionibus ibidem adductis, & ꝙ dixi infr. de gradi. in §. his verò. & in remisionibus ibi in fine descriptis.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Feuda à capitaneis concessa, nequaquam reuocanda.*
2 *Feudi est natura, vt Vasallus non disuestiatur sine causa.*
3 *Precium restituere debet, qui contractum rescindi petet.*
4 *Seruitij magnitudo perpetuitatem adfert beneficio.*
5 *Valuasores minores plus possunt quàm maiores.*
6 *Imperator Vasallum de iure non disuestiet.*
7 *Feudum à Vasallo non tolletur, nisi culpa & causa legitima reperiatur.*

§ NOTANDVM. Iste §. tractat de vltima parte rubricæ, videlicet, qualiter feudũ retineatur. Et cõtinuatur cum superioribus, quoniam suprà in princ. declarauit de initijs feudorum, & postea subsequenter, qualiter feuda acquirãtur & retineantur per successionem, & qualiter in feudis succedatur, & vsq; ad quem gradum. Nunc verò tractare intendit, an domini concedentes dicta feuda, possint pro libito, quandocunque voluerint, auferre Vasallis dicta feuda, vel dicti Vasalli possint ea feuda retinere inuitis dominis. Et diuiditur iste §. in quinque partes, quoniam in prima declarat de capitaneis regni, & de maioribus Valuasoribus infeudantibus, qui nõ possunt eorum feuda à Vasallis reuocare. In secunda declarat de minoribus Valuasoribus, qui possunt à Vasallis suis pro libito feudum reuocare. In tertia ponit consuetudinem Mediolanensium, qui non faciunt istam differentiam, vbi indistinctè domini non reuocant feuda. In quarta reuertitur ad secundã partem illam declarando. In quinta excipit duos casus à prædicta proxima declaratione. secunda, ibi (illud.) tertia, ibi (aliter.) quarta, ibi (sed quando.) quinta, ibi
1 (nisi.) Casus. †Feuda concessa à capitaneis, vel maioribus Valuasoribus, non reuocantur: secùs si sint concessa à minoribus, quia tunc pro libito reuocantur, nisi in duobus casibus hîc in fine expressis. Sed in curia Mediolanensi non fit reuocatio feudorum, siue sint concessa à maioribus, siue à minoribus. hoc dicit. Præmitte pro euidentia, qui sint capitanei vel Regis vel regni, & qui sint maiores Valuasores, & qui minores, vt dixi suprà in princi. huius tituli in tertia præmissione. Item præmitte secundò id, quod no. in gloss. fin. super vers. accipiunt. suprà in princi. huius titu. & quod ibi dixi, videlicet, quod iste textus loquitur secundum iura antiqua, secundum quæ olim fiebat differentia inter capitaneos regni seu maiores Valuasores, & inter minores Valuasores. Hodie autem nulla differentia inter prædictos, vt infrà de natura feud. sine culp. non amitt. 1. c. 1. cùm ibi no. & statim etiam dicam in glos. quæ hoc tangit. In text. ibi beneficium, id est, feudum, vt dixi suprà in §. præce. Ibi, capitaneis, Regis. Isti sunt Duces, Comites vel Marchiones, vt patet suprà in prin. huius titu. & infr. quis dic. Dux, Com. vel March. in prin. Ibi, Valuasoribus, scilicet, maioribus, qui etiam hodie appellantur capitanei, vt in dicto princi. Ibi, censetur, hoc est, quia non potest tale feudum auferri sine culpa. Ibi, à maioribus, scilicet, Valuasoribus, qui etiam Valuasini appellantur, vt in d. titu. quis di. Dux, Com. vel March. Ibi, iudicatur, subaudi, qui potest tale feudum auferri quandocunq;, vt patet infrà statim in vers. sed quando, &c. qui debet continuari cum isto. Ibi, obseruatur, subaudi, quia omnium est æqualis cõditio, vt in gloss. hîc posita. Nam in curia Mediolanensi non fit distinctio inter maiores & minores, quia feuda nunquam reuocantur. Ibi, sed quando. Iste vers. non refertur ad proxima, sed ad vers. illud, &c. vt suprà dixi. Ibi, nisi excipit ab eo, quòd dixerat de minoribus Valuasoribus. Ibi, perrexerint, scilicet, isti Vasalli minorum Valuasorum. Nam Vasalli tenentur associare dominos in tali exercitu, vt infrà de pace
2 iura. fir. in fi. †Not. q, propria feudi natura est, vt Vasallus non possit disuestiri sine causa, vbi autẽ Vasallus ad arbitrium posset disuestiri: tunc non esset propriè feudũ, sed esset contra propriam naturam feudi, vt hîc & infrà de na. feu. in c. 1. & infrà de feu. sine cul. non amit. in c. 1. vtrum autem Vasallus posset renunciare feudo inuito domino. dic ple. per glo. & q, ibi scripsi in c. fi. inf. de ca. qui cu. ven. No. q, interdum aliqd licet minoribus, quod maioribus denegatur, sed quia ista est via Brocardica, ideò de hoc dic, vt plenè no. per gl. infr. de feudo Marchi. in c. 1. & statim etiam tan-
3 gam in gl. †No. ex hoc text. in fi. ar. quòd ille, qui petit rescindi contractum debet restituere precium. Facit q, no. C. de sac. san. Eccl. in Auten. qui res. ff. de act. emp. l. bona fide. Et intellige hoc verum, quando cõtractus resoluitur ad instantiã partis. Secùs autẽ si de sui natura resolueretur, vt qa fuit feudũ temporale, q̃d iã habuit executionẽ, quia tunc resoluto tali cõtractu ꝑ lapsum tẽporis nõ restitueretur precium, vt pro-

vt probatur infrà in titu.se. secundum Bal.
4 † Not. quòd propter magnitudinem seruitij, inducitur perpetuitas beneficij ita concordat.ff. de dona. l. aquilius regulus. & l. si prin. Not.ex hoc text. in fin. quòd feuda possunt etiam per pecuniam acquiri, de quo dic latius, vt dixi infrà de bene. fra. in c. vbi glos. tangit, & de feud. da. in vicem leg.cõ.in c.1.

5 † Oppo. cum glossa fin. contra istum textum in eo, quod vult, q. minores Valuasores possent illud, quod non possunt maiores, quoniam præsupponit, quòd maiores nõ possunt disuestire, etiam si esset Imperator, qui inuestituram fecisset, sed minores possunt hoc facere. Sed contra de l. barbarius in fin.ff.de offi.prætor.vbi ponitur regula, quæ totum contrarium disponit, videlicet, vbi aliquid est licitum minoribus, multò magis debet posse licere maioribus. So. dicit gloss. quòd iste text. loquitur secundum iura antiqua: hodie autem benè verum est, quòd etiam minores non possunt disuestire: sicut nec maiores, quia æquiparantur, vt infr. de na. feu. in fin. & hoc voluit ista gloss. vsq; ad vers. licet nouissimo, &c. Ex qua glo. inferuntur duo, quæ an procedant uideamus. Primum est, quòd Imperator non posset disuestire Vasallum suum. Secundum est, q. hodie illud, quod potest maior, potest minor, & contrà.
6 † Sed circa primum dic, quòd licet Imperator posset hoc facere de plenitudine potestatis, tamen non potest facere de iure, vt est casus infrà de natura feud. in prin. & est ratio, quia tenetur seruare suas leges & consuetudines, cùm sit ligatus & subiectus legibus. l. dig. vox. C. de legi. hinc est, quòd tenetur etiam obseruare pacta inita cum Baronibus suis, vt ibi per Doct. Facit. c. decet. de reg. iur. lib. 6. & l. benè à Zeneno. C. de quadri. præscrip. Item, quia Imperator non potest de iure auferre ius meum, & tradere alteri. l. rescripta. & l. quotiens. C. de preci. Impera. offe. de quo dixi latius in c. naturales. infr. si de feud. fue. contro. facit, quod no. Io. Andr. extra de consangui. & affini. in c. quod dilectio. circa quod vide, quod dixit Baldus. l. qui se patris. C. vnde libe. Et hoc de primo. Circa secundum dic, quòd ista est via Brocardica, vt dixi suprà in secundo notabili. Sed hîc breuiter secũdum Iacob. de Belui. & Nico. de Neap. quòd quædam sunt, quæ conceduntur minoribus propter eorum vtilitatem, & ista sunt maioribus denegata, vt C. de nupt. Auten. maximis. & C. de adul. l. quæ adulterium. Quædam sunt, quæ conceduntur minoribus in eorum priuilegium, & ista multò magis viderentur esse cõcessa maioribus, vt in d. l. barbarius. vile namq; visum fuit, quòd quis reuocet donum, quod iam fecit arg. in Auten. consti. quæ dignita. §. illud. & C. de annonis ciuilib. l. fi. & ista fuit ratio, quare concessum fuit minoribus reuocare feuda, & non maioribus, cùm ipsi minores propter eorum vtilitatem nõ ita innodantur laqueis legum, sicut maiores, vt in d. l. quæ adulterium.

7 † Oppo. subsequenter, cum dicta gl. contra ea, quæ suprà dicta sunt, quòd imò nũquam per dominum posit auferri feudum à Vasallo sine cognita culpa, & causa legitima, vt infrà de feud. sine cul. non amit. in c. 1. So. dixit glo. fatendo contrarium, videlicet, quòd illud procedat de iure nouissimo, vt hodie nulla facta distinctione & differentia inter maiores & minores Valuasores, quòd nunquam domini posint disuestire aliquo modo eorũ Vasallos sine culpa cognita & conuicta, vt ibi & in c. 3. infr. quo tempore miles. & hoc voluit ista gl. tota vsque ad finem, quæ benè loquitur, quoniam vt ait Bald. illa consuetudo, de qua ibi, & infr. de natura feu. in fi. tanquam posterior & recentior, tollit istam priorem & antiquiorem. ar. in l. nulla. in §. 1. ff. de ali. & ci. leg. Secùs autem vbi tractaretur de consuetudine solenni inducenda, quę requirit ad sui essentiam præscriptionem, quia tunc secunda consuetudo non tolleret primam, nisi esset præscripta, vt no. glo. in l. nemo alieno nomine. ff. de reg. iur. de quo per Cy. in l. 2. C. quæ sit longa consuetu. Sed quid de fama an secunda tollat priorem, dic per Bald. in l. si mater. C. ne de sta. defunct. & in l. admonendi. de iureiur. & hic, de quo in Spec. de inquisitione. §. nunc tractemus vers. quid si testes & se. Quando autem & qualiter dominus posit & valeat disuestire Vasallum? dixi infr. per quos fiat inuesti. in fin. Vltimò de materia huius §. vide in d. tit. de natura feudi, & infrà de feudis datis minimis Valuasoribus, & inf. de feud. sine culp. nõ. amit. in c. 1. & infr. quo tempore miles in c. fin. & per Iacob. Ardiz. in tit. quib. mod. feud. amit. sub rubricella Vasallus feudum non amittit sine conuic. co. cul. Facit quod dicunt Canonistæ in c. nulli. de elect. lib. 6. & in c. q. semel placuit de re. iur. lib. 6. & per Bal. in l. qui se patris. C. vnde liberi, in pen. col.

DE

DE FEVDO GVARDIAE ET GASTALDIAE.

OLim nulla erat hîc rubrica, sed omnes isti text. vsque ad tit. infr. quibus mod. feud. amit. erant sub rubrica præcedenti, quæ durabat vsque ad dictum titulum, quod patet, quia omnia principia capitulorum positorum sub istis rubricis intermedijs, incipiunt à dictionibus continuatiuis ad textus præcedentes. Et q. hoc sit verum, colligitur etiam ex ordine Iac. Ardiz. in summa sua, qui omnia ista posuit sub titu. præce. secutus præcisè ordinem compilationis & rubricationis Oberti de Horto autoris huius libri. Verùm, quia res & materia diuisa per varias & speciales rubricas separatas melius & clarius intelligitur', vt insti. de leg. in §. sed ne in primis. Ideò Glossatores, qui postea istum librum glossauerunt, interseruerunt has rubricas speciales, diuidendo materiam per titulos separatos, prout in simili dixi infrà de cap. cor. super rubrica. vnde ergò hodie cōmuniter vtimur hac rubrica, videlicet, de feudo Guardiæ & Gastaldiæ, & ea vsus est Glossator noster, vt patet in gl. 1. posita hîc in text. & ea omnes Scribentes Commentatores vtuntur, quare & nos vti debemus. l. minimè. ff. de legibus. Et continuatur ista rubrica ad proximè præcedentia hoc ordine, quia suprà proximè in ti. præcedenti in §. fin. dixit qualiter minimi Valuasores non possunt feudum reuocare, nisi restituant precium habitum à Vasallis, sed quia feudum Guardiæ & Gastaldiæ reuocatur absque precij restitutione, vt probatur in hoc titulo. Ideò post titulum præcedentem immediatè subiecta est ista rubrica de feudo Guardiæ, &c. Et hanc cōtinuationem sensit litera in princ. dum dixit: Item illud, &c. vel potest continuari & alio modo, quia suprà in titulo præcedenti tractauit de feudo regulari, quod est transitorium ad hæredes & perpetuum. Nunc verò in isto titulo tractare intendit de feudo irregulari, quod est annale & non perpetuum, sed post annum reuocatur, & quælibet est bona continuatio licet cōmuniter Scribentes non continuent, & dicant rubricas huius libri habiliter continuari non posse. Ego autem in quacunque rubrica ponam continuationes conuenientes, quæ non minus benè in hoc libro, quàm in cæteris libris legalibus adaptari videbuntur, vt dixi suprà in Prologo.

SVMMARIA.

1 *Feudum Guardiæ & Gastaldiæ quare non sit durabile.*
2 *Item dictio continuatiua.*
3 *Aliud dictio iam dictorum implicatiua.*
4 *Dictio autem continuatiua dicitur, & proximè dictis aduersatur.*
5 *Feudum Guardiæ & Gastaldiæ datum pro mercede dicitur irregulare.*
6 *Feuda Guardiæ & Gastaldiæ, & pro mercede, quare anno tantùm possint durare. & num. 7.*
8 *Feudum Gastaldiæ quod dicatur.*
9 *Guardia quæ sit hîc describitur.*
10 *Feudum pro mercede datum quod sit.*
11 *Officio ablato quando dicatur ablatum beneficium.*

ITEM ILLVD. Istud capitulum habet duas partes, & prima durat vsque ad vers. si verò, &c. In qua declarare intendit, quanto tempore duret feudum, quod datur ratione Guardiæ & Gastaldiæ, vel pro mercede alicuius rei. Et in summa hoc intendit ista prima pars.
1 † Feudum quod datur ratione Guardiæ vel Gastaldiæ, vel mercede alicuius rei, non est durabile, quia potest reuocari elapso anno, nisi in concessione fuisset adiectum certum tempus, quia tunc non posset reuocari ante dictum tempus finitum, & dominus reuocans talia feuda, non tenetur ad restitutionem precij, quod recepisset pro concessione ipsorum feudorum. h. d. Et præmitte pro euidentia, quòd iste text. quanquam videatur in se satis clarus, quantum ad intellectum exteriorem neque habeat glossas, quæ ipsum difficilem reddant, tamen ad intellectum intrinsecum reputatur à nonnullis Doctoribus difficilis in exemplificando eum, videlicet, quando dicatur feudum Guardiæ vel Gastaldiæ, & pro mercede alicuius rei. Et in assignando rationem, quare talia feuda sint annalia, quæ omnia inferius declarabo. Ideò hoc præmisso, pone casum in nube, vt litera sonat, quia postea in expeditione lecturarum ipsum in terminis exemplificabo.
2 † In text. ibi, item, dic, q. ista dictio, item, est continuatiua. l. iure petentis. ff. de leg. 3. Nam continuat se ad suprà proxima. q. d. non solùm feudum, quod datur à minimis Valuasoribus est reuocabile, vt suprà tit. proximo in fine, verùm etiam istud, quod datur nomine Guardiæ, vt hîc. Et ideò quidam habent hîc. §. sed gloss. hîc posita dicit, quod melius est habere pro capitulo, quia est sub speciali rubrica, qua cōmuniter vtimur. Sed tu dic, quòd glossa dicit hodie verum, sed

secundum rubricationem Oberti de Horto non erat olim hîc aliqua rubrica, & ideò iste text. habebatur olim pro §. qui cõprehendebatur sub rubrica præcedenti, vt dixi suprà super rubrica. Ibi illud. s. feudum, & aliqui habent aliud autem &c. vt colligitur ex dicta glo. & tunc eodem modo dicas quod implicat continuando se ad materiam
3 proximè dictã: vt suprà dixi. † Nam ista dictio alius alia aliud, est implicatiua iam dictorum, vt l. quidam relegatus. cum
4 ibi no. ff. de rebus dubijs. † Præterea dictio Autem est continuatiua, & aduersatur proximè dictis, vbi dixerat quod feudum reuocatur etiam non restituto precio. simile no. per. gloss. in. l. mariti in fin. ff. ad l. iu. de adulterijs. Ibi alicuius rei: quę autem & qualia sint ista feuda statim declarabo. Ibi auferri, quæ fuerit ratio statim dicam. Ibi, pro eo, scilicet, feudo, cùm Vasall. possidens talia feuda dederat certum precium domino pro acquisitione dictorum feudorum, quod licitum est: vt infrà de benè fra. in c. 1. Ibi fuerit datũ, subaudi, quia tunc ante dictum tempus finitũ nõ posset
5 auferri. † No. quod feudum Guardiæ & Gastaldiæ, & quod datur pro mercede alicuius rei, est feudum irregulare, non habens ꝓpriam naturam feudi, quod placet, quia est reuocabile, & absq; culpa Vasalli elapso anno vt hîc & infrà de conten. inter do. & Vasal. de inuesti. in fin. Natura enim proprij feudi est, vt nõ reuocetur sine culpa infrà de nã. feu. in prin. & dixi suprà ti. proximo §. fin. in primo notabili. Quæ autem sint feuda, quæ habent propriam naturam, & quæ non habent, dixi suprà in præambulis libri, in tertia diuisione feudorum. No. quod officium datum ad certum tempus, finito tempore no durat. simile. C. locati in. l. si cùm hermes. ff. de pac. l. Epistola. §. fi. Et est ratio, quia postea ꝙ fieret extra officium, non videretur fieri virtute officij. l. 1. §. æquissimum. ff. de postu. & quod no. in l. si aliquid. C. de susce. & archa. lib. 10. & infrà eo. §. 1. No. quod vbi contractus de sui natura resoluitur, non restituit precium receptum: vt hîc, secùs si contractus resoluatur ad instantiam partis: vt suprà tit. proximo in §. fin. & ibi dixi in tertio notabili. No. argumentum ex hoc text. quod feuda possunt acquiri per pecuniam: de quo dixi suprà in d. §. fin. in vltimo notabili. & latiùs infrà de benè
6 fra. in c. 1. † Quæro ab extra pro intellectu & declaratione huius materię, quę & qualia sint ista feuda Guardię, Gastaldię, & ꝓ mercede alicuius rei. Et quæ fuerit ratio, quare durant tantùm anno. Et respondeo, quod ad prædicta declaranda plurimi Doctores elaborauerunt ponentes varios intellectus, quos seriatim videamus. Nam quidam dicunt, quod ista feuda fiunt isto modo, videlicet, vt si dominus concedat alicui aliquam rem seu castrum, guardandum, & gastaldandum, & custodiendum, & pro mercede talis Guardiæ & Gastaldiæ, seu custodiæ, vult quod habeat dictũ castrum seu rem in feudum. Et rationem quare talia feuda reuocantur elapso anno asignant, quia cùm ista feuda emerentur: vt hîc placet, videtur quod incidant in legem Iul. ambitus vt l. 1. ff. ad l. Iul. ambitus & per consequens possunt talia feuda reuocari. l. fi. C. eo. ti. Et hanc lecturam sensit quædam gloss. in apparatu antiquo, quæ communiter hodie non habetur. Sed hæc lectura non tenetur: tum quia per dictam rationem possent incontinenti reuocari, tum quia per pecuniam licitè emuntur feuda â dominis, vt suprà dixi. Quare alij ponunt secundam lecturam, quæ talis est, videlicet, si dedi tibi feudum meum ad guardandum vel procurandum eo modo & forma, vt in tali re sis guardiator vel gastaldiator, procurator seu factor meus. Nã in tali re non asignato tempore certo, videor in dubio designasse tibi istam procuratiam, factoriam seu guardiam per annum tantùm, licet specificando tempus possem etiam vltra annum hoc extendere. Et hanc lecturam videtur sensisse gloss. in §. sequenti dum declarauit quid sit Gastaldus. Sed hæc lectura similiter non tenetur, quia non conuenit titulo nostro, qui præsupponit quod illud, quod erat datum, erat datũ nomine feudi, sed in proposito non dabatur tanquam feudum, sed tãquam procuratori vel negociorum gestori, & ideò talis positio melius stetisset sub ti. de procurat. vel de neg. gest. vel mandati, & per consequens non conuenit huic literæ. Præterea talis procurator vel factor posset pro libito reuocari etiam ante annum. l. in re mandata. C. manda. Item tales procurationes & factoriæ non emuntur. l. 1. in fin. ff. mandati. Cuius contrarium præsupponit iste textus, nisi velis saluare hanc lecturam intelligendo, prout statim dicam in vlt. lect.

Quare

Quare alij poſuerunt tertiam lecturam, videlicet, quòd iſte Guardiator ſeu Gaſtaldiator cõſtitutus à Rege ſeu à domino ad territoria, ſeu caſtra ſua cuſtodienda, habuit & acquiſiuit tempore durantis officij, à quodam priuato quoddam feudum. Et ideò cùm ſit in officio cõſtitutus, non debet valere talis datio ſeu conceſsio, ſed fiſcus reuocat. ff. de contrahen. emp. l. non licet. C. de contra. iudi. l. 1. cùm præſumatur gratia officij datũ. l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pu. & ideò reuocatur poſt annum, & non antè, quia præſumitur, quòd tempore durantis officij non erit accuſatus. Nam officium durabat anno & hanc lecturam ſumunt ex. l. 1. in Lombar. de acquiſi. actorum reg. Sed hæc lect. nõ eſt bona, quia poſſet tale feudum, etiam ante annum reuocari, ex quo ſtatim ad fiſcum eſt quæſitum ius. l. aufertur. in §. quod à præſide. ff. de iure fiſci. Præterea iſta lect. potius denotat accidentiã facti, quàm myſterium iuris. Quare quarti ponunt aliam lectu. videlicet, ꝙ iſte tex. cum ſimilibus hodie corrigatur intelligentes, ꝙ hodie omnia feuda ſint perpetua, & non reuocabilia etiam elapſo anno. & hanc lecturam ſenſit gloſſ. ſupr. tit. proximo in §. & quia. ſuper ver. auferre, ſed eſt falſa lect. & eam ibi reprobaui. Vnde alij ponunt quintam lectu. videlicet, quòd ſi Guardio vel Gaſtaldio tempore durantis officij capiat feudum à priuato, quod tunc ipſe cõcedens tale feudum habet terminum anni ad reuocandũ, & ſi non reuocauerit tunc fiſcus poterit reuocare, & tenebit ipſe fiſcus dictum feudum tanto tempore, quanto tenere debebat ipſe Guardiator vel Gaſtaldio. l. ſtatius florus in fin. ff. de iure fiſci. Nam fiſcus bene poteſt eſſe feudatarius, vel emphiteota priuati. C. defun. pa. l. fin. & de fun. Reipub. l. fin. lib. 11. Et hanc lecturam ſequitur Andr. de Iſer. dicens: quod ſicut contra alios iudices & officiales ſtatuitur tempus quinque annorum ſubditis ad reuocandum ea, in quibus cum officialibus contraxerunt d. l. 1. C. de contra. iur. Ita hîc propter proteruitatem talium Gaſtaldiorum & Guardiatorum ſtatuitur tempus anni. infr. quod talia feuda poſsint reuocari. Sed hæc lectura non videtur mihi conueniens huic tit. quoniam præſupponere videtur, quòd iſta talia feuda emanabant à domino ipſorum Guardiatorum & Gaſtaldionum. Præterea non bene poſſet aſsignari ratio diuerſitatis, quare magis debeant ſtatui ſolum tempus anni, quàm in cæteris officialibus, cùm delicta videantur à pari procedere: ergò pœna puniri. l. ſi quenquam. in fin. C. de Epiſc. & cleri. Quare alij, vt Iacob. de Belui. legunt alio modo? videlicet, quòd feudum Guardiæ & Gaſtaldiæ ſit certum feudum, quod eſt deputatum cuſtodi ſeu Guardiano vel Gaſtaldo domini, qui cuſtodit vel procurat domini territoria. & propter talem cuſtodiam vel procurationem deſignatur ſibi tale feu-

7 dum. † Et ratio, quare talia feuda finiantur anno, eſt, quia talia officia, ſcilicet, Guardiæ, Gaſtaldiæ, & ſimilia non durare debent, niſi anno. l. publius. ff. de condi. & de. & ff. de ferijs. l. pridie. Nam officiales ingrediebantur eorum officia in Kalendis Ianuarijs, & ſtabant in officio per annum. d. l. publius. Vnde finito officio finiebatur feudum, quia ceſſante cauſa debet ceſſare effectus. l. ad ignẽ. §. quamuis. de iure pat. vnde dicit idem Iacob. de Belui. quod ſicut actor dicitur ille, cui res domini gubernanda mandatur, prout dicitur de Oeconomo, vt no. glo. in §. ſeq. ita & Gaſtaldio dicitur ille, cui res domini gubernanda cõmittitur. l. fi. C. quod cum

8 eo. † Dicitur ergò ſecundum ipſum feudum Gaſtaldiæ, quod concedit dominus alicui propter Gaſtaldiam, quam exercet,

9 quia eſt Gaſtaldus domini. † Guardia verò eſt, vbi quis deputatur ad Guardiam alicuius caſtri, & propter hoc feudũ ſibi conſtituitur, vel habet talis Guardia annexũ

10 feudum. † Feudum autem quod pro mercede datur, dicitur illud feudum, quod eſt conceſſum alicui in mercedem propter laborem ſuum, quæ feuda intelliguntur conceſſa ad annum, niſi expreſſè caueatur ad longius tempus, vt hîc & infr. de conten. inter dom. & Vaſal. in fi. cùm ibi not. Sed And. de Iſer. nõ videtur aſſentire huic poſitioni, ex eo, quod videtur continere iniuriam & iniquitatem, poſtquam non reſtituitur eis precium per eos ſolutum, & ſic iſti officiales non videntur remunerari de eorum laboribus, quia poſsibile eſt, ꝙ precium per eos ſolutum ſit maius, quàm receperunt de tali feudo per annũ, vnde deberet compenſari labor cum vtilitate. l. ſcio. ff. de annu. lega. dicitur tamen, quod eſt plana poſitio. Sed tu dic, quòd hæc lectura eſt bona & tenenda, & eſt propriè de mente huius literæ, & eam etiam tenet Nico. de Neapo. Nam, vt dixi, erant certa feuda deputata ad huiuſmodi officia Guardiæ & Gaſtaldiæ. Item pro mer-

cede alicuius rei, sicut sunt feuda deputata pro aduocatia, procuratia, cancellaria, & similium officiorum, q̄bus erant annexa certa feuda, vt probatur infrà de pace tenen. in §. quicunq;. & ibi dixi. Modò quia pro introitu talium officiorum soluebatur domino certū precium, q̄d erat taxatū secundum qualitatem officij, vt probatur in Auten. vt iudi. sine quoquo suffra. in §. hęc omnia. Vnde finito officio, finibatur feudum tanquam accessorium ad ipsum officium. arg. in l. generaliter. C. de Episc. & cleri. Facit regula accessorium, & eligebatur alter officialis Vasallus ad idem officium, nec per hoc reuocabatur precium solutum pro introitu talis officij, quia iam illud officium, pro quo dabatur, primùm habuerat suam executionem. Facit quod habetur in simili. in l. pe. in §. alumno. ff. de leg. 3. & C. de pro. sacro. scri. l. si quis in sacris. lib. 12. & quod dixi suprà titu. proximo. in §. fi. in notabilibus. Et nunc habes omnes lecturas expeditas & declaratas.

11 †Quæro quid si dominus auferat officium infra annum, an in consequentiam videatur etiam abstulisse beneficium, & dicit Bald. quod aut iustè & cum causa, & tunc sic, vt C. de sacrosan. Eccle. l. sub prætextu, & ff. de manu. testa. l. testamento centurio: Secùs autem si non iustè & absq; causa, quia tunc nihilominus debet retinere feudum vsque ad tempus debitum, prout in simili solet dici de potestate, qui non gessit officium culpa ciuium, qui nihilominus debet habere salarium, vt not. in c. aduersus. extra de immuni. Eccle. post annum autē nulla requiritur causa, nisi istud feudum esset datum ad certum tempus, & dominus vellet auferre ante tempus, vt C. loca. l. eden. & quod not. infr. de conten. inter domi. & fide. c. 2. in fin. Quid autem si dominus promisisset, non auferre ex aliqua ingratitudine. ad hoc dicit Bald. non posse auferri, quia standum est pacto. ar. in Autent. de resti. fideicom. §. nos ergò. facit quod dixit Cy. in l. sacra loca. ff. de rerum diui. Quod verum videtur secundum ipsum respectu culpæ commissæ per ingratitudinem contractus, sed non respectu ingratitudinis descendentis ex delicto, vt C. de bon. libe. l. fina. ff. de pac. l. si vnus. §. illud nulla.

Vltimò ad materiam præsentem vide infrà de conten. feud. inter dominum & Vasallum. in §. fin. & infrà in §. sequenti. & in remissionibus, quas ibi adduxi, & in d. l. penul. in §. alumno. ff. de lega. 3. & in capitulis extraordinarijs in §. feudum scutiferorūm. & in §. vnum. & in §. quod nomine, vbi declaratur etiam de feudis scutiferorum, decanorum, villicorum, & similium. Et ple. per Iaco. Ardizo. in summa in titu. quibus modis feud. acquiren. sub rubricella de eo, quod datur nomine Gastaldiæ & Guardiæ, qui hîc recitatur per Bald. licet non alleget, & per Canonistas in c. generali de elect. lib. 6. vbi per Archi. & habetur in c. præterea. extra de iure patronatus, vbi etiam fit mentio de vice dominatu, & extra de excessi. præla. ad aures.

SVMMARIA.

1 *Feudatario an domino onus probandi quando incumbat. & nu. seq.*
4 *Vasallus si recipiat ignoranter feudum, quod iam erat suum, tanquam Guardiæ & Gastaldiæ quid iuris. & numero septimo & sequenti.*
5 *Gastaldus quis esse definiatur.*
6 *Officij contemplatione facta creduntur, quæ in officio efficiuntur.*
11 *Gastaldus vel alter officialis emens rem tempore officij, an de pecunia propria emere dicatur.*
12 *Gastaldiæ ius quot annis præscribatur.*

§ SI VERO. Ista est secunda pars principalis huius tituli, in qua declaratione intendit de contentiōe & differentia, q̄ posset oriri inter dominū & Vasallum, circa materiam feudi Guardiæ & Gastaldiæ, de quibus proximè dixerat. Et aduertendum, quia iste §. intellectu sui est satis difficilis & subtilis secundum DD. propter id, quod in eo disponitur, videlicet, vt onus & necessitas probandi incumbat ipsi Vasallo. Pro cuius notitia sciendum, quod propter hanc causam timore quorundam contrariorum, videlicet, §. fin. infrà si de inuesti. inter dominum & Vasallum lis orit. & infrà titu. 2. in §. item si Vasallus, in quibus apparet, quod onus probandi incumbat domino, legitur quinque modis. Vno modo secundum gloss. vt intelligatur, quod Vasallus per ignorantiam, suum feudum, quod erat rectum, recognouit ab eodem domino, nomine Guardiæ & Gastaldiæ. Et ideò Vasallus habet necesse probare de iure suo.

1 †Tribus alijs modis legitur per Iac. de Bel. Et primò, q, ideò feudatario incumbit onus probandi, quia dominus negabat se vn-

se vnquam fecisse inuestituram de dicto feudo. Secundo modo legitur, quòd hîc sit speciale in feudo Guardiæ & Gastaldiæ, vt Vasallus probet: aliàs autem secùs, vt in
2 contrarijs. † Tertio modo intelligatur, quòd Gastaldio prius accepit feudum pro Gastaldia, sed postquam desijt esse Gastaldio, accepit illud nomine recti feudi, sed dominus agens contra ipsum negabat hoc, vnde incumbere debet onus probandi ipsi
3 Vasallo. † Alio & quinto modo legitur per Andr. de Iser. qui intelligit, quòd ideò feudatario incumbit onus probandi, quia dominus allegat Vasallum acquisiuisse propter Guardiam & Gastaldiã: Vasallus autem dicebat se acquisiuisse illud feudum ab alia tertia persona, & non propter Guardiam & Gastaldiam. Vnde super hoc incumbit onus probandi ipsi Vasallo propter suspicionem talium officialium. Et differt hæc lect. à lectu. glo. quia secundum istam Vasallus recognoscebat feudum, de quo litigatur ab alio, quàm à domino petente tanquam proprium feudum. Sed in lectura glo. Vasallus recognoscebat à domino suo tanquam feudum Guardiæ illud feudum, quod erat suum proprium. His præmisis primò declarabo textum nostrum secundum glo. & postea alias lecturas in solutionibus contrariorum declarabo. In summa itaque hoc intendit secundum le-
4 cturam gloss. † Si Vasallus ignoranter accepit in feudum Guardiæ & Gastaldiæ, illud feudum, quod erat suum proprium & simplex, habet necesse probare de iure suo. hoc dicit. Casus in terminis ita figurabitur. Quidam Vasallus nomine proprij & recti feudi tenebat quandam rem, puta castrum à quodam domino suo factus est Gastaldus eiusdem domini, & accepit illud idem castrum ignoranter ab eodem domino, recognoscendo ipsum tanquam feudum Gastaldię: postea anno elapso dominus prædictus vult ab ea auferre dictum castrum, sed ipse Vasallus dicit, quòd est feudum rectum proprium & simplex, non autem Gastaldiæ. Quæritur quid iuris? Et respondetur, quòd nisi probet per pares Curiæ vel breue testatum, se antequam Gastaldio factus esset, vel postquam Gastaldus esse desijt, accepisse inuestituram de tali feudo, non poterit sibi defendere possesionem, sed eam cogetur restituere domino. Hic casus, lego literam. In text.
5 ibi, Gastaldi. † Quid autem sit Gastaldus, glo. hîc posita declarauit, dicens, quòd ille est actor seu factor, cui res domini gubernanda mandatur, sicut dicimus de Oeconomo in l. iubemus. C. de sacrosanct. Eccle. Villicus autem est ille, qui est deputatus ad fructus colligendos. l. si cum Villico. ff. de instito. & per hoc remanet expedita dicta glo. Sed tu latius dicas de potestate & autoritate huius Gastaldi, vt dixi suprà eod. in princ. titu. & per Bald. in l. fi. C. quod cum eo. De potestate autem Villici dic per Innocen. extra de fideius. quod quibusdam. Ibi, proprij feudi, quod autem dicatur proprium, simplex & rectum feudum, dixi supr. in præambulis in tertia diuisione feudorum. Ibi, possideant, id est, possidere se allegent, & hoc vertebatur in dubium, quoniam dominus dicebat esse feudum Gastaldiæ. Ibi, propterea, id est, ex hoc, quod allegant se possidere tanquam rectum feudum. Ibi, pares curiæ, id est, cõuasallos, qui tenent feudum ab eodem domino, & sunt de eadem curia eiusdem domini, vt inf. quid sit inuesti. in §. 1. & infr. si de inuesti. inter dominum & Vasallum lis ori. ca. primo. inf. de contro. apud pa. ter. in c. 1. Ibi, breue testatum, id est, publicum instrumentum, vt infr. quid sit inuesti. in prin. & §. 1. & quare ita appelletur, dixi inf. tit. 2. in prin. in euidentialibus. Et aduerte ad vnam glossellam hîc positam, quæ dicit, quòd quibusdam non placet, quòd ista talis probatio inuestituræ posit fieri per instrumentum, sed solum per testes, quam gloss. declara per text. in c. 1. inf. quot testes sint neces. ad pro. no. inuesti. feu. & quòd ibi dixi in primo notabili. & per no. per glos. in d. titu. quid sit inuesti. in prin. glo. magna, & quod dixit glo. inf. ti. 2. in prin. vtrum autem sit necesse, quòd istud instrumentum sit roboratum à paribus, vel sufficiant testes etiam extranei, dixi plenè in d. tit. qui testes sunt neces. in secunda oppositione, vbi
6 videas. † Not. quòd ea, quæ fiunt in officio, præsumuntur esse facta contemplatione officij: secùs si fiant ante officium inchoatum, vel post beneficium consummatum, vt hîc. & dixi supr. in prin. ti. in 2. notabili. Et est ratio secundum Bald. quia ex qualitate officij pręsumitur qualitas beneficij, vt in Auten. licentiam, cùm ibi no. C. de Episc. & cler. & in Auten. de Eccle. §. interdicimus, & quod no. glo. in l. facultas. C. de iure fi. Ratio autem rationis est ipse fauor dominorum, in odium talium officialium, qui officiales sæpe malignando auferunt dominis multa bona, vt dixit text. infrà de content. inter dominum & Vasallum de inuesti. in §. 1. Not. quòd ra-

tione adiuncti psumitur quid ademptum, nisi probetur concessum, vt hîc & in l. 1. §. item senatus cum §. sequen. ff. de postu. & ff. de his, qui no. infa. in l. furti. in §. pactus. Nam si Gastaldia adiungatur habenti feudum rectum, præsumptio est, vt d. feud. non censeatur feudum rectum, sed potius ademptũ, hoc est, non concessum iure proprij feudi, sed apertum, vt de facili adimi posit, cùm præsumptio sit, vt ratione officij sit concessum, nisi probetur in contrarium, vt dictum feudum sit rectum. & hoc voluit gloss. fin. hîc posita in sui prin. licet non ita clarè locuta sit, quam Gloss. quidam non habent, & quoniam ista est via Brocardica, ideò de hoc dic, vt super dicta gloss. dicam.

7 † Oppo. cum gloss. 2. contra hanc lecturam gloss. quòd imò Vasallus recipiendo suum feudum proprium & rectũ à domino, tanquam feudum Gastaldiæ, quòd amplius non posit probare, neque tenere illud tanquam feudum rectum postquam semel fuit contentus illud recognoscere, tanquam feudum Gastaldiæ, quia ex hoc videtur renunciasse iuri suo primæuo. l. si seruos. cùm ibi nota. C. de actionibus empti. & ff. deposi. l. 1. §. eleganter. Solutio. dicit glossa, q; debemus intelligere istum textum, quoniam iste Vasallus ignoranter hoc agebat. Secùs autem si scienter, quia tunc procederet contrarium, & ex hoc habes ipsam expeditam vsque ad finem. Ex qua glossa colligas tria notanda. Primùm, quòd si per impresionem vel errorem sit facta recognitio feudi aliter, quàm sit solitum, quòd talis recognitio non nocet causa cognita secundum Bal. ad quod facit l. cum falsa. & quòd ibi per Bart. & Doct. C. de iur. & fac. igno. Item no. & secundò, quòd vbi aliquis habet ius in aliqua re, & scienter contrahit super ipsa re, sibi præiudicat, quòd quo per gloss. & Doct. in l. si aliquam rem. ff. de acqui. pos. facit. l. qui rem. C. loca. Item, colligitur & tertiò ex hac gloss. quòd in factis antiquis, potius præsumitur error & ignorantia, quàm in factis recentibus, quod patet, quia ista gloss. præsupponit, quòd iste Vasallus ignorabat qualitatem sui feudi, quod non esset verisimile, si factum esset recens. & dixit Bald. hoc esse singulare. Facit, quia memoria hominis labilis est. l. peregre. ff. de acqui. poss.

Oppo. cum gloss. fin. quæ est vna glo. antiqua, quam quidam non habent. Alij autem habent dictam glossam signatam infrà in titu. se. Alij verò habent ipsam signatam hic in fin. super vers. accepisse, &c. & benè, quia hîc optimè cadit, & ita sensit gloss. infr. titu. 2. in §. item si Vasallus, dum remisit ad hîc notata. Pro expeditione igitur huius gloss. in versi. ar. contra. Oppo. con. ea, quæ suprà dicta sunt in secundo notabili de l. si sponsus. §. 2. ff. de dona. inter virum & vxorem. & ff. de manu. testa. in l. si quis libertatem, in quibus apparet, quia ratione adiuncti præsumitur licitum id, quod aliàs esset illicitum, & quoniam ista est via Brocardica, ideò non aliter soluit, nisi quod remittit se ad libellum disputatorium Pylei, vbi ipse Pyleus ita soluit, quòd aut adiectio est vtilis & necessaria, & tunc procedunt contraria. aut non est vtilis, nec necessaria, & tunc habet locum iste textus, & quòd dixi in secundo notabili. de qua materia per Cy. in l. sancimus. C. de dona. per Dy. in c. vtile, & in c. accessorium. de reg. iur. per Bart. in l. 1. §. cùm adijcit. ff. de verborum oblig. & quod traditur in d. l. si sponsus. in §. generaliter. & dixi inf. de contro. inter Vasal. & Epis. in c. 2. notabili si.

8 † Opp. subsequenter cum dicta gloss. in vers. sed huic. §. q; imò huic Vasallo non incumbat onus probandi, sed debeat stari eius iuramento, vt probatur infrà si. de inuesti. inter domi. & Vasal. in c. 2. in fin. So. ibi ideò, quia Vasallus erat in possesione feudi, de quo erat quæstio. hîc autem propter officium non præsumitur esse in possesione, nisi probet sibi feudum fuisse datum, sicut patet in simili, quando testator legat libertatem seruo habenti peculium, quia non intelligitur sibi dedisse peculium, nisi probetur. l. 1. C. de pecul. eius, qui libe. meru. & hoc voluit tota ista gloss. vsque ad finem. Sed aduerte, quia ista solutio est de directo contra istum textum, qui præsupponit istum Vasallum posidere, & ideò tu aliter soluas, videlicet, quòd hic Vasallus fuit, vel est Gastaldio, ibi no. & ideò ibi sufficit iuramentum, hic non. Et est ratio propter suspicionem officij, vt nunc dixi, & statim latius dicam.

9 † Oppo. ab extra de §. item si Vasallus. inf. tit. 2. vbi patet, quod onus probandi incumbit domino, & istud cõtrarium formabatur in quadam gloss. antiqua, quæ hodie communiter non habetur, & est forte & subtile contrarium, vnde ipsius timore cõtrarij factæ sunt lecturæ Doctorum. Nam Iac. de Belui. primò intelligit, q; hic dominus agendo contra Vasallum, negabat

gabat simpliciter concessisse in feudum, & ideò Vasallo incumbit probatio, sed in contrario confitebatur se dedisse nomine Guardiæ, & ideò sibi incumbit probatio. l. ei, qui ff. de prob. & ratio diuersitatis est, quia cùm dominus negat simpliciter, res præsumitur esse libera. l. altius. C. de seruitu. & ideò Vasallo incumbit probatio, vt hîc. Sed vbi constat per confessionem domini, rem esse subiectam alicui seruituti, licet sit dubium de qualitate seruitutis, in tali dubio probat dominus, qui est actor l. actor. C. de proba. Secundò intelligit idem Iac. alio modo, videlicet, q; Vasallus prius habuerat istud feudũ per Gastaldiam, & hoc constabat, sed postquam desijt esse Gastaldio, accepit istud idem feudum nomine proprij & recti feudi, & de hoc dubitatur, quia dominus negabat, & ideò Vasallus debet probare, vt hic. Tertio modo intelligit ipse, q; hic Vasallus simpliciter posidebat nomine proprij & recti feudi, & dominus agendo contra eum, simpliciter negabat fecisse sibi inuestituram. vnde Vasallus habet necesse probare, prout hîc

10 dicitur. †Sed dominus Andr. de Iser. & Pe. de Cer. intelligunt alio modo, videlicet, q; hic constabat istum esse Gastaldum verum posidebat aliud feudum, quod recognoscebat ab alia tertia persona pro feudo recto & proprio: dominus autẽ Gastaldiæ elapso anno vult reuocare etiã istud feudum proprium, dicens, esse feudũ Gastaldiæ, econtrà Vasallus dicit esse suum proprium feudum. Vnde onus probandi incumbit ipsi Vasallo, prout hîc dicitur. & hoc ideò est propter præsumptionem, quæ est contra ipsum Gastaldum. ar. in l. siue posidetis. C. de proba. non ob. cõtrarium, quia ibi non constabat q; esset Gastaldus: hîc sic. vnde propter eius officiũ præsumitur qualitas beneficij, & in dubio est præsumendum illud, quod est verisimile secundum Bald. ar. C. de dona. inter virum & vxor. l. quintus. Alia est lectura secundum gloss. de qua supr. dixi, quòd hic Vasallus ignoranter suum feudum proprium accepit pro Gastaldia. Ex quibus omnibus lecturis puto breuiter istam esse veram solutionem, quantum ad contrarias sup. formata, videlicet, & primò ad c. 2. in §. fin. infr. si de inuesti. inter dominum & Vasallum, quòd ibi ponatur regula: hic verò ponatur casus specialis in hoc feudo possesso per Guardiatorem vel Gastaldum, vel similem officialem. Et ratio fallentiæ & specialitatis est ipsa suspicio, quæ militat aduersus ipsum officialem, vt suprà dixi, Ad aliud verò contrarium de §. item si Vasallus. infrà titu. 2. puto, quòd illa sit vera solutio, quia hîc constabat, quòd iste Vasallus fuerat seu erat Gastaldus seu officialis. Ibi verò non constabat, sed dominus simpliciter hoc allegabat, & ideò ibi probat dominus: hîc autem probat Vasallus, & ita videtur sentire & intelligere istum §. & prædicta contraria Iaco. Ardi. in summa, & probatur infrà de conten. inter dominum & Vasallum de inuesti. in princi. & in §. fin.

11 †Quæro ab extra, quid si Guardiator vel Gastaldus, vel alter officialis emit aliquam rem, durante officio, an admittatur talis probatio, si vult probare, q; emit de pecunia & rebus proprijs, dic quòd sic secundum And. de Iser. & Nico. de Neap. quia talis probatio habet tollere præsumptionem, quæ erat contra ipsos officiales. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. in l. filium. & hoc sensit gloss. infrà titu. se. super verbo claruerit. Facit, quia præsumptio cedit veritati, & verè probationi. l. fin. q; met. cã. & maximè si bona fide, & palàm emit, & non clàm. ff. de contrah. emp. l. si in emptione. in §. fin. De qua materia, an officiales posint licitè emere, & de rebus commisis suæ administrationi, siue sint tutores, siue curatores, siue cæteri administratores, tam publici, quàm priuati vel prælati? vide ple. in d. §. fin. & in l. 1. C. de contrac. iudicum. & quod no. in l. facultas. ff. de iure fisci, & per Cy. & per Bart. in Auten. quibuscunque. C. de sacrosan. Eccles. & per Bart. in l. pupillus. §. 1. ff. de auto. tu. & per Ioannem Andr. in addi. Spec. de instru. edict. §. nunc aliqua, versi. octuagesimosecundo, & incipit, sed quid erit in prælato.

Quæro quid si iste Gastaldus est consanguineus domini, & sibi detur aliquid, an præsumatur sibi datum occasione officij, vel sanguinis & parentele? & dicit Bald. quòd potius ratione consanguinitatis ipsius domini. ar. ff. de excus. tu. l. tutor petitus. §. quæ tutoribus. & ff. de libe. leg. l. aurelius. §. titius. De qua materia, vtrum officialis præsumatur acquisiuisse occasione administrationis, vel non? dic ple. per eundem Bald. in l. cùm oportet. C. de bo. quæ libe.

12 †Quæro an ius Gastaldiæ posit præscribi an. triginta? & Iac. Ardi. in summa sua super hac quæstione allegat ad

 partes,

partes, & non firmat, vnde tu dic secundum Nico. de Neap. quòd non per l. malè agitur. C. de præscrip. triginta anno. postquam semper constat, q, habet causam à domino, & ideò debet cessare præscriptio, de quo dic latius, prout in similibus quæstionibus fit ibi per Doct. examinatio. & q, dicam infr. si de feu. fue. contro. in §. si qs per triginta. Vltimò ad materiam huius §. vide ea, quæ dixi supr. eod. tit. in prin. & in remissionibus pluribus, quas ibi adduxi, & quod tangitur in d. §. item si Vasallus. inf. titu. 2. & inf. de conten. inter domi. & Vasall. de inuesti. in §. 1. & ple. per Iac. Ardiz. in summa de conten. feud. sub rubricella, vbi Gastaldus possidet aliquid nomine ꝓprij feudi, & rubricella sequenti & se. vbi examinat intellectum huius §.

QVI SVCCESSORES TENEANTVR.

RVBRICA.

HAnc rubricam non inseruit Obertus de Horto hic, quoniam secundum ipsum hîc non erat aliqua rubrica, sed erat §. qui continuatur cum præcedentibus sub rubrica, de his, qui feudum dare possunt, quòd expressè patet ex princ. literæ, dum dixit, si verò. &c. Verùm ista rubrica fuit posita postea per Glossatores, causa commodioris diuisionis & intelligentiæ, vt dixi super rubrica præcedenti, vbi videas. Et sic hodie ista vera rubrica, & ea vtimur, & consequenter textus iste reputatur pro capitulo, & non pro §. prout dixit glo. 1. hîc posita. Et quoniam ista rubrica videtur esse defectiua, ideò eam suppleas ad hoc, vt sit plena & integra. vnde in text. ipsius rubricæ. Ibi, successores, subaudi, clerici vel laici. Ibi, teneantur, dic, scilicet, implere inuestiturā factam à prædecessoribus suis. Et hoc modo rubrica ista est perfecta. Quam ad præcedentes continuabis hoc modo, quia suprà proximè dixit de feudo, quod potest auferri à Vasallo, etiam ipso viuente. Nunc verò in isto tit. declarare intendit, an liceat domino viuente adhuc Vasallo inuestire alium de eodem feudo possesso, per ipsum Vasallum viuentem.

Oppo. de superfluitate huius titu. per alium tit. infr. hic potest esse titulus, qui succes. tene. vbi ponitur similis rubrica & decisio. So. dixit dicta gloss. 1. hîc posita, q, quidam Glossatores antiqui dixerunt, q, iste titulus vacat & superfluat per illum. Sed tu dic, quòd non superfluit, cùm ille titulus repetit materiā præsentem, vt aliquid addat, quòd fieri potest, vt in Autén. de æqualit. do. in §. his consequens. cùm ibi no. Additur enim ibi de filijs, de quibus hic non dixerat, & ideò cum ministerio additum est in dicta rubrica, hic potest esse titulus, &c. vt discernantur allegationes huius titul. ab illo & differentia, vt ibi etiam dixi.

SVMMARIA.

1 *Inuestitura duplex, & vnaquaeque definitur.*
2 *Personæ Ecclesiasticæ dignitatem habentes possunt infeudare.*
3 *Prælatus non disponet de futuris ad detrimentum successoris: secùs est in persona priuati: & quæ sit ratio diuersitatis.*
4 *Successor prælati, quare prædecessoris factum non teneatur ratificare. & num. 5.*
5 *Hæres domini laici inuestientis compellitur ad implendam inuestituram.*
6 *Inuestitura clerici, an in testes pares curiæ requirat?*
7 *Inuestiens de feudo nondum aperto, quando possit inuestituram reuocare?*
8 *Vasallus tenens feudum, an debeat expressè consentire?*

SI VERO. Titulus iste diuitur in duas partes principales. Quoniam in prima parte loquitur de prælato, qui feudum quod aliquis tenet ab Ecclesia concessit alteri, eo tenore, vt post mortem possidentis adhuc viuentis, haberet. In secunda parte loquitur de laico simili modo infeudante. secunda, ibi, laici. Prima pars subdiuiditur in duas. nam primò ponit dictum cum determinatiōe, secundò excipit duos casus. secunda, ibi, nisi. Casus. Successor prælati non cogitur adimplere inuestiturā, quam suus prædecessor fecerat de feudo, quod ab alio Vasallo tenetur, nisi ipse inuestitus iam fuerit missus in possessionem dicti feudi consentiente dicto Vasallo primo, vel nisi ipse primus Vasallus iam mortuus sit viuente adhuc prælato inuestiente, laici verò & eorum hæredes tenentur omni modo huiusmodi inuestituram adimplere. hoc di.
1 † Præmitte quòd duplex est inuestitura, scilicet, abusiua, quæ fit verbis interueniente annulo, vel hasta, vel aliquo simili signo corporeo. Alia est inuestitura, quę appellatur propria, & ista est illa, quæ fit per traditionem possesionis, vt infr. quid sit inuestitura in prin. In textu, ibi, Archiepiscopus, quis & vnde dicatur Archiepiscopus,

ſcopus, Epiſcopus, Abbas & Abbatiſſa, dixi ſup. de his, qui feu. dare po. in princ. ſuper text. Ibi, inueſtituram, ſcilicet, verbalem & abuſiuam. Ibi, feudi, ſcilicet, pertinentis ad Eccleſiam, ſecùs ſi de bonis proprijs, quia tunc eſſet idem, quod in laico, vt infrà de cleri. qui inueſti. fa. c. 1. Ibi, alius, ſcilicet, Vaſallus. Ibi, eo tenore, hoc ideò dicit, quia ſecùs ſi purè fieret talis inueſtitura feudi Vaſalli adhuc viuẽtis, quoniam tunc nullo tempore valeret, vt inf. hîc po. eſſe tit. qui ſucce. tene. circa medium. Ibi, deceſſum, id eſt, mortem. Ibi, eius, ſcilicet, primi Vaſalli. Ibi, antè deceſſerit, ſcilicet, ipſe prælatus, qui dictam inueſtituram fecit. Ibi, ille, ſcilicet, primus Vaſallus. Ibi, ſucceſſores eorum, ſcilicet prælatorum, de quibus ſuprà dixit. Ibi, inueſtituram, ſcilicet, verbalem & abuſiuam, vt ſuprà dixi. Ibi, facere, ſcilicet, de nouo. Ibi, confirmare, ſcilicet, iam factam. Nam aliud eſt facere, aliud cõfirmare, quoniam confirmatio eſt propriè relatio ad aliud præambulum, vt ff. de libera leg. l. Aurelius in §. 1. & de hoc not. per gloſſ. in c. inter dilectos. circa finem extra de fide inſtr. Ibi, & ſi, pro quamuis. Ibi, pars curtis, qui ſint iſti dixi ſup. ti. proximo in §. 1. ſuper text. Ibi, adſint teſtes, hoc eſt, quantumcunq; poſsit ꝓbari talis inueſtitura per pares curtis, vel per breue teſtatũ, vt ſequitur. Ibi, breue teſtatum, quid hoc ſit declaraui in d. §. 1. vbi videas. Ibi, inueſtituram, ſcilicet, abuſiuam. Ibi, miſſus ſit, & ſic habuit propriam inueſtiturã, quæ fit per traditionẽ poſſeſsionis, vt ſuprà dixi. Ibi, eo conſentiente, ſcilicet, primo Vaſallo, quoniam tunc ſucceſſores cogerentur iſtam talem inueſtituram habere ratam & adimplere, & ideò notanter dixit iſte text. eo cõſentiente, &c. quia ſecùs ſi iſte inueſtitus de nouo fuiſſet miſſus in clandeſtinam poſſeſsionem, quoniam tunc ſucceſſores nõ compellerentur eam adimplere, cùm iſtud capitulum ſit odioſum in eo, quod permittit inueſtituram de re viuentis. l. fi. C. de pactis. meritò nõ debet trahi, niſi ad caſum, de quo loquitur, vt in c. odia de regu. iu. & tenet And. de Iſer. Ibi, ſed ſi ille, ſcilicet, primus Vaſallus. Et aduerte, quia hîc ponitur ſecunda exceptio. Ibi, deceſſerit, ſubaudi, ſine filijs vel alijs, ad quos feudum eſſet deuoluendum, quia aliàs eſſet ſecùs, vt ꝓbatur in d. ti. inf. hic po. eſſe tit. qui ſucce. tene. vbi prædicta declarantur, & ſic non ſuperfluit, vt ſuprà dixi. Ibi, cogitur, ſubaudi, tam ipſe inueſtitus, quàm eius ſucceſſor ſecundũ Andr. de Iſer. Ibi, ratam habere, hoc eſt, cõpellere & tradere id, quod promiſſum fuit ſecũdum prædictum And. de Iſer. Ibi, dederunt, ſubaudi, dummodo non dent purè, prout dixi in cler. per d. c. 1. inf. hic poteſt eſſe ti. &c. Ibi, claruerit, id eſt, ſi de iure conſtabit de dicta inueſtitura, vel per pares curtis, vel breue teſtatũ, vel alijs legitimis probationibus, vt in gloſſ. hîc poſita. Verùm circa hanc probationem fiendam dic melius, vt dixi infr. qui teſtes ſint neceſ. ad ꝓban. no. inueſti. in primo notabili. Ibi, compelluntur, ſubaudi, ipſi laici inueſtientes, vel hæredes eorum ſiue præmoriatur inueſtitus, ſiue dominus inueſtiẽs, ſiue ipſe Vaſallus, & intellige ſemper dummodo iſte Vaſallus primus moriatur ſine legitimis hæredibus, ad quos dictum feudum deuolueretur, quia tunc ſecùs eſſet, vt prædicta probantur in d. ti. inf. hic po. eſſe ti. qui ſucce. vbi prædicta declarantur. Not. q, perſonæ Eccleſiaſticæ dignitatem habẽtes, poſſunt infeudare, quod qualiter intelligendũ ſit gloſſ. 1. hic poſita in prin. ſui remiſit ad ea, quæ dixit in ſumma Pyleus. Sed tu dic plenius, vt dixi ſupr. de his, qui feud. da. po. in princi. & primo notabili, & latius in quæ-
2 ſtionibus. † No. q, prælatus non habet autoritatem diſponendi de futuris in præiudicium ſucceſſoris, vt hîc, & in c. precarijs extra de precario, & extra de re. permu. in c. 1. vt commutationes, ſecùs autem in domino, qui in præiudicium hæredis ſui poteſt futura concedere, vt hîc & in l. ſpem. C. de dona. & in l. nec emptio. ff. de contrahen. emp. & eſt ratio, quia prælatus prælato non eſt hæres, cum electione fiat non ſucceſsione. extra de inſtitu. ad decorem de præben. in c. 1. 8. quæſt. 1. Apoſtolica. & conſequenter ſucceſſor & anteceſſor in prælatura non cenſetur eadem perſona. & ex hoc non poteſt prædeceſſor ſupplantare ſuum ſucceſſorem in præueniendo ante tempus. De qua materia per Archi. 25. quæſt. ſecunda deceſſor, & per Barto. in l. illa conſtitutio in princip. ff. de hæred. inſtit. Sed in hærede veri domini aliud eſt, quoniam gerit vicem defuncti. ff. de iure doti. l. ſi ergò. §. 1. Et reputatur eadem perſona cum defuncto in Autenti. de iureiuran. à mo. præſti. poſt princip. & hoc modo poteſt intelligi regula, ex qua perſona. ff. de reg. iur. & per hæc ſit expedita gloſſ. final. hic poſita, quæ prædicta ſenſit, licet non ita clarè. De qua materia an ſucceſſor teneatur adimplere factum ſui præceſſoris ple-

ple. no. in c. literis extra de rescrip. & plenius per Bald. in l. emptorem. C. loca. & in l. iubemus. C. de sacrosanct. Eccles. vbi etiam declaratur per Doct. an successor prælati teneatur stare locationi factæ per suum præcessorem. de qua quæst. per Canonistas in c. fin. extra ne prælat. vices suas. Sed vtrum prælatus posit diminuere debitum canonem in præiudicium successoris? dic per Barto. in Auten. qui rem. C. de sacrosanct. Eccles. & per Bald. in Autenti. si quas ruinas. in eod. titu. & circa prædicta vide plures quæst. per Bald. in d. l. emptorem. An autem successor teneatur soluere debita, quæ fecit prædecessor, dic, vt no. in c. præsenti extra de offi. ordi. lib. 6. & quod habetur in c. ad hæc. extra de solu.

3 † Not. quòd successor prælati non tenetur habere ratum factum præcessoris, nisi de iure sit consummatum. Et est ratio, quia gratia, quæ iam est assequuta suum effectum, non expirat per obitum concedentis, vt in c. si super gratia. extra de offi. deleg. lib. 6. & non extra de filijs præsbyterorũ in capitulo ex tua. & extra de rescriptis. in c. ex literis. Quid autem, si gratia nondum sit sortita effectum, an expiret? dic per Bald. supr. de his, qui feudum dare possunt in prin. & per can. in c. quoniam Abbas. extra de offi. delega.

Not. ex isto text. casum, in quo potest tractu temporis confirmari illud, quod ab initio non valuit, quod patet, quia si prælatus inuestiat aliquem de feudo nondum sibi aperto, quod talis inuestitura confirmatur, si postea ipsi prælato inuestitori aperiatur. Sed intelligas, quòd hîc operatur potius sua voluntas, quàm tractus temporis & sic non obstat regula, quæ in contrarium traditur in l. quod in initio. cùm ibi no. & in l. pe. ff. de reg. iur. de quo per Dy. in regula non confirmatur de reg. iu. in 6. Et ideò ex hoc textu colligunt quidam, q; regula catoniana, non habeat locũ in contractibus, quod an sit? verum dic per Doc. in l. cum vir. ff. de vsuca. & ff. de leg. 1. in l. seruum filij. & in l. 1. ff. de reg. cato. ibi no. & in d. l. quod in initio, & in l. obligationum ferè in §. placet. & de act. & obligat.

4 † Not. quòd hæres domini laici inuestientis, potest compelli per inuestitum ad implendam inuestituram sibi factam per defunctum, vt hîc in fi. & in d. titu. hic potest esse titu. &c. & procedet talis libellus, peto talem cogi ad ratificandum. ar. huius literæ. & ff. de neg. gest. l. Pomponius scribit secundum Bald. Oppo. cum glos. 2. in versi. sed licet, &c. quòd imò prælatus non posit infeudare, vt probatur in Autenti. quibuscunque. C. de sacrosanct. Eccle. So. ibi ideò est prohibitum, quia infeudabat suis cõsanguineis siue cognatis, quod non licet, vt ibi. Alijs autem benè posset prælatus infeudare, vt hîc. & hoc voluit ista glo. vsque ad versi. notandum, &c. Sed tu circa hanc quæstionem dic melius, vt plenè dixi inf. si de inuesti. inter dominum & Vasall. in c. 1. in gloss. fin. vbi videas & tetigi supr. de his, qui feudum dare possunt, in prin. in gloss. 2. in fin.

5 † Oppo. cum dicta gloss. q; imò successor non teneatur obseruare factum prædecessoris. d. c. 1. infr. hic potest esse titulus, qui success. tene. vbi dicitur, quòd si inuestitura est facta purè de feudo possesso per alium, quod nullo modo valet. Solu. dicit gloss. fatendo contrarium, in inuestitura purè facta. Sed hîc loquimur de inuestitura facta in diem, vel sub conditione. vbi fit differentia inter clericum & laicum inuestientem. vnde vt declaret totam hanc materiam, repetit totum casum huius tituli & in contrarijs. & recita, vt in ea vsq; ad ver. & est quoque. Et licet ista gl. bene loquatur: tu dic latius, vt scripsi in contrarijs. & in c. 2. infrà de feu. dato in vicem legis commissoriæ. & in c. moribus. infr. si de feud. fue. contro. Nam inuestitura purè facta, nõ valet, nisi fiat de consensu possidentis: ita quod inuestitus de nouo ponatur in possesionem, quia tunc hoc liceret. ar. huius literæ. & probatur infr. quib. mod. feu. amit. in §. præterea. facit quod no. in l. nihil in §. 1. & ff. de leg. 1. & quod dixi infr. hic potest esse tit. qui succe. tene.

6 † Oppo. cum d. gloss. contra ea, quæ videtur præsupponere iste text. videlicet, quòd in inuestituris clericorum debeant adhiberi pro testibus, pares curiæ. Sed cõtra hoc oppo. de c. 1. in fin. infr. si de inuesti. inter domi. & Vas. l. lis oritur, vbi admittuntur non solùm pares, sed etiam extranei. So. dicit gloss. fatendo cõtrarium, quando clericus facit inuestituram de rebus Eccle. Nam ista litera contradicit. Sed quando clericus facit inuestituram de rebus suis proprijs. tunc benè sunt necessarij ipsi pares pro testibus, quemadmodum disponitur in laicis inuestientibus, vt infr. de cleri. qui inuesti. fa. in c. 1. & hoc voluit tota ista glo. vsque ad finem, de quo etiam dixi in contrario. De qua materia per gl. pe. inf. quid sit inuesti. in prin. & inf. in ti.

qui

qui testes sint neces.ad proban.no.inuesti.

Oppo. ab extra in eo, quod hîc præsupponitur, quod valet pactū appositum super futura successione etiam sine consensu illius, de cuius bonis agitur. Sed hoc videtur esse contra bonos mores, & per consequens non deberet valere, vt in l.fi.C.de pactis. So. vt latè dixi in d. c.moribus. infrà si de feu. fue. controuer. in 1. oppo. vbi Glo. istud contrarium formauit. & in d.c. 2. infrà d.de feu. dato in vicem l. commiss.

7 †Quæro ab extra, an prælatus vel laicus inuestiens de feudo nondum aperto, possit dictam inuestiturā reuocare quandocunque antequam aperiatur. & dicit Andr.de Iser. quem etiam sequitur Nico. de Neap. quod non ex eo, quia talis cōcessio est permissa de consuetudine feudorum, vt in d. c. moribus.inf. si de feud. fue. controuer. pro hoc vide, quod dixi in c. si facta. in d. titu. Secùs autem dicunt ipsi, si per importunitatem impetrantis fuisset facta talis concessio, quia tunc posset renouari. arg. in c. 2. & 3. extra de conces. præben. & quod tangitur in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. & hoc si constaret de importunitate, inducentis prælatum ad talem inuestituram faciendam, tanquā non spontaneum. arg. not. in l. 1. C. de pe. bo. subl. 8. q. 1. audacter cùm ibi no. & extra de rescrip. si quando. non autem esset simpliciter credendum ipsi prælato, per ea, quæ dixit Ioan. Andr. in c. ex parte. extra de verb. signifi. facit. l. omnibus. C. de testi. vtrum autem Papæ esset credendum? dic

8 vt in c. cùm à nobis extra de testi. †Quæro pro intellectu huius literæ, an Vasallus tenens feudum debeat consentire expressè, an sufficiat, quod sit præsens missioni in possessionem ad hoc, vt successor prælati teneatur. Et Andr. de Iser. hîc multa dixit: tandem ista est sua conclusio, quam etiam sequitur Nic. de Neap. videlicet, quòd sit necessarius consensus expressus, nec sufficiat præsentia. arg. eius, quod nota. Dy. in c. qui tacet. de re. iu. lib. 6. Et est ratio, quia tractatur de præiudicio tertij, scilicet, successoris prælati. ff. de arg. l. sicuti. & quod not. in l. etiam. ff. de auto. tuto. & videas de tacito consensu id, quod dixi inf. quib. modis feu. amit. in §. præterea. Vltimò de materia huius ti. vide plenissimam distinctionem, quam scripsi vltra alios suprà, de his, qui feud. dare pos. in prin. in prima q. extra glo. & in pluribus remissionibus ibidem in fine commenti adductis, & quod dixi inf. de feu. dato in vicem leg. cōmisso. in c. 2. & in d. c. moribus. infr. si de feu. fu. contro. & in remissionibus ibi adductis, & per Canonistas in c. nulla extra de cōces. præben. Eccle. non va. vbi gl. allegat istum text. & infr. quib. modis feu. consti. po. & in c. 2. & infr. de cleri. qui inuesti. fa. in c. 1. & in remissionibus ibi descriptis in vtroq; iure, & in c. si quis in ius. extra de re. iur.

DE CONTROVERSIA INVESTITVRAE.

RVBRICA.

ISta est vera rubrica, videlicet, de cōtrouersia inuestituræ, & eam sequitur glo. hîc posita, & benè, licet quidam aliter habeant rubricā hoc modo, videlicet, si controuersia fuerit de inuestitura feudi & malè. Et continuatur ista rubrica ad præcedentes hoc ordine, quoniam suprà tractatum est de concessione & acquisitione feudorum, verùm quia in prædictis sæpe occurrunt controuersię circa inuestituras ipsorum feudorum, idcircò supposita est hîc ista rubrica de controuersia inuestituræ. Potest etiam continuari & alio modo, vt dixi infr. de conten. inter do. & Vas. de inuesti. feu. super rubrica. Et aduerte, quia ista rubrica fuit posita & addita per Glossatores, qa olim nulla erat hîc rubrica, sed erat §. comprehensus sub præcedentibus, quod patet per principium literæ, dum incipit. Si autem, &c. quæ est dictio continuatiua & aduersatiua ad præcedentia, vt no. in l. mariti in fin. ff. de adulte. & de istis rubricationibus satis declaraui supr. titu. 2. super rubrica, & in rubrica præcedenti.

Oppo. cum dicta glo. de superfluitate huius tituli per alium titulū similem. infr. de contro. feu. apud pares ter. So. quidam fatentes contrarium glossauerunt hîc; q, istud glo. c. vacat per illum titu. & hoc voluit ista vsque in finem. Sed tu dic, q, imò nō superfluit, neq; vacat, quoniam in hoc titulo declaratur, quis teneatur ꝓbare inuestituram: Ibi autem declaratur, apud quos iudices debeat talis quæstio determinari, & sic patet apertè de diuersitate materiæ inter hos titulos. similiter non superfluit in ti. inf. de conten. inter dom. & Vasal. de inuesti. feu. & titulum. infr. de conten. inter do. & Vas. de inuesti. & titulum inf. si de inuest. inter do. & Vas. lis oriatur, v tibi dixi. Quæ autem differentia sit inter controuersiam, litem, causam, & quæstionē, dic vt no. in l. 1. ff. de testi. & C. de transact. l. causas. & ibi Cy. & per Canonistas in c. forus, extra de verb. sig.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Vasallus legitimè probans inuestituram à domino, mittetur in possessionem.*
2 *Inuestitura noua feudi, aut per pares curiæ, aut per instrumentum probabitur.*
3 *Breue testatum, quod & quare sic vocetur, hîc apertè demonstratur.*
4 *Inuestitura noua an fuerit facta, si dubitetur, per pares curiæ probabitur.*
5 *Vasallus possessionem feudi non assequetur inuestitura verbali.*
6 *Possessio corporalis præsumptionem pro Vasallo adferet posidente.*
7 *Actore nil probante, an debeat reus absolui.*
8 *Controuersia feudi existente inter dominum & Vasallum, cui debeat deferri iuramentum.*
9 *Dominus feudi quando Vasallum compellat, vt inuestituram ostendat.*

SI AVTEM. Diuide istud principium vsque ad §. si verò feudum in quatuor partes. Nam in prima ponitur quæstio. In secunda responsio ad quæstionem, quando Vasallus non existens in possessione, probat de inuestitura feudi per probationes legitimas. In tertia, quando Vasallus non probat legitimè, sed est in possessione feudi. In quarta, quando Vasallus non probat, neque est in possessione ipsius feudi. secunda ibi, si inuestitura. tertia ibi, si verò. quarta ibi, si autem.

CASVS.

1 † Si Vasallus per probationes legitimas
ꝓbauerit de inuestitura, cogitur dominus
eum in possessionem feudi mittere. Vasallo
verò non probandi, sed in possessione
existenti defertur sacramentum: vbi verò
Vasallus neque probat, neque est in possessione,
tunc dicta controuersia dirimitur
per sacramentum domini. hoc dicit.
Præmitte pro euidentia, & primò id, quod
præmisi infr. de consuetudine recti feudi
in §. sacramentum in princip. vbi videas.
Item præmitte & secundò, quod duplex
est inuestitura, scilicet, propria & abusiua,
vt inf. quid sit inuest. in prin. & dixi sup. in
2 ti. præce. in prin. † Item scias & tertiò, q̃
noua inuestitura feudi, debet probari, aut
per pares curiæ, aut per instrumentum à
paribus confirmatum, vt probatur in d. ti.
quid sit inuestitura in §. 1. vbi etiam declaratur,
qui sint pares curiæ, quoniam sunt
conuasalli tenentes feuda ab eodem do-
3 mino. † Quid autem sit breue testatum, &
quare ita appelletur, dic quod est instrumentum
publicum, vt probatur in d. §. 1.
& ideò taliter appellatur, quia fit breuibus
verbis secundum Bald. hîc per l. 1. ff. de hæred. insti. & C. de conuenien. fi. debi. l. inter cartulas & C. de fideicom. l. verbum volo. Sed testatum ideò dicitur secundum And. de Iser. sup. de feu. Guar. ex eo, quod in dicto instrumento publico, solent interdum esse subscriptiones testium seu attestationes & ipsius notarij, illud conficientis, prout communiter fit, vt probatur in Auten. de instru. cau. & fin. in §. si verò moriatur. col. 6. In text. ibi, fuerit, subaudi, quia Vasallus dicit se inuestitum de feudo à domino, sed dominus negat, vel quocunq; alio modo vertatur dicta controuersia, siue actiuè siue pasiuè secundũ Bal. l. lucius. §. tres hęredes. ff. ad Treb. Ibi, fidelem, id est, Vasallum, qui etiam appellatur fidelis, vt dixi suprà in præambulis in q. 7. Ibi, quid iuris, videlicet, cui incumbat onus probandi, & qualiter dicta controuersia dirimatur. Ibi, inuestitura, subaudi, abusiua & de nouo. Ibi, rectè, id est, legitimè, & subaudias, & hîc probatum fuerit etiam legitimè per Vasallum, quoniã tunc dominus compellitur tradere, & dare Vasallo propriam inuestituram ipsius feudi, hoc est, tradere sibi corporalem possessionem, vt sequitur. Ibi, à domino, scilicet, dicente istud feudum nõ debere spectare ad ipsum Vasallum, sed debere sibi domino restitui ex eo, quia iste Vasallus dicebat, q̃ spectabat ad ipsum, & q̃d fuerat inuestitus ex eo, quia steterat in possessionem d. feudi per annum, ipso domino sciente & non contradicente. Ibi, ei, scilicet, Vasallo. Ibi, defensio, id est, sacramentũ ad sui defensionem, per quod iurabit, quòd ipse Vasallus fuit inuestitus, vel pater suus de d. feudo, vt probatur infr. si de inuesti. inter do. & Vasal. lis ori. in c. 2. in fi. & in d. §. sacramentum. Ibi, propter possessionem, id est, propter præsumptionẽ possessionis, vt inf. de consue. rec. feu. §. fi. in fi. Ibi, non fuerit, subaudi, ipse Vasallus. Ibi, supradictis modis, scilicet, per pares curiæ, vel breue testatum. Ibi, poterit, probare ipse idẽ Vasallus. Ibi, illius, scilicet, domini. Ibi, defensio, hoc est, quia dominus iurabit nunquã inuestiturã fuisse factam de tali feudo ipsi aduersario, & intelligas, quòd sit aliquid, q̃d moueat iudicem ad istam delationẽ sacramenti p d. §. sacramentũ secundũ And. de Iser. & Bal. Et similiter intelligas istum text. ꝓcedere, quando Vasallus non recognoscebat aliud feudum à domino, de quo nõ erat cõtrouersia, quoniam si recognosceret aliud feudũ, de quo nulla esset controuersia, deberet stari simplici verbo domini,

mini,absq; iuramento aliquo, vt probatur statim in §. l.secundũ verum intellectum.
4 †No.quòd vbi agitur de noua inuestitura, & dubitatur,an sit facta vel non,debet fieri probatio per pares curiæ, vt hîc. & infr. quid sit inuesti.in §. 1.

Quod intelligas verum, quando dominus habet pares: secùs autem quando non haberet pares, quia tunc posset fieri probatio etiam per testes extraneos, vt infrà quid sit inuesti. in §. si verò inuestitura. & in glo.1. hîc posita. Potest quoque probari dicta noua inuestitura solùm per testes pares, vt supr. dictum est, sed etiam per publicum instrumentum, in quo sint descripti testes pares saltem duo, vel tres, vt hîc & in d. §.1.quid sit inuesti. Quicquid dixerint sapientes Mediolanenses, qui voluerunt, quod vbi fit probatio per publicum instrumentum, quod tunc pares non sint necessarij ad roborationem d. instrumenti, sed sufficiant etiam testes extranei, quæ opin. seu consuet. non est seruanda alibi, nec trahenda ad alia loca, nisi vbi viget, vt inf. qui testes sint neces. an proban. no. inuesti. in c.1. & in glo.2. hîc posita, quæ per hoc remanet expedita, & probantur prædicta. infr. de notis feu. in §.1. & ple. no. per glo. in d. titu. infr. quid sit inuesti. in prin. vtrum autem istud breue testatum, possit probari per imbreuiaturã vel per sigillum domini? dixi infr. qui testes sint neces. ad
5 proban. no. inuesti. in 2. oppo. †No. ex hoc text. ꝙ per inuestituram verbalem & abusiuam, non adipiscitur Vasallus, propterea possessionem feudi. facit c. per tuas. extra de dona. & quod no. in c. ex ore. extra de his, quæ fiunt à ma. parte capi. & per Inno. in c. ex parte. extra de consue. & per Dyn. c.1. de reg. iur. Intelligas tamen, quòd feudum benè est acquisitũ ipsi Vasallo, quod patet, quia dominus tenetur præcisè ad traditionem possessionis, & mittere ipsum Vasallum in vacuam possessionem d. feudi, ita & taliter, quòd possessio non sit impedita, neq; occupata per alium, ita, quod sit vacua ab omni impedimento, & hoc sensit glo.3. hîc posita in princ. facit quod no. in l. cùm res. C. de proba. & l.2. & 3. ff. de ac. emp. & prædicta ꝓbantur inf. de no. fi. for. in fi. vbi etiam patet, quod si dominus differat, & sit morosus in tradẽda dicta possessione, quod tenebitur resarcire ibi Vasallo omnem vtilitatem, quam habuisset ipse Vasallus, si incontinenti fuisset sibi tradita. Et nihilominus vltra hoc tenebitur ipse dominus præcisè ad tradendam ipsam possessionem, nec liberabitur etiam volendo soluere interesse, quia postquam semel fecit inuestituram, & suscepit à Vasallo sacramentum fidelitatis non potest amplius pœnitere, vt inf. si de feu. fu. controuer. in c. si facta. & in d. gl. 3. hîc posita, quę per hoc remanet expedita. Facit insti. de dona. in §. perficiuntur. & quod ple. no. in d.c. si facta. Et intelligas hoc verum, quando habet potestatẽ rei tradendę, aliàs autem teneretur solùm ad interesse. ar. ff. de act. empt. l. si seruus. §. fi. ff. de contrahen. emp. l. rem alienam, & quod no. insti. de contrahen. empt. in §. cùm autem secundum Bal. vtrum autem per simplicem promissionem, de inuestiendo teneatur dominus? dic vt dixi in d.c. 1. in fi. de no. fi.
6 for. in d.c. si facta. †Not. ꝙ possessio corporalis, inducit præsumptionem pro Vasallo possidente, vt propter ipsam possessionem deferatur in dubio sacramentum Vasallo ad tollendam controuersiam, vt hîc & infr. de consue. rec. feu. in §. fi. in fine. Magnum est enim cõmodum possessionis. l. is qui destinauit. ff. de rei vendi. & infrà de contentione inter dominum & Vasallum de inuesti. c.1. cùm ibi notatis.

Quod intelligas verum concurrentibus duobus, videlicet & primò, quòd ipse Vasallus steterit & perseuerauerit in dicta possessione ipsius feudi ad minus, per annum domino sciente, & patiente, vt inf. si de inuesti. inter domi. & Vasal. lis oriatur. c.2. in fin. & in glo. 4. hîc posita, quæ per hoc est expedita. Secundò, quòd ipse Vasallus bona fide, & iustè possederit, & non dolosè, quia aliàs dolus non patrocinaretur sibi, vt C. de libe. causa l. causa. & in gl. 5. hîc posita, quæ per hoc est expedita in sui prin. vsque ad versic. quid erit, &c. Et circa prædicta vide, quod dixi in d. §. fin. in vltimo notabili. facit c. 1. in §.1. inf. de milite Vas. qui contu. est, & quod no. per Innocen. in c. constitutus. extra de filijs pres-
7 byt. †Not. ex hoc text. in fin. quod licet secundum regulas iuris communis, actore nihil probante deberet reus absolui etiam absque iuramento, vt l. qui accusare. C. de edendo, tamen in materia feudali, vbi Vasallus nihil probat de iure suo, poterit iudex, si sibi videbitur, nihilominus deferre sacramentum domino, vt hîc & in d. §. sacramentum, infrà de consue. rect. feud. & quod dixi in secundo notabili, & in §. fin. eod. titu. not. Dixit tamen Bald. hîc, ꝙ vbi dominus vult absolui, quia nihil est contra eum probatum, quòd tunc non oportet,

D quod

quod iuret, extra de proba. in c. 2. & de fide inſtru. c. inter dilectos. Sed ſi vult abſolui, quia Vaſallus non eſt Vaſallus, tunc debet iurare, vt hîc. quid probat per no. in l. Iulianus. ff. de condi. inde. & de iureiu. l. ſed & ſi poſſeſſori in prin.

8 †Quæro cum dicta gloſſa 5. verſic. quid erit. Quid ſi controuerſia feudi vertatur inter dominum & Vaſal. & neuter eorum poſsidet feudum, & in dicta cauſa ſit locus declarationi ſacramenti, quæritur, cui deceat deferri per iudicem? Et reſpondet Gloſſ. quòd ſi ambo ſunt æqualis conditionis, quia tunc eſt deferendum reo potius, quàm actori per regulam fauorabiliores, ff. de reg. iur. aliàs autem debet deferri honeſtiori, per no. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. & probatur in d. §. ſacramentum. per quem §. omnia iura feudalia loquentia de ſimili materia, debent regulari. Et hoc voluit tota iſt glo. vſq; ad fin. & etiam alia gloſſ. ſequens, quæ ad hoc idem tendit, & latius declarando, videlicet, vt hoc totũ relinquatur in arbitrio iudicãtis, ſeu curiæ, coram quibus talis cõtrouerſia vertebatur. De quibus iudicibus habetur inf. de contro. feud. inter pa. ter. in c. 1. qui iudices ſeu curia domini poſſunt ſacramentum deferre, prout eis melius videtur attentis circumſtantijs debitis, videlicet, cõditione perſonarũ, an ſit honeſta, vel non. Item quantitate ſeu qualitate feudi, an ſit magnum vel paruum. Item an quis ſteterit diu in pacifica poſſeſsione. Item & alijs circumſtantijs, prout animus iudicis moueri poſsit ad id deferendum, vel non deferendum, & hæc omnia probantur in d. §. ſacramentum. Et hoc modo habes expeditas omnes iſtas gloſſ. quæ & ſi benè loquantur: tamen tu dic latius capiendo omnia membra etiam vltra Doctores, videlicet, quia interdum ſacramentum defertur à parte perti. & tunc pars, cui defertur, tenetur omninò iurare vel referre. l. manifeſtæ turpitudinis. ff. de iureiur. & in d. §. ſacramentum. & in l. generaliter. C. de iureiur. Interdum defertur à iudice parti, & tunc aut actor plenè ꝓbat, & tunc non eſt neceſſarium ſacramentum, quia abſq; ſacramento reus venit condemnandus d. l. qui accuſare. & ff. de rei vendica. l. officium. Aut nullo modo probat, & venit reus abſoluendus de iure communi, vt in l. præſenti in §. ſicubi. C. de his, qui ad Eccle. confu. Sed tamen in materia feudali, poterit iudex illud deferre, ſi ſibi videbitur expedire, vt hîc in fin. & in d. §. ſacramentum, quod intelligit Bal. quando dominus vult abſolui eo, quia iſte non eſt Vaſallus, ſed quando vult abſolui eo, quia nihil eſt probatum, tunc abſolueretur abſque iuramento, vt ſuprà dixi. Sed tu indiſtinctè teneas, quod ſit arbitrium iudicis, dummodo aliquid ſit inductũ, quod moueat animum iudicis ad ita deferendum, vt in d. §. ſacramentum. Aut ſemiplenè probauit, vel aliqua pars aliquid induxit, quod moueat animum iudicis ad illud deferendum, & tunc arbitrio ipſius committitur, quia conſiderabit omnia, de quibus in hac glo. fin. fit mentio. Item conſiderabit, an vnus tantùm ipſorum litigantium ſciat veritatẽ, quo caſu, ipſi ſoli eſſent deferendum. l. iuſiur. §. 1. ff. de iureiu. Sed verò vterque nouit, & tunc defertur honeſtiori: vt autem in omnibus ſunt æquales, tunc debet deferri reo per d. l. fauorabiliores. & in glo. hîc poſita. Quod intelligas, ſi hoc videatur iudici, vt quia feudum eſt magnum, vel etiam actori, ſi feudum eſt paruum, vel prout ipſe iudex arbitrabitur. In dubio autem magis defertur poſſidenti, propter commodum, vt hîc & in §. commodum inſti. de interdictis. Item & potius reo quàm actori per no. in d. l. in bonæ fidei. Et videas etiam, ad perfectionem huius diſtinctionis & materiæ cætera, quæ dixi in d. §. ſacramentum in ſecundo notabili, & latius in quæſtione, quæ incipit: Quæro vbi iudex, &c. vbi etiam declaraui, an ſit ſemper deferendum inducenti ſemiplenam ꝓbationem pro ſe, &c. Qualis autem ſit effectus ipſius ſemiplenæ probationis. ibidem dixi in quæſtione, quæ incipit: Quæro quis ſit effectus, &c. Addas tamen vnũ, quod eſt nota. dignum, quod prædicta omnia ſunt vera, niſi quando ex forma ſubſtantiali ipſius actus, vel ꝓbationis eſſet neceſſarius certus numerus teſtium, quia tunc talis actus non poſſet ſuppleri per iuramentum, vel per alias coniecturas, quia imò debet probari per ipſos teſtes ſubſtantiales, vt not. per gloſſ. in l. cùm proponebatur. ff. de lega. 2. & tenet Bald. infr. eod. in §. item ſi Vaſallus.

9 †Quæro ab extra, an dominus poſſit compellere Vaſallum, vt oſtendat ſibi ſuam inueſtituram? dic per Bald. in l. 2. C. quomodo & quando iudex, & per Iaco. Andr. in Addi. Specul. de feudis in §. 1. in princi. & per Barto. in l. 1. C. de conducto. & procu. lib. 12. & vide not. 10. quæſt. 3. quia cognouimus. & dicit Bald. quod non poteſt dominus hoc facere ꝑ ſe, ſed per pares

curiæ,

curiæ, vt in c.1. infr. de milite Vasal. Sed dicit Barto. quòd Vasallus non compellitur dicere titulum suæ possessionis, quod est verum, si prætendat se habere proprietatem, secùs autem si prætendat titulum in re aliena, vt in proposito nostro secundum Bald. & in c. ordinarij, de offi. ord. & per Archi. in c.1. de reg. iur. Interrogabitur ergò, an sit Vasallus? & si dicat, quod sic, mandabunt pares, quod ostendat titulum. Si autem negat, & conuincitur de mendacio, tunc perdet feudum iuxta ea, quæ habentur in ca. Vasallus feudum. inf. si de feud. fue. contro. Vltimò de materia probandi nouam inuestituram, dixi ple. in d.c.1. inf. qui testes sint necess. ad proban. not. inuesti. & in pluribus remissionibus ibi adductis. De materia verò, an & qualiter dominus teneatur tradere corporalem possessionem feudi, de quo Vasallus est inuestitus, dic vt in d.§. fin. infr. de no. fi. for. & quod ple. dixi in c. si facta. inf. si de feud. fue. contro. vbi plures quæstiones ad materiam pertinentes formaui, & in copiosis remissionibus ibi adductis, & in d. §. sacramentum. vbi plenè materiam explicaui, & in pluribus remissionibus similiter ibi descriptis. De materia verò, quando oritur controuersia circa inuestituram, dic, vt infr. de conten. inter dominum & Vasal. de inuesti. in c. si quis miles. & in alia rubrica de conten. inter domi. & Vasal. in c. si fuerit. & per Iaco. Ardizo. in summa in tit. de conten. feu. sub rubricella, quando sacramentum datur Vasallo, & quando domino. & de capi. extraordin. in §. quicunque.

SVMMARIA.

1 *Controuersia de feudo, si fuerit inter dominum & Vasal. quando stetur simplici verbo domini.*

2 *Licitum ratione adiuncti esse potest, quod aliàs non liceret.*

§ SI VERO FEVDVM. Suprà ꝓximè declaraui, quando Vasallus non est in possessione, neque probare potest de inuestitura feudi, de quo est controuersia. quo casu, si non habet aliud feudum à domino, debet stari sacramento domini, pro dirimenda dicta controuersia, vt ibi: sed si dictus Vasallus haberet etiam aliud feudũ indubitatum, de quo non est controuersia: tunc ad tollendam dictam controuersiã staretur simplici assertioni domini, absq; aliquo sacramento, vt hic, licet gl. aliter intellexerit, vt
1 infr. dicam. † Et in summa hoc vult, licet de rigore iuris, deberet per sacramentum domini dirimi controuersia, vertens inter ipsum dominum & Vasallum non possidentem, neq; ꝓbantem de iure suo, etiam dato quod ipse Vasallus possideat aliud feudũ sine controuersia ab eodem: tamen de æquitate super dicta controuersia, debet stari simplici verbo domini, absque sacramento, postquam constat ipsum esse Vasallum, de alio feudo indubitato. h. d. In text. ibi, aliquis, scilicet, Vasallus. Ibi, fuerit, scilicet, ipse Vasallus. Ibi, prædictis rationibus, scilicet, per pares curiæ, vel breue testatum, vt dictum est in §. præcedenti. Ibi, defensio, id est, domino esset deferendum sacramentum ad sui defensionem, vt dixi in d. §. pręcedenti. Ibi, ex ordine, id est, de rigore, ac si non constaret eum esse Vasallum de alio feudo. Ibi, remittitur, exponitur secundum glossellam interliniarem hîc positam, istud verbum remittitur, id est, aufertur, quasi velit dicere gl. quod auferatur domino defensio, & detur ipsa defensio Vasallo, hoc est dicere, quia stabitur sacramento Vasalli, & non domini. Et hanc opinionem secutus est etiam Iaco. Ardiz. Sed quia ista expositio glo. violat literam, & est contra casum in §. præcedenti in fi. Idcircò tu melius secundum alios DD. omnes, intelligas istam literam propriè exponendo, remittitur, id est, statur, simplici assertioni domini, remissa sibi necessitate iurisiur. & ita intelligitur per aliam glo. positam infr. quid sit inuesti. in princi. in glo. magna circa medium. Ibi, ex æquitate, & ista æquitas sumitur ex eo, quod iste Vasallus aliàs est Vasallus ipsius domini indubitatus. Ibi, defensio, id est, iuramentum ad sui defensio-
2 nem, sed statur suo simplici verbo. † Not. quòd ratione adiuncti reperitur aliquid esse licitum, quòd aliàs non liceret, vt hîc & infr. de contro. inter Vasallum & Episc. c.1. in fi. & ibi no. glo. & quod no. sup. de feu. Guar. in §.1. Nam ex eo, quod constat Vasallum litigantem cum domino, esse aliàs verum Vasallũ de alio feudo, de quo est controuersia, remittitur sacramentum domino, vt hîc, quod aliàs non remitteretur, vt suprà in §. præcedenti. & infr. quid sit inuesti. in §.1. Et est ratio, videlicet, propter reuerentiam ipsius domini, quem constat esse dominum, vt probatur in simili in l. iusiurandum & ad pecunias. in §. qui iusiurandum. ff. de iureiur. & infrà de

consue.rec.feu.in §. in quibus.& quod ibi dixi in 5. notabili, facit text. infr. de alie. feu.pa.in §.1.& quòd ibi dixi in 5.notabili. Maior enim reuerentia debetur illi, qui verè est dominus,quàm ei,quem non constat adhuc esse dominum. ar. infr. de mili. vas.qui contu.& in §.1. No.ęquitatem esse præferendam rigori,&hoc ideò est in casu nostro, quia vtrumque reperitur esse scriptum. De qua materia ple.per Doct. in l. 1.C.de legi. & in l. placuit. C.de iudi.& in l.prospexit.ff. qui & à qui. per Canoni. in c.fi.extra de transa. Quot autem modis capiatur ęquitas,dixi infr.de pace iura.fir. in §. fin. super text. Quot verò modis capiatur rigor seu strictum ius? not. in d.l. placuit. Vltimò ad materiam vide in d.suprà fin.de alie.feu.pater.& inf. de controuersia inter Vasal.& Episc. in fin. & in remissionibus,quas ibi adduxi,&q̃d dixi sup. in prin.huius tit. & quod dixi in d. §.1.inf. quid sit inuesti. super tex. & ple.per Iaco. Ardiz.in ti.de conten.feud.sub rubricella, qualiter in causa debeat proce.& qua.ter. vbi examinat istum §.

SVMMARIA.

1 *Vasallus probans se fouere ius in parte feudi possessi,in ea parte, de qua est quæstio inter ipsum & dominum,obtinebit.*

2 *Vasallus in vna feudi parte ius habens, præsumitur & in alia habere.& nu. 5.*

3 *Dominus de voluntate Vasalli vtile dominium accipiet, & in alia directum cõferet.*

4 *Dimidia quando dicatur venire partis appellatione.*

5 *Feudum quomodo probetur paternũ,vt Vasallus obtineat partẽ nõ possessam.& nu.seq.*

§ CVM AVTEM. Continuatur ad superiora, quia suprà proximè declarauit de Vasallo, qui tenet vnum feudum à domino, super quo nulla est quæstio,sed litigat cum domino super alio feudo. Quo casu statur super hac controuersia simplici dicto domini. Sed in isto §. declaratur, quando Vasallus est,vel fuit in possesione partis alicuius feudi,super qua parte constat ipsum esse vel fuisse Vasallũ. Verùm quia ipse Vasallus litigat cum domino super alia parte eiusdem Feudi, quo casu, ratione partis iam possessæ per Vasallum,debet obtinere in alia parte,de qua
1 nunc est quæstio. † Et in summa hoc vult. Si Vasallus legitimæ probauerit, se fouere ius in parte feudi per ipsum possesi, obtinere debet etiam in alia parte, de qua versatur quæstio inter ipsum & dominum. h. d. Sed potest figurari casus altero de tribus modis secundum Iaco.de Bel. & Bald, Primo modo, quòd Vasallus est actor, & asserit feudum paternum,sed dominus dicit illud esse nouum. Secundo modo, quòd Vasallus agens dicit feudum paternum: dominus verò negat, se vllam inuestituram fecisse. Tertio modo, quòd dominus est ille, qui agit, sed Vasallus ideò probat, quia pro domino erat præsumptio, vt infr. de gradi. succ. in feud. in §. fin. in fin. Et quælibet positio potest esse bona. Sed pro clariori noticia sic figura casum in terminis,secundum Iac.de Bel. Aliquis agnatus Vasalli defuncti, dicit feudum ad se pertinere iure succesionis,quia paternum fuit, dominus verò dicit fuisse nouum, quare quid fiet? Et respondet, quòd si iste agnatus agens, est in possesione medietatis vel alterius partis ipsius feudi, vel aliqd cambium habet nomine ipsius partis, vel alio modo probare poterit feudum esse paternum,debet obtinere. hic est casus, quem potes per te, etiam alijs modis variare, de quibus suprà dixi. lego literam. In text.ibi, quis,subaudi,frater vel alter agnatus de linea transuersali. Ibi, paternum, hoc ideò dicit, quia in feudo paterno seu antiquo, succedunt omnes descendentes à primo acquirente, licet inter se sint collaterales, vt inf.de grad.suc.in feu.in §.1. Sed in feudo non succedunt inter se transuersales, sed solum descendentes, vt infr.de succe. feud. in fin. Ibi, medietatis, subaudi, ipsius feudi, de quo est controuersia. Ibi, partis, subaudi etiam minoris dimidia secundum Dyn.& Iaco. de Bel. Ibi, cambium, id est, aliquam rem acceperit iure proprietatis & allodij pro cambio illius partis dicti feudi,quam domino restituit. & loqtur iuxta vulgare,prout etiam in simili facit. infr. si de feud. Vas. fue. interp.in c.1.in princi. & infr.quo tempo.mil.in c.2. Non autem intelligas, quòd habuerit cambium pro toto feudo, etiam pro parte non possessa, quoniam si habuisset pro toto feudo,nõ posset amplius aliquid petere.& ita intellexit gl. 2.hîc posita in secunda sui parte & benè, q̃ per hoc est expedita. Ibi, illius feudi, id est, illius partis dicti feudi. Ibi, habuerit, scilicet,ab ipso domino. Ibi, iustis rationibus, scilicet, per pares curtis, vel per breue testatum, vt dixi suprà §. proximo. & statim dicam in gl. hîc posita, quæ hîc tangit. Ibi, obtinebit, scilicet, ipse Vasallus, & subaudi ꝗ obtinebit in alia parte, de qua vertitur
2 cõtrouersia. † No. ꝗ possesio seu ius, quod habet Vasallus in parte alicuius feudi, facit pſumi ipsum habere ius etiã in residuo, & sic

ſic in toto feudo. Et eſt ratio ſecundum Bald. quia vnum extremum ipſius feudi, eſt indiuiſibile, ſcilicet, iuramentũ fidelitatis, vt not. infr. ſi de feud. fue. contro. in c. omnes. & in l. ſi vſusfructus. in §. 1. ff. de vſufruct. ergò cùm quis habet ius in parte, retinere præſumitur ius in totum, vt no. in l. ſi cui. ff. de vſufru. Vnde iſtud indiuiſibile ius, quod eſt in vna extremitate ipſius feudi, generat præſumptionem in alia extremitate, quia non debet vna & eadem res, diuerſo iure cenſeri. ff. de vſuca. l. eũ qui ædes. de quo latius dixi in d. c. omnes.

Et intelligas, quòd Vaſallus ſtetit in poſſeſsione ſuæ partis poſſeſſæ, ad minus per annum, prout dixi ſuprà in princ. titu. in tertio notabili. & tenet And. de Iſer. Et prædicta præſtant argumentum ad quæſtionem, de qua tetigi infr. de contro. inter maſcul. & fœm. in c. 1. in ſecundo no-
3 tabili. † Not. ex hoc text. quòd dominus poteſt accipere à Vaſallo ſuo vtile dominium, & dare ſibi per cambium in alia re dominium directum & vtile. Quod intelligas verum de voluntate ipſius Vaſalli, aliàs autem ſecùs, vt infr. de feud. ſi. cul. non amit. in c. 1. & ſi de feud. fue. contro. in c. ſi facta, vnde ſiue permutando rem cum re. vt hîc, vbi propriè eſt permutatio, l. 1. ff. de rerum permu. ſecundum And. de Iſer. Siue rem cum quantitate, puta in frumẽto vel ſimilibus, quod propriè eſt cambium ſecundũ Bald. habet locum iſte text. Siue etiam rem cum precio, adhuc habebit locum ſecundum Iac. Ardiz. argumen. in l. non vtitur. cum l. ſequen. ff. de vſufru.

Et prædicta procedunt, dummodo tale cambium ſeu permutatio probetur per pares curtis, vel breue teſtatum, ad ſimilitudinem nouæ inueſtituræ, aliàs ſecùs ſecundum gloſſ. 2. in principio hîc poſitam,
4 quæ per Docto. tene. † Not. ex hoc text. quod licet appellatione partis, intelligi debeat ſimpliciter de dimidia, vt l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verborum ſig. tamẽ vbi iam eſt facta mentio medietatis, ſi fiet ſubſequenter mentio partis, tunc appellatione iſtius partis poteſt intelligi etiam de minima parte, vt hîc, & ff. de lega. 2. l. cùm filius. §. pater. Facit quod no. in c. 1. infrà de contentio. inter me & dominum. de por. fra. mei, & quod not. in l. 1. in fin. C. de iure emphiteo. Interdum tamen importat eam quantitatem, cui adijcitur, vt in d. §. portionis primo reſponſo. Interdum ratione incertitudinis appellatione partis, continetur totum, vt not. in l. vxori in princip. ff. de lega. 3.
5 † Quæro cum gloſſ. 1. an iſte Vaſallus, qui ratione partis poſſeſſæ, obtinet in parte non poſſeſſa, prout hîc diſponitur, habeat neceſſe iurare, dictam partem non poſſeſſam eſſe de ſuo feudo? & reſpondet, quòd ſic per ea, quæ dicta ſunt in princi. tit. vbi ratione poſſeſsionis, datur defenſio ipſi Vaſallo. Et hoc voluit tota iſta gloſſ. quæ benè loquitur, quia ratione partis poſſeſſę, p̃ſumitur pro parte nõ poſſeſſa, & ratione talis præſumptionis, debet obtinere in d. parte non poſſeſſa mediante iuramento. & de hoc videtur caſus infrà de conten. inter me & domi. de por. fra. mei in c. 1. in
6 princ. † Quæro cum gl. 3. qualiter probabitur iſtud feudum eſſe paternum ad hoc, vt poſsit obtinere etiam in parte non poſſeſſa? & reſpondet glo. quòd debet probari per pares curiæ, vel per breue teſtatum, in quo ſint pares curiæ. Nam per alios teſtes extraneos etiam ſi eſſent aliàs idonei, non poſſet fieri talis probatio. vt infr. de conten. inter dominum & Vaſall. de inueſti. in c. 1. in prin. & hoc voluit tota iſta gloſſ. vſque in finem, quæ benè loquitur intelligendo eam, vbi iſtud feudum fuiſſet nouum in perſonam patris ipſius Vaſalli agentis. Quo caſu, benè requiruntur pares curiæ ad probationem inueſtituræ. Sed vbi feudum paternum fuiſſet antiquum, tunc talis ꝓbatio poſſet fieri etiam per extraneos, vt infr. qui teſtes ſint neceſſ. ad prob. inueſti. in c. 1. de quo latè dixi ſuprà in prin. tit. Et hoc modo ſaluatur iſta glo. ſecundum DD. quæ aliàs eſſet falſa. vtrum autem in dubio præſumendum ſit, quòd ſit antiquum vel nouum, dic vt dixi in c. Vaſallus el. 1. infr. ſi de feu. fue.
7 contro. † Quæro cum glo. 4. quid ſi iſte Vaſallus litigans cum domino nihil probauit de parte non poſſeſſa, ſed ſolùm probauit & plenè de parte poſſeſſa, an habeat neceſſe iurare ſuper parte non poſſeſſa, ſi vult obtinere. & reſpondet gloſſ. quod ſic, & ſufficiet iſto caſu, quòd ipſe ſolus iuret. Sed ſi ipſe non probaret plenè de parte aliqua, neq; poſsideret aliquam partem, neq; totum, neque aliquid à domino recepiſſet pro aliqua parte ipſius feudi, ſed ſolùm ſemiplenè probaret de iure ſuo, quod habet ad dictũ feudum, tunc deberet iurare cum duodecim ſacramẽtalibus, ſi obtinere vult ipſum feudum, vt infrà de conten. inter dominum & Vaſallum de inueſti. c. 1. in princip. & hoc voluit tota iſta gloſſ. vſque ad finem, quæ obſcurè locuta eſt, ſed

eam declara per ea, quæ dixi suprà in 1. glo.
8 & quod statim dicetur in glo. se. † Quæro cum gloss. fin. an in casu huius §. stari debeat sacramento solo, ipsius Vasalli absq; aliquibus testibus? Et respondet, quòd sic per c. 2. in §. si autē aliquis. infr. si de inuesti. inter dominum & Vasal. lis orit. Nec ob. c. 1. in vers. cæterùm. infrà de conten. inter dom. & Vasal. de inuesti. vbi patet, q̧ statur sacramēto domini possessoris, quia vnum debet intelligi secūdum reliquum, vt distinguere debeamus, quòd aut Vasallus posidet partem, & probat feudum esse paternum. & tunc debet stari sacramento suo, deficiente domino in probatione, vt hîc. Si verò nullam partem feudi posidet, sed ipse dominus. & tunc si Vasallus deficiat in probatione, stabitur sacramento domini, vt in d. c. 1. & probantur prædicta. infr. de gradi. in §. fin. Vel potest solui & alio modo, videlicet, quod aut constat q̄d est feudum, sed dubitatur de qualitate ipsius feudi, vtrum sit paternum vel collaterale: & tunc iurat solus, vt hîc. Aut non constat, quod vnquam fuerit feudum: & tunc ꝓcedit determinatio in d. c. 1. & hoc voluit ista gloss. vsque in finem, quæ satis confuse locuta est. Vnde tu dicas clarius & melius capiendo omnia membra, quia aut iste Vasallus probauit legitimè de parte non possessa. & tunc debet obtinere, etiam absq; aliquo sacramento. Et ita intelligatur c. 1. infrà de contentione inter me & domi. de por. fra. mei. Aut probauit solùm de parte possessa, & plenè & legitimè probando feudum esse paternum, & tunc, quia ex hoc non est plenè probatum de parte non possessa, sed tantùm est præsumptio ratione partis possessæ, quæ probata est plenè & legitimè, & tunc debet obtinere, præstito tamen sacramento per ipsum solùm, vt hîc. Aut iste Vasallus non plenè probauit de parte possessa, sed tantùm semiplenè. & tunc demum obtinere poterit, si iurauerit cū duodecim sacramētalibus se vel ascendentes suos fuisse inuestitos de tali feudo. Et ita intelligitur d. c. 1. in p̄n. inf. de cōten. inter do. & Vas. & dixi sup. in gl. præcedenti. & ad prædicta vide quod dixi inf. de gradi. in §. fi. in vltima op. & quod not. per glo. inf. quid sit inuesti. in prin. in glo. magna in fin.

Oppo. ab extra, quòd imò Vasallus iste non posit obtinere in parte non possessa, nisi plenè probet super ea, postquam confitetur aduersarium suum esse dominum, ex quo dominus videtur habere suam intentionem fundatam per l. si quidem. C. de excep.

Solu. vt ibi not. per glo. & Doct. & per Dyn. in c. nullus pluribus de reg. iur. Vltimò ad materiam huius §. vide quod dixi suprà in princ. huius titu. & infr. de conten. inter me & dom. de por. fra. mei. in c. 1. & infrà si de feu. fue. contro. in c. 1. & in remisionibus pluribus ibidem adductis, & quod dixi inf. de contro. inter mas. & fœm. in c. 1. & infr. de inuesti. in maritum facta in §. 1. & plenè per Iac. Ardiz. in summa in titul. de conten. feud. sub rubricella fina. circa medium.

SVMMARIA.

1 *Vasallus feudum tanquam rectum tenens illud domino restituet, si ille se per Guardiā concessisse probet. & nu. 3.*

2 *Actoris intentione fundata reus suas exceptiones opponet.*

4 *Vasallus sine iuramento absoluitur, si per dominum probetur.*

5 *Vasallus mēdacij reus si fuerit, beneficio priuabitur defensionis.*

§ ITEM SI VASALLVS. Suprà proximè dixit, quando est contentio inter dominum & Vasallum, & vertebatur in dubium, an feudum esset paternum vel nouum: hîc verò dubitabatur, an esset feudum Guardiæ, an verò esset feudum rectum, & simplex habens propriam naturam feudi. Et præmitte, quid sit feudum Guardiæ, vt dixi suprà tit. 2. in prin. & primo notabili, & 1. quæstiōe. Item quod aliud est feudū rectum & simplex, quod habet propriam naturam feudi, vt quia est transitorium ad hæredes, nec potest auferri sine cognita culpa. Aliud est non rectum, quod nō habet propriam naturam feudi, sicut est feudum Guardiæ, quod potest auferri elapso anno, etiam sine culpa Vasalli, & sic nō est transitorium ad hæredes, vt dixi supr. in præambulis hu-
1 ius libri in tertia diuisione feudorum. † Et in summa hoc vult iste §. Vasallus posidens feudum tanquam rectum, tenetur illud restituere domino probanti se per Guardiam concesisse, nisi Vasallus probauerit, se post dictam Guardiam suscepisse illud in feudum rectum: vbi verò dominus nihil probat, diffinitur controuersia per sacramentū Vasalli posidentis. hoc dicit. In text. ibi, castrum, idem intelligas in alia re quàm castro, secundū And. de Iser. quoniam denotat accidentiam facti, & nō ministerium iuris, & probatur inf. in §. se. Ibi, pro feudo, scz, recto & ꝓprio, q̧ non potest reuocari

reuocari absq; culpa etiam elapso anno: vt infrà de feu. si cul. non amitt. in c. 1. Ibi, per Guardiam, id est, nomine Guardię, q. quidem feudum reuocari potest elapso anno, etiam absq; culpa Vasalli, vt suprà de feud. Guar. in c. 1. in princ. Ibi, breue testatū, qd ista significent, dixi ple. suprà in princ. huius ti. in euidentialibus. Ibi, pro feud. scilicet, recto & proprio. Ibi, deficiēte, scilicet, in totū, vt quia nihil inducat quòd pro eo faciat. Ibi, illius, scilicet, Vasalli. Ibi, defensio, id est, sacramentum ad sui defensionem, vt declaraui in prin. huius titu. sup. text.

2 † Not. ex hoc text. quod postquam actor fundauit intentionem suam, potest reus suas exceptiones opponere & probare, quod patet, quia post probationes domini probantis feudum esse Guardiæ, admittitur Vasallus reus ad probandū per posterius, tale feudum fuisse cōcessum, in feudum rectum. quòd videtur esse contra casum in §. quia not. in Auten. de testi. vbi traditur regula: quod post didicita testificata, nō possint testes produci. Sed nō obstat, quia ideò hic admittuntur testes, quia non excluduntur per veritatem præcedentium probationum secundum Bal. iuxta no. in l. officium. ff. de rei vendica. Nam vt ait ibi Bart. dicta regula, videlicet q. post didicita testificata, non possunt testes produci, debet intelligi super eisdem capitulis. Sed hîc producebantur noui articuli, separati totaliter ab his, super quib⁹ testes erant examinati, iuxta ea quæ habētur: in l. emptor. C. de præ. lon. tem. & in l. excep. C. de proba. & per Canonistas in c. cùm dilectus extra de fide instru. & p Barto. in l. 2. in §. 1. ff. vi bo. rapto. & in l. si quidem. C. de excep.

Fallit quoq; dicta regula in plurib⁹ alijs casibus no. per Bal. in Auten. qui semel C. de proba. videlicet propter indiscretam publicationem: vt no. gl. in cle. testibus de testi. per Barto. in l. qui per salutē. ff. de iureiuran. & no. in c. cùm causam. extra de testi. Item propter innocētiam conseruandam & non puniendam. l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæstionibus. Itē quando Iudex procederet per inquisitionē. ar. no. in l. illud. ff. de proba. & per Innoc. in c. cùm clamor extra de testi. Item quando partes consentiunt. argu. in l. fi. C. de testi. & extra de testi. in c. pręsentata. Itē propter restitutionē in integrum: vt per Io. An. in c. cùm ex litteris extra de integrū resti. per Guli. in l. vbi. ff. de ędendo. per Bar. in l. de pupillo in. §. nunciator. ff. de oper. no. nun. Itē propter veterum attestationum perditionem. vt l. veluti. ff. de ędendo. Item propter causæ mutationē & variationem: vt extra de testi. in c. veniens. & per Barto. in d. l. 2. vi bo. rap. Item propter incongruam productionem: vt in dicta Clem. testibus. Vtrum autem in causa appellationis hoc liceat? dic per nostros Doct. in l. per hanc. C. de tempori. appella. & per Cano. in c. fraternitatis. extra de testi. & in d. Cle. testibus. & de huiusmodi quæstionibus ad hanc materiā pertinentibus, vide plenè per Baldum in d. Autentica at qui semel. C. de probat. & vide quòd dixi infrà, quid sit inuesti. in §. 1.

3 † Opp. cum gl. 1. quòd iste tex. nullo modo possit procedere, arguendo à sufficienti partium enumeratione, quòd arg. validum est in iure. l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. Nam aut iste Vasallus, non negabat feu. esse sibi datum per Guardiam: & tunc nō esset necesse, q. dominus ipse probaret, sed Vasallus. vt suprà ti. 2. in fi. Aut negabat & tunc si dominus probat contra ipsum, quod est feudum Guardiæ, non debet ipse Vasallus amplius admitti ad probandum contrarium: vt in Auten. contra qui propriam. C. de non nu. pe. Et hæc gl. non aliter soluit, nisi q. videtur sentire contrariū vsq; ad versi. item quæritur. Sed tu dic respondendo ad vtrunq; contrarium, & primò ad c. 1. in fi. suprà de feud. Guar. quòd ideò hîc dominus probat & non ibi, quoniam hîc non constabat, quòd iste Vasallus vnquam fuisset Guardiator ipsius domini, sed dominus simpliciter hoc dicebat. Et ideò habet dominus necesse probare, si Vasal. hoc neget: Ibi verò cōstabat quòd erat vel fuerat Guardiator, seu Officialis domini. Et ex hoc quia præsumitur contra ipsum, ipse Vasall⁹ habet necesse probare, & non dominus, vt ibi dixi in vltima oppo. in fi. Et hoc etiam voluit sentire ista glo. in fine sui. dum formauit dictum cōtrarium, quòd hoc modo soluendum est. Et hoc modo potest responderi etiam ad c. 1. in prin. infrà de conten. inter do. & Vasall. de inuesti. & ibi dixi. Ad aliud verò contrarium de dicta Auten. contra qui propriam. aduertendum quoniam ista gloss. præsupponere videtur, quòd ille qui semel fuit mentitus in iudicio, quòd non admittatur amplius ad probandum. Sed hoc est falsum, quoniam regula iuris est in contrarium, nisi lex aliud iuberet, quia tunc in illis

casibus esset speciale: vt l.nemo ex his. cùm ibi notatis in glo.ff.de regul.iuris.vnde in d.Autenti.contra qui propriam. est vnus de casibus specialibus in odium eius, qui propriam scripturam abnegauit. vt ibi & no.in d.l.nemo.vnde ergò in casu nostro, nos sumus in regula iuris communis. & est ratio, quia à princ. iste Vasallus negauit in totum, rem non spectare ad dominum, sed dicebat esse feudum. Secùs si à princ. negasset aliquo modo ad dominum spectare, & quod erat sua propria, quia tunc non posset redire, & dicere esse feudalem, & propter eius mendacium puniretur in amissione possessionis ipsius feudi, & postea litigaret: vt in Auten. de trien.& semis.in §.illud.& in l.penul.ff.de rei vendi. secundum Andre. de Iser. Facit quod nota. infrà de conten. inter dominum & Vasallum in §.similiter. & quod dixi in capi. Vasallus. el primo infrà si de feud.fuer.contro. De qua materia plenè per Dy.in cap. nullus.de regulis iuris.in 6. & per Cy. in l.1. C. de fur. & per Canonistas.13.q.2.in §.finali.& in c.veniens. el secundo.extra de testi.per Innocen.

4 † Oppo.subsequenter cum d.gloss. contra istum tex.in fin.videlicet quod immò domino deficiente in probatione, debeat Vasallus absolui etiam absque iuramento, per regulam.l.qui accusare. C. de eden.Solu.dixit gloss. quod tale iuramentum præstatur ad cautelam per ipsum iudicem, prout alibi patet in l. in bonæ fidei, C.de iureiurando.& in l. admonendi. ff. eodem titulo.Sed tu dic melius: vt latè dixi suprà eodem titulo in princ. in prima quæstione. & in §. sacramentum.infrà de consue. recti feudi. Nec est verum quod text. iste habeat respectum ad cautelam dictarum legum, quoniam loquuntur quando sacramentum defertur propter semiplenam probationem præcedentem. Hic verò loquimur in materia feudali, vbi Iudex potest deferre dato quod non præcedat aliqua ꝓbatio, cur quod sit aliquid, quod moueat Iudicem ad ita defendendum.vt dixi in locis suprà allegatis, & patet ex hoc text. vbi dicitur quod dominus deficiebat in probationem totum:vt dixi suprà in text. Et hoc modo posset saluari ista gloss. quod istud sacramentum deferatur ad cautelam, quia Iudici videtur.& hoc ideò est propter suspitionem quæ militabat pro domino contra Vasallum ratione officij, quod allegat ipsum Vasallum habuisse, & ideò defertur sibi sacramentum ad sui purgationem: prout in simili habetur in l.præsenti.in §.sicuti. C. de his qui ad ec.confugi. & de iure deliberan.in l.scim².§.licentia. & ff.rerum amotarum. l.Marcellus. De materia autem præsumptionum & quid operentur:vide quod no. in l. final. ff. quod metus causa. per Cy.& Bald.in l.siue possidetis.C.de proba.&per Canonistas.extra de sponsa. in capitul. is qui fidem.& in capi.quanto. extra de præsumptio. & plenè in Specul. de præsumptio.

5 † Oppo. ab extra, quod immô si Vasallus semel est conuictus de mendacio, quod non posit amplius vti beneficio defensionis, quia per mendacium euacuantur beneficia & tolluntur, vt probatur in l.sed si dubitetur.in §.1.ff.de fideiusso. Solu. hîc mendacium & veritas possunt simul stare, considerata diuersitate tẽporis: nam dicebat Vasallus esse feudum rectum: quo casu licet fuisset feu. Guardię, & hoc negasset: tamen considerata veritate pręsenti, admittitur ad probandum: quia ista possunt simul stare, q̃ fuerit feud. Guardiæ: & tunc sit rectum, vnde negatio non fuit falsa.sed in cõtrario fuit negatio prorsus falsa, & non potest saluari, & aliquod tempus meritò tunc per negationem falsam, perditur beneficium.Simile videmus in l.cùm de indebito. ff. de proba. & prædicta præstant argumentum ad quæstionem de eo, qui negauit se occidisse, quod conuictus posit probare, quod ad suam defensionem fecit: quoniam negando se occidisse, intelligitur negare eo modo, quo proponitur, scilicet, vt puniatur, & sic non est sibi contrarius secundum Andr.de Iser. & Bald. Facit infrà de pace tenen.in §.1. Quid autem si à principio quis simpliciter confitetur, se fecisse homicidium, & postea vult interpretari suam confessionem & dicere, q̃ fecit ad sui defensionem, an posit, dic vt habetur. in l.ornamentorũ.ff.de auro &argen.lega.& per Canonistas in cap.cùm dilecti.extra de accu. Vltimò ad materiam huius §. vide quod dixi suprà de feudo Guardiæ in §. fina. in vltima oppositio. & in remissionibus, quas ibidem in fin. adduxi. & infrà si de feud. Vasall.fue.interpella.in vltima oppositio. & in capitulo Vasallus, el primo infrà si de feud. fuerit controuersia.& in remissionibus ibidem adductis: & quod dicam statim in §. sequenti. & in Speculato. de locato. in §. nunc aliqua. versiculo 65.

SVMMA-

SVMMARIA.

1 *Vasallus possidens rem feudalem, domino debet restituere probanti se loco pignoris dedisse.*

2 *Domino vendicandi feudum tanquã pignus à Vasall. tanquam feudum possidente, onus probandi debet incumbere. & nu. 3.*

4 *Iudex quãdo possit cognoscere in causa pignoris & fructuum ex ipso pignore.*

SIMILITER SI ALIQVIS. Iste §. dicit per omnia idem, quod dixit §. præcedẽs quantum ad suam decisionem, eo excepto, quod in §. præcedẽti. dominus dicebat se dedisse rem per feu. Guard. hic verò dicebat, se dedisse loco
1 pignoris. †Et in summa hoc vult: posidens rem tanquam feudalem, tenetur illam restituere domino probanti, se illam loco pignoris dedisse, nisi ipse possidens probauerit, se post dictam pignorationem recepisse dictam rem nomine feudi, vbi verò dominus nihil probat, stabitur sacramento dicti Vasalli possidentis. hoc dicit. In textu ibi, aliam rem, subaudi, tanquam feud. Ibi, ille, scilicet, prædictus possidens. Ibi, pro feud. scilicet, recto, quòd non potest auferri sine culpa, vt dixi suprà in §. præcedenti. Ibi, supra dicto modo, scilicet, per pares curtis vel breue testatum, vt dictum est in §. præcedenti. & sic habet relationem ad veram probationem.

Sed intelligas nihilominus, quod poterit etiam probare præsumptiuè, vt si possedit dictam rem per spacium triginta annorum tanquam feudalem, & dominus ab eo seruitia recepit tanquam à Vasallo, vt infrà de feud. da. in vicem legis comm. in c. fin. secundum Andream de Isern. Ibi, defensio, id est, dirimet dicta contro. per sacramentum ipsius Vasalli se defendentis & possidentis, vt dixi in §. præcedenti.

Et intelligas, quod possideat ad minus per annum, secundum Andr. de Isern. per text. in c. fin. in fi. inf. si de inuesti. inter do-
2 minum & Vasal. lis oriatur. †Nota quòd onus probandi, incumbit domino volenti vendicare feud. tanquam pignus à Vasallo possidente illud tanquam feudum, quo casu, aut probabit suam intentionem, & tunc Vasallus restituere tenetur nisi econuerso ipse Vasallus probaret suam exceptionem per posterius, vt hic, & in l. siquidem. C. de exceptio. & in lege officium. ff. de rei vendicatio. & in lege peremptorias. C. sententiam rescindi. non pos. Aut dominus nihil probauit, & tunc Vasallus debet absolui, mediante suo iuramento, vt hic & suprà in §. præcedenti, vbi latè dixi in notabilibus, quæ hic repeti possent.

3 †Oppo. ab extra istum textum, quòd imò in casu nostro non incumbat domino onus probandi, sed ipsi Vasallo, vt probatur infr. de conten. inter dominum & Vasal. de inuesti. in §. similiter.

Solu. secundum Iaco. de Belui. & latius quàm ipse, quòd aut Vasallus confitetur se accepisse pro pignore aliquo tempore. sed tamen dicit se prius vel postea possedisse, nomine feudi recti, & tunc probat Vasallus, propter præsumptionem, quæ militat contra eum. & ita loquitur contrariũ. Aut Vasallus negat, se aliquo tempore pro pignore accepisse, & tunc dominus probat, vt hic, aut dominus nihil probat, & tunc in dubio statur sacramento Vasalli, vt hic in fin. nisi ipse Vasallus esset Gastaldus vel officialis domini, quia tunc staretur sacramento domini, vt in dicto titu. de conten. inter dominum & Vasall. in §. hoc ita. &
4 suprà de feud. Guard. in §. 1. †Quæro an super hac causa pignoris & consequenter super fructibus & vsuris prouenientibus ex dicto pignore, poterit iudex secularis cognoscere? Et videtur prima fronte dicendum, quòd non cum causa vsuraria spectet ad iudicem Ecclesiasticum, vt in c. cum tu. extra de vsuris. & in c. nouit. extra de iud. & in c. cùm sit generale. extra de foro competen. Sed his non obstantibus, dicas contrarium secundum Bald. videlicet, quòd iudex secularis potest cognoscere de pignoribus, quando causa vsurarũ accidit actioni pignoraticiæ. l. Titia. ff. de sol. sed secùs, si principaliter & de per se moueatur quæstio vsuraria, quia tũc iudicis Ecclesiastici est cognitio, vt in cõtrarijs, & in Clem. dispendiosam de iudicijs. & in c. 1. de vsu per Docto. Vltimò ad materiam præsentem, videas in d. §. similiter. inf. de conten. inter dominum & Vasall. & plura quæ dixi inf. de feu. dato in vicem legis comm. in c. fin. & suprà in §. præcedenti. & quod latè dixi si de feud. fue. contro. in c. si quis per triginta. in vltimo notabili. & per Iaco. Ardiz. in tit. de contentio. feud. sub rubricella, an ius Gastaldiæ possit præscribi.

SVMMARIA.

1 *Incrementum feudi si fuerit quis illud obtinebit. & nu. seq.*

5 *Incrementum quot modis feudo accidat.*

6 *Vasallus quando teneatur domino præstare viam per loca feudi.*

7 *Vasallus pro feudi incremento, ad maius seruitium quando teneatur.*

SI QVIS DE MANSO. Suprà proximè declarauit contro. quæ erat inter do. & Vasal. an res possessa per Vasall. esset loco feudi vel pignoris, Hîc verò declarat aliam controuersiam, videlicet, an incrementum accedens rei infeudatæ, censeatur feudum vel non. Et diuiditur in tres partes. In prima ponit simpliciter formam inuestituræ. In secunda ponit allegationem Vasalli. In tertia ponit determinationẽ faciendo tria membra. Secunda ibi, & dixit. Tertia ibi, si dominus.

CASVS.

1 † Si contentio sit inter do. & Vasall. de incremento feudi, & dominus in loco feudi reseruauit sibi aliquid, tunc Vasallus debet probare se inuestitum de tali incremẽto. Idem dicendum si dominus nihil sibi reseruauit, sed tamen Vasallus non est in possesione incremẽti: si verò esset in possessione, tũc stabitur eius sacramẽto absq; alia probatione. h. d. In tex. ibi, de manso. a Est enim mansus a tanta quantitas terræ, quę sufficit duobus bobus ad laborandum, vt no. gl. in c. 1. extra de censibus, & est vulgare Italicorum: vt ibi no. vel etiam potest dici mansus, tãta terra vnde vnus rusticus cum sua familia, posit sustentari: vt no. glo. 23. q. fi. c. secũdum. Et dicitur mansus, à manendo, quia in eo manẽt homines secundum Bal. Hinc posset colligi, quare interdum appellentur homines de mansata, de quib⁹ suprà in præambulis libri sub quęstione 7. Ibi, accepi, subaudi, & postea creuit mansus, & dubitatur ad quem spectet tale incremẽtum, quoniam Vasallus dicit, q̃ totum incrementum spectat ad ipsum: vt sequitur. Ibi, dixerit, scilicet, ipse Vasallus. Ibi, omne incrementum, intelligunt quidam istum text. de omni incremento siue latens, siue apparens, quoniam qui omne dicit, nihil excipit. l. à procuratore. C. mandati. quod an sit verum, dicam in gloss. Quid autem sit incrementum, vide insti. de rerum diuisio. in §. præterea. Ibi, ꝑtineat, id est, pertinere debeat: sed dominus negabat. Ibi, per inuestiturã, id est, occasione ipsius inuestituræ. Ibi, in ipsa curte, id est, in loco, in quo mansus: vt quia fortè sibi reseruauit ius eundi ad alia loca sua vel aliquid aliud secundum Andr. de Iser. & Nico. de Neapo. Quando autem quis intelligatur habere in curte, vel extra curtem? declara per ea, quæ habentur in titu. seq. in §. penultimo. & fi. Ibi, breue testatum, quid ista significent, dixi suprà in prin. huius tit. in euidentialibus. Ibi, ꝓbare, scilicet, se inuestitum de tali incremẽto. Ibi, retinuit, subaudias, neq; ipse Vasallus est in possessione talis incrementi. Ibi, obtinebat, subaudi, ꝓbando legitimè, vt supra dictum est se inuestitum de tali incremento. Ibi, probare, scilicet, prædicto modo, sed stabitur solo eius simplici iuramento vt sequitur. Nota ex hoc textu cum glossa prima tres casus: quia interdum dominus reseruat sibi in loco aliquid, est in feudum & tunc incrementum non accrescit Vasallo, nisi probet hoc esse cautum in inuestitura. Interdum dominus nihil sibi reseruat, & tunc subdistingue: quia aut dominus est in possessione incrementi, & non Vasallus, & eodem modo non accrescit Vasallo, nisi probauerit, vt suprà dictum est. Interdum nihil sibi reseruauit, sed Vasallus est in possessione incrementi, & tunc accrescit Vasallo, dummodo iuret ad se spectare. & hoc voluit etiam dicta glo. id est, hîc posita, quę per hoc est expedita. Qualiter autem debeat & possit probari incrementum vnitum, & quantum sit, notat glossa. Instit. de rerum diuisione. in §. planè. Facit quod notatur in lege semel Cod. de re militari. libro duodecimo.

2 † Nota quod reseruatio partis facta per dominum in re sua translata in alium, prodest sibi, vt præsumatur velle retinere ius circa incrementa & accessiones ad rem. & sensit glossa fina. hîc posita. concordat in simili infrà titulo sequẽti. in fin. cùm ibi not. Et est ratio, quia non videtur totaliter & integrè voluisse totum ius suum dare, & hoc constat: secùs autem vbi constaret dominum voluisse dare totam rem, quoniam tunc exceptuando aliquid, videtur sibi præiudicare & nocere. l. quisquis. C. de dona. vbi si reuerso mihi vsumfructum in re donata, videor ex hoc transferre possessionem. Constat enim de mente dantis circa rem totalem, & ideò ipsa totalitas remanet firma & valida, sed exceptuatio sola intelligitur adempta. l. planè. in princ. ff. de leg. 1. & ff. de adimen. leg. l. legata inutiliter. secundum Andr. de Iser. Quando autem exceptuatio adaugeat concessionem vel exceptionem, dic vt in l. quæsitum. in §. idem respondit. de domo instructa. ff. de fun. instru. & instrumen. leg. & in l. sed quid. in §. proprietatis. ff. de vsufruct.

a *Est enim mansus. Adde Bar. in l. 1. in fi. ff. de rebus dubijs.*

†Oppo.

3 †Oppo. cum glo. 2. quod immò non debeamus facere istam differentiam, vtrum dominus sibi partem reseruauit vel non, sed solùm considerare an incrementum sit latens & vnitum ipsi feu. vt quia per alluuionem paulatim accreuit ipsi rei feudali, & tunc tale incrementum sit ipsius Vasalli, an ipsum incrementum sit patens à re feudali: vt quia est nata insula iuxta fundum feudalem: & tunc sit ipsius domini: sicut in simili distinguimus in vsufructuario. l. item si fundi. §. huic vicinus. ff. de vsufruct. So. dicit gloss. sol. duobus modis. Et primò, quod hîc loquimur in feu. in quo per talem reseruationem, præsumptio est pro domino: vt videatur voluisse sibi retinere ius circa incrementa: & ideò talia incremẽta spectabunt ad ipsum dominum ratione talis reseruationis, nisi ipse Vasallus expressè & legitimè probauerit, quod in inuestitura specialiter hoc cautum fuit, quod talia incrementa ad ipsum Vasallum spectarent, quia tunc spectarent ad ipsum Vasallum. Secunda solutio est, vt fateamur contrarium intelligendo istum text. secundum illum, & secundum distinctionem suprà dictam: & hoc voluit tota ista gloss. vsque ad fin. Sed Doct. Andre. de Iser. & Bald. videntur tenere primam opinionem, quantum est in casu illius §. videlicet, vt propter talem reseruationem omne incrementum siue latens, siue apparens, sit & intelligatur esse ipsius domini: nisi probetur contrarium per Vasal. & hoc probant per istum tex. in prin. qui simpliciter loquitur de omni incremento: vnde nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff. de publi. & ff. de alea. l. 1. eo maximè cùm sit lex noua, quæ si aliud voluisset, expressisset. l. 1. §. pe. C. de cadu. tol. Veruntamen secunda solutio videtur esse magis æqua, & eam sequitur Iacob. de Bel. nec ab ea etiam recedit idem And. de Iser. dicens, quod non videtur sibi absonum æquiparare feudatarium vsufructuario, præsertim cùm plus iur. habeat feudatarius in feudo, quàm vsufructuarius in vsufructu: quia feudum ad hęredem transmittitur. vt infrà de successu. feud. sed vsusfructus morte finitur: vt instit. de vsufruct. in §. finitur. Item quia feudatarius habet vtile dominium vsufructuarius
4 non. † Quare circa hanc materiam capiendo omnia membra, & reducendo ad vnam distinctionẽ vltra alios: dic sic q. interdum feudũ datur ad certum numerum mensurarum, seu ad certã quantitatem: vt si dixi, do tibi in feudũ 20. campos talis tenimenti mei: & tunc omne incrementum erit domini & non Vasal. arg. ff. de contrahẽ. emp. l. ruptilia pola. Nã intelligitur de 20. campis terræ, quæ tunc erant. ff. eo. l. in leg. prout videm⁹ in agris limitatis ad certam mensuram, in quib. nõ habet locũ ius alluuionis. ff. de flumi. l. 2. §. si insula. ff. de acqui. re. do. l. in agris. quoniam taxatio & mensura terminorũ, impedit accrescentiã vt l. Iulian⁹. in §. si Titius. ff. de act. emp. cũ ibi no. & hunc articulũ seqtur And. de Iser.
5 & Bal. †Interdum incrementũ accidit feu. antequam illud tradatur, & tũc est domini etiam, si illud ignoranter postea tradat. vt d. l. Iulian⁹. in §. si Titius. & inst. de emp. & vendi. in §. sed & si post. & tenet Bald. hîc. Interdũ constat expressè de conuentione partium, qd inter eos agi debeat, vcz. inter dominum & Vasal. & tunc illud debet inter eos seruari, quod inter eos conuenit, vt inf. qd sit inue. in §. fi. &. ff. de pactis. dota. l. inter socerũ. §. cùm inter. & hanc cõclusionẽ seqtur Bal. Interdũ incremẽtum seu accessio aliqua fit feudo, per industriam & factum Vasalli, & tunc aut illud additamentum est separabile? per se subsistens, vt quia ibi emitur aliqua portio terræ ibi contigua, & isto casu pertinet ad Vasallum. Aut est inseparabile & non subsistens de per se: vt quia acquisiuit seruitutem aliquam feudo, Et tunc talis accessio pertinet feudo, & non ad Vasallum. Et hanc conclusionem sequuntur omnes Doctores, quoniam casus est infrà de inuestit. de re aliena facta. in §. sed contrario. Interdum additamentum fit in feudo ex industria Vasalli intra rem. vt quia in eo Vasallus fabricauit domum, vel alias meliorationes adiecit, & tunc talia melioramenta spectant ad Vasallum. vt est casus infrà hîc finitur lex in §. si Vasallus. & probatur in l. fin. C. de iure emphi. & hanc conclusionem sequuntur omnes Doctores in d. §. si Vasallus. & dicatis vt ibi & Bald. hîc. Interdum incrementũ seu additamentum fit feudo non per industriam Vasalli, sed à casu & à fortuna, prout & de quo loquitur iste §. et tunc distingue secundum Iac. de Bel. quia aut domin⁹ inuestiuit cum omni incremento, & tunc si incrementũ est latẽs, & pertinet ad Vasal. & ad feu. aut apparens, & tunc ad dominũ vt dicta l. itẽ si fundi. in §. huic. aut est dubiũ, & tũc aut dominus aliquid sibi reseruauit, quo

quo casu, si incrementum est latens, debet pertinere ad Vasallum. Si apparẽs, & tunc ad dominum vt in hoc text. in princ. & in d. §. huic: Aut sibi nihil reseruauit, & tunc si dominus est in possessione, debet spectare ad ipsum, nisi Vasallus econtrà probaret legitimè ad ipsum debere spectare, virtute inuestituræ, quia tunc esset Vasalli, vt in hoc §. 1. versicul. sed si dominus. Si verò Vasallus est in possessione, & tunc spectabit ad ipsum Vasallum, dummodo per sacramentum affirmet ad ipsum spectare, vt in §. in fin. Interdum dubitatur, an illud quod accedit, sit accessorium ad principale, & debeat regulari secundum naturam principalis, & ista non est materia nostra, sed dic vt in l. cùm principalis. ff. de regul. iuris. cùm ibi no. & per Doct. in l. non dubium. C. de legibus. & per Canonistas in c. accessorium. de regul. iuris. libro 6. Interdum dubitatur, an vna pars trahat ad se aliam, & dic vt in l. si empt. in princ. ff. de contrahen. empt. & dixi suprà eo. in §. cùm autem vbi videas. Interdum dubitatur, quando illud, quod accedit inducit communionem cum alio, & vna pars vult eligere totum, & soluere extimationem alteri parti, an posit? & de hoc dic vt in l. sancimus. in §. ne autem. C. de dona. Interdum dubitatur ad quem spectare debeat illud, quod accedit rei alienæ, plantando vel ædificando? & de hoc dic vt instit. de rerum diuisio. in §. cùm in suo vsque ad §. literę. Interdum dubitatur, si scriptura accedit chartæ alienæ, vel pictura alienæ tabulæ, ad quem spectare debeat, & de hoc dic vt in d. §. literæ. & in §. seq. Et hoc modo habes totam materiam.

Opp. ab extra contra fin. huius literæ, quæ facit vim in possessione, dum vult: quod ex eo quod Vasallus posidet, quod stetur suo sacramento, &c. Sed contra, quia ex possessione non debet insurgere probatio concesionis, nec acquisitionis dominij. l. non hoc. C. vnde cognati.

Solutio. Illud est verùm, nisi ius præsumat pro possessione: nã possessio est multũ fauorabilis: vt notat glossa. infrà de controuersi. inter do. & Vasal. de inuesti. in princ. secundum Bal. Facit quod not. in c. licet causam. extra de proba. Quęro ab extra, dominus quidam infeudauit mihi castrum, reseruatis sibi quibusdam Vasallis, postea illud castrum multum ampliatum est hominibus tam prouenientibus de familijs istorum Vasall. quàm aliorum, dubitatur, ad quem spectare debet tale incrementum? & dicit Bald. quod istæ familiæ, quæ creuerunt, succedunt in locum antiquorum suorum: nam ex dictis Vasallis prouenientes, spectabunt ad dominum, aliàs secùs. argu. C. de agri. & censi. l. cùm scimus. & l. possessionem. C. communia vtriusque iud. &. ff. loca. l. sed & addes in §. si quis ad mulierum. Vtrum autem concesso castro, videatur concessa iurisdictio, & de similibus quæstionibus, dixi infrà de capi. qui curiam vendi. in capit. 1.

6 † Quæro, quid si ad istud incrementum, quod remanet domino: vt quia insula nata est, nõ potest dominus ire, nisi per loca feudi, vel si potest, vadit cum magno incommodo: quia paria sunt. ff. de verbo. signi. l. nepos proculo. An Vasallus teneatur dare viam domino & sine precio? & dicit And. de Iser. quod sic. argumen. ff. si serui. vendi. l. 2. §. rectè. Nam sicut prouidetur domino de incremento, siue ex prouisione sua, siue ex prouisione legali: vt suprà dictum est. Ita intelligitur sibi esse prouisum, de omnibus sine quibus illud incrementum esset sibi inutile. Argumen. in l. 2. ff. de iurisdictio. om. iudic. & ff. de procura. l. ad rem. & l. ad legatum. Non obstat. l. si quis sepulchrum. vbi datur via mediante precio: quia ibi volens viam ad sepulchrum nullum habebat ius in loco: vnde volebat viam. Sed hìc dominus habebat dominium directum in feudo, in quo petit viam. facit. ff. de excep. rei iudi. l. ei.

Non tamen intelligas, quod per quamlibet partem fundi dominus posit sibi petere asignari viam, sed solùm per illum locum, vnde minus incommodum fiat Vasallo. ff. de serui. l. si cui. & ff. de serui. vrba. prædio. l. fi. Et facit ad prædicta quod dixit Spec. in titulo de loca. §. nunc aliqua. versiculo 130.

7 † Quæro an pro incremento, quod applicatur feud. debeat, & obligatus sit Vasallus ad maius seruitium? & Andr. de Iser. videtur sentire quod non, quia cùm sint eiusdem naturæ, & non sit alia res à feudo, vnde debetur nisi seruitium solitum pro ipso feud. Facit. d. §. præterea. insti. de rerum diuisi. Sed Bald. videtur sentire contrarium. Sed de hac materia, dic vt plenè not. in l. si merces. in §. vis maior. ff. loca. & in l. 1. & 2. C. de alluuion. & C. de iure emph. in lege prima cùm ibi no. per glossa. & Doctor. & per Canonistas in c. propter. extra de locato. Quæro an pro tali incremento requiratur noua inuestitura, & dic quod non, per ea

quæ

quæ not. & quod ibi dixi infrà per quos fi. inuest. in §. sed & res. & per ea, quæ proximè dicta sunt: & tenet And. de Iser. Vltimò ad materiam vide alia quæ dixi infrà de inuest. de re alie. facit in dicto §. sed cõtrario. & in remisionibus ibidem adductis. et. infrà hîc finitur lex. in §. si Vasallus. & in remisionibus quas ibi adduxi. & quod statim dicam in §. sequenti. & quod tangitur per Glossam & Doctor. in lege de quibus. ff. de legibus. & in dicta lege item si fundi. in §. huic vicinus Digestis de vsufructu. & per Iacobum Ardizo. in titulo de contentione feud. sub rubricella finali in §. si verò contentio. [a] De materia verò alluuionum incremẽti, & aquarum, & de infinitis quæstionibus, quæ ad prædicta trahuntur: vide plene per Bartolum in suo tractatu tiberiadis seu de alluuionibus, & per Baldum super rubrica, & in lege prima q. 5. ff. de rerum diuisio. & quod dixi infrà de capi. qui curiam vendi. in c. 1. & vide in Specu. de locato. in §. nunc aliqua. versi. 131.

SVMMARIA.

1 *Vasallus si inuestiuit alium Vasallum de feudo, cui spectabit incrementum.*
2 *Dominus, si quem de feudo inuestiuerit cum omni incremento ipsius, cui spectabit tale incrementum.*
4 *Vasallus quando feudum suum alteri infeudare possit.*
5 *Vasallus Vasalli an teneatur seruire antiquiori domino.*
6 *Vasallus Vasalli mei, an sit Vasallus meus.*
7 *Incrementum feudi per viam præscriptionis acquisitum, quando secundo pertineat Vasallo.*
8 *Feudum duobus pro diuiso concessum, vno fines alterius præscribente, quo mortuo, an ad conuasallum vel ad dominum præscripta portio reuertetur.*

RVRSVS SI ALIQVIS. Prosequitur materiã suprà proximè factam, de incremento scilicet cui acquiratur. Sed differt à §. præcedenti, quoniam ibi Dominus negabat inuestituram factam cum incremẽto, hic verò confitebatur. Et aduertendum pro intellectu, quod iste §. habet duos casus principales. Secundus incipit ibi, Et si ille, &c. Primus casus habet duas lec. Secundus verò casus non mutatur. Prima lec. est, vt intelligatur totus iste tex. tam in primo casu quàm in secundo. In duobus Vasal. successiuè hoc modo: vcz vt prim⁹ Vasal. q est inuestit⁹ à domino infeudauerit Vasal. secundo, idẽ feud. Secunda lec. est, q. prim⁹ casus intelligatur tantùm in vnico Vasal. Secundus verò casus in duobus. Primam lec. videtur sensisse gl. hîc posita, & eã secuti sunt And. de Iser. & Nico. de Neapo. Secundã verò lec. seqtur Iac. de Bel. & Bal. & est tenenda, quia est magis tuta à contrarijs. Declarabo tamẽ vtramq; lec. successiuè: vnde secundum primam lec. in summa hoc vult: Accipiens inuestituram feud. cum omni incremento à primo Vasallo: acquirit sibi qcqd accreuit viuente primo Vasallo: sec⁹ si accrescat post mortem, quia tunc acquiritur illi ad quem feu. reuertitur. h. d. Et secundum hanc lec. debes ponere casum in terminis hoc modo.

CASVS.

Quidam accepit inuestituram à primo Vasallo, de feud. ipsius primi Vasalli cum omni incremento, q. posset in futurũ euenire ipsi feudo, postea aliquid accreuit ipsi feudo, quęritur ad quem tale incremẽtum spectet? Et respondetur, quod si viuente ipso primo Vasallo, tale incrementum accrescit, quod tunc debet spectare ad ipsum secundum Vasallum; & hoc vult prima pars. Instatur in secunda parte: retentis hisdem terminis. quid si tale incremẽtum accrescit ipsi feud. post mortem primi Vasalli, quæritur ad quem tunc spectabit? Et respondet, q. ad dominum antiquiorem, seu ad eos ad quos tale feud. reuertitur per mortem ipsius primi Vasalli: & hoc vult secunda pars. Sed quia secundum hanc lectu. in primo casu huius §. præsupponitur, q. primus Vasall. qui recognoscebat feudũ à domino, nulla habita mẽtione de incremento, posit alteri Vasallo secundo dictũ feudum infeudare cum omni incremẽto: & hoc est falsum, per regulam quæ disponit, quod primus Vasallus non posit suum feud. alteri infeudare, nisi cum eisdem pactis & conditionibus, quibus ipse habet à domino suo: vt infrà de lege cor. in c. 2. in §. profecto. Item quia primus Vasallus non potest conditionem domini deteriorem facere, vt infrà de inuesti. de re alie. facta. c. 1. §. si verò. Et pro tanto primus casus huius §. legitur alio modo, vt suprà dixi, & secundũ hanc secundã lec. hoc dicit in summa. Accipiens inuestituram cum õi incremẽto à domino feudi, sibi acqrit õe incremẽtum: si verò iste Vasal. inuestiat aliũ de eodẽ feu. & cum eadem conditione, vt incremẽtũ accedat post mortẽ primi Vasall. spectabit ad dominũ, vel eos ad quos tale feu. reuersurum est. h. d. 1 †Casum in terminis debes sic figurare secũdum hanc lectu.

CASVS.

[a] De materia verò alluuionum adde inst. de rerum diui. in §. præterea. gl. in c. cum. M. Ferrariensis. de const. doc. in c. ex transmissa. de præscrip.

Quidam Marchio, Comes, vel Baro, seu quidam alter dominus inuestiuit aliquem de quodam castro, vel aliqua alia re cum omni incremento, postea accreuit incrementum, & quæritur ad quem pertineat, & respondetur q ad ipsum Vasallum? & hoc vult prima pars. Sed pone, quod ipse Vasallus eodem modo illud idem feudum alteri infeudauit, & postea moritur, an resoluatur ius ipsius secundi Vasalli, & reuertatur feud. cum omni incremento ad ipsum dominum, vel ad eos, ad quos tale feu. reuersurum est, & respōdetur q, sic. & hoc vult secunda pars vsq; in finē. In tex. ibi, accepit, scilicet, à primo Vasal. secundū primam lec. vel dic ab ipso domino secundum lec. secundam, quę vera est. Ibi, obueniret, subaudi, & hoc constat, quoniam si verteretur in dubiū: tunc haberet locum §. præcedens. secundum Iac. de Bel. Ibi, viuēte eo, scilicet, primo Vasal. secūdū primā lec. quoniam aliàs esset secùs, si accresceret post mortem ipsius Vasalli primi: vt in secundo casu. vel dic & melius secundū lec. secundam, subaudiendo & maximè, quoniam idem esset, si incrementum fieret eo mortuo, cū non sit maior ratio, quare magis eo viuente, quàm eo mortuo secundū Iac. de Bel. Ibi, ipsius. s. Vasalli secundi, qui accepit à primo, & hoc secundum primā lec. vel dic, & melius ipsius. s. Vasal. primi, qui inuestituram accepit à domino. Ibi, & si ille. Iste est secundus casus, qui non variatur: quoniam secundum vtranque lectionem loquitur in duobus Vasallis, qui habent inuestituram à domino cum omni incremento. Ibi, fecit, scilicet, secundo Vasallo eodem modo. Ibi, sine hærede, id est, sine filio: vt infrà de feud. aliter in §. & si clientulus. Ibi, decessit, scili. ipse prim⁹ Vasallus. Ibi, ad eum. s. dominum antiquorem. Ibi, ad alium, puta vel hæredem domini secundum Iac. de Bel. vel intellige agnatum Vasalli, qui in dicto feu. succedit: quia feudū erat paternū secundum And. de Iser. & vtraq; expositio est bona. No. ex isto tex. coniūcta gl. in prin. q, resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, cōcordat. infrà tit. 1. in §. rursus. l. lex vectigali. ff. de pigno. l. 1. C. si pignus pign. da. sit quod intelligas secundum Bald. in eo iure. quod habet dependentiam successiuam à iure dantis, non autem in eo iure, quod primo instanti fuit perfectum, & non dependet amplius à iure dantis. l. post contractum. ff. de dona. et. ff. de dona. inter virum & vxo. l. donationes. &. ff. de pig. l. si superatus. Veruntamē circa hunc articulū in materia feudali, sic latius distinguas secundū Iac. de Bel. & clarius, quia aut qs acquisiuit ius feudale à primo Vasal. ex tit. feudi, aut ex titu. alterius cōtractus: primo casu dic, q, regulariter resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, siue dator amittat ius suum morte, siue refutatione vel culpa. vt hìc & infrà ti. in §. rursus.

Fallit ista regula, quando Vasallus seruus vellet recognoscere dictum feu. à domino primo, & sibi seruire, & iuramētum præstare: quo casu nō resolueretur ius isti⁹ secundi Vasalli acceptoris, licet ius primi Vasalli datoris resolutum esset: vt inf. qualiter feu. olim alie. po. in §. 1.

Quod intelligas verum, nisi ista infeudatio facta, huic secūdo Vasal. fuisset facta in fraudē: quia tunc omninò resolueretur, vt inf. per quos si inue. in §. sed si res & q, ibi dixi. Adhoc enim vt sit valida reqritur q, sit facta syncere, & bona fide, & sine fraude: vt ibi no. & latè dixi in §. pręterea. inf. de cap. cora. Itē fallit & secundò ista regula, vbi prim⁹ Vasall. infeudasset ꝓximo agnato, q sibi successurus esset: quia tunc similiter nō resolueretur ius istius secūdi Vasalli acceptoris, vt infr. de alien. feu. pa. in prin. & infrà de feud. alie. in §. si clientulus.

Quod intelligas verum, nisi primus Vasallus priuandus veniret per culpam commissam in personam domini: quia tunc resolueretur ius ipsius feu. secundi Vasal. & applicaretur domino: vt infr. quæ fuit prima causa benefi. ami. in §. fin. & q, ibi latè dixi in conclusionibus. & infrà an ille, qui interfecit fratrem domini, cap. prim. in fi.

3 † Secundo casu principali, quando primus Vasallus transtulit ius suum in alium ex alio tit. quàm feudali, & tunc subdistingue, quoniam aut talis contractus fuit celebratus cum voluntate domini: & tunc quanquam sit resolutū ius primi datoris, non intelligitur resolutū ius secundi acceptoris. vt in dicto §. & si clientulus: Si verò talis contractus celebratus sit sine voluntate domini vel ipso ignoráte: & tunc, aut talis contractus est licitus: quo casu procedit regula, vt resoluto iure datoris, intelligatur resolutū ius acceptoris, vt hìc, & in dicto §. rursus. infr. ti. ꝓximo: Aut talis cōtractus est illicitus: & isto casu non resolui intelligitur: sed potius non valet q, factum est: vt inf. de alie. feud. in princ. & infrà tit. ꝓxim. in fi. & plenè per Iac. Ardiz. in summa.

ma.chart.4.sub rubricella an resoluto iu-
re datoris, &c. Postremò in alia materia
nõ feudali, an & quando habeat locũ dicta
regula, & quando non? dic vt in dicta lege
prima & 2.C.si pignus pignori da.sit. & in
dicta lege lex vectigali. ff. de pign. &.ff.de
minori.lege in causæ.C.si.cum leg. seq. &
plenè per Iac.Butricari.in lege grege.§. cũ
4 pign.ff.de pignor. † Nota subsequenter ex
isto tex.q, Vasall. potest feudum suũ alteri
infeudare, vt hîc & infr.si de feu. feu. con-
tro.in c. beneficiũ. q, intelligas etiam sine
permissu domini, dummodo bona fide, &
syncere, & sine fraude hoc faciat, & dum-
modo infeudet ęquali prout ipse est & sub
eisdẽ modis & conditionib. quib. ipse ha-
bet: vt plenè not. per glo. & ibi scripsi infr.
de ca.cora.in §.pręterea.neq; est istud ho-
die correctũ, sed immò permissum: vt dixi
inf. de prohibita feu.alie.per Federic.in §.
calidis. & in §. illud. & ibi not. & in dicto
capit.beneficium.

Intelligas tamen, q, non præiudicabit a-
gnatis successuris, nisi eo viuente: vt tenui
5 inf.per quos fiet inuest.in §.1.& fi.† Quæro
cũ gl.in vers.sed quæritur an ipse seru⁹ Va-
sall.qui accepit feu.à primo Vasallo possit
compelli per dominum antiquiorem ad
sibi seruiendum? Et respondet glos. q, non:
secundum iura antiqua. vt infrà qualiter
olim po.feu.alie.in §.primo. Sed secundũ
iura hodierna innuit q, sic, per ea, quæ ha-
bẽtur.in §.illud.inf.de prohibita feu. alie.
per Federi.licet glo. ista nihil alleget vsq;
ad fi.Sed in hac quęstione dicit Iac.de Bel.
quod nec olim, nec hodie poterit cogi iste
seruus Vasal.ad seruiendum domino. Pri-
mò per regulam, quæ dicit, q, Vasal.Vasalli
a mei [a] non est meus Vasal. vt not.in lege de
accesionib.ff.de diuer. & tẽpori. præscri.
& ff.de verbo.signifi. in lege Modestinus,
nisi iste seruus Vasallus vellet recognosce-
re à primo domino syncere, & bona fide,
& sine fraude per ea, quæ dicta sunt suprà
per dictum capit. primum. in §.1. qualiter
olim feu.po.alie.Sed dominus Bald. dicit,
quod immò prior dominus poterit com-
pellere secũdum Vasal. per subtractionem
feudi, si sibi non seruiatur, iuxta not.in §.
adeò. instit. de locatio.& cond. Item quia
potest deuenire ad ipsum secundũ Vasall.
in subsidium, tanquam contra debitorem
debitoris: iuxt.not. in lege pro hærede. in
§.si quid tamen. ff. de acquirenda hæredi.
Et hanc opini.puto æquiorem, & eam cõ-
firmo per tex.infr.de lege cor. in. c.2. in §.
similiter. & inf. de prohi. feu. alie. in d. §. il-
lud. & in d.c.benefic.facit, q, dixit Iac. Ar-
di.in summa.in ti.qui mo.feu.acqui.in ru-
bricella eodem pacto Vasallus det in feu-
6 dum, &c.† De modo verò compellendi, &
qua actione: vide q, scripsi inf. quæ fuit pri-
ma caus.benefi.ami.in §.sed nec alia. Vtrũ
autem Vasall. Vasalli mei intelligatur esse
Vasal.meus, dic vt in locis suprà allegatis,
sed an homo hominis mei sit homo meus,
dic vt in Spe.de feu.in §.quoniam. ver.14.
& p Roffre.in libellis parte octaua, sub ru-
brica de originarijs colonis. & in Autẽ.an-
tiqua.C.de infanti. expositis. Sed quid si
b Vasal.habet duos dominos [b] à quib. tenet
diuersa feu. & habent guerrã ad inuicem,
quem teneatur adiuuare? dic per Bal.in l.1.
§.ne autem. C. de cadn. tol. & dixi in §.il-
lud.de prohi.feu.alie.per fe. & infrà hîc fi-
nitur lex.in fin.

Opp.ab extra contra istum tex. & con-
tra ea, quæ suprà dicta sunt, quod non pos-
sint stare: quoniam si primus feudatarius
infeudat alteri, nullum ius sibi remanet,
quoniam illud ius vtile, q, habebat, trans-
tulit in alium. Ergò sibi nihil remansit, vt
no.in l.ex asse.ff.ad treb. & per cõsequens
non potest dici, quod amplius resoluatur
ius suũ: quia resolutio & priuatio præsup-
ponit habitum.l.remittit.ff.de iureiu.
Sol.secund.Bal.dic quod imò remanẽt re-
liquiæ & iura seruitiorũ: vt no.in c.2. extra
de exces.præla.vnde domin⁹ quodammo-
do dici potest.vt.ff.de hęre.inst.l.talem.§.
fi.& q, no.in d. §. adeò.instit.loca. Facit q,
dixi infr. de inuesti.de re alie.facta in §.rei
7 autem.† Quæro ab extra, quid si secundus
Vasal. acquisiuit aliquid ad feudũ nõ per
viam incrementi: sed per viam præscripti-
onis, quia tam primus Vasal.quàm secun-
dus, fuerunt inuestiti de re aliena, an istud
tale incrementum seu augmentum factũ
per præscriptionem, remaneat apud se-
cundũ Vasal. resoluto iuris primi? & dicit
Bal. q, debet spectare ad eũ, ad quẽ deuol-
uitur principale per no.in l. indebiti iuxta
fi.ff.de cõd.inde. Et est ratio, quia ista prę-
scriptio accessoria causatur à primo tit.l.si
alienã. & l. q alienã.ff.de don.cau.mortis.
Secùs autem dicit ipse, si iste secũdus Va-
sal. pręscripsisset vltra terminos cõcesio-
nis ex quadã ignorantia facti, absq; aliquo
tit.autoris: quia fortè tunc esset dicendũ,
q, illud nõ resoluatur p resolutionem auto
ris, sed remanere debeat penes ipsum præ-
scribentem.argu.ff.ad treb. l. debitor.§.fi.
8 † Quæro dominus concesit quoddam suũ
territorium in feudum duobus pro diuiso,

a *Vasallus Vasalli mei. ad de glo. fi.in c. legitur.81. dis.gl.in verbo. existente. in cle.1.de iuiur.Bal. in c. cùm dilect. de do.& contu.Spe.tit.de feu. in §.1. ver.9.Bal.in l.1.C. cõia.de le. Doct. in l. Claudius qui po.in pi. ha.*

b *Quid si Vasallus habet duos dominos. Hæc quæstio facit ad similem.q.de aduocato, qui promisit duabus ecclesijs pro certo annuo stipẽdio, & illæ duæ ecclesiæ ad inuicem litigant. quid iuris. de qua q. vide per Doct.in c. venientes. de iureiu. Ho.in summa ti.de præben. in §.cui sit confitendum. ver. quid si similit. pepigit. Doct.in fin.de postul. & ibi Cardina. Za. in 1.q. Pau.de Ca.in l.operis.ff.lo. Barto.Brixiensis.in q. dominicalibus, q.58.*

modò vnus per iustum errorem præscripsit fines alterius, vtrum eo præscribente mortuo sine hęrede debeat ista portio pręscripta reuerti ad dominum, vel ad conuasallum? Et dicit Bal. quòd ad dominum, quoniam debet consolidari proprietati, non autem accrescere alteri: vt ff. qui. mo. vsusfruct. amit. l. si cùm annos. facit. l. fi. C. de remis. pig. Vltimò ad materiam præsentem vide aliam, quæ dixi infrà per quos fiet inuesti. in §. 1. infrà si de feu. fue. controu. in d. c. beneficium. & in copiosis remissionibus quas in dictis tribus locis adduxi. De materia autem incrementi plenè dixi suprà in §. præcedenti.

QVIBVS MODIS FEVDVM AMITTATVR.

RVBRICA.

Continuatio huius rubricæ, patet ex prin. text. ad titulum primum huius libri. & hoc ideò, quia secundum compilationem Oberti de Horto, non erat aliqua alia rubrica intermedia inter dictam primam rubricam, & istam, vnde meritò ipse Obertus taliter se continuabat: vt patet hîc in princip. literæ. Sed cùm postea per Glossatores superuenientes fuerint additæ & intersertæ rubricæ præcedentes, prout latè dixi sup. de feu. guar. super rubrica. Ideò potest hæc rubrica cōtinuari ad proximè præcedentē, nedū suprà dicto modo posito hîc in text. habendo respectum ad omnes titulos superiores, in quibus declaratum est qualiter feuda acquirantur, aut retineantur, veruntamen quia in tit. præcedenti principaliter tractatum est, de retentione ipsorum feu. procedente ex controuersia inuestiturę. Idcircò nunc transitum facit, vt ostendat hîc priuationem ipsorum feud. & qualiter ipsa feuda amittantur: quoniam omne quod retinetur & ligatū est, potest dissolui: vt in Auten. de nup. in §. 1. neq; iste titulus superfluit per alium tit. infrà hic potest esse tit. qui. mo. feu. amit. vt ibi dixi super rubrica.

SVMMARIA.

1 *Vasallus dominum in prælio pugnantem, si reliquerit feudo priuandus.*

2 *Mortuum & vulneratum esse, ad mortem æquiparari quomodo intelligas.*

3 *Vasallus dominum siue iustè siue iniustè præliantem quando iuuabit & nu. 4.*

5 *Vasallus brachijs iam abscißis, an teneatur dominum iuuare præliantem.*

6 *Vasallus salutem domini præliantis propriæ saluti an præponere debeat.*

7 *Vasalli fuga non nocente domino, an puniatur Vasallus fugiens.*

8 *Vulneratus mortiferè quis dicatur. & nu. 9.*

10 *Vasallus dominū quādo sequatur ad bellum.*

11 *Scipio quare cum Annibale in Italia pugnare recusauerit.*

12 *Vasallus an domini vel proprijs debeat militare expensis.*

13 *Vasallus relinquens dominum non credens mortiferè læsum, qui tamen est an feudo priuetur.*

QVIA SVPRA. Diuiditur in duas partes, vsq; ad §. item si fidelis. quoniam in prima ponit suam continuationem ad superiora. In secunda ponit vnum casum amittendi. Secunda ibi, si enim.

CASVS.

1 † Vasallus amittit feudum si dominum suum in prælio pugnantem, non mortuū neq; ad mortem vulneratum dereliquerit. h. d. In tex. ibi, dimiserit, subaudias, cū posset ipsum adiuuare: vt infr. de feu. sine cul. non amit. in c. 2. in fin. & dicam in glos. ibi, amittere debet, scilicet, per sententiam, nō autē ipso iure: vt infrà de prohibi. feu. alie.
2 per Fede. in §. calidis. vbi gl. tangit. † Notà æquiparari iam mortuū, & vulneratum ad mortem quòd intelligas verum respectu dimittendi ipsum vulneratum, qui periturus erat, etiamsi non dimitteret. ff. ad legē Aquil. l. ita vulneratus. in princip. ff. q. vi aut clam. l. si alius. §. est & alia. Nec extendas hoc ad alios casus, quoniam si quis occideret condemnatum vel vulneratum ad mortem, puniretur secūdum And. de Iser. qui hoc probat ex autoritate sacræ scripturæ. 2. Reg. primo. c. Sed tu ad hoc inducas ea, quæ habentur in l. 2. C. qui testa. facere possunt. & quòd ibi not. per Cyn. & per Bald. in l. libertas. ff. de statu hominum. Similiter quis non potest puniri de occiso dato, quòd vulneratus per ipsum non possit euadere, secundum Bal. per. l. qui duos. ff. de manumis. testamen. Similiter videmus, quòd ad mortem vulneratus, potest testamentum facere, dummodo alia requisita sibi suppetant. l. milites in expeditione. C. de testamen. mili. quòd secus est iam mortuo. l. 1. C. de sacrosan. eccle. Facit quòd not. ff. ad legem Aquil. in. l. proinde. Nam vbi reperitur, quòd vulneratus æquiparatur mortuò, est intelligendum ex fictione iuris, quæ fictio non est trahenda, pśertim in statutis, vt per Docto. in l. damni. in §. Sabini. ff. de dam. infec. & per Bal. in lege si quis non dicā rapere. C. de Epis.
3 & cleri. † Quæro cū glo. an Vasallus teneatur adiuuare dominū, siue iustè siue iniustè prælietur? Et non respondet alio modo, nisi quòd se remittit ad c. 1. prin. infrà hic finitur

finitur lex, deinde consue. Regni incip. vbi concluditur, quòd si est certum quod dominus habet iustã Guerrã, & tũc teneatur eũ adiuuare ad offendendũ & defendẽdũ: Aut est certum q̧ habet iniustam, & tũc ad defensionem tenetur ipsum adiuuare, nõ autẽ ad offensionem: Aut dubitatur vtrum iustè vel iniustè, & tunc teneatur adiuuare in offendendo & defendendo, quia in dubio debet parere domino: de quo ibi latius declaraui tàm de iure consuetudinario, quàm ciuili & canonico & diuino, & dicatis vt ibi.

4 † Quæro subsequenter cum dicta glo. in vers. sed quęro, etc. quid si Vasallus, qui nõ tenetur iuuare dominũ iniustè pręliantem, incœpit eum iuuare, & postea ipsum derelinquat, an priuabitur feudo? & respondetur arguendo ad partem negatiuam, quia sufficit si cui vel in paucis, amici laboribus consulatur. l. tutori. C. de nego. gest. Et hoc voluit ista glos. vsq; ad vers. sed istud, &c. Et hanc determinationem glos. sequitur Iac. de Belu. per. dictã legem tutori. & per legẽ si quis libellos. C. de appella. Idẽ tenet Andre. de Iser. quia cùm peccet, iuuando eum iniustè. vt dictũ est infrà hîc finitur lex. tantò grauius peccat, quantò diutius iuuat. extra de consuetud. cap. fin. vnde reprehendi debet eo, quia cœpit: non autem ex eo, q̧ destitit à malo: vt 22. q. 4. in malis. hoc idem tenet Bal. nisi iste Vasallus qui incœpit iuuare perfide agendo, fuisset causa, quòd alter non iuit, qui aliàs erat iturus adiuuandum, si iste non iuisset: quia tunc iste Vasallus teneretur domino, per legẽ incommodato. §. sicut. ff. cõmo. & ff. de negoc. gest. lege si pupilli. §. videamus. Item dicit And. de Iser. si ego non erã tuus Vasallus, & cœpi te iuuare in bello iusto, & postea te desero, quòd tenebor tibi ad omne tuum damnũ pecuniariũ, & interesse per prædictum §. sicut. ff. de negoc. gest. lege nam & seruius. §. si viuo.

5 † Quæro subsequenter cum dicta glo. vtrum Vasal. inhabilis, teneatur adiuuare dominũ, & si non facit, vt quia brachijs iam abscissis aufugit, an priuetur feu. Et dicit gloss. per nota. per tex. infrà de feu. sine cul. non amitten. in ca. 2. in fin. Et per rationẽ, quia non intererat domini Vasallum amplius stetisse, postquam adiuuare nõ poterat l. si plures. C. deposi. cũ simili. & hoc vult ista glo. vsq; ad versic. sed consueuit. Quam sequuntur Docto. & ꝓbatur in l. quis in graui. in princ. ff. ad Sila. & in cap. fin. in fine. infrà de alie. feu. pater. cũ his quæ ibi dixi: Dicit tamen Bald. quòd si dicatur Vasallus posset clamorib. ipsum adiuuare, quòd debet hoc facere per. l. cũ domino. ff. ad Sila. 2. per dictum tex. in dicto ca. in fin. & q̧ ibi dixi facit infrà quę fuit prima causa benef. amitt. in §. sed nec est alia. & quòd ibi dixi in primo notabili, & in prima oppositione.

6 † Quæro cũ dicta gl. in fi. an Vasal. præstãdo auxilium domino suo, teneatur pręponere salutem domini suę proprię saluti? Exempli gratia, quoniã si vult defendere dominũ, oportet quòd ipse Vasal. moriatur, si vult fugere, oportet dominũ mori. Et respondet gl. quòd si hoc est certum, debet præeligere potius vitam propriam, nec perdit feu. vt eleganter determinauit hîc gl. & alia in dicto c. fi. infrà de alie. feu. pater. licet secùs dicamus in seruo respectu domini. vt in l. 1. ff. ad Sil. quia non est bona æquiparatio de seruo ad Vasal. quoniã dominus habet maiorẽ potestatem in seruo, quàm in Vasallo, & hoc voluit ista gl. vsq; ad fi. quæ benè loquitur, & eam sequuntur Doct. & probatur in l. hæc domũ. ff. de op. lib. Facit gl. iuris canonici in c. sicut nobis. de ver. si. li. 6. de qua quæstione dic, vt latius dixi in d. c. & vide in Spe. in ti. de feu. in vers. 17. &c.

7 † Quæro ab extra, quid si fuga Vasalli non nocuit domino, an tunc Vasal. puniatur? & videretur primò, quod cùm nõ intersit domini, quòd enim sine effectu delicti est, nõ nocet. C. de seruis fug. l. mãcipia. Sed veritas est in contrarium, quòd imò puniatur per istam literã, quæ nihil vltrà exigit, nisi fugam. argu. C. de fur. l. si qs seruo. & quod no. per Doct. in l. 1. §. 1. si ser. testa. li. esse iussus. ff. de legibus. l. 1. & de in ius vocan. l. quamuis. Item quia dedit alijs malũ exemplum fugiendo. l. Cicero. ff. de pœnis. & tenet Bal. hîc.

8 † Quæro quis dicatur mortiferè vulneratus? dic secundũ Bal. quòd ille, qui non potest euadere secundũ regulas medicinæ, vel magna difficultate. Sed ille qui de leui potest curari, non dicitur mortiferè vulneratꝰ, per no. in l. ab hostibus. §. fi. ff. solu. matri. ff. loca. l. marcius. Quid autẽ sit vulnus, not. Barto. ff. de iniurijs. l. prætor. in fi. C. de ędil. actio. † Quæro vtrũ dominus præsumatur mortiferè vulneratꝰ ex eo, quòd decessit ex tali vulnere non curato? dic quòd sic secũdum Bal. per locũ ab effectu. C. de iudicijs. l. rem nõ nouam. §. fi. nisi ex adiuncta culpa infirmi cũ vulnere, fuerit sequuta mors. Vnde aut vulnus fuit præordinatum culpæ, & tunc mors dicitur sequuta ex vulnere. Sed si maior fuit culpa, tunc dicitur sequuta ex culpa argumentũ. ff. de statu. ho. l. quæritur.

ff.de neg. geſt. l. ſiue hæreditaria. facit ꝙ no. per Bar. ff. de dam. infe. in l. damni infecti. in §. Sabinus. Et ideò dicit Pe. de Cer. quē ſequitur Bal. infr. quę fuit prima cauſa benefi. ami. in §. Itē qui. quòd Vaſallus admittatur ad probandum, & ꝙ dominus deceſsit nō quia vuln⁹ fuit mortale, ſed ꝑpter mala medicamenta. ad ꝙ facit quòd no. ff. ſolu. matri. in l. ab hoſtibus. in §. ſi vir. Fiet autē talis ꝓbatio per medicos. l. ſemel. C. de re mili. lib. 12. Nam fit ꝓbatio per doctos in arte [a]. l. 1. in prin. cùm ibi not. ff. de ven. inſpi. & per Bart. in l. 2. §. diui. ff. de iure fiſci. Et eſt difficilis probatio huius negatiuæ, quòd vulneratus nō ſit mortuus ex vulnere, & ideò debent diligenter examinari: & ſi ſunt varij in opinionibus diuerſis, debet iudicari cōtra percuſſorē ſecundū Bal. Facit quod not. in c. ſignificaſti. extra de homi. & quod habetur per Specul. in ti. de accuſa. ver. ſed pone. & ibi per Io. An. de ſimilibus quæſtionib. & facit ad prædicta ꝙ eleganter dixit tex. in c. præterea. extra de cler. percuſ. Quęro quid ſi dominus fuit ita vulneratus, ꝙ non poterat euadere, tamen poſt fugā Vaſalli fuit iterum vulneratus & citius mortuus eſt: an habeat locū iſte tex. vt Vaſallus amittat feudum? Et dicit Bal. ꝙ ſic, per iſtū tex. ſecùs autem ſi tractaremus de pœna intrinſeca ipſius delicti, quia tunc vltimū vulnus tolleret primū. vt. ff. ad legē Aquil. l. huic ſcripturæ. Sed hîc tractamus ſolū de pœna extrinſeca amiſsionis feu. vbi ſufficit ꝙ dominus ſit mortiferè vulneratus.

[a] Probatio per doctos in arte. adde. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. ho. Bal. in l. cōparationes. C. de fide inſtr. c. propoſuiſti. de proba. Fallit vbi rationes vrgētes forent in cōtrarium. tex. eſt in. l. Labe. ff. de ſup. leg. & idem voluit. Pa. de Cà. conſi. 186. inci. ſuper primò dubio.

10 † Quęro an Vaſallus teneatur ſequi dominū ſuū ad bellum [b]. & ſibi ſeruire etiam extra territoriū & iuriſdictionem domini ſui? Et videretur prima fronte dicendū ꝙ non per. l. extra territoriū. ff. de iuriſ. om. iudi. In contrariū determinat Bal. dicens: quòd in quocunq; loco eſt dominus cum exercitu, ibi intelligitur eſſe territoriū & iuriſdictio ipſius domini. vt tenet Cy. in l. 3. ff. de offi. præſi. & Iac. But. in l. cunctos populos. quoniā territoriū dicitur à poteſtate terrēdi, ſicut diſtrictus dicitur à diſtringēdo: vt inſti. de actio. in §. rurſus. & probatur in Cle. ne Romani. in §. ſanè. de elec. Nam & in mari dicitur diſtrictus haberi & poſſideri. vt in c. vbi periculū. de elec. lib. 6. & in Auten. nouo iure. C. de ſeruis fug. Intellige tamē prædicta procedere, quando bellum eſſet iuſtū. vt ſuprà dictum eſt: vt quia dominus facit pro defenſione ſua. vt probatur. 23. q. 2. dominus. & infr. de noua for. fide. circa mediū in ver. & ſi ſciuero. vbi nō diſtinguitur loc⁹ in quo ſeruire debeat, ſed indiſtinctè dicit, ꝙ Vaſallus præſtare debet ſuum auxiliū, &c. & ita tenet An. de Iſer. ſubiungens ꝙ multò magis hoc dicendum eſt, quādo inimicus domini veniret in offenſionem domini, & iniuſtè, & dominus pro ſua defenſione vellet pugnare extra territoriū, & conſultè ducere ſuum exercitum ad loca inimici ſui, vt faciūt boni duces, qui potius cupiunt traijcere exercitū ad loca hoſtium, quàm bellare in domo, vt animos hoſtiū contundant, & hoſtes ipſos
11 ab obſidione diuertāt, vt fecit. † Scipio qui noluit pugnare in Italia cum Annibale: ſed traxit bellum & exercitū in Aphricā: vt retraheret Annibalē ab obſidione Romana & Italica. Quid autem ſi dominus habet Guerrā extra territoriū ſuū, & non pro defenſione patriæ ſuæ, ſed vt de nouo acquirat aliquam terrā, vel prouinciam, an tunc Vaſalli teneantur ſecū ire in exercitu tali. & dicit idem An. de Iſer. quòd ſi longè extra patriam vellet dominus eos traducere, & tunc non teneantur Vaſalli ire, quia nō videtur fuiſſe cogitatum hoc in traditione feudor. ar. ff. de tranſa. l. qui cū tutorib. §. 1. & fi. & l. cū Aquiliana. & d. c. 1. de no. for. fide. Si verò dominus vellet eos traducere parū extra patriam, & tunc videtur hoc eſſe tolerabile argumēto. ff. de ope. li. l. quòd niſi. cum l. ſeq. & de annuis lega. l. meuia. in fine. Sed vbi dominus acquiſiuiſſet extra patriam propriam, etiam in loco remoto aliquam terrā vel prouinciam: tūc Vaſalli benè tenētur ire pro illa defenſanda, vel recuperanda, ſi domin⁹ illā de nouo amitteret: vt probatur in d. c. 1. de noua fide. for. in ver. & ſi contigerit, &c. coniuncta. l. habere videtur. ff. de ver. ſign. facit dictum c. 1. in prin. inf. hîc finitur lex. Facit ꝙ tangitur per Spe. in ti. de feu. §. quoniā. verſ. 23. & ver. 22. & quòd dixit Iac. Ardi. in ſumma ſua in charta. 2. ſub rubricella an domino abſenti cogantur ſeruire, & in ti. quib. mo. feu. amitta. ſub rubricella, an teneatur Va-
12 ſallus ſeruitium offerre domino. † Cuius autē expenſis, an domini, vel proprijs militare debeat Vaſallus aſſociando dominū, dixi in d. c. 1. de noua for. fide. Facit ad prędictas quæſtiones tex. in c. antiquatum. de feu. & beneficijs, &c. in capitulis extraordinarijs. Quando verò Vaſallus accedit cū exercitu pro ſuſcipienda corona imperij, quid iuris? habetur infr. de pace iura. fir. in fi. & ibi dixi. Quæro quid ſi duo fratres ſimul inueſtiti ſunt ab eodem domino. & vnus deliquit in dominum: alter verò ſua probitate ipſum defendit, nunquid excuſatur vnus propter alterum, & dicit Bal. quòd ſic ex coniunctione perſonarum, &

[b] Sequi dominum ſuum ad bellū. Adde an talis tenetur ire ſuo victu. ſi eſt potens, vide per Ange. in §. ſi centum. ff. de condi. indeb.

feudi.

feudi.arg.ff. de libe.leg. l. si is, qui duos. ff. ad macedo.l. si ita. Eodem modo dicit ipse, si aliqua ciuitas est inuestita de aliquo feu. & postea diuisa est ciuitas inter Guelfos & Gebelinos,& vna pars ciuitatis cōmittat feloniam in dominū, nō propterea eo ipso communitas priuabitur, quia neutra pars per se est cōmunitas integra, vnde non potest per alteram partem solam fieri præiudiciū cōmunitati, per no. in c.in nostra.de iureiur.& est casus in §.cum feu.de capi: extraordinarijs. Facit ad prædicta, quod dixit Specul.in tit.de loca.in §.nunc
13 aliqua.vers.51. †Quæro quid si Vasallus reliquit dominum re vera mortiferè vulneratum, sed credens dominūm non esse sic vulneratū, dimisit eum, an priuabitur feudo, dic quòd non secundum Bald. quia licet error aliquando excuset, tamen non auget delictum.l. res.ff. de cri.expi. hæredit.& de furt.l.inter omnes.§. rectè. Vltimò ad præsentem materiam adducas alia, quæ dixi inf.quæ fuerit prima causa beneficij amittendi in §.item qui dominum. & videas in pluribus ac copiosis remissionibus, quas ibi ad plenum collegi. & per Bal. in l.vt vim.ff. de iusti.& iure.

SVMMARIA.

1 *Vasallus vxorem domini ad peccatum inducens feudo priuandus. & nu.seq.*
3 *Vasallus concubens cum sorore domini in ipsius domo, priuatur feudo.*
4 *Iniuria vxori, filiæ vel nurui illata, maior putatur, quàm si sorori irrogetur.*
5 *Vasallus an feudum amittat, si amicitiam cum domini hostibus contrahat.*
6 *Vasallus an per hæredem domini feudo priuetur ob culpam, de qua dominus in vita non est conquestus.*
8 *Vasallus ob culpā in dominum, an feudo ipso iure priuetur, vel an sententia requiratur.*
10 *Vasallus ignoranter vxorem domini adulterans, & si concubinam, & si sponsam vel pedissequam, an feu. priuetur? & nu.seq.*
14 *Vasallus incestuosus, an feudo sit priuandus?*

§

1 ITEM SI FIDELIS CV. †Vasallus adulterans vel sollicitans adulterare, vel turpiter tangens vxorem domini amittit feudum. Item dicendum, si concubuerit cum filia domini, aut filia filij, aut nuri. Similiter cum sorore domini adhuc manente in domo ipsius domini. hoc dicit. In text.ibi, fidelis, id est, Vasallus, vt dixi in preambulis libri. Ibi, cucurbitauerit, id est, per adulterium fecerit ipsum cucurbitam, vt seqtur in text. quem Lōbardi. appellāt Argam, nos verò appellamus Becho, & de his notatur per gl.& ibi dixi inf.de pace tenēda. in §. 1. & hic in gl. in prin. quæ per hoc est expedita, & est similis text.inf.qui testes sint necess.ad proban. feud. ingra.in c.1. & infr.de vasa. qui contra constitutio.Loth.feud. alie. in c.1. Ibi, exercuit, scilicet, attemptando & laborando, vt concubat. vt infr. de capi. qui cur vend.c.3. quoniam in delictis atrocioribus, punitur affectus, licet non sequatur effectus. l. si quis, non dicam rapere. C. de Episc.& cleri.& ff.ad legem Cor.de sicca. l.diuus.& in gl.hîc posita.in sui principio. Ibi, luserit, puta ponendo manus ad pectus vel ad femur secundum gloss. nec propriè appellari debet ludus, in quo est culpa, & vnde crimina oriuntur, vt l. nam ludus. cùm ibi notat.ff. ad legem Aquili.& in gl. hîc posita, q̄ p hoc est expedita. Ibi, nupta filio, id est, nuru domini, vt inf. q̄ fuit prima causa benefi.amit. in §. rursus. Quod intelligas etiam, si dictus filius suus, nō esset succesibilis in feudo, cùm iste tex. non faciat istam differentiam, sed solùm consideret excessum & delictum Vasalli aduersus dominū secundū Andr. de Iser. per istum text. Ibi, obtinet, dic quòd si tu habes, obtinet, in numero singulari, quod tūc benè stat litera, vt capiat solum casum pximè dictum de sorore domini, quo casu, fienda est ista distinctio, an in domo vel extra domum, vt probatur infr. quæ fuit prima causa benef.amit.in §.rursus. Si verò habes in textu, obtinent, in numero plurali: & tunc litera malè loqueretur, quia referretur ad omnes casus præcedentes, quod est falsum, cùm d. distinctio nō fiat, nisi solùm in sorore, vt supr. dixi. & hoc modo posset verificari glo. hîc posita, quæ dixit, quòd ista verba sunt superflua, & nō habenda in text. Quæ gl. per hoc est expedita. Ibi, amittere, sed an ipso iure vel per
2 sententiam dixi supr. in prin. †Not.q. Vasallus, qui concubuit cum vxore domini
a [a] amittit feu. Quod intelligas verū, siue ea vxore volente, siue inuita.l.1. §.vsq;. ff. de iniurijs. Itē siue viuente domino, siue iam mortuo ipsa existente & perseuerante in viduitate. Secùs aūt si trāsiuisset ad secunda vota secundū Andr.de Iser.& Nico. de Nea. & ea, q̄ habētur in c.2.in fi.inf.de feu. sine cul.nō amit.l.apud Celsū.§. aduersus. ff.de doli.excep.& q̄d no.in l.fideicōm.C. de fideicom.& in l.sororē.C.de his, qui.vt indi. Licet Bal. teneat contrariū in vidua, vt Vasallus cū ea cōcubendo amittat feudū. Sed primū dictū puto verius, ad q̄d facit.l.fœminę in fi.ff.de senatoribus.& ff.ad munici.l.filij.§. 2. cùm ibi no. vbi autē Vasallus hoc cōmisisset de voluntate domini, tunc non priuaretur. arg. in l. cum donationis,

[a] Vasallus qui concubuit cū vxore domini. Adde Alex. de Imol. post Paulum de Castren. in l. sororem. C. de his, qui. vt in di. dic hoc esse verū sciēter, secùs si ignoranter & de materia vide per Ioā. And. in addi. Spec. in rub. de aduo.

tionis.C.de transact.& in d.§. vsque adeò.
3 † Not.quòd ratione loci aggrauatur delictum, vt hîc.& in l. aut facta in princ.& in §. locus.ff.de pœnis. quod patet, quia Vasallus concubens cũ sorore domini in domo domini, priuatur feudo. Secùs autem si extra domũ, vt infr. quæ fuit prima causa be.amit.in §.rursus.Et est ratio, quia legislator putauit maiorem iniuriam fieri domino in domo sua, quàm extra domũ, vt ff. ad l.Iul.de adul.in l. quod ait. facit q̃d no. gl.1.in fi.inf.in §. seq. quem trahi & declaraui in isto §.quoniam propriè loquitur, & pertinet ad istum text. Vtrum autẽ ratione loci varientur iura, dic, vt in l. legas. C. de legi. & C. de tempo. in integrũ resti.l. superuacuam. Sed vtrum varientur consuetudines, dic, vt in l. de quibus.ff. de legibus.
4 †No.ex hoc text. quod maiori iniuria afficitur, quis ex persona vxoris, filię & nurus, quàm in persona sororis quod patet, qa in quocunq; loco adulteretur vxor, filia vel nurus p Vasallũ, amittit feu. Secùs autem si soror habitans extra domũ domini adulteretur, quia tunc non amittit. Et est ratio, quia tunc d.soror nõ est in tutiõe domini, vt hîc, & dixi in d.§.rursus. Et ista fuit ratio diuersitatis, & pro tanto dixit And.de Iser. q, iste text. nõ est trahendus ad vxorẽ fratris domini.l.si verò.§.de viro.ff.sol.mat.

Oppo.cum glos.1.in vers.licet in hoc, &c.de surperfluitate huius tit. per alios ti. inf. hic nõ põt esse tit. quib.mo. feu.amit. & infr. in quibus causis feu.amit. & in tit.q̃ fuit prima causa be. amit. In quibus huiusmodi causæ & modi amittẽdi feuda, de qb⁹ in hoc tit. fit mentio, repetuntur iterato in d.titulis cõtra.§.quibus.C.de no.co. compo.vbi nihil debet esse superfluum in iure.

Sol. Ista glo.videtur fateri contrarium, dicens:q, de hoc quidã antiq glossauerunt, q, iste tit. vacet & superfluat per illos titu. Sed tu dic, q, imò nõ superfluit, sed est congruè positus, quoniã in illis titu. adducunt etiã aliæ causæ feudi amittendi vltra istas hîc expressas. Nam congruũ est repetere materiam antiquam, vt aliquid addatur in Auten.de æquali.do. in §. his consequens, cùm ibi no. prout etiã in simili fit. infr. hic potest esse ti. qui succes.te. & ibi dixi super
5 rub. † Quæro cum gloss.2. quid si Vasallus a cõtraxit amicitiã a cum inimicis domini, an ex hoc amittat feudũ? Et respondet, q, sic dicens, q, vbicũq; Vasallus aliquid facit, ex quo possit præsumi, vt magis videatur inimicus, quàm amicus, q, amittere debeat feu. per l.liberti, C.de inoffi. testa. & l.1.§. cum patronis.ff.de off.præfe.vrbis. Et hoc voluit ista gloss. vsque ad versic. sed si dominus, &c. Ex qua gl.elicias duas conclusiones. Prima est, q, Vasal. per simplicem amicitiam contractã cum inimico domini, amitt. feu. Sed tu dic, q, ista cõclusio ita simpliciter intellecta, nõ est vera, q̃niã ad eãverificandã requirunt duo simul iũcta, videlicet, q, contracta sit amicitia cum inimico domini. Et q, ista copulatio amicitiæ sit in perniciem & damnum domini: aliàs autem secùs, quia sola amicitia contracta non priuat. & ita tenet glo. infr. hic potest esse titu. qui. mo. feu. amit. & ibi latè dixi. & inf. q̃ fuit prima cã be.amit. in §. porrò. in 1. quæst. & probatur per text. inf. qui testes sint neces. ad probandũ feu. ingrati. & per Bal. in l.1.ff. de rerum diui. in quæst. 41. Et hoc modo possemus etiã saluare istam gl. vt habuerit istum respectum per leges, quas allegas, vt exponamus eã, dum dixit vel aliter, &c. vt exponamus vel, pro &: ita saluabat eam And. de Iser. in d.§.porrò. Secunda cõclusio est, quod vbicunq; potest præsumi Vasallum esse inimicum domini, quod amittat feud. Sed tu non intelligas hanc conclusionem ita simpliciter & indistinctè, vt ex qualibet præsumptione Vasal. amittat feu. quia nõ sufficit omnis occasio ad priuationem, vt dixit text. infr. in quib.cau.feu.amit.in §. si quis enim. Neq; ex omni causa, ex qua opinio Vasalli grauatur, amittitur feu. vt dixit alter text. inf. quæ fuit prima causa benef. amitt.in §. illud. Sed intelligas, q, Vasallus taliter versatus sit, vt potius credatur inimicus, quàm amicus & fidelis ipsius domini, vt pbatur in d. c. 1. quot testes sint neces. &c. & ibi exemplificaui. Vasallus enim nunquã priuatur feudo sine cognita, & conuicta culpa, vt inf. de feu. sine cul. nõ ami. in §.1. vnde posset præsumptionem contra se inductam elidere per aliam præsumptionem contrariam, secundũ Bald. vt ff. quod falso tutore auto. in l. nouissimè. ff. loca. l. item quæritur. §. exercitu. Et ideò vbi esset dubium de causa amissionis feudi, relinquitur hoc subtilitati & discretioni iudicis, vt in d. titu. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. sed quia. qui per sententiam suam habet hoc declarare, vt dixi infrà de feu. sine culp. non amit. in c.1. Et hoc modo intelligenda est ista glossa, quæ per alios Doct.
6 non declaratur. † Quæro subsequenter cum d. glo. quid si dominus non fuit conquestus in vita de culpis commissis contra eum per Vasallum, an hæres domini poterit

a *Quid si Vasallus contraxit amicitiã. Ad de gl. & Bal. in l. 1. in §. cũ patronus. ff. de offi. præfe. vrbis. gl. in l. liberti. C. de inoffic. testa. Spe. tit. de dona. in §.1. versi. quid si aliquis Baro. Ioan. de Ana. consi. 2. incip. visis & ponderatis ad fi. Old. consi. 71. incip. nũquid Christianus.*

poterit conqueri & placitare de dictis culpis? & respondet, quòd non allegando l. 1. C. de reuo. do. cum si. vsque in finem. Sed tu latius distingue secundum Iaco. de Bel. quod aut dominus fuit sciens, & potuit querelare, sed noluit, & tunc habet locum, & procedit ista gloss. Aut fuit ignorans, vel etiã est sciens, sed tamen non potuit placitare, vt quia fuit celeriter morte præuentus, vel ex alia iusta causa, & tunc hæres domini poterit placitare de dictis culpis. argumen. ff. de inoffi. testa. l. mater decedens. & ad Sila. l. diuus. & l. excipiuntur. §. fin. & de hac quæstione dic, vt no. per glo. & Docto. in l. omnimodo. C. de inoffi. testa. & infr. de prohibi. feu. alie. per Fede. in §. insuper. & quod ibi dixi in quæstione 1. in fine in quæstione 4. & per Bald. in l. 1. ff. de rerum diui. in quæstione 30. Quid autem in casu contrario, si Vasallus delinquens moriatur antequam placitetur per dominum, an filius Vasalli poterit placitari? dic vt in remissionibus quas adduxi in d. §. porrò. infr. quę fuit prima causa be. amitt. in quæstione 2. in fin.

7 † Quæro cum gloss. 3. in vers. & hoc intellige, &c. quid si Vasallum pœniteat postquàm se exercuit, vt concuberet cum vxore domini, an priuabitur feudũ? & respondet, quòd non ex eo, quod destitit per pœnitentiam, secùs si propter impossibilitatem, vt l. qui falsum. ff. ad l. Cornel. de fal. & hoc voluit ista gloss. vsque ad finem remittendo se ad libellũ disputatorium Pilei. Sed tu de hac quæstione latius dicas: aut Vasallus solùm cogitauit & exercuit se in animo, vt concuberet, & tunc punitur. l. cogitationis pœnam. ff. de pœnis: Aut vltra cogitatum etiam laborauit, sed non deuenit ad aliquem actum, & tũc si ipsum pœniteat, non punitur: & ita intelligitur ista gloss. & quod no. in c. si voluerit. infr. de capi. qui cur. ven. Aut laborauit & se exercuit perueniendo ad aliquem actum: & tunc punitur, verùm per pœnitentiam liberabitur, vt in isto text. & l. qui ea mente. ff. de fur. & l. si quis non dicam rapere. C. de Episco. & cleri. & dicatis, vt ibi plenè per Docto. & de hac quæstione dixi in d. §. in quæst. 4. & in c. si voluerit. & cum hac distinctione concordat dictus Pileus, vt refert Iac. Ardiz. in ti. qui. mo. feu. amit. sub rubricella idem si cum vxore.

8 † Quæro cum gloss. fin. an in casibus hîc expressis, Vasal. per has culpas commissas cõtra dominum perdat feu. ipso iure, an requiratur ᵃ sententia? ᵃ & respondet glo. arguendo ad partes. primò videretur, quod ipso iure per istum text. in fine, qui hoc videtur præsupponere, neq; reperitur expressè correctus: igitur stare debet. l. sancimus. C. de test. & l. præcipimus. C. de appel. in contrarium videtur, quod requiratur sententia, cùm non sit priuandus absq; cognita culpa, vt infr. de feu. sine cul. non amitt. c. 1. cum si. Et in hanc sententiam vltimã videtur residere ista gloss. & benè secundum Andr. de Iser. dicentem, quod aut quæritur, an ex istis causis hodie perdatur feud. & dicendum est, quod sic, neq; hoc corrigitur, & hoc vult gl. in prima parte. Aut quæritur, an antequam sibi auferatur, vtrum exigatur sententia, & dicendum est, quod sic. & hoc voluit ista glo. in 2. sui parte, quæ ita debet intelligi, aliàs esset sibi cõtraria, cum qua cõcludo, quòd circa amissionem feu. procedentem ex delicto requiritur processus, & iudicium & sententia priuatiua, de quo latè dixi inf. de prohi. feu. alie. per Fed. in §. calidis, in oppositiõe prima. Quid autẽ, quando perderetur per contractum, dic, vt latè dixi ibidem in quæst. 2. Vtrũ autem quando qs est cõdemnatus à lege, ipso iure requiratur aliqua declaratio? dic, q non est ferenda sententia super amissiõe, sed solùm super declaratione, vt in Auten. de incestis nup. §. 1. C. de iure fisci. l. facultas. ff. pro socio. l. cum duobus. §. idem respondet. Sed quando per sententiam facto hominis est priuandus, tunc requirit̃ sententia priuatiua per iudicem, vt supr. dixi. quo casu sufficit, siue iudex dicat, priuamᵘˢ te, siue dicat, declaramus te in pœnã incidisse, vt ff. ad turpil. l. 1. §. calumniatorib. Et de his quæstionibus & similibus, dic, vt latè dixi in d. c. 1. inf. de feu. sine cul. non amitt. Opp. ab extra de superfluitate huius literæ in prin. quia non fuit necesse dicere, quando Vasallus cucurbitauit dominum, cùm sufficiebat dicere, & exprimere causam, quando Vasal. turpiter lusit, qa istud delictum minus includit illud tanquã maius, vt in Auten. multò magis. C. de sacrosan. Eccle. Sol. posuit ideò & alia exempla causã euidentioris intellectus, put in similibus videmus in d. l. si quis non dicam rapere. Oppo. q, imò Vasallus concubens cum sorore domini, non amittat feu. quod patet, quia occidendo fratrem domini, quod est plus non amittit, vt infr. an ille, qui interfecit fratrem domini. c. 1. Solu. vt ibi dixi.

9 † Quæro ab extra, quid si Vasallus turpiter & inhonestè locutus est cum vxore domini sui, non tamen tetigit eius personam,

ᵃ An requiratur sententia. Adde quidã homicida, an sit ipso facto priuatus titulo sui beneficij ante sentẽtiã. vide per Inno. in c. cũ nostris. de cõcess. preben. idem Inno. in c. qualiter & quando. el. 2. de acc. Rota in tit. vt lite pen. incip. Titius in nouis, Arch. in c. studeat. l. di. Pe. de Anch. in repe. regulæ peccati. de regu. iu. lib. 6. Bal. in c. veritatis. de dolo & contu. Car. in Clem. cõstitutionẽ. in §. cæterũ in fi. de elec. Io. de Ana. in c. inquisitionis. de accu. Abb. in c. querelã. de iureiuran. Bal. in l. cùm fratrem. C. de his qui, vt indi. Lud. Ro. in l. his, cui bonis. ff. de verb. oblig. Cal. cons. 20. sub ti. de præbẽ. idem Cal. cõs. 4. sub tit. de accus. Fallit in homicidio qualificato, quia tunc est ipso facto priuatus per tex. in c. 1. ad fin. de homic. lib. 6. in ver. ipso facto.

nam, an priuetur feudo? dic, quòd non secundum Andr. de Iser. & Bald. quia non tam turpe est colloquium, quàm tactus & maximè in pœnalibus, de quibus loquimur, & ideò non trahendum. l. interpretatione. ff. de pœnis. Oportet enim fieri aliquid in personam mulieris, vt perdatur feudum, videlicet, concubitus, vel turpis lusio cum tactu inhonesto, vt hîc. Idem dicit And. de Iser. de osculo & amplexu, quia non est minor ratio prohibitionis. l. cui. ff. de seruis ex por. facit, quod no. in l. 1. ff. de extraor. cri. Sed tamen benè fatentur, q̧ ex hac turpi locutione iniuriarum. & de hac quæstione dic latius, vt dixi infr. quæ fuit prima causa ben. amitt. in §. sed & qui delator. in finali oppositione. Quæro quid si Vasallus opem tulit alteri cucurbitanti vxorem domini sui, an puniatur eadē pœna? dic quod sic secundum Bald. & probat per l. & si amici. ff. de adul. & ff. de ver. si l. sæpe. Sed tu adducas not. per glo. in d. §. sed qui delator. & ibi latè dixi in quæst. penultima, vbi etiam declaraui casus, quando Vasallus esset leno in vxorem domini.

10 †Quæro quid si Vasallus ignoranter adulterauit vxorem domini sui, vt quia fortè reperit ipsam in lecto suo, credens ipsam esse vxorem suam, an priuabitur? dic quòd non, vt no. glo. in c. 1. infr. hic potest esse titulus, quib. mod. feud. amit. quod intelligas, nisi sua ignorãtia esset supina & crassa, & per ea, quæ not. infr. in §. 2. & de hac

11 quæst. dicam latius in d. c. 1. †Quæro qd si Vasallus cognouit concubinam domini, an sit idem quod in vxore? & dic quòd sic secundum Iac. Ardiz. & Bald. si concubinatus est licitus de iure ciuili, vt quia vterque est solutus. l. 1. C. de concubinis. & l. in concubinatu in fin. ff. e. & probatur in l. itē legato. in §. parui. ff. de leg. 3. Item quia perturbatio sanguinis timetur cùm filij sint succesibiles. l. si qua illustris. C. ad orfi. Non tamen intelligas, quod ad feuda sint succesibiles, vt in c. naturales. infr. si

12 de feud. fue. contro. †Quæro quid si Vasallus cognouit sponsam domini, quæ nōdū erat transducta, an amittat feudū? dic quòd sic secundum Iac. Ardiz. ar. insti. de nup. in §. si vxor. facit l. si qua. in §. 1. ff. de ri. nup. & extra de sponsa. c. 1. lib. 6. & in l. in legibus. ff. de testi. Idem dicit ipse de matre domini, nisi transiuisset ad secunda vota ar. in Autenti. de consulibus. in §. fin

13 autem. & C. de priui. scho. l. fin. †Quæro quid si Vasallus cognouit pedissequā domini, an priuetur feudo? videretur dicendum quod sic, quia debet facere ea, quæ sunt ad honestatem domini, si vult dignus feudo videri, vt infrà de forma fide. in c. 1. & nihil debet facere inhonesti in domo domini, vt no. glo. 22. quæst. 5. c. de forma. Sed in contrariū determinat And. de Iser. dicens, quòd ex tali inhonestate benè incidit Vasallus in periurium: sed tamē non perdit feudum, nisi ista inhonestas commissa sit in personas prohibitas, & in quibus eadem vel maior est ratio, vt infr. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. sed quia. In pedissequa autem non est par ratio, & ideò non ex omni causa, ex qua Vasallus incidit periurium, venit feu. priuandus, vt in d. tit. in §. illud enim. Ista enim causa non esset efficiens ad exhæredationē filij, nec ad reuocandam donationem, meritò non debet esse sufficiens ad feudi priuationem, cùm ista à pari procedant, & ponantur pro regula in ista materia, vt pro-

14 batur in d. ti. in §. prædictis modis. †Quæro quid si Vasallus committat incestum, an perdat feudū? dicit Bal. quod sic, vt in Auten. de incestis nup. in prin. Et licet Papa postea dispēset, quò ad matrimonium, non tamen recuperat feudum, quod iam vel aliquando est apertum, vel rediuit ad dominum. arg. in c. quamuis. de rescrip. lib. 6. & quod not. de lib. & posthum. in l. gallus. §. & quid si tantùm. & hæc sunt verba Baldi in l. 1. ff. de rerum diui. in quæstione 51. vbi etiam dicit, quòd isto casu feud. esset amissum ipso iure. Vltimò de materia præsenti vide in d. c. 1. inf. hic potest esse titul. quibus modis feudum amit. & inf. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. rursus. & quod ibi dixi. & in remissionibus ibidem adductis. & infr. de forma fide. in c. 1. & infr. qui testes sint neces. ad proban. feud. ingra. & plenè per Iaco. Ardiz. in summa. in ti. quibus mod. feudum amit. sub rubricella, si dum adulterauit cum sex rubricellis seu §. sequentibus, vbi omnia prædicta declarauit cum dependentibus, quæ ad hanc materiam trahi possunt, vbi videas, si plenè instrui cupis.

SVMMARIA.

1 *Vasallus si dominum insultauerit, feudo priuabitur.*
2 *Insultus de per se punibilis esse, quomodo intelligatur.*
3 *Vasallus insultum faciens in castrum, in quo ignorabat dominum esse, an feudo priuetur?*
4 *Promittens non offendere Titium, fratrē Titij interficiendo, an incidat in pœnam?*

SIMI-

1 SIMILITER SI DOMINVM. †Vasallus insultum faciens in personam domini, vel in loco, in quo est, amittit feudum. Idem dicendum si Vasallus interficiat fratrem proprium ipsius Vasalli, vel etiam nepotem ex fratre. hoc dicit. In textu ibi, similiter, subaudi, amittere feudum ipse Vasallus, nam adducit alias causas feudi amittendi. Ibi, assalierit, quasi in alium salierit, id est, assaltum fecerit, & subaudi in personam, vt differat à sequēti, & loquitur iuxta vulgare, cùm assaltus propriè sit in alium saltus, vt inf. quę fuit prima causa bene. amit. in §. præterea. & ibi dixi & l. 1. §. cùm arietes. ff. si quadru. pau. fecis. di. Ibi, castrum, subaudias, vel alium locum, vt inf. quę fuit prima causa bene. amit. in §. porrò. Quid autem sit castrum, & quis possit illud construere, & in quo loco, & de similibus quæstionibus pertinentibus ad materiam castri, vide no. per gloss. in l. 2. C. de fundis limito. lib. 11. per Bar. in l. 1. §. sin autem. ff. de oper. no. nun. & ff. de oper. publi. in l. opus. per Bal. in l. 1. §. in initio. ff. de offic. præ. vigi. & in l. fin. C. de sacrosan. Eccles. per Canonistas in c. cùm ad sedem. extra de restitu. spolia. & extra de offic. Archi. in capi. cùm ab Ecclesiarum. Ibi, sciens, subauditur maximè, vt statim dicam in glossa. Ibi, esse, aliqui habent intus esse, & melius secundum glossam, sed tamen dic, quòd quælibet litera est bona, quia idem est sensus. Ibi, item, subaudi, amittere debet feudum ipse Vasallus. Ibi, suum, id est, ipsius Vasalli, vel dic, quòd referatur etiā ad fratrem ipsius domini, dum tamen isto casu intelligatur, quod proditoriè ipsum interfecit, vt infrà, an ille, qui interfecit fratrem domini. in c. 1. & statim dicam in gloss. Ibi, id est, filium fratris, signa istum text. quòd filius fratris mei vocatur nepos meus, vt infrà dicam.

2 †Nota, quod insultus de per se est punibilis. Quod intelligas verum ex eo, quia non est præambulum, neque pars alterius delicti. Secùs autem si esset pars alterius delicti, & præambulum ad illud delictum, vt quia præcedente insultu quis alium occidat, quia tunc insultus confunderetur cum homicidio, neque per se puniretur, vt l. qui de crimine. C. de accusationibus. & in l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. De qua materia plenè per Bald. in l. aduersus. C. de fur. & in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pe. Et potest fieri insultus tam pedes quàm eques, & tā in solo quàm in aqua, vt in d. §. arietes cōiuncta. l. quemadmodum. §. si nauis alteram. ff. ad l. Aquil. Et intelligitur fieri in personā, quando se contingere possunt. Secùs autem si se inuicem contingere non possunt personaliter, quia tunc intelligitur fieri ad locum, vt probatur ex isto text. Quo casu si in tantum se appropinquauerit, quòd proijcere posit iacula, & expugnare intelligitur factus insultus ad locum secundum Bald. facit. l. quidam iberus. ff. de serui. vr. prædi. & l. fi. ff. fi. regun. Not. ex isto text. magis expressum, quàm alibi, quòd filius fratris dicitur nepos, ex quo dicit Iaco. de Belui. quod aduocati Bononienses allegant istum text. quòd si res sit concessa alicui in emphiteosim sibi & nepotibus suis, quod intelligatur etiam de filijs fratrum. Et idem dicunt, si priuilegium aliquid esset concessum alicui eadem forma. & ad hoc allegat. ff. de inoffic. testa. l. instituta. §. 2. ff. de in rem verso. l. nihil interest. Sed tu aduerte, quia illæ leges non probant hoc, quoniam loquuntur de nepote, quo ad auum secundum prædictum Iacobum de Belui. & Nicol. de Neapo. quare Bald. in prædicta quæstione distinguit, quòd aut ipse, cui concessum fuit tale ius feud. priuilegium habet nepotes ex filijs, & intelligitur tantùm de ipsis, & non de transuersalibus. l. tale pactum. §. fin. de pac. Aut non habet ex filijs, & tunc intelligatur etiam de nepotibus ex fratre per istum textum. arg. ad ff. Treb. l. hæredibus. §. fin. & hoc modo possent intelligi quædam glossellæ, quæ videntur sensisse, quòd filius fratris appelletur nepos. ff. de dona. causa mortis. l. auunculo. & de leg. 3. l. cùm quis. §. codicillus. facit insti. de grad. cogna. in §. quarto gradu. De qua materia per Bald. in l. si auum. C. de succe. edic. & per Canonistas in c. tua nos. extra de consangui. & affin. facit ad prædicta c. 2. infrà de feud. marc. in vltimo notabili, & vide circa prædictam Bal. in l. 2. C. de succ. edic. vbi latè istum articulum prosequutus est.

3 †Quæro cum Glossa prima, quid si Vasallus assaliens castrum ignorabat dominum ibi esse, an tunc amittere debeat feudum? Et respondet ponendo duas opi. Prima est, quòd Vasallus ignorans non debeat amittere feud. per istū text. nisi sua ignorantia fuisset crassa & supina, qa tunc amitteret, nec excusaretur. l. nec supina. ff. de iuris & fa. igno. Secunda opin. est, q,

talis

talis Vasallus insultans indistinctè teneatur, siue fuerit sciens seu ignorans eo, quia taliter delinquendo venit contra sacramentum fidelitatis, cum hoc tendat in damnum domini: vt infrà de for. fin. in c. 1. Et hanc opinionem secundam sequitur glos. dicens: esse subaudiendum maximè ad istũ tex. dum dicit sciens, &c. quoniam posuit ad ostendendam maiorem culpam, vt probatur infrà in d. §. porrò. vbi indistinctè loquitur. Nec ob. regula posita infrà quæ fuit prima causa be. ami. in §. illud. vbi Vasallus nõ debet ex quolibet periurio amittere feu. quia intelligitur de periurio adhibito circa alienationem feudi, quo casu nõ amittit feu. in parte nõ alienata: vt inf. de Vasal. qui contra consti. Lotha. feu. alie. in c. 1. hîc verò loquimur de periurio adhibito circa delictum cõmissum aduersus dominum, & quæ sit ratio diuersitatis, no. in d. c. 1. in fin. Similiter non ob. tex. infrà hic po. esse ti. quib. mo. feu. alie. licet ista glo. secundum aliquos libros allegauerit infr. quæ fuit prima causa be. ami. vbi dicitur requiri scientiam Vasalli assalientis, quia ibi loquitur quando Vasallus ignorabat illum esse dominum, quem assaliebat, quo casu benè distinguitur, an talis ignorantia esset crassa & supina, an non &c. Nam fateor quod in casu nostro eodem modo esset dicendum: si iste Vasallus, ignorasset istud castrum fuisse domini: vt tunc non amitteret, nisi fuisset in crassa & supina ignorantia. Verùm hîc præsupponitur, quod sciebat istud castrum esse domini: quo casu hoc solum sufficit, quod insultet, nec vltra aliud exigitur ad priuationem feudi. Ex quibus concludo vnà cum gl. quod iste tex. intelligitur, siue ignorauerit dominũ fuisse in castro. Item siue dominus fuerit in dicto castro siue non: quoniam sufficit quod insultauerit castrum, seu locum domini in eius perniciem: Et nũc habes istam glos. satis clarè expeditam vltra Doct. vsq; ad ver. sic ergò &c. quem versiculum hîc aliter non declaro, quia cadit suprà in §. præcedenti, & ibi declaraui. Nam hæc glo. ideò istud Brocardum hîc inseruit, quia legebat simul istum §. cum §. præcedenti cùm se continuent. Sed ego eos separaui, vt materia melius intelligatur iuxta theoricam traditam insti. de lega. §. sed ne in primis. item quia similiter legitur separatim per Doctores. Quæro cum gloss. fi. de intellectu literæ hic in fi. dum dixit: quod si Vasallus occidat fratrem suũ, quod amittit feudum, &c. de quo fratre intelligatur: an de fratre ipsius Vasalli, an de fratre domini? Et respondet gl. quod potest intelligi de vtroq;, diuerso tamen respectu: & sic ista dictio suum, posita hîc in text. potest referri ad vtrumq;. Nam si occidit fratrem domini, non amittit feudum, nisi proditoriè ipsum occidat: quoniam si proditoriè occidat, tunc benè amitteret non ex eo, quod occidit fratrem domini: sed ex eo, quod cõmisit prodimentum, quia propter tale delictum & infamiam prodimenti non potest amplius comparere in curia domini: vnde eodem modo statueretur, si tale impedimentum perpetrasset in personam cuiuslibet alterius extranei, & hoc respectu potest intelligi ista litera, quod iste Vasallus occiderit fratrem domini proditoriè, quo casu, amittere debet feudum vt hîc, & feudum debet reuerti ad dominũ: vt infrà an ille qui interfecit fratrem domini in capitulo primo. Potest secundo modo intelligi ista litera, vt loquatur de Vasallo, qui occidit fratrem proprium: & tunc ista dictio suum, debet referri ad fratrem ipsius Vasalli, quo casu debet ipse Vasallus amittere feudum, siue occidat fratrem suum proditoriè, siue ea intentione, vt haberet totam suam hæreditatẽ: & isto casu tale feud. non reuertitur ad dominũ, sed transit ad alios agnatos: quoniam istud tale delictum non respicit personam domini: vt probatur in d. c. 1. & hoc voluit tota ista gloss. vsq; ad fin. quæ benè loquitur. Et rationem diuersitatis assigna, vt dixi in d. c. 1. in prima oppositione. An autem & quando propter delictum commissum in personam domini Vasallus priuetur feud. & ad quem reuertatur siue ad dominum, siue ad agnatos, & tam in feu. nouo, quàm antiquo? dic vt dixi infrà, quæ fuit prima causa be. amit. in §. fin. in prima & secunda conclusione. & in 1. no. & in pluribus alijs conclusionibus ibi adductis.

4 † Quæro ab extra, a vtrum ille qui promisit non offendere Titium, sub pœna interficiendo fratrem Titij incidit in pœnam, dic quod non secundum Doct. quia illa dicitur propriè offensa, ex qua alicui competit actio iniuriarũ proprio nomine, vt tenet notabiliter Bar. in l. ita stipulatus. in §. Grisogonus. in fi. ff. de verb. ob. Bal. hîc. Quare autem sit offensa, & quando dicatur esse facta in personam, dic per eundem Bart. in l. licitatio. ff. de Publicanis. Vltimò ad materiam primæ partis de Vasallo insultante in per-

a *Vtrum ille qui promisit. Adde Bar. in l. 1. in §. cùm arietes. ff. si qua pau. fecisse di. Bar. in l. cùm pater. in §. libertis. ff. de le. 2. Inno. in c. ad Apostolicæ. de re. iur. li. 6. Ant. de Bu. & Io. de Imo. infrà de renun. Pe. de Anc. in c. sciant cuncti. de ele. lib. 6. Lud. Ro. Cõs. 182. inci. in casu proposito dicendum est.*

in personam domini vel bona sua. vide plura, quæ dixi in d. §. porrò. infr. quæ fuit prima causa benef. amit. & in copiosis remissionibus ibi adductis. De materia verò secundæ partis, videlicet de Vasallo occidente fratrem, vide plures oppositiones & quæstiones formatas in d. tit. infr. an ille, qui interfecit fratrem domini, & in remissionibus copiosis, quas ibidem in vtroque iure adduxi. & in tit. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. fin.

SVMMARIA.

1 *Vasallus olim maiorem autoritatem in feudo quàm nunc habebat.*
2 *Feudum nostris temporibus in nulla parte pignorari potest.*
3 *Feudum illicitè alienatum, an reuertatur ad dominum.*
4 *Vasallus quot modis in dominum peccet.*

AVT SI LIBELLARIO. Hucusque declarauit autor de modis & causis, ex quibus Vasalli propter ingratitudinem delicti amittunt feuda. Nunc verò declarare intendit de modis & causis, ex quibus amittunt feuda propter ingratitudinem contractus. Duplex est namq; species ingratitudinis, scilicet, delicti & contractus, vt infr. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. fi. & ibi dixi in primo notabili. Et in summa hoc vult, Vasallus olim poterat feud. suum vsque ad medietatem alteri allibellare, vel pignori obligare, vltra verò medietatem non, & si contrarium faciebat, amittebat feud. & reuertebatur ad dominum. hoc dicit. Præ-
a mitte pro euidentia, & primò [a] quid sit libellus, vt dixi suprà in præambulis libri in 7. quæstione. §. notandum. Item quod circa feudi alienationem habemus tria iura diuersa. Nam de iure primæuo poterat Vasallus etiam totum suum feudum alienare sine voluntate domini, vt infr. quid iuris, si post alie. feud. Vasallus illud recuperet in c. 1. postea superuenit secundum ius, quo Vasallus poterat dictum feu. alienare, seu obligare vsque ad medietatem tantùm, vt inf. de alie. feud. c. 1. in princip. & in hoc textu. Postea superuenit ius nouissimum, quo Vasallus nullam partem feudi hodie potest alienare, vel aliter obligare, vt infrà de prohi. feu. alie. per Fre. & probantur prædicta inf. qualiter olim feu. poterat alienari in c. 1. in §. 1. & dixi infr. apud quem vel quos in c. 2. in fi. & inf. eod. §. fin. vel dic, vt latius dixi infr. de alie. feu. in primo notab. In textu ibi, libellario nomine, libellus propriè est ille contractus, qui fit à Vasallo transferente ius suum feudale in alterum tanquam per contractum emphiteoticum. Hodie autem nulla fit in modo & vsu loquẽdi differentia inter hos contractus, prout in dictis præambulis declaraui. Ibi, in feudum dic, id est, in libellum seu emphiteosim. Nam impropriè loquitur de feudo, cùm suprà dixerit libellario nomine. Item, quia etiam de isto iure antiquo potuisset Vasallus infeudare ius suum, etiam totum nedum partem, vt inf. qualiter olim poterat feu. alienare in prin. Ibi, pro pignore, nam olim poterat pignorari vsque ad medietatem, vt not. infrà de alie. feud. in princip. Hodie verò in nihilum, vt infrà de prohib. feud. alien. per Frederi. in l. 1. post princi. Ibi, transactum permittat, id est, vt dimittat apud creditorem suum, vt sua sit nomine transactionis, & talis contractus est prohibitus in pignore secundum Iacob. de Belui. vt infrà de feu. da. in vicem legis commis. c. 1. vel exponas secundum Bald. quod præmittere, vt transactum est, est dicere quod debito non soluto ad contractum terminum res sit penes creditorem, vt in l. 1. C. de pac. con. vel secundum Andr. de Iser. dic quod est dicere, id est, sine actu legitimo, vt quia Vasallus sua negligentia, & incuria non curat diligenter & legitimè qualiter vadat feu. &c. Sed priores expositiones plus mihi placent, cùm Vasallus habens ius in re non reperiatur, quod debeat priuari ex tali negligentia, sed teneri ad rectè vtendum. argum. in l. item si fundi. in princ. & l. si vsufru. §. de præteritis. & §. sequen. ff. de vsufruc. Vtrum autem si Vasal. in totum deducat feudum ad nullitatem, & seruitutem sit feudo priuandus. habetur in dicto c. ad Apostolice. de re iudi. Ibi, vel dolo, hoc est, si per fraudem vel dolum adhibeat cautelam alienandi dictum pignus, vt infrà quali. olim po. feud. alie. in §. donare. & infrà de prohib. feud. alie. per Fre. in §. calidis. Ibi, omnibus casibus, scilicet, numeratis in isto §. Ibi, reuertitur, subaudi, si feudum est nouum, secùs si est antiquum, quia tunc reuerteretur ad agnatos si extarent. Si verò non extarent, tunc benè reuerteretur ad dominum, vt dixi infr. quæ fuit prima causa benefic. amitt. in §. fin. in conclusionibus. & infrà de Vasal. qui contra consti. Lotha. feud.
1 alie. in c. 1. † No. quòd olim Vasalli maiorem habebant autoritatem & libertatẽ in

[a] Quid sit Vasallus. Adde glo. in verbo Libellus, in Autẽ. de exhib. re. in §. sancimus. Hostien. in summa. tit. de lib. obla. in §. 1. do. in ru. eod. tit. Spec. tit. de libel. concep. §. 1.

iure suo feudali, quàm hodie, cùm olim possent vsque ad medietatem feudi sui sine dominorum voluntate alienare, & obligare ex quocunque contractu, quin imò etiam in totum, secundum cōsuetudinem Mediolanensium, vt infrà de alien. feud. secundo responso, & in glossella fina. hîc posita, quæ hoc sensit. Sed hodie nullam partem, vt in d. l. 1. infrà de prohi. feu. alie. per Lotha. Et quæ fuit ratio motiua ius noui traditur ibi per text. & ibi dixi, vnde si Vasallus hodie alienaret totū feudum, debet perdere totum, si partem, debet perdere solùm partem alienatam, vt infrà de Vasall. qui consti. Lotha. feud. alie. in c. 1. & in gloss. 1. hîc posita, quæ per hoc est expedita, de quo per Canonistas in c. 2. extra de feud. Aduerte tamen, vt non extendas prędicta ad infeudationem, quia etiam hodie Vasallus posset suum feudum alteri infeudare, nec hoc est prohibitum, vt not. infr. de capi. cora. in §. præterea. & ibi di-
2 xi. † Not. quòd etiam olim erat interdicta totius feudi pignoratio, sed hodie in nulla parte etiam minima potest feudum pignorari sine permissu domini, & si fiat, priuabitur Vasallus, vt in d. l. 1. post prin. de prohi. feu. alie. per Fed.

Quod intelligas verum, quando per ipsam pignorationem transfertur in creditorē, corporalis possessio ipsius rei feudalis. Secùs autem si fieret simpliciter pignoratio seu hypothecatio, absque traditione possessionis, quia tunc non intelligitur ventum contra prohibitionem, vt videatur alienasse, vt dixi in §. præterea, suprà allegato. in prima quæst. & in d. l. 1. de prohib. feud. alie. per Fed. an secundo not. Et est ratio secundum Bald. quia hîc non consideramus effectum iuris, sed animi destinationem. arg. eorum, quæ notantur per Dyn. & Doct. in l. alienatum. ff. de verb. signif. Secùs autem in his, quibus solùm iuris effectus cōsideratur, vt l. ea quidem. C. si mancip. ita fue. alie. & ff. de ver. oblig. l. qui Romæ. §. Flauius. Et ex prædictis infert. Bald. quod si per testamentum vel statutū prohibeatur alienatio sub pœna, quod nunquam per verbalem pignorationē & simplicem hypothecationem, committatur pœna, quod est multum notandum. Facit ratio, quia promittere non est alienare. ff. de dona. l. ad eum. in §. Lucius. ff. de fur. l. si his. Facit quod dixi infr. per quos fin. inuesti. in princi. super gloss. fin. in princip. & quod traditur in l. quædam. ff. de acquiren. hæredib. & in Au-tentic. de non alien. in §. alienationis.

3 † Oppo. ab extra contra ea, quæ hîc dicuntur in eo, quod per alienationem illicitè factam, reuertatur feudum ad dominum. Sed contrà infr. de success. feud. in §. hoc quoque. vbi patet, quod reuertitur ad agnatos.

4 † Solu. distinguendæ sunt culpæ, quoniam Vasallus interdum peccat per ingratitudinem delicti. Interdum per ingratitudinem contractus. Primo casu habetur duplex consideratio, quia quandoq; peccat per delictum in personam domini, & tunc feudum reuertitur ad dominum exclusis omnibus descendentibus & agnatis Vasalli, siue feudum sit nouum, siue antiquum, vt infr. quæ fuit prima causa benef. amitt. in §. fi. & tenet glo. infr. de pac. iur. fir. in §. fin. in vlt. gloss. in fin. & Iaco. de Bel. Nicol. de Neap. & Bald. hic, nisi dominus studiosè hoc egisset, vt priuaret agnatos, quia tunc nō reuerteretur ad dominum. arg. ff. de eo, per quem fact. erit in l. fi. & in c. fi. extra de renun. lib. 6. & tenet Bal. hic. Quandoq; Vasallus delinquit extra personam domini, & tunc si feudum est nouū, reuertitur ad dominum, exclusis omnibus descendentibus & agnatis, vt ꝓbatur inf. si Vasal. feu. priue. cui defer. de. benef. in c. 1. & in glo. & infr. an ille, qui interfecit fra. do. c. 1. Si verò feud. est antiquum, tūc transit ad agnatos proximiores, excluso domino, & omnibus descendentibus Vasalli, vt probatur in d. c. 1. infr. an ille, qui interfecit fra. do. & infr. de suc. feud. & glos. supr. qui feud. da. po. in §. fin autem. Secundo casu principali, quando Vasal. peccat per ingratitudinē cōtractus, vt q̄a alienat vel alio modo illicitè trāsfert feud. in aliū sine voluntate domini, & tūc si feudum est nouū, reuertitur ad dominū, vt inf. de Vasal. qui contra cōsti. Loth. feu. alie. in c. 1. & no. gl. inf. de succes. feu. in §. hoc quoq;. Si verò feu. est antiquū, & tunc transit ad agnatos, si hz. Si verò non habet agnatos, tunc reuertitur ad dominū, vt ꝓbatur inf. de succ. feu. in d. §. hoc quoq;. & ibi gl. hoc firmat. Ad filios autem nunquā transit tale feudū alienatū, si habet aliquid de hæreditate patris, aliàs aūt benè trāsiret ad filios, excluso domino & cæteris agnatis, vt infrà in titu. an agnatus vel filius repu. hæredi. in c. 1. & infrà si de feu. fue. contro. in c. Titius. & gloss. 3. infr. de success. feud. in §. hoc quoque. & Barto. in l. eum, qui ff. de interdic. & relega. Vtrum autem ex necessitate aliqua possit Vasallus vendere

vendere feudum sine periculo amisionis.
And.de Iser.& Bald.tenent hîc,quod non,
sed de hoc dic,vt dixi infrà quali. olim feu.
po. alie. in princip. Sed an per sententiam
contra Vasallum latam,posit ab eo Vasal-
lo auferri feudum insolutum? dixi infr. si
de feud.fue. controuer.in c.si Vasallus. de
suo. Vtrum autem posit vendere Vasal-
lus commoditatem vsusfructus feudi ad
tẽpus? dic,quòd si per no.in l.1.C.si pignus
pigno.da.sit. & tenet Bald.hîc. Vltimò ad
hanc materiã vide, & adducas plures alias
conclusiones, quas vltra omnes Scriben-
tes formaui, & alibi sparsas reduxi inf.quæ
fuit prima causa bene. amit.in d.§.fi. & in
remisionibus ibi copiosè adductis. De
materia verò contractus libellarij habetur
infr. qualiter olim feud. po. alie. in §. do-
nare.& in §.seq.& quod ibi scripsi & in re-
misionibus ibi adductis. & infrà de alie.
feud. in princip. & dixi in præambulis li-
bri. De materia verò pignorationis feudi,
an in tali contractu teneat pactum legis
commissoriæ? dic, vt infrà de feud. da. in
vicem legis commiss.in c.1. & fin. De ma-
teria verò huius §. & intellectu ipsius ple-
nè ponitur per Iac. Ardiz. in summa in tit.
quibus mo.feu.amit.sub rubricella pigno.
ob. prohibita est.& quod no.glo.2. infr.de
alie. feu. & inf.de prohib.feu. alie. per Fe.
in glo.1. & vide ad prædicta in Spec. de lo-
ca. §. nunc aliqua. versic. 125. cum seq. &
sequenti.

SVMMARIA.

1 *Iure datoris resoluto, quomodo intelligatur ius acceptoris resolui.& num.seq.*
2 *Vasallus quando posit feudum refutare in præiudicium alterius?*
6 *Vasallus Vasalli an posit retinere feudum & priori domino famulari?*

RVRSVS FIDELIS. Feu-
dum translatũ in alium per
Vasallum, si postea aperiatur
domino per mortem, aut re-
futationẽ Vasalli poterit per
ipsum dominũ reuocari ab acceptore,nul-
la obstante exceptione. h. dicit. Præmitte
pro euidentia id, q̃d præmissum est sup. in
§. præcedenti. In text.ibi, fidelis,id est,Va-
sallus,vt dixi sup.eod.in §.1.Ibi,medietate,
subaudi,idem si medietatẽ, vt infr. de alie.
feud. in c.1.in princip. Ibi,libellario,id est,
iure emphiteotico, secundum Iac. de Bel.
quod idem est in effectu,vt dixi in §.præce-
denti. Ibi, dederit, quod quidem licebat
olim secundum ista iura, vt suprà dixi.Ibi,
sine hærede, id est, sine filio masculo, vt
infrà de feud. in §. & si clientulus. Ibi, re-
dierit, quod fieri debet, quãdo feudum est
a nouum, a secùs autem si esset antiquum,
quia tunc reuertitur ad agnatos,vt dixi su-
prà in §. præcedenti. super text. in fin. Ibi,
ad libellum dederit, subaudi, vt est dictum
suprà. Et aduerte secundum glo. quoniam
quidam habent in text.ad libellarium,&c.
sed de hoc nõ est vis, quia idem importat.
Ibi,obligauerit, quod olim licebat secun-
dum ista iura,vt suprà dixi.Ibi,refutauerit,
subaudi,ipse Vasallus. Quando autem &
quomodo posit Vasallus refutare feudũ,
no. per gl.inf. de capi. qui cur.ven. in c.fi.
Ibi,ab eo.s.Vasallo.Ibi,dominum,subaudi,
reuocãtẽ. Ibi, tueri poterit,q̃a dominus ab
ipso acceptore reuocabit nulla obstãte ex-
1 ceptione. †Not.ex hoc textu,quòd resolu-
to iure datoris intelligitur resolutum ius
acceptoris,vt hîc. & in §.fin.sup.tit.proxi.
& in glo.hîc posita. in prin. Quod intel-
ligas verum in casu nostro, secundum ista
iura antiqua, secundum quæ tenebat alli-
bellatio vel pignoratio,vsque ad medieta-
tem. hodie autem, quia hoc nõ liceret nec
teneret, non intelligeretur talis contra-
ctus resolui, sed potius censeretur nullus,
tanquam ad primum contra iura, vt latè
2 dixi in d. §. fina. in 1. notabili. †No.quod
Vasallus potest refutare feudum,in præiu-
dicium iuris iam alteri quæsiti, quod vide-
tur esse contra debitum rationis. arg. in l.
si partem. in fin. ff. quemadmodum serui.
amitt. Sed hoc ideò est, quia ista facultas
inerat à princip. ex natura ipsius feudi. vt
infrà de Vasallo, qui contra consti. Loth.
feu. alie. in c.1. vnde hoc scire debuit ille,
qui cum Vasall. contraxit. & ideò sibi im-
putet, vt est textus notabilis in l. qui cum
alio in princip. ff. de regu. iur. secundum
3 Bald. †Quæro cum gloss.in versi.sed quã-
re, &c. quid si mortuo primo Vasallo da-
tore, relictis quibusdam hæredibus in suis
bonis patrimonialibus, & feudum sit re-
uersum ad dominum, an iste secundus ac-
ceptor, poterit agere de euictione contra
dictos hæredes? Et respondet gloss. distin-
guendo: Aut iste secundus acceptor scie-
bat, datorem suum habere in feudum ab
alio. & tunc non posit agere, quia scire
debebat,quòd eo mortuo, feudum reuer-
tebatur ad dominum. Et hoc est verum,
nisi specialiter fuisset sibi promissum de e-
uictione. Si verò ignorabat, eum habere
in feudum ab alio, & tunc posit agere,

a *Quando feudũ est nouũ: Adde quod dicatur feudũ nouum, vide glo.in c. Acacius 24. q. 1. Doct. in c. ex parte. de feu. & an in feudo nouo habet locum ius accrescendi, vide per Paulum de Castr. consi.158. incip. viso & examinato puncto.*

prout distinguitur infrà de inuesti. de re aliena facta. in prin. & hoc voluit ista glo. vsque ad vers. sed nunquid. Quam gloss. intelligas procedere, & esse verã formando quæstionẽ, vt suprà formaui habendo respectum ad text. nostrũ de Vasallo alienante alteri. Et ita intelligit And. de Iser. Et est ratio, quia iste secundus acceptor sciens, scire debuit, quòd feudum semper erat reuersurũ ad dominum ex eo, quod Vasallus non potuit transferre ius suum in alium, per talem contractum, vt not. infr. de prohib. feud. alie. per Fe. in prin. in glo. 2. in fine. Et ideò recipienda est supra dicta distinctio, quæ probatur in l. si fundum sciens. C. de euic. cum ibi notatis. Sed si velimus intelligere gloss. in primo Vasallo infeudante ius suum alteri, prout videtur p̃supponere glo. & tunc, quia hoc licitum est tam de iure antiquo, quàm nouo, vt infr. qual. olim feu. po. alie. iu. §. 1. & de prohi. feu. alie. per Fe. in §. illud. posset iste secundus Vasallus agere de euictione contra dictos hęredes, etiã si fuisset sciens, quod ipse primus Vasallus recognoscebat dictum feudum ab alio domino, quod admittit Iacob. de Belui. & Bal. tunc esset verum, quando feudum fuisset reuersum ad dominum per culpam primi Vasalli. ar. ff. solu. matri. l. pen. in princi. & ff. loca. l. si merces. in §. conducto. Secùs autem si naturaliter, & sine culpa, quia tunc benè esset fienda dicta distinctio. iuxta no. in d. l. si familiæ. C. fa. hære. Facit quod no. glo. infr. de lege Cor. c. 2. §. similiter. Et est ratio differentiæ secundum ipsum Bald. quia casus, qui naturaliter eueniunt, præuideri possunt regulariter. Alij verò non ff. de contrahen. empt. l. fistulas. §. frumenta. ff. de actio. empt. l. si ea. ff. loca. l. si quis domum. §. fin. & quod no. in l. diuortio. ff. de nego. gest. Facit ad prædicta quod dixi inf. de inuesti. de re alie. fac. in prin.

4 †Quæro subsequenter cum d. glo. quid si per culp. primi Vasalli datoris, resoluatur ius suum, an similiter resoluatur ius istius secundi acceptoris, & præsupposito, quod resoluatur, an primus Vasallus teneatur secundo acceptori? Et respondet gloss. ad vtramque quæstionem simul & semel, quod sic per dictam l. penultim. solu. matrim. cum si. allegatis in gloss. vsque in fin. Sed tu latius dicas circa primam quæstionem, vt dixi suprà titu. 1. §. fina. in primo notabili. De secunda verò quæstione, dic vt statim dicam in quæstione præcedenti. Vtrum autem secundus acceptor bonefidei, possit agere ad precium solum, vel ad interesse? dic, vt not. per gloss. infr. de prohiben. feud. alien. per Federi. in principio in gloss. super verbo bonefidei. & not. in dicta lege si fundum. C. de euictione.

5 †Oppo. ab extra, quòd imò ille, qui accepit ad libellum à primo Vasallo possit illud remittere, vt probatur infrà de feud. non hab. propriam naturam feud. in capitulo primo.

Solu. ibi ratio est, quia Vasallus primus fuit inuestitus de dicto feudo, cum ea conditione, vt possit alteri allibellare. Et ideò hoc est sibi permissum, ex natura & ex virtute conditionis adiectæ in inuestitura, quo casu, posset etiam ex quocunq; contractu alienare, vt ibi. Hîc autem loquitur in Vasallo, qui simpliciter fuit inuestitus, non adiecta tacita conditione. Facit. ff. de vsufruct. lega. l. si quis. & ita tenet Iacobus Ardiz. de quo dicetiam, vt habetur in capitulo feud. ea. lege infr. si de feu. fue. controuer.

6 †Quæro ab extra, an iste seruus acceptor ad libellum possit sibi consulere, retinendo dictam rem feudalem, & seruire priori domino tanquam Vasallo, non obstante refutatione facta per suum datorem, qui verè est Vasallus, & dicit Bald. quod sic per æquitatem. §. si verò. infrà quali. olim feud. po. alie. Sed ego non puto, aliquo modo istam determinationem procedere in quæstione proposita, videlicet, quando secundus acceptor tenet iure libelli. Et est ratio, quia hodie talis contractus est prohibitus ipsi Vasallo, vt not. gloss. secunda infrà de prohiben. feud. alien. per Feder. ergò incontinenti facta tali allibellatione, quæ censetur alienatio intelligitur esse dictum feudum apertum, vt infrà quid iuris sit, si post alien. feud. Vasal. illud recupe. in capitulo primo. & not. gloss. magna in fin. infrà de success. feud. §. hoc quoque. Et hoc etiam est de mente. Andr. de Iser.

Non obstat §. si verò. quia loquitur de contractu licito, videlicet, quando Vasallus ius alteri infeudat, quod etiam hodie licet, vt infrà dictum est, vnde non debet trahi ad illicita. l. quod non ratione. ff. de legi.

7 †Quæro an Vasallus iste feud. suum allibellare possit sine priuationis pœna agnato suo qui successor est in dicto feudo? dic quod sic secundum Iacob. Ardizo. per text. infrà de alie. feud. pa. capit. primo, & dixi

dixi infr. de alie. feud. & penul. Quæro an possit idem Vasal. allibellare dictum suum feudum etiam extraneo ad tempus, & non in perpetuum. Et dicit Iacob. Ardiz. quod sic, per text. infr. de alie. feud. §. & si clientulus à contrario sensu, nisi dictum feud. esset in curte vel in districtu domini, quia tunc nullo modo posset allibellare. vt inf. eod. §. penult. & §. fina. Vltimò ad materiam præsentem adducas ea, quę dicta sunt suprà in §. præcedenti. & inf. de alie. feud. in §. & si clientulus. & infrà de alie. feu. pa. in prin. & plenè per Iaco. Ardiz. in summa in tit. quibus modis feudum amit. sub rubricella, an emphiteotici vel libelli cõtractus prohibeantur.

SVMMARIA.

1 *Primogenitus, si inuestituræ secundi consenserit, quis præferatur.*
2 *Consentiens alij in sui ipsius præiudicium, sibi imputet. Et quomodo intelligatur procedere. Item, an intelligatur de consensu tam tacito, quàm expresso. numero 3. & 4.*
5 *Primogenitus præsens inuestituræ secundi de feudo, quod suum esse ignorabat, an dicatur consentire?*

PRAETEREA SI ILLE. Si ille, ad quem spectat feudũ, de iure consentiat, alium inuestiri, sibi præiudicat. hoc dicit. Et potest poni casus altero de duobus modis, secundum Iaco. de Bel. & Bald.
1 †Primò, quòd si prior agnatus consenserit inuestituræ secundi, quæritur quis præferatur? Et respondetur, quòd ipse secundus inuestitus, & probatur ista positio. sup. qui successo. tene. in c. 1. Secundò, sic Rex, Comes, vel Baro [a] habet duos filios, videlicet, primogenitum malę vitę & negligentem, & secundogenitum bonę vitæ, & diligentem, & magni valoris fecit de feudo inuestiri secundogenitum cõsentiente primogenito, postea moritur ipse, primogenitus vult feudum reuocare, & dicitur hîc, quòd non potest. Et ista quæstio fuit de facto in Alamania. vt dicit Iac. de Belui. & ista positio probatur 7. quæst. 1. capit. quàm periculosum. In textu ibi, obuenire debet, scilicet, per mortem Vasalli. Ibi, consenserit, scilicet, domino tacitè vel expressè secundum gloss. Sed tu dic melius, vt infr. dicam. Ibi, eos, scilicet, ad quos principaliter non spectabat feudum, imò etiamsi essent prorsus extranei secundum Iaco. de Belui. Ibi, inuestituræ, scilicet, puræ, quoniam aliàs posset hoc fieri sine consensu ipsius, vt infr. de cleri. qui inuesti. fa. c. 1. Ibi, rectum morem, de quo infr. de gradi. succes. in feud. in princip. & §. 1. Ibi, regressum, vt hîc, & infrà si de feud. fue. controuer. in c.
2 Titius. & infrà de alie. feu. pa. in c. 1. †Not. quòd qui alij consentit, sua iura perdit & aliena fortificat. l. cùm quidam. C. de admini. tu. ff. de inoffi. test. l. nihil. & l. fin. & in glo. hîc posita in fin.

Et istam regulam intelligas procedere, quando quis consentit in iure suo transferendo in alium, secùs si consensus non fiat ad hunc effectum l. inter officium. ff. de rei vẽdi. & extra de re iud. capitulo suborta. Facit quòd not. Innocen. extra de
3 fide instru. c. inter. circa finem. †Not. quòd si consentio inuestiri sequentem, præiudicio mihi, ita quòd nõ habeo regressum ad repetendum amplius illud, cui renunciaui, vt hîc & infr. si de feud. fue. controuer. c. filius. & l. generaliter. in fin. C. de non nu. pecu. Et est ratio, quia ad istum effectum fuit præstitus dictus cõsensus, & ideô in illo effectu parit præiudicium, vt l. fideiussor. §. pater. ff. de pignori. & ff. quibus mod. pign. vel hypo. sol. l. sicut. §. venditionibus. vbi est casus singularis, secũdum Bald. de illo, qui consentit, vt de re sua alter testetur, de quo per Doctores in l. cum quis. in princip. ff. de lega. 3. Non autem debet dictus consensus trahi ad alium effectum. Nam si dominus consentit Vasallo alienanti. Iste talis consensus traditur ad vtile dominium ipsius Vasalli, non autem extendit, debet circa directum dominium ipsius domini. quia ad istum effectum non fuit præstitus, vt dixit Innocent. in d. c. inter dilectos, extra de fide instrumentorum facit, quod nota. in l. si ignoranter. C. de
4 remissio. pigno. &c. †Quæro cum gloss. an iste textus intelligatur de cõsensu tam tacito, quàm expresso. Et respondet quod sic, nisi ipse consentiens, tacitè intelligeret ius suum vbique durare, quia tunc tacitus consensus, minimè præiudicat, vt ff. quibus modis pign. vel hypotheca. solui. l. sicut. §. non videtur. & hoc voluit ista glo. vsque ad vers. item istud, &c. quam gloss. simpliciter sequitur Iacob. de Belui. & communiter Doct. per notata in l. 1. in fine. infrà de prohib. feud. alie. per Lotha. Idem tenet Bal. dummodo iste tacitus cõsensus, probetur ex aliquo actu, puta per appositionẽ sigilli, vt C. de rebus alie. nõ alie. l. 2. vel per subscriptionẽ d. l. si fideiussor §. pater. ff. de pigno. & C. plus valere

[a] *Rex, Comes, vel Baro. Ad de Doc. in c. licet de voto. Dominicus. in c. grandi. de sup. neg. prala. lib. 6.*

 quod

quod agitur. l. fin. Sed tu subtilius considera secundum Andr. de Iser. circa istam materiam, quoniã aut loquimur de contractu, qui potest fieri super re mea, etiam me inuito, puta vendere, legare & diuidere. l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. & l. cùm alienam. C. de lega. cum simil. & tunc mea præsentia vel tacitus consensus, mihi non nocet. Aut loquimur de contractu, qui non posset fieri me inuito, sicut est in contractu pignoris, vt l. aliena res. ff. de pigno. ac. & C. si aliæ res pigno. da. sit. l quæ prædium. & l. fin. & tunc tacitus consensus, mihi nocere debet. Et de hoc loquuntur leges hîc allegatæ. & ita not. per gloss. in l. Gaius. ff. de pigno. actio. & in d. §. pater. Ex quibus ipse infert in proposito nostro, in hac materia feudali, quod quemadmodum quis potest vendere rem meam, etiam me inuito, ita possit quis inuestire alium de feudo meo, etiam inuito me, vt probatur infrà de inuesti. de re alie. fac. in capitulo primo in princip. Imò fortius hoc videtur dicendum, quoniam si ille, qui nullum habet ius in re mea, potest eam vendere, me inuito, quantò magis dominus feudi, qui habet ius directum in feudo, in eo potest alium inuestire, etiam me inuito, de eodem feudo. Vnde dicit ipse, quòd sicut in venditione rei meæ, non præiudicat mihi præsentia mea, vel tacitus consensus, vt suprà dictum est. Ita & eodem modo non præiudicabit mihi mea pſentia, vel tacitus consensus adhibitus in inuestitura feudi mei facta per dominum, in personam alterius per prædicta. Vnde aduerte, ne erres, vt hanc materiam plenissimè habeas, quia ea, quæ dicta sunt, procedunt in eo, qui fuit præsens, & non contraxit. Et quæritur, vtrum taciturnitas habeatur pro consensu, quia distinguitur: Aut contractus concernit vtilitatem tacentis, & tunc censebitur consentire. l. qui patitur. cum ibi not. ff. manda. & in regula qui tacet. & ibi per Dyn. de regulis iuris lib. 6. Aut ille actus concernit præiudicium suum, & tunc aut gerebatur nomine ipsius tacentis, & idem vt ibi. & per Innocent. in c. ex parte Decani. extra de rescript. & per Bartol. in l. fina. ff. quod cum eo. Aut gerebatur ille actus nomine gerentis, & tunc tene distinctionem supra dictam, quoniam aut tacens poterat contradicendo impedire actum, & tunc tacendo videtur consentire, aut non, & tunc secus, vt not. in l. qui vas. in §. vetare. ff. de fur. & l. inuitus. C. de procur. per Cy. & per Doctores. in l. 2. §. voluntatem. ff. solu. mat.

Fallit in duobus casibus, scilicet, fauore libertatis, & fisci, vt not. in l. 1. C. de remis. pig. Et in alio casu posito in l. sæpè. in §. 1. ff. de re iudi. Sed interdum adhibetur vltra pręsentiam & taciturnitatem aliquis actus, sicut sigillando vel subscribendo, & tũc est facienda alia distinctio, quia aut se subscribit, vt testis, vel vt autoritatem præstans, & tunc non videtur se subscribere animo consentiendi, vel faciendi sibi præiudicium. d. l. Gaius. ff. de pigno. act. & l. Titia. §. Lucius. ff. de leg. 2. Aut se subscripsit, non vt testis, & tunc videtur subscribere animo consentiendi, & ideò facit sibi præiudicium. l. sicut. §. non videtur. ff. quibus modis pign. vel hypo. sol. & l. Titius. §. fin. eod. titu. & no. per gloss. in d. §. pater.

Et intellige prædicta, quòd tunc facit sibi præiudicium, si sciebat contentã in scriptura, aliàs secùs. C. plus valere quod agitur. l. fin. facit ad prædicta. l. 2. C. de re. alie. non alie. & quod nota. C. loca. l. certi iuris. & quod statim subiungitur in ista gl. & in l. 4. ff. qui. ad libertatem procla. non licet. & in l. rem. C. si aliæ res pignori data sit. Et ista est vera conclusio in hac materia, quæ alibi per Doctores tractata est, licet non ita clarè & plenè. 5 †Quæro subsequenter, cum dicta gloss. in versic. item istud, &c. quid si primus agnatus fuit præsens, quando dominus inuestiebat secundum, & ignorabat illud esse suum feudum, an tunc videatur consentire? Et dic quod non, quoniam iste talis error non inducit consensum. l. si per errorem. cum si. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & probatur in c. Vasal. feud. infrà si de feud. fue. controuer. vnde ergò est necesse, quòd ipse sit præsens, & sciat quid agitur, & non contradicat. l. honores. ff. de decu. licet gloss. allegauerit. l. decuriones & malè. Et nunc habes totam ipsam glossam expeditam vsque ad finem. Cum qua concludo, quod aut volo expressè renunciare iuri meo, vt alter inuestiatur, & possum absque dubio cum voluntate domini, vt hîc, & inf. de eo. qui fi. fecit agna. in c. 1. & infr. de alie. feud. pa. Facit ratio, quia quilibet potest renunciari iuri suo. l. si quis in conscribendo. C. de pacto.

Quod intelligas, dummodo ista renunciatio nõ tendat in præiudicium alterius, vt no. gl. infr. de suc. feu. in c. 1. §. 1. Et hoc si scien-

scienter: secùs si ignoranter, quia tunc etiã per expressum consensum mihi nõ præiudicarem, vt ff. de pact. l. tres fratres. In dubio autem dic, vt suprà dixi in præcedenti quæstio. Vltimò ad materiam huius §. vide no. per glos. infrà de benef. fra. in c. 1. in glo. fi. & infrà de prohi. feu. alie. per Loth. in l. 1. in fi. in glo. super verbo permissu. Et de materia, quando Vasallus consentit, quòd alter inuestiatur. vide quod habetur in c. Titius. in fi. & quod ibi dixi, si de feud. fue. controu. & in pluribus remissionibus ibidem adductis, & in. infr. an agna. vel filius in c. 1. in fi. & plenè per Iac. Ard. de materia præsenti in sum. in ti. de sue. feud. sub rubricella, si Vasallus refutet feu. & faciat inuestire alium q de iure nõ succedit, &c. & ibi examinat istum §.

SVMMARIA.

1 *Feudum nouiter à fratribus acquisitum, est & censetur nouũ, adeò, quòd in tali vnus alteri non succedit.*
2 *Feudum concessum duobus fratribus cum pacto, quòd vnus alteri succederet, facta diuisione, vnus alienauit vltra partis suæ medietatem, & tandem sine hærede decessit, dubitatur, an dominus, an verò alter superstes frater in altera parte non alienata admittatur.*
3 *Frater quomodo fratri succedat in feudo.*
4 *Feudum regulariter inter Vasallos diuidi potest & quomodo. Fallit.*
5 *Culpa vnius quomodo vergat in præiudicium alterius.*
6 *Feudum ad agnatos reuertetur, nisi in dominum à Vasallo peccetur.*

ITEM SI FVERINT. Hic ponit alium casum, in quo Vasallus propter ingratitudinem contractus, priuatur iure suo, & ad dominum reuertitur. Et in summa hoc vult: In feudo nouiter acquisito per fratres, etiam cum pacto succedendi vicissim, non admittitur alter frater in portione alienata per aliũ, sed ipse dominus. hoc dicit. † Præmitto pro
4 euidentia, quòd feudum nouiter acquisitum à fratribus, est & censetur nouũ adeò, quòd in tali non succedit vnus alteri, nisi hoc expressè caueatur in inuestitura, vt suprà qui feu. poss. §. sin autem vnus. & infr. de suc. feu. in §. fi. Secundò præmitte, quòd regulariter feudum potest diuidi inter Vasallos, infrà. si de feud. fue. controuer. c. omnes.

CASVS in terminis ita figuratur secundum Iac. de Bel. Concessum est feudum duobus fratribus, siue vni recipienti
2 nomine vtriusq; cum pacto, quòd vnus alteri succederet: isti fratres veniẽtes ad diuisionem, diuiserunt etiam feudum, facta diuisione, vnus alienauit vltra medietatem partis suæ: & tandem sine hærede decessit, dubitatur, quis admittatur ad illam partem indebitè alienatam, an alter frater superstes, an dominus? Et respondetur quòd dominus. In text. ibi, & vnus, intelligas vel solus tantùm nomine vtriusq;, vel etiam simul cum alio, quia in hoc non est vis: vt in §. fi. infrà de suc. feu. Quinimò etiam si tertius nomine ipsorum accepisset inuestituram, haberet locum iste §. secundum Bal. facit. c. 1. infrà de benef. fra. Ibi, accepit, subaudi, cum hoc pacto, quòd dicti fratres inuicem sibi succedat in dicto feudo, quoniam aliàs nullam haberet dubitationem, vt dicam in gl. Ibi, medietate, subaudi suæ partis. Nam secundum ista iura, poterat olim vsq; ad medietatem alienare, vltra verò non. Sed hodie nullam partem potest alienare. infrà de alie. feud. in princip. & latè dixi suprà eo. §. aut si libellario in euidentialibus. Ibi, sine hærede legitimo, quod intelligitur de filio, vt infr. de alie. feud. in §. & clientulus, & subaudi maximè, quoniam idem esset, si reliquisset filios. Et est ratio, quia filij nunquam succedunt patri in feudo nouo, quando pater priuatur ob culpam sui. vt infrà. si de feu. fue. controu. in c. si Vasal. culpam. Et ideò actor omisit istum casum, quando extarent filij: tanquam indubitabilem secundum And. de Iser. de quo dixi infrà, quę fuit prima causa benef. amitt. in §. fin. in
3 conclusionibus. † No. quòd licet per pactum, frater posset succedere fratri in feudo nouo, tamen hoc est intelligendum, quando feudum vacaret per mortem alterius. Secùs autem si vacaret per culpam, quia tunc deuolueretur ad dominum, non obstante pacto inuestituræ. Et est ratio, quia per alienationem indebitè factam per Vasallum seu culpam, fuit iam apertum domino ante mortem ipsius fratris delinquentis, vnde non potest amplius aperiri alteri, per mortem ipsius delinquentis, quia attenditur conditio primo existens. l. si quis ita stipuletur. ff. de verbor. oblig. & probatur in c. susceptum. extra de rescrip. & in l. si cum dotem. in principio. ff. solut. matrim. Et ista fuit ratio decidendi in casu nostro. Ratio autem dubitandi erat, quia dominus in nul-

in nullum casum sibi prouiderat, sed habeat solùm prouidentiam legis pro se. Vnde videbatur, quòd per prouidentiam expressam Vasalli deberet derogari tacitè dispositioni. l. fina. C. de pac. conuen. & C. de
4 procu. l. maritus. † No. quod feu. potest diuidi *a* inter Vasallos. Quòd intellige verũ regulariter, vt in d. c. omnes. & infr. de natura suc. feu. circa medium.

a Feudum potest diuidi. adde an possit reuocari per successores dominos. vide per Bal. cõs. 432. inci. factũ super hac forma in 2. volumine.

Fallit in feud. dignitatum, vt infrà de prohibi. feu. alie. per Fe. in §. præterea ducatus.

Item fallit, si ex statuto vel consuetudine vel forma inuestituræ esset cautum cõtrarium, vt l. 1. §. si conuenit. ff. depositi. secundum Bal. Vt quia fortè primogenitus succedere debet, de quo dixi infr. si de feu. fue. contro. in c. mulier. in secundo notabili. & vide in Spe. de feu. §. quoniam. ver.
5 31. † Tertiò no. quòd ex delicto seu culpa vnius, potest insurgere præiudiciũ in personam alterius: quòd patet, quia si frater delinquens decessisset ante delictum commissum seu culpam, tunc successisset frater suus, sed propter eius delictum, priuatur frater ab eius successione, & admittitur dominus: vt hîc. & infrà quæ fuit prima causa benefi. amit. in §. fina. & infrà, si Vasal. feu. prin. c. 1. & in gloss. hîc posita in fi. sui ibi, sic ergò, &c. quæ per hoc in dicta parte est expedita.

Oppo. cùm dicta gloss. quòd iste tex. sit de indubitabili contra. l. ancillæ. C. de fur. quoniam etiam si iste frater non commisisset culpam, nihilominus alter frater sibi non successisset, vt est casus suprà, qui feud. da. po. in §. sin autem vnus. Sol. intelligas istum textum secundum illum, videlicet, quòd in inuestitura specialiter, & non nominatim cautum erat, quòd vnus alteri succederet, quo casu, benè habet locum successio inter eos, quando feudum vacat per mortem alterius, vt ibi. Sed si vacaret per culpam, vel delictum, tunc alter frater non succederet. vt hîc. Et est ratio: quia tunc feudum vacauit antequam extaret vacationis casus, attenta forma inuestituræ, & hoc voluit ista gloss. vsq; ad versic. Sed tu instabis quòd benè loquitur, de quo dixi suprà in secundo notabili.

6 † Opp. cum dicta glo. quòd imò non debeat reuerti istud feu. ad dominum, sed ad agnatos, postquam ille Vasal. non deliquit in personam domini, per regulam quæ ponitur infrà quæ fuit prima causa benef. amit. in §. fi. & nota benè. So. dicit glo. quòd etiam per alienationem factam sine voluntate domini, intelligitur Vasal. delinquere in dominum, quoniam ipsum contemnere videtur, vt probatur in cõtrario, & sic non obstat, & habes eam expeditam vsq; in fin. quæ benè loquitur, intelligendo eam in feudo nouo, prout intelligitur ille tex. secùs si feudum esset antiquum, quia tunc benè fatendum est, quòd per talem culpam alienationis feudi reuertitur ad agnatos, & non ad dominum, prout latè dixi in d. §. fi. in conclusionibus. & no. per gloss. infrà de suc. feu. 1. in §. hoc quoq;. & in glo. magna. circa medium. & vide quòd circa hoc dixi suprà, e. §. aut si libellario, in oppositione.

Opp. ab extra, quia hîc præsupponitur, quòd si Vasallus reliquisset filios, quòd tunc feudum deberet ad eos reuerti. Sed contra de. c. si Vasallus culpam infrà. si de feu. fue. contro. So. ibi loquitur de culpa proueniente ex delicto Vasalli, quo casu, filij & descendentes excluduntur. Hîc verò loquitur de culpa Vasalli proueniente per ingratitudinem contractus, quo casu, si feudum est nouum: tunc reuertitur ad dominum: vt hîc. Nec ob. iste tex. qui videtur præsupponere, quòd si haberet filios, quòd deberet ad eos reuerti, quia loquitur secundum iura antiqua. hodie autem & extantibus filijs, reuerti debet ad dominũ, vt not. glo. infrà de suc. feud. §. hoc quoq;, vel dic, quòd licet fecerit mentionem de filio, tamen illum tanquam indubitabilem dimisit indecisum, vt suprà dixi super tex. licet Ia. de Bel. voluerit intelligere, quòd si filij extitissent, tamen licet ipsi non admitterentur nihilominus ipsi essent causa, vt feudum non reuertatur ad dominum, sed ad fratres, ar. ff. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. quoniam autem. Quòd mihi non placet, quoniam ista est regula, & vera cõclusio in feudo nouo, quòd reuertatur ad dominum, vt dixi in d. §. fi. quæ fuit prima causa benef. amit. super text. & in conclusionibus. & in d. §. hoc quoq;. Opp. de. d. §. hoc quoq; vbi reuertitur ad agnatos, & nõ ad dominum. Sol. ibi loquitur in feudo antiquo, hîc autem in nouo: prout latè dixi supr. e. §. aut si libellario. Vltimò ad materiam præsentem, vide quòd no. per gloss. suprà. quibus mod. feud. da. pos. suprà. sin autem vnus. super verbo nominatim. & infra de feud. march. in c. fi. & de bene. fra. in c. 1. & de fra. de no. be. inuesti. c. 1. & 2. & quòd dixi in d. §. hoc quoq;. infrà de suc. feud. & in §. fi. quæ fuit prima causa bene. amit. & ibi plenè in conclusionibus. & in

c. Ti-

c. Titius. si de feu. fue. controuer. & in quibusdam remissionibus ibi adductis.

SVMMARIA.

1 *Vasallus nullam feudi partem, quod est in, vel extra curtem domini, alienabit.*
Vasallus sine consensu domini, nullã feudi partem, quod est in, vel extra Curtem domini, alienabit. Fallit.
2 *Vasallus quomodo dicatur feudum habere in domini curte. & num. 6.*
3 *Feudi pars domino reseruata, quomodo sibi prosit, & quomodo intelligendum.*
4 *Iurisdictio non per hoc est concessa, si res, quæ est in domini iurisdictione ab ipso sit infeudata.*
5 *Aliud est habere iurisdictionem & districtũ in loco: aliud est habere dominium terrarum positarum in loco dicto.*

ITEM SI QVIS. Hic ponit duos alios casus, in quib. feudum secundum ista tempora, & iura amittebatur, & reuertebatur ad dominum. Et diuiditur in duas partes, quia in prima loquitur de feud. quod habet Vasallus in curte domini. In secunda de feudo, quod habet Vasal. extra curtem domini: sed in loco, in quo ipse dominus habet districtum, iurisdictionem & honorem. Secunda ibi, similiter.

CASVS.

1 † Vasallus non potest sine consensu domini, alienare aliquam partem sui feudi, quod habet in curte domini: vel etiam extra curtem in loco, vbi dominus habet districtum, iurisdictionem vel honorem, & si contrà facit amittit illud, & feudum reuertitur ad dominum. h. d. Præmitte pro euidentia, quòd secundum ista iura antiqua feudorum, potest Vasallus licitè alienare, vel pignorare feu. suum [a] vsq; ad medietatem: vt suprà in §. 1. & §. si libellario. Sed illud fallit in feudo, quod est in curte domini, vel etiam extra curtem, si in eo loco dominus habeat districtum, iurisdictionem, vel honorem, vt in hoc §. in quo

2 prædicta declarantur. † Item scias, quòd Vasal. intelligitur habere feu. in curte domini, puta, si ex Camera vel Cauena habeat aliquem redditum annuum. Ita quòd plus remaneat in Camera vel in Cauena, quàm sit illa portio, quam habet Vasallus. VERBI GRATIA. pone, quòd redditus Cameræ sit centum ducatorum, & dominus concessit mihi, vt de tali redditu debeam habere omni anno ducatos 20. nomine feudi, vel pone, quòd ex Camera cõcessit mihi quolibet anno, vel quolibet mẽse, vel quolibet die, vt percipiam nomine feudi certam quãtitatem frumenti, vini & olei, ita quòd in camera remaneat plus, quàm sit illa quantitas mihi cõcessa. Et istud exemplum sentit ista glo. hîc posita in princip. de quo satis dictum est in c. 2. de feud. cogni. Eodẽ modo posset exemplificari in quadam Gabella, in qua dominus concessit mihi, vt percipiam nomine feudi certam portionem, & cum his exemplis transit An. de Iser. Vel exemplifica secundum Iac. de Bel. & Bal. quãdo dominus, qui habet integrum dominium vnius nostri, vel vnius villæ, infeudauit certam partem dicti castri vel villæ portio sit minor, quàm illa pars, quæ remansit domino infeudanti. Nam in omnibus istis exemplis intelligor ego Vasallus habere feudum in curte domini, & de hoc loqtur prima pars huius §. Sed interdũ intelligitur dominus habere feudum extra curtem, retinendo sibi honorem, iurisdictionem vel districtum: VERBI GRATIA pone, quòd omnes possessiones huius villę, vel castri sunt rusticorum, vel aliorum consortum ipsius villæ vel castri, excepta vna possessione, quæ est domini: sed tamen in ipsa villa idem dominus, habet districtum, iurisdictionẽ seu honorẽ, quia tota illa villa est sub iurisdictione vel districtu suo. Modò si dominus infeudauerit mihi, dictam suam possessionem existentem in dicta villa vel castro, retenta sibi sua iurisdictione & districtu, seu honore, intelligor habere & recognoscere feudum domino extra curtem suam in loco tamen, in quo ipse habet iurisdictionem, & honorem: & de hoc loquitur secunda pars. Sed interdum dominus habet Vasallos extra curtem, vel extra iurisdictionem & districtum suum, & honorem. EXEMPLI GRATIA: vt si in dicta villa vel castro, ipse dominus habet modicum quid, puta vnam possessionem. Ita quòd totum residuum sit rusticorum, vel aliorum consortum, nec dominus habebat in dicta villa, vel castro aliquam iurisdictionem, vel honorem seu districtum, & de hoc loquitur. c. 1. infrà de capi. qui curi. vendi. Et vide ad intellectum prædictorum, quòd ibi dixi in euidentialibus, vbi declaraui quare appelletur curia seu curtis domini.

In text. ibi, in curte domini declara per ea, quę dicta sunt, nam ideò appellat in curte domini, quia cùm dominus haberet dominium

[a] *Vel pignorare feudũ suũ. adde Ab. in c. 2. de feud. & dicit Io. Fauenti. in sti. de ac. in §. Item Seruiana, quod quãuis feudum non posit pignori obligari, tamen fructus & cõmoditas feudi benè potest pignori obligari, tamen dicit esse secus de consuetudine in regno Franciæ, vbi feuda vendũtur & pignorantur inuito domino.*

dominũ totius illius loci, tenebat ibi curtem seu curiam suam, & habebat dominicale, in qua recolligebantur omnes introitus, & appellabat curia seu curtis domini: sicut hodie videmus fieri, vt dixi in d.c. 1. In tex. ibi, aliqua parte, subaudi, etiam infra dimidiam. Ibi, libellariũ, id est, emphiteoticum, vt dixi suprà. eo. §. aut si libellario. Ibi, extra curtem, omnia ista verba sequentia declara, per ea, quæ suprà dixi. Ibi, reuertitur, scilicet, ad dominum, quando feudum est nouum: vt dixi suprà. §. pximo.

3 † No. quòd retẽtio seu reseruatio alicuius partis, vel iuris in re infeudata per dominũ, prodest ipsi domino: vt hîc. & suprà tit. proxi. §. si quis de manso. & ibi dixi in glos. hîc posita. in fi. quòd patet in casu nostro, quia si dominus nihil retineret, posset Vasallus seu potuisset Vasallus alienare feud. suum vsq; ad medietatem: vt suprà. §. proxi. & infrà de alie. feu. in prin. Sed quando dominus sibi aliquid reseruat, puta curtem iurisdictionem vel districtum, tunc non potest Vasallus aliquam partem alienare, vt hîc. Quod intelligas verum secundum ista iura antiqua. Hodie autem indistinctè est ꝓhibita feudi alienatio in quacunq; parte absq; domini voluntate: vt infrà de prohi. feu. alie. in princ. & hoc etiam sensit glo. nostra, cum qua concludo hanc materiam & clarius & latius, quam ipsa secundum Iac. Bel. & Bal. quòd aut Vasallus habet feudum in curia domini: aut extra curiam. primo casu, non potest Vasal. aliquid alienare: vt in princip. Secundo casu, subdistingue. Quia aut dominus habet districtum seu iurisdictionem, & idem dicas, vt hîc in fine. Aut non habet, & tunc aliter de iure veteri, aliter de iure nouo. Nam de iure veteri, poterat Vasal. alienare vsq; ad medietatem sine consensu domini: vt infr. qualiter olim feu. po. alie. c. 1. in prin. & suprà eo. in §. aut si libellario. cum seq. §. De iure autem nouo, non poterat vendere, sed libellario nomine concedere sic. vt no. in prædicto. §. aut si libellario. & ibi dixi. Sed hodie de iure nouissimo, nullo modo poterat alienare etiam minimam partem: vt in d. l. 1. de prohi. feu. alie. per Fe. Et per istum modum habes nunc totam glos. hîc positam expeditam: & hæc est ipsa veritas.

4 † Not. quòd dominus concedendo, & infeudando simpliciter rem contentam in sua iurisdictione, non videtur propter hoc concessisse iurisdictionem, vt hîc: secùs si concederet vniuersitatem castri vel villę, in quo etiam iurisdictio inhæreat: quia tunc videretur concessisse etiam iurisdictionem: & tenet Bald. ar. in l. 1. §. cùm vrbem. ff. de offic. præfe. vrbis. vbi etiam per ipsum. Et de hac quæstione plenius infrà de capit. qui cur. vndi. in c. 1. q. 2. Not.

5 hic text. singularem secundum Bal. quòd aliud est habere iurisdictionem, & districtum in loco. Aliud est habere dominium terrarum positarum in dicto loco. Sed tu adducas alium text. similem. infrà de pace iura. fir. in §. ad hæc qui allodium.

6 † Quæro ab extra, an iste Vasall. qui non habet feudũ in curte, vel etiam extra curtem, sed in eo loco, vbi dominus habet iurisdictionem vel districtum, vtrũ talis Vasallus possit tale feudum alteri infeudari? & videtur dicendum quòd sic, per regulã traditã per gl. infrà de capi. cor. §. prǽterea. & infrà qualiter olim feu. poterat alie. in §. si verò. Sed tamen in casu isto, ego puto CONTRARIVM per rationes specialitatis huius literæ, & ita videtur sensisse gloss. hîc posita. NON OB. quòd hodie iste text. sit correctus, quia nihilominus ratio ipsius remanet, vt no. gl. in l. 1. ff. de coniũgen. cũ eman. lib. Facit pro hac parte ratio decisionis huius §. hîc assignata. per Bal. quare sit necesse, quòd dominus cõsentiat in casu posito in isto §. quia domin⁹ plus habet, ergò plus potest. C. de dona. l. sancimus. Item quia dominus tacitè sibi reseruauit, quòd maius est, scilicet, iurisdictioné, nam maior est, quàm ipsa res priuata infeudata. d. §. 1. infrà de capit. qui cur. ven. vnde ipsa iurisdictio tanquam maior, non debet accessoriè sequi id, ꝗ est minus, vt in regula accessorium de re. iu. lib. 6. in §. præterea autem. & in §. si verò. hoc ideò est, quia Vasallus plus habet, scilicet, vtile dominium, quòd præfertur domino habenti simpliciter directum in eadẽ re iuxta not. in c. 2. §. similiter infr. de lege cor. Vltimò de materia feud. quòd habetur in curte, vel extra curtẽ, tangitur suprà ti. 1. §. si quis de manso. infrà de lege cor. §. ex eadem, & in d. c. 1. de cap. qui curi. ven. & quòd ibi dixi, & per Hosti. extrà de Symo. c. ex diligenti. De materia autem iurisdictionis & districtus. vide quòd dixi in d. §. ad hoc. de pace iura. fir. & in pluribus remissionibus, quas ibi adduxi in vtroque iure, & Innoc. in c. licet. in fi. extra de proba. & in Specul. de proprietate. §. 1. versic. cæterùm.

EPISCOPVM VEL ABBATEM VEL DOMINVM plebis,&c.

RVBRICA.

IN compilatione Oberti de Horto, nulla erat hîc rubrica, sed totus iste titulus comprehendebatur sub titulo præcedenti, quod patet. Quia continuat eandem materiam subijciendo alios casus & modos, in quibus feudum amittitur, & ad dominum reuertitur, vt probatur in prin. literę, dum dixit. Item si, &c. quæ est dictio continuatiua. l. in repetendis. ff. de lega. 3. & in fin. tituli præsentis, dum dixit: quòd in omnibus prædictis casibus feudum amittatur, & ad dominum reuertitur, &c. Verùm postea à glossatoribus superuenientib. fuit addita, & interserta hîc ista rubrica: vt per diuisionem ipsa materia, tanquam separata clarius intelligeretur insti. de lega. §. sed ne in primis. prout in simili latè dixi suprà, de feu. guar. & gastal. super rubrica. Concludo igitur, quòd hodie hîc debet esse rubrica talis, prout suprà descripsi, & ea communiter vtimur, & hoc modo habes intellectum glossellæ primæ hîc positæ.

Continuabis itaq; istam rubricam ad proximè præcedētia hoc modo, quia postquam suprà proximè posuit aliquos casus, & modos feudi amittendi, & in quibus feudum reuertitur ad dominum: vt patet suprà tit. proxi. Nunc verò addit alios casus, in quibus similiter feuda reuertuntur ad dominos. Alij autem, vt Iacob. de Bel. & Nic. de Neapo. continuant ad titulum suprà de his qui feud. da. pos. vbi dictum est de Prælatis ecclesiarum infeudantibus, vnde sumpta inde materia & occasione, sequitur titulis Episcopum vel Abbatem seu Abbatissam, &c.

SVMMARIA.

1 *Res subiecta dominio ecclesiæ, infeudari de nouo non potest.*

2 *Papa Pater patrum interpretatur, & solus vocatur summus, vel Romanus Pontifex. Item appellatur Imperator.*
Synodus idem est, quod concilium, & vnde deriuantur & dicantur.
Concilium triplex.
Quid sit Consistorium.
Quid sit Decretum.

3 *Papæ prouidentia erga subditos temperata, & num. 4. & 5.*

4 *Papa Vrbanus potest Prælatis & personis ecclesiasticis prohibere, ne dent in futurum res ecclesiasticarum in feudum: præteritam tamen dationem, consuetudo feudalis confirmat, & permittit eam in futurum, si est ecclesiæ consuetudo. Et quomodo intelligatur procedere.*

6 *Res quæ dicatur subiecta ecclesiæ.*

7 *Ordines ecclesiastici quot, & qui sint.*

8 *Papa quare sic dicatur, & à quibus, & quomodo olim, & quomodo hodie eligatur.*
Papa ante consecrationem & coronationē, licet sit electus, non scribit Pontificatum in Data, nec appellat se simpliciter Episcopum, sed se electum in Episcopum: post verò coronationem, ponit Pontificatum in Data, & vocat se simpliciter Episcopum, & dat Bullā integram cum nomine. Quæ sit ratio.
Vnicus Papa in toto orbe terrarum est, & esse debet, & quæ sit ratio.
Papa potest se ipsum deponere & renunciare Papatui.

9 *Papa an successorem vel hæredem sibi eligere possit.*

10 *Papa quam habeat autoritatem, & quibus dignitatibus polleat.*

11 *Cardinalis quis, qualis esse debeat, quot genera, quot numero, qui, & ad quid sint. & num. seq.*

15 *Patriarchæ seu Primates qui, quot, & qua fulciantur autoritate.*

16 *Archiepiscopus quis, vnde dicatur, qualiter ordinetur & consecretur, & qua fulgeat dignitate.*

17 *Dignitas personatus quæ sit.*

ITEM SI EPISCOPVS. Diuide vsq; ad §. quinetiā, &c. in tres partes, quoniā in prima prohibet Prælatos & personas ecclesiasticas infeudare bona, quæ sunt in libera possessione, & pleno dominio ecclesię, quantumcūq; dicti Prælati, & personę ecclesiasticę sunt soliti infeudare, aliqua alia bona dictæ ecclesiæ. In secunda cōfirmat infeudata, & quę solita sunt infeudari ante directum Papæ Vrbani. In tertia prohibet Prælatis & personis ecclesiasticis infeudare aliquid de nouo, si nunquam fuerint ab aliquo soliti infeudare. Secunda ibi, quod autem. Tertia ibi, idem iuris.

CASVS.

1 Res subiectæ in libera possessione & dominio ecclesiarum, non possunt infeudare de nouo, licet infeudationes factæ ante decretum Papæ Vrbani non infirmentur, sed firmè remaneant: Personæ aut ecclesiasticæ, quæ nunquam fuerunt solitæ infeudare, prohibentur similiter infeudare de nouo. h. d.

In text. ibi, Abbatissa, expone omnia suprascripta, vt declaraui supra, qui feud. da. pos. in prin. super tex. Ibi, plebis, qui interdum appellatur Plebanus, interdum Præpositus; vt ibi dixi. Nam idem importat, vt etiam

vt etiam statim infrà patebit. Ibi, de rebus ecclesiarũ: hoc ideò dicit, quia secùs esset si de rebus proprijs: vt infrà de cle. qui inuesti. fa. in c. 1. Ibi, quæ, scilicet, res. Ibi, eis, scilicet, ecclesijs. Ibi, subiectę sunt, id est, incorporatę in potestatem & mensam ecclesiæ ita, quòd sunt de vero titulo & dominio ecclesiæ, vt statim subijcit. Ibi, tituli vocantur, &c. Vnde cùm ecclesia sit in vera & libera possessione ipsarum rerum, intelligũtur ipsæ res esse de titulo ipsius ecclesiæ, id est, de dominio. Nam dicimus istud prædium est talis ecclesiæ .i. de titulo & dominio ipsius ecclesiæ. 12. quæst. 2. necessitatem secundum Pe. de Cer. Et ideò tales res possunt appellari ti. ecclesiæ. vt in hoc text. & dixi suprà in dicto princ. de his qui feu. da. poss. & tales res non possunt infeudari per Prælatos, vt hîc.

Quod intelligas etiam, si eorum consuetudo sit aliqua alia bona infeudare, vt differat à seq. Ibi, à Papa, qualiter autẽ exponatur Papa? dic. id est admirabilis, & dicitur à Papę, quod est interiectio admirantis. verè enim est admirabilis, qa vices Dei
2 gerit in terris.[a] Sed ab † Etymologia nominis interpretatur Papa, id est, Pater patrum, & ita exponitur per gloss. in procemio Clementinarum. Et ideò solus Papa appellatur summus[b] vel romanus Põtifex, vt 23. di. c. in nomine domini. & in c. 1. cùm ibi no. in glo. & in Nouella. de consti. lib. 6. potest etiam appellari Imperator. 12. q. 1. futurã. Ibi Vrbanus, scilicet, secundus, qui fuit tempore Henrici tertij, anno, 1089. qui legitur fecisse plura Concilia, licet quidam voluerint dicere, quòd loquitur de Papa Vrbano quinto, quòd est apertè falsum, quoniam istud opus feudorum fuit factum, multo tempore antè, ante creationem dicti Papæ Vrbani quinti. Ibi sancta Synodo, id est, Concilio. Nam idem est Synodus, quod Concilium, vt 18. di. si quis autem. Synodus enim ex græco interpretatur comitatus vel cœtus. Concilij verò nomen tractum est, ex more Romano. Nã concilium à communi intentione dictum est, quasi concilium, & concilium idẽ sit, vel dictum est ex communi intentione eò, quòd in vnum dirigant omne mentis votum, & dicitur à coëundo, id est, conueniendo in vnum: & ita declaratur per Isidorum vt habetur. 15. dist. §. hæc sunt quatuor Synodi principales, &c.

Et intelligas istum tex. de concilio vniuersali, quod solùm fit autoritate Papæ 17. di. regula. & in c. seq. & seq. Nam quædam sunt concilia vniuersalia, quędam prouincialia, quædam specialia. Et quæ sint ista, & qualiter, & à quo fiant, & celebrantur, plenè no. 17. dist. in gloss. summę. Ipsa enim Concilia vniuersalia censentur sancta, vt hîc. & 16. dist. sancta. & in Auten. de eccle. ti. in princ. col. 9. & in constitutione. circa medium. C. de sum. tri. & fi. ca. Quid autẽ sit Cõsistorium. no. glo. in Auten. de app. in §. reddentes. 2. Ibi, Decretũ, quod propriè dicitur Canon. quando est factum in vniuersali concilio, sicut fuit istud. Nam Decretũ propriè est illa constitutio, quæ est facta à Papa, vel concilio de consilio Cardinalium suorum sine consultatione. Ita no. per gl. 3. dist. in summa, &c. Vbi autem sit istud Decretum, de quo fit mentio, quod sit in c. alienationes. in ver. illud, &c. 12. q. 2. licet An. de Iser. dicat sub dubio, fortè quod loquitur de capi. nulli. extra de reb. eccle. non alie. vel de. c. de laicis. 12. q. 2. Sed non benè adaptantur prædicta. Quidam tamen dicunt, quòd illud Decretum non habemus. Ibi, ante, scilicet, decretum prædictum. Ibi, datum fuerit, scilicet, legitimè secundum iura, quæ eo tempore obseruabantur, aliàs secùs secundum Iac. de Bel. vt in Auten. de incest. nup. §. 2. & 3. Sed tu dic, quòd licet istud sit verum de iure: tamen hodie hoc frustrà veniret in disceptionem, quia præscriptio hodie iuuaret Vasallos, per ea quæ dixi infrà, si de feu. fue. cõtrou. c. si quis per triginta. Ibi, Præpositus, quem suprà appellauit dominum plebis, quia idem sunt: vt ibi dixi. Ibi, feu. dare, subaudi, de aliquibus rebus ecclesiæ, vt dif-
3 ferat à pręcedenti. † No. prouidentiam Papæ esse temperatam, cum benignitate erga subditos, quòd patet, quia prouidet, vt conseruentur res ecclesiarum, prout facit Imperator in l. iubem⁹. nulli. §. fi. C. de sac. sanct. Ec. Eius autem benignitas est circa feuda rectè concessa, quæ vult firmiter remanere in suo vigore & statu, quoniam esset inhumanum, ea infringere cùm ante ipsum Papam Vrbanũ iustè ab alijs essent possessa, put alibi fecit Imperat. in l. ab Anastasio. in §. fi. C. man. facit. C. man. facit l. semel. C. de apo. publi. Quid enim peccauit antiquitas, se in talibus feudis intromittendo, cùm huius decreti essent inscia. C. de testa. l. iubemus, in fi. ff. de iure immu. l. 1. & in glo. hîc posita, quæ per hoc
4 est expedita, &c. † No. quòd Papa Vrbanus inhibet Prælatis & personis ecclesiasticis, dare in futurum res ecclesiarum in feudũ, sed consuetudo feudalis confirmat præteritam

ritam

[a] *Vices Dei gerit in terris. Adde c. vt nostrum, vt ecclesia. bene fi. c. quanto. de trãsla. præla. c. 1. de homi. li. 6. & in §. ideoq́. in Cle. 1. de magi.*

[b] *Solus Papa appellatur summus. Adde tex. in Cle. si summus Põtifex de sent. ex. text. in c. excommunicamus el. 1. in §. si verò. de hæret. Arch. in c. 1. de consti. lib. 6. Speti. de lega. in §. nunc ostendendũ. vers. 62. Abb. in c. in causis. in 1. no. de re iu. et quare sic appellatur, vide per Bald. in l. rescripta. C. de preci. ipse. of. & dicitur sanctissimus. vt in c. Victor honorius inclytus. 97. dist. & recipit sanctitatis à cathedra. vt in c. non vos. 40. di. & gl. 1. in c. sic oẽs. 9. distin.*

ritam dationem, & permittit eam in futurum, est ecclesiæ consuetudo, quod intellige verum siue dictus Prælatus, vel persona ecclesiastica, reperiat tempore sui ingressus dicta bona ab alijs possideri, & postea sibi aperiantur siue reperiat iam deuoluta ad ecclesias tempore prædecessorum suorum, dummodò non sit facta de his vera incorporatio, & transfusio ipsarum rerum in mensam & tit. & dominium ipsius ecclesiæ: vt hic. & infrà de Cleri. qui inuesti. fa. c. 1. in fi. quicquid dixerit Glossator noster in summa sua, de qua hic in prin. glo. facit mentionem. In qua summa ipse sic ait, quòd Prælatus illud, quod in feudo fuerit datum tempore sui ingressus, si postea fuerit apertum, adhuc in feudũ dare poss. sed alia dare quæ data non inuenit, prohibetur. Sed tu dic clarius & melius, vt dixi suprà, qui feu. da. pos. in princ. in prima & quarta oppositione, & in c. 1. de Cle. qui inuesti. facit, vbi etiam declaratur, quid iuris in Archiepiscopo Mediolanensi, in quo videbatur quædam specialitas obseruanda, &c.

5 †Opp. ab extra, quòd imò etiam insolita possint infeudari per Clericum seu Prælatum, vt in capitulo ex parte, extra de feudis. Solu. quidam dicunt, quòd hic ponitur regula, ibi verò exceptio. vel melius secundum Pe. de Cer. quem sequitur Bald. quòd ibi loquitur de rebus, quæ non sunt in libera possessione ecclesiæ de proximo. Sin autem esset partium tempus, quod fuit in possessione, & tunc non est, & dura est recuperatio, quia possidetur à Tyranno, & tunc ecclesia posset reinfeudare prius, tamen consulto Papa, si res esset magni ponderis, vt in d. c. ex parte. vnde concludit idem Pe. ꝙ intellectus illius. c. est, quòd illud fiat de mandato Papæ, & istud est tutius secundum Bal. alij volunt, quòd illud c. loquatur de regalibus. Sed istud reprobaui suprà, qui feud. dare poss. in princ. vbi gloss. tetigit, & dic, vt ibi dixi in prima oppositione.

6 †Quæro etiam ab extra pro intellectu huius literæ, quæ sint istæ res subiectæ ecclesijs, quæ tituli vocantur. Et dic secundũ aliquos, & ponit Bal. quòd tituli sunt institutiones Canonicæ, quæ dant titulum, & tunc dicitur titulus: vt in c. 1. de reg. iur. libro sexto. Item quædam sunt ecclesiæ subiectæ, quæ vocantur tituli, quia non ponitur ibi Rector tanquam intitulatus, sed solùm ibi dicit diuinum officium ad meritum superioris res, quarum ecclesiarum sunt peculiares Prælatorum. Aliqui habent hic in text. tituli vacatione, &c. Et tunc dicerem intelligi, quòd dum vacat titulus talis ecclesiæ, quia est mortuus Rector, tunc Prælatus superior non potest infeudare res talis tituli vacantis. Similiter non potest antequam vacasset, etiam si faceret sub conditione vocationis, quia expectationes mortui, solent parere tristes euentus, vt C. de pac. l. fi. extra de conces. præben. c. 2. Sed de hoc dixi in materia feudali, infrà de Cleric. qui inuest. fa. c. 1.

Quæro quoniam alibi pollicitus sum, me hic tractaturum de dignitatibus ecclesiasticis, quot & quales sunt istæ dignitates. Vbi aduertendum, quòd in ecclesia Dei habemus ordines, dignitates & officia.

7 †Primò ergò videndum de ipsis ordinibus ecclesiasticis. Et dico quòd sunt nouem, videlicet, Episcopus, Presbyter, Diaconus & Subdiaconus, Accolitus, Exorcista, Lector, Hostiarius & Psalmista. Et quare ita appellentur & instituti sunt, habetur in Decretis. 21. distinct. c. Cleros. Et qualiter ordinentur habetur. 23. Dist. in c. Episcopus. cum pluribus. c. seq. vbi videas. Et licet dixerim, quòd sunt nouem ordines, intellige secundum Iuristas, quia secundum Theologos, non sunt, nisi septem, vt not. gloss. Ioan. And. super verbo Episcopus in prooemio. 6. lib.

8 †Veniamus nunc, ad dignitates declarandas ecclesiasticas. Et primò videamus Papalem, & ista est prima in ecclesia Dei, vt dicit text. in Auten. de eccle. titu. in princip. & 12. distin. c. 1. Quare autem sit appellatus Papa, declaraui suprà, super text. Circa verò electionem eius, videlicet, qui eligant Papam hodie, & qualiter fiat eius electio. dic, vt habetur extra de elect. in c. licet. & in c. vbi periculum de ele. lib. 6. & in Cle. ne Romani. de electio. Olim autem qualiter eligebatur, habetur in Decretis. 63. distin. per totum. Nam ex sola electione facta, à duabus partib⁹ Cardinalium voces habentium, præsulatum assumit. d. c. licet. Post verò factam electionem, consecratur, coronatur, & intronizatur. 23. distinct. In nomine domini. 63. c. quia sancta. Et si contingit ipsum scribere intra illud tempus, videlicet, post electionem & ante consecrationem, & coronationem, non scribit Pontificatum in data, sed locum & diem suscepti officij appellatus, nec appellat se simpliciter Episco-

pum, ſed ſe electum in Epiſcopum, nec tunc bullat cum Bulla integra, ſed ponit mediam Bullam, videlicet, illam partem, quæ habet capita ſculpta, & ex alio latere plana eſt Bulla ſine nomine. Poſt verò coronationem, ponit pontificatum in data, & vocat ſe ſimpliciter Epiſcopum, & dat bullam integram cum nomine ſuo. Et ex prædictis patet, quòd annus Pontificatus incipit à conſecratione & coronatione, non autem ab electione, quòd eſt notatu dignum. vt eleganter ſcribit Ioan. Andr. ſuper data ſexti libri. Dicit tamen Bald. in l. directis. C. de teſt. manumiſſ. quòd conſecratio non facit Papam, vbi Canonica electio non præceſsit. Et eſt ratio, quia eligere, pertinet ad Cardinales omnes. Conſecrare verò ad ſolos Cardinales Epiſcopos. Ita quòd officium conſecrationis, non eſt tale officium, in quo participent duæ partes Cardinalium, ſicut videm⁹ in electione. facit. c. ſi qs Apoſtolicæ. 79. di. Poteſt etiam Papa ſeipſum deponere, & deſtituere, & in manibus proprijs renunciare Papatui, vt in c. 1. de renun. libro ſexto, & not. gloſſ. 2. quæſtio. 7. c. vos. & 7. quæſt. 1. non autem, vbi gloſſ. enumerauit aliquos Pontifices, qui renunciauerunt. Nec poteſt eſſe, niſi vnicus Papa in toto orbe terrarum, quia eſt Catholica eccleſia, & vnum caput, licet plures Imperatores fuiſſe legimus, ſed in Papa non eſt ita, quia offenderetur illa regula, vnam ſanctam Catholicam, &c. & ita not. gloſſ. in d. §. non autem. Et licet quoniam plures fuiſſe de facto eodem tempore, viderimus tamen, niſi vnum Canonicæ electum fuiſſe Pontificem, verum Romanum credere debemus. Alios verò non veros, ſed Sciſmaticos ſeu Apoſtaticos, vt in capitu. ſi duo. & in c. ſequen. 79. diſtinct. de qua materia plenè per Bald. in ſuo eleganti conſilio ſuper ſciſmate, quod ſcripſit ſuper rubrica. C. ſi. quis aliquem teſta. prohi.

9 † Vtrum autem Papa poſsit ſibi eligere ſucceſſorem [a] dic quòd poteſt deliberare de ſucceſſore cum fratribus, ſcilicet, de electione ſucceſſoris, non autem poſſet ſibi tanquam hæredem eligere. 67. diſtinct. ſi tranſitus, & not. gloſſ. 8. q. 1. in gloſſ. ſumme. Nunc verò de dignitate & autoritate ſummi Pontificis, aliqua ſubnectamus. Et primò quidem à Deo, & per vocem domini omnibus cæteris prælatus eſt ipſo domino inquiente Petro: TV ES PETRVS, etc. 21. diſtinct. quamuis, & not. gloſſ. in c. 1. extra de tranſlat. Epiſ. & vt ait Bald. in l. reſcripta. C. de precibus impera. offe. vbi enumerat plura de potentia Papæ. Eſt enim ſupremus, & non ſolùm incœpit ex nouo Teſtamento, ſed etiam à Moyſe. 21. diſtin. ſacroſancta.

10 † Item ipſe ſolus Papa habet poteſtatem omnem, & omnes dignitates, quas habuerunt Patriarchæ, & ſolus tenet locum principis Apoſtolorum, vt 22. diſt. de Conſtantinopolitana. & 12. q. 1. videntes, & in c. ſacroſancta. Item eſt Vicarius Ieſu Chriſti. 79. di. c. ſi quis. de elect. in C ͤ. ne Romani. Item maior eſt autoritas Papæ, quàm Sanctorum. 20. diſtinct. de libellis. & c. 1. Item legitimat in temporibus. 10. diſtinct. quoniam. 101. diſt. c. peruenit. Item quem Papa confirmat, nemo infirmat. 10. diſt. c. fin. Item diuidit Dioceſes mundi. 10. diſt. leges. Item ſeruanda eſt eius lex, ac ſi eſſet Petri Apoſtoli. 11. diſtinct. c. palàm. Item Papali approbationi eſt ſtandum. 19. diſt. ſi Romanorum. Item vbi Papa, ibi vniuerſalis ſynodus. 19. diſtinct. c. Anaſtaſius. 17. diſtinct. nec licuit. Item vbi Papa, ibi quiuis primas. extra de dilatio. c. expoſuit, per Innoc. Item reſeruata Papæ, nullus attingit. 17. di. huic, ſed di. Item habet vtrunq; gladium [b] 22. diſtinct. omnes. Item de ſolo crimine hæreſis [c] accuſatur. 19. diſtinct. c. ſi quis pecuniam, de quo tamen vide glo. 40. diſtinct. ſi Papa. & Innocen. in c. licet extra de elect. Item habet omnia iura in pectore, vt in c. 1. de conſtitu. libro ſexto, & not. 23. diſtinct. in c. præterea. Item diſpenſat, vt Subdiaconus contrahat matrimonium. 30. diſtinct. de illo. Et circa hoc vide Ioan. Andr. in c. ſemel. de regulis iuris, libro ſexto, & not. in c. cùm ad Monaſterium, de ſtatu Monacho. & quòd ibi per Innoc. & 21. quæſtione 1. §. ſunt quidam, & in c. cùm olim. de cle. coniu. & in c. 1. de voto, libro ſexto. Item ſimiliter poteſt Clerico in ſacris non conſtituto, interdicere matrimonium, vt in c. propoſuiſti. 82. diſtinct. Item ſolus poteſt canonizare ſanctos, extra de reliquijs, & venera. ſancto. c. glorioſus, libro ſexto. & ibi per glo. Item poteſt committere ſpiritualia etiam mero Laico. 96. diſtinctio. benè quidem. Et ideò Rex Anglorum, & Rex Franciæ conferunt Præbendas ex priuilegio Papæ in ſuis regnis. Itē præſumitur ſanctus. 39. diſt. non vos. Item reſtituit quem ad famam, eo ipſo, quòd promouet quem ad gratiam. quadrageſimaquarta diſtinct. cùm autem. Item promouet ſpurium ad Epiſcopatum. 56.

[a] Vtrum autē Papa poſsit ſibi eligere ſucceſſorem. adde Ioan. de Lig. in Cle. ne Romani de ele. Ab. in c. accepimus. in vl. col. de pa. Abb. in rub. de teſtamentis.

[b] Habet vtrūq; gladium. Adde gl. in ver. cùm ipſe. in c. nouit. de iudi. & gloſſ. in verbo ad regem. in c. cūm quæ. qui filij ſint legi.

[c] De ſolo crimine hæreſis. adde glo. in ver. hæreſi. in c. ad Apoſtolicæ. de re iudi. li. 6. & d. glo. in d. c. ſi Papa. allegat eā ſingu. Abb. in ſua diſputatione incip. Epiſcopus & quidā rector Permenſis. et per Ro. conſi. 123. incip. qō. diſcutienda eſt.

tum.56.di.c.seriosus. Item solus Papa est Episcopus omnium exemptorum. 92. distinctio. nulla. Item potest parcere, cui vult.6.quæstione.3.denique. Item ratificat sententiam nullam. 9. quæstione secunda.si quis vnus alterius.Itē pōt auferre priuilegia 9.q.3.conquestus. Item potest de iure vnius auferre,& alteri conferre.16. q.1.ecclesiæ.Item facit Episcopatus,& per consequens ciuitates, quia non est ciuitas si caret Episcopo.16.q.1.præcipimus. Item potest pro libito voluntatis Episcopum deponere ab Episcopatu remouere, & in alium transferre.7.q.1.c.omnes.& 9.q.3.c. fin. Item solus Papa deponit Imperatorem:vt in c.ad Apostolice. de re iudi.lib.6. Et sententiam Imperatoris, declarat nullam: vt in c. Pastoralis. de re iudi. in cle. Et ipsum confirmat, consecrat, & coronat. extra de elect. c.venerabilem.& in c. causam. el. 2. extra qui filij sint leg. Item potest deponere Principem secularem, si est inutilis, & negligens circa regimen & iusticiam. 17. quæstione 4. si quis deinceps.11.q.1.nullus. & in dicto c. venerabilem.& in c.ad Apostolice. Item habet plenitudinē potestatis in temporalibus, mortuo Imperatore, vt in dicta Cle. Pastoralis. &Bal.in procemio.ff.veteris super rubrica. Item solus Papa potest facere ea, quæ in his versibus continentur.

Restituit Papa, solus deponit & ipse,
Diuidit ac viuit, eximit atq; probat.
Articulos soluit Synodumq; facit generalem,
Transfert & mutat, appellat nullus ab ipso.

Et ita not.per gloss.in d.c.1.de transl. Epis.& plenè per Spec.in tit.de lega.in §.nunc breuiter. sub rubrica de dispensatione.& §. ostendendum,& extra de apostа.c.finali. Item & ipse solus potest conferre beneficia, prælaturas sub conditione, & ad tempus. extra de rescrip.si gratiosæ,lib.6.& hæc dicta sufficiant de potentia Papæ.

An autem Papa possit infeudare bona ecclesiæ, vide per Bald.in l.pe.C.de bo.quæ lib. vbi tenet quòd sic, dummodo infeudet benè meritò, cùm hoc idem possit Imperator infrà de natura feud. c.1. de quo plenè per Ioan.And. extra de iudi. c. cùm venissent. Sed tamen dicit Bald. si dicta bona essent velde preciosa, sicut esset vna magna ciuitas, debet interuenire consensus Cardinalium, quia sunt capitulum vniuersalis ecclesiæ, vt notat Archi.15.quæstione 2. cùm redemptor. & capitulo Abbatibus. facit.l. humanum. C. de legibus. vnum tamē notandum, quòd non obstante sua amplissima potentia, nihilominus potest ligari ab illo, cui peccata confitetur: vt not.extra de offic. delegat. c. sanè. el.2.facit.c.mandastis.2.q.5. Item si aliquis creatur in Papam, putans vxorem suam esse mortuam,& postea appareat vxorem viuere, quæ petat debitum, tenebitur Papa eidem debitum reddere vel renunciare Papatui, nisi vxor possit induci ad obseruandum continentiā: vt no.gloss.in d.c.si quis pecuniam.79.distin. Sunt etiam multi casus, in quibus Papa non potest dispensare, qui numerantur per Specul.in tit.de dispen.in §.nunc breuiter.per totum.

11 † Nunc ad tractatum,& materiam Cardinalium accedentes inuestigabimus quid sit Cardinalis, & vnde dicatur, & quales debeant esse. Item quot sunt genera Cardinalium, quot sunt numero,& qui sunt, & ad quid sunt, & de eorum titulis. Et respondeo, quòd Cardinalis idem est, quod regens, & dicitur à cardine ostij, quia sicut ostium regitur cardine: ita quoque omnis Ecclesia regitur autoritate apostolicæ sedis,& sic sacer senatus Cardinalium, à cardine regimen accepit, vt Cardinales dicantur, quasi alios regentes: vt probatur. 22.distinct.in c.sacrosancta.in fine.

12 † Constat enim Cardinales vocatos in partem solicitudinis, de quorum consilio summus Pontifex agenda ordinat, & disponit, extra de elect. c.fundamenta.§.docet.lib. 6.& sunt sibi collaterales.de offic. legat.c. 1. & penul. lib.6. Et pars corporis eius esse videntur. 6.quæstione prima, in §. verum. & in l.quisquis. C. ad legem Iuli. maiest. & in loco senatorum succedunt. 96.distin.Constantinus. Nam ecclesia habet senatum.16. quæstio. prima. ecclesia. Interpretantur etiam Cardinales, scilicet columnæ ecclesiæ.in c.ministerium.de offic. Archipresbyt. & in ipsis eligendis & creandis, debent ista concurrere principaliter, scilicet, industria singularis, fides explorata, morum maxima grauitas, & sapientia versans circa diuina. vt probatur in l.1.coniuncta. gloss. ff. de offic. præto. & ibi Bald.

13 † Genera autem Cardinalium sunt tria, quoniam quidam sunt Episcopi, quidam Presbyteri, quidam Diaconi. Episcopi Cardinales non funguntur alio titulo, nisi Episcopali. Vnde non nominantur per titulum dicendo. A.tituli Hostiensis Portuensis, &c. Sed simpliciter nominantur

isto modo, videlicet. A. Dei gratia Hostiensis Episcopus Cardinalis,&c. Nam tales Cardinales Episcopi, non possunt esse sine titulo, postquam ad titulum Episcopatus ordinantur, vt dixit Innoc. extra de electio.c.coram.

Presbyteri verò Cardinales nominantur, à titulo hoc modo, videlicet. A. Dei gratia tituli sancti Marcelli, Presbyter Cardinalis: vt in c. fin. extra de supplen. negligen. Præla.

Diaconi verò Cardinales, per hanc dictionem tituli non scribuntur, vt patet extra de arbi.c.penulti.de præscri.c.ad audientiam, & simpliciter nominantur hoc modo, videlicet. A. Dei gratia sancti Eustachij Diaconus Cardinalis,&c. Et prædicta collegi ex Specul.& Ioan. And. in titu. de libel.concep.§.nunc iam videndum, post princip. Et quia primo summo Pontifici, videlicet, domino nostro Iesu Christo in triumphali ecclesia, tres Patriarchæ Angelorum obsequuntur. Vnde ad exemplar illius, in ecclesia militanti circa Vicarios suos, tria genera Cardinalium obsequentium, ipsis Vicarijs fuerunt instituta.

14 † Quot autem sint, seu esse possunt Cardinales, reperio, quòd secundum primordialem eorum numerum, debent seu esse possunt quinquaginta vnus, qui in tria genera distinguuntur, vt suprà dictum est, quoniam quidam ipsorum sunt domino Papæ assidentes, vt Episcopi, quidam assistentes, vt Presbyteri, quidam insistentes, vt Diaconi. Episcopi enim in solennitatibus, sunt domini Papæ assessores, vnde ipsi soli inter alios Cardinales cathedris vtuntur. Presbyterorum verò Cardinalium, quilibet suam septimanam seruans in Missis & horis, assistit domino Papæ. Diaconi verò Cardinales insistunt ministerijs, ipsi enim Papam induunt, & ei circa altare deseruiunt.

Sunt autem Episcopi septem, secundum primitiuam institutionem, videlicet, Hostiensis, qui propter Papæ consecrationem dignior est alijs, & pallio vtitur, Episcopus Portuensis, Episcopus Albanensis, Episcopus Sabinensis, Episcopus Penestrinus, Episcopus sanctæ Ruffinæ, Episcopus Tusculanus. Et isti Episcopi tanquam Vicarij domini Papæ, in dominicis diebus festis, & præcipuis solennitatibus, in altari sancti Saluatoris Lateranensis ecclesię, debent deseruire.

Presbyteri verò Cardinales sunt 28. numero, qui diuisi per numerum septenarium, residuis quatuor Patriarchalibus, ecclesijs sunt intitulati ad celebrandum. Septem enim sunt intitulati ad ecclesiam sancti Petri, videlicet, Cardinalis sanctæ Mariæ in transtyberim, sancti Grisogoni, sanctæ Ceciliæ, sanctæ Anastasiæ, sancti Laurentij in damaso, sancti Marci, sancti Martini in monte. Alij autem septem, qui sunt intitulati ad ecclesiam sancti Pauli, qui debent in altari maiori deseruire, sunt isti, videlicet, Cardinales sanctæ Sabinæ, sanctæ Priscę, sanctæ Balbinæ, sanctorum Nerei & Archilei, sancti Sixti, sancti Marcelli, sanctæ Susannæ. Alij autem septem Presbyteri Cardinales sanctæ Mariæ maioris, sunt isti, videlicet, Cardinalis sanctorum Apostolorum. Aduertendum tamen est in hoc Cardinali, quoniam non nominatur per titulum, sed per basilicam, & sic in eo est speciale, vt probatur in c.cùm olim. de priuile.& de re iudi.c.ad apostolicæ.libr.6.& tenet Ioan.Andr. in dicto titulo. & §. de libellorum conceptione, sancti Ciriaci in terminis, sancti Eusebij, sanctæ Potentianæ, sancti Vitalis, sanctorum Marcelli & Petri, sancti Clementis. Alij autem septem Presbyteri Cardinales sancti Laurentij, sunt isti, videlicet Cardinalis sanctæ Praxedis, sancti Petri ad vincula, sancti Laurentij in lucina, sanctæ Crucis in Hierusalem, sancti Stephani in cœliomonte, sanctorum Ioannis & Pauli, sanctorum quatuor coronatorum.

Diaconi verò Cardinales sunt 16. deputati ad ministerium domini Papæ, videlicet, sanctę Mariæ in donica, & iste est Archidiaconus aliorum sanctæ Luciæ in cirro palatij, iuxta septisolium sanctæ Mariæ nouæ, sanctorum Cosmę & Damiani palatij, sancti Adriani palatij, sancti Gregorij, palatij sanctæ Mariæ in Schola græca, sanctæ Mariæ in porticu, sancti Nicolai in carcere, sancti Angeli, sancti Eustachij, sanctæ Mariæ in aquario, sanctæ Mariæ in via lata, sanctæ Agatæ, sanctæ Luciæ in capite saburre, Sancti Quiriati. Et prædicta collegi ex registris & chronicis summorum Pontificum, & ex Spe. in titulo de leg. §. sequitur. De potestate autem ipsorum Cardinalium, dic q̃ nullā causam audire possunt nisi eis à domino Papa specialiter sit commissa, vel nisi iure proprio, puta ratione Episcopatus, vel tituli sui ad eos spectet, prout dicit Specul. in

cul. in titulo de libelli conceptione.§.iam nunc. versic. Cardinales autem habent tamen ex speciali priuilegio, vel consuetudine, vt liberent damnatum ad mortem, si obuiant ei, dum ducitur ad iustitiam, vt dicit Bal. in l. additos. C. de appel. Multa quoque alia priuilegia habent, quæ enumerantur per Io. And. in addi. Specul. in tit. de leg. in d.§. sequitur, vbi videas, & extra de pœnis. c. fœlicis. lib. 6. Cœtus tamen Cardinalium, non exercet iurisdictionem Papalem sede vacante, nisi in quantum permittit consilium Lugdunense: vt habetur in Cle. ne Romani. de electio. & notatur in c. ad succedendas. de scisma. lib. 6. per gloss. & Archid. Quando autem Cardinales essent legati, & fungerentur officio legationis, tunc plenè dic per Specul. in titulo de legat. per totum. Postremò si scire cupis de Cardinalibus ecclesiæ Rauennatis, quare nuncupentur Cardinales, & olim & hodie: vide Io. An. in addi. Specul. in tit. de iuramen. calum. in §. restat. versic. quid si aliquid, & in §. licet. extra de proba. De officio autem & dignitate Camerarij Papæ, & quis sit Camerarius, & quam iurisdictionem habeat: habetur in dicta Clementina, nè Romani. cùm ibi no.

15 †Nunc transeamus ad tractatum de Patriarchis & Primatibus, tanquam ad eos, qui post Papam obtinent primum locum, vbi notandum, quòd Patriarcha & Primas idē sunt, licet nomina sint diuersa. Non enim est inter eos realis differentia, sed vocalis. vt not. 99. distin. c. 1. propriè tamen loquendo, quatuor principales sedes [a] Patriarcharum appellantur Patriarchæ, scilicet, Constantinopolitanus: Alexandrinus: Antiochenus: & Hyerosolimitanus: & secūdum istum ordinem tenent locum post Papam. extra de priuile. c. antiqua. & 22. distin. per totum.

Constantinopalitanus post Papam obtinet primum locum: vt in Auten. de eccle. tit. post prin. collatio. 9. Alij autem abusiuè, & non propriè sunt Patriarchæ, sed propriè dicuntur Primates, sicut est Aquileiensis: Gradensis: Tolentinus: Cantuariensis: Bituricensis, & similes. 9. quæst. 3. nullus primas. & c. conquestus. & per totum. Et dicitur Patriarcha græca lingua, id est summus Primatum, quoniam primum post Apostolicum, tenet locum. Archos enim græcè, latinè dicitur princeps. vnde Patriarcha quasi Princeps patrum, & Archiepiscoporum. Primates verò ideò dicuntur, quasi primum locum, post Papam tenentes, græco enim vocabulo dicitur, quod sit summus Episcoporum & Archiepiscoporum, vnde idem sonant in effectu ista vocabula, vt nota. 80. di. c. in illis. Vnde illi quatuor principales, ideò propriè appellantur Patriarchæ, propter excellentiam nominis, vt prædicta probantur. 21. distin. cleros. & plenè in Specul. de lega. in rubrica de dispensa. §. sunt quoque, & per Roffr. in libellis Iuris Canonici: charta sub rubrica, de iuribus episcopalibus.

Fuerunt autem ordinati isti Patriarchæ & Primates ab apostolis, & successoribus summis Pontificibus, vt 80. distin. c. 1. & positi fuerunt in ciuitatibus, vbi Gentiles habebant suos primos flamines, vt dicta distin. c. 2. Nam etiam gentiles habebant gradus, cum nominibus diuersis clericorum suorum, & diuisos per prouincias & ciuitates, vnde per apostolos, ista diuisio postea similitudinariè renouata est, vt 99. distinctio. c. 1. & 2. & in d. c. 1. cleros. 21. dist. vbi omnia prædicta declarantur.

Patriarchæ autem & Primates, nihil iuris vel priuilegij præ cæteris Episcopis habent, nisi quantum sacri Canones, vel prisca consuetudo contulit. Nam si causa aliqua vertatur cum Metropolitano, tunc debet ventilari coram Patriarcha suo, vt 9. quæstio. 2. si clericus. Item à sententia Archiepiscopi seu Metropolitani, appellatur ad Primatem suum, vt in c. duo. extra de offic. ordin. 9. q. 3. c. conquestus, & nota. per gloss. C. de Episco. & Cleri. in Auten. clericus. Item debet ante alios residere, vt 21. distinct. c. 1. & in alijs, in quibus habetur in. d. c. duo. & in c. conquestus. Item vacante ecclesia Metropolitana, potest prouidere de rebus custodiendis pertinentibus ad ecclesiam Metropolitanā de offic. ordin. c. præsenti. lib. 6. & 9. q. 3. c. conquestus. Item debet consuli per Metropolitanum super negocio arduo, super quo non potest prouidere per concilium prouinciale. 18. distinct. concilijs. Item potest supplere defectum Metropolitani, si est negligens. 9. q. 3. cùm scimus. Item potest absoluere iniustè excommunicatum per Metropolitanum, vbi Metropolitanus non vult absoluere. extra de offic. or. c. ad reprimendum. Item potest determinare, quod appellans ab iniusto mandato sibi facto, per Metropolitanum iustè appellet extra de appel. c. solicitudine. & de his plenè per

a Quatuor principales sedes. adde gloss. in c. Cleros. 21. di. tex. in c. fi. 12. di. gl. in c. 1. vt lite pēd. in extrauagāti Bonifacij. 8. in c. sancta Romana ecclesia. Speculator in titu. de dispen. in §. sunt quoq. versic. & nota quod primas.

nè per Ray. & Bart. de Pisis. in eorum summis & Patriarchæ immediatè subsunt Papæ, & ab eo suam dignitatē & pallium recipiunt, & faciunt deferri vbiq; ante se vexillum dominę sanctæ Crucis, nisi coram Papa vel eius delegato, vt in Auten. à memoria extra vt lite pend. & habent plures Prouincias sub se: vt prædicta probantur in dicto c. antiquo. de priuilegijs, de quibus plenè dic vt ibi.

16 † Nunc venio ad Archiepiscopalem dignitatem, videlicet, quis sit Archiepiscopus, & vnde dicatur, & qualiter ordinetur, & consecretur, dixi suprà, qui feud. da. po. super tex. Et appellatur propriè Metropolitanus, ideò sic dictus & vocatus, à mensura ciuitatum, quoniam singulis prouincijs eminent Metropolitani, quorum autoritati & doctrinæ, cæteri Sacerdotes subiecti sint: vt in d. c. cleros. Nam quęlibet Prouincia debet habere sub se decem vel vndecim ciuitates, & vnum regem, & totidem minores potestates sub se, & similiter vnum Metropolitanum aliosq; Suffraganeos. 10. vel 11. Episcopos Iudices, ad quorum iudicium omnes causæ, Episcoporū, & reliquorum sacerdotum ac ciuitatum referantur, & ideò ipsi Episcopi cuiuslibet ciuitatis dicti sunt, Suffraganei ipsius Metropolitani, quia causa criminalis cuiuslibet Episcopi est tradenda coram ipsis alijs Episcopis dictæ Prouinciæ, vt prædicta probantur. 6. quæstio. 3. scitote. de quo in Specul. de accu. §. quarto loco. Quam autem iurisdictionem habeat Metropolitanus in subditos Suffraganeorum? dic vt nota. extra de offic. ordin. c. pastoralis. & in c. Romana. de sup. negli. præla. libro 6. & in c. penul. extra de pœniten. Vtuntur etiam pallio: vt in c. di. quoniam. extra de Auten. & vsu pallij. per totum, & plenè per Specul. in d. §. sunt quoque. per Archi. in c. periculoso. de stat. regu. lib. 6.

a *Vtrum autē prioratus sit dignitas. Ad de. c. nisi essent. de præben. gl. in verbo prioratus. in c. quamuis. de verb. sig. Abba. in c. de multa. de præben. Archi. in c. 1. de consue lib. 6. Pau. de Eleaza. in Cle. 1. de electi. idem Pau. in Cle. ne in agro. de sta. Monach. Doc. in c. præsenti. in quinto not. de offic. or. lib. 6.*

AdEpiscopos nunc stylum vertamus, vnde quare ita appellentur, vnde dicantur, qualiter ordinentur & consecrentur, dixi suprà, qui feud. da. pos. super text. Quam etiam iurisdictionem habeant in dispensando, plenè vide in Specul. de lega. seu de dispen. §. nunc de Episcoporum, & in c. at si clerici. de iudic. & per Ioan. And. in Specul. de rebus eccle. non alien. super rubrica, & plenè de iurisdictione Episcoporum ponit Bald. in l. si quis ad declinandam. C. de Epis. & cler. Quid autem habeant necesse iurare: ponit Iacob. Ardi. in summa qualiter iurare debeat Vasallus sub rubricella quinta, & per Canonistas, in c. ego Episcopus, de iureiur. De Episcopo verò Nullatenensi, si scire cupis, vide per gloss. in Cle. quia pleriq;. de elect. & C. de nudo iure Quiritum tollen. De Episcopo qui fit in die innocentum, vide per Rofir. in libellis iuris Canonici in tit. ne sede vac. De offendente verò Episcopum, an priuetur feudo. habetur in Cle. 1. de pœnis. Postremò de alijs, & de omnibus alijs dignitatibus inferioribus, & titulis ecclesiasticis, & vnde deriuentur & habuerint originem, & de eorum iurisdictione, plenè vide in dicto c. Cleros. & in Specul. de iurisdict. omnium iudi. versi. secundum Canones. vbi multa declarat circa prædicta. & quod dixi suprà, qui feud. da. pos. in princip. super text. & vide in primo libro Decretalium, per plures & varios titulos, vbi aliæ dignitates & officia ecclesiastica declarantur, & per Iacob. And. in Specul. de præben. & dignitatibus super rubrica. Vtrum autem prioratus sit dignitas a no. extra de præben. cùm de beneficio libr. 6. & in Clem. & si principales de rescrip.

17 † Sed quæ sit, & quare appelletur in ecclesia dignitas personatus & officium: habetur in c. quia nonnulli. extra de Cle. non residen. infrà, in qui. cau. feud. amit. in fin. & quòd ibi dixi. De dignitatibus autem temporalibus & laicorum, plenè dixi infrà, quis dicatur Dux, Comes vel Mar. vbi videas, &c.

Vltimò ad materiam principalem, text. nostri an & quando Prælatus, vel alter Clericus possit infeudare posui, plenissimam distinctionem vltra alios suprà, qui feud. da. pos. in princip. in quæstione, quæ incipit, quæro ab extra, &c. vbi videas & in remissionib., quas ibi in fine adduxi in vtroq; iure. & per Innocentium in capitulo, vt super de rebus ecclesiæ non alie. & per Hostien. in summa de feudis. §. quis possit constituere feuda: & per Bartolum in l. prima. C. de bonis vacantibus. libro decimo.

SVMMARIA.

1 *Masculus fœminæ in feudo præferendus.*
2 *Fœmina in inuestitura cum masculo copulatiuè posita, quomodo succedat.*
3 *Fœmina à masculo si semel excludatur, mors masculi non ei patrocinatur.*
4 *Vasalli defuncti filia, stante masculo fratre, an succedat in feudo.*
5 *Is illicò decedere intelligitur, qui moritur in-*

tur antequam sit ei impositum nomen in Baptismate, quod est tempus octo dierum.

QVIN ETIAM SI. Iste §. est notabilis, & continuat se per similitudinem cum præcedentibus, hoc modo, videlicet, quia sicut quis non potest retinere feudum sibi datum ab Ecclesiastica persona, in qua non est consuetudo infeudandi, vt suprà proximè dixi, ita à simili à fœmina non potest retinere feudum extante masculo, quia non est consuetudo: & ideò dixit notanter, quinetiam, &c. quasi dicat, non solùm in casu suprà proximo, ille non est capax eius feudi propter eius naturam, ita nec fœmina istius. Et eodem modo continuabitur §. sequens. Vbi dicitur, quòd mutus non est capax feudi. Vel potest continuari, quia sicut in præcedenti casu, feudum reuertitur ad Ecclesiam: ita & isto casu reuertitur ad dominum. Et hæc continuatio probatur in fin. huius tituli, ibi & his omnibus casibus, &c. & sensit Iacob. de Belui. ibidem. Et ex his patet qualiter isti §. cum sequentibus, faciunt ad titulum nostrum inducendo eos ad similitudinem, prout alibi fit infrà in titulo de benef. fœminæ. in §. 1. Aliàs videretur, quòd non essent situati sub congruo titul. quod non est dicendũ. Et aduerte, quia ista difficultas exorta est ex eo, quod rubrica nostra fuit addita, & hîc posita à Glossatoribus, vt super ea dixi, quoniam secundum ordinationem Oberti de Horto, hîc nulla erat rubrica, sed totus iste titulus erat sub rubrica præcedenti, quibus modis feudum amitt. Vnde ipse Obertus prosequebatur casus, in quibus feudum amittebatur, & reuertebatur ad dominum, & sic isti duo casus multum benè, & egregiè faciebant ad titulum suum. Et in summa hoc intendit iste §. vbi si copulatiuè acquiritur feudum per Vasallum, suis descendentibus masculis & fœminis, non admittitur fœmina simul cum dicto masculo, nec eo deficiente. hoc dicit cum glossa.

CASVS.

Et potest figurari Casus hic, vt includantur duæ decisiones, hoc modo, videlicet, dominus concessit mihi feudum pro me, & descendentibus masculis & fœminis meis decessi superstitę filio masculo, & filia fœmina, quęritur vtrum filia fœmina admittatur simul cum masculo?

1 †Et respondetur quod non, quia natura feudi est, quod masculus pręferatur fœminæ. Sed pone quod iste filius meus masculus, decedit post mortem meam sine filio masculo, nunquid dicta filia mea soror sua admittetur ad successionem dicti feudi, à quo semel fuit exclusa per prælationem masculi? & respondetur quod non, sed tale feudum reuertitur ad dominum. Hic est casus secundum And. de Iser. & Bald. In textu ibi, tenore, id est, pacto. Ibi, possint, dic hucusque durat forma inuestiturę. Ibi, masculo, dic & relicta etiam fœmina secundum glossam, vt dixi in casus expositione. Ibi, admittatur, dic siue extante masculo, siue eo mortuo, quia ex quo semel est exclusa filia per masculum, non potest

2 amplius venire ad dictum feudum. † Not. quòd [a] fœmina apposita in inuestitura simul cum masculo etiam copulatiuè, non tamen succedit simul cum eo, sed ita demùm, si masculus non extat, vt hîc. & infr. de eo, qui sibi hæredi. quæ suis in capitulo primo. Et est ratio, quia ista copulatiua in proposito nostro, attenta natura consuetudinis feudorum copulat verba, & non sensum. Et intelligitur esse potius posita in vi ordinis, videlicet, vt si non extaret masculus, tunc ipsa fœmina deberet admitti, aliàs secùs, prout alibi patet in simili in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & Posthum.

Et intellige prædicta vera & text. nostrum procedere tunc demum, quando tractemus de feudo simplici & recto, & nõ datur ad certum seruitium, secùs autem in feudo conditionali, quod datur ad certum seruitium, de quo in c. fin. infr. de capita. qui cur. vend. Quod quidem seruitium, posset perfici per ipsam mulierem per se, vel per alium nomine suo, quia tunc ipsa fœmina admitteretur simul cum masculo. arg. ff. de vsufruct. accre. l. si quis Titio. & l. si mulier. ff. de lega. 1. l. Titiæ textores. §. nihil. & in Auten. de alie. §. emphiteosim. Et ita intelligit Iacob. de Belui. qui dicit ita fuisse obtentum, & intellectũ de facto in regno Siciliæ, & sequitur etiam Bal. Restringi ergò debet iste §. in casu suo solùm ad feuda recta & simplicia, non autem ad conditionata propter apertam naturam verborum, & mentem contrahentium. Ex qua colligi videtur manifestè, q̃ ita succedere debet fœmina descendens, sicut masculus. Et ita intelligitur iste §. in speciali casu suo de feudo simplici & recto; non autem extendatur ad alia feuda

[a] *Fœmina. Fœmina non succedit in feudo, nec mirũ, cùm in diuinis Scripturis pleraq; probibeatur officia exercere. Paulo hoc ad Corint. attestante, sed & prohibẽte & hæc sunt. Fœmina p̃dicare nõ debet, docere publicè nõ p̃sumat. 32. di. c. mulier. cõfessiões nõ debet audire, populo nõ benedicet. de pe. & re. c. noua. nullius ordinis actũ attẽtabit. vt in d. c. noua. & in c. tanta. de exce. prælat. & plenius vide de maio. & obe. Non iudicis, non magistratus, nõ postulatoris, nõ procuratoris, nisi in p̃pria & suorum cã officiũ geret. Itẽ testis esse non potest, nec ad iudiciũ trahi debet ferendi testimonij gratia. Et vt breuius loquar ad nihilum, videlicet, eò, quòd cũ viro data fuerit, à domino in adiutorium facta sit ei in detrimentũ. De qua Origenes alicubi: mulier caput draconis, lingua serpentis, etc.*

conditionata contra mentem contrahentium ſecundum ipſos. Et pro hac ſententia adduco tibi caſum, pro hoc, quem ipſi, nec aliquis allegat in extraordinarijs capitulis in titulo de feudis. & benè in capitulo
3 ſi cui militi. †Nota quòd fœmina ſemel excluſa à maſculo, in perpetuum eſt excluſa, ita quod mors maſculi deinceps non patrocinatur fœminæ, quod eſt notandum. facit c. 4. & quòd ibi dixi de capi. qui cur. vend. Et præſtat argum. ad ſtatuta diſponentia, quod filia non ſuccedat cum maſculo, quoniam ſecundum Bald. ſi mortuo patre, relicto filio & filia, poſtea moriatur filius ſine liberis, non patebit locus fœminæ ad ſucceſsionem patris: verùm de ſucceſsione fratris non repellitur, niſi frater deceſsiſſet cum hærede teſtamentario. Secùs autem ſi ſtatutum diceret, quòd fœmina nõ ſuccedat, donec maſculus ſupereſt. Nam tunc non intelligitur excluſa, ſed ſuſpenſa à ſucceſsione. Interim autem maſculus in ſolitum eſt hæres, vt notatur in l. 2. ff. ſi pars hæredi. pen. Et eo mortuo, ſublatum eſt obſtaculum, quòd obſtabat fœminæ, & ideò ſuccedit patri pro portione ſua, & poteſt vocari hæres anomala, ſecundum Bald. vt not. glo. inſtit. de eo, cui liberta. cauſa bona addiciunt, & ita conſultum fuit per Franciſcum Tigrini. de quo per Bartolum in l. finali. ff. ad Tertul.

Fœmina. Fœmina quinque caſibus in ſucceſsione feudi admittenda. Primò ſecundum Bal. quãdo inueſtitura eſt nominata. Secũdò, quãdo feudum à domino ipſa redemit. Tertiò, quãdo dominus ei dedit, vel mera liberalitate, vel ꝓpter patris benemerita, vel ſeruitia. Et his caſib. à nemine eſt moleſtia ei inferenda. Quartò, quando feudũ gratis, hoc eſt, ad nullũ ſeruitium traditũ eſt, quo caſu, deficientibus maſculis ipſa ſuccedet. Quintò, quando feudũ iure emptiõis, eſt acquiſitum.

4 †Quæro cum gl. quid ſi in caſu noſtro Vaſallus inueſtitus pro ſe & deſcendentibus ſuis maſculis & fœminis, moriatur relicto filio & filia. vtrum iſta filia ſuccedat? & reſpondetur quod non, quoniam ſtante maſculo, non debet admitti [a] fœmina, vt infrà de ſucceſſ. feud. in §. finali. & infrà de eo, qui ſibi hæred. quæ ſuis in c. primo. Quod eſt verum, niſi poſt mortem Vaſalli, filius maſculus ſubitò mortuus eſſet, quia tunc videtur extitiſſe, poſtquã ſubitò deficit. l. Poſthumus. ff. de iniuſto teſtamento, & hoc voluit tota iſta gloſſa vſque in fine, quæ gloſſa in ſe vera eſt, & benè loquitur, licet dicta l. Poſthumus. modicum faciat, quoniam ibi fuit mortuus Poſthumus viuo auo, & ſic ante patrem: hic verò poſt: vt l. 2. C. de Poſthum. hæred. inſtit. Veruntamen pro gloſſa facit. l. filio. ff. de iniuſto teſtamento. & l. finali. §. ſed quia. C. de leg. & de bonis, quæ lib. l. finali. §. fi. & de vi & vi arma. l. qui poſt. & eam tenet Iacob. de Belui. Raynutius, Nicolaus de Neapo. & Bald.

Veruntamen contra gloſſam eſt And. de Iſernia, videlicet, quòd filia non debeat ſuccedere, quia ratione momenti quis excluditur. Vnde dicit ipſe, quòd filius viuens iam excluſit filiam, & licet poſtea ipſe filius illicò moriatur, nihilominus filia, quæ fuit iam excluſa, non debet poſſe admitti vlterius, illo eodem iure, quo ſemel ritè excluſa fuit argumentum. ff. de verb. obligat. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. & C. de Poſthu. hæred. inſtitu. l. quod certarum. in fine. & ff. de rebus dubijs. l. qui duos. in princip. Facit pro hac opinione, quia ſi teſtator facit ſubſtitutionem filio, ſi ſine liberis deceſſerit, & ipſe moritur cũ filio, qui non vixit poſt eum, niſi vno momento: tamen inſtitutio fideicommiſſaria eſt extincta. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. fin. Item quia ratione momenti, reſcinditur teſtamentum, vt C. de Poſthu. hæred. inſti. in l. 2. & momentum multum operatur, vt not. gloſſ. in l. ſed & partus. in §. fin. quod metus cauſa.

Sed his non obſtantibus determinatur contrarium, & benè, vt in hac gloſſ. & inf. de ſucceſſ. feud. in §. filia. Et ratio, vt dictum eſt, quia non dicitur viuere, qui illicò obijt. Item quia filia non erat poſita in conditione, ſed in copula. Item hoc ſatis videtur eſſe de mente contrahentium. argu. in Auten. de hæred. & Falcid. in §. ſi quis autem. & in §. ſeq. & ff. ſi cer. peta. in l. cum quid. & ff. depoſiti. l. 1. §. ſi conuenerit. Et hanc opinionẽ ſequor tanquam fulcitã melioribus autoritatibus, & Gloſſatorum & Doctorum. Et quia magis fundata eſt ſuper æquitate & voluntate contrahentium. Dicit etiam Bal. quod quis intelligitur illicò decedere, quãdo quis moriatur, antequam ſit ei impoſitum nomen in Baptiſmate, quod tempus eſt octo dierum, vt tenet Innoc. in c. nam & ego. extra de verborum ſignificatione. Vltimò ad materiam præſentem vide in d. tit. de eo, qui ſibi hæred. quæ ſuis. maſculis & fœminis. in c. 1. & in remiſsionibus, quas ibi adduxi. & ſuprà qui feudum dare poſſ. in §. hoc autem. & in d. §. filia. & infrà de ſucceſſ. feud. & inf. de gradi. ſucce. in feu. in princip. & infr. de capita. qui curiam vendidit. in c. ſimul ſi quis.

SVMMARIA.

1 *Mutus pluribus modis quis efficitur.*
2 *Vaſallus feudum perdit, ſi morbum grauem incurrit.*
3 *Feudi rigor hic monſtratur, quare feudo quis priuetur. & nu. 5. vbi etiam oſtenditur, quare mutus priuetur feudo, & quomodo procedat, & quid iuris ſit in hærede.*

4. Mutus

4 *Mutus feudo si priuetur, ex ipso tamen sustentatur.*
6 *Mutus an priuetur feudo ad seruitium dato, cui mutitas non obest.*
7 *Primogenitus Regis à natura mutus, an in regno succedat, si secundogenitus habilis viuat.*
8 *Mutus an poßit de nouo feudum acquirere.*
9 *Quomodo feudum per dominum à muto, qui illud retinere non potest, reuocatur.*

a MVTVS FEVDVM. [a] Continua istum §. ad proxima. & ipsum adapta ad rubricam nostram, prout & secundum quod ego dixi suprà in §. proximo. Et quoniam iste §. continet materiam intricatam, & consule tractatam à Doctoribus, pro posse declarabo.
1 †Vnde pro intelligentia dicendorum sciendum est, quòd interdum quis est mutus à natura, vt quia ita natus est. Interdum quis efficitur mutus ex accidenti, & propter morbum superuenientem, vt l. discretis. C. qui testa. fa. pos. Item præmitte, quòd aliud est feudum paternum, aliud nouum, vt suprà dixi in præambulis libri in sexta diuisione feudorum. Item scias, quòd iste textus potest intelligi de feudo paterno, & tunc est necesse intelligere, quòd iste mutus erat mutus à natura, quia isto casu feudum paternum retinere non potest, vt infrà an mutus vel aliter imperfectus. in c. 1. in secundo responso. Potest etiam intelligi, vt loquatur de feudo nouo, & tunc est necesse intelligere, in muto ex accidenti, quia dictum feudum nouum retinere non potest, vt not. in d. c. 1. in gloss. & ibi dixi in primo notabili. & ita sensit glossa nostra hîc posita sanè intellecta, vt super ea dicam. Et in summa hoc intendit iste §. mutus feudum retinere nõ potest, sed ad dominum reuertitur, debet tamen ipsi muto tantum relinqui ex dicto feudo, vnde se congrue sustentare possit, si aliunde non habeat, & feudum sit magnum. hoc dicit. In textu ibi, mutus, subaudi, à natura, si feudum est paternum, vt in d. c. 1. secundo responso. Vel dic ex accidenti, si feudum est nouum, vt in dicto capitulo 1. in princi. à contrario sensu. & ibi not. vt quia post inuestituram sibi factam, effectus est mutus ex accidenti ex aliquo morbo superueniente, secundum Iaco. de Belui. & Nicol. de Neapo. Ibi feud. scilicet, paternum, si volumus intelligere de muto à natura. Vel dic, quod loquatur de feudo nouo, & tunc est necesse intelligere de muto ex accidenti, vt supra dixi. Ibi, nullo modo loquitur, hoc ideò dicit, quia secùs si aliqualiter loquitur, licet impeditè & balbutienter. instit. de inutili. stipu. in §. mutus. & insti. quibus non est permiss. fa. testa. in §. item surdum. & latè dixi in dicto titulo, an mutus vel aliter, &c. in oppositione prima. Ibi, magnum fuit quod extimari debet ex consideratione personarum, scilicet, domini & Vasalli, & seruitij debiti. argum. in l. sed & si quem. in §. mancipiorum. ff. de vsufruct. secundum And. de Iser. Ibi, exhibere, dic, id est, alere & sustentare. l. si quis à liberis, in princip. ff. de liber. agno. Ibi, ad dominum reuertitur: nam in primo casu huius libri reuertitur ad Ecclesiam: In isto verò casu & præcedenti, reuertitur ad dominum, secundum Iacobum de Belui. quod an sit verum indistinctè etiam stante filio, dic vt dixi in d. c. 1. an mutus vel aliter imperfectus in quæstionibus.

a Mutus feudum. Adde an talis poßit habere feudũ, vide per Cardi. Alex. in c. cũ apud. de sponsa. & an talis succedit in feudo, vide per Bal. in extrauagãti de pace. cõstã. in ver. libellarius. et per Alex. de Imo. cõsi. 136. in ci. vis, & examinato pcessu. in 1. volu.

2 †Not. magnum rigorem consuetudinis feudorum, videlicet, quod propter morbum superuenientem quis amittat feudum suum, quod videtur esse contra naturalem & ciuilem rationem. argumen. ff. solut. matrim. l. si cum dotem. in §. in sæuissimo. & C. de Curato. furi. l. finali. ff. ad Trebell. l. cum hæres. & de acquirend. possession. l. si is qui. Et ista fuit ratio dubitandi in casu nostro, sed ratio decidendi fuit, quia propter morbum superuenientem est effectus inutilis ad seruitium: ergò perdit beneficium non propter culpam morbi, sed propter effectum causæ finalis, propter quam datum fuit feudum, quoniam ipse Vasallus fuerat inuestitus de tali feudo, vt loqueretur in causis & negotijs domini, quod præsumitur, cùm seruitium consistat etiam in locutione, vt infrà in titulo de forma fidelitatis. vnde amissa loquela in totum non debet feudo gaudere, cùm seruire non possit, sicut patet de scutifero & seruiente, qui non debet habere salarium eo tempore, quo stetit in infirmitate, cùm seruire non potuerit, vt notat. in l. si in vno. in §. item cùm quidam. ff. locati. Licet alia gloss. videatur innuere contrarium in l. arboris. in §. de illo. ff. de vsufruct. Assignatur etiam alia ratio, quia vbi in contractu celebrato, gratia vtriusque si conditio potestatiua deficit per casum, debet esse damnum debentis implere. l. si militem. C. de condi. ob causam.

Et prædicta procedunt in feudo nouo, q̃niam secùs esset dicendum, si feudũ esset pater-

paternum, quia tunc talis morbus perpetuæ mutitatis superueniens, nō priuat ipsum Vasallum à retentione talis feudi, vt est casus secundum lecturam Petri de Cer. in d. c. 1. in princi. an mutus vel aliter imperfectus. Et est ratio differentiæ, quia tūc tale feudum habuit originem fundamenti, nedum in personam suam, sed etiam in personam patris, vt aliorum ascendentium. vnde fortius est illud, quod duabus radicibus fundatur, quàm quod vna sola, vt in Auten. de consangui. & veteri. fra. in §. 1. quod intellige verum, nisi tale vitium accidisset sibi sua culpa, quia tunc priuaretur. argu. no. in l. sed si res. ff. de lega. 1. & C. de condi. ob causam. l. si militem. & dixi in titu. an mutus, &c.

3 † Not. secundum aliam lecturam alium maximum rigorem feudorum, videlicet, quòd morbus naturalis perpetuæ mutitatis, proueniens à natiuitate officij totaliter nato, vt non succedat seu retineat feudum paternum, de quo est casus in d. c. 1. in secunda parte. Et hoc similiter videtur esse contra naturalem & ciuilem rationem. l. maximum vitium. C. de libe. præte. & ista fuit ratio dubitandi in hac lectura. Sed ratio decidendi est, quia feudo seruire non potest, prout dicit textus in d. c. 1. in fin. adducens exemplum de clerico & fœmina, qui similiter nō sunt capaces ad retentionem feudorum. Quæ autem sit ratio diuersitatis, quòd isto casu si vitium esset accidentale, quod tunc non priuaretur feudo paterno. dic vt suprà dixi.

4 † Not. æquitatem & humanitatem cōsuetudinis feudorum, videlicet, quòd in supra scriptis omnibus casibus, in quibus perpetuus morbus mutitatis priuat mutum retentione feudi: tamen debet alimentari & sustentari ex dicto feudo, si aliunde nō habet, habita consideratione qualitatis feudi, & conditionis personarum, vt dixi super text. Et hoc etiam est regulare in omnibus alijs personis, quas tenemur alere, vt ita demùm alere teneamur, si aliunde non habent. ff. de libe. agna. l. si quis à liberis. §. si filius. secundum Andr. de Isern. Et dicit prædicta præstare. argu. quod prælato deposito sine culpa sui, debeant præstari alimenta ab Ecclesia. facit c. 1. & c. præsbyterum. extra de cler. ægro. Vtrum autem Vasallus teneatur alere dominum egentem, si nihil aliunde habet, vnde posit sustentari? dic vt dixi infr. si de feud. fue. controuer. in c. licet, &c.

† Oppo. cum gloss. 1. de superfluitate huius text. per d. c. 1. an mutus vel aliter imperfectus.

Solutio: Quidam antiqui fatebantur contrarium, dicentes & Glossatores, quòd iste §. vacat per illum titul. Sed veritas est in cōtrarium, quòd imò non vacat secundum Iacob. Gofr. qui dictam glossam non admittebat, quod patet, quia in isto §. ponuntur aliqua, quæ ibi nō tanguntur, & similiter in d. tit. aliqua declarantur, vltra ea, quæ hîc habentur, prout patet de se. facit quod in simili dixi supr. qui succe. tene. super rubric.

5 † Oppo. cum d. glo. quòd imò iste mutus non debet priuari feudo, sed considerandum sit, an aliud beneficium habeat vel non. Quia si non haberet, tunc misericorditer agendum sit cum dicto muto, per ea, quæ habentur in l. si quis terram in Lombarda. de bene. & terris tributa.

Solutio: Dicit gloss. quòd per illam legem, multi reprobauerunt istam decisionem. Sed tu dic, quòd imò nihil facit contrà. Primò, quia nullam facit mentiotionem de muto. Item quia in ratione sui videtur conuenire cum secundo responso huius. §. In eo, quod prouidetur huic muto inopi circa eius sustentationem, & ita similiter fit in d. l. in casu suo, adeò, quod quidam, vt Andr. de Iser. dixerunt, quod iste textus habuit ortum à dicta lege.

Oppo. cum prædicta gloss. in versic. sed de quo muto, &c. arguendo à sufficienti partium enumeratione, quod iste text. nullo modo posit procedere, si volumus intelligere de muto ex accidenti siue à natura, quod argumentum est validum in iure. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iur. Et probatur sic: nam non potest intelligi de muto à natura, quia cùm potuit in princip. acquirere per regulam, & vult quod quilibet posit acquirere feudum, vt infr. per quos fiat inuesti. in §. personam. multò fortius poterit retinere. argu. ff. de superfi. l. prima. & ff. de va. & extraord. cognit. l. 1. §. proinde. Ergò tale vitium sibi non officit. Similiter non potest intelligi in muto ex accidenti, quia quilibet homo in vltimo articulo vitæ efficitur mutus, ante vltimam respirationem spiritus, & sic omnis homo amitteret, nec ad hæredes transiret, quod esset absurdum. Et ad istud argumentum respondet gloss. quod non est exaudiendum, cùm in subtilitate summa fundatum sit. vt in l. sicut. ff. quibus mod. pigno. vel hypo. solu. C. ad Trebel. l. penult. Nam vt

vt ait Terentius, summum ius sæpè summa malitia est. Et ideò dicitur, quod simplicitas est amica legibus. insti. de legitima agnatorum successione. in §. sed simplicitatem. Nam hic loquitur de muto viuente. Ibi verò de effecto muto per mortem proximam. Quare glo. volendo aperire intellectum illius §. dicit, quòd potest intelligi de vtroque muto. Nam in muto ex accidenti patet, quia licet ab initio fuerit capax feudi ante mutitatem, capiendo inuestituram nouiter de dicto feudo: tamen propter superuenientiam mutitatis, turbatur ipsa inuestitura, ita quod ipse effectus mutus non possit illud feudum retinere. argum. in Autent. de restitu. & ea, quæ parit. §. fina. C. de secundis nuptijs. l. prima. Similiter hoc potest intelligi de muto à natura, præsupponendo istud feudum esse paternum, quia cùm non possit seruire feudo, non poterit illud retinere, vt probatur in dicto capitulo 1. in fin. infrà an mutus vel aliter imperfectus. vbi loquitur de muto à natura. & hoc voluit tota ista gloss. vsque ad finem. Quæ postremò ad declarationē prædictorum, se remisit ad ea, quæ dixit Py. in summa in titul. quibus modis feudum amittatur in §. propter casum. Vbi sic ait: propter casum enim amittitur feudum, seu non retinetur, puta si Vasallus efficitur mutus, ita quod nullo modo loquatur. Veruntamen si feudum fuerit magnum, quo ei ablato se exhibere non valeat, tantum ei relinqui debet de dicto feudo, vnde se retinere possit.

Et hoc intellige verum esse in feudo, quod non est paternum, sed nouum. Sin autem esset paternum, secundum quosdam retinebit totum, sed secundum alios talis mutus à natura natus, non potest retinere. Et est ratio, quia seruire non valet. Et ista sunt verba sua in dicta summa. Ex quibus verbis, & ex mente huius glossæ patet. §. nostrum notabiliter posse intelligi de vtroque muto, diuersis respectibus, vt dixi suprà in euidentialibus. & super text. Sed aduerte ad vnum, quod præsupponit ista glossa, videlicet, quod si Vasallus amittit feudum in vita, quod non transit ad hæredes, &c. quia hoc non est verum, ita simpliciter intellectum. infrà si de feu. fue. contro. in c. Titius. & infr. si Vasallus feudo priuetur, cui deferri debeat. Sed quando & qualiter transeat ad hæredes, dixi latè infr. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. fi. in conclusionibus, vbi videas.

Oppo. ab extra contra ea, quæ dicta sunt suprà, quòd imò mutus ex accidente, debeat fortius posse retinere feudum nouum, quàm paternum, cuius contrarium conclusum est suprà: Quod probatur, quia quando mihi datur feudum de nouo, tacitè agit dominus mecum, vt habeam illud, si potero seruire, vt ff. commodati. l. si is. §. 1. & probatur infr. quæ fuit prima causa benef. amitt. §. sed nec est. Vnde superueniente mutitate reuocatur, vt sup. dictum est. ergò multò fortius debemus dicere, quod debeat reuocare ab hærede meo, si efficiatur mutus. Quod ostenditur ratione, quia ipse dominus non tantùm cognoscebat, neque amat hæredem meum, sicut me, quem inuestiuit. Item & alia ratione, quia magis videtur esse medium id, quod per meam probitatem acquiro, quàm illud, quod ab alio Vasallo intermedio consequar, iuxta not. in l. penult. ff. de capti. & postlimi. reuersis ergò, &c.

Solut. Dixit Andre. de Isern. in dicto tit. an mutus, &c. vbi formatur istud contrarium, quod plus debetur nobis istud feudum paternum, quàm nouum, ex speciali interesse, & affectionis propter lares paternos. l. lex quæ tutores. C. de admi. tu. Sed quia ista solutio non videtur mihi satis concludens, ideò aliter soluendo: puto, videlicet, quod ratio est, quia feudum nouum est debilius, quàm paternum, cùm non sit ita radicatum in familiam Vasalli, sicut paternum, vt infr. quæ fuit prima causa benefic. amitt. in §. fin. & infr. qui testes sint necessarij ad probandam no. inuesti. c. 1. facit quod dixi sup. in primo notabili. in fin.

6 †Quæro ab extra, quid si datum est feudum ad certum seruitium, cui mutitas non obsit, an tunc per talem casum superuenientem amittat dictum feudum nouum. Et dicit Iacob. de Ra. quod non, per l. 1. §. casum. ff. de postulan. ff. de iudic. l. cæcus. ff. de captiuis & postlimi. reuer. l. postliminium. §. fin. & ff. de statu ho. l. qui furem. Idem dicit ipse, si erat feudum datum sine fidelitate, pro quo nullum seruitium postulabatur. Idem si ex nulla ingratitudine posset auferri, vt quia dominum liberauerat à morte, quia tunc cessat ratio legis seu consuetudinis. facit l. si pater. 1. §. 1. ff. de dona. ff. de re mili. l. q̃d milites. & ff. de pactis in l. quod dictum. & 7. quæst. 1. Pontifices. Et ita sequitur Bald. prædicta recitando in dicto titul. an mutus, &c.

Quæro,

Quæro, sunt duo filij Vasalli mortui, vnus vtilis, & alter inutilis, qualiter succedunt? dic per Ioannem Andre. in addit. Specul. de feudo. in §. quoniam. versic. 25. & plenè dixi in d. §. præterea duca. de prohib. feud. alie. per Feder. Quid autem si nascantur duo gemelli in eodem partu, quis tunc debeat succedere? dixi in c. 1. infrà de feud. marc.

7 † Quæro quid si statutum vel consuetudo dictet, quod primogenitus succedat in regno,[a] & moriatur rex, relicto primogenito penitus muto à natura, & alio filio secundogenito habili, an primogenitus debeat succedere? dic quod si primogenitus est ita natus, ita quod vitium sit naturale, & perpetuum, & non succedat, sed secundogenitus. Quia statutum seu consuetudo debent intelligi de eo, qui naturaliter nascitur habilis. Facit. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mu. & ho. Sin autem ex accidenti efficiatur demens, & tunc dabitur curator, quia in persona sua radicatum est iam ius patriæ potestatis. extra de supplen. negli. præla. c. grandi. & quod not. per Arch. 2. quæst. 6. §. item obijcitur. & per Ioannem Andr. extra de elec. c. cum inter in Nouella. & ita determinat Bal. infrà de succes. feud. in prin.

[a] *Quod primogenitus succedat in regno. Adde Bal. in Autenti. hoc amplius. C. de fideicom. Bal. in proœ. Grego.*

8 † Quæro, vtrum à principio posit mutus acquirere feud. de nouo? dic quod sic, per dictum §. personam. inf. per quos fiat inuesti. & sensit gloss. hîc posita, & super ea dixi. facit. l. qui bona. §. de illo. ff. de dam. infec. Et probatur etiam ratione, quia dominus potest facere gratiam, aliàs inhabili, prout videmus in simili. infr. quemadmodum feud. ad fin. pertineat. c. 1. & talis mutus poterit seruire per substitutum. vt inf. si de feud. fue. controuer. in c. si minori. & c. sequenti. & tenet Bal. & And. de Iser. hic. Facit quod dixit Dyn. in l. continuus. 1. §. si ab eo. ff. de verbor. oblig. Vtrum autem in omnibus cæteris casibus, in quibus mutus priuatur feudo, posit seruiendo per substitutum illud retinere? dic vt dixi in d. c. 1. an mutus, vel aliter imperfectus. in prima quæstione. vbi etiam gloss. tangit.

Quæro qualiter reuocabitur per dominum à muto, qui illud retinere non potest? dic secundum Andre. de Isern. quod per cōditionem, ob quam datum est sequi non potest. l. si militi. C. de condictio. ob. causam. facit. l. 1. in fin. & l. 3. ff. de condi. sine causa. Nam tacitè hoc inerat in datione ipsius feudi, si in eodem statu, & eadem res permaneret, vt ff. de solu. l. cum quis. in principio. Et quia non permanet, ideò reuocatur, vt suprà. facit quod not. in l. 1. §. diuus. ff. de varijs & extraordi. cogni. Vltimo ad integram intelligentiam istius materiæ videas alia plura, quæ dixi in d. ti. an mutus vel aliter imperfectus, & in remisionibus ibi copiosè adductis, & per Iacob. Ardiz. in summa in titu. de success. feud. sub rubricella de muto vel alio imperfecto. & per Canonistas in c. consultationibus. extra de cleri. ægrotante. & in c. cùm apud. de sponsa. & per Host. in summa tit. de feu. §. quibus modis.

DE NATVRA FEVDI.

RVBRICA.

CONtinuatur ad proximè præcedentia hoc modo, quoniam suprà proximè posuit aliquos casus, in quibus Vasalli non possunt feuda retinere, sed ad dominū reuertuntur, an sumpta inde occasione, nunc ostendere intendit, vnde secundum naturam feudorum Vasalli, possunt feuda retinere contra voluntatem dominorum, volentium ab eis dicta feuda auferre sine causa, & ideò subijcit istam rubricam, scilicet de natura feudi.

SVMMARIA.

1 *Valuasores maiores olim Vasallos, non disuestiebant sine culpa, minores autem sic.*
2 *Iuris variatio in materia feudali, personarum varietate inducitur.*
3 *Voluntarium in initio quandoq; necessarium fit ex post facto.*
4 *Licitum quod ante creditur, postea nonnunquam illicitum efficitur.*
5 *Subtilitas scrupulosa dicitur perniciosa. Secùs si est ingeniosa & fructuosa.*
6 *Imperator an ciuitates societatis Lombardiæ, mixto & mero imperio poßit priuare.*
7 *Feudi natura quæ, & in quibus consistat.*

NATVRA FEVDI. Licet iste titulus nobis modicam præbeat vtilitatem, cùm hodie indistinctè domini non posint disuestire Vasallos suos sine cognita & conuicta culpa, vt inf. de feud. sine culpa non amit. in c. 1. & in hoc c. in fi. Attamen quantum ad intellectum diuide totum titulum in tres partes. Quoniam in prima parte declarat, quæ sit natura feudorum cōcessorum à principe, vel ab alijs maioribus Valuasoribus, an pro libito posint suos Vasallos à dictis feudis disuesti-

disuestire. In secunda declarat circa prædicta de natura feudorum concessorum à minoribus Valuasoribus. In tertia æquiparat omnes suprascriptos corrigendo, & ponendo regulam, vt hodie nemine possit disuestiri Vasallus sine culpa. Secunda ibi, si verò. Tertia ibi, moderni.

CASVS.

1 † Princeps & Capitanei atque maiores cæteri Valuasores, non poterant olim disuestire suos Vasallos sine culpa, minores verò Valuasores pro libito poterant, etiam nulla habita ratione culpæ, nisi duobus casibus hîc expressis: hodie verò nullus dominus siue sit de maioribus, siue de minoribus potest disuestire Vasallum suum sine cognita & conuicta culpa. hoc dicit. Et præmitte pro euidentia, qui dicuntur Capitanei, qui Marchiones & Comites, qui Valuasores maiores & minimi, vt dixi suprà de his, qui feudũ dare possunt. in prin. in euidentialibus, & habetur in titul. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. In text. ibi, Princeps, potes intelligere de Imperatore,[a] vel dic de quocunque alio Rege, quoniam Princeps est in regno suo, vt dixi in d. titulo de his, qui feudum dare poss. in princip. si per text. Ibi, Capitaneos suos, videlicet, Marchiones vel Comites, qui propriè appellantur Capitanei, vt inf. statim subijcit. Ibi, Marchiones, vt quia Princeps creauit Marchionem, & ipsum inuestiuit de Marchia. Ibi, & Comites, vt quia creauit Comitem inuestiendo ipsum de Comitatu. Ibi, & ipsos, fortè habuit respectum ad Duces, vt quia Princeps creauit Ducem inuestiendo ipsum de Ducatu, vt infrà de feudo Marchi. in c. 1. & in d. titu. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. in princip. Ibi, à Capitaneis, subaudi, suprà dictis. Nam dicti Capitanei possunt etiam infeudare alijs inferioribus, & illi, qui ab ipsis feuda accipiunt, dicuntur maiores Valuasores. Sed tamen appellantur etiam Capitanei, & de istis etiam statim subijcit in textu. Ibi, hodie, scilicet, secundum ista tempora: sed hodie secundum nostra tempora, appellamus eos secundum vsum loquendi, vt l. labeo. ff. de supellectili legata. Nam dicimus eos Barones secundum Baldum supr. qui feudum dare possunt. in principio. Ibi, Capitanei, vult dicere, quòd etiam si isti maiores Valuasores, qui etiam Capitanei appellantur, infeudauerint alijs Vasallis inferioribus, qui minores Valuasores appellantur, non poterant olim disuestire prædictos Vasallos suos sine culpa: sicut non poterat Princeps, neque Dux, neque Comes, neque Marchio. Ibi, à minoribus, isti sunt, qui recognoscunt à suprà dictis minimis Valuasoribus. Ibi, minimis, isti sunt qui recognoscunt, & sunt inuestiti à minoribus Valuasoribus de quibus proximè dixi. Ibi, hostem Romæ, id est, quia perrexit in exercitu cum domino Romam, vt supr. qui feudum dare possunt. in fin. infr. de capi. cora. in §. similiter. & infrà de pace iura. fir. in fin. Ibi, idem est, scilicet, vt feudum non auferatur. Ibi, emerit, quod an sit licitum, dixi infrà de benefic. fra. in c. 1. Ibi, rationabilem vsum, quæ ratio erat ista, quoniam isti minores vel infirmi Valuasores infeudando, non poterant facere aliquem nobilem per talem suam infeudationem. Nam eorum Vasalli, qui ab ipsis feuda recipiebant, erant plebei, & ideò pro libito poterant reuocare. Sed alij, qui recipiebant à maioribus Valuasoribus & superioribus suprà nominatis efficiebantur nobiles, & ideò non poterant disuestiri sine culpa, vt hîc. & ista ratio colligitur in d. c. 1. infr. quis dicatur Dux, Comes vel Marchio. in §. 1. Ibi, in fin. text. subaudi, quia hodie nulla fit differentia inter dominos inuestientes, cùm non auferantur feuda à Vasallis sine eorum culpa, siue fuerint inuestiti à minoribus seu minimis Valuasoribus, siue à maioribus & superioribus.

Et prædicta sunt vera, quantum ad retentionem feudorum, vt hîc. non autem quantum ad nobilitatem, vt in dicto §. 1. quis dicatur Dux, Comes vel Marchio. & dixi in principio dicti tituli, vbi Iacob. de
2 Bel. hoc tenet, sed super textum. † Not. quòd secundum vsum & opinionem feudorum in materia feudali ex varietate, & differentia personarum inducebatur variatio iuris, secundum autem opinionem Modernorum secùs est, quoniam Vasalli non possunt disuestiri hodie de eorum feud. sine cognita & conuicta culpa, nulla facta differentia vel distinctione, à quo domino recognoscebant, vt hîc in fine. & infrà de feud. sine culpa non amitten. in c. 1. & quo temp. mi. inuestitu. de. in c. final. & in glossa prima hic posita, quæ istud notabile & Brocardum collegit se remittendo ad libellum Pilei, quæ per hoc est expedita vsque ad versic. item colligitur. de quo Brocardo dixi suprà qui feudum dare possunt. in §. fina. & not. per gloss.

[a] Princeps potes intelligere, de Imperatore. Adde l. 1. ff. de constitu. prin. & in Proœ. institu. in prin. & Gloss. in Cle. 1. de Baptis. aliquando appellatur sanctissimus, vt in l. quæris. ff. de nata. resti. Pau. de Cast. in rubric. C. idem Paul. in l. cũ Sillenianũ. in quinto notabili. C. de his, qui, vt indig.

gloſſ. infrà de feud. March. in c. 1. Quid autem de iure diuino. in l. 1. in principio. ff. de poſtu. & in Auten. de Monachis in §. 1. & not. per Canoniſtas in c. nouit extra de iudicijs. Verùm in materia feudali quantum ad propoſitum noſtrum dicendum eſt, quod quò ad priuationem feudi nulla eſt differentia inter minores & maiores, vt hîc, ſed quantum ad aliqua alia, benè eſt differentia, quia magis puniuntur maiores pro pace violata, quàm minores, vt infrà de pace iura. fir. in §. item non maiora feuda diuiduntur: minora verò ſic, vt infrà de prohi. feud. alie. per Fede. §. præterea. Per Canoniſtas autem habetur de hoc Brocardo. extra de maio. obedien. c. ſtatuimus.

3 † Not. ſecundò ex iſto textu coniuncta dicta gloſſ. in verſic. item colligitur, quòd illud, quod ab initio eſt voluntatis, ex poſt facto fit neceſsitatis, & de hoc ſe remiſit ad l. ſicut. C. de act. & oblig. & ibi plenè not. de hoc Brocardo. Sed quantum ad propoſitũ noſtrũ in materia feudali patet, quia poſtquã dominus inueſtiuit, nõ poteſt inueſtire, etiã ſi ſit Imperator, qui ipſum inueſtiuit, vt hîc in prin. vel eius ſucceſſor. vt in c. nouit. extra de iudi. Licet .n. poſſet facere de plenitudine poteſtatis: non tamen de iure, vt hîc in princip. & ita not. in d. §. fin. ſupr. qui feudum dare poſſ. facit quod not. Innoc. in c. ad Apoſtolicam. extra de Symo. & per Docto. in l. digna vox. C. de legi. & in l. benè à Zenone. C. de quadri. præſcri.

a Quod de feudo poſſunt acquiri per pecuniam. Adde Doct. in c. ad noſtrã. de emp. & ven. Bal. in l. licet. C. de lib. cauſa.

b Subtilitas. Adde an ſubtilitas in iudicijs ſit ſeruanda. vide per Car. Alexand. in c. de Petro. in primo notab 46. diſtinct.

Et intellige prædicta vera, niſi ſubeſſet culpa Vaſalli cognita, & conuicta per ſententiam. infr. de feud. ſine culp. non amit. in §. 1. & quo tempore miles. in c. fina. Ex quibus infert Bald. quod Imperator ſiue Papa non poteſt ſupprimere dignitatem, donec ſubeſt perſona, quæ præeſt dignitati, niſi ex magna cauſa. facit c. decet. de reg. iur. lib. 6. Similiter per ſecundum priuilegium Principis non tollitur primum poſtquam eſt factum priuati iuris per not. in c. 1. de conſti. lib. 6. & C. de ſacroſanct. Eccleſ. l. priuilegia. Et circa prædicta vide, quod plenè dixi in d. §. fin. & infr. ſi de feud. fue. controuer. c. naturales.

4 † Not. tertiò coniuncta dicta gloſſ. in verſic. item colligitur, quod licitum eſt, &c. Aliud Brocardum, videlicet, quia interdum aliquid licitũ eſt antè, quod poſtea non licet, & ad hoc allegauit gl. plures concordantias pro & contra vſque ad finem. Sed tu circa hoc ſic concludas, quod aut cauſa, quæ primò erat, non mutatur, ſed eadem remanet: & tunc, quod antè licet, debet etiam poſtea licere, & econtra, vt eſt regula in omnibus permiſsis & prohibitis. ff. de adi. lega. l. 3. §. fin. cum l. ſequenti. Aut prima cauſa mutatur: & tunc ſi noua cauſa tendit ad permiſsionem: tũc quod antè non licet, poſtea non licet, ſic loquuntur contraria hîc in gloſſa allegata. aut cauſa noua tendit ad prohibitionem, & tunc quod antè licet, poſtea non licet, vt hîc. & l. 1. ff. de ferijs. de quo Brocardo plenè per gloſſ. & Doct. in l. pen. in §. fina. ff. de vaca. mu. &c.

Not. quartò ex hoc text. in ſecunda parte coniuncta gloſſ. fina. in princ. quod quis non debet affici duplici damno, quod patet, quia vbi Vaſallus diſueſtitur per dominum: non tamen perdit precium, quod pro dicto feudo exburſauit. Et quoniam eſt via Brocardica, an quis duplici damno afficiatur. Idcircò gloſſa prædicta allegauit pro & contra, vſq; ad verſiculum item hîc, &c. de quo Brocardo breuiter dic, quod iſta eſt regula, quæ hîc ponitur, quæ fallit, vbi per pactum vel culpam diſponeretur contrarium. & ſic loquuntur leges in contrarium alligatæ. de quo dic plenè per gloſſam in l. diuus. ff. de officio præſidis, quæ ad hanc materiam plures remiſſiones adduxit in vtroque iure.

Not. quintò argumen. ex iſto text. in dicta parte coniuncta dicta gloſſa finali in fine, quod feuda poſſunt acquiri per pecuniam.[a] Et circa hanc quæſtionem allegauit iſta gloſſa pro vtraque parte, & eandem remittit ſe ad ea, quæ dixit in c. 1. infr. de feud. da. in vicem legis commiſſ. Sed tu dic, quod gloſſa voluit ſe remittere ad capitulum 1. infrà de benefic. fra. vbi hanc quęſtionem pinguius tractauit, & ibi eam latè examinauit, vbi videas.

5 † Not. vltimò ex hoc text. in fine ſecundũ And. de Iſer. quòd ſubtilitas[b] ſcrupuloſa eſt pernitioſa, quæ caret æquitate & ratione eſt reprobanda. facit l. ſancimus. C. ad Treb. & C. vt act. ab hæred. contra hæred. in l. 1. in fin. & de inſtitu. & ſubſti. l. ſi quis hæredes in fine. ff. quibus mod. pig. vel hypo. ſolu. l. ſicut in §. ſi debitori. Et ſuadet ratio, quoniam in paribus caſibus æquitas paria via deſiderat. infrà de pace iura. fir. in fine. Alia autem eſt ſubtilitas ingenioſa & fructuoſa, & illa eſt benè ſequenda & amplexanda. l. cum acutiſsimi. C. de fideicõ. l. 2. & C. de commer. & merc. Et de hac materia popule per Canoniſtas extra de ferijs in c. pen. l. in fi.

†Quæro

6 †Quæro ab extra secundum Bal. vtrum hodie posſit Imperator auferre, ciuitatibus societatis Lombardiæ merum & mixtum Imperium, quod ex pace constantiæ fuit eis concessum? Et dicit esse aduertendum: quoniam licet pax fuerit perpetuò contracta: tamen dicta obligatio non fuit contracta, nisi per triginta annos. Et ideò infert, quòd Imperator posset hodie mihi concedere aliquod castrum alicuius ex dictis ciuitatibus cum sua iurisdictione, quia omnis iurisdictio & districtus est apud Principem, nisi prius concessisset alteri. Quia tunc non posset per prædicta, maximè vbi quis impetraret talem gratiam per obreptionem, vt not. in l. 2. C. de fun. & sal. rei domini e. lib. 11. facit. C. vnde vi. l. autoritatem. & vide ad prædicta eundem Bald. in l. qui se patris. C. vnde liberi. in versic. & scias, &c. in penultima
7 colum. †Quæro quæ sit natura feudi, & in quibus consistat? respondeo secundum Iacob. Ardiz. vt primò dominus inuestituram præstet secundo, vt Vasallum mittat in possesionem, nec sufficeret si vellet præstare interesse, vt infr. quid præce. de. inuesti. an fideli. in capitulo 1. & de no. for. fideli. in capitulo primo. in fin. infr. si de feud. fue. controuer. in c. si facta. Item quod Vasallus fidelitatem iuret, vt infrà per quos fiat inuesti. in fine. Item vt hæredes Vasalli inuestituram petant, vel Vasallus ab hærede domini. vt infr. quæ fuit prima causa benefic. amitt. in principio. Item feudi natura est, vt detur gratia vtriusque, vt infrà de for. fideli. in fine. & inf. de feud. dare in vicem legis commiss. in capitulo 1. Item quòd feudum non amittatur sine cognita culpa, vt hîc. Item quòd ordo successionum seruetur in feudo, vt infrà in titulo de gradi. & infrà de natura successio. feud. Item est contra naturam feudorum, vt fœminæ succedant in feudis, vt suprà qui feudum dare possunt. in §. hoc autem. Item multotiens datur feudum contra communem naturam feudi, vt infr. quid sit inuesti. in §. præterea. & infr. de feudo non habente propriam naturam feud. in c. 1. Item natura feudi est, vt fiat tantùm super rebus immobilibus, & hoc regulariter, vt infr. de feud. cogni. in c. 2. Item de natura feudi est, apud quos iudices debeat causa feudalis tractari, vt infr. apud quem vel quos in capitulo 1. & in pluribus alijs casibus potest declarari natura feudi, quod enumerare magis laboriosum esset, quàm subtile. Vltimò de materia præsenti habetur in d. §. fin. supr. qui feudum dare possunt, & in remisionibus, quas ibi copiosè in vtroque iure adduxi. & infr. de feudo dare in vicem legis commiss. in c. 1. & in d. c. 1. de feud. sine culp. non amit. & infr. quo tem. miles in c. fina. & plenè per Iacob. Ardiz. in summa in titu. de natura feudi, vbi istam materiam examinat, & in Specul. de instru. edic. in §. nunc autem. in fin.

DE SVCCESSIONE FEVDI.

RVBRICA.

Quoniam inter naturalia feudorum est ordo & materia successionis, vt infrà de natura success. feud. in c. 1. & dixi suprà titul. proximo in quæstionibus. Ideò post titulum de natura feudi, immediatè subiunxit rubricam istam de succes. feudi. Et hanc continuationem sensit litera nostra in princip. inferendo ex præcedentibus ad istum titulum, dum dixit, sequitur, &c.

SVMMARIA.

1 *Feudum ab intestato acquiritur, de quo in testamento non disponitur.*
Vasallus non potest disponere, vt vnus filiorum suorum habeat duas partes in feudo, alter verò tertiam.
2 *Nepos ex filio, loco patris, auo succedit in feudo.*
3 *Filij fratrum an succedant patruo in stirpes, vel in capita in feudo.*
4 *Relictum de fructibus feudi factum à Vasallo, an valeat cum grauamine hæredis.*

SEQVITVR IGITVR. Pro summario vsq; ad §. hoc quoq;. ponam casum in terminis isto modo.

CASVS.

Moritur Vasallus habens feudum, relicto filio masculo & filia fœmina, quæritur quis succedat in d. feudo? Et respondetur quod masculus, & non fœmina. Sed pone, quod decesit relictis pluribus filijs masculis, qualiter tunc succedent? & respondetur, quod æqualiter, hoc est, viriliter. Sed pone cum dictis filijs supersunt plures nepotes ex altera filio præmortuo, quæritur qualiter isti nepotes succedunt? Et respõdetur quod in stirpes, hoc est, in locum patris sui. Sed quęritur, an dictus Vasallus in sua vltima voluntate posit mutare istum successorium ordinẽ? Et respondet quod non, eò, quia in feudis vltima voluntas nihil valet: vnde non potest manere postquã nulla est. h. d. In textu ibi, si quis, subaudi, Vasal-

Vasallus. Ibi, decesit, scilicet, ab intestato, vt differat à sequenti. Ibi, tantùm filij, quasi dicat, non autem filiæ, neque etiam alter extraneus hæres, vt l. peto. in §. frater. ff. de leg. 2. Ibi, sui patris, & sic succedunt in stirpes, & non in capita. insti. de hæred. ab intesta. in §. cùm filius, & succedunt etiam cum paternis. infr. de natura succes. feud. in c. 1. secundum Iacob. de Belui. Ibi, valente, hoc est, dicere, quia in feudis nulla valet dispositio testamentaria, & si fiat, non potest manere. Not. casum, in quo deterior est conditio fœminarum, quàm masculorum, sicut in alijs casibus patet, qui notantur in l. in multis. ff. de sta. ho. & dixi supr. qui feud. da. poss. in §. hoc autem. penultimo notabili. & hoc etiam voluit gloss. hîc posita in sui princ. quod qualiter intelligatur in succesione feudorum dicam infr. eod. in §. filia. &
1 inf. de gradi. in prin. †Not. quòd per succesionem ab intestato acquiritur feudũ, non autem ex testamento, cùm de feudis non posit aliquo modo in testamento disponi, vt hîc. & inf. qualiter olim feud. po. alie. in §. donare. & inf. de prohi. feu. alie. per Fed. in princ. extra de præben. in c. 1. & 8. quæst. 1. per totum. & in gloss. hîc in vltima sui parte, quæ de hoc se remisit ad summã Pilei in tit. de succes. feud & ad ea, quæ habentur infr. de natura succeff. feud. in c. 1. & per hoc est expedita tota d. gloss. Et ideò dixit And. de Isern. quod Vasallus non posset disponere, quòd vnus filiorum suorum habeat duas partes in feudo: alter verò tertiam. Nam hoc non obstante, nihilominus æqualiter vocabuntur ad feud. Et ita cõsuluit Cardinalis Florentinus. d. Fran. de Zaba. in facto consul. Et est ratio, quia legis prouidentia præstat hoc priuilegium ipsis filijs, vt supr. qui feudum dare poss. in §. cùm verò. & ff. de adop. l. si arrogator, vnde id, quod lex tribuit, non potest alter, quàm ipsa lex auferre, vt in Auten. de nup. in §. sui autem. colla. 4. & no. infr. an agna. vel fin. & ibi plura dixi. Per legem enim vel statutum benè posset hoc auferri, vt in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. ex-
2 tra de consti. secundum Bald. †No. quod nepotes ex filio succedunt auo in locum patris sui in feudo, & ideò si ad dictũ feudum veniant simul cum patruo, videlicet, cum altero filio dicti sui aui, vocabuntur in stirpem, & non in capita, & hoc est indubitatum secundũ omnes per istum text. cùm tractetur de succes. agnati ascendentis, vt quia venit simul cum patruo, vt in Auten. cessante. C. de suis & legiti. Sed in succesione agnati collateralis, vbi [illegible] fratrum vocantur sine patruis, tũc ma[illegible] est dubitatio, vt in hoc exemplo. S[illegible] sunt fratres, habentes vnum feudum, [illegible] duo decesserunt, vnus cum filio, alter cum quatuor, deinde frater decesit sine hære-
3 de. †Modò quæritur, vtrum isti filij fratrum succedant in d. feudo istius patrui nouiter mortui in stirpes, vel in capita, & quidam, vt Iacob. Ardiz. sequentes opin. Azo. in dicta Autentic. cessante tenent, quod in capita. Alij autem sequentes opinion. Accur. Glossatoris antiqui tenent, quòd in stirpes. Et hanc opinionem sequitur Bald. hic primò per text. qui non distinguit, an dicti nepotes veniant soli, siue cum patruis ad succesionem agnati, ergo nec nos distinguere debemus. Sciuisset enim distinguere litera, si voluisset l. vnica. 1. §. sin autem ad deficien. C. de cadu. tol. Item quotiescunque non habemus textum specialiter determinantem casum feudalem, debemus sequi ius commune, vt infr. de feud. cogni. in c. 1. De iure autem communi secundum opinionem glo. quæ communiter tenetur in d. Auten. cessante. isti tales nepotes vocantur in stirpes per text. in Auten. de hære. ab intesta. in §. si verò. & ita not. in d. titul. in §. sin autem ad deficien. Item, quia statutum est, vt post fratrum filios succedant vlteriores in capita: ergò tacitè videtur statutum, vt filij fratrum succedant in stirpes, argu. in l. cùm prætor. in princip. ff. de iudi. Item, quia si teneremus aliam opin. induceremus diuersitatem succesionum, quod non est fiendum, vt concludamus, quod siue isti nepotes veniunt cum patruis, siue non, quod semper vocentur in stirpes. Et hanc conclusionem expressè firmat idem Bald. infrà de natura succeff. feud. in fin. & suprà qui feud. da. poss. in c. 1. & inf. de grad. succe. in feud. in §. 1. & ibi plenè dixi in q. fi. & in l. 2. C. de suis & legi.

Quanquã dixerit idem Bal. in d. Auten. cessante, vbi videtur tenere CONtrarium, videlicet, q, admittãtur in capita. Et circa hanc materiã vide per Bart. in l. post consanguineos. in §. 1. ff. de suis & legi. & per Cyn. in d. Auten. cessante. & Iac. Ardizo. in tit. de succeff. feu. in prin.

Opp. ab extra, quod iste text. non posset procedere: nam aut testator disponit de feudo, & tunc dispositio sua nihil valet, vt hîc. Aut nihil disposuit, sed solùm testatus est de alijs bonis, & tunc non poterit hæ-

rit hæres similiter succedere in feudo, ne testator videatur decessisse pro parte testatus, & pro parte intestatus contra l. ius nostrum.ff. de regulis iuris.

Solutio: Secundum Bald. intelligas, quod neutro istorum modorum succedet, sed ex natura & iure successorio in feudo succedet, vt infrà de gradi. success. in feud. & infrà de natura success. feud. sicut in simili videmus institu. de acquiren. per arroga. & C. de fideicommiss. Auten. hoc amplius, & in l. 1. in princip. ff. de suis & legiti. Vel potest dici, quod licet hæres nõ possit institui in feudo, tamen feudum transit cum vniuersitate, vt not. ff. de petitio. hæredi. in l. item videndum in fin. & eadem ratione cum edicto diui Adria. in l. finali, C. de edicto diui Adria. tollen. Ex quo infert Bald. quod cum vniuersitate posset quis institui in feudo. argum. in l. si quis hæres. ff. de hæred. institu.

Quod intelligas verum secundum ea, quæ dixi in titul. an agna. vel filius, vbi hanc materiam plenè explicaui in quarta quæstione.

Quæro ab extra, quid si Vasallus in testamento grauauit filium hæredem suum, quod quolibet anno det de vino vel frumento ipsius feudi, tantum Titio, vtrum valeat istud relictum? videretur quod non, per istum textum, sed in CONTRARIVM est veritas, quia iste testator de fructibus separatis, & cùm erunt percepti à fundo, qui nõ sunt amplius de feudo, sed sunt proprij ipsi ius hæredis. nam non dicitur alienatio rei, quando alienantur fructus separati ab illa re, vt ff. de donatio. in l. in ædibus. in §. ex rebus. & tenet Bal. hic. Facit quod habetur in dicto titu. an agnatus vel filius. Vltimò ad materiam præsentem in primo suo casu. vide suprà, qui feudum dare possunt in §. hoc autem notandum. & in pluribus remissionibus ibi copiosè adductis. Quantum verò ad secundum casum, de fratribus & nepotibus, quando & qualiter vocentur ad successionem feudorum. vide in §. in his verò. infr. de gradi. & in remissionibus ibi descriptis. Postremò de materia, vtrum Vasallus possit in vltima voluntate disponere de re feudali? vide infr. qualiter olim feud. possit alie. in §. donare. & quod ibi dixi. & in remissionibus ibi adductis in vtroque iure. & infrà de prohib. feud. alie. per Fede. in princip. in tertio notabili. & in Specu. de feud. in §. quoniam. ver. 19. Vtrum autem dominus posit disponere de iure suo? vide infr. de pace iur. fir. in §. penultim.

SVMMARIA.

1 *Feudum à Vasallo sine domini licentia alienatum, ad agnatos, non ad dominum reuertitur.*

An & quomodo feudum alienatũ sit reuersurum ad filios alienantis.

Alienatione feudi legitimè facta, non officitur per hoc hæredibus Vasalli, sed ad illud reuocandum: primò venit filius, si extat, sin minus, agnati.

2 *Vasalli filia in feudo non succedat in præiudicium agnatorum.*

3 *Feudum paternum, & feudum antiquum quomodo differant.*

4 *Feudum alienatum quando reuertatur ad dominum.*

5 *Patris factum in materia feudorum, an obsit filio.*

6 *Agnati proximioris consensus, quando agnatis nascituris sit nociuus.*

HOC QVOQVE OB. Iste §. est famosus, & aliunde commentatus per Gloss. & Scribentes. Et pro intelligẽtia ipsius præmitte, qualiter olim in feudis extendebatur successio ad quartum & septimum gradum, vel hodie in infinitũ in descendentibus, prout dixi supr. qui feud. dare poss. in §. & quia in vltimo notabili. & in §. hoc quoque. in primo notabili. Item scias quòd iste §. intelligitur in feudo paterno seu antiquo: non autem in nouo, & quod alienatio fuit facta legitimè, iure & consuetudine approbante, quæ secundum ista tempora poterat fieri, vsque ad medietatem, vt inf. qualiter olim feud. po. alien. in princip. supr. quibus modis feudum amitt. in §. aut si libellario. Item, quòd fœminæ regulariter non succedunt in feud. vt suprà proximè visum est. & infr. de gradib. in c. 1. in prin. Item, quòd feuda regulariter possunt diuidi inter successores, vt infrà de prohib. feudi aliena. per Feder. in §. præterea ducatus. & infrà si de feud. fue. controuer. in c. omnes.

CASVS.

His p̃suppositis Casus in terminis loco summarij sic figuratur, ego & frater meus habebamus feudum paternum seu antiquum, venimus ad diuisionem, ita quòd dictus frater meus habuit medietatem dicti feudi, & ego aliam medietatem, deinde iste frater meus alienauit partem suam, postea moritur, sine filio masculo, vel alio masculo descendente per lineam masculinam. Quæritur an reuertatur ad me? & respondet quod sic. Sed pone, quòd iste

 frater

frater meus, dum viueret, fecit inuestire filiam suam de dicta sua parte feudi, & postea moritur iste frater meus nullo relicto hærede masculo, vt suprà dictum est. Quæritur an isto casu similiter dictũ feudum reuertatur ad me fratrem? Et respondet quod sic, quia hoc vult iste text. vsque ibi & olim. Et illa parte quæritur, quid si ego frater non superessem, sed alter agnatus ipsius alienantis, an ad d. agnatum, debeat d. feudũ alienatum, vel de quo d. filia est inuestita reuerti? & respõdet quod sic: dummodo iste talis agnatus, nõ sit vltra 4. gradũ secundum quosdã, quoniã à quarto gradu suprà, nõ amplius vocatur feudum paternũ, sed antiquũ. Alij voluerũt, quod etiã vsq; ad septimum gradũ ista talis successio feudi extendatur, & dictum feud. alienatum reuertatur. hoc dicit. In textu ibi, partem suam, dic sibi contingentem. Ibi, feudi, scilicet, paterni seu antiqui: non autem intelligas de feudo nouo, vt inf. dicam. Ibi, filiam suam, subaudi, non consentiente fratre, quia aliàs ipso consentiente non reuerteretur ad ipsum. vt infr. de aliena. feud. pater in capi. 1. in principio. Ibi, moriatur, quasi dicat, quòd dicta reuocatio non potest fieri eo viuente, vt statim dicam. Ibi, masculo, id est, sine filio masculo, vt in gloss. Nam filius superesset, non reuerteretur ad fratrem, vt supr. titu. 2. in §. si fuerit. dixi. & ibi. & infr. si de feu. fue. controuer. in c. Titius. Et est ratio, quia venditio fuit facta legitimè, vt statim dicam. Ibi, ad me, scilicet, fratrem. Ibi, obseruabitur, videlicet, quod agnati sibi vicissim succederent, per lineam transuersalem vsque ad quartum gradum vel septimum, vt infrà subijcitur. Ibi, feudum paternum, subaudi, sed appellatur feudum antiquũ, quia abinde suprà non habet nomen specificum. Et signa text. ex quo colligitur differentia inter feudum paternum
1 & antiquũ, vt statim dicam. †Nota hîc casum satis expressum, q̃d vbi Vasallus alienat feudum antiquum sine licentia domini, quod dictum feudũ reuertitur ad agnatos, & non ad dominum. & hoc firmat gl. hîc posita. & Iacob. de Belui. And. de Iser. Nico. de Neap. & Bal. sequuntur. licet Pe. de Cer. voluerit, quod reuertatur ad dominum. per text. in §. callidis. inf. de prohi. feu. alie. per Fed. Et hanc conclusionẽ latè examinaui. inf. quæ fuit prima cã be. amit. in §. fi. in conclusionibus, vbi videas. & per Cano. in c. 2. extra de feudis. Ad filios autẽ ipsius alienantis, an sit reuersurũ? dic quod nõ, si sunt aliqd habituri de hæreditate patris, aliàs verò secùs, vt in c. Titius. infr. si de feu. fue. cõtro. & inf. an agna. vel filius. in c. 1. & dixi in d. §. fi. in dictis conclusionibus, vel nisi feu. fuisset venditũ legitimè, vt hîc & in d. c. Titius. & statim subiacet, &c.

No. quod vbi Vasallus alienat feud. legitimè ad illud reuocandũ, primò venit filius, si extat, aliàs veniunt agnati excluso domino, quæ reuocatio fit solùm post mortem alienatoris, vt est casus in isto tex. si diligenter cõsideretur. concordat. c. Titius. si de feu. fue. contro. & ibi dixi.

2 †Not. quod dominus etiam de expresso consensu Vasalli, nõ potest facere gratiam fœminæ, etiam si sit filia Vasalli in præiudicium aliorum agnatorum. Quod intelligas verum, quando feudũ est antiquum, vt hîc. Secùs autem si feudũ esset nouum, & esset recasurum ad dominum, quia tũc dominus posset facere pro libito voluntatis inuestituram in personam fœminæ, vt infr. quemadmodum feud. ad filios perti. in c. 1. intelligas tamen, quod in casu nostro, vbi feudum est antiquum, & Vasallus fecerit inuestire filiã in præiudiciũ agnatorũ, quod talis gratia sortietur effectum in vita Vasalli, quoniam donec vixerit iste frater Vasallus, qui refutauit, & fecit inuestire filiam suam, non poterunt agnati illud reuocare, sed demùm eo mortuo, vt hîc not. & infr. de alie. feu. pat. in princi. & ibi dixi in tertio notabili. Facit quod resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, vt supr. quib. mod. feu. amit. in §. rursus.

Not. quod in successione collateralium admittebãtur vsq; ad quartũ & septimum gradum secundum diuersas cõsuetudines. Sed hodie est extensa ista successio collateralium, vsq; in infinitũ. vt voluit glo. fin. hîc posita. Quod intellige verum, quando feudũ primordialiter facit transitũ de acquirente in descendentes, vt dixi in d. §. & quia. & in d. §. hoc quoq;. supr. qui feu. da. pos. & infr. de feu. mar. in c. 2. in glo. fi.

3 †No. quod ex hoc text. no. differentiam inter feudũ paternũ, & feu. antiquũ. Nam paternũ est vsque ad quartũ gradũ, vbi numerantur & continentur quinq; personæ, quæ habent proprium nomen progenitoris, scilicet, pater auus, proauus, abauus & atauus. Abinde verò supr. ꝓpriè loquendo non appellat̃ paternũ, sed antiquũ text. est hic. facit. ff. de gra. l. iurisconsultus. in §. 6. gradu. & per Bal. in l. 1. ff. de rerum diui. Et prædicta præstant arg. ad quæstionẽ, videlicet, si concessum est feu, hoc modo.

Concedo tibi in feudum paternũ,&c. quòd extendatur ista talis inuestitura vſq; ad gradum. Et ideò in inuestituris cõmuniter ponuntur, ad cautelam hæc verba.ſ. tanquam paternum & antiquũ, vt omnis ceſſet dubitatio,quod eſt notatu dignum, ſecundũ Bal. & ad prædicta adduco tex.in c.1.Nam & Rex,de verb. ſign.

Opp.cum glo.prima de ſuperfluitate huius §.per ti.infr.de gradi.ſuc.in feu. So. quidã fatẽtes contrariũ,poſuerunt hîc vnã gl.quæ dicit.ꝙ iſte §.vacat per dictũ tit.Sed tu dic, quòd imò non vacat. primò, quia ibi latius explicatur natura ſucceſsionis. Item,quia ibi non declaratur iſte caſus de fratre alienante, ſeu faciente filiam inueſtire.

Op.cũ gl.2.quòd imò iſtud feudũ alienatum, non reuertatur ad fratrẽ,vel cæteros agnatos alienãtis,ſed reuertatur ad dominũ,vt inf.de ꝓhi.feu.alien.per Fe.l.1.in prin.Soluit iſta glo.pluribus modis.Et primò,ꝙ hîc non loquatur de vera alienatione,ex titulo venditionis, ſed de alienatione ex ti.allibellationis,quæ erat licita, vſq; ad medietatẽ,etiam ſine domini voluntate,vt infr.de alie.in prin.verũ hîc non fuit alienata, niſi ſolùm medietas ipſius feudi conſiderata totalitate,quoniã à princ.erat vnũ feu. ꝙ poſtea fuit diuiſum, inter iſtos fratres ſuccedentes patri, vel auo, & ideò, quia iſta allibellatio fuit licita ſine volũtate domini,nõ debet reuerti ad dominũ,ſed ad agnatos,qui tamẽ agnati non poterunt illud feu. allibellatũ vendicare, donec vixerit alienator,ſed ſolùm poſt eius mortẽ. Nec obſtat inf.in d.ti.de alie. feu.in §.& ſi clientulus,vbi reuertitur ad dominũ,& nõ ad agnatos,quãdo nõ extat filius allibellãtis. Quia reſpondetur, ꝙ ibi exceptuat de filio,debet ibi ſubaudiri,maximè quoniam idẽ,ſi ſupereſſet frater.&hoc voluit iſta gl. vſq; ad verſi.vel ſi vis.Et in illa parte adducit iſta glo. ſecundã ſolutionẽ,videlicet, ꝙ hîc non loquatur de vera alienatione facta titulo venditionis,ſed loquitur ſecundum iura antiqua, ſecundũ quæ poterat Vaſallus alienare feudũ ſuum,etiam ſine cõſenſu domini, infrà qualiter olim feu.po.aliena.Et ita intelligebat Pyleus hanc materiã dicens:talem venditionem ſecundum iſta tẽpora antiqua tenere,& non poſſe reuocari viuente alienatore, niſi dominus & agnatus volentes redimere ab emptore, ꝓ æquali precio. Et ſic ad hanc redemptionem concurrent dominus & agnatus, vt in dicto titulo qualiter olim feu.po.alie.in §.porrò.& ſi infrà de feu.fue.cõtrouer.in c. Titius.& hoc voluit iſta gloſſ. in hac ſecũda ſolutione,vſq; ad ver.hodie verò,etc. Et in illa parte adducit tertiam ſolutionẽ, videlicet,quòd hodie debeamus fateri cõtrarium, cùm ſecundum iura nouiſsima prædicta prohibita ſit omnis feudi alienatio, aut allibellatio, ſiue in totum,ſiue pro parte,& ſi fiat reuertatur ad dominum per dictam l. Lotharij & Federici. & hoc voluit iſta glo.vſq; ad ver.quòd intelligo,&c. Et benè loquitur iſta glo. quantum reſpectu alienationis, vt hodie ſit indiſtinctè prohibita omnis ſpecies alienationis ſiue in totũ,ſiue pro parte, per dicta iura,quod intellige,niſi fieret bona fide titulo infeudationis, per not. in §.præterea, infrà de cap.cora.Sed quantum eo reſpectu,quòd feudum alienatum reuertatur ad dominum indiſtinctè,non benè loquitur, vt ſtatim ſubijcit, & ideò pro intelligentia prædictorum.

4 † Quæro immediatè,cùm dicta gloſſ. in dicto ver. quòd intelligo,&c. an hodie indiſtinctè feudum alienatum reuertatur ad dominum,& dicit,quòd non,ſed ſolùm quando illud feudum fuiſſet nouum, vel quando fuiſſet paternum,tunc demum reuertitur ad dominum, quando non extat aliquis agnatus tranſuerſalis, vel deſcendens maſculus per lineam agnatorum,vel ſi extat aliquis agnatus, non erat ſucceſsibilis ad dictum feudum, quia non erat de eadem linea primi acquirentis, aliàs autẽ ipſi agnati præferentur ipſi domino, etiam hodie ad reuocationem dicti feudi alienati ſicut olim, vt in dicto titu. qualiter olim feud.pote. aliena. & in dictis legibus Lotharij & Federici, quæ non excludunt agnatos extantes, & ſucceſsibiles ad feud. paternum, ſi clarè intelligantur. Vnde poſtquam hoc non corrigunt expreſſe,debemus ſtare iuri antiquo, de quo loquitur iſte text. vt agnati admittantur ad reuocandum feudum alienatum. argumen. in l. præcipimus in fine. C.de appella. Et probat gloſſ. iſtum intellectum per exemplum, videlicet, quia ſi Vaſallus deliquerat in alium, quàm in perſonam domini, ex quo amittere debet feudum nihilominus illud feudum non reuertitur ad dominum, ſed ad agnatos delinquentis,vt infrà,ſi de feud.fue.controuer. in capitu. ſi Vaſallus culpam, & infrà, ſi Vaſall.feud.priue.in capi.1.& hoc voluit iſta gloſſ.vſq; ad verſic.dicẽs ergò, &c. Ex qua not,tres concluſiones.

Prima, quòd in feudo antiquo alienato illicitè, vocantur agnati & non dominus, & de hac conclusione satis dixi suprà in primo notabili.

Secunda conclusio est, quòd vbi Vasallus alienat feudum iure & consuetudine permittente, tunc filius præfertur omnibus agnatis in reuocando, & etiam domino, vt hîc. & in §. si Clientulus. Sed si alienatio esset facta iure vel consuetudine refragante, quia tunc agnati præferentur excluso filio, vt in capi. Titius. Et hanc conclusionem firmat hîc Iaco. Belui. & Bald.

Tertia conclusio, quòd vbi Vasallus amittit feudum per delictum suum, veniunt agnati, & non dominus, quod intelligas verum, quando illud delictum non est contra personã domini. Secùs autem, si esset contra personam domini, quia tunc vocaretur dominus, vt infrà, an ille, qui interfe. fra. do. in capitu. 1. Et has conclusiones plenè examinaui in d. §. fina. infrà, quæ fuit prima causa bene. amitten.

Quæro subsequenter cum dicta gloss. in versic. dices ergò, &c. quid si iste frater alienans recuperaret illud incontinenti, an euitet pœnam amissionis, ita quòd non obstante dicta sua venditione, possit illud iterato retinere iure feudi, prout faciebat? & respondet glo. quòd secundum ista iura euitabit pœnam, & retinebit iura feudi. hodie verò, per leges Lotharij & Federici esset secùs, quia immediatè per alienationem est amissum, & extinctum, & reuertitur ad dominum. Vnde per recuperationem, non poterit suscitari, vt intra in tit. qd iuris sit, si post alie. feud. Vasal. illud recuperat. in c. 1. hoc voluit ista gloss. vsq; ad ver. sed videtur, &c. quam intelligas esse verã in hoc, videlicet, quòd per recuperationem non euitet Vasallus amissionem feudi, & in hoc benè loquitur. Sed quod feudum reuertatur ad dominum, intelligas hoc procedere, quando feudum esset nouum. Secùs autem, si esset antiquum, quia tũc reuerteretur ad agnatos, vt dixi in c. 1. super text. & per ea, quæ suprà dixi. & statim dicam.

Opp. cum dicta gloss. in ver. sed videtur, quòd imò in casu nostro feudum alienatum non debeat reuerti ad fratrem vel agnatos, sed ad dominum: vt videtur casus infrà, quæ fuit prima causa be. amitt. in §. fin. Et est ratio, quia Vasallus alienando, videtur dominum contemnere, vnde dominus habeat huius iniuriæ suę vltionem, reuocat dictum feudum alienatum, non autem agnatus, vt ibi patet. So. potest ille text. intelligi dupliciter, videlicet primò, quòd loquatur in feudo nouo, & tunc obstabit, cùm hîc loquamur de paterno, vel potest intelligi ille text. etiam in paterno, verùm non extabant aliqui agnati transuersales, procedentes ab illo stipide primi acquirentis, sed extabãt solùm descendentes, qui non vocantur ad dictum feudum alienatum propter culpam ipsius alienantis, vt infrà, si de feud. fue. controuer. in c. si Vasallus culpam, & ideò dominus ad reuocandum: vt ibi & hoc ideò, quia nõ extabant agnati, qui possent reuocare. Et hoc probatur ex illo text. dum dicit: proximos, & non agnatos, quasi voluerit dicere, quod intelligatur tantùm de proximis, id est, descendentibus exclusis. Non autem excludit agnatos, si extarent præcedentes ex linea primi acquirentis, qui benè admittentur excluso domino, vt hîc, licet alibi dicat lex, quòd ille est proximus, quem nemo præcedit: vt ff. de verborum significatione, lege proximus. Et eodem modo dicit glo. ista esse respondendum ad c. 1. an ille, qui interfe. fra. do. vbi similiter patet, quòd ex delicto commisso per Vasallum extra personam domini, excluduntur descendentes Vasal. delinquentis, & admittitur proximior agnatus, & hoc voluit tota ista gloss. vsq; in finem. Et de hac materia, vtrum per alienationem feudi factam per Vasallum, debeat dictum feudum alienatum transire ad dominum, vel ad agnatos, vel ad quem, dixi suprà, qui. mo. feud. amit. in §. aut si bellario in oppositionibus, & latius in d. §. fin. infrà, quæ fuit prima causa bene. amit. vbi videas in conclusionibus.

Quæro cum gloss. 3. quid si iste frater consensit alteri fratri alienanti, seu facienti inuestire filiam, an per talem consensum præiudicet suis ipsius fratris consentientis, & ad hanc quæstionem arguit glo. pro & contra, & tandem determinat non, per hanc rationem. Quia cùm istud feudũ alienatum sit antiquum, respectu horum nepotum, volentium venire ad reuocandum ipsum feudum alienatum, per eorum patruum non veniunt ad istam partem patrui, mediante persona eorum patris consentientis, sed eo, quia dictum feudum fuerat ab antecessoribus suis acquisitum, id est, Aui eorum vel aliorum antecessorum, & non principaliter paternum, videlicet, quam habeat initium ab ipsis fratri-

bus. ar.

bus.ar.in l.si arrogatori.in §.fi.ff.de ado.& hoc voluit tota ista gl.vsq; ad fi.Ex qua gl. no. quod agnatus consentiens Vasallo alienanti feudum antiquum, non præiudicat suis descendẽtibus,facit quòd dixi infrà de alie.feud.pa.in c.1.in secundo notabili, & in d.§.fi.infrà quæ fuit prima causa benef. amit.in conclusionibus. Et signa aliam rationem vltra gloss. quia filius non dicitur, tunc venire contra factum patris, quoniam pater consentiendo nõ obligauit se,nisi quodammodo naturaliter, vel repudiando suo iuri.ar.ff.de pac.in l.1. & in l.si vnus.in §.pactus. Sed si pater se obligasset, tunc dicendum est, quòd filius non reuocaret ea ratione,quia nõ posset venire cõtra factum patris, vt C.de resti.mi.l.ea quę. & infrà,an agnatus vel filius in c.1.

5 † Vtrum autem factum patris in materia feudali noceat filio,dic q, aut loquimur in feudo nouo,& tunc regulariter factum patris nocet filijs, vt infrà, si de feud. fue. contro.in c.si Vasallus culpam.& in gloss. præcedente.in fin.Aut loquimur in feudo antiquo, & tunc aut pater alienat,aut cõsensit alienanti, aut aliam culpam contraxit,ex qua feudum amisit primo casu, aut alienat legitimè,scilicet,iure permittente precium, & tunc non nocet filio, si vult reuocare & restituere precium,vt infrà de alie.feu. in §.penul.

Quòd intelligas verum, & viuente & mortuo alienatore.Sed agnatus potest reuocare solùm, mortuo alienatore, vt dixi infrà,si de feu.fue.cõtro.in c.Titius,&inf. de capi.cora.in fi.& dixi in d.c.si.quæ fuit prima causa benef.amit. Aut alienat non legitimè,& tũc si ex hæreditate patris peruenit aliquid ad filium,vel peruenire potest,tunc nocet filio, vt in d.c.Titius. aut nihil peruenit filio ex hæreditate patris,& tunc non nocet filio factum patris,vt infr. an agna.vel filius in c.1.Tertio casu subdistingue,quia aut iste pater contraxit culpã & delictum viuente adhuc patre suo, qui erat auus filiorum istius delinquentis, & tunc delictum suum non nocet filijs suis, quia succedunt auo suo, & sic obtinent ex persona aui,& non patris, vt ff.de sena.l. emancipatum,in §.fi.& ff.de in ius vocan. in l.adoptiuum.in §.fi.de quo per Cy.in l. 2.& fin.C.de libe.&eorum lib.& per Bald. in l.qui se patris.C.vnde liberi.in versi.& collige.ar.Aut iste contraxit culpam mortuo iam patre suo eoq; auo, & tunc indistinctè nocet filijs suis,vt in d.c.si Vasallus culpam.& de hoc ibi latè dixi, & infrà,si Vasal.feud.priue.in c.1.& ibi omnes casus adduxi,in quibus delictum patris præiudicat filijs de iure ciuili,Canonico & diuino. Sed quantũ ad materiam feudalem,dic & latius in d.§.fi.quæ fuit prima causa benef. amit. vbi etiã declaraui, an & quando per delictum Vasalli possit præiudicare agnatis in successione feudi.De materia autem huius Brocardi,an licitum sit hæredi,quòd defuncto, dic vt dicam infrà in tit. de feu. Mar.in c.1.vbi gl.tangit. Sed vtrum pater possit vni filiorum stipulari feudum,ita q, alteri filio non conueniat, dic quòd sic, vt not.in l.pactum.C.de colla.& tenet Bald. in l.1.ff.de rerum diui.quæstione.38.

Quòd intelligas verũ in feudo nouo, non autẽ in antiquo,per ea quę suprà dicta sunt, sed an per repudiationem patris fiat præiudicium filijs, dic per Bald.in d.l.qui se patris.in versi.item quæritur si Vasallus.

Quæro cũ gl.4.quid si frater meus,alienauit partẽ suã feudi necessitate aliqua cogente,videlicet,propter famem,vel alio modo cecidit à iure suo, an ego possim incontinenti reuocare dictam partẽ alienatam, an habeam necesse expectare mortẽ dicti fratris mei alienantis? Et respondet quòd reuocabo solùm, post mortem fratris mei ad similitudinem hæredis instituti, & grauati de restituendo hæreditatem post mortem, qui si interim condemnetur, & bona sua confiscentur, non poterit fideicommissarius petere fideicõmissum statim,sed habet necesse expectare mortẽ dicti hæredis, vt ff. de iure fisci.l.Statius florus.cum fi.& hoc voluit tota ista gloss. vsq; ad fin. Ex qua collige, quòd propter necessitatem quis possit vendere feuda. Quod intelligas secundum iura antiqua, hodie autem secùs, vt infrà qualiter olim feu.po.alie.in §.1.Et hodie in isto casu posset incontinenti reuocari dicta pars alienata argu.ex isto text.nisi velis intelligere gl.quod iste frater alienãs alienauit licitè, scilicet, cũ licentia domini. quo casu, non posset per agnatũ reuocari pars alienata, nisi post mortem alienantis, vt est casus, infrà si de feu.fue. controuer. in capitulo Titius, & hoc modo potest saluari ista gloss. Et suadet ratio, quia quando non adest voluntas domini, deficit initium & substantia contractus, & ideò statim reuocatur. Sed quando adest voluntas domini,tunc adest fundamentũ contractus, & ideò non reuocatur eo alienatore viuo. Facit infrà de lege cora. in §. profecto in fin. Vel potest intelligere gloss. quod Vasallus

sallus de necessitate vendidit obstrict⁹ per sententiã cõdemnationis, prout dixi infrà, si de feud. fue. contro. in c. si Vasal. de suo.

Opp. ab extra de §. si fuerint suprà, qui mo. feu. amit. vbi est casus, quòd talis pars alienata per fratrem reuertitur ad dominum. So. ibi loquitur in feudo nouo, hîc autem in antiquo, de quo latè dixi in d. §. aut si libellario. in dicto ti. quib. mo. feud. amitt.

Oppo. quòd imò dominus inuestiendo filiam Vasalli, potest præiudicare agnatis, vt probatur in c. 1. infrà quemad. feud. ad fili. perti. So. hîc loquitur in feudo paterno, ibi autem in nouo, & ita soluit Pe. de Cer. & And. de Iser. & etiam sensit Bald. in cõtrario. licet Ia. de Bel. aliter intelligat illum tex. vt ibi dicam.

Et prædicta procedunt, nisi statutum vel consuetudo disponeret contrarium, quia tunc attenderemus consuetudinem vel statutum, vt patet in regno Apuliæ, vbi filia fœmina succedit secundum Bal. Facit quòd dixi suprà qui. feud. da. pos. in §. hoc autem. in prima oppositione.

Agnatorũ cõsensus, an præiudicet futuris & nondũ natis, adde eundem. Si in Spe. 75. col. 1. in fine.

Quæro ab extra, an consensus agnati proximioris præiudicet agnatis nascituris in futurum, dic quòd non secundum And. de Iser. nam mortuo agnato consentiente, omnes alij sequentes successiuè in gradu proximo, semper vendicabunt dictum feudum. C. de libe. & eorum lib. l. 2. ff. de leg. 2. l. cùm pater. in §. libertis. quinimò & omnes agnati, qui tempore alienationis & consensus nondum erant nati vel concepti. ff. de rebus dubijs. l. si cognati. ff. de libe. & posth. l. placet. in fi. ff. de iniusto testa. in l. 3. in fin. & in l. qui in vtero. ff. de sta. ho. Nam prouisio est generalis omnibus de agnatione, nec est dare rationem diuersitatis. Igitur debet extendi ad quoscunq;, vt l. liberorum. in princip. ff. de verbo. signi. Vnde cùm deferantur à genere, & nõ à patre, debent remanere in columia. vt in l. 3. ff. de interdi. & rele. facit quia feudum potest dari ad certum tempus, & sic quasi restitutioni subiacet post mortem, vt in l. fin. cum Auten. ibi posita. C. communia de le. Et pro confirmatione huius decisionis adduco text. infrà de alie. feud. pa. in c. 1. in princ. ibi quandoq; sit recasurum, &c. Et dabitur his agnatis suo tempore vendicantibus, vtilis rei vendicatio. argu. in l. 2. & 3. C. de dona. quæ sub modo. secundũ And. de Iser. de quo plenè dixi infrà, de conten. inter do. & empt. in c. 1. Sed vtrum contra eos posset opponi de præscriptione possidentium, puto quòd non per l. alienationis. ff. de verb. sig. & per not. in l. vbi lex. ff. de vsuca. nisi alienatio dicti feudi fuisset facta per personam, quæ non erat prohibita alienare, vt quia erat persona extranea, cui non erat lex imposita, quia tunc talia bona vendita essent effecta præscriptibilia. ar. eorum quæ no. Bal. in l. 2. C. de vsuca. pro empt. & p Bart. in l. filiusfamiliâs. in §. diui. ff. de le. 1. & per not. per gloss. & Cyn. in l. fin. C. in qui. cau. in inte. resti. nõ est neces. Vel nisi tales agnati postea nati reperiantur consensisse, tacitè vel expressè, per ea quæ dixi. in d. c. Titius. Et de materia præscriptionum circa feuda, dixi plenè in c. si per triginta, infrà si de feu. fue. contro.

Vltimò ad materiam præsentem, vide alia, quæ dixi in dicto c. Titius. infrà. si de feu. fue. contro. & in remissionibus ibi adductis, & quòd plenè dixi in d. §. fin. infrà, q fuit prima causa bene. amit. in cõclusionibus & in remissionib⁹ ibi scriptis in vtroq; iure. & infrà de alie. feud. in §. & si Clientulus. & infrà de prohi. feud. alie. per Federi. in princip. & infrà de alie. feud. pa. in c. 1. & infrà de conten. inter do. & empt. in c. 1. facit ad materiam istam, quod not. per gloss. & Docto. de iure communi in l. qui absenti. in §. 1. ff. de acquiren. posse. & quod not. per gloss. quæ solet allegari pro singulari in l. cùm pater. in §. liber. ff. de leg. 2. Ad materiam autem, an Vasallus possit facere inuestire filiam suam non consentientibus agnatis, habetur in c. 1. secundo responso. de alie. feud. pa. & ibi dixi in tertio notabili. & quod habetur in c. 1. infrà, si Vasal. feu. priue. cui defer. de & per Iacob. Ardi. in ti. de succe. feu. sub rubricella quarta. De domino autem faciente gratiam fœminæ, habetur infrà in §. sequenti. & infrà, quemadmo. feu. ad filium perti. in c. 1.

SVMMARIA.

1 *Dominus feudi fœminam, ad se reuerso potest inuestire feudo.*
2 *Filia an in feudo succedat fratre, statim post mortem patris decedente.*
3 *In feudo accepto pro se, & masculis & fœminis ex suo corpore descensuris, venit filius filiæ.*
Filius filiæ quando in feudo debeat succedere.

§ FILIA VERO. Filia non succedit in feudo, nisi in inuestitura expressè dictum sit, quod filij & filię succedant, quo casu, tunc demum succedet, si

tempore

tempore mortis patris non reperitur filius masculus extare, vel nisi de gratia dominus ipsam de nouo inuestiuerit. hoc dicit. In textu ibi, non extantibus, scilicet, tempore mortis patris. Secùs autem si tunc extarent, quia tūc semper intelligeretur exclusa, quanquam postea ex interuallo filij masculi moriantur, vt probatur supra tit. 2. in c. 1. in §. quando etiam. Ibi, inuestitæ fuerint, subaudi, de nouo, & de gratia per ipsum dominum, ad quem per mortem masculorum dictum feudum erat reuersurum, vt infr. quemadmodum feud. ad fili. pertin. in c. 1.

No. ex isto text. ibi, vt filij & filiæ succedant, &c. quod quanquam simpliciter sit facta inuestitura feudi, vt filij & filiæ succedant, nec dictum sit masculis non obstantibus, quod tamen non succedunt fœminæ, nisi masculis non extantibus, cùm hoc intelligatur adiectum ex natura rei, de qua agitur secundum Bald. Facit c. 1. circa medium. infr. de eo, qui sibi hær. quæ suis masculis & fœminis.

1 † Not. quod postquam feudum est liberè reuersum ad dominū, potest ipse dominus de gratia inuestire fœminam de eodem feudo, vt hîc. & in d. c. 1. quemadmodum feud. ad fili. perti. Quod facit arg. ad dominum, qui finita emphiteosi, potest illud ius emphiteoticū confirmare in personam filiæ, omissis hæredibus emphiteote, vt tenet Bald. in d. c. 1. pro quo vide Bartol. Doctor. in l. 1. in §. penult. ff. de aqua quoti. æsti. vbi est vna glossa, quæ solet allegari pro singulari. facit quod no. per glo. & Cano. in c. bone. extra de postu. præla.

2 † Quæro cum gloss. 1. retentis terminis nostris, si Vasallus moritur relicto filio & filia, & si filius subitò post mortem patris moritur, an ista filia debeat succedere in feudum? Et respondet quod sic, quia paria sunt non extitisse masculum, & extitisse & subitò defecisse, per ea, quæ no. sup. ti. 2. in §. quando etiam. & hoc voluit tota ista gl. vsque ad fin. quæ benè loquitur, & post longam disputationem tenui in dicto §. quando etiā, vbi similiter declaraui, quando intelligatur, quis illicò decedere, & dic vt ibi plenè dixi.

Quæro cum gloss. 2. an sicut ista filia excluditur à successione feudi ita quoque excludantur sui descendentes. Et dicit, quod sic, nisi feu. esset eius conditionis vel ex pacto apposito in inuestitura vocarentur, vt infr. de gradi. in princ. de quo plenè suprà qui feudum dare poss. in §. hoc autem. vbi de hoc dixi plenè in primo notabili.

3 † Quæro ab extra, quid si Vasallus receperit inuestituram pro se, & masculis & fœminis ex suo corpore descensuris, an contineatur filius filiæ? Et dicit Bal. quod sic per l. 1. C. de condi. inser. quoniam non videtur decessisse sine filijs, qui relinquit nepotem ex filia, vt ibi. Vltimò ad materiam præsentem, an & quando filia possit succedere [a] in feudo. vide quod dixi suprà qui feudum dare possunt. in §. & quia. super glossa quinta. in fin. vbi enumeraui omnes casus, in quibus possit obtinere feudum. & vide insuper in §. hoc autem. in eodem tit. & in copiosis remissionibus ibi adductis. & infrà de natura succes. feudi. Quando autem de gratia possint filiæ inuestiri, dixi infr. quemadmodum feudum ad filios perti. in c. primo & supr. in §. proximo. & vide per Hostiensem in summa in titulo de feud. in §. in quibus causis, &c.

[a] An & quando filia possit succedere in feudo. Adde an fœmina succedat in feudo. vide p Ioā. And. in c. 2. de feu. Spe. eod. titu. in §. quoniā. ver. 25. Bald. in l. quotiens. de suis. & leg. Bal. cōs. 335. inci. factū tale est, in 3. volu. Ang. cōs. 242. inci. punctus talis est. Ludo. Ro. cōs. 33. inci. viso inuestituræ tenore. Rapha. Cumæ. cons. 137. inci. consultis & infrà scriptis. Cal. consi. 3. in tit. de feu. inci. an fœmina de iure. Pe. de Anch. cōs. 173. incip. dominus Lazarus. Paul. de Ca. cōs. 61. incip. quanquā multa scripta fuerint.

SVMMARIA.

1 *Feudum nouum à fratribus initium habens, eius est conditionis, vt in eo vnus alteri non succedat.*

2 *Ius accrescendi in materia feudali, quare non inducatur.*

3 *Frater vt fratri succedat in feudo nouo, duo requiruntur.*

4 *Licet expressum, quod non liceret tacitum.*

5 *Filia fœmina, an in fœmineo feudo à matre ortum habente, succedat.*

6 *Frater fratri in emphiteosi Ecclesiastica, quando succedat.*

Feudum rectum & nobile duobus fratribus concessum, vno decedente, an alter admittatur.

IN ALIO VERO FEV. Iste §. continuat se ad §. hoc quoque. supra eod. quoniam ibi tractauit de feudo paterno seu antiquo, in quo vnus frater succedit alteri: Hîc verò tractat de feudo nouo, in quo vnus frater alteri non succedit, nisi expressè dicatur. Et quod hæc continuatio sit vera, patet in principio huius literæ, dum dicit in alio vero feudo, &c.

1 † Et in summa hoc dicit. IN feudo nouo, quod habuit initium à fratribus, non succedit vnus alteri, nisi specialiter in inuestitura caueatur. hoc dicit.

In textu ibi, initium, & sic loquitur in feudo nouo, quoniam si habuisset initium ab eorum patre, tunc esset paternum, vt in-

vt infrà de natura succes. feud. in c. 1. Ibi vna inuestitura, vt quia vnus solus ex ipsis fratribus fuit tantùm inuestitus, & sic vna esset inuestitura secundum gloss. primam hìc in princ. Ibi in duabus, vt quia datum est ambobus fratribus, & sic essent duæ inuestituræ de eodem feud. secundum dictam glossam hìc positam. Nam ex hoc quilibet habet partem sibi contingentem, secundum Andr. de Isernia. Ibi dictum fuerit, subaudi, inuestitura.

2 † Nota quòd in materia feudali, non inducitur ius accrescendi, dato quòd vna sola inuestitura intercesserit. Et est ratio secundum Bald. quia ius accrescendi, non est de mera natura contractus, cùm habeat procedere per meram interpretationem extensiuam, & per iuris fictionem, vt notatur. ff. de legā. 2. l. si Titio & Meuio. in §. Iulianus. Vtrum autem & qualiter ius accrescendi habeat locum in feudis, latè dixi suprà qui feudum dare possunt. & in §. & quia. in quæstione finali, vbi videas.

3 † No. ex isto text. iuncta gloss. prima in fine, quòd ad hoc, vt frater succedat fratri in feudo nouo, requiruntur duo. Primùm est, quòd de hoc sit specialiter facta mentio in inuestitura, vt in hoc textu.

Secundùm, quòd frater decedens, moriatur sine hærede legitimo, quæ ad hoc allegauit §. cùm verò suprà, qui feudum dare possunt, & infrà de feudo Marchiæ. in capitulo finali, vbi est casus. Potest etiā alijs modis succedere, vt habetur infrà de beneficio fratris. in capitulo primo.

4 † Nota cum gloss. fina. in princi. quòd multa sunt licita, si expressè fiant, non autem si tacitè. Et quoniam ista est via Brocardica, ideò gloss. allegauit pro & contra plures concordantias, se tamen remittendo ad libellum Pylei. & hoc voluit tota glossa vsq; ad versiculum Notarij, &c. Sed de hoc Brocardo, vide per Doct. in l. cùm quid. ff. si cer. peta. & ff. de regu. iur. l. expressa. & C. de iura. calum. l. 2. in §. sed quia veremur & per Canonistas. extra de arbi. in c. cum tempore. & dixi suprà, qui. feud. dare pos. in §. & quia. in tertio notabili.

5 † Quæro cum gloss. fi. in dicto versic. notarij, &c. an in feudo fœmineo, quod habuit initium à matre, succedat filia fœmina absq; speciali pacto? Et respondet glossa, quòd sic, vt infrà, de natura succes. feud. in c. licet aliqui voluerint dicere CONTRARIVM, vt filia non succedat, nisi specialiter fuerit dictum per c. 1. infr. de benef. fe.

Nō. ob. iste tex. vbi requiritur speciale pactum, &c. quia loquitur in feudo nouo, quòd habuit initium ab ipsis fratribus, quo casu non succedunt transuersales, nisi expressè sit dictum, & hoc voluit ista gloss. vsque ad versic. sed super istud, quæ benè loquitur, & hanc opi. tenui in d. c. 1. vbi latè examinaui istam quæstionem.

Oppo. cum dicta gloss. in d. vers. quòd super, &c. quod iste §. superfluat. per text. in fin. infrà de feud. mar. vbi idem per omnia videtur disponi, quòd in isto §. So. quidam antiqui videbantur fateri contrarium, ponentes hìc talem regulam seu gloss. videlicet, quod iste §. vacat per illud capitulum. & hoc sensit ista gloss. vsque ad finem. Sed tu dic, quòd imò non vacat nec superfluit, quod patet per apparatum, quoniam ibi latius explicat materiam in hoc, quia addit an frater moriatur cum filijs vel non, quod hìc non declaratur. Similiter in isto §. tangitur de vna inuestitura & duabus. Ibi verò solùm declaratur quando simul inuestiti essent, & sic se vicissim supplent.

6 † Quæro ab extra, quid in re emphiteotica data duobus fratribus ab ecclesia vel ab alio priuato, an vnus succedat alteri, si non dicatur in concessione. Et Mar. de Fano. hanc quæstionem disputauit, & plura argumenta pro & contra adducit in suo tractatu, de iure emphiteotico. quæstione. 25. & tandem inclinare videtur, quòd frater admittatur ad partem fratris, & non reuertatur ad dominum, facit. l. idem erat in §. fin. cum. l. seq. & sequenti. de assigna. libe.

Quæro quid si verba inuestituræ ita dicant, concedo tibi Titio & Seio fratribus, & cuilibet vestrum tale castrum in feudum rectum & nobile, vtrum per hæc verba videatur actum, quòd vno decedente alter admittatur, & sentit Baldus quòd sic, quasi quilibet videatur habuisse insolidum per l. creditor. in §. duobus. ff. mandati. facit dicta. l. idem erit, & quod habetur per Docto. in l. si mihi & Titio. ff. de verb. obli. & in l. 1. C. quando non peten. par.

Vltimò ad materiam præsentem, an & quando frater succedat fratri in feudo nouo? vide quòd dixi infrà de benefi. fra. & qualiter frater fratri suc. in c. 1. & de fra. de not. benefi. inuesti. in c. 1. & in pluribus remisionibus ibidem adductis, & in c. 2. in eo. tit. & in c. fin. de feud. Mar. & suprà quibus mod. feud. acqui. in c. 1. in §. sin autem vnus.

HIC

HIC POTEST ESSE TITVLVS QVI SVCcessores teneantur.

RVBRICA.

Secundum rubricam Oberti de Horto autoris nostri, nulla erat hîc rubrica, sed comprehendebatur ista rubrica sub rubrica præcedenti de succes. feud. Verùm causa commodioris intelligentiæ, fuit à Glossatoribus hîc inserta noua rubrica, prout in simili dixi suprà de feud. Guard. super rubrica. Et ista noua rubrica dupliciter habetur secundum gloss. hîc positam. Quoniam quidam habent rubricam talem. Quidam iuris, si quis inuestitus sit de alieno feudo, & hæc talis rubrica non approbatur per gloss. vndè alia est rubrica, quæ talis est, videlicet, hic potest esse titulus, qui successores teneantur. Et vera est rubrica, & approbatur per glo. & ea communiter vtimur. Ponuntur namq; in principio huius rubricæ, ista verba hic potest successiuè esse titulus, &c. vt fiat differentia inter istum titulum, & alium tit. supra, qui teneantur. Non enim alter superfluit per alterum, vt ibi dixi. Et quoniam ista rubrica videtur esse defectiua. Ideò eam suppleas, prout eam suppleui per dictam rubricam, qui suc. teneantur, vbi videas. His talibus præmissis, continua nunc istam rubricam ad præcedentes hoc ordine. Quoniam suprà proximè principaliter tractauit de successoribus Vasallorum, qui inuestituram receperunt, nunc verò tractat principaliter de successoribus dominorum, qui inuestituram fecerũt, siue sint Clerici, siue Laici, vtrum, videlicet, teneantur habere ratam dictam inuestituram factam per prædecessores suos. h. d.

SVMMARIA.

1 *Inuestitura de feudo alieno à Laico facta, quando effectum sortiatur, & numero. 4.*
2 *Feudi nondum aperti, inuestitura quomodo fiat.*
3 *Inuestitura verbalis Clericorum, quare suos non arcet successores, & quomodo intelligit Bald. hoc procedere.*
Contractus sub conditione vel in diem celebrati cum Clerico non astringunt pro futuro tempore successorem.
5 *Vasallo viuente, an alius verbaliter & realiter inuestiri possit.*
6 *Prælatus successor feudum à prædecessore illicitè concessum, an reuocare possit.*
An Prælatus qui ex delicto venit deponendus possit infeudare feudum sibi apertum, si nondum est accusatus.

Laicus aliquem de feudo vacaturo secundũ legitimam formam inuestiuit, postea verò eius bona confiscantur, quæritur, an eius filius aperto feudo teneatur, ipsi inuestito ad præstationem dicti feudi.

SI QVIS INVESTI. Diuide totum istud c. in duas partes principales, quoniam in prima loquitur de Laico faciente inuestituram. In secunda de Clerico. Secunda ibi, hoc ita. Prima subdiuiditur in quatuor. Primò ponitur thema. Secundò responsio. Tertiò remouet dictum quorundam malè dicentium. Quartò determinauit nouum dubium, secunda ibi, siuè præmoriatur, tertia ibi, licet. Quarta ibi, nam si quis. Secunda principalis subdiuiditur in duas, quia primò ponit dictum cum determinatione. In secunda limitatione adducit ad omnia præcedentia, secunda ibi, hoc intelligendum.

CASVS.

1 †Inuestitura facta à Laico in diem vel sub conditione, de alieno feudo adhuc possesso per alium, sortitur effectum Vasallo mortuo sine successore, siue præmoriatur inuestitor, siue inuestitus, siue tenens feudum. Sed si inuestitura fieret purè, tunc valeret, vbi verò inuestitura fieret à Clerico modo suprà dicto, non sortiretur effectum, si moriatur inuestitor antequàm tenens feudum, vel moriatur antequàm conditio vel tempus extat, quando dicta inuestitura fuisset facta in diem, vel sub conditione, hoc dicit. Et præmitte pro euidentia, quòd inuestitura alia est abusiua, videlicet, quando quis simpliciter inuestitur cum annulo, sine traditione possessionis. Alia est propria, quando post dictam verbalem inuestituram traditur etiam possessio, vt infrà, quid sit inuesti. in princip. Per primam enim abusiuam non transfertur possessio, sed licentia ingrediendi, vt in c. ex ore. extra de his, quæ fin. à ma. per ca. & per Innoc. in c. 2. extra de consuet. & per Dyn. in c. beneficium. de reg. iur. libro sexto, facit quod dixi suprà de controuers. inuesti. in c. 1. in princip. super text. Item pro intelligentia decisionis huius tit. videas. c. moribus infrà, si de feud. fue. controuer.

In text. ibi, inuestitus fuit, subaudi, à Laico & abusiuè. Ibi, de feudo, scilicet, alieno, de quo alter propriè erat inuestitus, quia erat in vera & corporali possessione.

Ibi,post mortem eius, id est, eo tenore, vt post mortem eius qui detinet feudũ,habeat illud.Ibi,siue p̃moriatur, hîc incipit respondere. Ibi,licet alij dicant, subaudi,& malè secundum Doct.licet glo.aliter sentiat. Ibi,inuestiri,id est,confirmari,& propriè incorporalem possessionem induci, quoniam autor suus, qui mortuus est,iam fuerat verbaliter inuestitus. Ibi, purè, id est,non adiecto die vel conditione.Ibi,inuestitura, subaudi, quoniam censetur prorsus nulla, quando est facta purè, licet Iaco.de Bel. videatur sentire,quòd ista inuestitura posit capere effectum, vbi tenens feudum, moriatur sine hærede, vt in c. 2.de feud. da.in vicem leg.com.

Sed Communis opin.est, quod sit penitùs nulla,vt suprà dixi per text.in c. 1.infrà de Clerico,qui inuesti.facit.Ibi,hoc ita, scilicet, quòd hæres inuestitoris teneatur mortuo inuestitore, antequam tenens feudum vel conditio seu tempus existat ad tradendum, vt suprà dictum est. Et hoc habent locum in Laico inuestiente, non autem in Clerico,vt sequitur,& hęc etiam voluit gloss. hîc posita.Ibi, successor illius, subaudi, nisi in dicta inuestitura intercessisset consensus posidentis feudum,vt suprà,qui succes.tene.in c. primo circa medium.Ibi,de præcarijs,quæ lex de præcarijs est in titu.qualiter liceat rectoribus ecclesiarum,&c. licet gloss.hîc posita videatur sentire, quòd ista lex, de qua fit mentio, sit in titu. de præcario & malè. Ibi, hoc ita. Ista limitatio ad omnia supradicta refertur, videlicet,quòd nunquam posit inuestiri,alius de feudo possesso, per Vasallũ in præiudicium aliorum,qui successuri erant in dicto feudo,vt infrà, de alie. feud. pa.in prin.vnde ergò debet intelligi iste text.de tali feudo, q̧ erat recasurũ, & sperabatur reuerti ad dominũ,vt in dicto. c. moribus.

Nota quòd in Laico inuestiente, non refert quando cedat dies inuestituræ,quoniam etiam eo mortuo, tenetur eius hæres ad corporalem possessionem præstandam, quando est aperta via inuestito, vel hæredibus eius. Ex quo infert Bald. quod feud. est de natura contractuũ,& non vltimarum voluntatum, quòd patet, quia fit transmissio iuris feudalis, quod secùs est in vltimis voluntatibus. Et quæ sit ratio inter contractus, & vltimas voluntates, de hoc not. per gloss. insti. de verborum obligatio.in §.ex conditionali.de quo dic, vt habetur per glo. & Doct.in l.is cui. ff.de actio.& obliga.& in l.prima,C.de his qui ante aper. tab.ff.ad Trebel. l. hæredes mei.in §.cùm ita.& C.de fideicom.in l.in personam.

2 †No.quod de feu.nondum aperto,potest fieri inuestitura hoc modo, scilicet, cùm aperietur.Sed si fieret purè, tunc non valeret,vt dixi super textum,& dicam,inf. de lege cor.in c.2.& infrà de Cle.qui inuesti.fa.in c.1.

Et prædicta intelligo vera,nisi ille,qui posidet consentiret,quòd quis purè inuestiretur, & sibi traderetur possesio, vt suprà, qui succes. tene.in c.1.& probatur suprà,qui. mod. feud. amitta.in §. præterea. & infrà,si de feu.fue.controu.in c.Titius,

3 †Not. quòd inuestitura verbalis Clericorum, non est rata neq; firma, neq; arctat successores suos,nisi eis Clericis inuestientib[9] adhuc viuentibus,& existentibus in beneficio aperiatur collatio feudi ipsi inuestito. Et est ratio,quia ius Prælati siue Clerici,consistit in sola administratione[a] neque causatur ex succesione, sed ex electione, vt in l.si certarum. in fine cùm ibi nota. ff. de testamen. mili.& dixi suprà in dicto titulo, qui succes.tene. Et intelligit Baldus prædicta procedere, etiam vbi feudum fuisset remansurum apud possessorem ad tempus limitatum, quoniam si interim alter inuestiretur verbaliter, & postea moriatur Clericus inuestiens,quòd successor suus non arctabitur stare dictæ inuestituræ. Ex quibus ipse infert,quòd contractus sub conditione, vel in diem celebrati cum Clerico, non astringunt pro futuro tempore successorem, quocunque modo sapient alienationem, facit quòd plenè dixi suprà, qui succes.te.in c.1.in 2.nota.vbi omninò videas pro intellectu prædictorum. Et ibi etiam declaraui intellectum regulæ,quæ vult,quòd ex qua persona quis sortitur lucrum, teneatur quoq; eius factum præstare, de qua in glo. 1.hîc posita fit mentio.

[a] *Consistit in sola administratione. Adde glo.in c.præsenti. de off. ordi.lib.6.*

Not. quòd inuestitura abusiua facta de feudo nondum aperto, nunquam valet si est facta purè, vt suprà dixi,vel si Vasallus posidens moriatur cum legitimo successore,vt hîc in fin.& infrà,de feud.da.in vicem legis commis. in c. 2. in fin. Nec possunt partes renunciare formæ traditæ per istum §. secundum Bal.per l.conuenire.ff.de pac.dota.& ibi per Doct.

4 †Quæro cum gloss.2.vtrum si verbaliter inuestitus à Laico, moriatur feudo nondum sibi aperto, & post eius mortem aperiatur, vtrum suus hæres debeat obtinere di-

nere dictum feudum. Et respondet ista gloss. quòd non per istum text. in ver. licet alij dicant, &c. Et probat ratione, quoniã tale feudum debuit amplecti per autorem primum, quòd hîc minimè factum est. Igitur nec per istum hæredem, debet posse amplecti, per regulam, quæ vult, quòd id quod non licuit defuncto, non debet hæredi licere, vt ff. de diuer. & temp. præscrip. l. cùm hæres cum pluribus similibus allegatis. in gloss. vsque ad versic. & sunt hæc omnia, &c.

Sed tu aduerte, quia ista gloss. sentit contra istum text. quòd hæres admittatur ad dictum feudum, & pro tanto Doct. Cõmuniter eam reprobant, quia ius conditionale quod contingit ex contractu inter viuos, est transitorium ad hæredes etiam ante conditionis existentiam, vt in dicto §. ex conditionali. Similiter obligatio potest ab hærede incipere, vt in l. prima. C. vt act. ab hæred. & contra hæred. Nam regulariter omnis obligatio, quæ competebat defuncto re vel spe, transit ad hæredem, licet dies, vel conditio non extiterit. l. is cui. de actio. & obliga. præallega. & ff. de euic. l. si per imprudentiam in §. 1. Item quia hæres & defunctus, censentur esse eadem persona, vt in Auten. de iureiuran. à morien. præsti. in princip. & ff. de regu. iuris lege hæredem.

Non obstant leges & rationes allegatæ per glo. quia intelligi debent, quòd illa quæ non licent defuncto ratione vitij, vel turpitudinis, vel propter factum proprium, tunc non poterit hæres infringere, secùs in his, quæ non licent defuncto ratione temporis vel conditionis, quia tunc non procedunt dicta, imò tunc licitum est hæredi, quòd non licuit defuncto, vt in l. reperitur. ff. ad l. falc. & in iuribus suprà allegatis cum hac parte.

5 † Quæro subsequenter cum d. gloss. in versic. & tunc ideò, an viuente Vasallo, posit alter inuestiri verbaliter & realiter, ita quòd etiam possesio corporalis huic inuestito de nouo tractatur, & respondet gloss. quod sic? vt est casus suprà, qui succe. te. in capitu. si verò Archiepiscopus. licet glo. allegauerit. c. item si Episcopus. Nam tunc iste successor benè poterit obtinere feudum propter commodum possessionis iam adeptæ. argu. ff. de rei vendi. in l. is qui destinauit, & hoc voluit ista gloss. vsq; ad versi. sed opponitur, &c.

Sed tu intelligas indistinctè, istum vltimum inuestitum à Laico, debere succedere in feudo, siue habuit possessionem viuente Vasallo, siue non, vt suprà dixi. In Clerico autem inuestiente in diem, vel sub conditione, benè est fatendum, quòd inuestitus tunc demum posset illud habere, si possessio fuit sibi tradita ante mortem Clerici inuestientis, vt in dicto titulo qui succ. teneantur.

Oppo. cũ dicta glossa contra proximè dicta, quòd imò Vasallo primo extante in possessione, non posit alter in possessionẽ mitti, quoniam duo nõ possunt insolidum posidere, vt in l. 3. in §. ex contrario. ff. de acquir. poss. sicut nec esse domini, vt in l. si. vt certo. in §. si duobus. ff. cõmodati. Solu. intelligas, quòd ex aliqua causa legitima primus Vasallus sit priuatus, & possesio sit tradita secundo, vt probatur in capitulo finali infrà, quo tem. miles. Ex multis namq; modis & causis, potest Vasallus suo feudo priuari, vt suprà, quibus mod. feud. amittat. per totum & infrà, quæ fuit prima causa benefi. amitten. & hoc voluit tota ista gloss. vsque ad finem. Tu verò potes intelligere & alio modo, videlicet, quod consentiente primo Vasallo, fuit tradita possesio secundo, qui consensus sibi præiudicabit, vt probatur in dicto titu. qui suc. tene. vel quia ipse Vasallus fortè decesit sine successore ante diem secundum Iac. de Bel.

6 † Quæro ab extra, si Prælatus inuestiuit aliquem illicitè de feudo, an eius successor, etiam non immediatus posit reuocare ipsum feudum. Et dicit Bald. quòd sic, per not. per Innoc. extra de conces. præben. in capitulo dilectus. Ad quod facit capitulum literis, cùm ibi not. extra de rescrip.

Quæro an Prælatus, qui omninò ex delicto venit deponendus, posit infeudare feudum sibi apertum, si nondum est accusatus, vel inquisitus. Et dicit Bald. quòd sic, per notata per Ioan. And. in capitulo quia propter. extra de electione.

Quæro Laicus inuestiuit aliquem de feudo vacaturo secundum formam hîc traditam postea Laicus inuestiens condemnatur ita, quòd bona sua confiscantur an filius postea aperto feudo teneatur ipsi inuestito ad præstationem dicti feudi, dic quòd non? quia fiscus isto casu non reputatur hæres, sed successor, & æquiparabitur potius Prælato. l. quotiens. in fine. ff. de noua. & ff. de fideiussoribus. l. inter eos. §. primo. & ff. de duobus reis in lege finali.

Vltimò ad materiam adducas plura alia, quæ dixi in dicto capitulo moribus, & in capitulo si facta, infrà si de feu. fue. controuer. & in d.ca.2. de feud. da. in vicem. l. commis. & in c.1. de Cleri. qui inuesti. fa. & suprà, qui success. te. in d.c.1. in pluribus remissionibus ibidem adductis in vtroq; iure, & latius in d.c. moribus.

DE CONTENTIONE INVESTITVRAE INTER dominum & Vasallum de inuestitura feudi.

RVBRICA.

SVprà titulo proximo tractaui de controuersia, quæ oritur occasione inuestituræ. Vtrum, videlicet, successores inuestitoris, teneantur eam habere latam, & adimplere: Nunc verò sumpta inde occasione, tractare intendit de cõtrouersia, quę oritur inter dominum & Vasallum, occasione inuestituræ feudalis, prout alibi hunc eundem ordinem, secutus est autor suprà de controuersia inuestitu. subijciendo dictam rubricam post titu. qui succes. tene.

Oppo. de superfluitate huius tituli, per titulum suprà de controuersia inuesti. So. vt dixi infrà, si de inuesti. inter dom. & Vasal. lis ori. super rubrica.

SVMMARIA.

1 *Probatione deficiente, ad consilium alioqui spernendum recurritur.*

2 *Possessio corporalis facit, vt possidentis sacramento stetur, & quare.*

Ratione officij præsumitur quis bona sua subtraxisse domino, & quando fallit.

3 *Vasallus Clientulus appellatur.*

An Vasallus sit de iure Romano.

An pares curiæ simul testes & iudices esse possint.

4 *Pares curiæ, an sint testes in inuestitura noua feudi probanda.*

SI FVERIT CON. Diuiditur vsque ad §. similiter in partes 6. Nam primò declarat, quando contenditur inter dominum possidentem feudum, & Vasallum dicentem, se institutum de dicto feudo, & petentem sibi possessionem dari, dominus verò negat se inuestiuisse, vnde si Vasallus potest probare per pares vices, non per alios testes. Et hoc vult ista prima pars vsque ibi inopia. Secundò declarat, quando Vasallus possidet, & non potest probare inuestituram per pares, quia tunc propter inopiam probationis, stabitur sacramento ipsius Vasalli cum duodecim sacramentalibus, vsque ibi cæterùm. Tertiò declarat, quando dominus possidet, quia tunc ipse dominus iurabit cum duodecim sacramentalibus, vsque ibi hoc ita. Quartò excipit casus, quando dominus solus iurat sine sacramentalibus, scilicet, quando Vasallus est Gastaldio, vel factor domini.

Quod est verum, nisi tunc Vasallus vellet probare per pares curtis idoneos, vsque ibi nam aliquando. Quintò assignat rationem, quare in casu suprà proximo, solus dominus iuret sine sacramentalibus, quæ talis est, quia si diceremus contrarium, sequeretur istud inconueniens, videlicet, vbi dominus non haberet sacramentales, posset incurrere maximum damnũ, propter malitiam eorum Gastaldorum, quoniam quando procurant, & gubernant res & bona domini, possent multa malignare vsq; ibi, & hoc colligitur. Sextò declarat, vnde prędicta colligantur, vsque ibi dicendum. Septimò extendit prædicta etiã ad feuda Guardiæ, vsque ad finem. Et hæc diuisio sufficiet etiam pro summario. Pro euidentia scias, qui sint pares curiæ, vt dixi suprà de feu. Guard. in §. primo super text. & est tex. infrà, si de inuestit. inter dom. & Vasal. lis oriatur in c.1. in princip. &c. Item præmitte, qui sint testes sacramentales, & qualiter iurent, vt latè dixi suprà qui feud. da. po. in §. hoc quoque, in prima oppositione. Item quid sit Gastaldus, Guardiator vel actor domini, vt dixi suprà de feud. Guar. in princip. in prima quæstione. Item quòd inuestitura feudi noui, non potest probari, nisi per pares curiæ, vt infrà, qui testes sint necessarij ad probandum feud. inuesti. in c.1. & not. plenè per gloss. infrà quid sit inuesti. in princip. & hoc sensit gloss. prima hîc posita.

In text. ibi, dominum, subaudi, possidentem. Ibi, fidelem, id est, Vasallum, qui etiam appellatur fidelis, vt dixi suprà, in præambulis libri in quæstione. 7. Ibi, de inuestitura, vt quia fidelis dicit se inuestitum de certo feudo, & petit sibi tradi possessionẽ. Dominus verò negat seipsum inuestiuisse. Ibi, per pares curię, scilicet, producendos in testes ad probandum inuestituram, quia patet ex sequentibus licet aliqui voluerint intelligere per pares, id est, per eorum sententiam & malè, vt infrà dicam. Ibi, dirimatur, scilicet, per

iudicem

iudicem competentem mediantibus prædictis probationibus secundum Ia. de Bel. & Nic. de Nea. Quis autem erit iudex cōpetens statim dicam. Ibi, idoneæ sint, scilicet, in alijs causis, vt in l. 1. ff. de testi. Ibi, nō sunt, scilicet, in causis feudorū, vbi tractatur de noua inuestitura, vt supra dixi. Ibi, probatione, scilicet, emergente seu aliquo interueniente, ex quo moueatur animus iudicis, sicut est possessio, vt sequitur. Ibi, per religionē, id est, sacramentū, vt l. secunda. C. de iureiuran. Ibi, clientuli, id est, Vasalli, quem suprà appellauit fidelem, & quare ita appelletur dixi in dictis præambulis quæstione. 7. Ibi, possessoris, in qua possessio steterit ad minus per annum domino sciente, & non contradicente, quo casu ipse Vasallus iurabit solus, vt hic, & infrà, si de inuesti. inter dom. & Vasall. lis oriatur in capitulo. 2. in fin. & no. suprà, de controuer. inuesti. in princ. Ibi, sacramentalibus, scilicet, testibus deponentibus secundum conscientiam, & credulitatem ad purgationem conscientiæ deponentis, vt extra de pur. Cano. in c. 1.

Et intellige quando non possedisset anno, vt differat à præcedente, quo casu iurabit cum 12. sacramentalibus secundū formam traditam in d. c. fi. in princ. infrà, si de inuesti. inter do. & Vasal. & infrà de cōsue. recti feu. in §. & cùm datur. Fit enim purgatio, vt tollatur suspitio quæ inerat, vt in l. præsenti. in §. sanè. C. de his, qui ad eccle. cōfu. secundū An. de Iser. Ibi, possideat, subaudi, & aliqua præsumptio sit pro Vasallo, quo casu dominus iurat, vt hìc. Nam aliàs dominus deberet absolui sine sacramento, vt infrà de consue. recti feud. in §. finali. Ibi, hoc ita, dic iste versi. refertur ad supra proxima. secundum opinionem. gl. hoc modo, quia dominus possidens iurat cum 12. sacramentalibus, prout nunc dixit.

Quod intelligas verum, nisi Vasallus nō esset Gastaldus vel actor; tunc ipse dominus iuraret solus absq; sacramentalibus, & hoc voluit gloss. hìc posita. in versi. melius tamen, &c. Alij referunt ad versi. inopia, &c. ibi dixerat, quòd statur solo sacramento Vasalli possidentis.

Quod intelligas verum, nisi ipse Vasallus esset Gastaldus vel actor domini, quia tunc propter periculum suspitionis staretur sacramento solius domini etiam non possidentis, nisi Vasallus legitimè probaret, & hunc intellectum sensit dicta glossa hìc posita, in sui principij, & hanc expositionem sequitur Iacob. de Bel. Alij autem legunt alio modo dicentes, quòd verbum DOMINI non debet esse in textu. Et quòd ante verbum statur, sit negatiua NON? quasi dicat, quòd non statur religioni solius Vasalli, quādo est Gastaldio vel actor. Et istum intellectum sensit, d. gloss. in fine, & quælibet expositio potest esse in se vera. Sed tamen intellectus glossæ, vt referatur ad proxima, magis congruit. Et per hoc habes totam istam gloss. expeditam. Ibi, nisi habeat, subaudi, ipse Vasallus. Ibi, aliquando aliàs est in textu malignando, vel maliciando, vt in gloss. Et est sensus, quia si diceremus, quòd huic Gastaldo seu actori solo daretur sacramentum, quando non habet testes, sed solùm ratione possessionis, sequeretur istud inconueniens, quòd per eorum malignitatem possent auferre, multa bona dominis suis, nam cùm ipse Gastaldus & actor habeant res & bona domini, in eorum gubernatione & bailia, ponerent se in possessionem, & cum iuramento suo vincerent, & auferrent domino multa bona, quod est absurdum. Ibi, de Guardia, subaudi, prout dictum est de Gastaldo, nam Guardiator & Gastaldus procedunt à pari, vt dixi suprà, de feudo Guar. & Gastaldiæ.

1 †Nota quòd propter inopiam probationum, recurrimus ad aliud consilium, quod aliàs esset despiciēdum, quod patet, quia vbi adsunt testes, debet fieri probatio per testes, aliàs autem recurrimus ad subsidium iuramenti, vt hìc & infrà, quid sit inuesti. in §. si verò inuestitura, prout in simili videmus in l. quoniam. C. de hæreticis. C. de repu. l. consensu. & in gloss. 2. hìc posita, quæ per hoc est expedita. Facit extra de electione in c. cùm dilectus. & in l. admonendi. ff. de iureiuran.

2 †Not. quòd possessio corporalis, inducit præsumptionem pro Vasallo possidente, vt ea mediante, deferatur sacramentum ipsi possidenti, vt hìc & suprà, de controuer. inuesti. in prin. Et ad hoc concurrunt plures rationes. Nam primò hoc operatur fauor possessoris, quia melior est conditio possidentis. l. si debitor. ff. de pigno. Item regula actore non probante [a] &c. vt in l. qui accusare. C. de eden. Item alia ratio, quia rei sunt fauorabiliores, &c. vt in regula fauorabiliores. Item alia regula, quia promptiores sumus ad soluendum, &c. vt in l. Arianus. ff. de ac. & obli. & hoc voluit gloss. 3. hìc posita, quæ per hoc est expedita, de quo dic, vt plenè dixi in §.

[a] Actore non probāte. Adde quòd hæc regula fallit in 15. casibus, de quibus enumerat Hosti. in summa tit. vt ecclesiastica bene. in vlt. colu. versi. datur hìc & alia regula.

in §. sacramentum, infrà de consuetu. recti feud. & in d. princip. suprà de controuer. inuesti. vbi prędicta declaraui. in 3. no. Commoda enim possessoris multa sunt, & operantur plura de quo per Cyn. in l. ob maritorum. C. ne vxo. pro marito, & in l. si solennibus. C. de fin. instru.

Not. quòd ratione officij, pręsumitur quis bona subtraxisse domino Episcopo, quòd apud ipsum officialem reperiuntur, nisi officialis probet dationem sibi factam à domino, vt hîc.

Quod intelligas verum, quando dicta bona fuerunt ipsius domini argu. in l. qui vas. in §. vetare. ff. de furtis. & ff. manda. in l. si creditor. in §. si iudex. Si verò illa bona, non fuerunt de bonis domini, sed alterius, & tunc nō præsumitur quęsiuisse de bonis domini, nisi contrarium probetur, vt in l. si defunctus. C. arbitrium tute. secundum Ia. de Bel. & Bal. de quo vide in l. quintus. cùm ibi no. ff. dona. inter vir. & vxo. de quo dixi suprà, de feu. Guar. in §. 1. in q. 1.

3 † No. q. Vasallus appellatur Clientulus, vt hîc, & infrà ti. 2. in §. & si Clientulus.

Quod verum est de iure Romano, vt in l. rem nō nouā. in §. fi. C. de iudicijs. Quòd facit in ar. quòd Vasallus sit de iure Romano, quòd tenent quidā adducētes plura iura, videlicet, omninò. C. de inoffi. testa. in Auten. de quali. do. in §. qa verò. col. 8. & in Auten. de exhi. reis. in §. optimum. col. 6. C. de pig. l. fin. in Auten. ibi posita. de leg. 2. l. fideicommissa. in §. si quis alicui. & in l. patronus. & in l. penul. in prin. C. de silentiarijs. l. fi. & de proxi. sacro. scrip. in l. si qs. & de re mili. l. fin. in Auten. neq; miles, neq; fœdera. in rubrica. ff. de vsu. & habi. in l. Clientes. & ff. de his, qui deie. vel effu. in l. si verò, de ali. leg. in l. liber. In quibus fit mentio de his Clientulis.

Sed communis opinio est, in contrarium, videlicet, quòd non sit de iure Romano, sed solùm de isto iure consuetudinario. Nam feuda non alienantur isto iure, sed militia de iure Romano benè alienatur dicta. l. finali. C. de pigno. & in dicto §. optimum. & in omnibus iuribus cōtrarijs, & ita tenet Odoffre. And. Iser. & Nico. de Neap. & Iacob. Ardiz. in summa. de quo dixi in præambulis. in 8. quæstio.

Nota auferendam esse occasionem malignandi, vt hîc & insti. vi bo. rap. in §. nedum. cum simil. & dixi in l. 1. in prin. & in secundo notabili infrà de prohi. feud. alie. per Loth.

4 † Oppo. ab extra contra princip. huius capituli, vbi dicitur, quòd pares curiæ sint testes ad probandum nouam feudi inuestituram. Sed contrà, quia imò debent esse iudices, vbi controuersia vertitur inter dom. & Vasal. vt infrà, de controuer. feud. apud pa. ter. in c. 1. & infrà, de prohi. feud. alie. per Feder. in §. pe. Non enim possunt fungi duplici officio, scilicet, & iudicis & testis, vt in l. ille, à quo intempestiuum. ff. ad Tre. & ff. de offi. præsi. in l. illicitas. in §. veritas. Sol. dicas secundum Iacob. de Bel. quod Autē. pares sunt tot, qui sufficiunt ad vtrunq; officium, & tunc erunt pro parte aliqui testes, aliqui iudices. Aut sunt pauci ita quòd non sufficiunt vtriq; officio & tūc si certum est, quod posit probari per pares tantùm, & non per alios, & tunc erunt testes, & alter erit iudex, vt hîc & ar. C. de hęreti. in l. quoniam. Aut similiter certum est, quod potest fieri probatio per alios, & tunc pares erunt iudices, vt in contrario. Aut sumus in dubio, & tunc pares essent testes, & alter erit iudex. Et est ratio, quia facilius inueniuntur iudices, quàm testes per dictam. l. quoniam secundum Iaco. de Bel. Nico. de Neap. & Bal.

Oppo. quod imò etiam per testes non pares, posit fieri probatio nouæ inuestituræ, vt infrà, quid sit inuesti. in §. si verò. Sol. aut dominus habet pares, & tunc per illos debet fieri probatio, vt hîc & in dicto titu. quid sit Inuesti. in princip. Aut non habet pares, & tunc potest fieri probatio etiam per extraneos, vt ibi, & de hoc plenè not. per gloss. in dicto prin.

Oppo. ad idem quòd imò inuestitura probetur per extraneos, vt infrà, qui testes sint necessarij ad proban. not. inuestitu. in c. 1. in fine. So. hîc loquimur de inuestitura noua. Ibi autem de veteri & de hoc similiter not. per glo. in dicto prin. quid sit inuesti.

Oppo. contra illud quod hîc dicitur, quòd si Vasallus sit Gastaldio vel actor, quod statur sacramento domini. Sed contra, quia imò ipse dominus debet probare, vt est text. suprà, de controuers. inuesti. in §. item si Vasallus. So. ibi non constabat Vasallum fuisse Gastaldum vel actorem, dominus hoc allegaret, hîc autem constabat, & ibi dixi in prima oppositione.

Vltimò ad materiam præsentem adducas alia, quæ dixi suprà de controuers. inuesti. in princip. & in §. item si Vasallus, & in pluribus remisionibus, quas in vtro-

in vtroque loco adduxi, & in c. 1. & fin. infr. si de inuesti. inter dominum & Vasallum lis oriatur. & inf. de consue. rec. feud. in §. sacramentum. & in §. fina. De materia verò Gastaldiæ & Actoriæ plenè dictum est in titu. de feud. Guard. per totum §. eodem. in §. fin.

SVMMARIA.

1 *Possessoris sacramento quo casu non stetur.*
Dominus, qui probauit fuisse pignus, nisi soluat debitum, non potest repetere rem.

SIMILITER SI VERO. Quidam habent hîc rubricam talem, videlicet, de pignore feudi, & malè. Quoniam nulla debet hîc esse rubrica, sed est §. qui continuatur cum superioribus, hoc modo: Quoniam sicut suprà proximè non statur sacramento Gastaldi Guardiatoris, vel Actoris etiam possidentis: Ita à simili non statur sacramento creditoris possidentis pignus, & asserentis illud se possidere nomine feudi. & ideò notanter dixit textus similiter, &c. Et loco casus dicas, quòd in hoc §. erat altercatio seu contentio talis. Nam creditore tenente & possidente rem debitoris, dicebat debitor se dedisse dictam rem pro pignore, & soluere volebat debitum, pro quo dicebat se obligasse dictam rem, & petebat eam sibi restitui. Iste autem possidens dicebat, quòd quanquam à principio iste debitor sibi pignorasset, nihilominus postea sibi infeudauerat, & sic de præsenti possidebat, & tenebat iure feudi. Vnde nolebat restituere. Dicitur hîc, quòd non statur dicto suo, etiam cum iuramento, nisi probet per pares curiæ dictam rem sibi fuisse infeudatam.

In textu ibi, suo iuramento, subaudi, etiam si possidebat, vt aliqua sit dubitatio, secundum Iacob. de Belui. Ibi, paribus domus, alibi appellantur pares curtis. vt infr. qui testes sint necess. ad proban. no. inuesti. in c. 1. in princ. alibi appellantur pares curiæ, vt infrà de prohi. feud. alie. per Fed. in §. penult. & idem importat, vt infrà de controuer. feud. apud pater. in rubro & nigro. Qui autem sint isti pares, vide infr. si de inuesti. inter dominum & Vasall. lis oriatur in c. 1. & dixi suprà eo in princi. in
1 euidentialibus. † Not. hîc alium casum, in quo ad validationem feudi non statur sacramento possessoris, etiã si possedisset p annũ, Et est ratio, q̃a principiũ possessiõis hoc nõ importat, ex eo, q̃a incœpit possidere loco pignoris, secùs autẽ si principiũ possessionis importaret ius feudale, quia tunc legitima possessio annalis cum præsumptione inuestituræ, sufficeret ad deferendum sibi iuramentum. vt infr. si de inuestit. inter dominum & Vasallum. in c. 1. in fine. Alios autem casus habuisti suprà proximè. Si verò dicta possessio pignoris, fuisset interuersa, ita quod ipse possidens, tenuisset illud pignus postea tanquã feudum per annos triginta, tunc benè induceretur præscriptio feudalis, vt in c. fi. inf. de feud. da. in vicem legis commiss.

Oppo. cum gloss. de §. similiter. suprà de controuer. inuesti. vbi dominus debet probare, se dedisse pro pignore, & sic ibi patet, quod onus probandi incumbat domino: hîc autem dicitur quod incumbit Vasallo.

Solutio: Hîc confitebatur Vasallus, se à principio habuisse ꝑ pignore, sed postea sibi fuisse infeudatum, & ideò sibi incumbit onus probandi: Ibi verò non constabat de pignoratione, & ideò dominus debet ibi probare fuisse pignus, quo casu Vasallus tenebitur restituere, nisi probet, vel per pares curiæ, vel per breue testatum, hoc est, per publicum instrumentum à paribus coroboratum, quod post dictam pignorationem fuit sibi infeudatum. Et hoc vult glo. vsq; ad ver. huic. & benè loquitur. Verùm postea in eadem gl. in fine sui. in vers. vel aliter, &c. adducit aliam solutionem, videlicet, quod etiam hic dominus probare voluit, sed non potuit. & ideò Vasallus admittitur ad probandum, non tamen statur suo simplici iuramento, nisi alias probationes non haberet, quia tunc staretur suo iuramento cum duodecim sacramentalibus, vt patet supr. eod. in principio. & probatur hæc solutio in d. §. similiter. suprà de controuer. inuesti. veruntamen diuinat ad text. nostrum, & ideò non recedas à prima solutione.

Oppo. cum d. gloss. in di. versic. huic contra proximè dicta, quòd imò si à principio Vasallus negauit rem fuisse pignoratam, & dominus probet, quod postea Vasallus non poterit admitti ad probandũ de iure suo, sed propter eius mendacium, debet possessio transferri in dominum aduersarium suum. argum. in l. si generaliter. & in Autentic. item si possessor. C. qui po. in pign. ha. vel hypo. solu. licet gloss. allegauerit Auten. item post. & non benè.

Solut. Dicit glossa, quod contratrium

procedit, quando Vasallus prorsus negasset rem fuisse domini: verùm hîc confitebatur rem fuisse domini, sed sibi debitam loco feudi, & non loco pignoris. Et modò habes totam istam glossam expeditam. Vtrum autem, & quando negatio falsa præiudicet, vide infr. si de feud. fue. controuer. in c. Vasallus feu.

Quæro, an dominus, qui probauit fuisse pignus, possit rem repetere, nisi soluat debitum? dic quod non: Eodem modo creditor non potest repetere precium, nisi restituat rem, vt in l. apud Celsum. in §. item quæritur si vniones. ff. de doli exceptio.

Vltimò ad materiam præsentem videas in d. §. similiter. & in remissionibus, quas ibi adduxi. & infr. de feud. dato in vicem legis commiss. in c. 1. & fin.

SVMMARIA.

1 *Feudum Guardiæ nonnunquam post annum reuocatur.*
2 *Feudum ad tempus datum, ipso tempore elapso reuocari potest. Et quomodo intelligatur à Bart.*
3 *Feudum Guardiæ & Gastaldiæ dicitur irregulare. & quare.*

1 INSVPER SCIEN. †Feudum Guardiæ & Gastaldiæ potest reuocari à domino, quandocunq; post annum. hoc dicit. Quid autem si tale feudum Guardiæ & Gastal. & pro mercede alicuius seruitij, de quibus hîc in text. & in gloss. fit mentio declaraui plenè supr. de feud. Guard. in princi. in prima quæstione. Et quoniam iste §. habet similitudinem cum dicto titu. Ideò dixit vna glossella, quæ est signata per errorem. infrà in princip. tituli sequentis, quod vacat iste §. propter dictum titulum de feudo Guard. quæ gloss. debuisset hîc signari, vt ibi dixi. Sed tu dic, quod non vacat, quoniam hîc adijciuntur ista verba, quod quacunque hora. &c. potest ipsum feudũ auferri elapso anno.

2 †Nota ex illo textu, quod feudum datum limitate ad certum tempus potest immediatè auferri elapso dicto tempore. facit. l. si cum emeres. C. loca. quod intelligit Bald. etiam nullo alio termino dato, qui datur iudicatis, de quo in l. si debitori. ff. de iudic. C. de vsu. rei iudi. in l. 2.

Quod puto verum per istum text. qui dicit in quacunque hora, &c. Nam tempus limitatum terminatur per suam extremitatem, vt in l. 3. ff. de condi. & demon. & in l. illa stipu. Chalen. ff. de verborum oblig. Vlterius dicit Bal. quod elapso dicto termino, non requiritur aliqua sententia seu iudicium, quia eo ipso potest dictum feudum auferri per istum textum, & per ea, quæ dicit Innocen. in c. 1. extra de immu. Eccles.

Sed hoc intelligerem esse verum, quando nulla esset dubitatio de iuribus domini. Veruntamen adhuc cautius esset, vt per iudiciũ remoueretur per no. in c. potuit. extra de locato. & in l. 2. C. de iure emphi. Sed vbi ius domini in aliquo versatur in dubium per Vasallum, & tunc non est dubium, quod requiritur iudicium & sententia, vt infr. de feud. sine cul. non amit. in c. 1. & infr. quo tempore miles. in c. fin. facit suprà eodem in princip. in versi. hoc ita, &c.

3 †Not. quod feudum Guardiæ & Gastaldiæ est feudum irregulare, quod patet ex duobus. Primò, quia durant solùm anno, & sic sunt temporalia: nam feudorum natura est, vt sint perpetua. Item, quia elapso anno auferuntur etiã sine causa, quod est contra naturam feudorum, vt prædicta colliguntur suprà de natura feud. in c. 1. & dixi supr. de feu. Guar. in c. 1. in primo notabili. Et hanc materiam præsentem ibi plenè declaraui, vbi videas. & suprà eod. in princip. Vtrum autem ista feuda possint limitari vltra tempus anni, dic quod sic, & illud tempus erit seruandum, nec ante ipsum tempus poterunt auferri, vt voluit notabiliter glo. hîc posita, & benè. quoniã pacta apposita in inuestituris sunt obseruanda, quantumcunque extranea & contra communem naturam feudorum, vt infr. quid sit inuestitura. in §. penultimo & finali.

DE CONTENTIONE INTER ME ET DOMINUM, de portione fratris mei.

RVBRICA.

SEcundum ordinem Oberti de Horto autoris nostri, nulla erat hîc rubrica, sed totus iste titulus comprehendebatur sub titulo præcedenti, & fortè non malè staret absque rubrica secundum Andream de Iser. propter verba infrà scripta. In text. ibi, nisi propter prædictam rationem, &c. quæ habent relationem ad titulum præcedentem. Sed tamen à Glossatoribus ista rubrica fuit hîc adiecta causa commodioris in-

ris intelligentiæ per diuisionem tractatus, prout dixi suprà titu. secundo super rubrica. Et hanc rubricam hìc positam approbat glossa nostra hîc, quam & nos sequimur, postquam Communiter ita habetur, quoniam minimè sunt mutanda, &c. Et quia est satis conueniens, & separat materiam, quoniam suprà in titulo præcedenti tractauit de contentione inter dominum & Vasallum, occasione inuestituræ feudi ipsius Vasalli litigantis. Hìc verò tractat de contentione inter dominum & Vasallum, occasione successionis in parte feudi possessi, per Vasallum defunctum. Insuper aduerte, quòd quidam habent in princip. literæ nostræ talem gloss. videlicet, aliàs inuenitur in glos. vacat hoc capitulum, propter superius. Item aliud, &c. quæ gloss. non debet esse hîc situata, sed cadit suprà titulo primo. in fin. vt ibi dixi.

SVMMARIA.

1 *Partem possidens totũ possidere præsumitur. Vbi etiam traditur, quam partem sit necesse esse possessam per Vasallum, ad hoc, vt pro eo inducatur præsumptio in alia parte.*

SI CONTENTIO. Diuiditur in duas partes p̃ncipales. In prima Vasallus litigans cũ domino, possidebat partem feudi. In secunda nullã partem possidebat. Secunda ibi, si verò. Prima subdiuiditur in tres. In prima ponitur thema cum allegationibus Vasalli. In secunda ponit allegationes domini. In tertia respondet. Secunda ibi, ille verò. Tertia ibi, siue possideat. Secunda principalis similiter subdiuiditur in tres. Quoniam in prima neque Vasallus neq; dominus possidebat, & ideò neutri eorum datur iuramentum. In secunda explicat. In tertia ponit casum nouum in alio feudo separato. Secunda ibi, nisi. Tertia ibi, non vt ego propter, &c. Pro summario casum in terminis sic figura breuiter.

CASVS.

Ego & frater meus feudum paternum diuisimus, frater meus decessit sine hærede, contentio est inter me & dominum de portione feudi fratris mei, quia dominus dicit nouum, ego verò paternum. Quæritur quis obtinere debeat? Et respondetur, quod si possideo partem meam, vel illam alteri alienaui, mihi defertur iusiurãdum, & obtinere debeo. Sed si nullam partem habeo de eo feudo, debet deferri domino iusiurandum & ius: tamẽ iuramentũ mihi non nocebit in alio feudo, quod ab eo possideo sine controuersia. hoc dicit Iaco. de Belui. & Bald. In textu ibi, dicendo, scilicet, ego frater defuncti. Ibi, paternum, & sic iure successionis ad me pertinere, vt suprà de succes. feud. in §. fin. & ista erat alligatio fratris mei. Ibi, ille, scilicet, dominus. Ibi, minimè, scilicet, dicebat esse paternum, sed nouum, vt sequitur. Ibi, partem meam, scilicet, per nouam inuestituram factam in meã personam, & ista erat alligatio domini dicentis, tu frater superstes habuisti partem tuam per nouam inuestituram, & per consequens non potes succedere, vt in d. §. fina. Sed ego frater superstes cõfitebar inuestituram, sed non eius qualitatem, quia dicebam, quòd benè fueram inuestitus, sed per nouam inuestituram, sed quòd imò descendebat ex veteri, quia feudum fuerat paternum. Ibi, possideri, scilicet, portionem meam. Ibi, alienaui, istud exponit plurib. modis in gl. & ideò reseruo super glos. declarandum. Ibi, patrem meum, subaudi, vel alium ascendentem progenitorem, quoniam hìc largè capitur pro feudo paterno vel antiquo: Ibi, non possideam, sed petam. Ibi, habuero, subaudi, neque alius nomine meo habet per id, quod statim dicam. Ibi, nec domino, subaudi, qui similiter non possidet. Ibi, propter dictam rationem, subaudi, quæ est supr. titu. proximo versi. cæterùm, videlicet, quod si dominus possideret, tũc benè iuraret cum duodecim sacramentalibus, vt ibi. Et secundum hanc relationem debemus præsupponere dominum possidere, vel dic, quod referatur ad versi. hoc ita, &c. in d. tit. videlicet, quod si frater defunctus fuit actor, vel Gastaldio domini, quia tunc p̃pter prædictam rationem defertur sacramentum domino. Ibi, propter hoc, id est, ex hoc, quod ipse iurat. Ibi, aliud meum feudum, scilicet, quod possideo ab eodem domino sine cõtrouersia. & intelligas siue quod loquatur de alio feudo omnimodo diuerso, quia separatorum separata debet esse ratio, vt in l. fi. ff. de calum. vel quod loquatur de alia parte mea illius feudi, vt no. supr. de succes. feud. in §. hoc quoq;. Ibi, amittam, quidã nõ habent plus de text. Alij autem habent ista verba, videlicet, si tamen Vasallus poterit probare paternũ fuisse vel non possideat, dominus obtinebit, quorũ verborũ talis est sensus, q, quando Vasallus p̃bat esse paternum siue possideat, & dominus vẽdicare velit ab eo, siue non possideat. & Vasal. agat. vincet.

†Not.

1 †Not. quod ratione partis possessæ, insurgit præsumptio pro toto integrali: facit quod not. in l. si cui. ff. de vsufruct. & ff. de lega. 3. l. vxorem. Quæ autem sit ratio dixi suprà de controuer. inuesti. in §. cùm autem. in primo notabili.

Not. quod possesio multum operatur, vt sacramentum deferatur possessori, vt hîc, de quo plenè dixi suprà titu. primo. in princ. in secundo notabili.

Quæro cum gloss. prima, quam partem sit necesse, esse possessam per Vasallum, ad hoc, vt pro eo inducatur præsumptio in alia parte? Et respondet arguendo, quod prima fronte videretur per istum text. intelligendum de medietate, cùm simpliciter dicatur portionis, &c. vt in l. nomen filiarum. in §. portionis. ff. de verb. signific. Sed tamen hoc non obstante, determinat de quacunque parte, siue media, siue maiori, siue minori, quia casus est in d. §. cùm autem. supr. de controuer. inuesti. Licet glossa allegauerit in tit. qui success. tenean. & malè. & hoc voluit tota ista glos. vsque ad finem. de quo plenè dixi in d. §. cùm autem. in tertio notabili.

Oppo. cum gloss. final. contra istum text. in principio. dum præsupponit, quod etiam si ego Vasallus alienaui portionem meam, quod dabitur mihi sacramentum, sed cõtrà, quia sacramentum defertur possidenti ratione possesionis, vt probatur suprà titul. primo. post prin. Ibi, inopia tamen, &c. Soluit ista glossa tribus modis. & primò quòd ista alienatio sumatur hîc impropriè, videlicet pro locatione, vt quia locaui partem meam alicui colono: & sic in eum transtuli detentionem, tamen possesio est apud me, quia possideo eam. vt in l. malè agitur. C. de præscriptio. triginta annorum, vel quia alteri infeudaui, quod mihi licet, vt infrà de capi. cora. in §. præterea. quo casu possideo ciuiliter ius directum.

Secundò soluit glossa, quod contrarium procedit, vt sacramentum deferatur possidenti, quando esset contentio de feudo. sed hîc non erat principaliter contentio de feudo, sed de qualitate ipsius feudi, videlicet, an esset paternũ vel nouũ, quo casu defertur sacramentum agnato, licet non possideat, vt hîc. & de hoc infr. si de feud. fue. controuer. in c. 1.

Tertiò soluit gloss. quod aut Vasallus nihil possidet, & tunc procedat contrarium, siue possideat dominus siue nõ. Aut possidet pro parte, & tunc sibi deferatur pro alia parte, vt hîc. Et secundum hanc tertiam solutionem non est necesse intelligere, quod iste Vasallus alienauit portionem fratris defuncti, sed suam partẽ retinuerat & possidebat. Et per hoc habes totam istam glossam expeditam vsque ad finem. Sed Doctores addunt aliam solutionem, & meliorem, vt intelligamus, quod Vasallus alienauerat partem suam feudi, tradendo eam domino, & recipiendo aliam rem pro cambio loco illius partis alienatæ à domino, quo casu habetur pro possessore. arg. ff. de vsufruct. l. non vtitur. & l. sequen. & sequen. & hæc solutio probatur in d. §. cùm autem. vbi est casus. Addit Andr. de Isern. alium intellectum, vt ista litera stet ꝓpriè intelligendo in vera alienatione, vt quia alienauit partem suam cum consensu domini, vnde precium succedit loco rei, vt ff. de peti. hæred. in l. si rem. vnde dabitur sibi sacramentum pro alio parte, sicut si possideret partem alienatam, postquam feudum erat paternum, probando stetisse in possesione per annum. Item dicit ipse, si alienasset sine consensu domini partem suam, & illam perdidisset per l. 1. infr. de prohi. feu. alie. per Fe. Nam quia perdit solum partẽ alienatam, vt infrà de Vasallo, qui contra constitut. Lotha. feud. alie. in princ. Non debet fieri sibi præiudicium in portione fratris sui, q̃ nunc sibi aperitur. Nec est assignare rationem diuersitatis, quare magis deberet sibi deferri sacramentũ, si possideret partem alienatam, quam si ipsam desijt possidere, dummodo probet, quod vt paternum possidet per annũ, & alia sunt, quæ moueant iudicem ad ita deferendum, vt inf. de consue. rec. feud. in §. sacramentum.

Oppo. ab extra, quòd imò ratione partis non deferatur sacramentum, sed est necesse, quod possideat totum, vt suprà de controuer. inuestitu. in §. si verò. facit l. prima. in §. Iulianus. ff. de itine. actuque priua. & C. quando & qui, quarta pars debe. in l. secunda. in §. 1.

Solutio: Interdum controuersia est de toto feudo vniuersali, & tunc est necesse, quod quis possideat totũ, vt in contrarijs. Interdum est controuersia de sola parte, & tunc super dicta parte defertur sacramentũ, postquam est in possesione residui. argu. in l. quæ de tota. ff. de rei vendica. & ff. pro derelic. in lege an pars. & ff. de fundo instructo. l. fundus. & ff. de seruitu. l. si tam angusti.

Vltimò ad materiam præsentem adducas

ducas alia, quæ dixi infr. si de feu. fue. controuer. in c. 1. & in d. §. cùm autem. suprà de controuer. inuesti. & in copiosis remissionibus, quas in vtroque locorum prædictorum adduxi.

DE ALIENATIONE FEVDI.

RVBRICA.

QVia sæpè ex alienatione feudorum oriuntur contentiones inter dominum & Vasallum, de quibus proximè dixerat, vt probatur infrà de aliena. feu. pater. in princi. & in §. 1. Idcircò post titulos præcedentes, tractantes de dictis contentionibus, subiunxit istam rubricam de alienatione feudi, &c.

SVMMARIA.

1 *Vasalli quare olim maiorem, quàm nunc habuerint autoritatem.*
2 *Partis appellatione dimidia intelligitur.*
3 *Licet in parte, quod non licet in totum.*
An pignoratio feudi hodie sit licita vsque ad medietatem.
Item, an dominus possit ius suum directum, quod habet in feudo, pignorare.

SI CLIENTVLVS. Vasallus poterat olim iure isto ex titu. libelli alienare feudũ suum, vsque ad medietatem, etiam sine domini voluntate. Hodie autem per legem Lotharij est prohibita omnis feudi alienatio, siue in parte, siue in toto: licet Mediolanenses dicant contrarium, quòd Vasallus possit alienare feudum suum, etiam in totum, absque domini voluntate. hoc dicit. vsque ad §. idem potest. Præmitte ad intelligentiam huius literæ id, quod dixi suprà quibus modis feudum amittatur. in §. aut si libellario. præsertim in euidentialibus, & in primo & secundo notabili. & statim dicam in primo notabili. In text. ibi, clientulus, id est, Vasallus, prout latè declaraui suprà titu. secundo. in princip. in penult. notabili. Ibi, hoc facere, scilicet, iure isto. Ibi, amit. scilicet, pro parte tantùm alienata, vt infrà de Vasall. qui contra constitu. Lotha. feud. alie. in c. primo in princip. & ibi dixi in vltima oppositione. Ibi, non valebit, scilicet, ipso iure. vt not. suprà de successione feudi. in §. hoc quoque. Ibi, alienare, scilicet, vsque ad medietatem. Ibi, de libello, id est, de contractu emphiteotico, vt dixi suprà in §. aut si libellario. quibus modis feudum amittatur. Ibi, derogatum, id est, quia hoc hodie corrigitur, cùm neque medietas, neque aliqua pars possit hodie sine domini voluntate alienari, & sic quantum ad materiam alienationis feudi, parum valet hodie iste textus. Et aduerte, quia hic versiculus huic cõsuetudini, &c. fuit additus in isto textu à compilatoribus, quoniam non deberet esse de isto text. antiquo, sed potius deberet suppleri loco glossæ. & hoc voluit glossa hîc posita. Ibi, considerantes, dic q. ratio quare moti sunt Mediolanenses fortassis fuit ipsa natura libelli, quia perpetuus est. Sed tamen errant, quia hoc est contra naturam feudorum.

1 †Nota quod olim Vasalli habuerunt maiorem autoritatẽ, & Bailiam in feudis quàm habent hodie, quoniã olim secundum diuersas cõsuetudines curiarum poterant alienare eorum feuda, vt infr. qualiter olim feud. poss. aliena. in principio. Nam in aliquibus curijs alienare poterant totũ. In quibusdam partem, prout eis placebat, etiam sine domini voluntate, infrà quid iuris sit, si post aliena. feud. Vasal. id recupera. in c. 1. In aliquibus alijs curijs, poterant alienare solùm ad medietatem, & necessitate suadente, vt in dicto titulo, qualiter olim feud. po. aliena. in prin. In nonnullis etiam curijs poterant alienare solùm per libellum, & vsque ad medietatem, vt hîc & in d. §. aut si libellario. Hodie autẽ restricta est omnis potestas, vniuersaliter per legem generalẽ Imperatoris Lotharij, quæ est de prohibi. feud. aliena. per Lotha. in l. 1. & roborata. & strictius in lege Imperatoris Federici, vt infr. de prohi. feud. aliena. per Fede. in l. 1. & in glo. fin. hîc posita, quæ hoc sensit, videlicet, vt hodie nullo modo possint Vasalli eorũ feuda in totum, vel pro parte alienare aliquo titulo sine licentia & voluntate dominorum, vt in dictis legibus. Non tamen extendas prædicta ad alienationem ex titulo infeudationis, quia & olim & hodie potest Vasallus feudum suum alteri infeudare, vt in c. 1. in princip. qualiter olim feu. po. aliena. & infrà de capi. cora. in c. 2. in §. similiter. & plenè nota. infrà de capi. cora. in §. præterea.

2 †Nota ex isto textu in princip. argum. quòd in materia consuetudinis vel statuti appellatione partis [a] intelligimus de dimidia, facit quod nota. in l. serui electione. in §. fina. ff. de legatis primo. & quod dixit suprà de controuer. inuesti. in §. cùm autem. in tertio notabili.

[a] *Appellatione partis. Adde Domi. in c. 2. de Deci. lib. 6. Ab. in c. cũ sint homines. e. tit. Ab. in c. super eod. de eo, qui cogno. consan. vxo. sue. Bart. in l. 1. C. quãdo & quibus.*

†Nota

3 †Nota quòd aliquid est licitum pro parte, quod non licet in totum. hoc colligit glossa prima hîc posita, quæ ad hoc allegauit plures concordantias. & dic vt in ea.

Quæro cum glossa secunda, an hodie pignoratio feudi sit licita vsque ad medietatem. Et hæc glossa arguit primò quod non, per istum text. in eo, quod præsupponit, quod solùm allibellatio sit permissa. Nam qui vnum includit, videtur omnia excludere, sicut econtrà. l. cùm prætor. in prin. ff. de iudicijs. Igitur præsupponit, quod etiam pignoratio sit prohibita. Quod patet etiam ratione, quia appellatione [a] alienationis, continetur etiam obligatio pignoris, vt supr. quibus modis feudum amitt. in §. rursus. meritò non videtur posse feudum pignorari, sicut nec alienari, vt l. fina. C. de reb. alie. non alie. cum si. Confirmatur hoc per text. in l. 1. post princip. infr. de prohi. feud. alie. per Fede.

a Appellatione alienationis. Adde an venit hypotheca. vide per Soci. consi. 75. incip. circa p̄sentem cōsultationē. infr. 1. volu. Et an continetur omnis contractus, ex quo trāsfertur dominum. vide per Ang. in l. sicut in §. vēditiōis. ff. quibus mod. pig. vel hypo. so.

In contrarium determinat gloss. quòd imò vsq; ad medietatem, possit etiam hodie feudum pignorari, sicut olim poterat, vt in d. §. rursus. Non ob. d. l. 1. de prohi. feud. alie. per Fede. quia loquitur de fraudulenta pignoratione seu alienatione, videlicet, quando Vasallus volebat in totum alienare vel pignorare, quibus casibus non licet: secùs autem si pignoratio vel alienatio fiat sine fraude, vel pro parte, vsque ad medietatem, quo casu benè liceat, vt in d. §. rursus. Et eodem modo respondendum ad l. fina. C. de reb. alie. non alie. & ad hoc adaptatur dicta regula, quod multa licent pro parte, quæ in totum non sunt permissa. Non ob. iste text. qui includit solum contractum libelli, tanquam licitum, quia dum text. iste fecit mentionem de libello, debemus subaudire etiam, quasi dicat, non tantùm potest feudum obligari pro pignore, sed etiam ad libellum, & hoc voluit tota ista glossa, quæ tandem se remisit ad ea, quæ dixit circa prædicta in summa Py. sub rubrica quarta dictæ summæ. Et aduerte, quia ibi Py. & Glossator noster tenuerunt contrarium, videlicet, vt hodie nullo modo, neque in totum, neque in aliqua parte fiat pignoratio feudi, per Vasallum sine licentia domini, per dictam l. 1. de prohi. feud. alie. per Fede. Et ista est veritas, quicquid dicat hîc Pyl. & ista gloss. infr. §. proximo, quæ hoc idem tenet. Quoniam dicta lex loquitur simpliciter, & indistinctè, & generaliter, vnde non est nostrum ipsam distinguere, vt l. de precio. de pub. Maximè quia venit ad correctionem iuris antiqui, quod patet, quia si Imperator intellexisset ipsam de fraudulenta pignoratione, expressisset sicut fecit in §. calidis. & facilè fuisset sibi hoc dicere, vt in l. 1. in §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tol. & extra de translat. inter corporalia. Et hanc partem videtur tenuisse gloss. in d. l. 1. de prohi. feud. alie. per Feder. & vide quod ibi dixi in secundo notabili. & in d. §. aut si libellario. in secundo notab. & in hanc sententiam residet Iaco. de Bel. & Communiter Doct. Quid autem econtrà, an dominus posset pignorare ius suum directum, quod habet in feudo? dic vt dixi in d. l. 1. de prohi. feud. alie. per Fede. in 1. gloss.

Vltimò ad materiam præsentem videas in pluribus remissionibus, quas adduxi in d. §. aut si libellario. & quod dixi in §. rursus. in d. tit. supr. quibus modis feu. amitt. & in remissionibus ibi adductis, & inf. quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. fin. in conclusionibus, & quod dicam infrà in §. seq. & seq. Et circa materiam alienationis, vide infrà de prohi. feud. alie. per Fede. in prin. & in remissionibus ibi in vtroque iure descriptis.

SVMMARIA.

1 *Vasallus feudum in Ecclesiam, quare allibellare non possit.*
2 *Translatio fit in priuatum, quæ in Ecclesiam haudquaquam fieri potest. & nu. 6.*
3 *Libelli natura est cōtractum perpetuum esse.*
4 *Ecclesia immortalis creditur.*
5 *Vasallus feudum quando pignori obligare possit.*
7 *Bona Ecclesiæ allibellata centum annorum elapso curriculo, ad dominum redeunt.*

INDE POTEST. Continuat materiam præcedentem, & adaptatur ad proximè dicta, hoc modo: Secundum gloss. primam hîc positam. in prin. videlicet, quia suprà proximè dixit, quòd sola alienatio facta per libel-
1 lum est permissa Vasallo. †Ideò sumpta inde occasione dicit, quòd prædicta non habent locum in Ecclesia, quoniam Vasallus non potest allibellare feudum suum in Ecclesiam. Et est ratio, quia Ecclesia nunquam [b] moritur, & per consequens nunquam esset spes, quod dictum feudum reuerteretur ad dominū, & hoc est, quod voluit dicere dicta glo. prima hîc posita in sui

b Ecclesia nunquā moritur. Adde c. liberti. iuncta glo. in 12. q. 2. & in c. fi. gratiosè. iuncta glo. in verbo moritur. de rescri. lib. 6. & per Arch. in c. petisti. in fin. 7. q. 1. nec vnquam Ecclesia potest esse Ecclesia. vt in c. Ecclesia. ad fi. 24. q. 1. & gloss. 1. ad fin. in c. à recta. ea. causa. & q.

sui principio. & in summa hoc intendit, licet esset licitum Vasallo concedere vsq; ad medietatem feudi sui imperpetuum libellum priuato: tamen prohibitum erat cõcedere in Ecclesiam. hoc dicit. Et scias, quòd etiam iste §. loquitur secundum iura antiqua, quoniam hodie in hoc non est differentia inter Ecclesiam, & priuatum, cùm hodie Vasallus indistinctè prohibeatur alienare feudum suum, seu partẽ feudi sui, etiam per libellum sine licentia domini, vt infr. de prohi. feud. alie. per Federi. l. 1. in principio. In textu ibi, præsumi, vnde sumatur ista præsumptio declaraui suprà secundum glossam hic positam. in principio. Ibi, clientulus, id est, Vasallus, vt dixi supr. quibus modis feudum amit. in §. aut si libellario. Ibi, de feudo suo, dic, id est, de medietate feudi sui, vt aliqua sit dubitatio, cùm etiam in priuatum non potuisset allibellari, nisi vsque ad medietatem, vt suprà in principio tituli patet. Ibi, quod obseruandum, scilicet, quòd Vasallus possit libellare priuato ad perpetuũ libellum. Ibi, perpetui libelli, id est, ex natura libellarij contractus, qui fit in perpetuum, vt in l. 1. ff. si ager vectigal. Ibi, iustitiæ, scilicet, de facto, non autem de iure, cùm tam de iure diuino, quàm humano, quis teneatur seruare iustitiam, vt in l. 1. ff. quod quisque iuris. & ff. de iusti. & iure. in l. iustitia. & prima di. c. 1. & intellectus huius versic. est talis. Nam iustitia esset, quod res siue feudum domini, non alienaretur sine sua voluntate, vt in l. fina. in fin. C. de pactis. vnde cùm conceditur, quod alienetur per libellum perpetuum priuato obuiatur iustitiæ prædictæ per ipsum priuatum, & tamen sustinetur hoc propter consuetudinem rationabilem, vt supr. eodem in princip. Et est ratio, quia est spes, quod quandoq; ad dominum reuertatur, vnde si grauabitur dominus, vt suprà, releuatur in hoc, quia feudum redibit ad eum, Vasallo moriente sine filio masculo, vel alio descendente, vt infrà §. proximo. facit l. eum. qui ff. de iureiur. Sed si alienaretur per libellum perpetuum Ecclesiæ, tunc benè præiudicaretur domino sine aliqua spe rehabendi, quia Ecclesia nunquam desinit habere hæredem. Nam Ecclesia est eadem, quæ fuit à centum annis retro. argu. l. cùm proponebatur. ff. de iudi. Et idcircò dixit iste textus, quod Ecclesia, quæ est cultrix & adiutrix iustitiæ in alijs debet in se seruare iustitiam aliorũ, vt perpetuum damnum domino feudi, non inferat acci-

2 piendo ad perpetuum libellum. † Not. hîc casum, in quo aliquid transfertur in priuatum, quod in Ecclesiam transferri non potest. Et ratio redditur hîc in litera, quia si transferretur in Ecclesiam, nunquam de facili reuertitur ad dominum cum Ecclesia, & dominium eius non potest mori. Sed aduerte ad hanc rationem, quia secũdum Iaco. de Bel. & Nico. de Neapo. non videtur concludere per regulã, quæ vult, quod resoluto iure datoris resoluatur ius acceptoris. Et sic ipsius Ecclesiæ, vt suprà quib. mod. feud. amitt. in §. rursus. Sed potes saluare hanc rationem hoc modo, videlicet, quia priuatus potest committere multas culpas, propter quas feudum redibit ad dominum, vt patet supr. quibus mod. feu. amitt. per totum. & infrà quæ fuit prima causa benef. amit. per totum. Quę quidem culpę per Ecclesiã cõmitti non possunt, & sic de facili nõ ita amitteret feudum, quoniam delictum clerici seu prælati, nõ præiudicat Ecclesiæ, vt infrà de capi. cor. in fine. Vel possumus dicere, vt puto, quòd iste textus nõ habuit respectum ad dominum feudi, sed habuit respectum ad ipsum Vasallum infeudantem, quem appellat dominum, ad quem dictus libellus perpetuus factus in Ecclesiam non est reuersurus, & isto modo intelligendo dictam regulam resoluto iure datoris, &c. non obstabit. Assignantur etiam aliæ rationes per DD. quare aliud in Ecclesia, quàm in priuato, quia Ecclesia est potentior, & alienatio non debet fieri in potentiorem, qui de facile se facit aduersarium. vt ff. de verborum oblig. l. si ita quis. in §. ea lege. & ff. qui satis. co. l. 2. Item quia etiam ex conuenienti facilitate Ecclesia non censetur persona idonea, vt not. in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit secundum Bald. Item quia Ecclesia habet multa priuilegia. Ideò difficilius est litigare cum ea, quàm cum priuato, & ideò in huiusmodi contractu excipiuntur Ecclesiæ, & multæ aliæ personæ, de quibus tangitur in l. fina. C. de iure emphi. & extra de loca. in c. potuit. Vtrum autem Ecclesia succedat in feudo? dic per Bald. in Auten. nisi C. ad Trebel. & dixi in c. 1. de milite Vasal. qui arma bellica depo. vbi videas.

2 † Not. quod natura libelli est, quod cõtractus sit perpetuus. Ex quo infert Bal. quod vbicunq; in alio nostro continetur, quòd aliqua res sit concessa ad libellum, quod intelligatur perpetuo. CASVS est hic. Et licet iste textus hodie corrigatur,

quantum ad sui decisionem, vt dixi supr. tamen ex lege correcta remanet ratio argumentandi, vt not. gloss. in l. 1. ff. de coniungen. cum emancipa. lib. Verùm probatur hoc etiam ex lege non correcta, vt est Casus insti. locati. in §. adeò. & ff. si ager vectigal. in l. 1. & per totum.

4 † Not. quòd Ecclesia nunquam moritur, sed semper est, vt hîc & in c. si gratiosè. de rescript. lib. 6. Simile dicimus de imperio in Auten. quomodo oportet Episcopos. in §. licentia. in fine.

5 † Quæro cum glossa prima in ver. per hoc datur, &c. an Vasallus possit obligare pignori suum feudum. Et respondet glo. arguendo, dicens, primò videretur quod non, per istum textum, qui permittit solùm ad libellationem. Ergò excludit omnem aliam alienationem. vnde cùm obligatio pignoris contineatur appellatione alienationis. Igitur ipsa pignoratio videtur prohibita. Sed CONtrarium determinat glossa ista, vt pignoratio feudi sit permissa, quia per pignorationẽ nullũ transfertur dominium in creditorẽ, sed remanet apud debitorem pignorantem adeò, quod si pignus periret, esset periculum ipsius debitoris. vt C. de pigno. actio. l. pign°. Et sic patet non esse verum, quòd pignoratio sit propriè alienatio. & hoc voluit tota ista glossa vsque ad finem. Sed tu melius dic de hac quæstione. vt dixi suprà eodem in principio in quæst. glo.

6 † Oppo. cum glossa secunda, quoniam hîc præsupponitur, quòd Ecclesia sit deterioris conditionis, quàm priuatus, cùm in Ecclesiam nõ possit transferri illud, quod potest in priuatum, quod est contra ea, quæ habentur in l. final. cùm. ibi. not. C. de sacrosanct. Ecclesiæ.

Solutio: Dicas, licet ista gloss. non soluat, quod vbi est par ratiò in priuato & in Ecclesia: tunc maius priuilegium habeat in Ecclesia, vt in contrario. Sed vbi in priuato est maior ratio, tunc secùs, vt hîc. Nam cùm hîc datur priuato sine voluntate domini sit solùm derogatio legis. Sed cùm datur Ecclesiæ, tunc in totum abrogatur lex, cùm non sit amplius spes redeundi. arg. ff. de verborum signific. l. derogatum. & C. de præci. impera. offe. in l. secunda. & declaraui suprà in primo notabili.

Oppo. cum gloss. fina. quòd imò Ecclesia contra iustitiam, patiatur aliquid fieri in alium, vt probatur 14. quæstione 5. in cap. denique, vbi Ecclesia non tenetur iuuare aliquem cum detrimento alterius. Soluas licet gloss. non soluat, quòd imò dictum decretum concordat, quia satis est, quod Ecclesia velit omnibus prodesse, & neminem lædere, vt ibi. Nam cauendum est, quòd nulli consulatur cum iniuria alterius 22. quæstione secunda. primùm quia non debet vnum altare cooperiri,[a] & aliud discooperiri, vt ibi & in l. secunda. in fin. C. de his, qui latro. occulta. vnde non essent iustitia, si fieret cum iniuria alterius. l. iustitia. in §. iuris præcepta. ff. de iusti. & iure.

[a] Nõ debet vni Altare cooperiri. Adde Cle. quia cõtingit. de reli. do. Bald. in c. cùm olim. in 2. col. de consue.

Oppo. ab extra, quòd imò iste textus non benè dicat in eo, quod in Ecclesiam non possit transferri feudum iure libelli, cùm videatur esse contra libertatem Ecclesiarum, & per consequens non debet tenere, vt in Autenti. cassa & irrita. C. de sacrosanctis Ecclesijs. Solutio negatur quòd sit contra libertatem Ecclesiarum, cùm habeat in se ciuilem & naturalem rationem, de quibus suprà dixi. Item, quia laici hoc statuerunt super re sua durante sua, respectu proprietatis, & sic nõ est contra iura Ecclesiarum secundum Bald. Facit, quod dicunt Doctores in l. Deo nobis. C. de Epi. & cle. & in l. fin. C. de pactis.

7 † Oppo. quòd imò bona allibellata Ecclesiæ possint reuerti ad dominum saltem per centum annos l. an vsusfructus, cùm ibi not. ff. de vsufruct. Solutio ibi loquitur in vsufructu, qui multis modis finitur. Hîc in contractu libelli, qui de sui natura perpetuus est, vt supr. dixi.

Quæro ab extra, nunquid Ecclesia possit cadere à libello sibi concesso, propter Canonem nõ solutum? & videretur quod non. l. placet. C. de sacrosanct. Ecclesijs. Sed in contrarium est veritas, quia ista resolutio inest ex natura contractus, vt ff. locati. l. quæro. §. interlocatorem. & tenuit glo. in c. potuit. de loca.

Non ob. d. l. placet, quia loquitur in tributo, quod venit ex dispositione legis. Hîc loquimur in Canone, quod venit ex natura contractus. Aliàs sequeretur, quòd Ecclesia posset rem retinere, & pensionem non soluere de facto, quod est falsum, quia Ecclesia debet colere iustitiam, vt hîc. Vnde ergò istud, quod hîc dicitur, quòd Ecclesiæ non potest concedi eo, quia non potest desinere, est intelligendum ipsa Ecclesia implente ex parte sui debitum suum secundum Baldum.

Quæro

Quæro an ea, quæ hîc dicuntur de Ecclesia, habeant locum in ciuitate. & dic, quod sic secundum Iac. de Bel. quia ciuitas non desinit esse de facili. vt d.l. an vsufruct. & quia difficile est cum ciuitate litigare, sicut dictum est de Ecclesia. Facit quod dixit Bald. in Auten. nisi C. ad Trebell.

Vltimò ad materiam præsentem de libello concedendo in Ecclesiam. vide Iac. de Ardiz. in titu. quibus mod. feud. amitt. sub rubricella. an emphiteote vel libelli contractus prohibeatur. Ad materiam verò de Ecclesia, quæ debet esse cultrix iustitiæ. vide text. infr. de statu. & consue. contra liber. Eccle. tollen. in princ. & quod ibi dixi. De materia verò ipsius contractus libellarij videas in remissionibus, quas dedi suprà proximè. in prin. tit. & quod ibi dixi.

SVMMARIA.

1 *Sine hærede verbum in materia feudorum quid importet.*
Item, quid filius masculus.
Resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris.
Voluntas domini in contractu feudali adhibita, facit ipsum contractũ extendi & non resolui.
2 *Agnatis conceditur, quod extraneus denegatur.*
3 *Hæredis nomine qui veniant.*
4 *Feudum in quos transferatur agnatos.*

ET SI CLIENTVLVS. Continuatur cum superioribus hoc modo: Quoniam suprà proximè dixit, qualiter Vasallus poterat isto iure allibellare feudum suum alterius vsque ad medietatem, etiã sine voluntate domini. Nunc verò in isto §. dicit, quod si dictum feudum allibellauerit dicto modo alicui extraneo vsq; ad medietatem, sine voluntate domini, & postea moriatur sine filio masculo, quod tunc dictum feudum liberè reuertetur ad dominum, & resoluetur dictum ius illius extranei, qui ad libellum accepit dictam medietatem ipsius feudi, postquam resolutum est ius ipsius quondam Vasalli datoris. Et hoc vult prima pars vsque ibi si verò. Et in illa parte dicit, quod si dictus Vasallus fecisset prædicta cum voluntate domini, tunc dato, quod postea moriatur sine filio masculo, nihilominus remanebit firmum ius ipsius libellarij acceptoriè. Et hoc vult secunda pars vsque ibi fratri. Et in illa tertia parte referendo se ad primam partem. In eo, quod dixerat de alienatione facta sine domini voluntate, dicit, quod si dictus Vasallus alienasset etiam sine voluntate domini d. feudum suum paternum suo fratri, vel nepoti, qui aliàs successuri erant in d. feudo, quod, quanquam iste Vasallus moriatur, postea sine filio masculo, nihilominus non reuertitur ad dominum. Et hoc vult vsque ad §. in feudo, &c. Et hæc sufficiant pro diuisione & summario. In textu ibi, clientulus, id est, Vasallus, vt dixi supr. §. proximo. Ibi, libellũ, id est, in emphiteosim dederit, vt dixi in d. §. supr. proximo. Ibi, vel aliud, id est, alium contractum. Ibi, voluntate, subaudi, & in personam extraneam, vt differat à vers. fratri verò, &c. qui infrà sequitur: qui quidem versiculus secũdum veram lecturam cõtinuatur cum isto principio, & refertur hîc. Ibi, ad dominũ, subaudi, liberè. Ibi, alienatio, subaudi, etiam Vasallo mortuo sine hærede masculo. Ibi, fratri verò. Iste versiculus habet tres lecturas, sed illa est vera, vt referatur ad primã partem huius §. vbi Vasallus alienauerat extraneo sine domini voluntate, quo casu, reuertatur ad dominum, si moriatur sine hærede. Sed hoc fallit, quando allibellasset fratri, vel nepoti, seu alteri agnato suo, qui similiter erat successurus in dicto feudo, quia tunc dato, quod Vasallus moriatur sine hęrede, nihilominus nõ reuertitur ad dominum, vt hîc. Ibi, nepoti, id est, filio fratris. Ibi, per libellum facta, subaudi, valet sine domini voluntate, vt in glo.

1 † Nota ex isto textu notabili, quod in materia feudali verbum SINE HAEREDE interpretatur, id est, sine filio masculo. concordat infrà de lege cor. in c. 2. in fin. Et filius masculus intelligitur de quocunq; descendente masculo, ex lineã masculina, siue sint nepotes, siue pronepotes, & vlteriores, quoniam omnes tales continentur appellatione filiorum, vt in l. liberorum. ff. de verborum signif. & in glos. secunda hîc posita in fine in versiculo, sed tu instabis, quæ per hoc est expedita in dicta parte. Non autem intelligas in hac materia, si descenderent ex linea fœminina, vt supr. qui feudum dare possunt. in §. hoc autem. Et fuit ratio huius literæ non solùm ipsa natura feudi, quæ disponit à principio, vt hæres capiatur pro masculo, verùm etiã, quia hęres ponitur in cõditione, scilicet, quod reuertatur feudũ, si Vasallus sine hærede moriat. Vnde nisi intelligeremus de filio, & fuisset limitata persona, ista

conditio nunquam fuisset extitura, vt l. ex facto. in fina. cùm ibi not. ff. ad Trebell. cùm vltimo vocetur fiscus, tanquam hæres. l. 1. C. de bo. vacan. lib. 10. & C. vnde vir. l. 1. & de hæred. decur. per totum.

Nota ex prima parte, quòd resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris. Nam dato, quod Vasallus vsque ad medietatem, licitè potuisset allibellare sine licentia domini: tamen si moritur sine hærede, resolutum est ius suum, quia reuertitur ad dominum, consequenter resoluitur ius libellarij acceptoris. de quo dixi supr. quibus modis feudum amit. in §. rursus.

Nota ex secunda parte, quòd voluntas domini adhibita in contractu feudali, facit ipsum contractum extendi, & non resolui. Et est ratio, quia ex quo consensit, videtur consensisse pro acceptore in perpetuum, & pro liberis suis, sicut si sibi principaliter feudum concessisset. Ad quod facit suprà de his, qui feudum dare poss. in §. cùm verò. & quod ibi dixi.

2 †No. ex tertia parte, quòd inter agnatos aliquid conceditur, quod inter extraneos prohibitum est, quia inter agnatos permissa est feudi allibellatio, sine voluntate domini. Et est ratio, quia non intelligitur esse propriè alienatio seu allibellatio, sed potius quædam quasi refutatio, vt infr. de alie. feu. pa. in prin. & no. infr. per quos fi. inuesti. in §. sed & res. de quo dic, vt plenè dixi in loco præallegato. de alie. feud. pat. in vltimo notabili.

3 †Opp. cum gloss. prima, quòd imò appellatione [a] hæredis, comprehendantur omne liberi indistinctè, vt est casus in d. l. ex facto. in fin. ad Trebell.

Solut. Hìc loquimur in materia feudi, vbi ex natura feudorũ comprehenduntur solùm masculi, prouenientes ex masculis: Ibi verò loquimur in alio casu, in quo secundum subiectam materiam comprehenduntur diuersimodè, quoniam interdum comprehenduntur solùm liberi, vt ibi: interdum comprehenduntur omnes hæredes in infinitum: interdum comprehenditur solùm primus hæres, & ad prædicta allegauit ista gloss. plures concordantias vsque ad fin. sed tandem remittendo de isto Brocardo ad libellũ disputatorum Pylei. Sed tu in hac materia sic concludas secundum Iac. de Belui. quod regulariter appellatione hæredis, comprehenduntur omnes successores in infinitum. l. hæredis appellatio. ff. de verborum signif. & l. fin. C. de hæred. insti.

Sed ista regula fallit in tribus casibus, qui ponuntur in l. iciendum. ff. de verborum signif. & ibi not. & in alijs duobus, qui nota. per glo. in l. qui persecutionem. ff. de reg. iur. Et in alio casu posito in dicta l. ex facto. in fine. Et in casu nostro hîc posito in materia feudali. De qua materia per Doctores in dicta l. ex facto. & in l. finali. C. de hæred. instituendis. & per Bald. in l. si in personam. C. de fideicommis. & in l. penult. C. de liber. & eorum liber. vbi enumerat, quot modis capiatur hoc verbũ hæres, &c. & in l. 1. ff. de rerum diui. quæstio. 34. & vide in c. 1. infr. de feud. non habente propriam naturam feudi.

Opp. cum glossa secunda. nam hîc dicitur, quòd vsque ad medietatem potest Vasallus licitè feudum suum alteri allibellare, sed tamẽ subiungitur, quod si moriatur sine hærede, quod nihilominus reuertitur ad dominũ. Et sic præsupponit, quod legitimè factum est, nihilominus sit punibile contra legem. l. Grachus. C. de adul. Soluit ista glo. dupliciter. Et primò, quòd istud non contingit in casu nostro, respectu alienationis factæ legitimo modo, sed eo respectu, quia mortuus est Vasallus sine hærede, vbi ex natura consuetudinis feudalis feudum debet ad dominum reuerti, sicut alibi patet per exemplum de minore qui restituitur ex eo, quod cõtraxit & contrahendo deceptus est: non autem si delinquendo dolosè aliquid fecit. l. ex causa. in §. nunc videndum. ff. de mino. Secundò soluit glossa, quòd hîc nulla est aliqua punitio, sed hoc operatur natura feudi, in quo succedunt solùm masculi, & non fœminæ: & hoc voluit ista glossa vsque ad versiculum sed tu instabis. Quare autem dixerit de feudo recto? dic ad differentiam feudi conditionati, in quo posset inesse talis qualitas, quòd etiam fœminæ, & alij quàm masculi descendentes possent admitti secundum conditionem adiectam in ipso feudo, de quo plenè per glo. in c. fi. infr. de capi. corra. Verùm quantum ad propositum nostrum in hoc feudo recto fit resolutio cõtractus accipientis, postquã est re-

[a] *Appellatione hæredis. Adde, an venit hæres hæredis. vide Barto. in l. Gallus. in §. etiã si parente. ff. de liber. & Posthu. Bar. in l. Lucius. ff. de le. 3. Cy. & Bald. in l. Annalib. C. de leg. Oldr. consi. 21. inci. thema tale est testator habet fratrem. An. cons. 185. inci. charissime frater. Petr. de Ancha. consi. 122. incip. in Christi nomine, p & cõtra, & an venit filius naturalis vel spurius legitimatus ad feuda. vide Rapha. Cuma. consi. 216. incip. reuerendus pater dominus Episcopus Vicentinus, & an veniunt tantùm descẽdentes. vide per Bald. cõs. 225. incip. viso testamẽto. in quarto volu. & an venit fiscus. vide text. in l. hæredi. licere. de eui. & an venit institut⁹ & substitutus. vide per Bart. in l. vt iurisiurãdi. in §. si liberi. ff. de opp. lig. Ange. & Paul. de Cast. in l. quædam. in §. nihil. ff. de eden. Pau. de Castrens. in l. quotiens. C. de hære. insti. Sali. in l. 2. in 20. quæst. C. de iu. Eph. Alex. de Imol. consil. 8. incip. visis subtilissimis dubitationibus in tertio volum. Et an veniunt pauperes. vide per Barto. in l. qui liberis. in §. hæc verba. ff. de vul. & pup. & an veniunt descendentes, vel extranei ex testato vel ab intestato. vide per Cardina. Zaba. in c. in præsentia de Prob. & per Ang. consil. 308. incip. egregiè. & an largo modo venit amita. vide per Iason. in l. quod stipulatus. ff. si certum pet. Et an venit singularis successor. vide per Bald. in repe. c. si pater. de test. lib. 6. in 8. col.*

est resolutum ius ipsius dantis morientis sine filio masculo, vt hîc & in §. rursus. suprà quibus modis feud. amit.

Quæro cum gloss. fin. de intellectu in versic. fratri verò, &c. Et respondet gloss. intelligendo tribus modis. Primo modo referendo ad princ. istius §. vt posui in casu, videlicet, quod si alienatio vel allibellatio fiat fratri, vel nepoti, seu alteri agnato, ad quem feudũ erat reuersurum, quod valet etiam sine domini voluntate. Et iste intellectus primus verus est, & probatur in c. 1. infr. de alien. feud. pater. Secundo modo intelligit, vt referatur ad ea, quæ pximè dixerat de allibellatione facta cum voluntate domini, quæ si fiat fratri vel alteri agnato, ad quem feudum erat recasurum, quod valet. Sed ista positio licet in se sit vera: tamen non est congrua, quia frustrà tunc quæreretur, an fiat cum voluntate domini, quoniã si fieret etiam sine voluntate domini valeret per ea, quæ dicta sunt, & probatur in l. 1. de prohi. feu. alie. per Fede. à contrario sensu. Tertio modo intelligitur, quòd referatur ad §. sequentem, videlicet loquatur de feud. March. & Ducatus, qui feuda si allibellẽtur per Vasallum fratri vel nepoti, quod tunc erunt valida. Et secundum hanc expositionem ver. in feud. &c. qui statim sequitur, non deberet legi pro §. sed prima expositio tenenda est secundum glo. & benè, quæ ex prædictis est expedita vsque ad finem. & de hoc dixi suprà in vltimo nota.

4 † Quæro ab extra, vtrum alienatio feudi possit fieri in quoscunq; agnatos, etiam remotiores, qui successuri non sunt ex prima feudi consistentia in ipso feudo. Et super hac quæstione Bal. hîc multa dicit pro & contra, adducendo plura, & varia consilia hincinde, & tandem concludit, quòd in perpetuum non possit dari, nisi proximiori agnato. Et pro hoc vide, quod dixi in c. Titius. infr. si de feu. fue. contro. & infrà de alien. feud. pater. in princ. & in d. §. sed & res. infr. per quos fiat inuesti.

Vltimò ad materiam præsentem adducas plures quæstiones, quæ tanguntur per Bald. in l. liberti. C. de oper. li. vbi omninò videas. & ibi etiam per Cy. & per gloss. & Doct. in d. l. ex facto. in fin. ad Trebell. & Barto. in l. Gallus. §. & benè. ff. de lib. & Posthu. & eundẽ Bald. in Auten. & si quis. C. de secũ. nup. & vide quod dixi in §. rursus. supr. quibus modis feudum amit. & suprà de success. feud. in §. hoc quoque. infr. per quos fiat inuestitura. in §. sed & res. & in d. tit. de alie. feud. pat. in prin. & in copiosis remissionibus ibidem adductis in vtroque iure. & infr. quæ fuit prima causa benef. amit. §. fin. in conclusionibus. & infrà de prohi. feud. alie. per Fede. in prin. & quod tangitur in Spe. de loca. in §. nũc aliqua. vers. 113. ad fin.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo irrationabilis aliquo casu recipitur.*
2 *Feuda regalia successionem an admittant.*
3 *Hæredes Vasalli substantiam vel corpus regalis feudi nequaquam secabunt.*
4 *Vsurpatum verbum in bona quandoque & nonnunquam in mala sumitur parte.*

IN FEVDO COMITA. Iste §. secundum verum intellectum, qui à Doctoribus approbatur, continuatur cũ præcedenti §. & si clientuli. in prin. & in eo, quod ibi dixerat, & firmauerat regulam talem, videlicet, quod mortuo Vasallo, filius masculus, si sup est, succedit in feudo patris, & excludit dominũ. Nunc verò in isto §. dicit, quod d. regula fallit, & non habet locum in feudo Marchiæ & Comitatus, & aliarũ dignitatum, in quibus filius non succedit patri, sed feuda prædicta reuertuntur ad dominum secundum regulas, & rigorem iuris consuetudinarij, licet hodie videamus seruari cõtrarium per vsurpationem. Alij autẽ continuant ad vers. fratri suprà proximum, & isto modo non esset hic §. neq; litera grossa. Sed hæc cõtinuatio non tenetur, vt dixi in d. vers. fratri. vbi glo. declarauit prædicta, vbi videas. Secundum itaq; suprascriptam veram continuationẽ in summa hoc intendit. In feudis dignitatum nõ est successio de iuris rigore, licet vsurpatione cõtrarium obseruetur. h. d. In textu ibi, vel Marchiæ, quæ sint istæ dignitates declaraui inf. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. in prin. & supr. de his, qui feud. dare poss. in princ. Ibi, rationabilẽ vsum idem, secundum rigorem iustitię & consuetudinis feudorum. Ibi, vsurpatum, id est, frequenter vsurpatum in contrarium, videlicet, per contrariam cõsuetudinem obseruando, vt in talibus feudis succedant filij. ita exposuit glo. supr. de his, qui feud. dare poss. in §. & quia. in gl. 2. Et similis modus loquendi ponitur in text. in d. titul. in §. hoc quoque.

1 † Nota hîc casum, in quo irrationabilis consuetudo, scilicet, quæ est contra iuris apices recipitur & obseruatur. Nam se-

cundum regulas iuris tales dignitates, non acquiruntur succesione, sed per electioné seu concesioné Principis, vt ff. ad leg. Iul. ambitus in l. 1. & in Auten. vt iudices, sine quoquo suffra. in §. 1. & tamen per vsurpationem seruamus contrarium, vt hîc.

2 † Erit ergò hodie ista conclusio vera, q. in talibus feudis regalibus dignitatem habentibus, habeat locum succesio, & hanc conclusionem firmat dicta gloss. 2. in d. §. & quia. & Iac. de Bel. hic. & Bal. infr. titu. proximo. in c. 1. Et facit pro ista conclusione, qa talis vsurpatio est reducta ad cõmunem naturam successionũ feudalium, vt in d. §. & quia. & probatur per c. 1. infr. de feudo co. vt prædicta declaraui in d. §. & quia. in secunda oppositio. Et secundum hanc conclusionem istud verbum, vsurpatum, positũ hîc in text. stabit in bona parte, licet glo. hîc posita videatur sentire cõtrarium, vt ista vsurpatio stet in mala parte, & per consequens nõ sit seruanda, cùm tractus temporis nõ debeat esse causa confirmandi malas consuetudines, vt in Auten. vt nulli iudi. in §. nulli. Sed tu teneas, quod dixi, vt hodie in talibus dignitatibus habeat locum succesio, attenta tali consuetudine vsurpata, quæ capitur in bona parte, sicut alibi in l. 2. ff. de vsuca. & C. de sta. libe. vrb. Rom. in l. 1. lib. 11. Et quod hoc sit verum, & tolleretur per principem, adducitur text. in §. præterea Ducatus. infr. de prohi. feu. alie. per Fede. vbi præsupponitur, quòd hodie habeat locum succesio in talibus feudis, licet diuidi non possint, quod patet ex eo, quod dixit cõsortes, &c. quòd verbum, Oportet, intelligitur de hæredibus, cum pluribus à princip. esset data vna, & eadem dignitas, quia esset monstruosum, duo capita esse in eodem corpore, vt in c. quoniam. extra de offic. or. & not. in l. prima. C. de offic. metro. be. lib. 11. & ideò duo insolidum, non possunt habere, vt in l. si vt certo. in §. si duobus vehiculum. ff. commo. Quare intelligendum est de consortibus, id est, de hæredibus pluribus eiusdem feudi. Et dato quod sint plures: tamen isto casu reputantur pro vno solo, cùm succedant in locum vnius l. cui fundus. ff. de condi. & demon. & no. glo. in c. omnes. inf. si de feu. fue.

3 contro. † Neque ipsi hæredes possunt diuidere substantiam, & corpus feudorum regalium, vt in d. §. pręterea, & not. in c. si hæredes extra de testa. Sed iurisdictiones & curiæ benè possunt diuidi, vt ibi dixi. Ex quibus remanet suprascripta cõclusio vera, quòd hodie in talibus feudis regalibus sit succesio. Quidam autem volentes saluare glossam hîc positam, quæ tenet contrarium, dicunt, quòd ista glossa habuit respectum ad tempora huius literæ, secundum quæ non erat succesio in talibus dignitatibus, vt hîc, & infr. titulo 2. in c. 1.

4 † Et isto respectu verbum, Vsurpatum, debet capi in mala parte, prout alibi capitur in l. quemadmodũ. C. de agri. & censi. lib. 11. & extra de decimis. in c. quamuis. Sed si velimus considerare tempora iuris noui, scilicet, dicti §. præterea. tunc istud verbum, Vsurpatũ, debet stare in bona significatione, & quod fuerit hîc additũ in textu à compositoribus huius libri, prout in simili dixi supr. eodem in prin. Alij autem, vt And. de Iser. adducunt in hac materia alium intellectum, dicẽtes, quòd interdum istæ dignitates conceduntur alicui, tanquam administratori, sicut videmus in Papa, qui concedit Marchionatũ in Marchia Anconitana, & creat Ducem in Ducatu Spoletano, & Comitem in Romandiola & Campania, & similibus. Et tunc in vita tantùm durat hæc dignitas, licet sit collata per modum feud. mediante inuestitura, & tamen non est feudum propriè, sed erit sicut feudũ soldatæ, & annuæ præstationis, vt infr. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. in c. 1. in §. fina. & hoc modo posset intelligi iste §. & glos. hîc posita. & isto casu verbũ, Vsurpatum, capietur in mala parte, quasi dicat, quòd in talibus feudis nullo modo habeat locum succesio. Et erit ratio, quia istæ administrationes siue Commissariæ nõ transmittuntur ad hæredes, sicut nec tutelæ, vt no. ff. de tute. l. solent. Cùm fuerit electa industria certæ personæ, vt in l. secunda. in §. ne autem. C. de cad. tol. & in l. inter artifices. ff. de sol. Sed interdũ datur in feudo Marchionatus, Ducatus, Comitatus, vt inuestitus habeat liberè terras sibi infeudatas, secundum naturam veri feudi, sicut videmus in Duce Mediolani, in Duce Austriæ, in Duce Calabriæ, in Marchione Ferrariæ, in Comite Prouinciæ, & in similibus. Et tũc verè est feudum, & habet effectum feudi, quia sunt ibi terræ, & Vasalli, quorum est dominus, & non solùm vt gerat officium Ducatus & Marchionatus, &c. Et isto casu in tali feudo benè fit succesio per hæredes, vt videmus ab effectu. Sed tamen talia feuda nõ possunt diuidi, de iure inter hæredes. & de talibus feudis loquitur d. §. præterea.

Quod

Quod intelligitur verum, nisi habeat Vasallus per speciale priuilegium à principe, vt diuidat, vel habeat ex consuetudine inducta scientibus, & vidētibus, & patientibus Imperatoribus fieri diuisiones, & sic ex certa eorum scientia videtur contra legem inducta.l. de quibus in fine.ff. de legibus.

Et ex prædictis nunc habes istam materiam vltra alios traditam & consequenter nunc de facili intelliges titulum sequentem.

Vltimò ad materiam præsentem, adducas plura, quæ dixi in capitulo omnes infrà si de feudo fuerit controuersia, & dicto §. præterea, & infrà titulo sequenti, & in capitulo primo & secundo, & plenè per Iacobum Ardizo. in summa de successione feud. sub rubricella in feudo regni Marchi. Duca. Comita. non est successio, & in pluribus remissionibus, quas dedi infrà quis dicatur Dux, Comes vel Marchio. in principio in §. finali. & per Baldum in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. & quod notatur in glossa secunda. in §. & quia suprà qui feu. da. po. & quòd ibi dixi. Vtrū autem, & quando per nouam consuetudinem possit abrogari, seu vsurpari prior consuetudo seu lex, vide no. per gl. & Docto. in l. 2. C. quæ sit longa consuetu. & in d. l. de quibus. ff. de legibus, & quòd not. glo. ff. de regulis iuris. in l. nemo. in §. temporalis. & infrà de cogni. feud. in c. 1. per Canonistas. extra de consuetu. in c. fin. & extra de proba. in c. 2.

DE FEV. MAR. DVCATVS ET COMITAtus, &c.

RVBRICA.

VEra rubrica qua hoc in loco cōmuniter vtimur talis est, videlicet, de feu. Marchię, Ducatus, & Comitatus, &c. licet quidam habeant rubricam talem, videlicet, qualiter vsus beneficij sit tenēdus, &c. & malè secundum gl. hîc positam. Et continua istum titulum secundum veram rubricam hoc ordine. Quoniam suprà proximè in ti. præcedenti in fi. fecit mentionem de feudo Marchiæ, & aliarum dignitatum regalium, & in quibus secundū ista iura nō habet locum successio. Idcircò sumpta inde occasione, vt prædictam materiam plenè tradat, subijcit hîc istam rubricam de feudo Marchiæ, &c.

SVMMARIA.

1 *Collationes dignitatum regalium ad Imperatorem spectant, & an ad reges in suis regnis.*

Dignitates regales, secundum veram iusticiam & iuris dispositionem, non sunt perpetuæ & successibiles, sed temporales & ad vitam possidentis.

2 *Regi si duo filij vnico partu nascantur, vter eorum in regno succedet.*

DE MARCHIA. In feudis regalibus dignitatem habentibus, non succedit hæres, nisi de nouo per inuestituram acquirat. h. d.

In tex. ibi, de Marchia. quid sit Marchia & cæterę inferiores dignitates regales declaraui infrà, quis dicatur Dux, Comes vel Mar. in princ. Ibi, beneficiū, id est, per feudum, vt infrà, in quibus causis feu. amit. in c. 1. in §. in primis. Ibi, ab Imperatore. hoc ideò dicit de Imperatore, quia omnes istæ dignitates regales fluunt ab Imperatore, tanquā à fonte l. sacrilegij. C. de diuer. rescriptis. & ff. de cōsti. prin. in l. pen. Idē intelligas de quocunq; Rege in regno suo. 7. q. 1. in apibus. & dixi suprà, de his q feu. da. po. in prin. super tex. Ibi, ille tantū, id est, ille solus inuestitus. Ibi, hæres enim. s. ipsius inuestiti. Ibi, non succedit, subaudi, secundum ista iura, sed hodie est vsurpatum per CONtrariam consuetudinē, vt suprà titu. proximo in fi. & in glossella hîc posita. Ibi, vllo modo ista est vera litera, si habes vllo modo, licet alij habeant illo mortuo, & hoc voluit glossella hîc posita, vtraq; tamen litera possit sustentari.

1 † No. q collationes regaliū dignitatum, pertinent ad Imperatorem, licet Papa inquantū potest, quotidie vsurpet secundū Bal. Facit quòd dixi infrà de pace iura. fir. in prin. possunt etiā spectare ad quemlibet Regem in regno suo, vt suprà dixi & probatur. 6. q. 3. scitote & suadet ratio, quia Rex in suo regno habet plus iuris, quàm Imperator in imperio, quòd patet, quia Rex trāsmittit regnum ad hæredes, nō autē Imperator imperium, vt in c. venerabilē. de electione, & ita tenuit And. de Iser. suprà qui feud. da. po. in prin. Facit etiam tex. qui dixit quòd istæ dignitates sunt regales, quasi procedentes ex regali munificentia in Auten. de exhi. reis. in § obtinet.

No. quòd secundum rectam iusticiam & iuris dispositionem, dignitates regales nō sunt perpetuæ, & successibiles, sed temporales & ad vitam possidentis. Et est ratio, quia acquiruntur per electionem, non

autem ex successione, vt hîc in fin. & ff. ad legem Iul. amb. in l. 1. Ratio autem rationis est, quia ista talia feuda, sunt iuris publici, vt in d. §. obtinet. Ex quo videtur, quòd nõ possint perpetuò abdicari, & separari ab ipso iure publico, vt in Auten. vt Iud. sine quo. suffra. in §. cogitatio, secundum Bald. Facit quod dixit Innoc. in c. cùm venerabilis. extra de relig. do. & C. de sacrosanct. eccle. in l. sancimus. per gloss. & Cyn. Verùm hodie superuacuum est, de hoc disputare, cùm in prædictis dignitatibus habeat locũ successio, ex hodierna contraria consuetudine vsurpata, & approbata, vt latè dixi in d. §. si. suprà ti. proximo.

Oppo. cum gloss. contra istum tex. de §. si capitanei. qui statim sequitur, vbi expressè patet, quòd in huiusmodi feudis habet locum successio. Sol. hîc loquimur in feudis habentibus annexam dignitatẽ regalem, in quibus successio non est licita. Ibi in alijs feudis inferioribus, in quibus nõ est dicta dignitas regalis annexa, & ideò in illis habet locum successio. Ex quibus ista gloss. colligit illud Brocardum, quod ex qualitate rerum, interdum reperitur aliquid licitum, quod aliàs non liceret. Sed quandoq; reperitur contrarium, & ad hoc Brocardum probandum allegauit plura iura pro & contra, & tandem remisit ad libellum disputatorium Py. vbi istud Brocardum latè examinat. Et hoc voluit ista gloss. vsq; ad ver. item hîc not. &c. Et quoniam ista gloss. non aliter soluit istam viam Brocardicam, ideò tu soluas hoc modo, quòd vbi diuersa est ratio qualitatis ipsarum rerum, & tunc habent locum prima argumenta, & textus noster. Quoniã videmus esse longam differentiam, inter feuda regalia, & non regalia, vt suprà dixi. Sed vbi est eadem ratio in vna re, quæ est in reliqua, & tunc ex qualitate rerum, non est fienda aliqua differentia. Et sic intelliguntur leges pro hac parte adductæ. Facit quod dixi suprà de natura feudi, in primo notabili.

Opponitur subsequenter, cũ dicta glossa ad idem in eo, quòd hîc disponitur, quòd in maioribus feudis non est successio, secùs in minoribus, vt in d. §. si capitanei. Sed cõtra, quia si hoc licet minoribus, multomagis debet licere maioribus, vt probatur. ff. de offi. præto. in l. Barbarius, cùm si. Et quia ista similiter est via Brocardica, idcircò ista glo. non aliter soluit, nisi quòd allegat pro & contra, vsq; ad ver. item hîc non licet. Tu ergò soluas, quòd in casu nostro, maior est ratio, quæ restringit maiorem. Quoniam Imperator non dat ea feuda regalia eo modo, vt filij succedant, secùs autem in alijs inferioribus feudis, quæ de sui natura transeunt ad hæredes, vt suprà, de his q̃ feu. da. pos. in §. & quia licet hodie sit vsurpatum CONtrarium, quod etiam in maioribus regalibus succedatur, vt suprà dictum est. Posset etiam Imperator dare ex certa scientia, sicut vellet secundum And. de Iser. quia potest ista Positiua tollere, sicut sunt inducta. l. fin. cùm ibi not. C. si contra ius vel vti. publi. de quo Brocardo, dic vt latius dixi suprà, de his qui feud. da. pos. in §. fin. in prima oppo. in fin.

Oppo. subsequenter cum dicta gloss. contra istum text. qui vult, quòd defuncto licuit tenere ista feuda regalia, sed tamen non licet eius hæredi. Sed contra de l. si pactum. ff. de probat. vbi traditur regula in CONtrarium, videlicet, quòd omnia, quę fuerunt licita defuncto, videantur etiam esse licita hæredi. Sol. dic & clarius, quàm glossa, quòd illa est regula, quæ ibi ponitur quæ interdum fallit. Et ideò notanter, ponitur ibi in text. istud verbum PLErunque, &c. Inter casus autem, in quibus dicta regula fallit, hic est vnus, de quo in isto capitulo, videlicet, quia ista res non est talis naturę, quę ad hæredem transeat: vt ibi no. glo. de qua materia dicatis, vt ibi & plenius in l. hæredem. ff. de reg. iur. & per Dy. in c. si quis in ius succedit alterius. de reg. iuris, in 6.

2 † Quæro ab extra, quid si duo filij nascantur regi [a] in eodẽ partu, ita quòd nescitur quis prior, qualiter debent succedere in regno, stante consuetudine, quòd primogenitus succedat, dic per Bald. in l. in quibus. C. de secundis nup. vbi argumentando dicit, quòd Genitor potest eligere, quis eorum debeat regere, per dictam l. & plenè per Ioan. And. in addi. titu. de feud. super rubrica versi. hîc interpono, & ibi de hac quæstione latius videas.

a Quid si duo filij nascantur regi. Adde Bal. in Auten. ex testamento. in vlti. colu. C. de col. Bald. in l. ex duobus. ff. de vul. & pup. Bald. in proœ. ff. Ioan. And. in add. Spe. ti. de præben. in §. 1. Io. de Ana. in rubri. de sacrilegijs in vltima col.

b Quando verò rex habet duos filios [b] quorum vnus est vtilis, & alter inutilis, scilicet, maior quis succedat. dixi in §. præterea Ducatus. de prohi. feud. alie. per Fede. & in ti. Episcopum vel Abba. in fin.

b Quando verò rex habet duos filios. Adde Ant. Corse. de Sicilia olim auditor Rotæ in tractatu de regibus. q. 26.

Quæro quid si ante regalem dignitatem habeat filium, & postea dum est effectus Rex habuit alium filium, quis succedat, dic per Bald. in l. imperialis. in §. his. C. de nup. vbi dicit, quòd ille, qui est natus post regalem dignitatem. Et est ratio, quia consuetudo non loquitur de primogenito simpli-

ſimpliciter, ſed de primogenito Regis. Et hoc etiam tenet Iaco. de Bel. & etiam glo. videtur ibi ſentire, facit. l. ſenator. C. de digni. lib. 12. & ff. de teſta. mili. in l. Titius.

Quæro ſi Rex moriatur relicto filio, & nepote ex altero filio primogenito, quis admittatur ad ſucceſsionem, ſtante conſuetudine, vt primogenitus ſuccedat, dic plenè per Bald. in l. liber. C. de oper. liber. & plenius in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. & in l. 3. C. de ſuis & legi. & in l. ſi viuo. de bo. mater. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. & plenè per Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de feu. ſuper rubrica. verſi. redeundo, &c.

Vltimò ad materiam præſentem adducas ea, quæ dixi ſuprà titulo proximo. in §. fin. & in remiſsionibus copioſis, quas ibi ſcripſi, & quòd ſtatim dicam in c. ſequenti. & in Specu. de aduoca. in §. 1. verſic. ſed pone.

SVMMARIA.

1 *Capitaneus quot modis dicitur.*

In ſucceßione feudi antiqui primo loco admittuntur deſcendentes in infinitũ, quib. deficientibus, vocantur tranſuerſales iuxta gradus.

Tranſuerſales non propriè intelliguntur capere feudũ per ius accreſcendi, ſed potius ex iure inueſtituræ primi acquirentis.

2 *Fratris nomine an conſobrini veniant.*

3 *Conſobrini filij fratrum quando dicantur.*

SI CAPITANEI. Aliàs eſt §. aliàs eſt capitulum, & in hoc non eſt vis. Et continuatur cum præcedentibus, quia ſuprà proximè poſuit vnam regulam talem, videlicet, quòd in feudis dignitatem non ſuccedit hæres de rigore iuris, niſi ſit inueſtitus. Nunc verò ponit aliá regula, videlicet, quod in omnibus alijs feudis ſuccedunt filij, & nepotes, & omnes alij deſcendentes à primo inueſtito, etiam ſi modò ſint inter ſe tranſuerſales, prout ſtatim latius declarabo. Et in ſumma hoc intendit. In feudis non regalibus ſuccedunt deſcendentes, & ſi poſtea aliquis ex dictis deſcendentibus moriatur ſine hæredibus, tunc ſuccedunt eius tranſuerſales, dummodò deſcendat à primo acquirente. hoc dicit.

1 † Præmitte pro euidentia, quid ſit Capitaneus, & qui ſint Valuaſores maiores, & qui minores, prout latè dixi ſuprà, qui feud. da. po. in princip. in euidentialibus, vbi etiam declaraui, quòd duobus modis capitur Capitaneus, primo modo ille, qui recognoſcit feudum regale à Principe, ſicut eſt Marchio, Dux, vel Comes. Iſte enim eſt propriè, & appellatur Capitaneus regni, & de talibus Capitaneis non loquitur iſte text. ſed ſuprà proximè in princip. Alio modo capitur Capitaneus, videlicet, quando ipſe Dux, Marchio, vel Comes infeudaret alijs inferioribus, quia tunc tales inferiores Vaſalli prædictorum vocantur propriè maiores Valuaſores, ſed appellantur etiam Capitanei. Et de iſtis talibus Capitaneis loquitur iſte text. Poteſt & tertio modo capi Capitaneus, videlicet, ſi aliquis ſit inueſtitus à Principe de aliqua plebe, vel parte plebis, ita, quòd non ſit dignitas regalis, vt probetur infrà, quis dicatur Dux, Comes, vel Mar. in c. 1. in verſic. qui verò à Principe. & hoc modo poteſt etiam intelligi iſta litera.

In textu ibi, Capitanei, id eſt, maiores Valuaſores, vt ſequitur exponendo, vel pro id eſt. Nam iſti maiores Valuaſores, appellantur etiam Capitanei, vt ſuprà dixi.

Non autem intelligas de Capitaneis, qui mediatè recognoſcunt dignitates regales à Principe, de quibus ſuprà proximè dixerat, quia tunc omninò iſti text. ſimul eſſent contrarij. Vel potes intelligere iſtam literam propriè nihil violando, videlicet, quòd loquatur de Capitaneo, qui inueſtitus eſt à Principe de aliqua plebe, vel parte plebis, quæ non habet dignitatem regalem annexam, qui etiam poteſt appellari Capitaneus, vt ſuprà dixi. Ibi, de beneficio, id eſt, de feudo, vt declaraui ſuprà proximè in princip. Ibi, filij hîc reſpondet. Ibi, ex parte filiorum, id eſt, deſcendentes ex filijs. Ibi, prædicti, ſcilicet, filij vel nepotes defuncti, & eſt caſus genitiui. Ibi, nepotes, ſcilicet, deſcendentes ex fratribus. Ibi, & aui. hæc verba notanter poſuit, vt oſtendat iſtum text. debere intelligi in feudo paterno ſeu antiquo, in quo tranſuerſales inter ſe ſuccedunt, dummodò ſint de deſcendentibus primi acquirentis. Secùs autem, ſi eſſet feudum nouum acquiſitum à Principe per fratres, quia tũc vnus frater non ſuccederet alteri in dicto feudo nouo, niſi eſſet expreſſè dictum in inueſtitura, vt ſuprà de ſucceſ. feud. in fin. & in gloſſella hîc poſita, quæ hoc ſenſit. Ibi, conſobrinus, id eſt, natus ex duabus ſororibus, ſecundum gloſſ. vt differat à præcedentib. de quo ſtatim clarius dicam.

No. quòd in succesione feudi antiqui, primo loco admittuntur descendentes in infinitum, quibus deficientibus, postea vocantur transuersales iuxta gradus suos, vt hîc & infrà de grad. succes. feud. in prin. & in §. 1. Vtrum autem isti transuersales veniant in stirpes, vel in capita, dic vt plenè dixi suprà de succ. feud. in princ. in vltimo nota.

Not. quòd si descendentes à Vasallo moriantur sine hærede, feudum quod possidebant retrocedit ad transuersales, & hoc beneficio primi inuestiti ascẽdentis, à quo omnes isti transuersales sunt descendentes, vt in d. §. 1. infrà de gradi. Ex quo infertur, quòd isti transuersales non propriè intelliguntur capere per ius accrescendi, sed potius ex iure inuestituræ primi acquirentis, vt dixi suprà de his qui feu. da. poss. in §. & quia. in fi. commenti.

2 † Not. ex isto text. in fin. quòd nomen fratris simpliciter prolatũ sine aliquo adiuncto, non comprehendit consobrinos, quòd inducit Bal. in argumentum, quòd si statutum dicit, quòd frater excludat sororem, non intelligitur de fratre cõsobrino, vt excludat sororem consobrinam, imò videtur casus omissus à statuto. Et ita dicit ipse Bal. se consuluisse, licet quidã alij consuluerint CONtrarium, & malè secundũ ipsum. Facit quòd in simili dixit idem Bal. in l. 2. C. de lib. pręt. vel exhæredatis, & in l. in quibus. C. de sec. nup.

Not. ex isto tex. quòd nepos potest capi pro filio filij, & etiam pro filio fratris, de quo dixi suprà, quib. mo. feud. amit. in §. similiter. in secundo notabili, &c.

Quæro cum gloss. fi. vsq; ad quem gradum admittãtur collaterales ad successionem feudi. Et respondet gloss. quòd olim vsq; ad 7. gradum, sed hodie vsq; in infinitum, & hoc vult vsq; ad versic. & intelligo. Sed tu dic melius, & latius secundum Iac. de Bel. Nic. de Neap. & d. Bal. quod ista gl. dicit verum, quando de acquirente feudũ primordialiter fit transitus ad descendentes, quia tunc in infinitum progreditur, etiam ad transuersales descendentes ex descendentibus, non autem ad transuersales acquirentium, vt infrà, si Vasal. feu. priue. in c. 1. & infrà de natura successio. feud. in capi. 1. & in dicto §. 1. de gradibus. Sed si de acquirente primordialiter fit transitus ad collaterales ex pacto, vel in alijs casibus, in quibus potest, vt probatur infrà, de fra. de no. be. inuesti. in c. 1. & suprà de successi. feu. in fi. & infrà, de benefi. fra. in c. 1. & tũc non progreditur successio vltra septimum gradũ, vt suprà de his, qui feud. da. pos. in §. hoc quoq;. & ibi dixi in primo notabili.

Prædicta tamen intelligas procedere, quando feud. vacaret per mortem possidentis, secùs si per delictum vel culpam, quia tũc dic, vt scripsi infrà, si de feud. fue. controuersia, in capi. si Vasallus culpam. Et supradicta sunt valdè notanda secundũ Bald. quoniam possibile est, quotidie accidere de facto in successionibus Comitum, & cæterorum illustrium dominorum, & Regum, qui ab Imperatoribus habuerunt feudum iam sunt quingenti anni, quòd mortuo vltimo Comite, siue Rege sine hærede, succedant quicunq; agnati, & si centesimo sint gradu, quia feudum est paternum. Vnde si moriatur tota domus Regis & extaret vnus de antiquo sanguine, & nõ esset alius proximior, tamẽ iure sanguinis, & perpetuæ cõsuetudinis, succedere in regno dato, quod esset etiam in millesimo gradu. p prędicta secundũ ipsum Bal. Facit quòd dixit Iaco. Ardizo. in summa de succes. feud. sub rubricella de collateralibus & quòd dixi in c. 1. infrà, si de feud. fue. controuers.

Oppo. cum dicta gloss. in versic. & intelligo, &c. quòd iste text. hîc in fi. dum dixit de consobrinis, &c. superfluat, quoniá in præcedentibus iam dixit, quòd filij fratrum sibi inuicem succedant in feudo auito, vel paterno.

3 † Sed consobrini sunt filij fratrum largo sumpto vocabulo, vt institutio. de gradi. in §. quarto gradu. Solu. hîc capiuntur consobrini propriè, scilicet, de natis ex duabus sororibus. Filij autem fratrum propriè appellantur patrueles, vt in d. §. quarto gradu. Et hoc voluit dicere ista glo. vsq; ad fi. quæ benè loquitur.

Sed quia fortè dubitabis, quomodo est hoc possibile, quòd descendentes per lineá fœmininam, sibi inuicem succedant, cùm sit contra casum, suprà qui feud. dar. poss. in §. hoc autem. Et pro tanto intelligas istũ textum in fine, vt habeat considerationem, quando feudum esset fœmineum, vt infrà de benefic. fœmi. in capitulo primo, vel si erat paternũ, quòd fuerat appositum pactum in inuestitura, quòd etiam fœmina succedere posset, vt suprà de succes. feud. in §. filia. & ita oportet de necessitate hoc intelligere, secundum Andr. de Iser. & probatur statim in c. seq. in fi.

Vltimò ad materiã præsentem, videas

plura

plura quæ scripsi suprà, de his qui feud. da. posi. in §. hoc quoq;. & in §. & quia. & in remissionibus, quas ibi in fi. adduxi. & infrà de gradi. succes. in feud. in §. 1. & in remissionibus ibi adductis. & quòd scripsi suprà in c. proximo. & in d. c. 1. infrà de natura succes. feud. & in pluribus remissionibus, quas ibi copiosè collegi. & infrà in tit. sequen. in versic. hoc dicimus. & infrà Imperator Lotha. Euge. Papæ. in c. 1.

SVMMARIA.

1 *Ius accrescendi inter fratres in feudo nouo locum non habet.*
2 *Pactum quare plus operetur quàm lex.*
In feudis potest procedi de similibus ad similia.

SI DVO FRATRES. Quidam habent hîc rubricam talem, videlicet, de inuestitura noui beneficij, & malè. Quoniam nulla debet esse hîc rubrica, & continuatur istud capitulum cũ superioribus, quia suprà proximè tractauit de feudo antiquo, ab antecessoribus acquisito, an & quando fratres, & cæteri transuersales sibi inuicem succedant. Hîc verò tractat, & declarat, quid iuris sit in feudo nouo, & diuiditur in duas partes. In prima ponitur an frater succedat fratri in feudo nouo. In secunda quòd dixit de fratribus extendit ad filias. Secunda ibi, quòd diximus.

CASVS.

Frater non succedit fratri in feudo nouo, nisi per pactum aliud statuatur, similiter dicendum est de filiabus. hoc dicit.

In text. ibi, de beneficio, id est, de feudo, vt dixi suprà in §. proximo. super text. Ibi, conciliet, id est, confirmet. Ibi, succedunt, subaudi, vbi aliàs non succederent sine pacto, vt suprà qui feud. da. posi. in §. hoc autem. & in gl. hîc posita, quæ ad hoc allegauit concordantias.

1 †Nota quòd in feudo nouo, non habet locum ius accrescendi inter fratres, quanquàm inter eos sit coniunctio triplex, scilicet re, verbis, & sanguine, vt probatur hîc in princip. dum dixit simul inuestiti, &c. Et est casus suprà de succes. feud. in §. fin. An autem, & quando in feudis habeat locum ius accrescendi, dixi suprà in §. proximo. in secundo notabili. & latius suprà de his, qui feu. da. posi. in §. 1.

2 †Nota quòd plus operatur pactum, quàm lex, quoniam per pactum potest firmari illud, quod à lege erat inualidum, & reprobatum. Et est ratio, quia nihil magis est congruum partibus, quàm seruare pacta. in l. prima. ff. de pactis.

Quod intelligas verum, quando à lege recipitur tale pactum, vt hîc. & in l. si quis in cõscribendo. C. de pactis. Secùs autem, vbi tale pactum esset reprobatum, vt in l. iuris gentium. in §. prætor ait. ff. de pactis.

No. ex hoc tex. in fi. coniuncta glossella ibi posita, quæ ex hoc sensit, quòd in feudis potest procedi de similibus ad similia. Ad quod facit infrà, an mutus vel aliter imperfect. in c. 1. in fi. & tenet hîc Iacob. de Bel. Sed de hoc dic, vt latius scripsi infrà de cogni. feu. in c. 1.

Vltimò de materia primæ partis, vide infrà de benef. fra. & qualiter fra. fratri suc. in feud. in c. 1. & in d. §. fi. suprà de succes. feu. & in pluribus remissionibus, quas ibi adduxi. De materia autem secundæ partis, vide in §. filia. suprà de succes. feu. & in copiosis remissionibus ibidem in fine descriptis. Hîc non sunt alia.

AN MARITVS SVCCEDAT VXORI.

RVBRICA.

ISta est vera rubrica, videlicet, an maritus succedat vxori, licet quidam habeant aliter rubricatum, videlicet, quo ordine succedant filij in bonis matris, &c. & malè, nec ea vtimur secundum glossam hîc positam. Continuabis itaq; suprascriptam veram rubricam, hoc ordine ad præcedentes. Quoniam suprà proximè posuit aliquos casus, in quibus non habet locum successio in feudo, nisi specialiter per pactum sit hoc actum. Et quia vltra prædictos casus est, dare etiam alios casus, in quibus simpliciter non habet locum successio in feudo, nisi specialiter sit dictum, vt patet in hoc tit. in nigro. pro tanto post titulum, & textum præcedentem immediatè subiecit hîc istum titulum.

SVMMARIA.

1 *Maritus vxori non succedet in feudo, filius autem matri sic.*
2 *Maritus & vxor in quibus bonis sibi inuicẽ succedant, & in quibus non.*
3 *Æquitas rigori præfertur.*
In feudo fœmineo succedunt filij masculi.
An filij naturales succedant matri in feudo fœmineo.

4 Filij

4 *Filij duorum matrimoniorum, qualiter succedant.*

Vtrum marito, an verò vxori simul ægenti, teneatur Vasallus seruire.

An mulier Vasalli, poßit per substitutum seruire.

SI. FOEMINA. Diuido istud capitulum in quatuor partes. In prima declarat, an maritus succedat vxori in feudo. In secunda, an filius succedat matri in feudo fœmineo. In tertia, an succedatur capitaneis, vel maioribus Valuasoribus, seu minoribus in feudo. In quarto mouet dubium, quid iuris sit in minimis Valuasoribus. Secunda ibi, & si ipsa. Tertia ibi, hoc dicimus. Quarta ibi, de minimis autem.

CASVS.

1 †Maritus non succedit vxori in feudo. Sed filius benè succedit matri de æquitate, licet feudum sit fœmineum. Et similiter succedit in feudo patris capitanei, vel maioris seu minoris Valuasoris. hoc dicit.

Præmitte pro euidentia, quis dicatur maior, seu minor, vel minimus Valuasor, vt dixi suprà, qui feu. da. po. in prin. in euidentialibus. Quis autem sit capitaneus, dixi suprà ti. proximo. in §. si capitanei.

In tex. ibi, beneficium, id est, feudum, vt dixi suprà in c. proximo. Ibi inuestitus fuerit, subaudi, à domino tanquam de feudo proprio & recto, quia tũc succedet maritus ex propria inuestitura. Secùs verò, si fuisset inuestitus, tanquam de feudo dotali, vel paraphernali, quia tunc, sicut dos rediret ad hæredes mulieris, sic & feudum. Nam isto casu dicta inuestitura, soluto matrimonio, careret nomine & effectu. l. si ego. in §. dotis. ff. de iure dotium, & tenet Pe. de Cer. Nico. de Neap. & Bald. Facit. c. 1. infrà de inuestitu. quam Titius acce. à Sempro. Ibi, vsum regni, intelligitur, de regno Italico & Teutonico, quod est propriè regnum Imperatoris, vt inf. de pace iura. fir. in fi. & infrà, de prohi. feu. alie. per Fede. in §. firmiter. & dixi infr. de pace tenen. in prin. super tex. facit. infr. hîc finitur lex. deinde consuetudines regni incipiunt. Ibi, hoc dicimus, scilicet, hoc quod dictũ est suprà, quòd filius succedat matri in feudo fœmineo, dicendum est etiam in feudis, quæ tenent capitanei, seu maiores, vel minores Valuasores, in quibus eorum filij succedunt, vt suprà tit. proximo in c. si capitanei. Ibi, de minimis autem Valuasoribus, qui sint isti statim declarat, dum subijcit, id est, de his, qui beneficium tenent, à minoribus Valuasoribus, &c. Sed aduerte, quia secundum glo. quidam non habent ista verba in text. Sed est potius vna gloss. interlinearis, qui ita dicit. Sed in hoc non est vis, quia declaratio est perfecta, siue sit de text. siue sit gloss. vt probatur statim in tit. sequ. & suprà de natura feud. in c. 1. & dixi latè suprà qui feud. da. po. in princip. in euidentialibus. Ibi, sic seruetur, videlicet, quòd in tali feudo filius non succedat. Et est ratio, quia tale feudum potest reuocari pro libito inuestientis.

Et prædicta intelligas vera, secundum ista iura. Hodie autem in tali feudo succederet filius, sicut in alijs feudis. Et est ratio, quia hodie non posset tale feudum reuocari, cùm feuda in omnibus ad paritatem deducta sunt, vt expressè patet suprà de natura feu. in c. 1. Ibi, dicemus, scilicet, infrà in tit. qui statim sequitur, qui tamen hodie correctus est, vt ibi not. in glossa, & nunc proximè dixi.

2 †No. quòd licet de iure communi, nõ existentibus propinquis succedat maritus vxori, & ecõtrà in bonis allodialibus, vt in l. 1. & in Auten. præterea. C. vnde vir & vxor. Similiter etiam de iure Lombardo, vt in Lombarda in tit. de succe. mul. in l. 1. & in gloss. prima hîc posita. Tamen in bonis feudalibus, est secùs, vt hîc & infrà de inuestitu. quam Titius accepit à Sempronio in cap. 1.

Quod intelligas verum, etiam si ambo essent inuestiti, nisi aliud esset dictum in inuestitura argu. in Auten. de non alie. in §. Emphiteosim. & C. de rei vxo. act. in §. illo. secundum Iac. Ardiz. Vtrum autem vxor, posit dare in dotem bona sua feudalia, plenè vltra alios dixi infr. qualiter olim feud. po. alie. in §. donare. vbi videas.

3 †No. æquitatem præferendam esse rigori,[a] & ad hoc gloss. secunda hîc posita, allegauit plures concordantias, & tandem se remisit pro inuestiganda ista materia, ad libellum Disputatorium Pyl. Sed tu dic melius per Docto. Modernos in l. placuit. C. de iudic. & C. de legibus. in lege prima. & infrà, quæ fuit prima causa benefi. amitten. in §. sed quia natura. & suprà de contro. inuesti. in §. 1.

a Æquitatem præferendam esse rigori. Adde Antõ. de But. Io. de Imo. & Ab. in c. fi. de trãsa. Car. Zaba. in c. 1. 6. no. de alie. in di.

Not. quòd in feudo fœmineo, succedunt filij masculi, vt hîc. Vtrũ autem succedant etiam filiæ fœminæ, simul cum masculis, vel non existentibus masculis, dixi infrà, de benef. fe. in c. 1.

Quæro ab extra, an filij naturales[b] succedant matri in feudo fœmineo? Et videretur

b An filij naturales. Adde Iac. Ardi. in tit. de succ. feud. sub rubricella. an naturales succedãt in feu.

retur dicendum quòd sic, per l. si qua illustris. C. ad orfi. Tamen dic contrà per c. naturales. infrà, si de feu. fue. controuer. & tenet Iac. Ardiz. de succe. feu. sub rubricella, an naturales succedant matri.

4 †Quæro quid si mulier relinquat filios ex duobus matrimonijs, qualiter succedant. vide in c. mulier. infrà, si de feud. fue. contro. & quòd ibi dixi.

Quæro quid si vxor habeat Vasallum, & egeat ipsa vxor adiutorio ipsius Vasalli, & similiter maritus, cui debet Vasallus potius seruitium exhibere, & dicit Iac. Ardizo. quòd Vasallus excusabitur, si præeligat potius maritum, quàm vxorem, si ambobus exhibere non valet. argu. ff. ad Silleia. l. si quis in graui. in §. si cùm omnis. in fin. & quòd vi aut clam in l. aut in §. sed & seruus. An autem mulier Vasal. possit seruire per substitutum, vide in Spe. de feud. in §. quoniam. ver. 21.

Quæro an ex pacto dotali, possit maritus lucrari partem vxoris, vel econtrà vxor partem feudi mariti? dic vt dixi infrà, de inuestitu. de re alie. facta. in §. fin.

Vltimò de materia primæ partis, videas in dicto cap. 1. inf. de inuestitu. quam Titius accepit à Sempronio & in remissionibus, quas ibi adduxi. & per Docto. in l. 1. C. vnde vir & vxo. & per Iacobum Ardizo. in summa de succes. feud. sub rubricella maritus non succedit. Sed de materia secundæ partis, not. per glossam in capit. primo. infrà, de benefic. fe. & quòd ibi dixi & in remissionibus ibi adductis, & infrà de natura succes. feud. in capitulo primo post princip. & infrà de gradi. post princip. De materia tertiæ partis, dixi plenè suprà titu. proximo. in c. si Capitanei. De materia quartæ partis statim dicam in titu. sequenti.

DE FEVDIS DATIS MINIMIS VALVASORIBUS, &c.

RVBRICA.

Quidam non habent hìc aliquam rubricellam, sed est §. si minores comprehensus capitulo præcedẽti. Sed COMmuniter habemus rubricam, secundum glo. hìc positam, & benè. Quæ rubrica talis est, videlicet, de feudis datis minimis Valuasoribus, &c. Et continuatio ipsius patet ex tit. suprà proximo. in fin. Vbi postquam tractauit de feudo maiorum, & minorum Valuasorum, pollicitus est se tractare de feudo minorũ Valuasorum. Sunt autem minimi Valuasores illi, qui recognoscunt sua feuda à minoribus Valuasoribus, vt ibi patet.

SVMMARIA.

1 *Valuasores minores, quando feudum Valuasoribus minimis auferre poßint.*
2 *Damno duplici nemo afficiendus.*
3 *Electio contractũ rescindenti in alternatiuis spectat.*
4 *Feuda precio comparantur.*
5 *Feudũ à Valuasore minimo vendicans, fructus tempore medio collectos an repetat.*
An per publicum instrumentum partes ex certa scientia poßint reuocare dispositioni.

1 SI MINORES. † Minores Valuasores, possunt minimis Valuasoribus, qui sui Vasalli sunt, quandocunque volunt auferre feudum, precio tamen restituto, si quòd precium pro inuestitura receperint. h. d. iste titulus qui tamen hodie in totum correctus est, per text. suprà, de natura feu. in fi. & hoc etiam voluit glossa hìc posita, & benè. Nam hodie etiam ista feuda minorum Valuasorum, non possunt auferri sine causa, & cognita & coniuncta culpa, sicut dicimus in alijs feudis, cùm in hoc nulla sit hodie differentia inter ista feuda, vt ibi patet. Facit infrà de feud. sine culp. non amitt. in capitulo primo, & per consequens etiam in talibus feudis habet locum hodie successio, vt suprà de succes. feud. in capitulo primo, & suprà quibus modis feud. da. pos. in §. & quia.

2 †Nota quòd quis non debet affici duplici damno, quod patet, quia bona fides non patitur, vt aduersarius suus consequatur rem, & retineat precium. l. bona fides. ff. de actio empti. & hoc colligitur ex isto tex. qui licet sit correctus, vt suprà dixi, nihilominus argumentum, & ratio ex ipso text. correcto remanet, vt not. gloss. in l. prima. ff. de coniungen. cum eman. liberis.

3 †Not. hìc casum in alternatiuis electio est rescindentis contractum. Sed regula est in contrarium, vt electio sit posidentis, vt in l. secũda. C. de rescin. vendi. Et potest assignari ratio in casu nostro, scilicet, ipsa natura rei, quæ est reuocabilis semper, vt in dicto titulo suprà de natura

feud. Quid autem in actibus concernentibus remedia, cuius sit electio, dic vt in l. quòd in hæredem. in §. eligere. ff. de tribu. Et per Canonistas extra, vt lite contesta. quoniam frequenter in §. fina. & ff. de pactis in l. rescriptum. in §. si pacto.

4 † Nota argumentum ex isto text. quòd feuda per precium possunt emi, de quo dic, vt latè scripsi infrà de benefic. fra. & quali. frater frat. succe. in capitulo primo.

Opponi. ab extra contra id, quòd præsupponitur hîc, videlicet, quòd sit in potestate vendentis, rescindere contractum. Sed contrà, quia vbi contractus venditionis est in potestate contrahentium, venditio censetur nulla, vt C. de contrahenda emptione. l. in ementis. Solut. dic quòd imò venditio valet, licet obligatio non nascatur, per not. in l. inter stipulantem. in §. si stipulante. ff. de verborum obligatione secundum Baldum qui dicit, de hoc esse hîc casum. Sed tu de hac materia latius dicas, vt not. per glossam & Doct. in dicta lege in ementis. Nam text. noster non benè potest trahi in argumentum, ad aliam materiam, quam feudalem ipsius feudi hoc operetur in casu nostro, vt suprà dixi.

5 † Quæro ab extra, an iste vendicans feud. à minimo Valuasore, repetat etiam fructus, quos ille collegit medio tempore? dic quòd non secundum Baldum per l. emptor. in princip. ff. de rei vendi. & ff. ad Trebel. in l. postulante. & C. ad Syllenianum. in l. penulti. Neque ex hoc, quòd iste posſidens, est lucratus fructus inter medios, censebitur vsurarius. Quia iste contractus processit sine aliquo vitio possidentis, sed secundum suam rectam naturam. l. secunda. C. de pact. inter emptio. & venditio. & de foro competen. in c. cóquestus. secundum Baldum.

Quæro an per instrumentum publicum, possent partes ex certa scientia renunciare huic dispositioni, vt non liceret reuocare? Et respondet Bald. quòd sic per l. pacisci. ff. de pac. & probatur infrà, quid sit inuestitu. in §. penultimo. & fin.

Vltimò ad materiam præsentis titu. vide, quòd dixi in dicto titulo suprà de natura feud. & in pluribus remissionibus ibi adductis, & quòd dixi suprà in titu. proxi. in euidentialibus. & infrà quis di. Dux, Comes vel Mar. in prin.

HIC POTEST ESSE TITVLVS QVIBVS MOdis feudum amit.

RVBRICA.

QVidam habent hîc rubricam talem, videlicet, de amissione feudi. Sed nó est bona rubrica secũdum gl. hîc positam. Verùm vera rubrica, qua Communiter vtimur est talis, videlicet, hic potest esse titu. quib. mo. feudum amit. &c. Et ita allegatur per glo. primam positam, infrà titu. qualiter Vasal. iura. debeat fideli. Quare autẽ in principio huius rubricæ, ponantur ista verba, videlicet, hic potest esse tit. &c. dic quòd ponuntur ista, ideò, vt designet differentiam inter istum tit. & aliũ tit. suprà quib. mod. feud. amit. Neq; vnus titulus supfluit p alium. Nam licet hîc repetãtur aliqui casus ibi positi. Tamen addit de credentia, & annectit clausulam generalẽ de similibus culpis, vnde licitũ est repetere materiã, vt aliquid addatur, prout scripsi suprà in titu. qui succes. teneantur in rubrica. Similem modum rubricandi habuimus suprà, hic potest esse titulus, qui succes. tene. Et continua hanc rubricam ad proximè præcedentia hoc modo: Quia suprà in titu. proximo coniuncto titu. 2. suprà eod. visum est, qualiter Capitanei & Valuasores maiores, & minores non possunt disuestiri & priuari feud. Sed minimi benè possunt pro libito disuestiri, & priuari. Sed quia dubitabatur, an dicti Capitanei, & maiores Valuasores, & minores possent cum causa, mediante culpa disuestiri. Idcircò vt prædicta declaret, annectit immediatè istum titu. in quo tradit certas causas, ex quibus prædicti Valuasores suis feudis priuari possunt.

SVMMARIA.

1 *Vasallus quare feudo priuandus.*
2 *Vasallus secretorum domini reuelator, quando puniendus. & numero 6.*
3 *Similes culpæ, similem pœnam requirunt.*
4 *Credentiæ manifestatio, an sufficiat ad priuandum feudo Vasallum.*
5 *Vasallus ignoranter vxorem domini cognoscens, an feudo priuetur.*

1 SI CAPITANEI. † Vasallus dimittens dominum suum in bello, vel manifestans secretum domini in damnũ ipsius, vel adulterans vxorem domini,

domini, vel ipsum dominum scienter assaliens, vel similem causam contra dominum committens priuatur feudo.h.d.

In text.ibi, Capitanei, vt sunt Comites,Marchiones,&similes qui propriè sunt Capitanei,vt suprà qui feu.da.po.in princip.ver.Marchio, &c. Ibi,licet impropriè, sicut sunt illi Vasalli, qui recognoscunt feuda à superioribus Comitibus, vel Marchionibus,qui propriè appellantur Valuasores, licet etiam impropriè possint dici Capitanei,vt hîc & suprà,qui feud. da.po. in princip.versi.sed hodie.Ibi, seniores, id est,dominos,à quibus tenent feuda, vt infrà,de prohi.feud.alie.per Loth. in §.1. dimiserint istam culpam declara, prout dixi suprà,quibus modis feud.amit.in princ. vbi etiam plenè not.per gloss.& infrà,quæ fuit prima causa benef.amit.in §.item qui dominum. Ibi,credentiam, id est, secretum, & hanc culpam statim declarabo in glossa.Ibi,si Valuasores,id est, prædicti Vasalli.Ibi, adulterauerint. hanc culpam declara, vt dixi suprà,qui. mo. feu. amitta.in §.similiter. & infrà, quæ fuit prima causa benef.amit.in §.sed quia natura. Ibi,carere.sed vtrum ipso iure,an per sententiam? dic vt not.& quòd ibi dixi, infrà de prohi. feud.alie.per Federi.in §.callidis. & suprà, quib.mo.feud.amit.in §.item si fidelis. super glo.fi.

2 †Not.Vasallum reuelatorem secretorum domini,puniri,si reuelatio sua infert dammum domino,aliàs secùs,vt hic & inf. qualiter Vasall.debeat iurare fid.in c.1.de quo statim latius dicam in glo.

Not.Vasallum tunc demum puniri ex culpa,per ipsum commissa, si scienter illã committet,secùs autem,si ignoranter.

Quod intelligas verum,nisi illa ignorantia esset crassa & supina, vt not.infrà, quo.tem.mil.in capitu.1.suprà,quib.mod. feu.amit.in §.similiter.facit. l.nec supina. ff.de iuris & fac.igno.de quo per Bald.in l. fin.C.si.pen.appel.mors interue.& infrà, si de feud.fue.controu.in capitu.si Vasal.

3 †Not.quòd similes culpę,similem exigunt pœnam. & censebitur similis, vbicunq; lex assimilat, vel ratio naturalis, secundum arbitrium iudicis, qui de causa cognoscit.argu.in l.ideò. ff. de legi. & tenet Bal.Sed tu addas bonum tex.infrà,quæ fuit prima causa benef.amit. in §. sed quia natura. quem allegaui etiam suprà, super tex. Vtrum autem, & quando fiat extensio de similibus ad similia, dic plenè per Bald. in lege secunda. C.de patribus qui fili.distra. & C.de inter.ma. inter pu. & tu. in l. fin.& per Cyn.in l.illud.C.de sacrosanctis ecclesijs per Canonistas in cap.cùm dilecta. extra de cõfir.vti.vel inuti. & extra de transla.in c.licet.

4 †Quæro cum glossa 2.an sola manifestatio credentiæ,sit sufficiens ad priuandũ Vasallum feudo. Et respondet gloss.quòd non,dicens: quòd vltra manifestationem est necesse, quòd hoc fiat ad damnum domini,& quòd animo damnificandi. Et hoc probat per simile de liberto, qui licet contraxerit amicitias cum inimicis domini,non per hoc reuocabitur in seruitutem. Secùs si istas amicitias cõtraxit,vt conspiraret contra dominum, quia tunc benè reuocaretur,vt ff.de offic.præ.vrb.in l.1.in §. cùm Patronus.& hoc voluit ista gloss.vsq; ad ver.licet videatur,&c. Ex qua gloss.nõ. duas conclusiones.

Prima est quòd ad hoc, vt manifestatio credentiæ noceat Vasallo, requiruntur tria,scilicet,ipsa manifestatio. Item quòd fiat animo damnificandi dominum. Item & tertium,quòd ex ipsa manifestatione sit secutum damnum.

Secunda conclusio est ista, quòd ad hoc,vt Vasallus priuetur feudo per amicitiam [a] contractam cum inimicis domini, requiruntur duo, scilicet, ipsa conspiratio,& amicitia contracta cum inimicis. Item quòd ista conspiratio, seu amicitia contracta contra dominum. Sed contra has conclusiones examinandas, & dilucidandas, vt videamus veritatem insistamus. Primò contra pimam conclusionem.nam videretur,quòd imò sola manifestatio simplex, absque aliquo damno subsecuto,habeat priuare Vasallum, quoniam hoc continetur in suo sacramento fidelitatis, videlicet, non reuelare secretum,vt inf.de no.fi.for.in c.1.Et ideò cùm scire debeat imputare debet sibi. l. si fideiussor.in prin.ff.manda.& ff.si certum petatur in l.quòd te.facit.l.in bonorum.ff.de bo.pos.& quis or.in bonorum pos.seruetur in l.1.§.fi.Et ex hoc quidam simpliciter tenuerunt hanc opin.Sed tu non recedas ab opinione huius glo. & à suprascripta conclusione, quæ est æquior, quam etiam sequitur And.de Iser.& Bal. hic idẽ tenet Iacobus Ardiz. in summa in tit. quib. mod. feud.amitt. sub rubricella, si credentiam domini manifestauerit Vasallus per §.itaq; insti.quib.mod.licet.& C.quib. mod. non po.in l.1. cum simili. Ex quibus infero, quòd si Vasallus manifestaret credentiam domini,

[a] *Vasallus inuenit vxorẽ domini.Adde Alu.in c.1.in §.item si fidelis.in 2.colu. versi. quæro quid si Vasallus. de noua for.fide.*

domini, ſed non animo damnificandi, licet ſubſecutũ ſit damnum, non propterea perdit feudum. EXEMPLI GRAtia: Vaſallus volebat dominum laudare de eo, q, intẽdebat facere per illud ſecretum, quod dixerat dominus ipſi Vaſallo, licet namq; malefecerit manifeſtando, tamen non habuit animum inferẽdi damnum domino. Voluntas enim & propoſitum diſtinguit maleficia. l. qui iniuriæ. in princip. ff. de fur. Item quia interpretatio fraudis, non ex euentu, ſed ex conſilio conſideranda eſt. l. fraudis. ff. de regul. iur. Niſi fortè ipſa manifeſtatio procederet ex tali ignorantia craſſa & ſupina, in qua ex aliquibus circumſtantijs poſſit argui dolus, vel fraus. d. l. quòd te. ff. certum petatur ſecundum Iacobum de Bel. & Nico. de Neapoli. Ad quem autem ſpectet probare vel domino, quòd Vaſallus hoc malitioſè egit, vel Vaſallo ſe excuſanti ſtatim dicam infrà.

Sed primò examinemus aliam concluſionem ſuprà poſitam, quę fuit, quòd ad hoc, vt Vaſallus faciendo amicitiam cum inimicis domini priuetur feudo, requirũtur duo, ſcilicet, ipſa amicitia contracta. Item & quòd tendat contra dominũ. Sed aduerte quoniam glo. in §. cùm Patronus. ſuprà allegato tenet contrà, cùm ſimpliciter dicat, quod ſi Vaſallus contraxit amicitiam cum inimicis domini, quòd priuatur feudo. Idem tenet in l. libe. C. de inoffi. teſtamen. idem ſentit Iacob. Ardiz. in ſumma. idem tenet dom. Bald. in d. §. cùm Patronus. & in dicta. l. libe. Et eſt ratio, quia Vaſallus faciens cum inimico domini amicitiam, vel confœderationem, videtur eſſe eiuſdem propoſiti. argumen. in capitulo repelluntur. extra de accu.

Sed tu non recedas à ſupraſcripta cõcluſione, & intelligas omnia prædicta in contrarium allegata eſſe vera, & procedere ſanè intellecta, ſcilicet, ſi illa amicitia eſt in mala parte, hoc eſt contra dominum, aliàs ſecùs, vt hìc, & probatur in capitulo 1. inf. quot teſtes ſint neceſ. ad probandum feud. ingra. & probatur in d. §. cùm Patronus. vbi videtur vtrunque eſſe neceſſarium. ſimile in lege liberi. & hoc tenet gloſſa hìc, & infrà quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. in §. primo. Et probo ratione, nam eſſe amicum alterius, non eſt malum, quia eſt præceptum Eccleſiaſticum. 7. c. in principio: Noli eſſe pro amico inimicus proximo. Idem ſicut tutor, poteſt eſſe idem tutor duorum pupillorum litigantium, l. accipientis. ff. de auto. tu. ita eodem modo poteſt eſſe amicus duorum inimicorum. Nam ſimiliter litigantes, intelliguntur inire certamen. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi. Item quia ſi negaretur, quòd non habeam amicitiam, eſſet contra charitatem, & ſic eſſet peccatum quod lex vetat. l. 2. C. de iudic. vidui. Et hanc opinionem ſequamur tanquam ęquiorem, quam etiã ſequitur And. de Iſer. & Bald. in d. §. porrò dicentes, quòd quis non debet fieri alienus à conuerſatione amicorum. Cùm enim iſta pœna fundetur in naturali æquitate. Ideò non eſt æquum, vt ex tali amicitia ſimplici priuetur. ar. ff. de ope. liber. in l. libertis. Facit quòd dixit Specu. in tit. de treuga & pace. verſic. ſed pone. & de dona. in §. 1. verſic. quid ſi aliquis Baro. Qui autem dicantur eſſe partiales, ſeu de parte alicuius, vide in Spe. in dicto verſic. ſed pone. Sed quid ſit conſpiratio [a] habetur. 11. quæſtio. 1. c. cùm coniurationum. & c. conſpirationum. no. extra de Symo. in c. per tuas. & in l. 1. in fin. ff. de obſequijs. Quæ autem ſit licita, & quæ non, no. 11. quæſt. 1. c. ſi qui clericorum. & extra de iudic. in c. adhibita. & modò habes iſtas concluſiones ſatis clarè vltra alios traditas.

Oppo. cum dicta gloſſ. in fi. ſui. in verſic. licet videatur, &c. contra ſuprà proxima concluſionem, quòd imò ſola ſimplex amicitia, cum inimico ſufficiat, vt probatur in c. accuſatoribus. 3. quæſt. 5. vbi accuſator. vel teſtis prodiens de domo inimici, non admittitur. Et hæc gloſſ. non ſoluit. Sed tu dic, quòd ibi loquitur in teſte, ſeu accuſatore, in quibus ille ſolus actus ſufficit, quia inducit ſuſpicionem. l. 3. in princip. ff. de teſtim. Vel dic ſecundum Iacobum de Bel. quòd etiam ibi conſpirabat in damnum eius, contra quem producitur & veniebat, & ſic non contradicit, ſed potius concordat. de quo in c. cùm oporteat. extra de accuſa.

5 †Quæro cum gloſſ. fin. quia dicitur, quòd Vaſallus adulterans vxorem domini, quòd priuatur feudo, ſed quid ſi Vaſallus inuenit vxorem domini [b] ſui in lecto, & cognouit eam, credens eſſe vxorem propriam, an tunc priuabitur. Et reſpondet iſta gloſſ. quòd non, per c. in lectum. 34. quæſtio. 2. vbi eſt caſus de hoc, cùm non intelligatur committi adulterium, vt ibi. Et hoc voluit iſta gloſſ. vſque ad verſic. Itẽm intelligo, &c. quæ benè & notabiliter loquitur. Facit pro hac determinatione textus noſter, & proba-

a
Vaſallus priuetur feudo per amicitiã. Adde gl. in l. 1. in §. cũ Patronus. & ibi Bar. ff. de offic. præfe. vr. gl. in l. liberti. C. de inof. te. Spe. in tit. de dona. in §. 1. verſi. quid ſi aliquis Baro. Oldr. cõſi. 70. incip. nunquid Chriſtianus. Io. de Ana. cõſi. 2. incip. viſis & ponderatis.

b
Quid ſit conſpiratio. adde tex. in c. exhibita. de iudi. Archid. in c. conſtitutione. de ver ſig. lib. 6. Car. in Cle. paſtoralis. in 7. nota. de re iud. Docto. in c. fraternitatis. de hære. Doct. in c. cum Io. & An. de re iudi.

probatur in l.penulti. ff.de adu. & locati. in l.si quis ignorans.

Intelligas tamen prędicta vera, nisi sua ignorantia fuisset crassa & supina, quia tunc non esset excusabilis, vt dixi in d. §.1. suprà, qui.mod.feu.amit. in quæstionibus, aliàs in dubio stabitur iuramento ipsius Vasalli, vt not.gloss.in d.c.in lectum.

Quæro subsequenter cum dicta gloss. quid si Vasallus nō concubuerit cum domina, ita quòd ipsam non adulterauit, verùm solicitauit multum, ac se exercuit, vt concuberet secum, sed non potuerit, an tunc priuabitur. Et respondet gloss. quòd sic. quia casus est, suprà, qui. mo. feu. amit. in §.item si fidelis. Et probat per exemplū de eo, qui solicitauit sacratas moniales, vt in l.si quis non dicam. C.de Epi.& Cle. Et hoc voluit tota ista gloss. vsq; ad fin. Sed tu de hac quæstione dic latius, & melius, vt in d.§.item si fidelis.super gloss.3. Facit quòd dixi in d.§.porrò. & in c. si voluerit. infrà, de capi.qui cur.vendi. Et sumit do.Bald. argumentum ex ista gloss.in fin. quod cognoscens monialem, ignorans [a] ipsam esse monialem, non punitur tanquam de stupro monialis, per prædicta, q. est notatu dignum, & probatur ex hoc tex. & per prędictum c.in lectum.

6 † Quæro ab extra, quid si Vasallus reuelauit secreta domini, sed dicit, quòd non fecit animo damnificandi dominum, dominus autem dicit, quòd sic, quis eorū debet probare. Et videtur dicendum quòd ei, qui dolum dicit incumbat probatio, vt in l.quotiens.in §.qui dolo.ff.de proba. nisi in casibus, vbi dolus præsumitur, prout habetur in l.tutor qui repertorium. in princip. ff.de admi.tu. quia tunc esset opus, quòd Vasallus probaret negatiuam, quæ & si per rerum naturam non sit probabilis. l.actor. C.de proba. Tamen ex coniecturis sumitur argumentabilis probatio, videlicet, ex qualitate personarum, vel si aliàs vel dominum odio vel non, aut aliàs damnificauit dominū ex aliqua causa. l. non omnis. in §.à Barbaris. ff. de re mili. Nam ex qualitate personarum, actio formatur, & condemnatio moderatur. l. Pomponius. la.2. ff.de ne.gest.de actio.& obli. in l. fin.C.si quis impera. maledi. l.2. Et facit ad prædicta, quòd not. gloss. in c. 1. C. de siccarijs. vnde in proposito est præsumptio, contra Vasallum qui facit cōtra formam fidelitatis. & in c.1.de noua for.fideli. Idcircò quia fecit rem illicitam, sibi incumbit onus probandi. Secùs quando copulat amicitiā cum inimicis modo quo suprà, quia non facit rem illicitam, vnde isto casu dominus probaret, quòd in suum damnū, vt in §.cùm patronus, & in alijs iuribus suprà allegatis, ad hoc tendentibus. Et ita tenet And.de Iser. dicit tamen Bald. quòd si Vasallus fuisset in supino & crassa ignorantia, quæ appellatur scire debere, vt in l. quòd te. cùm ibi no. ff. si cer. pe. quòd non excusaretur. Secùs autem, si ignorantia fuisset probabilis. ar. not. in l. si ignorans. ff. loca. Facit quòd suprà dixi per dictum c. in lectum. Adducit quoq; Bal. istam regulam, quòd in corporalibus pœnis, mitius agitur in dolo præsumpto, quàm in dolo vero. ff. de sicca. l. in lege, cùm si.

Quæro an ista, quæ dicta sunt in reuelatione secretorum domini, extendatur ad alia, quæ non cōsistunt in verbis, sicut sunt munitiones, & similia. dic vt dixi infrà, de for. fi. in notabilibus.

Quæro quid si dominus dixit Vasallo secreto, quòd volebat occidere Titium, quid tunc habet facere Vasallus, dic vt dixi in d.c.1. de for. fi. in quæstionibus.

Vltimò ad materiam eorum, quæ in hoc capitulo traduntur cùm plures, & diuersas culpas contineat recurrere ad remissiones, quas dedi super text. vbi super qualibet culpa te remisi. In quibus singularibus remissionibus, copiosè de materia eiusdem culpæ tractaui, præsertim suprà, qui.mo.feud.amit.in prin. & in §.1. & 2. & infrà, quæ feud. prima causa benefi. amit. in §.item qui dominum. in §.rursus. & in §. porrò.

[a] Cognoscens monialē. Ad de quid de cognoscente cōiugata ignorans esse solutam. vide gl. in d. c. in lectum. & glo. super verbo seruum. in c. illud. 25. q. 1. & per Ioan. And. in regula cùm quis de reg.iu. lib. 6. in mercu.

APVD QVEM, VEL QVOS CONTENTIO de feudo esse debeat.

RVBRICA.

Quia sæpè occasione culparū, de quibus suprà ti. proxi. dixit oriuntur cōtentiones, & controuersiæ circa feuda, & etiā ex alijs pluribus causis, de quibus tractauit in pluribus titulis superioribus, præsertim à ti. de contentione inter do. & Vasal. de inuestitura vsque ad tit. præcedentem. Et dubitabatur, qui debeant esse iudices competentes ad cognoscendas, & dirimendas tales contentiones, & controuersias. Et pro tanto, vt prædicta declaret, subijcit hîc istam rubricam. Apud quem vel quos contentio de feudo esse debeat. Aliqui habent apud quem, vel quos controuersia feudi diffiniri debeat, & quælibet bona. Quidam tamen nullam habent hicru-

hîc rubricam, & non benè secundum glo. Quia communiter vtimur suprascripta rubrica, & ita tenendum.

SVMMARIA.

1 *Imperator iudex dicitur, cùm de feudo inter Capitaneos disceptatur.*

2 *Personarum dignitas attenditur, vbi de discernenda iurisdictione causarum feudalium laboratur.*

3 *Controuersia de feudo inter quas reperiatur personas.*

SI CONTENTIO. † Vbi de 1 feudo est controuersia inter Capitaneos, solus Imperator est iudex. Si verò contentio est inter inferiores Vasallos, tunc pares curtis, vel iudex ordinarius cognoscit. hoc dicit. Præmitte pro euidentia, quòd in cognitione causarum feudalium, quatuor reperiuntur curiæ, in quibus ipsæ causæ possunt ventilari, videlicet, curia ipsius domini, quando coram ipso agitur. Item curia parium electorum per partes. Item curia omnium parium complexiuè. Item curia iudicis ordinarij. Itē & quintò potest corā arbitro dicta causa ventilari, licet arbiter non habeat curiam, vt prædicta probantur infrà, an apud iudi. vel cur. quæstio domini, &c. in c. 1. & ibi de hoc per Bal. & infrà de inuesti. in maritum facta in §. fi. & hîc & infrà, de lege Cor. in c. 1. in §. si inter. Ille autem est iudex ordinarius, qui habet iurisdictionem ex aliqua ex causis. no. in l. hæres absens. ff. de iudi. & in l. 2. C. de iur. om. iu. vnde magistratus illius loci, censetur iudex ordinarius, vt hîc secundum Bal. In tex. ibi, Capitaneos, id est, Duces, Comites, Marchiones, vel similes habentes dignitatem regalem, de quibus suprà titu. 3. in princip. & in titu. præcedenti.

Et intelligas, quòd contentio erat inter istos, quia quilibet ipsorum litigantiū, dicebat se solum inuestitum ab Imperatore. Ibi, de benef. id est. de feudo, vt sæpius declaraui suprà in præcedentibus titulis. Ibi, & maiores, id est, maiores contendunt cum minoribus. Vel dic, quòd maiores cōtendunt inter se, & minores inter se, secūdum Iaco. de Bel. Ibi, Valuasores, id est, Vasallos, & quare sic dicatur, declaraui infr. quis di. Dux, Co. vel Mar. in princip. & suprà, in præambulis libri. Ibi, parium, id est, conuasallorum, vt infrà, si de inuestitura inter dom. & Vasall. lis ori. in c. 1. & declaraui suprà de feu. Guar. in c. 1. in §. 1.

Et intellige, quòd tunc pares curiæ cognoscunt, scilicet, quando constat vnum ex istis Valuasoribus litigantibus, esse Vasallum de alio feudo, de quo non est quæstio, quia tunc de feudo, de quo est quæstio cognoscunt pares, vt hîc & inf. de lege cor. in princip. Ibi, per iudicem curtis, potest intelligi, quòd loquatur de iudice ordinario loci. & tunc debemus exemplificare, quòd quilibet litigantium dicebat se inuestitum de nouo de dicto feudo. Nec erant Vasalli de alio feud. Quo casu, iudex vel arbiter cognoscit, vt infrà, de lege cor. in c. 2. Vel potest intelligi, quòd loquatur de ipso domino, qui est iudex inter suos Vasallos, quos constat esse Vasallos. Sed quæstio erat super aliqua parte feudi, vel alio feudo, vt probatur infrà, de prohi. feu. alie. per Fede. in §. penul.

2 † Not. quòd ad discernendam iurisdictionem causarum feudalium, cōsiderant dignitatem, & potentiam personarum litigantium, & non rem super qua litigant, quòd patet. Quia si quęstio est inter Vasallos habētes dignitatem regalem, solus Imperator est iudex. Et ratio fuit illa, quæ assignatur per text. in l. 1. in Lombardia. in titu. apud quem potentiorum causæ agi debeant, videlicet, ne pauperum, ac minus potentium iustitiæ remaneant oppressæ. facit. l. fina. C. de iniurijs. In alijs autem inferioribus causis feudalibus, secundum earum exigentiam sunt distinctæ curiæ, & iurisdictiones, vt dixi infrà, de lege cor. in princip. & statim indistinctè latius dicam. Vtrum autem in cæteris causis, vbi tractatur de benefi. in princip. possit per alium inferiorem cognosci, dic per Ioan. And. in c. cum te. extra de arbitris. & extra de iudi. in c. cùm venissent. & per nostros Docto. in l. Neratius. ff. de regulis iuris. & C. de emanci. lib. in l. nec auus. & de vul. & pup. in l. ex facto in prin.

Oppo. cum gloss. in eo quòd iste text. facit differentiā inter feuda regalia, & alia inferiora, quoniam hodie sublata videtur talis differentia, vt suprà, de natura feud. in fine. & consequenter pariformiter terminari debet talis causa & maiorum & minorum. Et ista gloss. soluit dupliciter. Primo modo fatendo cōtrarium, & maxima secundum iura nouissima, vbi regula indefinita traditur circa huiusmodi iurisdictiones, vt infrà, de prohi. feud. alie. per Fede. in §. penul. Vel possumus dicere, quòd iste text. non contradicat illi §. quoniam etiam in isto text. Imperator tanquā

dominus feudi cognoscit inter suos Vasallos, etiam Capitaneos, quorum quilibet dicebat se inuestitum, & tenere ab Imperatore. Et hoc voluit tota ista gloss. vsque ad finem. Sed tu melius dicas secundum Doctores. & primò, quantum circa primum contrarium de c. 1. supr. de natura feud. dic, quòd nulla est correctio, sed casus sunt omninò diuersi. Nam ibi tollitur differentia personarum, vt sine culpa nemini posit auferri feudum: Hîc autem loquimur circa competentiam iudicum, vbi adhuc hodie remanet differẽtia. Similiter ad §. præterea. respondendo dicamus, quòd non corrigit, cùm legum correctio sit euitanda. vt in l. præcipimus. C. de appella. Sed ponat regulam in alijs feudis inferioribus, quàm sint feuda dignitatũ regalium. In quibus habeat locum iste text. & probatur inf. de lege cor. in prin. Quare cùm in ista materia iurisdictionis causarũ feudalium, habeamus plurima iura, quæ inter se videntur esse diuersa & contraria. Idcircò pro plena doctrina habenda, vltra Scribentes sic distinguendas, capiendo & colligendo omnia membra, quæ vbiq; ab
3 alijs sparsa & tractata reperi. † Quoniam interdum est cõtentio inter Imperatorem & suos Vasallos, q sunt de societate Lombardiæ, & tunc corã paribus, qui sint eiusdem ciuitatis vel Comitatus, in quo controuersia est, causa terminetur secundum consuetudinem illius ciuitatis, nisi Imperator fuerit in Lombardia: quia tunc ipse cognoscere poterit, si voluerit, vt prædicta probantur in tractatu de pace constantiæ. in §. si qua controuersia.

Interdum controuersia vertitur inter Capitaneos Imperatoris, qui habent dignitates regales, & tunc Imperator solus est iudex, vt hîc in prin. & inf. de lege cor. in prin. licet Mediolanenses aliter distinguant, vt ibi.

Interdum contentio est inter alios Vasallos inferiores: & tunc aut cõstat, vtrũq; litigantem esse Vasallum eiusdem domini de alijs feudis, de quibus nulla est quæstio, vel est contentio solùm de aliqua parte feudi, sed non de toto, vel de cõfinibus ipsius feudi. Ita quod certũ est, quòd vterq; par est Vasallus saltẽ in parte sine litigio: & tunc dominus feudi debet esse iudex, vt in dicto §. præterea, qui ita debet intelligi: Vnde si feudum est Ecclesiasticum, tunc dominus erit persona Ecclesiastica: & si feudum erit seculare, tunc persona secularis erit dominus, etiam si Vasallus esset clericus, quia in ista materia feudali esset speciale, vt laicus habeat iurisdictioné in clericum, vt in c. verùm. extra de fo. compe. & inf. de capi. corra. in fi. & Bald. in l. fin. in fine. C. sine censu vel reli. Et de hoc per But. latius in d. c. verùm. in vltimo notabili. & in quæst. & ibi per Cardi. in quinta opposit. Imò etiam ipse dominus feudi laicus, non solùm cognoscet de causa feudali sui Vasalli clerici, sed etiam exequetur sententiam contra dictum clericũ Vasallum, de quo latè dic per dictum Card. in d. c. verùm. ibi quæro in eo, quod dixi, &c.

Interdum constat vnum tantùm esse Vasallum de feudo aliquo, de quo non est quæstio, & quæstio est de alio feu. & tunc pares erunt iudices, vt hîc in secũdo respõso. & infrà de lege corr. secundo responso.

Interdum est dubium inter litigantes, quis eorum sit Vasallus, vt quia ambo prætendunt inuestiturã nouam alicuius feudi, siue ab eodem domino, siue à diuersis: & tũc iudex ordinarius vel arbiter cognoscit, vt infrà de lege Cor. in l. si inter. Idem dicendum, si vnus dicat antiquum, & alter nouum, qui habet causam à domino, qui potest prætendere interesse, vt infr. de inuesti. in mari. fac. in c. 1. in prin.

Interdum vertitur quæstio inter litigantes, quorum vterque dicit feudum esse antiquum, & ad se spectare: & tunc dominus cum curia cognoscit, vt infr. de inuestitu. in marito fac. in c. 1.

Interdum contentio est inter eos, quorum vnus dicit esse antiquum, & alter nouum & proprium, & tunc pares curiæ soli, siue domino cognoscere debent, vt inf. an apud iudi. vel curiæ in c. 1. & dixi in d. §. præterea.

Interdũ est contentio inter plures producentes diuersos inuestitores: & tunc iudex ordinarius cognoscit, vt infrà de pace tenenda. in §. si duo. & in §. si tres. vel arbiter, vt infr. an apud iudi. vel do. in c. 1. & in d. c. 2. infr. de lege Cor.

Interdum est contentio inter Vasallum & alium, quem cõstat non esse Vasallum, tunc iudex ordinarius rei cognoscit, vt inf. de contro. inter Vasallum & alie. in c. 1.

Interdũ est cõtrouersia inter dominum & aliũ, qui non est Vasallus. & idem, vt no. gl. fi. inf. de phi. feu. alie. per Fe. in §. pen.

Interdum est controuersia inter dominum & Vasal. & tunc pares curiæ cognoscunt, vt in d. §. pe. & inf. de cõtro. inuesti. apud pa. ter. sine dicta controuersia sit super inuestitura, vel super amisione

feudi, vel super violentia sit facta per dominum Vasallo in dicto feudo, vt tenet domi. Bald. in d. §. penult. & Innocen. in c. cæterùm. de iudi. Idem dicendum, si dominus feudi non recognosceret superiorem, & vertatur causa feudalis inter ipsum & Vasallum, quia pares curiæ deberent cognoscere per ea, quæ dicta sunt. Sed si pares non auderent cognoscere, vel nollent, vel essent domino nimium fauorabiles: tunc cognosceret Papa ratione peccati, vt extra de iudi. in c. nouit. Idem dicendum propter defectum iustitiæ, vt extra de foro compe. in c. ex transmissa. & in c. ex tenore. facit quod not. in c. cæterùm. extra de iudi. & ita dicit Andr. de Isern. & Bald. in d. §. penult. Vbi etiam determinat idem Bal. quod si dominus extorqueat seruitia indebitè, à Vasallo vltra modũ quod Vasallus potest implorare officium præsidis, vt prouideat per l. illicitas. in princ. ff. de offic. præsi. & quod no. in l. 1. in §. per hanc. ff. de rei vendi.

Interdum contentio vertitur inter dominum & alium, qui dicit se Vasallum, & dominus negat, tunc ratione huius dubitationis similiter cognoscent pares curiæ, vt infr. de contro. inter Vasal. & Episco. in c. 1. & tenet Bal. in d. §. penult.

Interdum iurisdictio est limitata inter litigantes, ex forma priuilegij, consuetudinis vel statuti: & tunc illa debet attendi, vt in c. conquerente. extra de resti. spo. & tenet Bald. in d. §. penult. Quid autem si inter Vasallos vertatur quæstio in possessorio solo. Et hanc quæstionem mouet Innoc. in c. cæterùm. & ibi etiam glos. extra de iudi. & Bald. post eum in d. c. 2. infr. de lege cor. vbi sic ait, quod si ex tali cognitione insurgat alia pœna, quàm priuationis, & alia lege, quàm lege feud. tunc ista cognitio pertinet ad ordinarium loci, & ideò siue criminaliter, siue ciuiliter ageretur ad vindictam actione iniuriarũ, vel l. Aquiliæ, vel ex aliquo interdicto: tũc semper erit cognitio ipsius iudicis ordinarij per §. si duo. & §. si tres. infrà de pace tenen. facit. c. ex parte. extra de foro compe. secundum Andr. de Isern. & quod not. in Cle. dispendiosam. de iudi. Idem dicendum, si extraneus agat de spoliatione contra vnum, qui dicit se Vasallum, quia similiter iudex ordinarius cognosceret, vt probatur in c. verùm. extra de foro compe. & hoc tenet Goff. in summa illius titu. licet Bald. in d. §. pen. dicat hoc esse verum, nisi conuentus dicat rem esse feudalem, & nominaret dominum in iudicio, quo casu, si per summariam cognitionem apparet esse feudum, quod ista cognitio remittetur ad dominum feudi per c. si Cle. Laicum extra de fo. compe.

Quod dictum Baldi non puto esse verum per ea, quæ dicta sunt. & ita videtur sensisse Io. Blancus in sum. dicens, quod in d. c. si cleri. est specialis casus fauore Ecclesiæ.

Interdum proceditur criminaliter inter Vasallos, & tunc cognitio est ipsius iudicis ordinarij, quia separatum est iudicium criminale à ciuili, vt ff. de iudi. l. solemus. in d. §. latrunculator. facit text. in d. §. si tres.

Quis autem erit ordinarius competens in causa appellationis. nam in causis feudalibus appellari potest, vt dixi in c. fi. quo tem. mi. Vnde ergò si appellaretur à sententijs latis per suprascriptos iudicantes, in causis feudalibus. dic plenè per Inno. in d. c. cæterùm. vbi varias sententias adducit. Nam primò dicit, quòd siue appelletur à paribus, siue à domino in casibus suis, proximus superior dominus, feudi ordinarius appellabitur, postea dicit, quòd aut dominus iste habet superiorem alium dominum, prout videmus quandoque infrà de prohibi. feud. alie. per Feder. in §. illud quoque. & tunc ille superior appellabitur. Et hanc opinionem puto veram, vt tenet gloss. 1. in fin. infr. quo temp. mi. in c. fina. Sed si non extat superior dominus, & tunc debet appellari ad Imperatorem, vt extra de offici. dele. ab arbitro. lib. 6. & hoc tenet Iac. Ardiz. in summa. in titul. de conten. feud. sub prima rubrica. Subsequenter dicit, quod quando non est superior, quod aut agitur reali, & tunc appellabitur ordinarius, in cuius territorio res feudalis sita est. Si verò personali vel mixta, tunc appellabitur iudex illius loci, vbi est res feudalis. Sed dominus Anto. de Bu. ibidem putat, quod iudex superior sit iudex tribunalis, quia appellationes plus regulantur à tribunali, quàm à personali, vt extra de offic. ordi. in c. Romana. Sed vbi pares vel dominus habent superiorem, ille erit iudex appellationis, & maximè si est infeudatus, vt suprà dictum est. Si verò non habent superiorem, & tunc si consuetudo aliquid disponit, illam serua. Si verò nihil disponit, & tunc, si ex consuetudine habent aliquod tribunal certum in certo loco, & tunc iudex erit ille, qui est superior illius loci ordinarius; Si verò non habent

ex

ex consuetudine certum locum, tunc dicendum, vt de iudicibus habentibus iurisdictionem absque territorio, de quibus per Innoc. in c. cùm contingat. extra de foro compe. quia vel in loco, vbi morantur, vel in loco, quem elegerint, quibus casibus superior ordinarius illius loci erit iudex appellationis, iuxta not. per Host. in c. quanto. Et ista fuerunt verba But. in d. loco, de qua materia habetur in c. Romana. extra de appel. & in c. solitę. de ma. & obe. & in Spec. de appel. §. nunc tractemus. & plenè per Bald. infr. de inuesti. in ma. facta in fine. An autē ratione iuramenti iudex Ecclesiasticus sit iudex in causa feudali? dic ꝑ Bal. in l. liberti. C. de oper. liber. & quod dixi in §. fin. infr. de inuestit. in ma. fac. De modo autem & forma eligendi locum, dic vt per gloss. infr. de prohi. feud. aliena. per Fede. in §. fina. Sed quid si dominus conqueritur de Vasallo, & Vasallus de domino? dic quòd causa Vasalli prius debet discuti, quoniam pares habent maiorem iurisdictionem de suo pari, quàm de suo domino, vt dixit Iaco. Ardiz. de conten. feu. sub prima rubrica. & ibi etiam tenet, quod pares ex causa suspicionis possunt recusari per l. apertissimi. C. de iudi. sed de hoc dic vt dixi infr. de inuesti. in ma. fac. in fine.

Vltimò ad materiam præsentem iurisdictionis feudalis. vide alia quæ dixi infrà de inuesti. in mari. facta. in princip. & in §. fin. & in remissionibus ibidem adductis. & infr. de controuer. feud. apud pat. termi. in c. 1. & infr. de lege Cor. in principio. & infrà in titulo an apud iudi. vel. do. quæst. feud. determi. debe. & plura quæ dixi in d. §. penul. infr. de prohi. feud. alien. per Fede. & in remissionibus, quas ibi scripsi, & per Innoc. & Canonistas plenè in d. c. cæterùm. de iudi. & extra de fo. competen. in c. ex transmissa. & in c. verùm. & per Iac. Ardizo. in summa in titu. de conten. feud. sub prima rubricella. cum sequen. & seq. & plenè in directoria iuris titul. de feud. in §. quæritur per quem iudicem. vsq; in fin. & plenè per Hostien. in summa titul. de feud. in §. fina.

SI ALIQVIS. Quidam nesciētes adaptare istud capit. ad titul. nostrum, posuerunt hîc vnam rubricam talem, videlicet, qualiter alienationes militum euacuari debeant. Quæ rubrica falsa est, nec ea vti debemus secundum gloss. hîc positam. Nam istud capitulum est commodè situatum sub rubrica nostra, Apud quem vel quos, &c. hoc modo, videlicet, quia etiam si vertatur controuersia inter prædictos Capitaneos, seu maiores vel minores Valuatores, de quibus proximè in præcedenti capitulo dixit super alienatiōe feudorum suorum, tunc similiter talis contentio debet ventilari, coram suprascriptis iudicibus, de quibus suprà dixi. Et quòd ista adaptatio huius capituli ad rubricam nostram conuenit, patet ex §. penult. infr. de prohi. feud. alie. per Fede. qui cùm sit positus sub rub. tractante de alienatione feudorū, nihilominus describit iudices competentes, qui circa prædicta iurisdictionem habent. Et in summa hoc intendit istud capitulum.

Alienatio feudi legitimè facta ꝑ Vasal. reuocatur, si ipse vel eius hæres moriantur sine hæredibus. hoc dicit. Et præmitte pro euidentia id, quod dixi supr. de aliena. feud. in primo notabili, videlicet, quòd de iure antiquissimo, in quibusdam curijs licitum erat Vasallis alienare totū feudum, etiam sine domini voluntate. In quibusdam solùm pro parte, vt infr. quid iuris sit, si post alienat. feud. id recupe. in c. 1. Hodie in nulla parte potest alienare, vt inf. de prohib. feud. alie. per Loth. & de prohibi. feu. alie. per Fede. in l. 1.

Item præmitte totum istud capitulum loquitur secundum iura antiqua, & non secundum iura hodierna, & legitur duobus modis in gloss. Primo modo, quòd loquatur de alienatione licita, quæ secundum iura antiqua procedebat, vsque ad medietatem feudi. Secundo modo, quòd loquatur de alienatione illicita, sed quòd recitet accidentiam facti, & tollat dubitationem, an ab emptore bonæ fidei possit auferri sibi per Vasallum illicitè vēditum. Tertio modo legitur per Andre. de Isern. vt loquatur de alienatione licita, quæ secundum iura antiquissima in quibusdam curijs poterat fieri in totum. Et iste intellectus mihi plus placet, vt infrà dicam.

In textu ibi, vel de minoribus, qui sint omnes isti, declaraui supr. in capitu. præcedenti. Ibi, beneficium, id est, feudum, vt ibi dixi. Ibi, sine hærede, id est, sine filio masculo, quia ita capitur in materia feudali, vt suprà de alienatione feudi. in §. & si clientulus. & in glossella hîc posita. Ibi, vel partem, expone, vel pro id est, secundum glossam, cùm solùm esset licitum alienare partem sine volun-

voluntate domini de iure antiquo, ſecundum gloſſ. Vel legas propriè, quia etiam de iure antiquiſsimo poterat totum feudum alienari, vt ſuprà dixi. Ibi, ſenioribus, id eſt, dominis, à quibus tenent feuda, vt dixi ſuprà in titu. præce. in c. 1. Ibi, aperitur, id eſt, liberè reuertitur ad dominum in præiudicium alienantis, & hæredũ ſuorum, vt not. infrà de prohi. feud. alie. per Fe. in §. callidis. & obſtante, quod emptor fuerit bonæ fidei, vt ſtatim dicam glo. Ibi, reuocari debet, id eſt, poteſt ſecundum gl. & benef. Et ſic iſtud verbum, [a] DEBET, quod eſt neceſsitatis, efficitur voluntariũ, ſicut interdũ econtrà, vt in gloſſa hîc poſita, quæ ad hoc allegauit concordantes. Nam vult dicere, quod dominus nõ compellatur recipere ab emptore, ſi non vult, quia poſſet ei dimittere, & eum inueſtire de nouo ex gratia, vt infrà quemadmodũ. feud. ad fili. perti. in c. 1.

[a] *Verbum Debet. Adde gl. in Cle. attendentes. de ſta. reg. gloſſ. & Abb. in c. ſi vir. de adul. Ab. in c. 1. de deſpon. impu. Ab. in c. cum locum. de ſpõ. gloſ. in l. ſæpè audiui Cæſarem. ff. de offi. præſi. Bar. in l. creditores. C. de pignoribus.*

Nota ex hoc textu, quod reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris, de quo latè dixi ſuprà quibus modis feudum amit. in §. rurſus. Vnde pro inueſtiganda veritate huius capituli dic, quod aut volumus intelligere, quod iſte textus habeat reſpectum ad iura antiquiſsima, ſecundum quæ in quibuſdam curijs poterat Vaſallus licitè vendere totum feudũ ſine voluntate domini, quo caſu dictum feudum remanebat apud emptorem eodem iure, quo erat apud venditorem, vt infrà de lege corra. in §. profecto. Et ideò ſicut dictum ius fuiſſet reſolutum apud vendentem, ſi mortuus fuiſſet ſine hæredibus: ita quoque reſoluetur apud emptorem, quia durabit apud ipſum emptorẽ ſolũmodo tantum, quantum duraſſet apud venditorem. Si verò velimus intelligere, quod loquatur ſecundum iura antiqua, ſecundum quæ in quibuſdam curijs licitum erat vendere feudum vſque ad medietatem duntaxat: tunc eodem modo procederet dicta ſolutio in dicta parte licitè alienata, vt patet in d. §. rurſus. ſed tunc oportet, quòd iſte textus loquatur impropriè, vel pro id eſt, vt ſuprà dixi. & probatur ſuprà de alienat. feud. in §. & ſi clientulus. & hoc voluit gloſſa ſecunda hîc poſita in ſui princip. Si verò vellemus referre iſtum textum ad iura hodierna, ſecundum quæ nulla pars poteſt alienari ſine conſenſu domini, vt infrà de prohibi. feud. alie. per Fe. in l. 1. tunc non poſſet iſte textus procedere, quia pars alienata reuerteretur incontinenti ad dominum, non expectata morte Vaſalli alienantis, ſiue emptor fuiſſet bonæ fidei, ſiue malæ fidei, vt in d. §. callidis. Quod intelligas verum, ſi ipſe Vaſallus mortuus eſt, nedum nullis relictis hæredibus, ſed etiam nõ relictis aliquibus agnatis, ſi feudum erat paternum. Nam ſi reliquiſſet agnatos, tunc agnati vocarentur ad reuocandum feudum alienatum, excluſo domino, prout latè dixi infr. quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. in §. fin. in concluſionibus. Poſtremò prædicta gl. 2. in fi. ſui addit aliũ intellectũ, vcz, q; iſte text. loquatur de alienatione non licita: & iſte Caſus ita de facto proceſsit, prout præſupponit iſta litera. Verùm dubitatio ſola erat, an ſi emptor fuit bonæ fidei, vtrum dominus poſsit ab eo reuocare. Et reſpondetur, q; ſic, per iſtum textum, qui decidit hanc dubitationem. Non enim ſua bona fides ipſius emptoris, excuſat ipſum aduerſus dominum, ſed benè poterat ipſe emptor, tunc contra venditorem agere de euictione, vt dictum eſt in dicto §. rurſus. Et nunc habes iſtum textum expeditum, & declaratum cum omnibus gloſsis. Prior tamen intellectus, quem ſuprà poſui ſecundum Andre. de Iſern. magis congruit huic literæ, cùm nullam improprietatem neq; diminutionem contineat.

Vltimò ad materiam præſentem adducas alia, quæ dixi in §. aut ſi libellario. & in §. rurſus. ſuprà quibus modis feud. amitt. & ſuprà de alie. feud. in princ. & in §. 1. & in copioſis remiſsionibus, quas in quolibet prædictorum locorum adduxi.

CONSTITVTIONES FEVDALES DOMINI LOTHARII Imperatoris, quas ante ianuam beati Petri in ciuitate Romana condidit obſeruandas, &c.

RVBRICA.

HAec eſt vera rubrica ſecundum glo. & ea vtimur, licet aliqui non habeant rubricam aliquam. Et continuare debes ad præcedentes hoc ordine. Quoniam ſuprà in titulis præcedentibus, præſertim in tit. de feudo Marchiæ cum duobus titulis ſubſequẽtibus tractauit de materia ſucceſſoris feudorum. Poſtea ſubſequenter in titu. hic poteſt eſſe titulus quibus modis feudum amittatur. & in titulo proximè præcedenti in c. fin. tractauit de materia culparum, ex quibus Vaſalli priuantur feudis. Sed quia circa ipſas ſucceſſiones feudorum, & etiã circa culpas amiſſionis,

ſionis ortæ erant quædam dubitationes, quas Imperator Lotharius exiſtens apud Romam de conſilio plurimorum ſapientum & procerũ ſuſtulit & determinauit. Quæ conſtitutiones poſtea ab Oberto de Horto cõpoſitore huius libri, fuerunt hîc interſertæ, tanquam in loco congruenti. Incipiendo à ſupraſcriptione ſeu præambulo ipſarum conſtitutionum, vt patet in titulo noſtro dicitur. Conſtitutiones feudales domini Lotharij Imperatoris, quas ante ianuam beati Petri in ciuitate Romana condidit obſeruandas, &c. Poſtea ipſas cõſtitutiones ordinatim ſubijcit immediatè, & durant dictæ conſtitutiones vſque ad titulum infr. quemadmod. feud. ad filiam pertineat. Et ex hac rubrica ſeu ſupraſcriptione colligere & notare potes ſecundum Bald. quòd Imperator exiſtens Romæ, poteſt facere legem generalem vrbi, & etiam orbi. Specialem autem facere vrbi nõ poteſt, quoniam vrbs Romana eſt Papæ. 63. di. ego Ludouicus. & not. gloſſ. in l. 1. in §. cùm vrbem. ff. de offic. præfe. vrbs. & 23. q. 8. igitur. Quot autem nomina habeat ciuitas Romana, not. gloſſ. in Auten. vt Eccleſ. Romana, &c. Et eſt caput Italiæ, vt no. ff. de iudi. in l. cùm furioſus. quinimò etiam totius orbis, vt not. C. de veteri iure enu. in l. 1. Itẽ not. ex hac ſupraſcriptione argu. quod Notharius debet ſcribere locum initi contractus, de quo dic, vt in l. optimam. C. de contrah. & commit. ſtipul. & in data 6. lib. & in Speculo de inſtr. ędic. in §. poſtremo verſ. quid ſi locus. Ex rubricis enim poſſunt ſumi argumenta, vt not. C. de fideiuſſ. doti dentur. in l. 1. & ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſus. ſuper rubric. & in Auten. de inceſt. nupt. §. ſancimus. & in Spe. de diſpu. & alle. in §. fin. in fine. per Canon. de pœni. di. 1. hæc autem verba. & not. glo. in Prooemio 6. de quo per Bald. ſuper rubric. an ſeruus ex ſuo facto.

SVMMARIA.

1 *Caſus nouus ſi emergat ad principem recurritur.*
2 *Sancimus verbum Imperatoris eſt.*

SI QVIS EX. Licet cõmodè ſummari non poſſit iſte titulus, quia ponit præambulũ ad conſtitutiones ſequentes: tamẽ quantum ad intellectum, hoc poteſt intendere Imperator Lotharius præcepit conſtitutiones editas per ipſum, de conſilio prudentum, ſuper beneficijs militum tam circa ſucceſsiones, quàm culpas ab omnibus obſeruari. hoc dicit. ſecundum Iaco. de Belui. & Bald. In textu ibi, ex militibus, ſcilicet, Vaſallorum, & quod dicit de militibus, idem intelligas de alijs Vaſallis, qui non ſunt milites, vt not. glo. infr. de feud. ſine culp. non amit. in c. 1. Ibi, ordine, id eſt, matricula, vt probatur in l. ex eo tempore. ff. de teſta. mili. Ibi, de benef. id eſt, de feudo, vt declaraui ſuprà titulo proximo. Ibi, & ſucceſsione, dic vt patet infr. in duobus titulis ſequentibus. Ibi, & culpis, dic vt patet infr. titulo quarto & quinto. Ibi, Lotharij, de hoc Imperatore Lothario dixi infrà de prohib. feud. alie. per Loth. in princip. ſuper text. Ibi, laudamentum, id eſt, per conſilium approbantium. Ibi, Verone, ſubaudi, ſed adijcitur o in pronunciatione cauſa melioris ſonoritatis per Euphoniã. & dicitur Verona: aliàs eſt in textu Hiberna, aliàs Hibernus. Ibi, Syponti, non intelligas de Syponto Apuliæ, quia eſt ſubiecta Eccleſiæ, cui Imperator ſe non intromitteret 63. di. tibi domino. & in l. 1. C. de ſum. trini. Vnde intelligas de aliqua terra, vel oppido ſubiecto Imperatori, ita appellato, vel dic, quod non eſt curandum, de qua terra fuerint iſti ſapientes, quoniam etiam de terris ſubiectis Papæ, potuit Imperator habere ad conſilium ſuum. argu. in l. humanum. C. de legi. Neque ſequitur, quòd terræ vnde ſint ſapientes, intelligantur ſubiectæ imperio.

1 † Not. quod ſi occurrit caſus nouus, ſuper quo oportet ſtatui, recurritur ad Principem, & ille cum deliberatione ſapientum, procedit faciendo ſuum ſtatutum & conſtitutionem, vt hîc. & in d. l. humanum. C. de legi.

Not. quòd illud plurium autoritate & conſilio fit, maiori nititur autoritate. concordat. C. de repudijs. l. dubium. & extra de his, quæ fi. à ma. parte capituli in c. nouit. Et ideò ſolet dici, quòd Concilia dicuntur eſſe maioris autoritatis, quàm Decretales Epiſtolæ. Vnde dixit Archi. in c. 1. de conſti. lib. 6. quòd reſcripta impetrata contra Concilia non valent, niſi ſingularem faciant de illo cõcilio mentionem. Sed impetrata contra Decretalem Epiſtolam valent, ex generali clauſula, non obſtante aliqua decretali, quod eſt notatu dignum, tenet Bal. in d. l. non dubium.

Quæro cum glo. vbi ſit iſta conſtitutio Impera-

Imperatoris Lotha. de qua hîc fit mentio? Et respondet, quòd quidam, vt Py. voluerunt dicere, quòd sit illa, de qua habetur infrà de prohi. feud. alie. per Lotha. in l. 1. Quæstio non est verum secundum gloss. cùm in dicta constitutione non tractetur, nisi solùm de cul. alienationis: non autem de alijs culpis, de quibus hîc fit mentio. Quare dicendum secundum gloss. quòd statim subijcit ipsam constitutionem in ti. seq. qui incipit, Imperator Lotharius, &c. quæ constitutio durat vsque ad titul. infr. quemadmodum feudum ad filiam pertineat. Quod patet ex tribus. Primò, quia titulus sequens est intitulatus ipsi Imperatori Lothario. Secundò, quia in eo tractatur de omnibus prædictis culpis, de quibus hîc fit mentio. Tertiò, quia in ea est sæpius repetitum istud verbum, sancimus, quod propriè spectat ad constitutionē Imperialem. Posset tamen saluari opinio. Py. intelligēdo, quòd dicta l. 1. inf. de prohibi. feud. alie. per Lotharium fuerit vna & eadem constitutio. Et hoc voluit tota ista glo. vsque ad finem. Sed tu non recedas ab opinione glos. videlicet, quòd dicta constitutio sit illa, quæ statim sequitur vsque ad dictum titulum quemadmodum feudum ad filiam pertineat. Quæ constitutio postea per Glossatores fuit diuisa per titulos, & rubricas separatas, causa commodioris intelligentiæ, iuxta ea, quæ habentur insti. de lega. in §. sed ne in primis. Non autem potest aliquo modo intelligi de dicta l. 1. de prohibi. feud. alie. per Lothar. cùm illa fuerit edita apud Ronchalias Alemania. Ista verò fuerit facta apud Romam. Nisi fortè vellemus dicere de l. fi. posita in e. tit. de prohib. feud. alien. per Loth. quæ secundum suam suprascriptionem mittitur Eugenio Papæ, & vniuerso populo, sicut ista. Vnde possibile est, quòd illa l. fi. fuerit fortè de corpore huius constitutionis.

2 †Et not. ex hac gloss. quòd verbum, sancimus, est verbum Imperatoris. facit l. sancimus. cum si. C. de nupt. Ex pluribus & alijs cognoscitur lex Imperialis, vt habetur in l. 3. C. de legi.

Vltimò circa materiam successionis feudorum plenè videas supr. de successione feudi per totum. & infrà de na. suc. feu. vbi traditur. Circa materiam alienationis feudorum habetur inf. de Vasal. qui cōtra cōsti. Lotha. feu alie. in c. 1. & in d. l. 1. de prohibi. feu. alie. per Lotha. Circa materiam culparum ex delicto prouenientium, ex quibus feuda reuocantur, plenè habetur supr. quibus modis feudum amitt. per totum. & inf. quæ fuit prima causa benef. amitt. per totum. Circa verò materiam prouenientem ex negligentia Vasalli, ex qua feud. amit. habetur in d. l. fin. de prohibi. feud. alie. per Loth. & infr. quæ fuit prima causa benef. amitten. in prin. Et de prædictis omnibus particulariter aliquid tangitur. infr. hac eadem constitutione, quæ est in quatuor titulis sequentibus.

IMPERATOR LOTHARIVS EVGENIO Papæ, &c.

RVBRICA.

Ista est vera suprascriptio ad cōstitutionem Imperatoris Lotharij, de qua supr. titu. proximo fecit mentionem, quam cōstitutionē nunc immediatè subijcit, & durat prædicta constitutio vsque ad titulum infr. quemadmodum feud. ad filiam pertineat exclusiuè, licet ipsa cōstitutio, vt infrà patet, sit diuisa in plura capitula, & rubricas separatas, causa commodioris intelligentiæ, vt dixi in d. titul. supr. proximo. Quidam autem hîc nullam habens suprascriptionem seu rubricam. & malè. Quoniā hîc ponitur principiū ipsius constitutionis, quā ipse Imperator Lotharius mādat Eugenio Papæ, & vniuerso populo, prout in simili videmus in l. fina. infr. de prohibi. feud. ali. per Lotha. Et ex prædictis potes colligere cōtinuationem huius rubricæ, seu suprascriptionis, ad preambulum seu rubricam præcedentem. Et consequenter declarationem glossæ hîc positæ. Notabis insuper ex textu huius rubricæ seu suprascriptionis, quòd Imperator in scribendo se præponit Papæ. Simile videmus in Epistola reddentes. C. de sum. tri. & fide Catho. in suprascriptione ibi posita. Sed hodie secùs esset, vt in c. solitę. extra de ma. & obe. Et circa hoc videas in Auten. quomodo oportet Epi. in princip. col. 1. & 97. di. victor.

SVMMARIA.

1 *Militi Vasallo morienti succedet primo loco filius.*

2 *Transuersales an succedant militi in feudo nouo acquisito.*

3 *Diuisio simplex in feudo paterno postea aperto, diuidentibus non præiudicat.*

4 *Vasallo refutante feudū paternum, vt alter inuestiatur, desinit ei esse paternum.*

1 SI QVIS MILES. †Si miles Vasallus moriatur, succedit sibi primo loco filius si extat, si nō extat, tunc succedit sibi nepos ex d. filio, & si dictus miles relinquat dictum filium & fratrem, tunc filius dictus succedit, excluso dicto fratre, etiamsi feudum fuisset antiquum, sed si postea dictus filius militis decederet, tunc benè succederet sibi in ipso feudo antiquo prædictus frater militis, qui tūc erat patruus ipsius filij mortui. hoc dicit. Et diuiditur in tres partes. In prima declarat, quando moritur miles Vasallus, relicto nepote ex filio, quo casu nepos succedit. In secunda, quādo reliquit filium & fratrem, quo casu filius in succedendo excludit fratrem. In tertia, quando reliquit filium & fratrem, sed postea dictus filius moritur relicto dicto suo patruo, qui fuerat frater militis, quo casu dictus patruus succedit dicto suo nepoti. Secunda ibi, & si hæredem. Tertia ibi, & si filius.

Præmitte pro euidentia, quòd istud capitulum loquitur in feudo antiquo. Item, quòd in successione feudorum primo loco vocantur descendentes masculi in infinitū. secundo & collaterales, dummodo descendant à primo acquirente, quando feudum est antiquum, vt infrà de gradi. in princ. & in §. 1. quoniam in feudo nouo non succedunt collaterales, nisi expressè per pactum fuerit hoc dictum, vt supr. qui feudum dare poss. in §. & quia. & ibi plenè dixi supr. de successio. feud. in §. fi. Quando autem dicatur feudum esse antiquum, & quando nouum videas in præambulis libri, vt ibi dixi. Item præmitte, quòd feudum potest peruenire ad vnum solum fratrem ex diuisione inter eos facta, vt inf. si de feud. fue. contro. in c. omnes. In textu ibi, miles, dic idem, si non est miles, vt not. glo. inf. tit. 2. in c. 1. & statim dicam in glo. hic posita. Ibi, beneficio, id est, feudo, vt pluries declaraui in titulis præcedentibus, Ibi, succedit, scilicet, nepos prædictus. Ibi, hæredem, id est, filium masculum, vt suprà de aliena. feu. in §. & si clientulus. Ibi, ipse, scilicet, filius prædictus. Ibi, succedit, subaudi, excluso dicto fratre defuncti. Ibi, & si filius, subaudi, prædictus relictus cum fratre defuncti. Ibi, fratris, hoc est, ipsius militis iam defuncti, qui reliquerat dictū filium & fratrem, qui nunc superest, qui quidem frater est patruus ipsius filij. Ibi, mortuus fuerit, subaudi, sine descendentibus masculis, vt suprà de feud. Marchiæ in c. secundo. Ibi, frater patris, subaudi, qui frater erat patruus huius filij nouiter defuncti. Ibi, aui, appellat auum respectu huius filij nouiter defuncti, quasi velit dicere & præsupponere, quòd istud feudum non fuerat acquisitum de nouo, per ipsum militem patrem huius filij, sed fuerat etiam aui istius filij, hoc est, patris ipsius militis, & consequenter frater huius militis superuiuens, potest succedere in dicto feudo, tanquam paterno, postquam dictum feudum non habuit initium à dicto fratre suo milite, sed à patre eorum, in quo ipsi filij succedunt, etiam inter se, vt suprà qui feudum dare possunt in vers. cùm verò coradus. & dictum feudum peruenerat ad dictum militem ex diuisione inter ipsos fratres facta.

Not. quòd in successione feudi antiqui seu paterni primo loco vocantur descendentes, & his deficientibus transuersales ex virtute primi acquirentis, vt hîc in fin. & in d. §. 1. infr. de gradi. Vtrum autem isti transuersales veniant in stirpes, vel in capita, dixi suprà de success. feud. in prin. in vltimo notabili.

Not. quòd nepos ex filio præmortuo succedit in locū dicti filij eiusdemq; patris, vt hîc. & suprà de his, qui feudum dare poss. in §. & quia. & suprà de successione feudi in prin.

*Not. quòd ascendentes per lineam transuersalem, succedunt in feudo suis descendentibus transuersaliter, quod patet hîc in fin. quia patruus succedit nepoti. Secùs autem est in ascendentibus per lineam directam, quod non succedunt suis descendentibus in linea directa, vt infr. de natura success. feud. in c. 1. secundum Iacob. de Bel. & ibi dixi.

2 †Quæro cum glo. pro intellectu huius literæ, an in feudo nouo acquisito per militem, succedant transuersales ipsius militis excluso domino? Et videretur dicendum quòd sic, per istum textum, qui videtur sentire, quod frater succedere posit fratri militi morienti sine descendētibus, quasi speciale sit in tali feudo militari. Sed in CONtrarium est veritas, vt non succedat, quoniam non reperitur hoc expressè cautum. Nec ob. iste text. quoniā loqtur in feudo paterno, vt expressè patet ex eo, in quo benè habet locum talis successio inter fratres prouenientes & descendentes à primo acquirente. vt supr. dictum est, sed in feudo nouo non est fienda differentia inter militem, & alium, quia nunquam v-

nus frater, vel transuersalis succedit alteri, nisi expressè p pactũ hoc fuerit cautũ, vt supr. de feud Marc. in c. si duo. sup. de suc. feud. in §. fi. Et hoc voluit ista gl. vsque ad vers. quid ergò, &c. Quæ glo. benè loquitur, & tenetur per Iaco. de Bel. Pet. de Cer. And. de Iser. & Bal. & Communiter Scribentes, pro qua facit supr. qui feu. da. poss. in §. & quia. in fin. & quod not. in d. c. 1. de feud. sine cul. non amit. Fatendum tamen est, quòd in quibusdam casibus frater potest succedere fratri in feudo nouo, quos statim videbitis infr. in titu. seq. Vnde ergò teneas, quòd ea, quæ dicũtur de milite, habent locũ etiam in nõ milite, quia eadem est ratio. Sed iste textus ideò facit mentionem de milite, quia vt plurimum in omnibus istis constitutionibus Lotharij Imperatoris feudarij appellantur milites, cùm vt plurimũ haberent Vasallos milites secũ. Dantur enim feuda Vasallis regulariter, vt defendant dominum, vt supr. de his, qui feudũ dare possunt in §. hoc quoq;. Sicut enim miles dicitur, quia de mille eligitur vnus, vt ff. de militari testamento. in l. 1. in fine. sic dominus, quando dat feudum, solet eligere illũ, qui possit seruire, & ipsum adiuuare secundum And. de Iser.

Quæro subsequenter cum dicta glossa, quid si duo fratres diuidant inter se bona communia, & ex dicta diuisione perueniat ad vnum ex eis feudum paternum, postea iste, qui possidet dictum feudum, moritur sine hæredibus, an dictum feudum reuertatur ad alium fratrẽ superuiuentem, an verò ad dominum? Et respondet gloss. quod aut iste frater superuiuens refutauit omninò dictum feudum tempore diuisionis, vel etiam refutauit cum hoc, quod dominus deberet inuestire alterum fratrem nunc mortuum, tanquam de feudo nouo. & tunc istis casibus feudum reuertitur ad dominũ, excluso isto fratre superuiuente. Aut non refutauit prædictis modis, sed simpliciter fecit finem, remissionẽ, quietationem, & refutationem de dicta parte bonorum, prout in diuisionibus simpliciter fieri solet. & tunc d. feudum reuertitur ad fratrem istum superuiuentem, vt inf. de natura success. feud. in c. 1. & inf. de eo, qui finem fecit agna. in c. 1. cum simi. Et hoc voluit tota ista gloss. vsque ad fin. quæ glos. notabiliter loquitur, ex qua elicias quatuor cõclusiones veras & indubitatas, quarum tres sunt Bald. & quartam addidi.

3 †Prima conclusio est ista: Simplex diuisio non præiudicat diuidentibus in successione feudi paterni, quod postea in futurum aperitur. Et est ratio, quia dictum feudum erat paternum. Item, quia diuisio non comprehendit futuros casus, vt in l. cùm pater. in §. hæreditatem. ff. de lega. secunda.

Secunda conclusio est ista, quod diuidit etiam refutando, non intelligitur refutare ius futurum, sed solùm id, quod in præsenti est liquidum. Et est ratio, quia contra naturã refutationis est, quod extendatur ad futura. l. si ita in §. si sub conditione. ff. de lega. 2. & not. in l. 1. C. de pact. & in l. fi. C. de bonis liber.

4 †Tertia cõclusio est ista, quod quando Vasallus refutat expressè feudum paternum ad hoc, vt alter inuestiatur de eodem feudo, tanquam nouo, tunc feudum desinit esse paternũ in præiudicium refutantis, & ideò mortuo receptore, non reuertitur amplius ad ipsum refutantem. Facit quod nota. in l. si familiæ. C. familia herciscunde. Et est ratio, quia dictum feudum in inuestitura noua mediante ipsa refutatione, assumpsit sibi nouam formam substantialem, & est recessum à veteri forma. Et sic istud feudum, quod primò erat antiquum, nunc est effectum nouũ. Nam res potest ex pacto nouam formam assumere. ff. de acquir. poss. in l. si quis autem. Et vltima pacta, derogant prioribus. l. pacta nouissima. C. de pac.

Quarta conclusio est, quod agnatus potest omninò renunciare iuri succedendi in feudo, in futurum. Et de hac conclusione dixi infrà de eo, qui finem fecit agna. in c. 1. & in primo notabili.

Quæro ab extra, quid si isti fratres erant simul inuestiti de feudo nouo cum pacto, vt alteri accresceret, & vnus renunciauit alteri, an si postea aperiatur, vtrum reuertatur ad fratrem superuenientem renunciantem, an ad dominũ? & q̃d reuertatur ad dominum. facit quod no. in l. solita. C. de remiss. pign. Pro fratre autem facit ista gloss. & ff. de vul. & pu. in l. ex facto. in §. Iuli. Longinus. Et hanc partem videtur sequi Bald. quia quanquam refutauit, tamen non desijt esse omninò Vasallus. argumen. in capitulo primo. infr. de Vasall. qui contra constitut. Lotharij feud. alien. Quod intelligerem verum, nisi expressè constaret, quod iste renuncians voluisset in totum se excludere à iure futuro d. feudi per ea, quæ supr. dixi.

Quæro quid si habens feudum antiquum, moriatur relicto patruo suo, relicto

filio

filio fratris, qui sunt ambo in tertio gradu, quis præferatur ad successionem talis feudi? & dic, quod filius fratris, vt dixi inf. de natura success. feud. in c. 1. q. penult.

Vltimò ad materiam præsentem nostram videas suprà in titulo de feudo Marchiæ in §. si Capitanei. & sup. de successione feudi in prin. & infr. de natura success. feud. in c. 1. & in pluribus remissionibus ibi adductis. & infrà in tit. de gradi. in c. 1. in §. his verò. & quod statim dicam in tit. seq. De materia autem finis quietationis & refutationis, quæ fit inter fratres, dic plenè, vt habetur in dicto tit. infr. de eo, qui fin. fecit agna. & in copiosis remissionibus ibi descriptis, & quod dixi in c. 1. inf. de Vasal. decre. ætatis. & per Bald. in isto capitulo, qui de prædictis plura dicit examinando. §. duo fratres. in l. qui Romæ. ff. de verb. obli. quæ materiam nostram feudalem non tangunt.

DE BENEFICIO FRATRIS, ET QVALITER Frater, &c.

RVBRICA.

Qvidam non habent hîc aliquam rubricam, cùm ea capitula, quæ sequuntur, sint pars constitutionis, Lotharij Imperatoris, de qua suprà in duob. titulis præcedentibus facta est mentio, & hoc sensit glossella hîc posita. Alij autem & melius habent rubricam de beneficio fratris, & qualiter frater fratri in feudo succedat. Et quanquam iste titulus sit pars d. cōstitutionis: tamen per Glossatores prædicta constitutio fuit diuisa per titulos, & capitula separata, vt not. super titul. proximo. Et ex his potes elicere continuationem ad præcedentia, quoniā suprà tit. 2. in præambulo ipsius constitutionis pollicitus est, se tractaturum in hac cōstitutione de successione feudi, & de culpis, ex quibus ipsa feuda amittuntur. Postquam igitur in tit. præcedenti incipit tractare de materia pertinente ad ipsam successionem. Nunc prosequendo eandem materiam, addit alios casus, qui in hoc titulo seriatim describuntur.

SVMMARIA.

1 *Feudum emptum à communibus bonis à fratre, nomine tamen vtriusque, & domino sciente: quæ sint necessaria.*
2 *In feudo nouo, licet ex dispositione iuris successio collateralium sit prohibita: tamen per pactum hoc potest fieri licitum.*
3 *Frater fratri in feudo nouo, quatuor casibus specialibus succedit.*
4 *Ex cuius pecunia aliquid sit emptum refert scire, non autem cuius nomine.*
5 *Verba legis in feudali materia impropriari possunt.*
An feudum emi possit, quomodo & quando. num. 4. & 5.
6 *Gratis quandoq; quid est licitum, quod precio non est permissum, & econtrà.*
7 *Quare in feudo nouo empto, vt frater succedat fratri, requiratur scientia domini.*
8 *Quid sit dicendum, si frater, qui acquirit feudum nomine vtriusq;, protestaretur coram domino, quòd non velit acquirere fratri, an per hanc protestationem illud feudum acquisitum censeatur esse commune?*
9 *Si frater acquirat feudum nomine vtriusq;, alter verò nolit habere ratum, quid sit dicendum.*

SI QVIS ACQVI. Diuide in duas partes principales. In prima parte ponit vnam regulā, quę talis est, videlicet, q; in feudo nouo frater nō succedit fratri vsq; ibi nisi. In secunda ponunt quatuor exceptiones à d. regula, quarum prima est ista, vcz, nisi quando tpe inuestituræ fuisset per pactum ordinatū contrarium. Secunda est ista, quando d. feudum fuisset acquisitum de communibus bonis, & domino sciente. Tertia, quando ipsi fratres starent simul, & d. feudum fuisset acquisitum per alterum ipsorum, de proprijs bonis, nomine tamen vtriusq;, & domino sciente. Quarta, quando dicti fratres d. feudum acquisiuissent, existentes in exercitu cum domino, & sibi seruiendo cum equis & armis communibus, ipso domino sciente. Et hæc diuisio capit verum intellectum huius literæ, & ideò eam aliter nō summo. In textu ibi, beneficium, id est, feudum, & intelligas de nouo, quia secùs esset in feudo antiquo, vt suprà declaraui. sup. tit. proximo. Ibi, non succedat fratri, subaudi, etiam si fuissent simul inuestiti, vt supr. de success. feu. in c. fi. Ibi, ordinatum fuerit, scilicet, per pactum expressum appositum in inuestitura, vt in d. c. fi. & supr. de success. feu. in §. fin. Ibi, hærede masculo, quid hoc importet traditur sup. de alie. 1 feud. in §. & si clientulus. †Ibi, fuisset emptum, subaudi, ipsis fratribus stantibus simul, & domino sciente, quod est inf. & ita isto casu ista tria sunt necessaria, vt statim dicam in not. licet gloss. prima hîc posita in fin. sui teneat contrarium, videlicet, vt nō sit necessaria cohabitatio, & malè. Ibi, vel vtriusq; nomine, subaudi, fuisset emptum, sed de proprijs bonis ementis, vt differat à præcedenti, quo casu si stant simul, & dominus prædicta sciuerit, habebit lo-

cum ſucceſsio. Vnde ergò intelligas, quod ad hoc, vt habeat locum iſte tertius caſus, ſunt neceſſaria omnia iſta quatuor, videlicet, quòd dicta emptio ſit facta nomine vtriuſque. Item, quòd de pecunia propria ementis. Itē, quòd ſtent ſimul. Item, quòd dominus ſciat. Ibi, vel in hoſte, id eſt, in exercitu. Ibi, Regis, potes intelligere de Imperatore, vel etiam de quocunq; alio Rege, vt dixi ſuprà qui feudum dare poſſ. in princip. ſuper text. & infr. de nouo for. fid. in princ. ſuper text. ſecundum Andre. de Iſern. Quinimò, vt puto, poteſt iſte text. extendi ad quemlibet dominum exiſtentem in exercitu. facit c. 2. infr. de frat. de no. ben. inueſtit. & infrà de pace iura. fir. in fin. & infrà de prohibi. feud. alien. per feud. in §. firmiter. præſertim cùm eadem ſit ratio, argumento eorum, quæ dixi ſuprà de feud. March. in c. fin. in vltimo notabili. & hodie æquiparari, vt ſupr. de natura feud. in fin. Et quòd hoc ſit verum probatur in l. ſi fratres poſt mortem in Lombar. de ſucceſſ. ex qua lege eſt iſte textus ſumptus, ſecundum gloſſ. vlti. in fin. hîc poſitam, vbi non videtur magis ponderari, an ſit acquiſitum in exercitu Regis, quàm alterius domini. Ibi, acquiſiuerint, ſcilicet, ſeruiendo cum armis & equis communibus, domino ſciente: ſecùs eſſet, ſi domino ignorante, vt probatur in d. c. 2. inf. de fra. de no. bene. inueſti. cùm ibi not. in glo.

2 † Not. quod licet ex iuris diſpoſitione, ꝓhibeatur ſucceſsio inter collaterales in feudo nouo: tamen per pactum in CONtrarium firmari, videlicet, vt ſucceſsio habeat locum, vt hîc. & ſupr. de his, qui feud. dare poſſ. in §. cùm verò. & ſupr. de ſucceſ. feu. in fi. §. Ex quo infertur, quòd maioris potentiæ eſt pactū, quàm lex. Et eſt ratio, quia nihil eſt magis cōgruum humanæ fidei, quàm ſeruare pacta, vt in l. 1. ff. de pact. Et quia contractus ex conuentione legem accipiunt, vt ff. depoſiti. in l. 1. in §. ſi conuenerit. & dixi ſupr. de feud. Mar. in c. fi.

3 † Not. quatuor caſus ſpeciales, in quibus frater ſuccedit fratri in feudo nouo, quos declara, vt dixi ſupr. in diuiſione. In feudo autem antiquo clarum eſt fratres inuicem ſibi ſuccedere, vt infr. de gra. ſuc. in feud. in c. 1. in §. his verò. No. quòd feudum acquiſitum per vnum ex fratribus ſtantibus in communione, & de pecunia communi, & domino ſciente efficitur commune dato. quod frater meus emerit nomine proprio, vt hîc. Et ſic ſunt iſto caſu neceſſaria iſta tria, vcz, ꝙ pecunia ſit cōmunis, & ꝙd ſtent ſimul, & quod dominus ſciat, & ita tenet gl. ſuꝑ verbo nominatim. in §. & qa. in fi. ſupr. de his, ꝗ feu. da. poſſ. licet gl. 1. hîc poſita in fi. ſui nō reqrat, quòd ſtent ſimul, & nō benè vt dixi ſuper tex. Et eſt ratio, qa quando ſimul ſtant, videtur vnus dare alteri auxilium, vt dixit Inn. in c. continentia, extra de cle. percuſ. facit l. 1. in §. fi. ff. de his, qui deie. vel effu. licet Bal. videatur ſeq glo. hîc poſitā.

4 † Et ex prædictis poteſt inferre, hîc eſſe caſum, in quo nō refert, cuius nomine ematur, ſed ex cuius pecunia, vt hic in d. glo. 1. in fin. de quo dic latius, vt no. in d. §. & quia, & quod ibi ſcripſi.

Oppo. cum glo. 1. contra id, quod hîc præſupponitur, videlicet, quòd feudū poſſit emi, &c. cuius CONtrarium legitur in c. 1. infr. de feu. da. in vicem legis commiſ. vbi expreſſè dicitur, quòd feudum non acquiritur ſub prætextu pecuniæ, ſed amore & honore domini. Solut. Hîc loquimur, quando quis à Vaſal. emit domino ſciente, ꝗ caſu licet, vt hîc. Ibi verò loquit, quando vult emere à domino, quo caſu nō licet, vt ibi. Nec ob. huic ſolutioni text. in c. 1. infrà quemadmodum feudum ad fin. pertine. vbi videtur dici, quod etiam à domino poſſit feudum emi, quoniam ibi verba improprianur, cùm verbum redemerit ibi poſitum, non ſtat propriè pro emptione, ſed ꝑ alia acquiſitione facta ſine precio, vt quia propter ſeruitia præcedentia exhibita domino, acquiſiuit dictum feudū, quoniam dominus non volens eſſe ingratus propter dicta ſeruitia & amorem, cōtribuit dictum feudum. & hoc voluit iſta gloſſ. vſque ad verſ. hîc autem notabis. Ex qua glo. elicias

5 duas cōcluſiones. † Prima eſt, quòd in materia feudali verba legis poſſunt impropriari, & extra propriam ſignificationem reduci. Et probatur iſta concluſio per d. c. & per ea, quæ habentur. ſupr. de feud. alie. in §. & ſi clientulus. & ſupr. ti. apud quem vel quos. in c. 2. in fin. & infr. de eo, qui ſibi hæred. quæ ſuis. infr. c. 1. facit. ff. de rei ven. in l. qui reſtituere de leg. 2. in l. cùm quidā. de pig. ac in l. petenti. ff. ſol. mat. in rub. C. de iure dot. ſi mulier. cum fin.

Alia concluſio eſt, quòd quis non poteſt acquirere feudum à domino per pecuniam. Et hanc concluſionem firmat hîc gloſſ. per text. in d. c. 1. infr. de feudo dato in vic. legis cōmiſ. & eam ſequitur Iaco. de Bel. & Nic. de Nea. Sed do. Bal. in ſolutiōe, quam tradit ad d. c. 1. intelligit tripliciter iſtā materiā, vcz, primò, ꝙ dominus poteſt vendere feu. ꝑ pecuniā, vt hîc, ſʒ de vrbani-

tate

tate tamen debet se abstinere, vt ibi. Secundò, quòd dominus potest vendere modico precio, vt hîc: non autem iusto precio, vt ibi. Tertiò, quòd dominus non debet vendere, vt ibi: tamen si vendit, tenebit venditio, vt hîc. & suprà qui feud. dare poss. in fine. Sed tu melius & subtilius intelligas istam materiam secundum Iacob. Ardiz. & Andr. de Isern. vt indistinctè possit, quis per pecuniam emere & acquirere feudum à quocunque, siue à domino, siue à Vasallo de voluntate domini, nulla facta distinctione. Et hoc probatur ex pluribus.

Primò per gloss. in d. c. 1. de feud. da. in vicem legis com. quæ hoc expressè tenet. Secundò per text. in d. c. 1. inf. quemadmo. feud. ad fi. pertineat, vbi est casus non violando literam, vt violare voluit ista glossa. Item probatur per text. infr. de inuesti. in mari. fac. in c. 1. in prin. Item per text. infr. si de feudo fue. contro. in c. Titius. in fine. Item per text. supr. quib. mod. feu. amit. in fine. & suprà de natura feudi in 1. Item per istum text. qui simpliciter loquitur. Item probatur etiam de iure Canonico per capitulum ad nostram, extra de rebus Eccle. non alie. Item probatur ratione, quoniam feud. æquiparantur in militijs. in Autē. de exhi. & intro. re. in §. optimū. Militiæ autem emuntur, vt ibi. & C. de pigno. in l. fi. & C. de inof. testa. in l. omninò. in §. planè. Non obstat huic determinationi CONtrarium suprà signatum de. c. 1. inf. de feudo dato in vicem legis commissoriæ, quia debet intelligi & restringi solùm ad materiam suā propriam, de qua loquitur suum rubrum & nigrum. l. prima. §. 1. ff. depositi. & C. de imponen. lucra. descrip. l. 1. ff. de iur. & facti ignorantia. in l. regulæ. in fine: vnde benè fatendum est, quòd in eo casu, de quo loquitur d. capitulū primum, non potest acquiri feudum per pecuniam, eò, quia d. casu pactum & conuentio reprobantur, vt ibi: prout in simili videmus in eo, qui habet feudum Guardiæ & Gastaldiæ, qui durante officio nō posset acquirere feudum, vt visum est supr. de feud. Mar. & Gastal. in c. 1. vbi autem essemus in casibus, in quibus pactum & conuentio non reprobaretur, tunc dicendum, quòd possint feuda acquiri per pecuniam indistinctè, vt supr. dictum est. & ita tenuit Andr. de Iser. hîc. & supr. de natura feud. in c. 1. & Iac. Ard. in sum. sua charta quinta sub rubricella, quod verus dominus potest in feu. dare ꝓcio, &c. Et hæc est ipsa veritas, à qua etiam dominus Bal. quantum ad effectum, non multū discrepat, vt sup. patet.

Oppo. subsequenter cum dicta glo. in vers. hîc autem notabis, &c. contra ea, quæ supr. præsupposuerat glo. videlicet, q̀, feudum possit acquiri sine pecunia: nō autem cum pecunia, &c. quod videtur esse cōtra l. palàm. ff. de ritu. nup. vbi patet, quòd illud non est licitum cum pecunia, non debet licere etiam absq; pecunia. Solut. huius timore & similium cōtrariorum, dicit ista glo. quòd hæc est via Brocardica, quoniam interdū aliqua iura disponunt, quòd illud, quod non licet cum precio, tamē licet gratis, vt ff. de his, qui nō. infa. in l. furti. in §. pactus. Interdum quòd illud, quod non licet cum precio, non licet etiam gratis. d. l. palàm. Interdum quòd ille, qui potest gratis donare, potest etiam vendere, vt in regula, cui ius est donandi. ff. de reg. iur. Interdum reperitur contrarium, quòd quis potest vendere, non autem donare, vt in l. contra iuris in fine. ff. de pac. & C. de admi. tu. in l. non omnium. Quare pro solutione harum varietatum se remisit ad libellum dispu. Py. & hoc voluit ista glo. vsque ad vers. quod autem, &c. Sed tu breuiter sic soluas, quòd illud, quod non licet gratis neque cum precio habet locū in negotijs omninò ꝓhibitis, vt patet in d. l. palàm. Illud verò, quod licet gratis & cū precio, habet locum in negotijs omninò permissis, vt in dicta regula, cui ius est. Illud verò, quod licet gratis, & non cum precio, vel econtrà habet locum, quando subest aliqua causa vel ratio, propter quam ita disponitur, prout expressè colligitur ex omnibus dictis iuribus ad hoc allegatis secundum Iaco. de Belui.

Quæro cum glo. fin. quæ fuerit ratio, quare scientia domini requiratur in casibus hîc descriptis? Et respondet, ne dominus ipse compellatur habere alium Vasallum, quam voluerit habere, vt dixit textus in d. c. 2. in fi. de fra. de no. be. inuesti. Nam ex eo, quod sciuit, & nō contradicit, videtur cōsentire, vt in regula q tacet. ff. de re. iur. licet alia regula videaꝫ esse in CONtrarium, videlicet, quòd ille, qui tacet, intelligatur in dubio contradicere. vt ff. qui. mod. pign. vel hyp. sol. in l. sicut. in §. non videtur. & ff. de proc. in l. filiusfa. in §. inuitus. Et pro solutione horum contrariorum, quia est via Brocardica, se remisit gl. ad libellum disputatorium Py. Sed tu dic latius & melius, prout dixi supr. quib. mo. feu. amit. in §. præterea. & inf. si de inuest.

inter do. & Vasal.lis ori.in c. 2.in fi. & nūc habes expeditam totam gloss. vsq; in fin.

Opp. ab extra, q. imò feudū acquisitum per vnum ex fratribus, de communi pecunia, non acquiratur vtriq;, vt infr. de ben. fra.in d. c. 2. Sol. ibi ideò, quia dominus ignorauit, quòd acquireretur de cōmuni pecunia: hic autem sciebat. & ita ibi not. in glo. & ibi dixi.

Oppo. quòd imò frater indistinctè succedat fratri in feudo, tanquam socius eiusdem sortis, vt probatur in l. 1. C. si socius eiusdem sortis, vt ꝓbatur in l. 1. C. si socius imperialis libe. sine hærede de lib. 10. Solut. Hic loquimur in iuribus feudalibus, in quibus non habet locum ius accrescendi, quando feudum est nouum, vt latè dixi in d. §. quia verò. in fin. Ibi verò loquitur in casu speciali illius legis, in donatione procedente à munificentia imperiali, vbi habet locū ius accrescendi, vt vnus succedit alteri, sicuti videmus in pluribus casibus specialibus, in quibus cōsortes succedunt, excluso fisco, de quibus in titu. C. de hære. decurionum. & ibi per Doct.

Oppo. quòd imò emptū nomine ꝓprio de cōmunibus bonis, nō fit cōmune. l. Titium & Meuiū in §. altero. ff. de admi. tu. Solutio: Hic loquimur in materia feudali, vbi scientia domini hoc operat̄, vt ꝓsumatur voluisse dare ambobus, postquā isti fratres stabant, & viuebant simul. & quod feudū emebatur de bonis cōmunibus. vnde ex prædictis videbatur inducta societas, & negotiū geri nomine vtriusq; secundū Bal. Aliàs autem secùs, vt in cōtrarijs, & ꝓbatur in l. si patruus. C. cōmunia vtriusque iudi. Ex quibus infert idem Bald. quod si scriptura emptiōis ita diceret, Titius emit tale castrum à Sempronio pro mille, quæ dictus Sempronius fuit confessus se habuisse, & recepisse à d. Titio soluente de pecunia ipsius Titij & Meuij fratris eius, q. ꝑ ista verba intelligatur inducta societas, & videatur negotiū gestū, nomine vtriusq;, quod est notandum. Quæro ab extra, an iste text. habeat locum siue d. feudum, sit emptū de cōmuni pecunia, siue de cōmunibus bonis redactis ad pecuniā? dic quod sic secundum Bal. per l. quod procurator ex re domini. ff. de procu. & ad hoc facit, quod not. gl. in d. l. si patruus. Quid autem in rusticis simul habitātibus, & acquirentibus qualiter dicta bona intelligantur acquisita, & debeant inter eos diuidi. vide plenè per Bal. in l. 1. C. pro soc. & Saly. in l. si patruus, C. communia vtriusq; iudi.

Quæro quid si in istis tribus vltimis casibus, de quibus in hoc text. vbi feudum acquisitum per vnum ex fratribus, intelligitur esse commune amborum, protestaretur domino ipse acquirens, quod non intendit acquirere fratri, & cum hac protestatione illud acquisiuit, an tunc tale feud. esset commune? & dicit Bald. quod non. argu. ff. de neg. gest. in l. Nesennius. & de acquiren. hæred. in l. qui alie. in §. celsus.

Quæro quid si vnus frater acquirat nomine vtriusq;, vt hic. sed alter frater nolit habere ratum, quid erit fiendum? vide per Bald. in l. ordo. C. de execu. rei iudi.

Vltimò ad materiam præsentem videas alia plura, quæ dixi in d. §. & quia. supr. qui feud. dare poss. & in d. c. 2. infr. de fra. de not. bene. inuesti. & in remissionibus, quas in vtroq; loco adduxi, & per Bar. in d. l. Titium & Meuium in §. altero. de administr. tutorum. & in d. l. si patruus. C. communia vtriusq; iudi. & ibi etiam per Bald. & Saly. & per eundem Bal. in l. 1. & in l. multùm interest. C. si quis alteri vel sibi, & in l. cùm oportet. C. de bonis, quæ liberis. & plenè per Iaco. Ardiz. in summa de successione feudi sub rubricella; vbi frater succedat fratri. Vbi plures quæstiones ad materiam pertinentes adducit.

DE FEVDO SINE CVLPA NON AMITTENDO.

RVBRICA.

HAEc est communis & vera rubrica, videlicet, de feudo sine culpa non amittendo, secūdum glossam hìc positam, licet quidam nullam habeant hìc rubricam, cùm iste titulus sit pars constitutionis Lotharij Imperatoris, de qua etiā suprà in tribus titulis præcedentibus tractauit. Quæ quidem cōstitutio fuit à Glossatoribus postea diuisa per rubricas separatas, & capitula, prout dixi suprà titulo proximo super rubrica. Et ex prædictis patet continuatio huius rubricæ ad præcedentes, quia cùm in dicta constitutione pollicitus esset, se tractaturum de materia successiōis feudorum, & de culpis, ex quibus feuda auferūtur, & Vasalli priuantur. Vnde cùm hucusq; tractauerit de materia successionis. Nunc verò transitum facit ad tractandum de culpis priuationum.

SVMMARIA.

1 *Miles Vasallus feudo non priuatur, nisi de culpa conuincatur, & quæ sit ratio nu. 2.*

2 *Item, an ea, quæ statuantur in milite, habeant etiam locum in non milite, & sic in quolibet simplici Vasallo.*

3. Sen-

3 *Sententia an requiratur super declaratione culparum, quibus feudum amittitur, & quando non.*

4 *Feudum vt perdatur, quot culpæ requiruntur.*

Vasallus iterum à domino, quem culpauit, inuestitus, an ex dicta culpa poßit & hoc feudo priuari?

5 *Vasallus vt de culpa conuincatur, quot testes exiguntur.*

1 SANCIMVS. †Miles Vasallus feudum non amittit, nisi culpa rationabili cognita, & conuicta. hoc dicit. In textu ibi, sancimus. Ex hoc verbo patet istam legem esse editã ab Imperatore, vt notatur suprà in titulo Constitutio. Loth. Imperatoris & cætera. in capitulo primo. Ibi, miles, subaudi, Vasallus tenens feudum. Et intelligas istum textum procedere, etiamsi non esset miles, vt patet in glossa, & dixi suprà tit. secundo. in capitulo primo. Ibi, conuictus, id est, contra ipsum probatum. l. qui sententiam. C. de pœnis suprà, nota. in l. 4. C. ad legem Iuli. maiesta. Ibi, nominare, vt parte. infrà de no. for. fide. in c. 1. Idem dicas, quòd etiam si nominentur, tamen ipsa lex nominat quoniam Vasallus semper debet esse in memoria, non committendi ipsas culpas, vt infrà, de for. fide. in capitu. 1. Ibi, fidelitatem faciunt, i d est, quando præstant iuramentum fidelitatis, propter inuestituram feudi sibi factam, vt infrà quid præced. inuestit. an fin. in c. 1. Ibi, per laudamentum parium, id est, per approbationem factam per pares, coram quibus fient dictæ probationes, ex quibus iste miles Vasallus cõuincitur de culpa, qui pares tanquam iudices iudicabunt de dicta controuersia orta, inter dominum & ipsum Vasallũ, vtrum occasione dictæ culpæ debeat ipse Vasallus priuari, vel non, vt inf. de contro. feu. apud pa. ter. in c. 1. & inf. de prohi. feud. alie. per fe. in §. pen. Facit ad declarationem huius literæ. inf. de pace iura. fir. in fi. Idẽ tamen intelligas, si hîc causa ventilaretur coram quocunq; alio iudice competente, secundum And. de Iser. facit infrà, quæ fuit prima causa benef. amit. in l. sed quia natura. Ibi, vel dominis suis, hucusq; declarauit de culpis, quæ consistunt in faciendo. Nunc verò declarare intendit de culpis, quæ cõsistunt in committendo. Nam Vasallus non solùm debet se abstinere à malo [a] sed etiam facere, quod bonum est, vt infrà de forma fidelitatis. in capit. 1. versicu. sed quia, &c. Ibi, voluerint, de quo dic, vt inf. in quibus causis feu. amit. in fi. Vtrum autem requiratur interpellatio ad seruitium præstandum? dic vt habetur inf. si de feud. fue. controuer. in c. licet.

2 †Not. quòd Vasallus feudũ non amittit, nisi ex culpa rationabili cognita, & cõuicta, ac laudata per iudicium parium, vt hîc & infrà titu. proximo in c. fina. & not. glo. infrà de prohi. feud. alie. per Fed. in §. calidis. Et est ratio, quia non omnis culpa est sufficiens ad priuationem feud. vt infrà quæ fuit prima causa benef. amitt. in §. illud enim, &c. Simile videmus in priuilegijs, vt non poßint auferri sine causa. l. fin. cùm ibi not. C. de diuer. prædijs vrbanis, &c. lib. 11.

No. culpam non præsumi nisi conuincatur, siue sit in faciendo, siue in omittendo. Et est ratio, quia facultas defensionis non est deneganda [b] l. facultas. C. de iure fisci. & in l. 3. in §. si adducit. ff. de re mi. Itẽ quia ex præsumptionibus non iudicamus, sed ex probationibus. l. 2. C. qui accu. non pos. & in l. fi. ff. quod metus causa. quæ hîc allegantur in gloss. quæ ad hoc tendunt. Quæro cum glo. an & quæ in hoc capitulo statuuntur, in milite habeant locum etiã in non milite. Et respondet q, sic tum, quia hodie omnes Vasalli tam maiores, quàm minores æquiparantur, vt suprà de natura feu. in fi. tamen quia eadem est ratio, & æquitas in vno, quæ est in alio. Igitur idẽ ius statuendum, vt in l. illud. ff. ad l. aquil. cum simi. Ex hoc voluit tota glo. vsq; in finem. Ex qua gloss. not. quòd in materia feudali ea, quæ statuuntur in milite, habent locum in non milite, & quòd miles intelligitur etiam pro quolibet simplici Vasallo.

Quod intelligas verum, nisi expressè reperiretur statutum contrarium, vt patet infr. tit. 1. in c. 1. quòd ibi dixi in prima oppositione. Et ad materiam huius gloss. vide, quòd dixi suprà in ti. Imperator Lotha. Euge. Pa. in c. 1. in prima quæstione in fi.

Oppo. ab extra quòd imò feudum poßit auferri sine cognita, & conuicta culpa, vt suprà, de feud. Guar. & Gastal. in c. 1. vbi patet expressè, quòd illud feu. potest licitè auferri, etiam precio dato non restituto. Solut. dic, quòd ibi est speciale in feudo Guardiæ & Gastaldiæ & similibus. Et quæ sit ratio, ibi dixi, vbi videas.

Oppo. ad idem de §. si verò contigerit infrà, de pace iura. fir. vbi dominus potest sine causa priuare Vasallum feudo, scilicet, transferendo illud in ecclesiam. Solut. ibi hoc

[a] *Debet se abstinere à malo. Adde c. nõ satis. 86. dist. & in §. & quia. in Cle. cupientes. de pe. gl. insti de iust. & iure. in §. iuris.*

[b] *Facultas defensionis non est deneganda. Adde. c. pastoralis. de re iu. quia est de iure naturali, vt in l. 1. in §. cùm arietes. ff. si qua. pau. fe. di l. 4. ad l. aqui. Ang. in l. vt vim in 2. col. ff. de iu. & iu. & Ab. in c. dilecti. de excep.*

ibi hoc operatur fauor ecclesiæ, quæ in hoc & in alijs multa priuilegia habet, vt ibi dixi.

3 †Quæro ab extra, an sit necessaria sententia super declaratione harum culparũ? Et dic quòd sic, postquã ratione culpæ prouenientis ex felonia, vel delicto venit priuandus, vt hîc & in c.fi.infrà tit.sequẽ. facit quod not. in l. iubemus.in §.œconomus. C. de sacrosanct.eccle. & C. de iure fisci.in lege eius qui delatorem. Secùs autem, si lex diceret, quòd esset priuatus ipso iure, quia tunc non esset necessaria sententia adesse pœnæ, sed solum ad executionem ipsius pœnæ, vt dicit Ioan. Andr. in c.1.de homicidio.lib.6.in Nouella. facit in Auten.de incestis nupt.in §.1. & d.l. facultas.C.de iure fisci.& quòd dixi suprà, quib. mod.feud. amitta.in §.1.in quæstione prima. Et ideò dixit Bald. quòd si capiatur Bannitus, qui ex forma statuti habetur pro condemnato, quòd debet fieri contra ipsum quidam processus declaratorius, in quo declaretur ipsum captum esse illum, qui exbannitus est, & sic postea ipsum Bãnitum esse exequendum, facit quòd not. gloss.in c.licet Episcopus.de præben.lib.6. Et ita practicaui Florentiæ contra quendam Bannitum captum, dum ibidem essem in officio. Posset tamen sine aliquo processu dicta executio fieri, si apertè constaret, & nullum subesset impedimentum iustum per ea, quæ dixit Innocen.in c.ex ratione. extra de appella. & tenet dominus Bald. hîc. Vnde pro declaratione prædictorum, quando quis intelligatur condemnatus ipso iure, & quando non, dic quòd aut expressum est à lege vel statuto, quòd ipso iure, & tunc non exigitur sententia lege commissa. cùm ibi not. ff. de publica. Aut non, & tunc aut lex vtitur verbo præteriti temporis, vel futuri cum dictione mox[a] vel statim[b] & idem. Aut simpliciter, & tunc requiritur sententia, vt in dicto §.œconomus. & ibi per Docto. & in l. in criminali. C. de iurisdictio. omn. iudi. vbi gloss.sentit prædicta. Facit lex fina.in fine.cùm ibi nota.ff.de Emphiteo.& quòd nota.in l.si inter fratres.§. idem respõdet. ff.pro socio.& C.de petitio.bonorũ sublatorum lege.1.lib.10. Et cùm quidam notarius, per calumniam fuisset accusatus de falso, coram me in dicto officio Florentię, ipsum absolui, & inserui in sententia, quia accusator calumniatus erat, & sic nullam aliam sententiam aduersus accusatorem tuli, vt aduocati accusatoris non aduerterent, & accusator nõ perpẽderet ad hoc, vt ipsum in fortiam curiæ habere possem, quòd sic factum est, & postea cõtra ipsum captum pœnam ex officio declaraui. argumen. eorum quæ notantur in l.1.C.de calumniatoribus.& in lege 1. in §.calumniatoribus. ff.ad Turp. Et vide circa prædictã materiam; plenè per Bald.in l.si qua.C.de secund. nupt.& ff. si cert. pet. in l. non omnis.& quòd habetur in l. sed & si socius. §.fina.ff.pro socio. Quando autem Vasallus ex culpa contractus, priuatur feudo, vt quia alienauit sine licentia domini? an tũc requiratur sententia, dic vt plenè dixi in dicto §. calidis. infrà de prohib.feud.alie. per Feder. Quando verò priuatur per negligentiam, vt quia non petijt inuestituram, dic vt dixi infrà, in titu. sequen. in c.1.

4 †Quæro an requirantur plures culpæ ad amisionem feudi, an sufficiat vna sola? Et dic quòd vna sola sufficit, vt suprà in titu.constit.feud.Lotha. Imperatoris in capit. primo.licet iste text. loquatur in plurali numero, & tenet Iacob.Ardizo. facit. ff.de excusationi. tuto.in l.propter.in §.1.

Quæro quid si in dicta curia non sunt pares, qui de prædictis culpis cognoscant, qualiter tunc procedetur? dic vt not.in dicto §.pen. infrà de prohibita feud.alie.per Federi. & ibi latè dixi. & declaratur etiam ibidem, qui sint isti pares, & qualiter eligantur, & in quo loco debeant sedere, de quibus, dic vt ibi, &c.

Quæro quid si aliquis commisit culpam, ex qua debet priuari feudo, si haberet post dictam culpam ille dominus, quẽ culpauit, dedit feudum huic culpanti, an ex dicta culpa posit priuari? Et dic quòd non, quia est necesse, quòd culpa fuerit commissa post feudum sibi datum. argumentum.ff.de bonis libertorum lege finali. C.de testib.lege si quis testibus. in fine. Idem dicas, si post culpam steterit cum amore. argumentum in l. finali infrà de prohibita feudorum alienatione per Lotharium.& ff.ad legem Iuliam. de adulterijs. in l.si vxor. §. finali. secundum Iacob. Ardizo.

5 †Quæro quot testes sunt necessarij, ad conuincendum Vasallum de huiusmodi culpis, ex quibus veniat priuãdus? dic quòd quinque, vt habetur infrà in titulo quot testes sunt necessarij ad probandum feud. ingra.in c.1.& no.in c.3.infrà de capi. qui cur. vendidit.

Vltimò de materia præsenti, habetur suprà

a *Mox. Adde quid importat ista dictio. vide gloss. in Auten.de incestis nup. in prin.Bal.in l. Meuius.in §. duobus.in vl. colu.ff.de l.2. Bal.in l. iubemus. la. 2. in §. sanè. C. de sacr.san.eccl.*

b *Vel statim. Adde quid importat ista dictio adde Bar. in l.1.in §.qui præsens.ff. de ver.obl.& in c.cùm hominis.de deci.*

suprà, de his qui feud. dare pos. in §. fi. & suprà, de natura feudi. in capitu. 1. in princ. & infrà in titu. seq. in c. fina. & per gl. in dicto §. calidis. infrà, de proh. feud. alie. per Fre. & infr. de pace tenen. in §. quicunq;. & per Bald. in l. qui se patris. C. vnde libe. verb. & scias, &c. & plenè per Iac. Ardi. in tit. quib. mod. feu. amit. sub rubricella Vasal. feudū non amittit sine conuicta, & cognita culpa, per Canonistas in c. 2. extra de constit. & extra de eo, qui cogno. consangui. in c. discretionem. in fi. & extra de restitu. spo. in c. conquerente. & 56. dist. satis peruersum.

SVMMARIA.

1 *Vasallus feudū alienans eodem priuatur ipso iure, ita vt nō requiratur scientia. Fallit.*
2 *Vasallus dominum cucurbitans viuentem feudum perdet.*
Quid dicendum, si dominus est mortuus, & vxor remansit vidua.
3 *Impotentia quæ & quando Vasallum excuset, ne pellatur à feudo.*

SI QVIS MILES. Quidam habent super hoc capitulo vnam rubricam talem, videlicet, de successionibus. Quæ rubrica Communiter nō habetur, nec ea vtimur secundum glossam, & benè, tum quia non congruit nigro, tum quia istud capitulum tractat de materia capituli præcedentis, declarando aliquas culpas, de quibus ibi sub nube dixerat, & ideò istud capitulum est sub eadem rubrica, cum dicto capitulo præcedenti.

1 † Et in summa hoc intendit. Vasallus priuatur feudo illud alienando, vel vxorem domini adulterando, vel dominū in pugna dimittendo, cùm ipsum adiuuare posset. h. d. In tex. ibi, miles, capias pro quocunq; Vasallo, quoniam idem esset, si non foret miles, vt dixit gloss. 2. hîc posita circa medium, de quo latius videas, quòd scripsi in c. præcedenti. in quæstione 1. Ibi, beneficium, id est, feudum, vt infrà, in qui. cau. feud. amitt. in §. in primis. Ibi, totum, dic idem, si partem alienasset, quia tunc priuaretur parte alienata, vt infrà, de Vasall. qui consti. Lotha. feud. alien. in c. 1. & in dicta glossa 2. hic posita in fi. Ibi, sine iussu, id est, sine consensu domini.

Non autem intelligas propriè iussum, quasi videatur inferre, quòd Vasallus per iussum domini compellatur vendere, quia hoc non est verum per regulam. l. nec emere. C. de iure delibe. & C. de contrahen. emptio. in l. inuitum. & hoc sensit etiam dicta gloss. 2. hîc posita in princip. Ibi, dominus verò habeat, subaudi, si feudum est nouum. Secùs autem, si esset paternum quia tunc agnati admitterentur, si extarent. Si verò non extarent, tunc benè admittetur dominus, vt statim dicam. Ibi, domino viuente, subaudi, idem si domino mortuo, & vxor remansit vidua, vt statim dicā. Ibi, si potuerit, quasi dicat, secùs si nō potuisset ipsum adiuuare, vt not. gloss. suprà, qui. mo. feu. amitt. in princ. & hoc etiā sensit gl. fi. hîc posita. & statim dicā latius.

Nota quòd Vasallus amittit feudū alienando illud, sine consensu domini, & si alienat totum amittit totum. Si verò partem amittit, solùm partem alienatam, vt in dicto c. 1. infrà de Vasal. qui contra consti. Lotha. feud. alie.

Et intelligas quòd amittit ipso iure, neque requiritur aliqua alia sententia priuatiua respectu ipsius alienantis, quoniam alienando se facit penitus alienum à iure ipsius feudi, & habet ipsum pro derelicto, argu. in l. 1. & in l. fin. ff. pro derelicto, vt tenet gloss. infrà de prohi. feu. alie. per Fe. in §. calidis. & Innoc. in c. ex parte. extra de feudis.

Et prædicta procedunt, quando alienatio esset notoria. Secùs autē si esset dubia, quia tunc requiretur sententia, per ea quæ dixi suprà in c. proximo. & tenet dominus Bald. & allegat in simili. c. licet. de præben. lib. 6. & de condi. ob causam. in l. si pecuniam. §. si seruum.

2 † Not. quòd Vasallus cucurbitans dominum viuentem, amittit feudum, vt hîc & suprà, quib. mo. feu. amit. in §. 1. Idem dicas, si dominus iam erat mortuus, sed vxor quondam domini erat vidua, & nō transiuerat adhuc ad secunda vota, quoniā videtur esse in primo matrimonio, vt C. de digni. l. mulieres. lib. 12. Secùs si nupsisset alteri, vt ibi. & ff. de senato. in l. fœminæ. secundum An. de Iser. & Nico. de Neap. licet dominus Bal. videatur sentire contrariū, & malè, quoniā Vasallus debet obseruare honorem domino & viuo, & mortuo. l. apud Celsum in §. aduersus. ff. de doli exce. Facit q. not. gl. in l. fideicommis. C. de fideicō. & C. de his qui. vt indi. in l. sororē. & q. habetur infrà, quę fuit prima causa benef. amit. in §. rursus. facit quòd dixi suprà, hic potest esse tit. quib. mo. feu. amit. in c. 1.

3 † Not. ex isto tex. in fi. dum dixit, si potuerit, & c. quòd impotētia excusat Vasallum à pœna priuationis, vt hîc & inf. q̄ fuit prima causa bene. amit. in §. sed nec alia. & infrà,

infrà,an ille qui interfecit fratrem in c. 2. Et eſt ratio,quia qui facit,quod potuit,excuſatur,vt in l.ſi ideò.C.de his qui.vt indi. Item quia ex hoc nõ intereſt domini, poſtquam non poteſt.l.ſi plures.C.depo.& ita not.ſuprà,quib. mod.feu.amit.in princ.& ibi dixi. Tuliſſe autem auxilium intelligitur, non ſolùm qui opem tulit adiuuando corpore, ſed etiam exclamando, vnde ſi non poſſet corpore,debet tamen clamoribus adiuuare. l.cùm dominus. ff.ad Sylle. vbi autem poſſet corpore adiuuare, non ſufficit exclamatio, vt ff.ad Sylle.l.2.in §. penul.ff.de re mili.l. omne in fin.& tenet Iac.Ardi.& Bal.

Intelligas tamen prædicta vera,vt Vaſallus impotens excuſetur, niſi hæc impotentia contigiſſet culpa ſua,quia tunc non excuſaretur, ſed nihilominus priuaretur feud. arg. ff.ſi quis cauſ.in l. 2. & de regu. iur.l. quòd quis. 33. quæſt. 2. c.latorem. ſecundum Iacob.de Bel. & Nico.de Neapo. & Bald. Facit.l.ſi vehenda.in §.idem iuris.ff.ad l.Rodi.de iactu.& no. in l. 1. C.de natura.libe. Item non intelligas de omni leui impedimento, quia tunc non intelligeretur,non poſſe ſecundum Bald. per ea, quæ traduntur per Doct.in l.ſi ideò. C.de his qui.vt indi.facit.l.3. in §. ſi ad diem & l.qui commeatum.ff.de re milita. Circa prædicta videas, quòd plenè dixi in dicto princip.ſuprà,quib.mod.feu.amit. Vtrum autem in cõtractibus impotentia excuſet, à pœna conuentionali, dic per Bar.& Docto.in l.continuus. in §.illud.ff.de ver.ob. Et de his & ſimilibus, vide in remiſsionibus, quas ad propoſitum adduxi in vtroq; iure in d. §.ſed nec alia in prima oppoſitione.

Op.ab extra cõtra ea,quæ hîc præſupponuntur, quòd ex culpis hîc deſcriptis, Vaſallus priuetur feudo, & illud feudum redeat ad dominum. Sed cõtrà, quòd imò debeat redire ad agnatos ſuos, vt infrà,ſi de feud. fue. controu.in c.ſi Vaſallus culpam.Sol.aut loquimur in culpa cõtractus facta per alienationem, & tunc ſi feudum eſt nouum, benè reuertitur ad dominum, excluſis omnibus deſcendẽtibus, & agnatis,vt hîc & infr.de Vaſal. qui contra cõſti. Lotha.feud.alie. c. 1.& not.gloſſ.ſuprà de ſuc.feu.in §.hoc quoq;.Si verò feudum eſt antiquum, & tunc tranſiret ad agnatos, ſi habet. Aliàs autem ſi non haberet,tranſiret ad dominum, vt in d. §.hoc quoq;. Et hoc modo poſſet adhuc intelligi iſte text. Ad filios autẽ nunquam tranſiret tale feudum antiquum alienatum, ſi haberet aliquid ex hæreditate patris. Aliàs autem benè tranſiret ad filios excluſo domino & cęteris agnatis, vt infrà,an agna.vel fi.repu. hære.in c.1.& infrà,ſi de feu. fue. controu. in c.Titius.Si verò loquimur de culpa Vaſalli proueniente ex delicto & felonia, tunc ſubdiſtinguas,vt latè de his dixi & declaraui.ſuprà,quib.mo.feud.amit.in §.aut ſi libellario. & in §. ſi fuerit. & infrà, quæ fuit prima cauſa benef. amit.in §.fi.in cõcluſionibus.

Vltimò ad materiam præſentem circa alienationem feudorum,videas quòd dixi in d.§.habet quoq;.ſuprà,de ſuc.feud.& in copioſis remiſsionibus ibi adductis. Ad materiam verò Vaſalli adulterantis vxorẽ domini ſui,videas in d.§.1.quib.mod.feud. amit.& infrà,quæ fuit prima cauſa benefi. amit.in §. rurſus. & in remiſsionibus quas in vtroq; loco ſcripſi. Ad materiam verò Vaſalli non adiuuantis dominum ſuum in bello, videas plenè infrà, quæ fuit prima cauſa benef.amit.in §.item qui dominum. & in quàm plurimis remiſsionibus ibi adductis. Vniuerſaliter autem de omni materia hîc tradita, videlicet,ad quem reuerti debeat feudum, vbi Vaſallus per quamcunq; culpam illud amittit,dixi plenè in §. fin.infrà,quæ fuit prima cauſa benef.amit. in concluſionibus.

QVO TEMPORE MILES, ETC.

RVBRICA.

HAEc eſt vera rubrica,& ea cõmuniter vtimur ſecundũ gl.videlicet,quo tempore miles inueſtituram petere debet,&c.Et conſequenter habet,eſt principium capituli, quod incipit ſancimus, vt nemo miles,&c. licet quidam nullam habeant hîc rubricam,neq; principium capituli.Sed ſolùm tex.nigri incipientẽ,ſeu vltra annum & menſem,&c. Et non habent iſta verba tria poſita in princ. huius capituli, vcz, ſancimus , vt nemo miles, &c. Quibus verbis reſecatis,continuant iſtum text. cum fine capituli præcedentis. dum ibi dixit , non laborauit ſi potuerit, &c. ſubijciens immediatè iſtum text. vel vltra annum & menſem,&c. quaſi nunc proſequatur aliam culpam feudi amittendi,& hoc voluit dicere gloſſ. prima & ſecunda hîc poſita. Tu itaq; teneas,quòd hîc ſit rubrica,& principium capituli,vt ſuprà dixi. quam

quam quidem rubricam ad præcedentem sic continuare debes, quia quanquam suprà proximè Imperator Lotharius in sua constitutione prouiderit dominis, ne contemnantur a Vasallis suis militibus, circa alienationes feudorũ, & culpas alias, quæ à prædictis Vasallis committebantur. Nũc in isto titulo, prouidet circa inuestituras feudorum renouandas, & petẽdas ab ipsis dominis, per ipsos Vasallos. Et quòd ista continuatio sit bona, patet quia similiter Imperator Federicus in sua cõstitutione, hoc idem facit, vt probatur infrà, de prohi. feud. alie. per Fe. in §. præterea. & ibi dixi. Iste enim titulus est pars cõstitutionis Lotharij Imperatoris, de qua in superioribus titulis facta est mentio.

SVMMARIA.

1 *Miles Vasallus, vt petat renouationem inuestituræ ab hærede domini, habet terminum mensis, & vnius anni. & numero secundo.*
3 *Terminus legalis non est peremptorius.*
4 *Vasallus propter inuestituram non petitam à priuationis pœna excusatur.*
5 *Infami domino fidelitas non seruanda. & nume. 9.*
6 *Infans miles esse potest. & quando sit verum.*
7 *Militi ignoranti dominum mortuum, an currat annus & mensis.*
Dominus recipiens Vasallum ad consuetum obsequium, post dictum statutum tempus elapsum ad petendam renouationem inuestituræ, an per hoc videatur remisisse ingratitudinem & culpam? & quomodo intelligatur procedere.
8 *Successor Vasalli tempore inuestituræ petendæ decedentis, an habeat tempus integrum ad petendã inuestituram. & quare.*
10 *Excommunicatio maior infamiam secum defert.*
11 *Mors agentis in remotis fama probatur.*
12 *Tempus inuestituræ petendæ ad natiuitatem vtile.*
13 *Vasalli absentia an excuset ab inuestitura petenda.*
Idem quid sit dicendum, si dominus, lapso tempore, vult recipere seruitium à Vasallo. Vasallus autem recusat præstare obsequium.
Vasallus comparens infra tempus dubium coram domino, sed tamen narrauit, qualiter pater suus erat mortuus, & non vlterius prosecutus est, an veniat feudo priuandus.
14 *Vasallus à quo petet inuestituram duobus de hæreditate domini contendentibus.*
Vasallus petens inuestituram à domino, infrà tempus debitum, & debito modo, dominus autem nõ vult ipsum inuestiri, an priuari debeat dominus proprietate feudi istius.
An dominus possit illud tempus petendæ inuestituræ minuere.
An infantia Vasalli ipsum excuset, ac si haberet tutorem.
15 *Feudum amissum negligentia petendæ inuestituræ ad quem redeat.*
Vasallo aliquis est minatus offendere ipsum in persona, vel in rebus, an iste sit sufficiens metus & inimicitia ad excusandum ipsum.
Quando tempore ista excusatio metus curabit.
Itẽ quid si inimicitiæ sint sopitæ, pendente primo tempore, an Vasallus habeat adhuc integrum tempus, vel solùm illud, quod superat.

SANCIMVS. Deinde istud capitulum in tres partes. In prima, tradit regulam militi Vasallo circa tempus renouandi inuestituram. In secũda, excipit à dicta regula, subijciens casus, in quibus dicta regula fallit. In tertia, ponit contrafacientem. Secunda ibi, nisi. Tertia ibi, & si.

CASVS.

1 †Miles Vasallus habet terminũ vnius anni & vnius mensis ad petendam renouationẽ inuestiturę, ab hærede domini defuncti. Idem dicendum de successore ipsius Vasalli, qui infrà dictum tempus dictam renouationem petere debet à domino.

Et prędicta procedũt, nisi ex iusta causa impediretur, aliàs feudo priuabitur. hoc dicit. Pręmitte pro euidentia, quòd iste tex. intelligitur in feudo paterno seu antiquo, vbi per inuestituram nihil traditur de nouo, sed renouatur & confirmatur ius antiquum. In qua renouatione est statutũ tempus, vt hîc. In feudo autem nouo, in quo est solùm facta inuestitura abusiua, non est statutum aliquod tempus, ad petendum realem inuestituram, & sic de tali feudo seu inuestitura non potest loqui ista litera, vt prædicta declaraui infrà, per quos fiat inuestit. vbi videas. In text. ibi sancimus, vt nemo miles, quidam non habent ista verba in text. & malè, vt suprà dixi. Et aduerte, quia hîc capitur miles propriè, vt sit speciale in milite, vt habeat terminum anni & mensis, vt statim dicam. Ibi, vadat, id est, differat, vel labi patiatur, quasi dicat frustrà vadit, qui spem obtinere non potest. Ibi, inuestituram, id est, renouationẽ inuestituræ aliàs factæ, vt infr. per quos fiat inuesti. in princ. Ibi, beneficij sui, id est, feu. vt dixi sup. tit. ꝓximo. Ibi, vel post mortẽ domini sui, hucusq; declarauit quando mortuus est dominus, à quo miles Vasallus

Vaſallus habet feudum, quoniam debet Vaſallus ipſe infra annum & menſem, à filio domini vel eius ſucceſſore petere inueſtituram. Ibi, vel patris ſui. Nunc incipit declarare, quando mortuo Vaſallo eius filius miles, vel alter agnatus ſucceſſor miles vult petere inueſtituram à domino, quoniam debet ſimiliter petere infrà annum & menſem. Ibi, cauſa mortis, poteſt extendere iſtam cauſam vel ad mortem domini, vel Vaſalli, de quibus proximè dixi, vel etiam alicuius alterius, quo non deberet currere tempus vſque ad 9. dies. vt in Auten. vt cùm de appell. cognoſ. in §. ſancimus. & in l. 2. in fin. ff. de in ius vocan. cùm ibi not. in gl. Ibi, inimicitia, potes intelligere de inimicitia orta inter dominum & Vaſallum, quia tunc Vaſallus excuſaretur. extra de re iudi. in Clemen. paſtoralis.

Tunc intelligas ſine culpa Vaſalli argu. in l. ſi merces. in §. culpæ. ff. de loca. Vel intelligas de inimicitia inter Vaſallum & extraneum, per cuius loca tranſire nõ poteſt ſine periculo. ff. ex quibus cauſ. ma. in l. 3. & ff. ad Trebel. in l. de ætate. & extra de electio. bonæ memoriæ magunti. extra de offic. delegat. c. cùm contin. & in c. ſtatutum. cùm ibi nota. de reſcript. libro 6. niſi Vaſallus eſſet ita potens, quòd per dicta loca poſſet tranſire, abſque periculo, quia tunc non excuſaretur ſecundum Bal. Quæ
a autem dicatur capitalis inimicitia [a] vide gloſſ. in l. licet. ff. de arbitris. Ibi, infantia, ſcilicet, ipſius Vaſalli, qui debet petere inueſtituram. Idem dicas, ſi eſt maior infante, vt infrà, ſi de feud. fue. controuer. in c. ſi minori. Sed quid in minori vigintiquinque annis, dic vt infrà, de prohi. feud. alie. per Fe. in §. prçterea. Quæ autem ſit infan-
b tia, pubertas, & minor ætas [b] vide gloſſ. infrà de pace iura. fir. in l. 1. in prin. Quid verò ſi dominus eſſet infans, dicit Iacob. de Bel. idem per iſtum textum, quem extendit etiam ad infantiam domini. Sed dic, vt infrà, per quos fiat inueſtit. in prin. Ibi, vel infamia, intelligas ſecundum veram lect. gloſſ. de infamia, quæ aſcribitur domina, vt quia eſt bannitus Rege, vel diffidatus vel excõmunicatus, cui non poſſet aliquis participare conuerſari, vel loqui. 11. quæſt. 3. c. excommunicatos. de quo latè dixi infrà, in titu. hìc finitur lex, &c. in princip. & de hoc eſt gloſſ. hìc, quæ ſolet allegari pro ſingulari in c. 2. extra de feudis per dominum Fran. Zaba. Nam de infamia Vaſalli, non poſſet loqui, quia tunc eſſet potius

a *Quæ autẽ dicatur capitalis inimicitia. Adde l. cùm autem. in §. excipitur. ff. de ædi. edict. l. 2. ff. de pu. iudi. l. capitalium. in §. ſi opus. ff. de pe. tex. in c. accedens. el. 2. & ibi. Ant. de Bu. & Doct. vt lite nõ cõte. gloſſ. & Doct. in c. per tuas. de Symo.*

b *Quæ autẽ ſit infantia, pubertas & minor ætas. Adde gl. in l. hæreditatum ff. ad l. fal. glo. in prohe. 6. Cy. in l. ſi infanti. C. de iure delib. Bal. in repe. c. ſi pater. de teſt. li. 6. Io. de Ana. in ru. de deli. pue.*

c *Annus autẽ eſt 365. dierũ. Adde. gl. in c. quæſiuit. de verb. ſig. gloſſ. in c. quadrageſima. de conſe. di. 5. Cal. in c. ſi ꝑpter. de reſcrip. libro 6. Doct. in c. 2. 52. diſt.*

puniendus, quàm alienandus, cùm eſſet in culpa argu. ff. de nego. geſt. in l. ſiue hæreditaria. Ibi, iuſta abſentia, ſubaudi, ipſius Vaſalli, vt quia ſit abſens cauſa reipublicæ, vt dixit gloſſ. hìc poſita in princip. Secùs autem, ſi ſua abſentia eſſet temeraria, & non iuſta per iſtum tex. facit. l. 2. in §. quòd diximus. ff. ſi quis cau.

Non autem intelligas de abſentia domini, tunc ſemper ſuccurretur Vaſallo, ſiue dominus ſit abſens iuſtè vel iniuſtè, quoniam in hoc non tenetur Vaſallus ſequi dominum ar. in l. Meuia. in fi. ff. de annuis lega. & eorum quæ not. in l. fi. ff. de in integrum reſti. Niſi eſſet in loco vicino, de quo latius dixi infrà, quæ fuit prima cauſa benefi. amit. in princ. in quæſtionibus. Ibi, damnetur, ſcilicet, ipſe Vaſallus condemnetur ad reſtitutionem feudi, ratione cõtumaciæ, ſecundum Dyn. & ſic ipſo iure, non perdit feudum iſto caſu, quia per ſententiam condemnari debet, vt hìc & in l. 3. in §. ad diem. ff. de re mili. ſecundum Andr. de Iſer. & Bal. Facit quòd dixi ſuprà tit. proximo. in c. 1.

2 †Nota militem Vaſallum debere petere renouationem inueſtituræ, infra an-
c num & menſem. Annus autem eſt 365. [c] dierum. vt in l. cùm hæres eſt. §. ſtichus. ff. de ſtatu libe. & in l. cùm biſſextus. ff. de verb. ſignifi. Menſis verò eſt 30. dierum, vt nota. in l. ſcimus. in §. ſin autem. C. de iure delibe. de quo in c. licet. extra de ſupplen. negli. prælа. Et debent eſſe dies integri. Non autem computari de momento ad momentum, vt in l. auunculus. la. 2. ff. de verb. ſigni. de quo plenè per gloſſ. in l. 3. in §. minori. ff. de mino. & in d. l. cùm biſſextus.

3 †No. ar. ex iſto tex. quòd terminus legalis, nunquam eſt peremptorius, ſi legitimum probetur impedimentum. Ad quod facit. C. qui pet. tutores. in l. cùm à matribus. & ff. de iudi. in l. nonnunquam cum ſimilibus. & dixi in c. fi. de prohi. feu. alie. per Lotha.

4 †Not. Vaſallum ex iuſta cauſa excuſari à pœna priuationis propter inueſtiturã non petitam. Quæ autem ſit iuſta cauſa enumerantur hìc plures.

Intelligas tamen idem, ſi vltra iſtas cauſas hìc expreſſas, reperiatur aliquam aliam iuſtam cauſam impedimenti ſubeſſe, vt infrà de prohi. feud. alie. per Lotha. in l. fin. facit infrà, quæ fuit prima cauſa benefi. amit. in §. ſed quia natura.

5 †Not. propter infamiam domini eſſe

ſibi ſub-

ibi subtrahendam fidelitatē, vt hîc & infrà, in tit. hic finitur lex in princip. de quo dic. vt ibi plenè dixi.

6 †Not. argumentum ex hoc text. quòd infans potest esse miles. & probatur in l. sed cùm milites. in §. iam autem. ff. de excu.tu.

Quod intelligas verum, ex beneficio principis, prout est videre in filijs Baronū & maiorum nobilium, & dominorū, propter honorem paternum, vt in l. fin. & ibi per Doct. C. de testa. mil. Qui autem possint creare militem, ponit Bar. in l. 2. C. de digni. lib. 12. vbi videas.

7 †Quęro cum gl. 3. an istud tempus anni & mensis currat militi ignoranti, dominum suum esse mortuum, vel Vasallū præcessorem suum, ita quòd ex hac ignorantia non renouauit inuestituram? & respondet q; nō, dicens: quòd currit solùm à tempore scientiæ, vt in l. omnes. ff. de calumniatoribus. & in l. 1. ff. de iu. & fac. igno. & in l. regula. in §. sed facti. Nisi talis ignorantia fuisset crassa, & supina, vt quia ignorasset illud, quòd communiter omnes de ciuitate sciebant, quia tūc benè præiudicaret, vt in l. 1. cùm ibi no. C. de testa. mili. Et hòc voluit tota ista gl. vsq; ad finem. quæ benè loquitur, & probatur hîc sua determinatio in l. generali. C. de decurionibus, & de decretis ab ord. faci. in l. fin. & in capitulo 2. de consti. lib. 6. Et ad prædicta vide, quòd habetur in l. genero. ff. de his, qui notantur infa. per glo. & Doct. Facit quòd statim dicam super sexta gl. & quòd habetur in Cle. pastoralis. de re iud.

Oppo. cum glo. quarta, quòd imò Vasallus nō debeat habere, nisi annū & diem ad petendam talem renouationem inuestituræ, vt probatur infrà, de proh. feu. alie. per Fe. in §. præterea. Soluit gloss. duobus modis. & primò, q; hîc sit speciale in milite, quia debet habere annum & mensem, vt hîc. Ibi verò loquitur in alio Vasallo, qui non est miles, quia debet habere annum & diē, dummodò sit pubes, vt ibi. Secunda solutio est q; istud, q; hîc dicitur corrigatur hodie per illū tex. vt sic indistinctè quicūq; Vasallus siue sit miles, siue nō, puniatur in amisione feudi, per dictā contumaciā anni & diei, vt ibi prout alibi videmus, quem ex contumacia debere puniri, vt in l. 1. cum si. C. quorū appel. non reci. Et hoc voluit ista gl. vsq; ad versi. sed pone, &c. Sed tu teneas primam solutionem, vcz, q; hîc sit speciale in militibus, nec corrigatur per dictū §. præterea. quanquā posterior. Et tenent Doct. Iac. de Bel. Nico. de Nea. Bal. & Cōmuniter omnes. Licet And. de Iser. videatur sentire cōtrarium, & malè. Et est ratio, quia nō sequitur, q; ex hoc intelligatur derogatum priuilegijs militū, vt in l. decurionibus. cùm ibi no. C. de silentiarijs. lib. 12. quæ solet allegari pro singulari. Milites namq; habent plura priuilegia, vt habetur in l. 1. C. de iu. & fac. igno. testam. mi. in l. 1. & in l. milites. & ff. de testam. mi. l. 1. eum si. & C. Et per hoc non obstat, quòd sæpius dixi suprà, in titulis præcedentibus, videlicet, quòd in materia feudali, miles capitur pro quocunque Vasallo, quia per hoc non intelligitur tolli priuilegium, quod specialiter reperitur indultum militibus, vt dixi suprà tit. 1. in prima quæstione. Et ex prædictis habes etiam expeditam caudam gl. sextæ infrà positæ. Quæ hoc idē contrariū recapitulauit se remittendo ad ea, quæ dixit in d. §. præterea. Sed aduerte, quia ibi de hoc nihil dixit, sed voluit se remittere ad ea, quæ dixit infrà, de capi. cora. in prin. vbi videas. Quæro cùm dicta gloss. quid si elapso dicto tempore statuto, ad petendam renouationem inuestituræ, dominus recepit ipsum Vasallum ad obedientiam, & seruitium consuetum ab eo sumpsit, an videatur sibi remisisse ingratitudinem & culpam? Et respondet q; sic. per l. fin. cum similibus. ff. de eo quòd cer. loco. & hoc voluit vsq; ad finem. quæ gloss. optimè loquitur secundum Andr. de Iser. Et est ratio, quia dominus post dictum tempus recipiendo ipsum Vasall. ad suum seruitium, videtur renunciasse iuri suo, vt statim subijcit gloss. fi. in fi. quæ hanc quæstionem iterato recapitulauit. Multò magis si ipsum inuestiuisset, & hoc idē not. in l. Celsus. ff. de arbi. facit. l. commissoriè. C. de pac. inter empt. & vendit. cū similibus.

Et intelligas prædicta procedere, & esse vera, nisi ipse dominus recipiendo à Vasallo, fuisset protestatus in contrarium dicendo, quòd recipiebat seruitium à Vasallo, saluo iure suo, vt in l. 2. in prin. ff. de eo q; cert. loco. l. fi. C. de iure do. impe. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. in l. si debitor. in §. 1. C. de his qui spon. mu. susce. l. 1. lib. 11. secūdum Iac. de Bel. & Nico. Pe. de Cer. & Bal.

Item fallit, vbi dominus per iustā ignorantiam hoc fecisset, vt in l. nec ignorans. C. de dona. & ff. de transac. in l. cum Aquiliana. & in l. qui cū tutoribus. in §. qui per fallaciam. cum similibus. Et tenent omnes Doct. prædicti, & de hac quæstione etiam tetigi infrà, quæ fuit prima causa benefic.

amit. in princip. in quæstionibus, & vide circa prædicta, quòd dixi infrà, si de feud. fue. contro. in c. licet.

8 † Quæro cum gloss. quinta, quid si Vasallus moriatur, infrà dictum tempus petendæ inuestituræ, an eius successor debeat habere integrum tempus, scilicet, anni & mensis ad dictam inuestituram petendam, an verò solùm illud tempus, quòd superat defuncto? Et respondet gloss. dupliciter. Primò, quòd debeat distingui, prout distinguitur in l. ea quæ. C. de temp. in integrum rest. videlicet, quòd aut maior succedit maiori, aut minor minori, aut maior minori, vel econtrà. Et secũdum diuersitatem casus, debes diuersificare determinationem, vt ibi colligitur. Secundò, dicit gloss. argumentatiuè, quòd indistinctè debeat dari solùm illud tempus, quod supererat defuncto per l. properandũ. in §. sin autem. C. de iud. cum si. Et hoc voluit tota ista gloss. vsq; ad finem. Sed tu dic melius secundum Docto. circa hanc quæstionem, quòd si feudum est antiquum, quòd tunc successor debeat habere integrum tempus, nõ considerato aliquo modo tempore, quo supererat defuncto. Et est ratio, quia ipse successor habet feudum à principio magis beneficio alterius, quàm præcessoris, & quasi ex successorio edicto, vnde tempus in persona præcessoris inceptum, nõ debet sibi successori nocere. arg. ff. de succes. edic. in l. 1. in §. quibus. insti. de bono. pos. in §. fin. & C. qui admit. ad bon. pos. in l. fi. Nam successor agit de sua inuestitura, non de inuestitura pcessoris, quoniam eodem modo successor debet petere suam inuestiturã à domino, sicut si præcessor iam inuestitus, infrà tempus debitum mortuus esset. Et sic inuestitura successoris, nihil habet commune cum inuestitura præcessoris, quantum ad hoc. Sed si feudũ esset nouum, vtputa quia pater meus, acquisiuisset feudum de nouo à domino, & fuisset inuestitus, & postea moriatur dominus, & pater meus non petijt renouationẽ inuestituræ à successore domini, & tandẽ pater meus mortuus est post decẽ menses, à tempore mortis domini, tunc ego filius successor in dicto feudo, non habebo, nisi solùm illud tempus, quòd supererat patri meo defuncto, ad dictam renouationem petendam. Et est ratio, quia à patre meo defuncto processit illud feudum, & sic venio ex persona patris mei, vt in l. Aemilius, & in l. etiam. ff. de mino. Et ita tenet Ia. de Bel. & Nico. de Nea. Et circa hanc quęstionem addas alia, quæ dixi inf. quæ fuit prima causa benef. amit. in princ. in quæstionibus.

9 † Oppo. cum glo. 6. quòd imò infamia non habeat excusare Vasallũ, cùm potius debeat sibi nocere ista sua infamia, quàm priuilegium, & excusationẽ sibi præbere, vt in l. 1. de dolo. cum similibus. Huiusmore contrarij glo. ista dat tres solutiones. Prima est, quòd in text. non debeat esse istud verbum infamia, sed solũmodò istud verbũ infantia, quo casu clarum est, quòd talis ætas infantiæ habet excusare Vasallum, vt est casus. infr. de prohi. feu. alie. per Fe. in §. præterea. Sed quia Communiter iste text. facit mentionem etiam de infamia, & pro tanto dat ista gloss. alium intellectum seu solutionem, vcz, vt non debeamus intelligere istum text. de infamia ipsius Vasalli, cùm hoc esset absurdum, q ex suo delicto deberet reportare premium, vt ff. pro socio. in l. verum. in §. tempus. & ff. de dolo. in l. ne ex dolo. Sed debeamus intelligere de infamia ipsius domini, vt quia est excõmunicatus, quo casu, cùm sit interdicta loquela cũ domino, consequenter Vasallus est absolutus à sacramento fidelitatis, & à petenda inuestitura. 11. q. 3. c. quoniam. & in c. fin. & infrà, in titu. hic finitur lex. in prin. Potest & tertio modo intelligi iste tex. secundũ glo. vt capiatur infamia pro non fama, hoc est, quia non fuit habita fama de morte domini, vt quia fortè mortuus est vltra mare, vel in remotis partibus, ita q, elapsus est annus & mensis, antequã Vasallus miles hoc sciuisset, & sic ex iusta ignorantia non petijt renouationẽ inuestituræ, à successore domini. Vnde Vasallus iste est excusandus, q tale tempus incipit sibi currere solùm, à tempore scientiæ, & sic est vtile, quantum ad initium, cùm non currat, nisi postquam sciuit, sed benè est continuum quantũ ad sui processum, & consummationem postquã sciuit. Et hæc voluit tota ista gl. vsq; ad fi. Ex qua glo. elicias quinq; conclusiones.

Prima est ista, q propter infamiam domini, subtrahitur sibi iuramentum fidelitatis. & de hac conclusione dixi super tex.

10 † Secunda conclusio est ista, quod omnis excommunicatus [a] maiori excommunicatione est infamiæ, facit quod not. gloss. insti. de cap. dimi. in §. minor. & q, dixi inf. in dicto ti. hîc fini. lex in prin. in tertio notabili. & inf. de sta. contra liber. eccle. in §. credentes. Quę autem sit maior excommunicatio, & quæ minor, not. in c. penul.

[a] *Omnis excõmunicatus. Adde glo. in c. oẽs 6. q. 1. Bal. in ru. de summa tri. in 3. col. extra.*

penul.extra de sen.excommunic.& plenè dixi in dicto titu.hic fini.lex. in prin.in vltima quæstione.

11 † Tertia conclusio est ista, quòd mors alicuius, qui mortuus dicitur in remotis partibus, probatur [a] per famam. facit.l.fin. ff. de hæred.insti.& C.de testa.mili.l.1.& l. certi iuris. Sed de hac conclusione, & materia, dic latius, vt per gloss.& Doct. in l.si quidem.C.solu. matrimo.& ff. quemadmo.testa.aperi.in l.2.in §.si dubitetur.& C.de capti.in l.nec nos. per Canonistas. extra de despon. impube. cum inhibitione.

Quarta conclusio est, quòd non imputatur ei, qui non est certus de morte testatoris. Sed de hac conclusione, dic latius, vt habetur in l.genero.ff. de his, qui no.infa. Et ex hac conclusione sumit ibi Bar.argumentum, quòd interim non currit tempus executoribus testamentorum, de quo dicatis, vt ibi.

12 † Quinta conclusio est ista, videlicet, quòd illud tempus, quod datur ad inuestituram petendam, est vtile quantum ad natiuitatem, quia non currit nisi à tempore scientiæ. Item nec ei, qui impeditur petere. Sed quantum ad progressum est continuũ, quia in eo computabuntur dies feriati, & non feriati, sicut alibi patet in l. annus.ff.de calumnia.& de ædili.edic.in l.cũ se.secundũ Iac.de Bel. & Nico.Facit quòd dicam inf.eo.in c.fi.super 2.glo.

13 † Oppo. cum gloss. penultima, quòd imò absentia Vasalli non habeat ipsum excusare, si non petijt inuestituram infrà tempus debitum, cùm potuit relinquere procuratorem, vt in l.Papinianus Exuli.ff. de mino. Et respondet glossa duobus modis. Primò fatendo contrarium, vbi potuit procuratorem relinquere. Secùs autem, si non potuisset relinquere, quia tunc non curreret sibi dictum tempus, & per consequens excusaretur, vt ibi. Secundo modo soluit, quòd vbi Vasallus est absens ex iusta causa, non tenetur relinquere procuratorem, & ideò sua absentia sola ipsum excusaret, etiamsi potuisset relinquere procuratorem, quomodo relinquendo procuratorem, non intelligeretur absens. Facit.l.sed & si p prætorẽ.in §.1.ff.ex quib. caus.ma. Licet ista gloss. nihil alleget, & hoc voluit tota ista gloss. vsque ad finem. Sed tu circa hanc quæstionem clarius dicas cõcludendo, quòd iste Vasallus absens causa reipublicæ, vt præsupponit gl.nõ teneatur relinquere procuratorem, quia est absens iusta causa. Idem & si alia iusta causa, nec refert potuerit relinquere procuratorem, vel non. Secùs autem, si voluntaria absentia, vt in l.1.cũ ibi no.C.de resti.mili. ff.de acqui.hære.in l.Pantonius.& ex qui. cau. ma.in l.& qui data.& in d.l.sed & si p prætorem.in §.fi.cum l.seq.& de iureiurã. in l.fi. secundum Iacob.de Bel.& Nico.de Ne. Multiplex est enim genus absentiarũ, vt no.in l.fi.ff.de in integrũ rest. In quo autẽ genere absentiæ, qs teneatur dimittere procuratorẽ. gl.disputat.in d.l.sed & si per prætorem. in §.1. vbi videas. & per Innoc. in c.quærelam. extra de procuratoribus. Vtrũ autem, si quis esset iam citatus ad iudicium, & non potest cõparere, an excusetur, si nõ mittat procuratorem, vide per gl. & Doct.in l.1.de diuer.& tempo.præscrip. in l.qui absente.C.de procurato. & extra de dolo & contu.cum dilecti.& de maio. & obe.in c.fi. & in Speculo de procu.in §. ratione quoq;. ver.fin.& Bal.in l.ab eo.C. quomodo & quando iudex. Insuper colligere potes ex hac glo.argumentum, quòd quis posset per procuratorem inuestituram petere [b] & iuramentũ fidelitatis præstare, de quo habes tex. infr.per quos fi.inuesti.in §.sed vtrum.& infrà, de notis feudorum. in §.item inuestitura.& per Cy.in l.1.C. etiam per procuratorem causam in integrum resti.agi.po. & per Archi. & gl. 63.distin.tibi domino. facit quòd not.glo. in l.non verè dicitur.ff.ex quib.cau.maio.

Quæro cum gloss. fi. quid si elapso dicto tempore anni & mensis dominus petierit seruitium solitum à Vasallo, & Vasallus expressè recusauit seruire, an nihilominus sit priuandus feudo, non obstante dicta interpellatione domini? Et respondet gloss. quòd sic, secùs autem si ipse Vasallus sibi seruisset, & dominus spõte dictum seruitium recepisset, quia tunc videretur renunciasse iuri suo, & remisisse Vasallo culpam præcedentem, non petitæ inuestituræ, infrà tempus debitum. Et ad prædicta allegauit plures concordantias vsq; ad finem. de qua quæstione dic, vt latius dixi suprà in gloss.4. Non autem intelligas istam gloss. quòd elapso dicto tempore inuestituræ petẽdæ, posset Vasallus purgare moram sponte seruiendo, & inuestituram petendo, quia hoc est falsum secundũ veram opinionem, vt dixi infr. quæ sit prima causa benef.amit. in princ.in quæstionibus, vbi videas. Facit quòd in simili dicitur de Emphiteosi in Specu.de loca.in §. nunc aliqua, ver.23.seq.

[a] *Probatur. Adde Bar. in l.2.in §.si dubitetur. ff. quemad.test. ape. Bar.in l. si quidem.C. so.ma.glo.& Docto. in c. quoniã frequenter, vt lite non cõte.*

[b] *Per procuratorem inuestiturã petere. Adde Bal.in c.1.in §.item inuestitura de no.feu.& per Bar. Cepol de Verona in c.1. in 6. differentia de cogni. feu in vsibus feudo.*

Quæro ab extra, qui ſi Vaſallus comparuit infrà tempus debitum coram domino, ſed tantùm narrauit, qualiter pater ſuus erat mortuus, &c. & non eſt proſecutus vlterius, an veniat feudo priuandus, & dic quòd ſic, quia non ſufficit comparere, niſi inſtet petendo inueſtituram ar. ff. de libe.di.l.1.& in iſto tex.qui prǽſupponit, vt petatur, vnde debemus intelligere cum effectu, vcz, vt adimpleat Vaſallus ex ſua parte, quod debet, ſed petendo inueſtituram & fidelitatem polliciendo, vt infrà, de cap. Corradi.in prin. & tenuit glo.in cap. 1.infr.quæ fuit prima cauſa benefi.amit.in gloſſ.2. & And.de Iſer.hic. Et ad prædicta adduco glo.in c.ſi Papa.extra de priui.lib. 6. Sufficit tamen, ſi petat renouationem inueſtituræ abſque eo, quòd exprimat & polliceatur fidelitatem, quia hoc ſubintelligitur, vt not.glo.in c.fi.infrà, per quos fiat inueſti.& dixi in d.c.1.in princip. quæ fuit prima cauſa. Secùs autem, ſi polliceatur fidelitatem ſimpliciter, & nõ petat alio modo inueſtituram, quia tunc non ſatisfaceret, cùm inueſtitura non comprehendatur ſub fidelitate, vt dixi in d.c.1.de cap. Corradi. Qualiter autem ſe debeat habere Vaſallus in dicta inueſtitura petenda, tradit gloſſ. in d.c.fin. per quos fiat inueſtit. vbi videas.

14 † Quæro quid ſi duo cõtendunt de hæreditate domini, nunquid Vaſallus tenebit petere inueſtituram ab vtroq;, an ab vno, an excuſabitur, ſi nõ petat, donec certum erit, quis ſit hæres, dic quòd ſi vnus eſt poſſeſſor hæreditatis, quod ab eo ſit petenda. Poterit etiã peti à petitore cũ proteſtatione ſaltem, vt non præiudicet, & ſi apparuerit non eſſe hæredem. argumentum. C. de pet.hæred.l.ſi.de lib. cauſa.in l. ordinata.de dam.infec.l.prætor ait. in princ. ſed vel differat quouſque aliquis obtineat.ar. extra de iurepatro. c. ſi verò. ff.de app. l.ſi perluſorio.in fi.& ita dixit Iacob.Ar.in tit. qui.mo.feu.amit.ſub rubricella.ſi duo cõtendunt de hæreditate.

Quæro quid ſi Vaſallus petierit inueſtituram à domino infrà tempus debitum & debito modo, dominus autem non vult ipſum inueſtire, an priuari debeat dominus proprietate? dic quòd ſic, quia à pari iudicatur dominus & Vaſallus, in iſtis priuationibus, & ita tenet glo.infrà, per quos fiat inueſt.in d.c.fi.& dixi inf.de l.cor.in §. ex eadem. facit.c. domino committente. inf.ſi de feu.fue.contro.& inf.de forma fideli.in fine.& debet priuari per ſententiã ſecundum And.de Iſer.per c.1.inf.qualiter do.propriè priuetur. Quid aut ſi poſt denegationẽ eſſet paratus, poſtea inueſtire, & denunciat Vaſallo, vt capiat inueſtiturã, an teneatur Vaſallus. & quantum tempus habebit, dic plenè per Iac.Ardi.in ſumma qui.mod.feu.amit.ſub rubricella.ſi Vaſallus petierit inueſtiturã, &c. vbi latè iſtum articulum explicauit. Quæro an dominus poſſet minuere iſtud tempus petendæ inueſtituræ? dic ꝗ non ſecundũ And.de Iſer, quoniam tempora legalia nõ minuuntur, imò ſi iudex minueret ſuppleatur à lege.l. 4.in §.ſi quis.ff.de re iud.ſicut patet in Auten. hodie. C. de temporibus appellationum, & in l. ſuperuacuam codice de temporibus.in integrum reſtituti.

Quod intelligas verum, niſi aliud requireretur expreſſum à iure, ꝗ terminus legalis poſſet minui.l.3. ff. de re iud. vel niſi pars, ſicuti eſſet Vaſallus in propoſito, conſentiret in minori tempore, quia poſſet renunciare iuri ſuo.l.ſi qs in cõſcribendo.C. de pac. Quo caſu nõ veniendo in termino ſtatuto, per promiſsionẽ amitteret feudũ, ſi hoc expreſsim ſe obligaſſet perdere, ſi nõ veniſſet infrà tẽpus permiſſum.argu.in l.2.ff.qui ſatiſda.cog. Et ſi iſta obligatio fieret apud acta iudicis cõpetentis, tunc non eſſet opus, ꝗ fieret aliud, niſi executio obli. argu.eorum.quę no.in gl.2.q.1.§.ꝗ autem. facit quòd habetur in l.acta.ff.de re iu. Sed ſi fieret extra iudiciũ, tunc ageret via ordinaria. l.ſi pacto.C.de pac. Niſi dediſſet licentiam, ꝗ caperet feudũ, tunc autoritate propria. C. de pigno.l.3. ſecundũ And.de Iſer. quid autẽ, ſi dominus inueſtiuit Vaſallum, qui iam per delictũ à iure ſuo ceciderat, dic per Ia.Ardi.in ſumma.qui.mo.feu. amit. ſub rubricella, ſi dominus Vaſallum de ſuo recto feudo inueſtiuerit, & quod dixi in §. inſuper. inf.de prohi.feu.alie.p Fe.

Quæro an infantia Vaſalli ipſum excuſet, ac ſi haberet tutorem. & Ia.de Bel. ſentit quod non intelligendo iſtum tex.ꝗ non habebat tutorẽ. argu.in d.§.præterea. & inf.ſi de feu.fue.cõtro.in c.ſi minori.& in c.ſi quis deceſſerit. & C.de iure delib.in l.ſi infanti. & C.ad Trebel. in l. ſancimus. Sed dominus Bald. intelligit etiam in infante habente tutorem, cùm ex ſe ignoret omnia.l.fi.rem pupil. ſal. ſo. Idẽ dicit ipſe, ſi poſt infantiam donec eſt pupillus, quia intelligitur ſemiplenum intellectum habere, vt not. gloſſ. in l.in negocijs.ff. de regulis. Adulto verò currit tempus, ſed datur reſtitutio, vt in d.§.præterea.cũ ibi no.

Quid

Quid autem, si tunc haberet curatorem, dic vt ibi dixi, vbi omninò videas ad intelligentiam prædictorum.

15 † Quæro ad quem debeat redire istud feudum, quòd amittit Vasallus ex hac sua negligentia, & contumacia non petendo reuocationem inuestituræ, an ad dominum, an ad agnatos? Et And. de Iser. videtur sentire idem, quòd dicimus in alienatione feudi facta, per Vasallum, quia si feudum est nouum, reuertitur ad dominũ etiam exclusis filijs. Si verò antiquum, tunc ad filios & agnatos, si extant. Aliàs autem ad dominum, per ea quæ dixit in §. fi. infrà, quæ fuit prima causa benefic. amit. Sed tu hoc proba per c. Titius. in fin. & quòd ibi dixi suprà, si de feu. fue. controuer. & in c. si Vasallus culpam in dicto titulo, & quòd dixi suprà, quib. mod. feud. amit. in §. si fuerit, & de succesio. feud. in §. quoq;. & hanc conclusionem firmaui in dicto §. fin. quæ fuit prima causa benefi. amit.

Quæro quid si aliquis minatus est Vasallo offendere ipsum in persona, vel in rebus, an iste sit sufficiens metus, & inimicitia ad excusandum ipsum? & dicit Andr. de Iser. quòd sic, si declaretur hoc esse actũ ex insidijs, quoniam verbalis sola comminatio non sufficeret, vt in Auten. de Nup. in §. mater. C. de reuo. Do. l. fin. & sumetur coniectura ex persona comminantis, vtrum solitus sit hoc facere arg. ff. de neg. gest. in l. si quis negocia. de pig. act. in l. vel vniuersorum. de vsur. in l. qui semisses. facit. l. hoc autem. in princip. ff. si cui plusquam per l. Fal. Nec imputabitur sibi Vasallo etiam isto casu, si non miserit procuratorem, per ea quæ dicta sunt suprà, secũdum And. de Iser.

Quæro quanto tempore durabit ista excusatio inimicitiæ? dic quòd per totum istud tempus concessum à lege ad petendam inuestituram, quo tempore transacto, habebit adhuc tantundem temporis, quo secundo tempore elapso, amplius non excusabitur, qa tenebitur, aut ire, aut mittere procuratorem, secundum ea quæ traduntur in Auten. ei qui. C. de temporibus appel. aliàs sequeretur vnum absurdum, q; si inimicitiæ essent perpetuæ, quòd nunquam teneretur petere inuestituram secundũ And. de Iser. quòd non est dicendũ.

Quæro quid si pendente primo tempore anni & mensis seu diei sopite sint inimicitię, an Vasallus habebit adhuc integrũ tempus, vel solùm illud, quòd superat, dic quòd habebit integrũ tempus, quia cessante impedimento, tunc incipit currere hoc tempus. ar. in l. quòd tempore. C. de resti. mili. & si postea non facit, tunc erit pœna priuationis ar. in c. si minori. infr. si de feu. fue. cōtro. secundũ prædictũ. d. An.

Quæro quid si publicè putabatur. d. mortuum, Vasallus tamen nō petijt inuestiturã, ita q; fuit priuatus, postea dominus est reuersus, an restituetur sibi feudũ? Et dicit idẽ An. q; si Vasallus hoc facit in contemptũ, quia etiã ipse putabat ipsum esse mortuũ, tunc non restituetur. Aliàs autem sic non putans ipsum mortuum. ar. ff. commo. l. in commodato. in §. fi. ff. de iniurijs. in l. eũ qui. §. si iniuria. ff. de iudicijs. in l. si quis ex aliena. 34. q. 2. per totũ cũ similibus.

Vltimò ad materiam præsentem videas plura alia, quæ scripsi infrà, quæ fuit prima causa bene. amit. in prin. & in copiosis remisionibus ibidẽ adductis in vtroq; iure. & q; dixi in §. 1. in eo. ti. & in §. fi. de prohi. feu. alie. per Fe. in d. §. præterea. & infr. si de feu. fue. contro. in c. si minori. & in c. si quis decesserit. & de capitulis extraor. in §. inter dominum, & per Doct. in l. solennibus. C. de rei ven. & in directoria iuris in tit. de feu. in §. 2. amit.

SVMMARIA.

1 *Feudũ ab alio possessum, à nemine peti debet. Fallit in quibusdam casibus.*

2 *Facta contra iuris dispositionem, pro non factis habentur.*

Contractus reprobatus, fingitur non celebratus, & ideò ex tali, debet solui gabella.

3 *Vasallo inuito, an posit dominus feudum alienare, pignori obligare vel locare.*

4 *Dominus feudum alienans sine Vasalli voluntate, proprietate an priuetur.*

5 *Dominus vnius terræ, an posit eam alij dommo subijcere ipsius hominibus inuitis.*

SI QVIS FECERIT. Istud capitulũ adaptatur ad rubricã nostram hoc modo: Quia dubitabatur an miles Vasallus posset petere inuestiturã feudi eo tempore, quo adhuc per aliũ iuridice tenetur & posidetur. Idcircò vt tollatur ista dubitatio, fuit cōgruenter istud capitulũ positum hoc loco, & in summa hoc vult. Dominus non potest feudum Vasalli sui conferre alijs sine cōsensu dicti Vasalli, & si facit, haberi debet pro non facto. hoc dicit. Pro intelligentia huius capituli, vide c. moribus infr. si de feud. fue. controuer. & quòd ibi dixi in 2. nota. & quòd dixi suprà, hic potest esse titulus qui succes. tene.

in euidētialibus,& in 2. notabili. Et intelligas istud capitulum in inuestitura abusiua, vt differat à capitulo sequenti.

In text. ibi, si quis, scilicet, dominus feud. Ibi, inuestituram, scilicet, abusiuam, vt differat à capitulo seq. & gratis & amore, vt differat ab eo, quod statim subijcit de cambio. Ibi, cambium, id est, permutationem, vt suprà de controuers. inuesti. in §. cùm autem. & inf. si Vasal. de feud. fue. inter c. 1. Ibi, beneficium, id est, feudum, vt dixi suprà c. præceden. Ibi, militis, id est, Vasalli. Et intelligas idem, si non esset miles, vt suprà, in d. c. 1. hic potest esse titulus qui succes. tene. pro quo vide, quod not. suprà titu. præce. in c. 1. Ibi, illius, scilicet, Vasalli posidentis. Ibi, consensu. qualis autem debeat esse iste consensus, dixi suprà plenè qui. mod. feu. amitta. in §. præterea.

1 † Not. quòd nemo potest petere se inuestiri de feudo, quod per alium legitimè posidetur.

Quod intelligas verum, nisi posidens consentiret, vt hîc & suprà. qui b. mo. feud. amit. in §. præterea. & suprà, qui succes. tene. in c. 1. Item intelligas istum text. purè, secùs autem, si in diem mortis ipsius posidentis, vt sub conditione, si ipse posidens moriatur non relictis legitimis successoribus in dicto feudo, vt probatur suprà, hic potest esse titulus, qui success. tene. in c. 1. Item fallit, nisi dominus vellet disponere vniuersaliter totam eius curiam Vasallorum, vt voluit gloss. 1. hîc posita in fin. sui. quam gloss.

Intelligas & consequenter istam vltimam limitationem procedere & habere locum suum in ciuitate Mediolani, vbi viget talis consuetudo, vt in §. ex eodem. allegato in gl. quoniam in alijs locis nō posset dominus vendere, & alium transferre etiam cum vniuersitate iura Vasallorū suorum, eis inuitis, vt in §. præterea, de prohi. feu. alie. per Fede. vt ibi dixi super glo. fi. & infrà, de capi. qui cur. ven. in c. 1. in 1. nota.

2 † Not. quòd ea, quę fiunt cōtra iuris dispositionem, pro non factis habentur, vt hîc. & in l. nō dubium. C. de legibus, quòd præstat argumentum ad quæstionem, vt de contractu reprobato, non debeat solui gabella, quia contractus reprobatus, fingitur non celebratus, & sic ex tali contractu permutationis, & inuestitura reprobata, non solueretur gabella, quia talis inuestitura habetur pro non facta fictione huius literæ secundum Docto. & Bal. in d. l. non dubium, &c.

Not. quòd sicut inuestitura reprobatur, si fiat purè & gratis de feudo per alium possesso, sine voluntate posidentis, ita quoq; reprobatur quicunq; contractus sup dicto feudo secutus. Et est ratio, quia si reprobatur principale, non valet aliquis cōtractus, qui consequitur ex eo, vel ob id per. d. l. non dubium. Ex quo inferas à contrario sensu, quòd si voluisset inuestitura, potuisset per cambium dominus sibi prouidere, vt suprà, de controuers. inuesti. in §. præterea. Et sic etiam non gratis posset dominus feudum per cambium alteri cōcedere, quòd videtur esse contra casum in c. 1. infrà, de feu. da. in vicem legis commis. Sed tu dic, vt dixi suprà, de benef. fra. in c. 1.

Quæro cum gloss. 1. de quatuor quæstionibus simul & semel. Et prima quæstio est, an dominus posit inuito Vasallo alienare ius ipsius Vasalli alteri. Secunda est, an posit locare. Tertia est, an posit alteri infeudare. Quarta est, an posit pignori obligare. Et ad istas quæstiones non respōdet gl. ista, sed se remittit ad dicenda infrà, de prohibi. feu. alie. per Fede. in l. 1. Sed tu clarius respondeas ad has quæstiones singulariter & seriatim.

3 † Et primò ad primam, distinguas, q aut loquimur, vtrū dominus posit alienare ius ipsius Vasalli, & dico quòd non sine cōsensu ipsius, casus est hîc. Aut loquimur, vtrum posit dominus alienare ius suum ipsius domini, ita q Vasallus teneatur recognoscere emptorem in dominum, & dic quòd non potest sine voluntate Vasalli, vt inf. de le. co. in §. ex eadem. & infrà, de prohib. feu. alie. per Fede. in §. præterea ducatus. in fi. Et asigna rationem, vt ibi dixi. Et probatur etiā in hoc text. dum dixit, q nec cambiū facere potest. & in hac gl. in princ. de quo in Spec. de feu. per Ioan. And. in §. quoniā. ver. 24. Ad secūdam quæstionē respondeo, q dominus nō pōt locare ius ipsius Vasalli, vt infr. in quibus cau. feu. ami. in §. in primis. Vtrum autē dominus posset locare & delegare ius suū, q habet in feudo respectu vsusfructus sui, dic vt dixi in d. §. ex eadem. in pe. qōne. Ad tertiam quæstionem respondeo q dominus non pōt infeudare purè, vt hîc. Sub conditione aūt, vel in diē sic, vt dixi sup. in notabilib. Ad quartam qōnem respondeo, q dominus non potest obligare pignori ius ipsius Vasalli sine cōsensu suo argumento eorū quæ suprà dicta sunt. Sed vtrum dominus posit pignorare ius suū proprietatis absq; consensu Vasalli, & dic quòd sic, vt latè de hac quæstione scripsi

scripsi infrà de prohib. feud. alie. per Fed. in glo. 1. quæ hanc quæstionem formauit, vbi videas.

Opp. cum gloss. 2. quòd imò teneat inuestitura facta per dominum de feudo sui Vasalli possidentis, vt probatur in d. c. moribus. infrà si de feud. fue. contro. Solut. dic secundum gloss. & clarius quàm ipsa, quod aut dominus vult facere inuestiturã purè, scilicet, quod habeat effectum in vita Vasalli, & non potest sine eius consensu, vt hîc. Aut vult facere in diem, scilicet, q. habeat effectum post mortem Vasalli, & tunc potest, si Vasallus non habet successores, vt ibi. Si verò Vasallus haberet successores, & tunc nõ posset in præiudicium successorum, vt in c. 2. inf. de feud. dato in vicem legis commiss. de quo ibi dicam. & in d. c. moribus. & hoc voluit tota ista glo. vsq; ad finem, quæ benè loquitur.

Opp. ab extra, quòd imò iste secundus, qui habet ius à domino, possit expellere primum Vasallum possidentem, vt probatur in l. emptorem. C. locati. Solut. dic, quòd iste primus Vasallus habebat ius in re: ibi autem secùs. Vnde ergò non potuit hîc dominus in alium concedere ius ipsius Vasalli eo inuito l. in cõcedendo. ff. de aqua pluuiali arcenda.

Opp. fortiter ad idem de §. si verò contigerit infrà de pace iuramen. fir. Solutio ibi est speciale fauore Ecclesiæ, quæ multa priuilegia habet, vt ibi latè dixi in primo notabili.

Op. de c. 2. suprà de feudo Guardiæ & Gastaldiæ. Solutio ibi feudum non erat perpetuum Vasalli, sed temporale. Et ideò elapso tempore posset dominus alteri illud feudum concedere etiam inuito Vasallo: non autem infra tempus, vt ibi, & sic potius concordat.

4 †Quæro ab extra, an iste dominus alienans feudum sine voluntate Vasalli, priuetur proprietate. Et dixit Bal. quod non, per istum text. qui dixit, quod non pro facto habere, &c. Et ex hoc dixit esse differentiam, vtrum Vasallus alienet sine voluntate domini, quo casu priuatur iure suo, vt infrà de prohibi. feud. alie. per Fed. in §. calidis. An dominus alienet, & tunc secùs, vt hîc, quia non priuabitur dominus proprietate, sed contractus erit ipso iure nullus, & pro non facto habetur. Sed contra hanc suam determinationem, fortiter facit text. inf. de for. fide. in fi. vbi ad paria iudicantur dominus & Vasallus, fortius in c. 1. infr. quali. do. propri. priue. & inf. si de feu. fue. contro. in c. domino cõmittente. & glo. fi. iuxta fi. infr. per quos fiat inuesti. in §. fi. & alia glo. quæ videtur hoc expressius sentire in d. c. de for. fide. in fi. & infr. de alie. feu. pater. in c. fi. Et hanc partem videtur sequi Andr. de Iser. in d. §. ex eadẽ. & hîc ideò putarem, quòd de stricta iuris ratione opinio Bald. non posset sustineri, licet equior videatur & mitior. Et posset responderi ad istum text. quoniam eodem modo non tenet ipso iure venditio facta p Vasallum de iuribus suis sine licentia domini: & tamen Vasallus priuatur iure suo, vt patet infr. de prohib. feud. alie. in §. nos autem, &c. ergò & eodem modo potest intelligi iste text. in domino, &c. & per ea, quæ dicta sunt suprà.

5 †Quæro, vtrum dominus vnius terræ, possit eam subijcere dominio alterius, inuitis hominibus de illa terra. Et dicit Bald. quod non, & multò magis si vellet tantùm partem alienare, & aliã retinere, ne compellantur habere plures dominos, & hoc per c. dilecti filij. de maio. & obe. & ibi per Ioan. Andr. & dicit Hostien. hoc idem tenere. facit d. §. ex eadem. cùm ibi no. inf. de lege Corra. & quod ibi dixi. & in c. 1. inf. de capi. Cor.

Quæro quid si dominus fecit purè, inuestituram de feudo sui Vasalli sine consensu ipsius, an talis inuestitura, quæ non valet hic, possit vires capere eo Vasallo mortuo, sine successore. Et dicit Bald. q. si iste inuestitus esset in possessione, poterit se tueri per exceptionem. Aut non est in possessione, & vult agere ex dicta inuestitura, & tunc si est valiata per stipulationem, dicit ipse, quod poterit agere, quia stipulatio non habet, à quo impediatur. ff. si cer. peta. in l. proinde. & de actio. emp. in l. si quis alienam. & de rei vendi. in l. si à socio. Secùs autem si non esset vallata per stipulationẽ, quia est facta præter legem. Et ideò nudum pactum non habet, à quo vestiatur. Idem in effectu videtur sentire Iac. de Bel. per ea, quæ hîc no. in vlt. gl. &c.

Vltimo ad materiam præsentem adducas alia, quæ dixi suprà qui success. tene. & in tit. hic potest esse tit. qui succes. tene. & in remissionibus, quas in vtroque loco adduxi. & inf. si de feu. fue. cõtro. in d. c. moribus. & in copiosis remissionibus ibi in vtroq; iure de scriptis, & quod dixi infr. de lege Corra. in c. 2. & in d. §. ex eadem, & in remissionibus ibi adductis. & quod dixi in c. 1. de cle. qui inuesti. facit. & per Bal. in l. 1. ff. de re diui. q. 32.

SVMMARIA.

1 *Vasallus in feudo non debet molestari, nisi de culpa poßit conuinci.*

2 *Grauatus sex hebdomadarum termino fruetur, si causa appellationis ad Imperatorem deuoluatur.*

3 *Tempora quæ & quot appellantibus concedantur.*

4 *Appellatione pendente appellator tuetur in possessione.*

5 *Vasallus notoriè proditor, an ipso iure feudo priuetur.*

SANCIMVS VT. Continuatur cum capitulo præcedenti hoc modo: Quia in d. c. declarauit, qualiter quis nõ potest petere inuestituram abusiuam de feudo alterius sine consensu illius, cuius est: Nunc verò declarat in isto capitulo, quid iuris sit de inuestitura propria, videlicet, an quis posit petere se mitti in possessionem de feudo, quod alius tenet, & dicit similiter quod non. Quoniam Vasallus posidens, nõ debet deijci de possessione sine cognita & conuicta culpa, vt hîc. Duplex namque est inuestitura, scilicet, propria & abusiua, vt infr. quid sit inuestitura. in prin. Et per hunc modũ adaptabis istud capitulum, ad rubricam nostram congruenter, quod aliàs non videbatur prima fronte esse situatum sub congruo titulo. Et in summa hoc vult.

Vasallus non potest priuari possessione sui feudi, nisi conuictus de culpa fuerit, & per sententiam condemnatus, à qua sententia dictus Vasallus si senserit, se grauatum poterit appellare, & habebit terminũ sex hebdomadarum ad arripiendum iter pro appellatione prosequenda ipso Vasallo interim in possesiõe perseuerante. hoc dicit. In text. ibi, miles, id est, Vasallus quicunque, etiamsi non esset miles, vt dixi supr. ti. prox. in c. 1. Ibi, adimatur, id est, deijciatur seu remoueatur. Ibi, benefi. id est, feudi, vt dixi sup. c. prox. Ibi, supr. diximus, scilicet, in d. c. 1. supr. tit. proximo, vt declaraui ista, quæ hîc tanguntur. Et per hanc relationem patet, quod adhuc sumus in constitutione Imperatoris Lotharij, vt dixi suprà in tit. Constitutiones Imperatoris Lotharij, &c. super rubrica. & in titu. Imperator Lotharius super rubrica. Ibi, dixerit miles, scilicet, vel appellando, vel reducendo ad arbitrium boni viri laudamentum istorum parium secundũ Iac. de Belui. & Pet. de Cer. & Bald. & sensit gloss. Nam iste recursus ad superiorem, contra sententiam arbitralium iuris, succedit loco appellationis secundum Bald. Ibi, per sex hebdomadas, subaudi, pacificè & istud tale tempus indulgetur sibi ad præparandum se, et sarcinulas suas ad iter versus Imperatorem pro prosecutione appellationis. arg. ff. ex quibus caus. ma. in l. ab hostibus in §. sed quod cum. l. seq. secundũ Doct. & sensit etiam gloss. secunda hîc posita in fin. Ibi, ad nostram, scilicet, Imperatoris. nam Imperator Lotharius est ille, qui loquitur in hac sua constitutione. Ibi, cùm illi, id est, postquam illi pares laudauerunt, & iudicauerunt, vt sic istud tempus. incipiat currere, à tempore sententiæ latæ, & quærelæ expositæ per grauatum secundum And. de Iser. vel melius. dic quod computantur à tempore interpositæ appellationis secundum Pe. de Cert. & Bal. & videtur esse satis de mente huius literæ, & idem est sensus. Sed aliqui habent in text. cum illis, &c. & tunc intelligas, quod illi iudices pares, qui tulerunt dictam sententiam, & ipsæ grauatus venient ad præsentiam Imperatoris. Et sic erit hic casus, quod vbi appellatio deuoluitur corã Imperatore, quod tunc iudex, qui primã sententiam tulit, debet interesse, quod qualiter intelligatur statim dicam. Ibi, laudamentum, declara, vt dixi in d. c. 1. super text. supr. titulo proximo. Ibi diffiniemus, scilicet, vtrum benè iudicauerit, vel nõ secundum Iacob. de Belui. De forma autem pronunciandi in causa appellationis habetur per glossam & Doctor. in l. eos. in prin. C. de appel.

1 †Not. quod Vasallus non potest disuestiri à domino seu molestari possessione feudi, nisi sit cõuictus de culpa & per sententiam condemnatus, vt hîc. & in c. 1. supr. titu. proxi. & ibi rationem assignaui in primo notabili. Facit quod dixit Innoc. in c. solet. extra de sen. excom. Vtrum autem hoc habebat locum in notoriæ crimine infr. dicam.

Not. quod à sententia parium potest appellari, vt hîc. & per Innocen. in c. cæterùm. extra de iudic. & dixi plenè supr. apud quem vel quos. in c. 1. vbi etiam declaraui, quis sit iudex cõpetẽs in ipsa causa appellationis. & per Iacob. Ardizo. in summa. de conten. feu. sub rubricella prima, &c. Ad quem autem appelletur. not. in c. Romana. extra de appel. extra de maio. & obe. in c. solitæ in Spec. de appel. in §. nunc tractemus. in fine. & dixi in d. capitulo primo.

2 †No. quod vbi causa appellationis est deuol-

deuoluenda ad Imperatorem, grauatus habet terminum sex hebdomadarum ad præparandum suas sarcinulas ad iter capiendum. facit d. l. si ab hostibus. in §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus caus. maio. prout in simili videmus, quod reo accusato datur spacium triginta dierum ad componendum mæstos penates, id est, rem familiarem. l. 2. C. de exhibendis reis.
3 † Varia enim ac diuersa sunt tempora, quæ appellantibus à iure nostro conceduntur. Primum enim est tempus ad interponendum appellationem coram iudice à quo, & hoc habetur in Auten. hodie. C. de appel. 2. q. 6. §. forma. & c. anteriorum. Secundum est tempus petendi [a] Apostolos, & de hoc loquitur. l. iudicibus. C. de appella. 2. q. 6. post appellationem. & in cle. 2. de appell. Tertium est tempus ad conquerendum de iudice, qui non vult deferre appellationi, vel Apostolos denegat. & de hoc loquitur l. si appellationem. C. de appel. Aliud est tempus, quod de iure communi statuitur, siue datur parti appellanti ad se præsentandum coram iudice ad quem, qui cogniturus est de appel. & de hoc loqtur. l. præses. C. de appell. & extra de app. in c. cùm sit Romana. Et istud tẽpus nõ est statutum certũ, sed est arbitrariũ, quoniam debet moderari secundũ loci distantiam, & personæ qualitatem computando dietas secundum computum legalem, vt ibi. & in l. 1. ff. si quis caus. cum similibus. Vt sic omnibus consideratis habeat tempus congruum, infrà quod debeat se præsentasse, vt in c. Cordi. §. 1. extra de appell. & c. significauit. Verũ in casu nostro speciale est, vt iste appellans habeat istas sex septimanas, infrà quas non possit compelli ad arripiendum iter, antequam sint elapsæ, vt hic. Dicas tamen, quod etiam regulariter in alijs debet statui tempus, & dilatio ad iter rapiendum, licet non sit certũ statutum, vt in c. peruenit. extra de appel. & de elect. statuimus, & de re iud. cùm causam. & tenet Spec. de appel. in §. nunc breuiter. versic. & not. per Bald. in l. præses. C. de appel. Aliud est tempus prosequendæ & finiendæ appellatiõis, de quo in Auten. ei qui. C. de tẽ. appel. De modo autem & forma procedendi coram ipso iudice ad quem, habetur in l. fi. & ibi per Bald. C. de tempo. appella. & de practica appellationum, videas plenè per Spec. in tit. de app. in prima & secunda parte. Quid autem si geminata esset appellatio per appellantem, quia primò appellasset viua voce, & postea in scriptis. Vtrum debeamus attendere, primam vel secundam? dic per Bart. in l. cùm procurator. in §. 1. ff. de operis noui num. & per Bal. in l. appell. C. de appel. & per Inno. & Ioan. And. in c. dilectæ. extra de appel.

4 † Not. quòd donec pendet appellatio, tuendus est appellator in possessione, vt hic. & in c. non solùm. de appel. lib. 6. Et est ratio, quia appellatione [b] pendente, nihil est innouandum, sed omnia debent remanere in suo statu, vt ff. nil noua. appe. penden. per totum. & in l. 3. C. de appel. & per Innoc. in c. bonæ. in fin. extra de appel. & in glos. 1. hic posita in prin. Sed hæc regula fallit in pluribus casibus, vt statim dicam. Not. ex hoc tex. in fin. si habes in litera cũ illis, &c. quod si appellatio deuoluitur ad Imperatorem, quod tunc iudices, qui tulerunt sententiam principalem, debent interesse coram Imperatore in ventilatione d. causæ. Facit c. 1. vers. his enim. inf. si de inuesti. inter do. & Vas. lis oria.

Sed hoc intelligas esse speciale in magnis feudis. Sed in alijs causis sufficit mittere Apostolos. l. 1. ff. de libellis di. Durum namq; & fatuum esset, intelligere eos dimittere propria tribunalia, & se conferre ad appellationes prosequendas secundum Andr. de Iser. & Bald. vtrum autem ipse iudex, vel arbiter possit cõueniri per partem læsam, vide insti. de obli. ex delic. in princi. cùm ibi no.

Oppo. cum glo. 1. contra ea, quæ statim dicta sunt in vltimo nota. videlicet, quòd imò appellatione pẽdente possit fieri nouitas, vt ꝓbatur in l. ab executione. C. quorum appellatio. non reci. Solutio dicit gl. fatendo contrarium, quod d. regula nil nouari, &c. Fallit in casibus ibi expressis, videlicet, quando res esset mobilis, & appellans possidens esset persona suspecta, & nõ satisdaret, ita ꝗ timeretur de dilapidatiõe. Itẽ si res eẽt immobilis, verũ timeret̃, ꝗ fructus depopularẽtur, quia tũc interim debet fieri sequestratio, vt ibi. & in l. Imperatores. in fi. ff. de app. & l. si fideiussor. in §. fi. ff. q satis. cog. & hoc voluit tota ista gl. vsq; ad ver. ꝗ autẽ. Tu verò vltra gl. addas plures alios casus, in quib. d. regula fallit, q numerantur per Spec. in tit. de appel. in §. nouissime. in prin. vbi alios 14. vel 15. casus enumerat. vbi videas. Et vide p Arc. 11. q. 1. qa res p Io. An. extra de ap. bone. in fin. Sed aduerte ad gl. nostrã ne erres, qa dum facit mentionẽ de re mobili, &c. non referas ad materiã feudalẽ, vt ex hoc videat̃ inferre, quod

[a] *Tempus petendi Apostolos. Adde gl. in verbo tempore. Cle. quamuis. de appel.*

[b] *Appellatione pendẽte. Adde c. non solũ. de appel. lib. 6. Fallit, nisi appellans sit suspectus vel deportator, vt est gloss. summæ. 2. q. 6.*

quod feudum poſsit conſiſtere in re mobili, quia hoc eſt falſum regulariter, vt probatur infrà de feudi cogni. in c. 1. Sed referas ad caſus fallentiæ, in quibus d. regula fallit, vt ſuprà dixi. & iſta fuit intentio gloſſ.

Oppo. cum d. gloſſ. contra fin. huius literæ, quæ vult, quòd in hac cauſa debeat appellari ad Principem, ſed contrà, quoniam appellatio debet deuolui gradatim, ad alium iudicem ſuperiorem immediatum, antequã deuoluatur ad Principem, vt probatur in d. l. Imperatores. in prin. ff. de appell. Soluit gloſſ. fatendo contrarium. Sed intelligere debemus iſtum text. quod iſti litigantes erant Vaſalli Imperatoris, & eius curiæ meritò ad ipſum, tanquàm immediatum ſuperiorem debet deuolui iſta appellatio. Et ita habent quidam declaratum hoc in textu. & hoc voluit iſta gloſſa vſque ad finem, quæ benè loquitur, vt dixi ſuprà apud quẽ vel quos. in c. 1. facit infrà ſi de inueſti. inter dominum & Vaſallum. c. 1. circa medium. Et not. ex iſta gloſſ. quod etiam in materia feudali, non poteſt deuolui appellatio ad Imperatorem, omiſſo medio, ſicut videmus etiam de iure communi, vt in d. l. Imperatores. in princ. & in Auten. de appell. in §. fin. colum. 4. De iure autẽ Canonico poteſt ad Papam appellari, omiſſis medijs. 2. quæſt. 6. ad Romanam. & c. quotiens. & extra de appell. ſi duobus. extra de priuilegijs antiqua. Et eſt ratio, quia ipſe eſt ordinarius ſingulorum, vt extra de elect. cum nobis olim. Et de hac materia plenè traditur in Spec. de appel. in §. nunc tractemus. in prin. vbi videas.

Quæro cum gloſſ. 2. an tempus iſtarum ſex hebdomadarum, quod cõceditur huic appellanti, ad pręparandũ ſarcinulas ſuas, ſit continuum vel vtile. Et reſpondet glo. ſuccinctè, quòd hæc quæſtio venit determinanda arguendo à ſimili de tempore, quod conceditur appellanti ad appellandum. & hoc voluit iſta gloſſ. vſque ad verſic. & notabis, &c. Sed tu vltra glo. latius conſidera, quod ſi intelligimus de diebus decem, qui dantur ad interponendam appellationem, vt Auten. hodie. C. d. appel. tunc iſta eſt concluſio Gloſſarum & Doctorum, quòd tale tempus, quãtum ad ſui initium eſt vtile, ſed quantum ad progreſſum eſt continuum, quoniam computatur ſolùm à tempore ſcientiæ, vt C. quomodo & quando iu. l. ab eod. & ff. de ædil. edi. in l. cum ſex. & in l. 2. in §. biduum. ff. quando appell. ſit. Et eſt ratio, quia illi decem dies dantur ad deliberandum, an velit ſtare ſententiæ vel non. vnde ſi eſſet ignorans, non poſſet deliberare, vt quia ſententia fuiſſet lata contra ipſum abſentem, meritò currit ſolùm à tempore ſcientiæ, & à tempore, quo potuit agere, vt in d. §. biduum. facit c. ex ratione. extra de appel. & ita tamen gloſſ. 2. quæſt. 6. anteriorum. & Spec. in tit. de appell. §. reſtat. in princip. & Bald. in Auten. hodie. C. de appella. & de hac materia ibi per Doct. & in l. 1. C. de ferijs. & in l. ab eo. C. quomodo & quando iu. Aliud eſt tempus, quod datur appellanti [a] ad proſequendam appellationem, ſcilicet, annus, & ex cauſa biennium, vt in d. Auten. ei, qui. & iſtud tempus eſt continuum, niſi ex iuſta cauſa in ꝓſequendo appellans impediatur, quia tunc eſſet vtile, vt ibi Archi. in d. c. anteriorum. Vnde modo ad propoſitum, cùm iſtud tempus ſex hebdomadarum detur huic appellanti poſt appellationem interpoſitam, ad præparandum ſuas ſarcinulas dicendum eſt, quod ſit continuum, ad inſtar temporis dati, ad appellationem proſequendam, quia regulariter omne tempus cõceſſum, intelligitur continuum, vt not. glo. ſuper rubrica. ff. de diuer. & tempo. præſcrip. Niſi ex iuſta cauſa probaretur impedimentum, quia tunc eſſet vtile ad ſimilitudinem temporis dati, ad appellationem proſequendam, & hoc eſt, quod voluit dicere iſta glo. & Iac. de Bel. licet non ita clarè. Ad quod facit eleganter, quod dixit Innoc. in c. ex ratione. extra de appel. & quod tangitur in d. l. 1. C. de ferijs. & quod dixi ſuprà eod. in c. 1. ſuper ſexta gloſſ. in fin. Et computabitur iſtud tempus de momento ad momẽtum, ſecundum Pet. de Cert. & Bald. per not. in d. Auten. hodie. & per Ioan. And. in c. ſuper eod. de appel.

Opp. cum d. gloſſa, quòd imò iſte appellans, non debeat habere iſtas ſex hebdomadas, ſed debeat habere annum, & ex cauſa biennium, vt in d. Auten. ei qui. Solut. intelligeres iſtum textum, quod loquatur de tempore dato, ad proſequendam appel. tunc neceſſarium eſſet dicere, quòd hodie per contrariam conſuetudinem eſſet abrogatum per dictam Auten. Quare alij intelligunt, quòd iſtæ ſex hebdomadæ dantur ſolùm ad ſe præſentandũ, non autem ad proſequendum. Sed iſte intellectus non eſt conueniens, quia litigantes ſunt ſemper pariformiter diſtantes à præſen-

[a] Aliud eſt tẽpus, quod datur appellanti. Adde text. in Cle. ſicut appellationẽ. de appel. & in c. cùm ſit Roma. e. tit. glo. ſummæ 2. q. 6. Ab. in c. perſonas. in 1. no. de appel.

præsentia Imperatoris. Quare intelligendus est iste text. vt istud tempus sex hebdomadarum detur solùm ad sarcinulas præparãdas pro itinere rapiendo, & iste est verus intellectus secundum gloss. & benè vsque ad versi. & hoc est intelligendum, de quo satis dixi suprà super text. in tertio no.

Oppo. subsequenter cum d. gloss. quòd imò non sit necessarium adire præsentiam Imperatoris, sed debeat adiri alter iudex inferior, vt probatur suprà apud quem vel quos, &c. in c. 1. in 2. responso. Solu. dicit glos. quòd iste textus debet intelligi, quòd isti litigantes erant de maioribus Valuasoribus, vt sunt Capitanei, Duces, Comites vel Marchiones, quo casu necesse est, quòd ista causa diffiniatur coram Imperatore, vt in Lombard. de benefic. & terris tribu. in l. finali. & in d. c. 1. in prin. & in isto text. Secùs autem si essent de minoribus Valuasoribus, quia tũc procederet CONtrariũ, & diffiniretur coram alio iudice, vt in cõtrario. & hoc voluit ista gloss. in fine licet obscurè locuta sit. Sed aduerte, quoniam iste textus nõ potest intelligi de dictis maioribus Valuasoribus, quod patet, quia iam in causa principali fuit pronunciatum per alium iudicem inferiorem ab Imperatore, quod non potuisset fieri, si fuisset de dictis maioribus, vt in d. c. 1. in prin. & in d. l. 1. quæ loquuntur in causa principali. Vnde ergò intelligas istum textum in alijs minoribus, verùm isti litigantes, & eorum curia, seu eorum dominus, erant ab Imperatore, ad quem immediatè deuoluebatur appellatio, vt suprà dixi in glo. 2. in fin. Et ideò cùm grauentur à suo iudice principali appellant ad Imperatorem, tanquam ad iudicem suum appellationis.

Oppo. ab extra de c. 1. circa medium. infr. si de inuesti. inter do. & Vasal. lis oria. Solue, vt ibi dicam super glo. 4.

5 † Quæro ab extra, quid si Vasallus notoriè [a] delinquat, vt quia est proditor, vel dominum iustè pugnantem, dimisit publicè in conspectu populi, vel constat iuisse ad hostes, & publicè morari cum hostibus contra dominum, an in istis casibus vel similibus notorijs sit sententia necessaria ad ipsum priuandum. Et dicit Andr. de Iser. quod non, sed dominus potest eo ipso capere feudum, & inuadere præsertim Princeps & Fiscus. argumen. in l. 1. C. de peti. bo. subla. ff. de iure fis. l. pecuniam. Quando autem intelligatur crimen notorium not. 2. q. 1. qui manifesta. & per glo. & DD. in l. ciues, & incolæ. C. de appel. & in l. ea quidem. C. de accusat. & Spec. in titu. de notorio crimine. & per Canonistas in c. vestra. de cohab. cle. & mu.

Quæro an ex causa posset istud tempus sex hebdomadarum augeri? & videretur quod non, secundum Bald. quia omnis dilatio, quæ assignatur à iure, habet vim peremptorij, vt not. in c. 1. de dolo & contu. in Cle. tamen dicit Iac. de Belui. quod sic, cognita causa & arbitrio iudicis. argu. ff. de re iudi. in l. 2. & l. 4. in §. si quis condemnatus. Non autem posset minui, vt dixi suprà eod. in c. 1.

Vltimò de materia primæ partis huius capituli videas plenè suprà titulo proximo in c. 1. & in pluribus remissionibus ibi adductis. De materia verò secundæ partis habetur in d. c. 1. circa me. inf. si de inuesti. inter dominum & Vasallum lis oria. & in c. 1. & quod ibi dixi supr. apud quem vel quos, &c. & infrà de mili. Vasal. qui cõtu. est in c. 1. in fin. & per Iac. Ardizo. in summa tit. de contentione feudi sub rubricella prima in fin.

DE CONTENTIONE INTER DOMINVM ET Vasallum de inuestitura.

RVBRICA.

QVidam habent hîc rubricellam talem, videlicet, quemadmodum feudum ad filiam perti. &c. & malè, quia talis rubrica cadit inf. super c. proxi. Quidam alij, vt Nic. de Nea. nullam habent hîc rubricam, sed legunt sub rubrica præcedenti, & malè. Quoniam nihil habet commune istud nigrum, cum rubrica præcedenti. Quidam alij habent hîc rubricam talem, videlicet, de contentione inter do. & Vas. de inuestitura, &c. Et hæc est vera & bona rubrica, & ea Communiter vtimur, qua etiam vsus est And. de Iser. Iaco. de Bel. & Bal. congruit nigro nostro. Et licet habeamus in hoc libro multas similes rubricas loquẽtes de ista materia, vt patet supr. de cõtro. inuest. & supr. de cõtẽ. inter do. & Vas. de inuesti. feu. & inf. tit. 3. Adeò, quod quidam dixerunt, quòd iste titu. vacat, vt dixit gl. 1. hîc posita, tamen possumus dicere, & benè, quòd nõ supfluat, quoniam ista rubrica est posita in tractatu constitutionis Loth. Imperatoris, quæ quidẽ cõstõ. fuit à Glossat. diuisa in plures rubricas, prout in d. cõstitutiõe diuersificabat materia, & d. cõstõ. durat vsque ad istum titulum inclusiuè, prout dixi sup. Imperator Lotharius Eugenio Papæ super rubrica. Qualiter autem aliæ rubricæ non

[a] *Quid si Vasallus notoriè delinquat. Adde Bal. in c. 2. de feu. Ioan. And. in c. ad apostolicè. de re iudi. lib. 6. in gl. 1. in nomine. Ang. in l. idẽ quæ. in §. si tibi. ff. qui po. in pig. ha. Ab. in c. cùm sit Romana. de appel.*

non superfluant inter se, dixi suprà de controuer. inuest. in prin. Et continuari potest hæc rubrica ad præcedentes hoc ordine. Quia suprà in præcedentibus Imperator Lotharius tractauit qualiter feudum non debet auferri à Vasallo per dominum sine culpa. item & à quo tempore Vasallus debet petere inuestituram, vt patet sup. in duobus titulis præcedentibus. Sed quia interdum vertitur cōtentio inter ipsum dominum & Vasallum de ipsa inuestitura. Idcircò subiecta est hîc ista rubrica de cōtentione inter dominum & Vasallum de inuestitura, &c.

SVMMARIA.

1 *Possessio corporalis, possessorem tuetur.*

2 *Actor negatiuam possessionem adducet in iudicio.*

Sacramento Vasalli possidentis vt stetur, necesse est, quòd steterit in possessione per annum, vel per triginta annos, si simpliciter in libello, dominus petit feudum à Vasallo.

SI QVIS MILES. Diuiditur istud capitulum in duas partes. In prima, dominus agebat contra Vasallum possidentem feudum petendo sibi illud restitui, dicens, quòd non legitimè tenet, eò, quia nunquam extitit ab eo inuestitus. Sed Vasallus affirmabat se inuestitum, quo casu statur sacramento Vasalli possessoris. In secunda, Vasallus petebat dominum posidentem compelli ad tradendū sibi possessionem, dicens: se ab eo inuestitum. Sed dominus negabat se inuestiuisse. Quo casu, si Vasallus nō probat inuestituram per pares curiæ, stabitur sacramento domini possessoris. secunda ibi, & si dominus, &c. Et sufficiat tibi ista diuisio pro summario, & casus positiōe. In textu ibi, miles, id est, Vasallus quicunque, etiamsi non sit miles, vt dixi supr. c. proximo, & patet suprà de contentione feudi in princ. Ibi, beneficij, id est, feudi, vt sæpius in præcedentibus declaraui. Ibi, si potuerit, referas istud verbum ad conscientiam iurantis, quasi dicat, si poterit iurare, quia a istà sit veritas, & conscientia dictet [a] sibi istud, vt posit rectè secundum Deum iurare. Nam illud dicimur posse, quod sine peccato possumus. arg. ff. de condi. insti. l. filius. de ver. sig. l. nepos proculo in fin. 22. quæst. 2. faciebat. Ibi, domini sui, subaudi, dummodo Vasallus possederit illud feudum per annum pacificè, vt infr. tit. 3. in c. 2. in fin. Ibi, pares, id est, conuasalli, vt infr. titulo tertio, c. primo, in princ. Ibi, denegetur, subaudi, sed potius aperiatur. l. is apud quem. C. de edendo.

1 †Not. quòd possesio corporalis tuetur possessorem, & inducit præsumptionem pro eo, vt deficientibus alijs probationibus stetur eius sacramento, de quo plenè dixi suprà de contentione inter dominum & Vasallum de inuestitura in princi. in secundo notabili. & inf. de success. rect. feu. in §. sacramentum, vbi videas. Quoniam ista regula, vt possessori deferatur sacramentum, non est semper vera, quoniam habet aliquas limitationes & distinctiones, vt ibi patet. Et hoc etiam sensit gloss. hîc posita in princ. sui. Et ideò de hoc remitto ad ea, quæ ibi scripsi, & latius suprà de controuer. inuesti. in prin. in quæstione gloss. patet. Namque etiam in casu nostro, quòd sola possesio Vasalli de se non sufficit, nisi sit coadiuuata alia præsumptione, vt quia iste Vasallus steterit pacificè in possesione per annum, vt dixi super text. facit infrà de consuetudine rect. feu. in prin. & ibi dixi.

2 †Not. ex prima parte, quod etiam actor potest in iudicio negatiuam positionem adducere. Qualiter autem in practica formetur, habetur in l. 2. §. 1. C. de iura. calum. & in c. 1. de confes. lib. 6. Regulariter etiam scias, quod ille intelligitur negare, [b] cui non incumbit onus probandi per nota. in l. de ætate. ff. de mino.

Not. text. ibi, quia non est bonum, vt veritas denegetur, &c. Et ad hoc gloss. hîc posita in fine sui allegauit concordantes, videlicet, l. eos. §. 1. C. de appel. Nam veritas colenda [c] est, vt in l. 1. C. de lati. liber. tol. & veritatem amare debemus. ff. de condi. & demon. in l. cùm ita. Et ideò ad veritatem inquirendam [d] laborare debemus omnibus modis, quibus possumus. in Auten. de tabel. in prin. colu. 5.

Oppo. ab extra contra ea, quæ dicta sunt suprà, videlicet, quod ad hoc, vt stetur sacramento Vasalli posidentis sit necesse, quod steterit in possesione per annum. Sed contrà, quòd imò requirantur anni triginta, vt infrà si de inuesti. fue. contro. in c. naturales. Solu. aduertendum, quod interdum dominus agit contra Vasallum, petens, sibi restitui feudum suum, eò, quia nunquam fuit inuestitus ab eo. Et isto casu habet locum iste textus. Sed interdum dominus simpliciter vendicat feudū, tanquam rem suam propriam. Et isto casu est opus, quod Vasallus possederit per annos triginta, vt in contrario. Et ex prædictis

a *Et cōscientia dictet. Adde quòd conscientia est oculus cordis, quæ debet esse sicut speculum sine anima, secundum Bal. in c. si sacerdos. de off. or. & est clipeus animæ rationalis secūdū Bal. con. 235. incip. creditor. in 3. vol.*

b *Ille intelligitur negare. Adde cui incumbit onus probandi negatiuam, vide per Bar. in l. illā stipulatiō. in §. si quis Calēdis. ff. de verborum obl. Bal. in l. 1. C. de bo. pos. secundum ta. Spe. tit. de proba. in §. 1. in prin. Innoc. in c. 3. de prob. Docto. in c. bone. de elec.*

c *Veritas colēda est. Adde quòd veritas omnia vicit, vt in c. cōsuetudo. 8. di. & per Feder. de Senis cōs. 72. inci. Benedictus seruus seruorū Dei in fin. vlt. colu.*

d *Ad veritatē inquirēdam. Adde c. quia sunt. 28. di. et in c. iudicat. 8. q. vlti.*

ctis dat Andr. de Iser. vnum consilium, vt simpliciter petas in libello ipsum feudum, tanquam rem tuam propriam tibi restitui.

Oppo. quòd imò absque sacramento possidens debeat absolui per regulã l. qui accusare. C. de edendo. & l. fin. C. de rei vendi. Sol. hîc aderat aliquid, quod mouebat animum iudicis ad illud deferendũ. & de hac satis declaraui in d. §. sacramentum, vt supr. de controuer. inuesti. in prin.

Vltimò ad materiam huius capituli, vide plura alia, quę dixi in d. c. 1. in prin. supr. de conten. inter dominum & Vasal. de inuesti. feud. & infr. de inuesti. inter dominum & Vasal. in c. 1. & 2. & infr. de consue. recti feud. in §. fin. in pluribus remissionibus ibi adductis. Et quod no. glo. magna in fin. 1. quid sit inuesti. in princ. & plenè per Iaco. Ardizo. in summa de conten. feu. sub rubricella, quando sacramentum datur Vasallo, & quando non.

QVEMADMODVM FEVDVM AD FILIAM pertineat.

RVBRICA.

Explicita nunc constitutione Lotharij Imperatoris, quæ in præcedentibus titulis per sex rubricas declarata est. Nunc autor facit transitum ad alias decisiones feudales, continuando suam materiam, vnde rubrica ista continuatur hoc ordine. Quia cùm supr. proximè tractatum sit de contentione inter dominum & Vasal. de inuestitura. Sed quoniam interdum dominus, mortuo Vasallo, inuestiuit filiã Vasalli mortui, & super hac inuestitura sæpè oriuntur contentiones. Idcircò vt hæc declaret, subijcit hîc istam rubricam iuxta proximè dicta.

SVMMARIA.

1. *Filia in feudo etiam nouo non succedet.*
2. *Filiam Vasalli mortui, dominus nouo feudo inuestire potest.*
3. *Feudum per pecuniam quandoq; acquiritur.*
4. *Parentes dictio, pro agnatis capitur.*

SI QVIS SINE. Istud capitulum habet plures intellectus diuersis respectibus. Primò namq; intelligunt quidam, quòd loquatur in feudo nouo, & hanc lecturam tenebo. Alij intelligũt, quòd loquatur in feudo antiquo, & non benè, nisi prout infr. dicam. Subsequenter aliò respectu propter verbum redemerit positum hîc in textu. Intelligunt quidam, quòd iste tex. propriè loquatur de vera emptione, vt sic feudum per precium posit acquiri, & emi, & vera est hæc lect. Alij intelligunt impropriè, vt videlicet nõ posit per pecuniam acquiri, & malè. Subsequenter alio respectu dicunt quidam, quòd agnati ipsius domini erant illi, qui volebãt impedire inuestiturã. Alij dicunt, quòd erant agnati ipsius filiæ inuestitæ, & vtraque expositio potest esse vera. Addit insuper Bal. alium intellectum nouum, qui nõ est vsquequaq; verus, vt inf. dicam. Tenebo itaque illum intellectũ, qui cõmuniter approbatur à Doctoribus, vcz, quòd loquatur in feudo nouo, & quòd tale feudũ posit acquiri per pecuniam. Et secundum istum intellectum hoc intendit in summa. Filia non succedit in feudũ patris morietis sine legitimis hæredibus, nisi illud à domino per preciũ de nouo acquisierit, vel nisi dominus sibi illud dederit ob amorem, & seruitia Vasalli defuncti. hoc dicit. Et diuide in duas partes. In prima tradit regulã. In secunda excipit duos casus, adiecta regula. secunda ibi, nisi. In textu ibi, si quis, scilicet, Vasallus. Ibi, masculo, subaudi, vel alio masculo descendente ex masculo, vt dixi in §. & si clientulus. supr. de alie. feu. Ibi, beneficiũ, id est, feudum, vt sępius declaraui in superioribus titulis.

Et intelligas, quòd istud feudum erat nouum secundũ veram lecturam vel antiquum, sed liberè erat deuolutum ad dominum secundũ Iaco. Ardizo. vt infr. dicam. Ibi, à domino, subaudi, volente: non autem intelligas, quòd dominus compellatur, si non vult. l. nec emere. C. de iure delibe. Ibi, redemerit, id est, emerit, vt sic ista filia emendo posit d. feudum per precium obtinere secundum verã lect. licet glo. suprà de benefi. fra. in c. 1. exposuerit istud verbũ impropriè, scilicet, vt ista filia redemerit feudũ sine precio, sed benè seruiendo domino, quam expositionẽ ibi reprobaui. Ibi, ei scz, prædictæ filiæ. Ibi, voluerit, scilicet, gratis, vt sequitur. Ibi, ex parentibus suis, id est, agnatis. Nam loquitur iuxta vulgare, & grosso modo. Et potest intelligi, quòd loquatur de agnatis ipsius domini, vel etiã de agnatis ipsius filiæ, & vtraq; expositio bona. Ibi, damnetur, scilicet, ipse dominus vel ipsa filia secundum quòd diuersimodè capimus agnatos, vt supr. dixi, &c.

1 † Not. quòd filia fœmina non succedit in [a] feudo etiam nouo. Et est ratio decidendi, quia hoc dictat natura feudi, cùm pugnam facere non posit, vt suprà de his, qui

[a] *Fœmina non succedit in feudo. Adde tex. in c. signi ficauit. de rescri. Io. And. in c. 2. de feu. in §. quoniã. versic. 25. & ver. 21. & ibi Io. An. in addit. Bald. in l. quotiẽs de su is et le. Raph. Cum. cõs 137. inci. consultis & infrà scriptis. Rapha. Fulg. cõ. 310. incip. nobiles de fortiate. Lu. Ro. cõ. 33. inci. viso inuestituræ tenore. Ang. cõ sil. 242. inci. punctus talis est. Bal. cons. 385 inc. factũ tale est. in 3. volu. Pe. de Anch. cõ. 173. inci. dominus Lazarus. Cal. cons. 3. in tit. de feu. incip. an fœmina de iure. Paul. de Cast. cons. 59. inc. quanquã multa scripta fuerint. Ale. de Imo cõ. 30. inci. emendatum. in 2. col. in 1. vol. idẽ Alexã. cõsi. 1. inc. põderatis isq. in 8. coll. in 5. vol. Pet. Phil. Cor. cõ. 16. inci. aperta frõte. in 2. col. in 1. volu. idẽ Pe. Phi. cons. 196. inci. circa præsentẽ consultationẽ. in 2. vol. So. cõs. 19. inci. p decisiõe pdictæ. in 1. vol. idem Soc. cõsi. 257. inci. visis instrumẽtis Romanorũ in 2. vol. Frãcisc. de Curte. cõs. 48. inci. Dux Mediolani Phil. in 7. col.*

qui feudum dare poss. in §. 2. §. hoc autem notandum. Ratio autem dubitandi erat, quia cùm alij masculi succedant in d. feudo nouo, vt in d. §. & quia. videbatur quod etiam filiæ, per l. maximum vitium. C. de lib. præte. Prædicta autem regula, quod filia non succedat, fallit in pluribus casibus, quos dixi in d. §. & quia. super gloss. fin. in fin. & suprà de succes. feud. in §. filia.

2 †Not. quòd dominus potest inuestire filiam Vasalli mortui de feudo nouo, quod est sibi apertum. Et est ratio decidendi, qa postquam domino est sibi apertum, & est in libero dominio, ipsius feudi habet liberum arbitrium disponendi de eo, pro libito voluntatis. l. in re mandata. C. mandati. Ratio autem dubitandi faciebat in CONtrarium, vt non posset dictam filiam inuestire, tum quia erat fœmina, quæ seruire non poterat, vt suprà dictum est, tum quia videbatur, quòd potius est ex vrbanitate, deberet illud infeudare agnatis Vasalli defuncti. argumen. in l. 1. §. penul. ff. de aqua quoti. & æsti. & ibi est circa hoc gloss. singularis. Et prædicta præstant argumentum ad dominum, ad quem deuolutum est ius emphiteoticum sui libellarij, vt possit illud de nouo confirmare in persona filiæ, omissis hæredibus emphiteote. Nam multã habeãt similitudinem ius Vasalli, & emphiteoticarij. l. 1. ff. si ager vectigal. vel emphi. petatur infrà de inuesti. de re. alienatio. fac. in principio. de quo vide, quod dixi in d. §. filia. de suc. feud. in vltimo nota. & infr. titul. sequen. in prima oppo. in fin.

3 †Not. ex hoc textu argumentum expressum, quòd feudum potest acquiri per pecuniam, [a] cuius CONtrarium videbatur per c. 1. inf. de feudo dato in vicem legis commiss. de quo dic, vt latè dixi suprà de benefic. fra. in c. 1. super prima gloss. in princip.

[a] Feudũ potest acquiri p pecuniã. Adde Barb. in c. ad nostram. in 1. co. de re Ecc. non ali. & an possit vendi sine licentia domini. vide per Doct. in c. cũ seculũ. de iur. patro. & ibi Abb. in 1. no. Doct. in c. ad nostrã. & Bald. in l. licet. C. de libe. causa.

4 †Not. quòd verbum parentes potest capi pro agnatis ex grosso modo loquendi, & ex benigna legis interpretatione, vt hîc in fin. Facit quod not. in l. quiq;. in §. parentes. ff. de in ius voc. Et pręstat argumentum ad quęstionem, vt si statuto caueatur, quod fœmina non succedat, extantibus parentibus, masculis, vsque ad talem gradum, &c. quod debeat intelligi statutum de agnatis, secundum dominum Bald. Facit quod alibi dicit Bal. in simili in l. 1. C. de succe. ędi. & in l. illam. C. de colla. & C. de libe. præte. in l. 2. & quod dixi sup. Episcopum vel Abb. vel ab §. quin etiam.

Oppo. cum glo. 1. quòd istud capitulũ in prima parte superfluat, per c. 1. infrà de natura succes. feud. so. quidam fatentur contrarium, dicentes, quod istud capitulum vacat per illud. & hoc sensit glos. Sed tu dic secundum Nico. de Neap. quòd imò non vacat, cùm in illo pinguius exprimatur materia successionis feudi. Et similiter in isto aliquid exprimitur, quod ibi non tangitur. Et aduerte, quia dum gloss. allegauit de succes. feu. voluit allegare de natura succes. feud.

Oppo. cum gloss. 2. quòd imò filia succedat in feudo, non extantibus masculis, vt suprà de succes. feu. in §. filia. Solu. ibi hoc operatur pactum adiectum in inuestitura, quo casu vigore pacti, succedit vt ibi. Hîc autem nullum intercesserat pactum, quo casu virtute ipsius inuestituræ paternæ nõ potest succedere, sed est opus, quod de nouo illud acquirat, si potest, vt hîc facit, quod dixi in d. §. & quia. & in §. hoc autem. supr. de his, qui feudum dare possunt.

Oppo. ab extra, quòd imò dominus nõ possit filiã Vasalli mortui inuestire in præiudicium agnatorum, & si facit poterunt prædicti agnati prædictum feudum reuocare, vt probatur suprà de succes. feu. in §. hoc quoq;. Solut. huius timore contrarij factæ sunt lecturæ. Et ideò quidam dixerunt, quòd istud capitulũ loquatur in feudo nouo, in quo cùm aperit̃ domino, nullus agnatorum habet spem, meritò potest dominus de illo disponere p libito, & huic filiæ concedere. Ibi verò loquitur in feudo antiquo, in quo ipsi agnati habent spẽ, meritò dominus nõ potest eis pręiudicare inuestiendo filiam, nisi ipsi consentirent, vt supr. quib. mo. feud. amit. in §. præterea. & infr. de alie. feud. in c. 1. Et hunc intellectũ & opinionem sequuti sunt Petrus de Cer. Andr. de Iser. & Bald. etiam cum ista opinio. transit. Et ego similiter sequor, prout intelliginus istum de parentibus, id est, agnatis ipsius filiæ. Sed si intelligeremus de parentibus ipsius domini, tunc CONtrarium non militaret, quia casus essent diuersi, cùm hîc dicatur, quòd agnati ipsius domini, non possent reuocare istud feudum datum per dominum huic filiæ. Et ratio est, quia nullum ius habetur in eo. Sed ibi loquimur de agnatis ipsius filij, qui benè possunt reuocare. Et est ratio, quia ipsi habent ius in d. feud.

Dominus autem Iac. de Bel. non vult assentire, quòd iste text. loquatur in feudo nouo,

nouo, propter verbũ parentibus, &c. quod est positum in isto textu. Ex quo dicit ipse, q̃d manifestè loquitur de feudo paterno. Sed prò solutione suprascripti contrarij dicit ipse, quod hìc post mortem Vasalli dominus inuestiuit filiam, vt patet in litera. Sed in contrario inuestiuit, adhuc viuente Vasallo. Et assignat rationẽ diuersitatis, quia ibi agnati videntur fraudati spe sua, eò, quia poterant accidere multi casus, in quibus per culpam Vasalli viuentis, poterat dictum feudum ad eos redire. Hìc autem constat per nullam culpam ipsius Vasalli, amplius posse hoc euenire, cùm iam mortuus sit, & constat iam seruitium & amorem Vasalli præcessisse. Et hoc modo soluit omnia similia contraria, in quibus apparet, quod non potest fieri præiudicium agnatis, vt patet infrà de alie. feu. pat. in §.1. & de Vasal. de cre. æta. in c.1. & infr. si de feud. sue. contro. in c. Titius. de eo, qui fin. fe. agna. c.1. & supr. de alie. feu. in §. si clientulus.

Nec ob. dum dicit ipse, quòd in casu nostro post mortem Vasalli statim videatur apertum ipsis agnatis, vt infr. an agnatus in c.1. quia fingitur, tale ius nõ esse acquisitum agnatis, tum quia filia fuit inuestita prius, quàm ipsi agnati. arg. in l. cùm non solùm. §. fi. C. de bo. lib. tum, quia cõsuetudo feudalis ita disponit, vt hìc, tum quia etiam à principio videtur esse facta inuestitura secundum tenorem huius capituli, videlicet, agnati debeant succedere, & non ipsa filia, nisi ipsa eo modo illud acquireret, prout hìc disponitur. & ita sensit Iaco. de Bel. Sed reperio, q̃ ista opinio fuit ante ipsum Py. & Sy. Bicentinum. Veruntamen iste intellectus non videtur mihi bonus, tum quia videtur esse contra casum. d. c. 1. in princ. inf. de alie. feud. pa. tum quia in materia successionis feudi, vbi numerantur casus, in quibus fœminæ admittuntur, non reperitur iste casus, vt infr. de natura succes. feud. in c. 1. tum quia regula feudalis est in oppositũ, quæ talis est, quod non patet locus fœminæ in successione feudi, donec superest masculus ex eo, qui à primo fuit inuestitus, vt dicit tex. infr. de eo, qui sibi hære. quæ suis masculis & fœm. in c. 1. & pro tanto non recederem à prima opinione, quæ Communis est, vt hìc loquatur in feudo nouo. Vel dic secundum Iaco. Ardizo. & non malè, quod hìc potest loqui in feudo etiam antiquo, quod erat reuersum ad dominum, in quo neque agnati domini, neq; ipsius Vasalli mortui poterant succedere, sed inuidebant, & impedire volebant inuestiturã filiæ, & ad eã ꝓferri volebant, quod nõ est admittendũ. arg. in l. apud Iulianum. in §. si quis alicui. ff. de legi. 1. & ita tenet ipse Iaco. Ardiz. in summa sua. & iste intellectus idem importat, quod superior postquam vtroq; modo constat, quod istud feudum erat in libera potestate domini, neq; agnati Vasalli mortui habebant aliquod ius in d. feudo, quia non fuerant de eadem linea primi acquirentis, vt probatur infrà de gradi. in §. 1. Verùm dominus Bald. attentauit hìc ponere alium intellectum, videlicet, quod si velimus intelligere istum textum in feudo paterno, debeamus dicere, quod erat receptum ꝓ se & filijs suis masculis & fœminis. Nam tunc agnati, ex quodam priuilegio, excludunt filiam, cui priuilegio potest derogari, per dominum feudi inuestiendo filiam amore patris, vel propter merita, nimirum, quia facilius tollitur priuilegium, quàm ius commune. ff. de testa. mili. l. eius militis. §. militia. Sed iste intellectus non placet mihi, per d. c. 1. infr. de eo. qui sibi hæred. quæ suis, &c. vbi videtur casus in cõtrarium. facit c. 1. infr. de bene. fe. Item, quia hoc est contra feudi naturam, vt quia filia succedat, vt infr. quid sit inuesti. in fi. Item, quia tale priuilegium non videtur posse tolli. arg. l. 1. ff. de iure immu.

Vltimò de hac materia præsenti not. per gloss. in d. §. & quia. sup. de his, qui feu. dare pos. in glo. penult. & ibi dixi. & inf. de natura suc. feud. in c. 1. super verbo ex pacto. & quod ibi dixi. & vide, quod dixi in §. hoc autem. supr. quibus feu. da. pos. in primo notabili. & in pluribus remissionibus ibidem adductis. in fin. & plenè per Iacob. Ardizo. in summa. de succe. feu. sub rubricella, filiæ non debent succedere in feudo, vbi egregiè examinat intellectum huius c. & per Hosti. in summa ti. de feudis. in §. in quibus causis.

QVIBVS MODIS FEVDVM CONSTITVI POTEST.

RVBRICA.

Continuatur cum superiori titu. proximè præcedenti hoc ordine. Quia in d. titu. visum est, qualiter dominus potest feudum ad se liberè deuolutum, de nouo tradere filiæ, quondam Vasalli mortui. Sed quia dubitari posset, an sit necessaria inuestitura, ad hoc, vt d. filia, vel alter Vasallus nouus possit sibi feudum datum & consti-

constitutum de nouo à domino retinere, & idcircò, vt prędicta declaret, subijcit istũ titulũ immediatè post tit. præcedentem.

SVMMARIA.

1 *Feudum absq; inuestitura non constituitur.*
2 *Possessio corporalis rei feudalis, non inducit rectum feudum.*
3 *Feudum quot modis acquiri possit.*

SCIENDVM. Diuiditur in duas partes. In prima traditur regula. In secunda declaratio regulæ. secunda ibi, & si domino.

CASVS.

Feudum non constituitur sine inuestitura, etiãsi quis possideat rẽ nomine feudi de voluntate domini, quo casu non transit ad hæredẽ. h. d. In textu ibi, inuestitura. Quid autẽ sit[a] inuestitura, habetur infr. qd sit inuest. in prin. Ibi, constitui posse, subaudi, ad hoc, vt habeat ꝓpriã naturã feudi, & in eo succedat, vt hoc licet possit plurib. alijs modis acquiri, vt infrà dicam. Ibi, domino iubente, subaudi, & nõ præsente curia sua, quia secùs si præsente curia, vt statim dicam. Ibi, alicuius rei, subaudi, immobilis, vel quæ inter immobilia cõputetur, quia solùm in talibus rebus cõsistit feudũ, vt infr. de feu. cog. in c. 2. Ibi, hoc iure, aliàs in text. hoc iure, est hac in re, &c. & quælibet litera bona, vt voluit glossella hîc posita.

[a] *Quid autẽ sit inuestitura. Adde Docto. in c. autoritate. de instit. Io. And. in addi. Spe. eod. titu. super rubric.*

1 † Not. hanc regulam, quòd feudum sine inuestitura non potest constitui. Nec enim alio modo cõstituitur ad hoc, vt habeat propriam naturam feudi, vt hîc. Vel nisi constituatur feudum ex eo actu, qui ꝓ inuestitura reputatur, vtputa, cùm dominus dixerit alicui coram curia, vade in possessione illius feudi, & ipsum teneas pro feudo, quo casu, licet alia non intercessit inuestitura: tamen perinde est, ac si intercessisset, vt inf. de consue. rect. feud. naturam. & in eo succeditur. Secùs autem, si dominus protulisset talia verba, non præsente curia, quia tunc licet Vasallus esset ingressus possessionem feudi, & de voluntate domini; nihilominus non esset ꝓpriè feudum. & in eo non succederetur, vt hic in fin. Quod vltimum intelligas verum, nisi dominus fuisset passus, ipsum possidere per annum pacificè, & ab eo, tanquam à Vasallo recipiendo interim seruitia, quia tũc etiam isto casu intelligeretur esse feudum constitutum ex actu, qui pro vera inuestitura reputatur, vt probatur in d. c. 1. post princip. Et ita intelligunt ibi Docto. istam materiam secundum communem opin. & ibi assignaui rationẽ circa ꝓdicta.

2 † Not. quòd corporalis possessio rei feudalis apprehensa etiã de voluntate domini per Vasalli, nõ inducit rectum feudum, vt in eo succedatur, vt hîc. Quoniam deficiente substantia, deficit substantiatum. l. 3. §. deinde. ff. de itin. actuq; pri. & de diuor. l. fin. Nisi alia concurrant, quæ ipsum feudum rectum habeant constituere, vt in d. c. 1. in princ. & supr. proximè dixi. Ex quo inferat secundum Iac. de Bel. & Bald. quod si Vasallus iubente & volente domino, ingrediatur possessionẽ cuiusdam castri nomine feudi, nulla tamen intercedente inuestitura propria, certè dum vixerit, poterit illud retinere, sed eo defuncto, hæres nõ succedet, vt hîc. & ita figurabant casum. Et ad prędicta facit, quod dixit Bal. in l. si liberti. C. de ope. liber. vbi declarat, an in dubio videatur concessum ius reale, vel ad vitam Vasalli.

Oppo. cum glo. 2. & sic dicitur hîc, q hæres in casu huius capituli non succedit Vasallo mortuo, sed contrà arguitur sic: Dominus iste transtulit possessionem feudi in Vasallum, igitur videtur fecisse sibi inuestituram, quia propria inuestitura appellatur possessio, vt infr. quid sit inuestitura in prin. Sed Vasallus recipiendo inuestituram videtur prospexisse sibi & hæredibus suis, etiam tacitè nullam faciendo mentionem de eis, vt infr. de duobus fratr. à Capita. inuesti. in c. 1. & in l. si pactum. ff. de proba. Igitur hæredes debent succedere. Cuius CONtrarium hîc dicitur. Solu. huius timore videtur ista glo. stare cõtrario, dicens: quòd istud capitulum inducit dictam absurditatem contra dicta iura. Et ideò hodie habemus casum in cõtrarium, vt ipsi hæredes succedere debeant, vt ꝓbatur in c. 1. in prin. infr. de consue. rect. feu. de quo tamen se remisit ad summam Py. & hoc voluit tota ista glo. vsque ad finem. Quæ videtur residere in hoc, quod istud capitulum hodie corrigatur per d. c. 1. Sed tu dic, quòd imò non corrigatur, quoniam ibi dominus dedit possessionem feudi Vasallo præsente curia: hîc autem secùs, & sic casus sunt diuersi, & ita sensit Py. in dicta summa. Facit quod not. glos. 4. infrà de feud. cogni. in c. 2. de quo satis dixi supr. in primo notabili.

Non obstat modò contrarium hîc formatum per glo. de c. 1. inf. quid sit inuestitura, quia debet intelligi, quòd inuestitura præcesserit, quando Vasallus habet possessionẽ feudi, & sic ꝓpriam inuestituram vt

vt infr. de noua fide. for. in fin. & suprà de controuer. inuesti. in prin. & dixi in d. c. 1. Ex quibus cõclude in hac materia, quod interdum quæritur, quando feudum propriè constituatur, & habeat propriam naturam feudi, adeò quod in eo succedatur. Et dico, quod per inuestituram tantummodo. CASVS est hic. Vel p peractum, qui habetur pro inuestitura, vt in d. c. 1. in prin. de consue. rect. feud. Quod quando sit suprà dixi.

3 † Sed interdum quæritur quando & quot modis acquiratur [a] feudo? Et dico, quòd non solùm per inuestituram, sed etiã per successionem, vt infr. de feud. cogni. c. 2. in fine.

Item acquiritur [b] præscriptione, vt infrà si de feud. fue. contro. in c. si quis per triginta.

Item acquiritur propter delictũ agnati, vt infrà si de feu. fue. contro. in c. si Vasallus.

Item acquiritur & alijs culpis & causis, de quibus latè dixi infr. quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. fi. in conclusionibus. Et not. ex glossa ista, quòd feudũ simpliciter receptum pro se filijs suis masculis, licet in inuestitura de nullo hærede fiat mentio. & tenet And. de Iser. Quod facit in argumentum secundum Bald. ad emphiteosim, vt idem dicamus, cùm isti contractus multã similitudinem habeant inter se per l. 1. ff. si ager vectigal. vel emphi. pe. facit quod no. infr. de inuestitura de rei alie. fac. §. 1. Et dicit ipse, hoc esse multùm notandum. & ad hoc vide, quod dixi suprà de succ. feud. in §. filia. & suprà titu. proxi. in secundo notabili.

Quæro ab extra, quid si dominus non habeat pares seu curiam, & proferat illa verba (de quibus suprà dictum est) coram alijs honestis viris, an tunc intelligatur inuestitura propriè constituta? & per consequens habeat locum successio. Et Pe. de Cert. sub dubio fortè dixi, quod sic. Et nihil allegat, licet Bal. videatur innuere contrarium, dicens, quòd in feudis est istud speciale statutum, vt nisi interueniat solennitas prædicta, non sit rectum feudũ, nec transmittatur ad hæredes etiam filios. Sed istud dictum intelligerem verũ, quãdo dominus haberet pares & curiam, & proferret dicta verba coram alijs, sed vbi dominus nõ haberet pares seu curiam, tunc putarem Pet. de Cert. benè dicere, dummodo dicti viri aliàs sint idonei. Et probo per text. plures, & primò infr. quid sit inuesti. in §. si verò inuestitura. & in c. 1. versi. quid si tempore inuestitionis, &c. inf. tit. proxi. & infrà de notis feud. in §. 1. & in d. c. 1. in prin. in vers. quod autem. infr. de consue. recti feudi. Quinimmò dicit Andr. de Iser. plus quod etiamsi dominus haberet pares, & cõstaret per priuilegium & instrumentum publicum, qualiter dominus donauerat tale feudum huic Vasallo, & postea reperiatur in possessione, quod præsumitur esse virtute dictæ donationis. l. quædã mulier. ff. de rei vend. & esset verum feudum absque alia inuestitura, quia postquã cõstat expressè de donatiõe domini, & translatione possessionis, non videt, quare amplius per inuestituram debeat exquiri voluntas domini per not. in simili. infr. q̃ fuit prima causa benef. amit. in princ. Et hoc confirmo, quia non subest timor subornationis testium, quod dictum est valdè notandum, si verum est. Sed dubito, quia est contra multas regulas feudales. Primò cõtra d. regulam in d. c. 1. de consue. recti feu. Secundò contra aliam regulã, quæ est inf. quid sit inuesti. in prin. & §. 1. Quare cogita. Sed ad declarationem tamen videas, quod dixi in c. 1. infr. qui testes sunt necessarij ad probandum inuesti. in 2. opp.

Quæro quid si Imperator vel Rex profert dicta verba, an sit quærendum de præsentia partium? dic quod non. argu. C. de test. l. omniũ. & in l. pen. C. de dona. inter virum & vxo. Item, quia mandat suas largitates fore perpetuas, in Auten. de consti. quæ de digni. §. illud. Vnde cùm omnia iura sciat, videtur velle, quòd non obsit aliqd contra suam largitatem per d. l. omnium. & ita determinat And. de Iser.

Quæro quid si nuncius vel pcurator domini cõstituat Vasallũ in possessione feudi, nulla præcedente inuestitura, an videatur tunc ille Vasallus habere feudum, vt in eo succedatur, & videretur quòd sic per c. 1. §. sed vtrum. infr. per quos fiat inuestitura. Sed Bal. dicit contrà, & benè, nisi ipse nuncius fuisset creatus solenniter coram curia per ea, quæ supr. dicta sunt.

Vltimò de materia huius tit. habetur. & no. per glo. infr. de feu. cog. in c. 2. in fin. & in d. c. 1. in prin. inf. de consue. re. feud. vbi videas, & in remissionibus copiosis, quas ibi in vtroque iure adduxi. & in Specu. de confes. in §. nunc videndum. versi. quid si confiteor. & in titu. de aduocato. §. 1. vers. sed pone.

a Et quot modis acquiratur feudum. Adde in summa Pisanella, in verbo feudũ. in §. qualiter acquiratur.

b Item acquiritur præscriptione. Adde glo. in c. 1. de Capel. mo. Bal. in l. neq. C. de vsur. Io. An. in addi. ad Spe. super rubric. de præscri. Ant. de But. & Mod. in c. ad audientiã. de præscrip. Spe. super rub. de feud. Bald. in Procœ. secũ. libri Decretaliũ. in 5. colu. Bald. in c. ex parte. in 3. col. de testi.

DE CONTENTIONE INTER DOMINVM ET Vasallum de inuestitura.

RVBRICA.

1 *Successor inuestientis inuestituram per prædecessorem factam non ratificabit.*

SI DOMINVS. Si clericus infeudans, feudum Ecclesiæ possessum per alium, moriatur antequã inuestitus nanciscatur possessionem, annihilatur talis concesio. hoc dicit. Et diuiditur in duas partes. In prima exemplificat in clerico inuestiente. In secunda generaliter extendit determinationem ad omnes clericos, qui infeudare possunt. secunda ibi, quod generaliter. In textu ibi, inuestiuit, scilicet, verbaliter & abusiuè, & subaudi in diem, vel sub conditione de re Ecclesiastica per alium possessa, quia aliàs non haberet ista litera dubitatione, vt inf. dicam. Ibi, moriatur, scilicet, ipse clericus, qui inuestiuit. Ibi, Vasallus, scilicet, inuestitus, verbaliter & abusiuè. Ibi, feudi, subaudi, prędicti possesi per alium. Ibi, exinanitur, id est, annihilatur, & tollitur, seu euacuatur talis feudi concesio, quoniam successor huius clerici, non cogitur eam adimplere & ratam habere. Ibi, in omnibus clericis, subaudi, siue sint de maioribus, siue de minoribus, vt supr. qui succe. tene. in c. 1. Ibi, feudum dant, qui autẽ sint illi clerici, qui possunt infeudare, dicitur sup. de his, qui feudum dare pos. in prin.

2 † Not. q; successor clerici inuestientis, non tenetur habere ratam inuestituram factam per prædecessorem inuestientem, si non est adhuc consummata, & sortita effectum. Aliàs autem si iam esset sortita effectum & consummata, non expiraret per obitum cõcedentis, sed ipse successor teneretur eam habere ratam, vt not. extra de filijs presbyt. in c. ex tua. & extra de off. dele. si super gratia. lib. 6.

Oppo. de. c. 1. infr. de cle. qui inuest. fa. Solut. interdum loquimur de clerico, qui inuestituram facit de rebus proprijs, & tũc successor tenetur habere ratam, quia in hoc æquiparatur laico, vt ibi: secùs si de rebus Ecclesiæ, vt hìc. Et intelligas istum textum, quòd istud feudum posidebatur adhuc per alium Vasallum, quo casu distingue, vt ibi dicitur, quod aut clericus inuestit purè, & nulla est inuestitura, nisi consentiente eo, qui posidet, dixi supr. qui suc. tene. in c. 1. Auten. in diem vel sub conditione, & tunc benè valent etiam sine voluntate posidentis, quo casu, si inuestitus moriatur ante diem vel conditionẽ, & tũc successor nõ tenetur habere ratũ, vt hic in isto textu. Qui ita debet intelligi. Aut iam fuit apertũ ipsi inuestienti adhuc viuenti, & tunc successor tenetur eam inuestiturã adimplere, & possesionem tradere. Idem dicendum, si tempore, quo inuestiuit, iam ipsum feudum erat apertum dicto inuestienti, & apud ipsum erat, quia successor nõ posset infringere, vt ibi, vbi omnia supradicta probantur. Et dicas de hac materia, vt ibi dixi. & in remisionibus ibi adductis. & in c. 1. suprà qui suc. tene. & in titulo suprà hic potest esse titulus, qui successo. tene, hìc allegat. in glossella & in pluribus remisiõibus in dictis locis adductis in vtroq; iure. Et videas plenisimã distinctionem in tota materia, quam scripsi suprà de his, qui feudum dare poss. in prin. iuxta fin.

SI DE INVESTITVRA INTER DOMINVM ET VAsallum lis oriatur.

RVBRICA.

HAec est vera rubrica, & qua communiter vtimur secundum glossam hic positam, videlicet, si de inuestitura inter dominum & Vasallũ lis oriatur, &c. licet quidam habeant rubricam talem, videlicet, qualiter iudicium feudi sit examinandum, &c. & malè. Et continuatur ista rubrica ad præcedentes hoc ordine, quoniam suprà proximè in titulo præcedenti dictum est, qualiter feudum constituitur per inuestituram. Sed quia multotiés super ista inuestitura oritur controuersia inter dominum & Vasallum. Idcircò post titulum præcedentem immediatè subiunxit istam rubricam, Si de inuestitura, &c.

Oppo. ab extra contra hanc rubricam de superfluitate per titul. quartum. suprà proximè. Solu. dic, vt ibi dixi super rubrica. Et similiter non superfluit per alios titulos plures, tractantes de ista materia, videlicet, de controuersia inuestituræ, & suprà de conten. inter do. & Vas. de inuesti. feud. quia plura ponuntur in illis titulis, q̃ non sunt inserta in isto. Et similiter aliqua in isto inscripta sunt & addita, quæ in illis non reperiuntur. Vnde licitum est repetere materiam, vt aliquid addatur, vt in Auten. de æquali. do. in §. his consequens cum ibi notatis.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Probatione deficiente, sacramento possessoris causa definienda est.*
Inopia probationũ deficiente, deprehenditur aliquid licitum, quod alias nõ liceret.

2 *Ius probandi per sacramentum ad successores deuoluitur. Et quãdo intelligitur verũ.*
Iuramentum possessoris in lite pendente morientis, transit ad hæredem. item quid sit dicendum in iuramento in litem, & quãdo iuramentum obliget successores.

3 *Scientia coniecturatur ex præsentia.*
An præsens præsumatur semper scire & intelligere.
Testis est citandus, & quid sit dicendum, si inuitus trahatur ad iudicium, an valeat eius dictum. item si testis veniat non citatus, an probet.
Item in teste duo sunt necessaria, iuramentum & depositio.
Item testi qui prius deposuit & postea iurat, an credatur, ita vt eius dictũ valeat.

4 *Pares qui dicantur.*
Vasallus in materia feudali, potest esse testis pro domino, & quare.
Testi qui primò voluit celare veritatem, nihilominus, si postea compulsus deponat, an credatur? Et an & quomodo incidat in pœnam falsi.
Veritatem dicere, qui non vult, nocere desiderat.
Testis qui semel deposuit, an possit infringere dictum suum.
Testi dicenti veritatem creditur, licet accepisset pecuniam, vt reticeat veritatẽ.
Testis accipiens pecuniam, vt perhibeat veritatem, an sit puniendus.

5 *Recursus ab inferiore ad superiorem, pro iustitia tuenda habetur.*
Testis ad perhibendum testimonium à iudice est compellendus. Item an ex aliqua causa possit se excusare.
Nuncius potest ad iudicia constitui, & fungetur vice procuratoris.

6 *Imperatoris sententia, quare seruanda.*
Ampliatur.
Pars absens & contumax, in causa appellationis, etiam in causa feudali, & ante litem contestatam, nihilominus potest procedi ad sententiam diffinitiuam.
Qui male agit, odit lucem.
An populus Romanus sit maior Imperatore. Item an Imperator plus possit, quàm populus Romanus. Item an populus Romanus possit Imperatorem degradare seu deponere.
Ciuitas quælibet habet eam iurisdictionẽ, quam olim habebat Præses prouinciæ.
Quæ fiunt à Præside vel à Comite de necessitate sunt seruanda. Quomodo intelligatur procedere.

7 *Prouincia quæ dicatur, & an possit diuidi.*
Æquiparatio Laicorum ad Clericos, quando fallat.
An Prælati possint de iure infeudare agnatis suis.
Vtrum Clericus ipse pro se feudum retinere possit.

8 *Receptio testium, an possit committi in causis feudorum.*

SI INTER DO. Quoniam istud capitulum continet sub se plures & varias sententias. Idcircò, vt omnia comprehẽdamus, ponam diuisionem latam, quæ sufficiet etiam pro summario, & pro casus positione. Diuido itaq; istud capitulum in decẽ partes. Quoniã in prima parte dicitur, quòd si orta contentione inter dominũ agentem contra Vasallũ possidentẽ feudũ petendo illud sibi restitui ex eo, ꝙ nunquam ipsum inuestiuit. Et Vasallum qui se defendendo dicit, se inuestitũ, non tamẽ pôt probare per testes, debet hęc talis causa terminari secundum sacramẽtum Vasalli possessoris, vsq; ibidem. Vbi ponitur secunda pars, in qua dicitur quod idem iuris est, si dominus ageret cõtra successorem ipsius Vasalli, vel successor domini contra ipsum Vasallum, vel eius successorem, vsq; ibi, si verò. Vbi ponitur tertia pars, quando Vasallus habet testes, quo casu, stabitur dicto ipsorum testium deponentium cum sacramento, vsq; ibi, testes. Vbi ponitur quarta pars, in qua disponit, quales debent esse testes prædicti, quoniam est necesse, quòd sint de cõuasallis, qui tenent feudum ab eodem domino, vsq; ibi, si tempore. Vbi ponitur quinta pars, in qua determinat, quòd si dominus tempore inuestituræ, non habebat pares, quòd tunc etiam extranei erunt legitimi testes, vsq; ibi, qui etiam. Vbi ponitur sexta pars, in qua dicit, quòd si Vasallus habet testes, sed nolunt dicere & deponere veritatem, tunc Vasallus habet recursum ad superiorem iudicem ordinarium, qui eos compellet ad iurandum, & ad veritatem dicendũ, vsque ibi, his enim. Vbi ponitur septima pars, in qua adhibet remedium, quòd si ille iudex superior, non cogat dictos testes, ꝙ tunc ipse Vasallus habet recursum ad Imperatorem, ad quem accedet cum suo aduersario, vel eius nũcio, & id quòd per Imperatorem determinatum fuerit, obseruabitur vsq; ibi, si autem. Vbi ponitur octaua pars, in qua dicitur, ꝙ si Vasallus promittat se iturũ, vel missurum nuncium ad Imperatorem, quòd tunc posideat quietè, vsq; ad annum, & si non miserit, vel non iuerit vsq; ad dictum annum, tunc super determinatione causæ, stabitur sacramento domini, vsq; ibi, & si testes. Vbi ponitur nona pars, in qua dicitur, ꝙ si prædicti testes allegati ad probandũ inuestituram cõparuerint, & dixerint per sacramentũ, se non interfuisse prædictæ inuestituræ, quòd tunc

causa debet terminari per sacramentũ domini, vsq; ibi, hæc etiã omnia. Vbi ponitur vltima pars, in qua extendit omnia prædicta ad Clericos infeudantes, præterquàm circa testes adhibendos in inuestituris feudorum, quæ si fiat à Clericis, possunt admitti testes, & pares & extranei. Et subiungit rationem, quia Clerici infeudantes, sępe in occulto infeudant absq; consilio, & præsentia aliorum Clericorum fratrum suorum. Et hoc vult vsq; ad finem. In text. ibi, dominum, scilicet, Laicum, vt differat ab vltima parte infrà posita, quæ loquitur de Clericis. Ibi, inuestitione, importat idẽ ac si diceret de inuestitura. Ibi, res, id est, veritas, vt in l. illicitas. in §. veritas. ff. de officio præsidis. Ibi, nõ poterit, scilicet, plenè. Nam nomine probationis, in proprio significatu intelligimus de plenè, vt notatur. ff. de conditione & demonstra. in l. Lucius. Ibi, possessoris, id est, Vasalli. Ibi, decidatur.

Quod intellige, si iam illud possederat pacificè per annum, vt infrà in c. sequen. in fin. secundum And. de Iser. & dixi suprà tit. 4. in c. 1. super text. & in primo notabi. Ibi, idem, subaudi, quod dictum est in principalibus. Ibi, cum sacramento. Non enim creditur testi absq; sacramento [a] vt in l. iurisiurandi. C. de testi. Ibi, feudum teneant. Signa istum tex. qui notabiliter declarat, qui sint pares curiæ, scilicet, illi cõuasalli, q tenent feudũ ab eodẽ domino. Ibi, absfuerint, id est, nõ fuerint eo, quia dominus nõ habebat pares, & ita intelligit gloss. prima in fin. & benè. Non autem intelligas, quòd dominus habebat pares, sed erant absentes, vt videtur sonare litera, quia tunc non posset procedere, cùm ipsi pares absentes essent expectandi, vt infrà de consuet. recti feud. in §. 1. & statim dicam. Ibi, à Comite, id est, à iudice ordinario illius loci. Nam iste Comes erat, sicut esset potestas, vel præses apud nos. facit. l. 1. C. vbi pupil. edu. Vel dic, quòd erat dominus, seu Baro illius loci, vt probatur infrà, de pace tenen. in §. si quis aliquem. & in §. ad palatium, & ibi dixi. Ibi, à populo, id est, ab officialibus illius populi, qui pro ipso populo iurisdictionem & iusticiam ministrabant, vt quia erat ciuitas libera, & franca, quæ populariter se regebat sicut Florentia. Sene. &c. vt in Auten. de defen. ciui. in §. interim. Ibi, his enim, scilicet, Comite vel populo, de quibus suprà dixit. Ibi, eos, scilicet, testes. Ibi, cum ipso domino. Aliàs est in tex. cum misso domini, & tunc expone misso, id est, nuncio. aliqui habent vtranq; literam, & quælibet bona. Ibi, festinet, subaudi, si ipse dominus hîc voluerit facere sponte, aliàs citabitur secundum And. de Iser. argumẽ. l. fin. C. si per vim vel alio modo. Ibi, exercetur, id est, firmatur, & practicatur. Aliàs est in text. obseruetur, &c. & in idem recidit. Ibi, ad regem, quem suprà appellauit Imperatorem, nam etiã Imperator appellatur Rex, vt dixi inf. de noua fi. for. in prin. Ibi, domini sacramẽto, subaudi, etiam non possidenti, & hoc propter contumaciam Vasalli non venientis. Quoniam hoc satis, debet mouere animum ipsius principis ad deferendum sacramentum, vt infrà de consuet. recti feu. in §. sacramentum, & in hoc text. dum dixit negatiuè non venerit, vel non miserit, &c. licet quidam non habeant ista verba in text. vt voluit glossella hîc posita. Ibi, hæc enim omnia, subaudi, quæ dicta sunt hucusq; in laicis infeudantibus. Ibi, Clericorum, scilicet, dantium feuda, quòd intellige de rebus ecclesiæ. Aliàs si de proprijs esset idem, quod in Laicis, vt infr. de Clerico qui inuesti. fac. in c. 1. & no. infrà, quid sit inuesti. in prin. in magna glo. & suprà, qui succes. tene. in gloss. fi. Ibi, absconsè, id est, latenter. Ibi, confratrum, id est, Clericorum aliorum secundum An. de Iser.

1 † Not. ex prima parte regulam, quòd deficientibus alijs probationibus, diffinitur causa sacramento possessoris, vt hîc & infrà, quid sit inuesti. in §. si verò inuestitura. Et quæ fuerit ratio huius regulæ, dixi suprà, de conten. inter do. & Vasal. de inuesti. feud. in c. 1. in primo notabili. Hæc autẽ regula, non est semper vera, secundũ Doc. licet habet aliquas limitationes, de quibus infrà, de consuet. rect. feud. in §. sacramentum, & ibi dixi. Non enim etiam in casu nostro, ista simplex possessio hoc operaretur, nisi esset roborata alia præsumptione, vt quia iste Vasallus stetisset in possessione pacifica per annum, vt infr. in c. proximo in fin. dixi etiam super text. & suprà, in tit. 4. in primo notabili. Nota ex dicta parte, quòd inopia probationum deficiente, deprehenditur aliquid licitum, quòd aliàs non liceret, & de hoc not. in d. c. 1. in princip. de conten. inter do. & Vasal. & ibi plenè dixi in primo notabili, & hoc voluit etiam gloss. fin. hîc posita in fine sui quæ hoc colligit.

2 † Not. ex secunda parte, quòd ius probandi per sacramentum, transit etiam ad successores,

a Nõ enim creditur testi absq; sacramẽto. Adde Bal. in c. de testib. in 2. colu. & Ab. in c. tuis quæstionibus eo. ti.
Fallit. 1. vbi agitur de informatione super fama, vel super notorio secundũ Ant. de Bu. in c. cũ in tua. in fi. de spon. Fallit 2. vbi agitur de informatione famæ, quod promouendi ad dignitatẽ vel repellẽdi secundũ Ab. in c. 1. in pe. colũ. de post. prælat. Fallit 3. in sacerdote super pœnitẽtia. de quo per Ant. de Bu. in c. testimonium de test. Arch. in c. in capite. l. diuus Arch. & Do. in c. ipsi Apostoli. 2. q. 7. Fallit 4. qñ statutũ vellet, quod dictũ testis non iurati probaret secundũ Ludo. Ro. consil. 110. inci. viso puncto. Fallit 5. ad probãdũ quẽ esse baptizatũ. vt est glo. in verbo pœnitentiam. in c. quanto. & ibi Doc. 2. q. 5. gl. in verbo. sed filius. in c. tanta nequitia. 86. di. gl. 1. in c. placuit. de infantibus. de cõs. di. 4. gloss. in verbo testimonio in c. cũ itaq. ea. dist. gl. in verbo nec testes in c. de ecclesiarũ de conse. di. 1. gl. fi. in c. licet vniuer. ibi. Bal. & gl. fi. in c. nuper de testi.

successores. Facit regula quòd ipsius.ff.de reg.iur.& probatur.inf.de notis feud.in §. cùm datur.& in §.fi.

Quod intelligas verum, si successor est informatus de veritate, ità quòd posset iurare, aliàs secùs.ar.in l.videamus.in princ. ff.de in litem iurando. Quid autem si possessor iurauit, & pendente lite moriatur, vtrum hoc transeat ad hæredem, dic quòd sic secundum Bald. quia iam est perfecta probatio, vt in capitulo fin.extra de sepul. & ibi per Ioan. Andr. Iuramentum autem in litem, an possit aduersus hæredes delinquētis intentari, dic vt in l.1. & per totum. C. de in litem iuran. Quando verò iuramentum obliget successorem, dic per Bal. in l. generaliter. C.de iureiuran. & in l.liberti.C. de operis lib. & per Io.An.in c.veritatis.extra de iureiuran.

3 † Not.ex tertia parte, quòd ex præsentia præsumitur scientia.facit.l. testium.C. de testibus. An autem præsens præsumatur semper scire, & intelligere, dic per Bart.in l.coram.ff. de ver. signi. & in l. 1. §.1.ff.de auto.tu.& per Bal.in l.obseruare.in §.proficisci.ff.de offi.pro consul.in fine.

Not.ex dicta parte, testem esse citandum.Facit.l.Presbyteri.C.de Epis.& Cleric. An autem si veniat non citatus, probet, dic vt ibi per Bal.& in l.2.C.de bo.auto.iudi.pos. Quid autem si testis trahitur inuitus ad iudicium, an valeat eius dictum, dic per Bald. in l.si quando. C.de testi. Sed an dictum testis, qui se sponte offert, valeat, vide Bar.in §.1.ff.de falsis. Not. ex dicta parte duo alia necessaria in teste, scilicet, iuramentum & depositio, vt probatur in l.iurisiurandi.C. de test.&c. De forma autem sacramenti ipsius testis, & quid continere debeat, ibi not. per gloss. & Docto. Sed quid si prius deposuit, & postea iurat, an valeat eius dictum, dic vt in c. de testibus. extra de testi. per Ioan. Andr. in Specul. de teste. §. sequitur. ver. pe.& per Bald.in d.l.iurisiurandi. Et circa prædicta, vide quòd not.in c.1.de offic. delega.in Cle.

4 † Not.ex quarta parte bonum tex. qui dicantur pares, videlicet, qui tenent feudum ab eodem domino.Facit.c.1. in principio infrà, quid sit inuesti.& dixi plenè suprà de feud.Guard.in §.1.& de controuers. inuesti.in princ. de quo per Bald. in l.1.ff. de re.dini.quæstione.35.& per Innoc.in c. cæterùm. extra de iudi. & ibi per Fran. Zaba.quæstio.17. Not. ex dicta parte tex. expressum quòd in causa feudali, Vasallus potest esse testis pro domino. Et suadet ratio, quia edictum de testibus est prohibitorium, & inter prohibitos nō reperitur Vasallus.l.1.ff.de testi.& ff.ex qui.cau.ma. l.necnon.§.sed quod eis. De quo vide plenè per Specul. in tit.de teste. §. 1. in ver. sed nunquid Vasallus.& Ioan. An.in addi. in d.§.ver.quid de venditore. Et ibi declaratur, quid econtrà & per gloss. & Docto. in l. idonei.ff.de testi. & vide quòd latè dixi.inf.quid sit inuestitura.in §.1.in fi.

Not.ex quinta parte, quòd propter defectum testium ordinariorum, admittuntur etiam alij extranei, de quo plenè infrà, qui testes sint necessa. ad probandum nouam inuestituram. in c.1.& not.gloss.in infrà, quid sit inuestitura.in §.1.in fin. Not. ex sexta parte, quòd licet testis voluerit primò celare veritatem, nihilominus si compulsus deponat, creditur sibi. Ex quo infertur, quòd non incidit in falsum. Quàquam celauerit.

Quod intelligas verum, si nondum iurauerat. Aliàs si post iuramentum vellet celare,& aliter dicere, benè viciaretur dictum ipsius, vt not.in l.Lucius.ff.de his qui no.infa. Suadet ratio, quia testis pro vtraq; parte, debet dicere veritatem, vt not. in Auten.sed iudex.C.de Epis.& Cle. Et plenè narrare, vt in c.dilecti.extra de accusa. Nam qui veritatem dicere non vult, nocere desiderat.1.q.3.c.quisquis.& in gloss.1. hîc posita in fin.sui. De his tamen dic latius, per Bald. in l. gesta. C. de re iudi. & per Bart. in l. eos. ff. de falsis. & quòd dixi infrà, quid sit inuesti. in §.si enim in notabilibus. Vtrum autem testis, qui semel deposuit, possi infringere dictum suum, vide per Bald.in l.generaliter.C.de non nume. pecu. & per glo. & Doct. in Auten.at qui semel. C.de proba. & extra de testi. c. per tuas. Et circa prędicta & similia, vide quod dixi infrà, de notis feudorum in §. nundum.

Not. ex dicta parte, quòd licet testis acceperit pecuniam, vt reticeat veritatem, nihilominus si illam perhibet, probat, vt ex hoc text. notabiliter colligitur. Quid a autem si testis recipiat pecuniam [a] vt perhibeat veritatem, an puniendus sit, dic vt not. per gloss. & Docto. in l.1. in princ. ff. de falsis.

a Testis recipiat pecuniam. Adde quid de dante pecuniam iudici solùm, vt causam expediat, an licitè perdit causam, & an datum possit repeti? vide gl. in l 1.ff.de condi. ob tur pem cau. glo. in c. qui rectè. 11.q.3 Arch. in c. si sanè. 14 q.5. Bal. in c.fin. in vlt. col.de app.

5 † Not.ex dicta parte quòd pro iustitia tuenda,& veritate aperienda, habetur recursus gradatim ab inferiore iudice ad maiorem, & tandem ad supremum, sicut procedit etiam appellatio, vt in Auten. de ap-

de appel.in §.fin.& in gloss.2.hîc posita in sui princ.quæ hoc notabile collegit vsq; ad versi. Licet videatur, &c. facit.l.vt gradatim.ff.de mu.& ho.& infr. de mili. Vasall. in c.1.in fin.

Et intelligas, quòd iste grauatus appellauit, reclamando de isto grauamine sibi illato per interlocutionem, non autem de illato per simplicem negligẽtiam, quia tunc nõ appellaretur à simplici negligentia, sed adiretur superior absq; interpositione appellationis, per ea quæ dixit Spe.de appel. §. restat. & facit in Auten. de quæstore in §. super hoc. & in Auten. vt diffe. iud.in prin.

Not.ex dicta parte, testem compellẽdum per iudicem, ad perhibendũ testimonium, vt hîc in l.si quando in prin. cùm ibi not.C.de testi.& infr.quid sit inuesti. in §. fi. Et facit in argumẽtum, quòd testes producti coram arbitris, possunt & debent compelli per iudicem ordinarium ad iurandum, & deponendum. Facit quod habetur in l.4.cum sequen.ff.de arbit.& in c. per tuas.extra de arbitris. & in l. 2.§. 1.ff.si quis cau. Vtrum autem testis ex aliqua causa, possit se excusare, habetur in l.inuiti. ff. de testi. Not.ex septima parte, quòd populus potest constitui in negligentia. Facit in l. 1.in fi.ff.de libe. vniuersitatis, & de hoc in l. 1. §. quòd si nemo. ff. quòd cuiusq; vniuersi. & vide quòd dixi infrà de sta.& consue.contra liber.eccle.in §.item quæcunq;.

a Qui malè agit, o[illegible] lucẽ. Alde l. cedere diẽ.de ver. sig. c. consuluit. de offi. dele.c.perniciosam. 18. q. 2. Fed. de Se. consi. 72. incip. Benedictus seruus seruorũ Dei.

Not. ex dicta parte, vnicum ad iudicia posse constitui, & fungetur vice procuratoris, de quo dicatis, vt in l.1.§.1.ff. de procura.

6 † Nota ex dicta parte, sententiam Imperatoris obseruandam esse. Et est ratio, quia quòd Principi placuit, legis habet vigorem, vt insti.de iure naturali gen. & ciui. in §.sed quod Principi.

Quod intelligas etiam, si error Imperatoris subesset, vt in l.3.in fin.ff. de supel. leg.& in gloss.3.hîc posita in sui princ.quæ hoc voluit. de quo, an error Imperatoris facit ius, dic vt ibi plenè per Bart.

b In ore duorũ vel trium. Adde. ca. ab isto die 35.qõ. 6. c. licet. de testi.c. nouit. de indi. c. cũ esses.& c.relatum el.1.de testa. originaliter Deutero no. 9.Math. 18. & 2.ad Corinth.13.

Idem intelligas si dicta sententia, non esset obseruatus ordo iudiciorum, vt dixit Innoc.& Ioan. An.in.c.in causis. extra de re iudi.& per Doct.nostros in l. omniũ.C. de testa. Not.ex octaua parte, quòd propter contumaciam, defertur sacramentũ aduersario.facit.infr.quid sit inuesti. in §. 1.in fi.de quo per Doct.& Bal.in l.manifestè.ff.de iureiuran. De pœna autem contumacis, & de eius materia, satis dixi in d. c.1.infr.de mili.Vasal. qui contu.est & per gloss.& Bart.in l.contumacia.ff.de re iud.

Not.ex dicta parte, quòd in causa appellationis, etiam in causa feudali, & ante litem contestatam, potest procedi etiam ad sententiam diffinitiuam, altera parte absente, & contumace. facit. C. de temporibus appellationum.l.fin. §.illud extra de appel.per tuas. & de consti. in capitulo ecclesia sanctæ Mariæ secundum And. de Iser. Not.ex nona parte, quòd vbi contentio de inuestitura noua inter dominum & Vasallum simplex possessio Vasalli non iuuat ipsum, si aliàs legitimè non probetur. Imò non obstante possessione Vasalli, statur sacramento domini, vt hîc in dicto §. sacramentum.& ibi dixi in secundo nota. in fin.facit quod dixi suprà, in 1. not.& est tex.in §.fi.inf.si de consue.rect.feud.

Nota ex vltima parte, quòd ex qualitate & differentia personarum inducitur varietas in iure, de quo no. & ibi latè dixi suprà, de natura feu. in c. 1.& suprà, de his, qui feu.da.po.in §.fi.& hoc voluit gloss.fi. hîc posita in sui prin.

Not.ex dicta parte argumentum contra occultè agentes, quoniam qui malè agit, odit lucem [a] ff. de admi. tuto.l.non existimo. & de ritu nup.in l.fi. Et ob hanc rationem, quia Clerici student facere occultè suas inuestituras, meritò in inuestitis ipsorum, probatio non est angustata ad pares tantùm, prout est in laicis, sed relaxata & extensa etiam ad quoscunq; testes, etiam non pares ad hoc, vt non habeant causam eas occultè faciendi, vt in hoc tex. Sed aduerte, quia ista ratio posset retorqueri in oppositum, cùm lex, siue consuetudo feudalis, præsumat potius falsitatem posse committi mediantibus testibus extraneis, quàm paribus, prout dixit text.infrà de notis feu.in §.idcircò. Quare dicendum, vt puto, quòd etiam aliæ rationes cõcurrant in Clericis, videlicet, quia ecclesia ipsa attendit solùm veritatem, & iustitiam, etiam contra se, nec patitur aliquid fieri in contrarium. Sed priuatus laicus sępe obuiat iustitię, & ideò statuta fuit differentia inter Clericum & Laicum, prout alibi in simili dixit text.suprà, de alie.feud. in §.1.Est & alia ratio, quia in materia probandi, ecclesia non attendit tantam solennitatem & subtilitatem, sicut faciunt Laici, vt in capi. cùm esses.extra de testa. & in c.licet.extra de testi. cùm dicat scriptura, quòd in ore duorum vel trium [b] stat

omne

omne verbum, vt in l. Moysi Deuteronomij 19.c.& Ioannis 8.capitulo, & not.infrà c.proximo in glossa secunda. Et not.prædicta ad intelligentiam huius literæ, quia sunt noua, & ab alijs non tacta.& vide ad prædicta, & quòd dixi in dicto §.1.de alien. feud.

Oppo.cum gloss.1. contra istum text. in princ. quòd procedere non possit, siue loquatur in inuestitura noua, siue in veteri. Nam in noua non potest loqui, cum illa solùm probetur per pares, vel per publicum instrumentum roboratum à paribus. Licet in hoc quidam dixerint, quòd etiam per instrumentum non possit probari, sed solùm per testes pares, vt infrà, quid sit inuesti.in §.1.& infrà, quot testes sint neces.ad probandum not.inuesti. feu. c.1. Sed iste tex.dicit, quòd si pares sunt absentes, quòd poterit fieri probatio per extraneos, quòd non est dicendum in noua inuestitura, quia deberet expectari, vt inf. de consuet. rect. feud.in c.1.§.2. Similiter non videtur posse loqui in veteri inuestitura, quia in ea non sunt necessarij pares, vt in dictis locis probatur. Ista autem litera dicit, ꝙ pares sunt necessarij, si sunt præsentes, igitur non benè loquitur. Sol. huius timore contrarij intelligit ista gloss. istum tex. vt loquatur de noua inuestitura, vt cõueniat cum dictis iuribus.

Nec obstat ista litera quæ dicit, quòd si tempore inuestituræ affuerunt, quòd tunc extranei sint recipiendi, &c. quia non debet intelligi de paribus absentibus propriè, sed de absentibus, id est, non existentibus, vt quia dominus nullos habebat pares, quo casu, benè verum est, quòd tunc probatio nouæ inuestituræ, potest fieri etiam per extraneos, vt in contrarijs. Et per hoc habes nunc expeditam totam istam glossam, vsque ad finem, quæ benè loquitur. Licet non ita clarè. & hoc etiam dixi super text. & de hac materia habes plenè per glo.inf. quid sit inuesti.in §.1.

Quidam tamen voluerunt intelligere istam gloss. vt concludat. quòd iste text. loquatur de veteri inuestitura, prout ista gl. videtur primò præsupponere, quo casu, debemus tũc dicere, quod si potest probari, ꝑ pares ꝓbetur, aliàs per extraneos. Sed prior intellectus plus placet, & videtur magis cõuenire textui nostro, quid autem sit breuè testatum dixi suprà, de feud. Guard. in §.1. & suprà de controuers. inuesti. in princip. in euidentialibus. Quæ verò sit inuestitura antiqua, & quæ noua, dixi infrà, quæ fuit prima causa benef.amit. in princ.

Oppo.cum gloss.2.in ver.licet videatur, &c. quia eius principium expediui suprà, in notabilibus & opponitur cõtra proximè dicta, dum dicebatur, quòd reclamatio fiat à populo ad Imperatorem, tanquã ab inferiore ad superiorem & gradatim. Sed cõtra, quia populus Romanus est maior Imperatore, quod patet, quia Imperator omnem potestatem habet à populo Romano. l.1.ff.de consti. prin.& insti. de iure natura.in §.sed quod Principi. Vnde sicut populus dedit sibi potestatem, ita videtur, quòd possit auferre, & ipsum deponere, & degradare, per regulam nihil tam naturale. Et per aliam regulam, qui potest dare, potest & denegare.l.qui vetante in §.1.ff. de regu. iur. & per regulam.l.si quis in princip. ff. de lega.3. Ergò dicta reclamatio non fuit facta in isto text. gradatim, & debito modo. Solu.dicit gloss. quòd licet Imperator habeat potestatem à populo. attamen populus transtulit in eum omne suum imperium, quod erat apud ipsum populum. Ex quo potest dici, quòd imò Imperator plus possit, quàm populus, vt probatur in l.Barbarius. in fin. ff.de offi.prætorum.& hoc voluit tota ista glo. vsq; ad finem.

Ex qua gloss. singulariter colligunt quidam, quòd populus Romanus potest a degradare, seu deponere Imperatorem a quòd an sit verum, videamus, & gloss.in l. non ambigitur.ff.de legibus. videtur tenere quòd sic. Quam Guli. de Cu. ibidem sequitur indistinctè ea ratione, quia Imperator non habet dignitatem per successionem, sed per electionem, vt in capitu. venerabilem. extra de elect. & sic habet à fortuna. l.2.§.sed quia. C. de veteri iure enucle. & not. in l.digna vox. C. de legibus. Et allegat autoritatem huius glossę, quam dicit indistinctè hoc tenere. Dyn. autem & Bartol. tenent, quòd populus hoc possit solùm, si causa subest. per l. quod semel. ff. de decre. ab ordine facien. & l. vt gradatim. in §. reprobari. cùm ibi nota.ff.de mune.& honor. Cynus verò & Raynut. dicunt, quòd aut populus vult reuocare ad se regnum iam translatum in principem, per legem ortensiam, & non potest facere legem eius derogatoriam. l. finali. C. de legibus. Aut vult degradare personam Imperator, & tunc possit ex causa, aliàs non. arg. ff.de excu.tuto.l. sed & reprobaui. in princip. Alij dicunt quòd potest sibi dare coadiutorem ex causa,

a Potest degradare, seu deponere Imperatorem. Ad de quòd hodie solus Papa eũ deponit, vt est glo.in c. si Papa. 40. dist. Doct.in c. venerabilem. de elect. do. in c.ad Apostolicè. de re iudi. li.6. Bal.in l.fi. C. de legi.

causa, per c. grandi. extra de supplen. negli. præla. & l. qui furere. ff. de sta. bo. Bald. verò fuit opinionis, quòd nullo modo possit hodie populus Romanus degradare, vel priuare Imperatorem. Et hæc opinio videtur hodie verissima, & eam sequor, quam probo apertissimis & viuis rationibus. Nam populus Romanus est sub Papa. 63. di. ego Ludouicus. 96. di. Cõstantinus. & in Cle. Romani. de iureiuran. Ergò in Papa residet hæc potestas, vt probatur in c. ad Apostolicè. de senten. & re iudi. lib. 6. Et est cerebrum & vertex ipsius populi. Vnde cùm hodie populus non possit confirmare Imperatorem. Igitur nec infirmare vel priuare in Auten. de defenso. ciui. in §. interim. Item quia Imperator non iurat fidelitatem populo, sed Papæ, vt in d. c. venerabilem. Item quia de hoc est text. apertus, quòd Papa est ille, qui degradat & deponit Imperatorem, vt in d. c. ad Apostolicè, & ibi plenè gloss. & per Innoc. in c. licet ex suscepto. extra de foro competen.

Non ob. ista gloss. quia secundum Bal. & benè, si diligenter ponderetur & consideretur, dicit totum contrarium eius ad quod allegatur. Quoniam & in princ. & in fin. præsupponit quòd imò Imperator sit maior, quã populus Romanus, & hoc colligit ex isto text. & ex d. l. Barbarius in fin. licet in medio sui arguat in contrarium, & sic fatetur potius pro opinione, cum qua concludo, quòd hodie populus Romanus nullo modo posset Imperatorem deponere seu degradare. & facit ad prædicta. l. 2. C. de adop. Et nunc habes istum passum vltra alios declaratum.

Quæro cum gloss. 3. in ver. sed & quòd Comes, &c. quia principium eius expediui suprà in notabilibus, an sicut illud, quod fit per Principem, habetur pro lege, si ad eum habeatur recursus, ita etiamsi fiat determinatio per Comitem, haberi debeat firmum & ratum, quando ad eum habitus est recursus. Et dicit gloss. quòd sic, cùm iste Comes reputetur loco præsidis. Vnde quod facit præses, est de necessitate seruãdum. l. 1. C. vbi pupil. edu. Igitur & eodem modo, si fiat à Comite, & hoc voluit tota ista glo. vsq; ad fin. Ex qua collige duo notabilia.

Primò, quòd quælibet ciuitas hodie habeat iurisdictioné eam, quam olim habebat Præses prouinciæ. Et de hoc habes similem gloss. quæ solet allegari pro singulari in l. fin. C. de præscrip. longi temporis. & dicatis, vt ibi. Secundò, quòd ea, quæ fiunt à Præside, vel à Comite de necessitate sunt seruanda.

Sed istud intelliges verum esse in casu, de quo loquitur, videlicet, quòd quis cõpellatur prohibere testimonium, de quo loquitur iste text. Ad quod quilibet etiam inuitus regulariter compelli potest. l. inuiti. ff. de testi. Et quòd quis cõpellatur educare pupillum, vt in d. l. fin. vbi pupil. edu. Non autem extendas dictum huius gloss. ad omnia facta per Comitem, vel Præsidem, quòd sint de necessitate seruanda, quoniam posset appellari. l. à proconsulibus. & l. p̃cipimus. post prin. C. de appella. & in Auten. de appel. in fi. Nisi Imperator iuberet expressè, quòd deberet seruari. l. 2. §. quare. ff. de cura. bo. dam.

7 † Quæ autem dicatur vna prouincia, & an possit diuidi [a] & de duabus possit vna fieri, dic per Cy. in d. l. fin. C. de præscrip. longi tempo. & per Bar. ff. de ver. sig. in l. notionem. §. 1. & C. de Metropo. be. l. 1. lib. 11. per Canonistas. extra de elect. c. coram dilecto. & 99. di. c. prouinciæ, glo. 1. & plenè per Bart. in tractatu qui sint rebelles. in gl. super verbo Lombardiæ.

[a] *Et an possit diuidi. Adde Docto. in l. si eadem. ff. de offi. asses.*

Opp. cum gloss. 4. contra id, quòd hîc dicitur, quod Vasallus habet terminũ anni, ad se præsentandum Imperatori, sed cõtra quia debet habere, nisi sex septimanas, vt in c. fi. suprà quo tẽpo. mil. Et glo. ista dimittit nobis istud contrarium insolutum relinquens nobis solutionem inuestigandam. Et insuper adducens aliud contrarium & inconueniens similiter insolutum, videlicet, de. §. si igitur. in Auten. vt omnes obe. iudi. prouin. coll. 5. vbi statutum est, solùm tempus. 9. mensium ad se præsentãdum etiam hominibus septentrionalibus, quantumcunq; remotis à præsentia Principis, quia tale tempus visum est legislatoribus sufficere omnibus hominibus habitantibus in remotioribus partibus mundi, vt ibi & in l. 1. C. de dila. Igitur malè hîc disponitur, quòd debeat habere terminum anni, & hoc voluit tota ista gloss. vsq; ad finem. Sed tu potes soluere ista contraria, cùm isti casus sint diuersi & non contrarij. Et primò quantum ad c. fi. suprà, quo tẽpo. miles dic, quòd ibi loquitur de tempore, quod datur ad præparandum se, & sarcinulas suas ad iter rapiendum. Hîc verò loquimur de tempore, quod datur ad appellatione prosequẽdam, quod est annus, vt in Auten. ei qui. c. de tempo. appel. & de hoc dixi in d. c. fi. in 4. nota. Nam iste grauatus proclamauit ad Imperatorem, quæ proclama-

proclamatio habet instar appellationis,& sic in effectu fuit appellatum ab isto grauamine secundũ An.de Iser. Quod potest,qa postea subsequitur etiã substantia Imperatoris. Non ob.dictus §.si igitur.& d.l. fi.qa loquũtur de dilationibus & inducijs dandis ad causam instituendam,seu instruendam secundum locorum distantiam,vt in eis patet,de quo in Autẽ.qua in prouincia. C.vbi de crimi.agi oportet.vel secundum Iac.de Bel.& Andr.de Iser.Hîc est speciale in materia feudali. Ibi,verò loquimur. in alijs causis.

Op.cum glo.5.in eo quòd hîc dicitur, quod Vasallus stabit in possessione feudi quiete per annũ,infrà quem se debet præsentare Imperatori,quod si se non præsentauit, debet diffiniri cum sacramento domini,sed contrà,quòd imò debeat stari sacramento ipsius Vasalli possidentis, vt in c.1.suprà de conten. inter dom. & Vasall. So.hîc erat aliquid,quod pro domino faciebat,scilicet,contumacia ipsius Vasalli, sicut etiam infrà statim subijcitur, si testes dixerint se nõ interfuisse, quia eodem modo stabitur sacramento domini, quod sacramẽtum datur sibi ad cautelam,& purgationem,prout in simili habetur in l.fin. in §. sicubi. C. de his qui ad eccles. confu. & not.in l.in bonefidei.C.de iureiuran.& probatur infrà,de consuet.rect.feud.in §. sacramẽtum. postquam Vasal.cui incumbebat onus probãdi nihil probauit, & hoc voluit tota ista gloss. vsq; ad fin. & propter hoc dixit glossella sequens,quòd ista litera debet esse negatiua, ad hoc, vt deferatur sacramentũ domino, videlicet, quòd Vasallus non venerit,vel non miserit infrà annum ad Imperatorem, & ita etiam declaraui super tex.

Op.cum gloss.fin. in verbo.quòd autem,&c. quia principium & finem ipsius gl.expediui suprà in notabilibus. & oppono quòd ista æquiparatio Laicorũ ad Clericos,circa infeudationes,de qua loquitur iste tex.in fi.non sit vera.Quia Laicus potest infeudare attinenti suo, & pro se retinere.sed Clericus non [a] potest hoc facere, tum quia hoc est expressè prohibitum, vt in Auten. quibuscunq;. C.de sacrosan.eccle. Tum quia ipse est administrator simplex & gubernator. Ex quo succedit regula q,rõne sui officij,non possit dictam rem acquirere, neq; per se neq; per interpositã personã,vt l.non licet.ff.de cõtrahẽ.emp. So. dicit gl. faciẽdo contrariũ esse verũ de iure,vt ista æquiparatio fallat in dictis casibus,licet de consuetudine seu corruptela quadã quotidie fiat contrariũ,vt ipsi Clerici potius infeudent suis agnatis, & attinentib⁹,quã extraneis. Et nunc habes totã istã gl.expeditã.Ex qua no.quia solet allegari pro singulari,q, Clerici seu Prælati nõ possunt infeudare agnatis seu attinentib⁹ suis de iure,licet de cõsuetudine sit secùs, ad q, facit sup.qui suc.tene.c.1.in prin. Sed tu dic, q, imò ẽt de iure possunt, maximè si agnati sunt idonei,& pauperes benè meriti,& vtile ecclesiæ,& sit modicũ & nõ immẽsam,q, datur ar.eorũ q̃ no.p gl.& Do.in l.illud.C.de sacros.ec.& tenet gl.in c.1.extra de coha.Cle.&mulie.facit.86.di.nõ satis.12.q.2.in prin.& c.charitatẽ.& c.si q̃s.& c.libert.§.fi.&C.de sacros.ec.in l.iubem⁹. & tenet Ia.de Bel.sup. q feu.da.po.in prin. tituli.& sup.qui succes.tene.in fi.tituli per dicta iura.In quibus dicitur q, Prælatus põt eis prouidere.& ecclesiastica officia committere, maximè si sint benè meriti. Nam etiam si sint executores pauperũ, possunt inter affines & cõsanguineos pauperes distribuere pdicta secundũ Bal.Idem ergò in feudis, cũ non sit dare rationẽ diuersitatis, secũdũ ipsum Ia.de Bel.Hoc idẽ tenet Bal. in Auten.quibuscunq; sup. allegata.& hîc hoc tenet ẽt Arch.10.q.2.Episcopus. Quia ex quo ecclesia nõ leditur, quia ille cõsanguineus recipit hisdẽ pactis & conditionibus, sicut alter cessat rõ prohibitionis.Secùs si alia rõ prohiberet secundũ Bal.vt qa Prælatus daret consanguineo potentiori. ar.no.in l.si ita quis in §.ea lege.de ver.ob. facit q, dixit sanctus Tho.2.secundæ q.63. & Bart. de Pisis in summa sub litera acceptio.Et pdicta sunt vera,& procedũt in rebus q̃ consueuerunt alienari & infeudari, quoniã talis consuetudo est attẽdenda,vt no.sup.qui feu. da.po.in prin. in glo.super verbo dari. Sed in rebus nõ solitis alienari seu infeudari,tunc non posset,nisi seruata solẽnitate,de q̃ in c.1.de reb.eccle. nõ alie. lib.6.& per Doc.in Autẽ.hoc ius porrectũ. C.de sacrosanct.eccles.& in c. nulli. extrà de rebus eccl.non alie. Et idẽ intelligas in re emphiteotica per Auten. quibuscunq;. C.de sacros.eccl.vt tenet Bal. in 1.ff. de rerum diui.in q.25. Et modo habes istũ passum satis copiosè expeditũ. Quid autem si ipse Clericus vellet pro se retinere dictum feudũ,vel rem ecclesiæ suæ,an possit,& tenet ista gl.q, nõ possit sibi acquirere,dũ est in administratione, quod est nota dignũ. Sed vtrũm Clericus possit testari de bonis [b] suis,vel de fructibus beneficiorum [b] dic vt no.extra

[a] Sed Clericus non. Adde Bal. in l.1. in 25.q.ff.de rerum diui.idẽ Bal. in c. cæterũ. de iudi.

[b] Vel de fructibus beneficiorũ. Adde Arch. 12. q. 5. in summa.& per Io. de Imol. in c. fi.in 3. col.de præben.& an vt consuetudo quod talis posit testari de fructibus perceptis & quid de percipiendis, vide per Speci. de sta. mo. verb. 63. & per An. de Bu.in c.relatum.el.2. de test.& an beneficiatus qui habet priuilegiũ à Papa, vt possit testari de fructibus ecclesiæ perceptis, an illa bona pertineant ad hæredes. vide per Rotam deci. 87. in nouis.

no.extra de offic.ordi.c.pręsenti.& ibi per Io.And.per Innoc.extra de testa.c.cùm in officijs per Cyn.& Docto.in Auten.licentiam.C.de Epis.& Cle.

Op.ab extra ad idem quòd imò nõ valeat ista æquiparatio de Clerico ad Laicum, quoniã si Clericus conueniatur per Vasallũ,non debet cõpelli per populũ,vel Comitẽ,vel Imperatorẽ,sed coram suo iudice ecclesiastico.vt in Auten.Cleri.cũ ibi no.C.de Epi.& Cleri.& in c.si diligenti.& in c.significasti.extra de foro cõpeten. So. quidã fatentur contrariũ,q hodie in Clerico conuento, debeamus seruare iura canonica, vt ibi de q̃ plenè per Host.in summa in titulo de testamen.in §. cùm quæritur. Sed aduerte qa in materia feudali potest Clericus Vasallus conueniri,etiam sub domino Laico,vt in c.verum extra de foro competen.& infrà, de ca.corra.in fi.& vide circa hanc oppositionẽ, ea quæ dixi infrà de pace tenen.in §.si Cleri.

Op.quòd imò testes recusantes,debent compelli à domino vel curia, non autem à populo vel Comite, vt inf.quid sit inuesti. in §.1.So.hoc est verũ si curia vel dominus hoc velit vel possit,vt ibi. Secùs autẽ si nolit vel non possit.Quia tunc cõpelletur per eum, qui habet potestatem & iurisdictionem generale in loco, vt hîc.

Op.quòd etiam extranei sint testes etiam in nouo feudo, vbi dominus non vult cõpellere pares, vt in dicto §.1.inf. quid sit inuesti. So. fatendum esse, q si habet alios testes quàm pares,q poterit per eos probari postquam dominus non cõpellit pares,si verò nõ habet alios testes,quàm pares, vel habet sed vult probare tantùm per pares, quos petit cogi, & tunc habet locum determinatio hîc posita secundum Ia.de Bel.

Op.hîc dicitur,quòd Vasallus possidet, & est reus,& tamen debet probare.Sed cõtra de.l.qui accusare.C.de edendo.So.aut pro actore est præsumptio contra reum,& tunc ipse reus probat,vt hîc,aliàs secùs, vt in contrarijs facit.l. siue possidetis. C. de proba.secundum Ia. de Bel.& An. de Iser. Et eodem modo põt responderi ad capitulum sequens, & ad similia. De qua materia plenè dixi in dicto §. sacramentum, infrà de consue.rect.feud.

8 †Quæro ab extra,an in istis causis feudorum possit committi receptio testium alteri,dic quòd de iure communi talis cõmissio est licita in causis ciuilibus,vt C.de fide instru.l.iudices.& ibi Cyn.& Auten. apud eloquentissimum. In feudis autem attendendum esse amorem & consuetudinem iudiciorum.l. fi.in fi.C.de iureiuran. Vnum tamen no.q etiam vbi non teneret cõmissio,si tamen pars nõ contradiceret, vz, vt dixit Inno.in c.cũ cãm in fi.extra de testibus.Vtrum autem ille,cui est facta cõmissio possit cogere & punire, si inuenerit testem vacillantem, vel nolentẽ perhibere,dic vt no.in l.2.ff.de iurisdi. omni.iudi. per glo.& Doct.per Canonistas & Inno.in c.cũ causam.in fi.extra testibus.Et vide ad prædicta,q solet tradi.in l.1.ff.de offi.asses.

Vltimò ad materiã præsentẽ,vide infrà quid sit inuesti.in §.1.vbi in text.similis.& ibi plena gl.& q ibi scripsi.Et similiter aliũ tex.infrà de notis feudorum in §.notandũ. & quòd ibi dixi & infrà in c.sequẽ.& suprà ti.4.in §.si quis miles & q plenè dixi suprà, de cõtro.inuesti.in prin.& in remissionib' ibi adductis, & q dixi in c.fi.sup.quo tempo.miles,& de capi.extraor.in §.quicunq; de pace constantiæ in §. cùm autem,&c.

SVMMARIA.

1 *Testes in inuestitura probanda,quot sufficiãt.*
Duo testes sicut in cæteris causis sufficiunt, ita etiam in causis feudalibus.
Numerus vbi à iure non est determinatus, tunc duo sufficiunt, secùs si numerus expreßè esset determinatus.
2 *Testis de domo aduersarij,quandoq; pducitur.*
3 *Reus absoluitur,si actore nil probatur,ampliatur,vt etiam procedit, si non probauit.*
4 *Poßeßio annalis pro Vasallo præsumptionem facit.*
Dominus habens electionem iurandi,si non iurat,neq; tamẽ recusat,quid sit dicendũ?
5 *Iuramenta an sint præstanda tam à principalibus,quàm ab eorum hæredibus.*
Patientia sine contradictione, habetur pro consensu expresso.

SI QVIS SE VEL. Diuiditur in duas partes. In prima, dominus possidebat feudum, & Vasallus agebat petendo illud. In secunda,econtrà possidebat Vasallus, & dominus contra ipsum agebat petendo sibi illud restitui.Secunda ibi,sin autem aliquis.

CASVS.

Vbi Vasallus agit contra dominũ possidentẽ feudũ dicens:se vel patrem suũ inuestitũ,debet probare saltẽ per duos legitimos testes suã intentionem. Sed eo in probatione deficiente, debet iurare dominus cum duodecim sacramentalibus, dictum Vasallum non fuisse inuestitum dicto feudo. Domino autem recusante iurare, debebit deferri dictum sacramentum ipsi

Vasallo

Vasallo actori, qui iurabit cum 12. sacramẽtalibus, se vel patrem suum fuisse inuestitum. Vtroq; autem recusante dictũ sacramentum, tunc ipse dominus possessor debet absolui. Si verò Vasallus est in possessione feudi, & in ea steterit p annũ domino sciẽte & patiẽte. Tũc si dominus agat petẽdo illud, debet stari sacramento simplici ipsius Vasalli possidentis, & iurantis se vel eius patrem fuisse inuestitum de dicto feudo. hoc dicit. Pro euidentia præmitte, qui sint pares curiæ, & qualiter sunt necessarij ad probationem nouæ inuestituræ, vt dixi suprà c. proximo. in princip. Item præmitte, qui sint testes sacramentales, & qualiter iurare debent, vt dixi suprà de his, qui feud. da. pos. in §. hoc quoq;. In text. ibi, se, scilicet, Vasallum. Ibi, patrem suum, scilicet, ipsius Vasalli. Ibi, ab aliquo, scilicet, domino. Ibi, eius, scilicet, domini. Ibi, de feudis, subaudi, possessis per dominum. Ibi, contenderit illud petendo. Ibi, de domo ipsius domini, id est, qui tenent feudum ab eodẽ domino, quoniam isti propriè dicũtur pares, vt suprà c. proximò. Ibi, idoneos, scilicet, extraneos & non pares.

Quod intelligas, vbi curia domini nõ habet pares etiamsi feudum esset nouum, aliàs non posset probari per quoscunq;, vt dixi suprà in d. c. proximo. in gl. 1. Ibi, intrare, id est, iurare, aliqui habent iurare in tex. & melius. Ibi, sacramentalibus. i. testibus expurgatoribus iurantibus, & deponentibus per sacramentum credulitatis, & conscientiæ, ita esse, quemadmodũ dominus iurat, vt in c. quot. & in c. fi. extra de purgatione Cano. Ibi, illum. s. Vasallum. Ibi, si de hoc. s. patre. Ibi, ipso feudo, de quo vertitur quęstio. Ibi, iurare noluerit. s. dominus. Ibi, actor, id est, Vasallus qui agit. Ibi, iuret. s. ipse Vasallus. Quod intelligas, si habet aliquã pręsumptionem pro se, qua moueat animum iudicis ad hoc deferendum, aliàs dominus absolueretur, vt inf. de consuet. rect. feu. in fi. Ibi, iurare noluerit. s. ipse Vasallus, & sic isto casu, neuter voluit iurare. Ibi, qui. s. dominus. Ibi, actoris. s. Vasalli. Ibi, rei, id est, domini qui possidebat. Ibi, principalibus, de quibus dictum est suprà. Ibi, aliquis. s. Vasallus. Ibi, tunc. s. ipso domino deficiente in probatione. Ibi, testium. s. sacramentalium, quia solus iurabit, vt sequitur. Et est ratio, quia habet præsumptionẽ pro se. s. possessionem annalem cũ aliqua pręsumptione inuestiturę, vt quia pręstitit seruitia, tanquam Vasallus, vt inf. de consue. rect. feu. in §. 1. quæ mouere debet animum iudicis ad ipsum sacramentum deferendum, prout dicitur inf. de consue. rect. feud. in §. sacramentũ. & hoc voluit etiam glossella hìc posita. Ibi, hoc autem. s. q, Vasallus solus iuret. Ibi, alioquin. s. si minus anno. Ibi, ignorantia, quæ in dubio regulariter præsumitur, & ex breuitate tẽporis, vt hìc & in l. verius. ff. de proba. & in l. super seruis. C. qui mili. non pos. lib. 12. Ibi, negligentia, quæ est si Vasallus fuerit in possessione feudi minori tẽpore anni. Ibi, periurio. s. si ipsi Vasallo iniquè possidenti indistinctè defertur sacramentum, & iuraret falsum interdum afferret damnum domino, quod esse non debet, vt sequitur in tex. facit. ff. de acqui. pos. in l. peregrè.

1 †No. quòd duo testes sufficiunt ad inuestiturã probandã, vt hìc & inf. quid sit inuesti. in prin. §. 1. Ex quo inferas, q, in causis feudalib. regulariter, sicut in cæteris causis sufficiũt duo testes secundũ Ia. de Bel. Regula enim est, q, vbicũq; numer⁹ nõ est determinat⁹ à iure, q, duo sufficiunt. l. vbi numer⁹. ff. de testi. Et qa in Euãgelio Ioã. 8. c. dicitur, q, in ore duorũ vel triũ, stat omne verbũ, de quo transumptiuè habetur in c. cùm esses. & in c. relatũ. extra de testa. & in gl. 2. hìc posita, quę per hoc est expedita. Sed vbi maior numerus esset expressè determinatus à iure, tũc ille numerus reqritur, & est de substantia. l. testiũ. c. de testib. Adeò quòd si vnus deficeret, non valeret act⁹. l. si nõ speciali & l. si vnus. C. de testa.

2 †Not. testes posse produci de domo aduersarij. Facit quòd no. gloss. in l. etiam. C. de testi. & dicatis, vt ibi. & quòd habetur in l. fi. C. de edendo, de quo dixi infrà, qd sit inuesti. in §. 1. in prima oppositione. Not. quòd inopia probationum emergentè, aliquid esse licitum, quòd aliàs non liceret. & hoc sensit gloss. hìc posita, de quo dic, vt dixi suprà c. proximo. in secundo notabili.

3 †Not. quòd actore non probante, reus conuentus est absoluendus, vt hìc & infrà, de consuet. rect. feu in §. sacramentum. & in §. fi. & in l. qui accusare. C. de edendo. Idem dicas, si non quasi probauit. s. per iusiurandum. Nam iusiurandum dicitur quasi probatio[a] C. de iureiuran. in l. actori. & ff. de iureiur. in l. non erit. in §. dato. vnde si agens, non probauit verè, scilicet, per testes, vel non quasi probauit, scilicet, per iuramentum, reus debet absolui, vt ex prædictis patet. & hoc voluit gloss. 4. hìc posita, quæ per hoc est expedita.

4 †No. hìc in fi. tex. multũ singularem in materia

[a] *Iuramentum dicitur quasi probatio. Adde Bal. in l. admonendi. ff. de iureiu. Bal in rubri. C. de proba. Bal. in ru. eo. ti. extra.*

materia feudorum, quòd tunc possessio inducit præsumptionē ꝓ Vasallo, scilicet, quando fuit in possessione per annum pacificè, tanquam inuestitus domino sciente & non contradicente. Et licet Bald. dicat hunc tex. esse in hoc singularem, tamē habes similē tex. in c. Titius. in fi. inf. si de feu. fue. contro. & facit ad propositum nostrū. inf. de consue. rect. feu. in prin. & in §. fin. Inferas insuper ex hoc text. hîc esse casum speciale, quòd ex sola annali patientia cū præsumptione inuestituræ, præsumitur titulus. Nam regulariter requiritur etiam consueta præstatio, ex longo tempore facta ar. in l. cū de in rem verso cū sua materia. ff. de vsu. de qua materia dicatis, vt ibi & insti. de act. in §. præiudiciales & dicam. inf. quid sit inuesti. in §. si verò Vasallus in vltima oppositione, vbi videas. & inf. si de feu. fue. contro. in c. si quis per triginta. facit extra de resti. spo. in c. solicitè.

Op. cum glo. 1. quòd iste tex. superfluat, per ea quæ habentur in c. 1. in §. 1. infrà, quid sit inuesti. soluit gl. quòd quidam fatentur contrarium dicentes, quod vacat. Sed tu dic quòd imò non vacat, neq; superfluit vnum per reliquum, quòd patet, quia istud capitulum in casu suo plura dicit, quàm illud. Et similiter in illo capitulo aliqua tanguntur, de quibus hîc nulla fit mentio, & ita etiam dixi in simili suprà, quemad. feu. ad fi. perti. in c. 1.

Quæro cum gl. 4. quid si dominus qui habebat electionem iurādi, vt hìc patet nō iurat, neq; tamē recusat iurare, erit fiendū. Et respondet glo. quòd statuetur terminus per iudicem ipsi domino. inf. quòd iurare debeat, quo elapso, si non iurauerit tūc Vasalus admittetur ad iurandum, nisi fortè elapso ipso termino, & re existente adhuc integra, scilicet, antequā Vasallus iurasset, vellet dominus iurare, & purgare moram, q̄a tunc admitteretur ipse dominus ad huc ad iurandum ar. in l. mancipiorum cum si. ff. de opt. legata. & hoc voluit tota ista gl. vsq; ad finem, quæ benè loquitur secundū And. de Iser. & Ia. Ardizo. de quo termino statuendo parti, & de eius effectu habetur in l. diffamari. C. de inge ma. & in l. iusiurandum. & ad pecunias in prin. ff. de iureiur. Quādo verò elapso termino posit adhuc geri, & mora purgari, dic vt in l. scire oportet in §. consequens. ff. de excusa. tut. & in l. & si post tres. ff. si quis cau. cum si.

5 † Quæro cum gloss. 6. an iste mos Mediolanensium, qui volunt, vt iuramenta ista sint prestanda tam à principalibus, quā ab eorū hæredibus sit de iure obseruandus vbiq;? Et respondet glo. quòd sic, his rationibus. Quia pater & filius censetur esse eadem persona, vt in l. fi. C. de impuberum & alijs substi. Item quia sacramentum testatoris & hæredis æquiparantur, vt in Autē. de iureiuran. à moriente præsti. in princ.

In contrariū tamen fortiter arguit adducendo tex. in l. generaliter in prin. C. de iureiuran. vbi dicitur, q̄ multum discrepat iuramentū hereditariū à sacramento principali, & hoc voluit tota ista gl. vsq; ad fin. dimittendo istud contrariū insolutū. Sed tu pro solutione omniū prædictorum sic dicas, q̄ interdū quærimus an sit differentia inter sacramentum principalis testatoris, & sacramētum hæredis sui, & dic q̄ sic, vt in d. l. generaliter q̄ patet, quia possibile est, quòd heres nesciat veritatē, prout sciebat defunctus principalis, vt in l. qui in alterius. ff. de reg. iu. Item q̄ defunctus principalis fuerit bonæ famæ, & legalis homo, sed heres minimè, vt no. in d. l. generaliter. Sed interdum quærimus, an omnis ille, in quem translata est electio iurandi, siue sit principalis, siue eius hæres posit iurare, si hoc iudici videatur, & dicendū est q̄ sic, vt hîc in hoc tex. q̄ ita debet intelligi, quoniam istud iuramētum transit etiā ad successores, vt probatur suprà c. proximo post prin. & ibi dixi in tertio notabili. Qualiter autē iurare debeat filius de facto patris, vel alterius sui ascendentis, declaratur in §. sacramentum versi. & iurabit. inf. de cōsue. rec. feu. Sed interdū querimus, an iuramētum præstitum per defunctum debeat seruari per eius hæredem, & dicendum est q̄ sic, & ita intelligitur dictū Autē. de iureiu. à maiori. præsti. Et nunc habes istū passum expeditum. Et vide circa prædicta, quod habetur infrà titulo proximo in c. fi. & inf. de notis feu. in §. cùm datur.

Quæro cum gl. fi. an iste tex. hîc in fin. intelligatur etiam de consensu tacito, qui inducitur per solam sciētiam, & patientia domini permittentis, possidere Vasallum per annū pacificè, & quiete feudū, sine cōtradictione, an requiratur expressus consensus. Et respondet gl. q̄ sufficit sola patiētia & scientia domini, sine cōtradictione, quoniā habetur pro consensu expresso, & operantur idē, ac si dominus expressè consensisset. Et ad hoc probādum inducit plura exempla, quæ per te videas, & recita, vt in gloss. vsque ad finem. Sed tu de hac materia dicas, quod est via Brocardica, vt plenè scripsi suprà, quibus modis feudum

amittatur

amittatur in §. præterea. & quod not. gloss. de benef. fra. in capitulo 1. Vtrum autem ex præsentia præsumatur scientia, dixi sup. c. proximo in quarto notabili.

Op. ab extra, quòd ista litera videatur continere repugnantiam, quoniam primò dicit, quòd sufficiunt duo testes, postea, q. requiruntur 12. testes sacramentales cum ipso principali iurante. Sol. dic quòd duo testes sufficiunt, vbi deponunt de veritate, sed duodecim cum principali exiguntur, cùm deponunt de credulitate, & conscientia sua, quasi ad purgationem famę producentis per dictum c. quotiens. & c. de testibus. extra de purga. Cano. secundum Iac. de Bel.

Op. quòd etiam absq; sacramento reus debeat liberari per regulam. l. qui accusare. C. de eden. Solue, vt dixi in d. §. sacramentum suprà, de controuers. inuesti. in princ. Op. quòd imò non sufficiat annus, sed requirantur anni triginta, vt infrà, si de feud. fue. controu. in c. si quis per triginta. Solue, vt ibi scripsi in vltimo notabili.

Opp. ad idem de c. fi. infrà de feud. da. inuicem legis commis. Solue, vt ibi dicam in primo notabili.

Vltimò de materia præsenti, not. per glo. suprà de controuer. inuesti. in princ. & quod ibi scripsi & gloss. magnam in fi. inf. quid sit inuesti. in prin. & vide q. dixi suprà ti. 4. in c. 1. & in c. pximo præcedenti. suprà eo. & in remissionibus, quas ibi adduxi, & quòd dicam infrà tit. proximo in c. fi. & infrà de consue. rect. feu. in prin. in tertio notabili, & in §. sacramentum. & in §. fi. in eo. tit. in vltimo notabili, & quod dixi in d. c. si quis per triginta. inf. si de feu. fue. controu. & plenè per Iac. Ardizo. in summa de contentione feudi sub rubricella quali. in causa debeat procedi. & sub rubricella quando sacramentum datur Vasallo, & quando non.

DE FEVDO DATO IN VICEM LEGIS COMMISSORIÆ, &c.

RVBRICA.

Continua hanc rubricam ad præcedentes hoc ordine, quoniam suprà tit. 2. visum est, quibus modis feudum constitui potest, scilicet, per inuestituram. Et quia sæpè occasione ipsius inuestituræ occurrunt controuersię. Idcircò subiecta fuit rubrica præcedens. Sed quia dubitatur iuxta prædicta, an feudum possit constitui per pactum legis commissoriæ adiectum super re pignorata, vt in quantum debitor non lueret à creditore infrà certum tempus rem pignoratam, quòd tūc ipsa res pignorata deberet remanere apud creditorē loco feudi, idcircò auctor, vt prædicta declaret supposuit hîc istam rubricam de feudo dato in vicē legis commissorię, &c. Vbi damnauit tale pactum, vt infrà probatur in c. 1. & etiam alias illicitas conuentiones, vt infrà, in c. 2. & 3. patebit.

SVMMARIA.

1 *Pactum legis commissoriæ in feudis reprobatum & quare.*

Creditor non potest adipisci dominium in pignore per pactum. l. commissoriæ.

Pignus cui appositum est pactum legis cōmissoriæ, non præscribitur vllo tempore iure offerendi.

2 *Feuda an amore & honore, an etiam pecunia acquiri possint.*

Venditio facta cum pacto, si ad certum tempus rem non integraliter solueris, quod tunc rē venditā debeas retinere in feudū, an tale pactū valeat, adeò q si soluisti partem tantùm precij, seruandū sit pactū? & quid sit dicendum in fideiussore, cū quo tale pactū est. Et qn̄ intelligatur pcedere.

Pignus an & quando possit præscribi.

Iuri offerendi contra debitorem, an præscribatur?

Actioni pignoraticiæ an præscribatur, & tollatur spacio 30. anno.

Rei vendicatio an & quomodo tollatur.

An Princeps possit facere, vt creditor rem venditam habeat in pignus, & teneat iure dominij.

Facta venditio cum pacto, vt liceat mihi rē pignoratā reemere post quinquennium, & nō antè eodē precio, an iste contractus sit & censeatur validus, vel vsurarius.

Pactum de re retrouendenda, an valeat, & an ex mora veniant fructus.

3 *Vasallus si feudum domino pignorauerit, an ipse dominus fructus lucretur.*

Creditor, cui pignoraui castrum meū, an poterit vti iurisdictionibus, & alijs iuribus incorporalibus.

Lex commissoria tantùm in pignoribus reprobatur inter debitorem, & creditorem, non etiam in alijs contractibus.

4 *Pactū adiectionis in diē quod. & qn̄ valeat.*

Res in præiudiciū alterius, infeudari nō pōt.

SI QVIS OBLI. Diuide istud capitulum in tres partes. In prima ponitur thema. In secūda decisio. In tertia ratio. secunda ibi, potest debitor. tertia ibi, feudum enim. CASVS.

Feudum non potest constitui sub pacto legis commissoriæ, & ideò non obstante tali pacto, potest debitor soluto debito reuocare, quandocunq; rem suam pignoratā. h. d. In tex. ibi, si quis, scilicet, debitor.

Ibi, rem, ſubaudi, immobilẽ, vt aliqua ſit dubitatio, quoniam in rebus mobilibus nõ eſt dubium, quòd non cadit feudũ, vt infrà de feu. cogni. c. fi. Ibi, pignori, ſubaudi, alicui creditori. Ibi, ſtatuto tẽpore. Ecce pactum legis commiſſoriæ, vt hic & in l. fi. C. de pactis pigno. Ibi, habeat. i. ipſe creditor eam recognoſcat in feudum ab ipſo debitore. Ibi, pecuniam, ſubaudi, ſibi mutuatã ſuper re pignorata. Ibi, ſub prætextu pecuniæ. ſ. datæ prædicto modo, quia reprobatur talis contractus, & talis conuentio, vt hîc & infrà de capi. qui. cur. vendi. in c. penul. Ideò dicitur, quòd per pecuniam non acquiritur feudũ, quòd intelligas hoc caſu, ſcilicet, quo conuentio, & pactũ reprobatur. Aliàs autẽ poſſet feudũ acquiri per pecuniam, vt dicam ſtatim in notabilibus.

1 † No. quòd pactum legis commiſſoriæ eſt reprobatum in feudis. Et eſt ratio, quia lex ipſa commiſſoria reprobata eſt in pignoribus. vt C. de pact. pig. per totum. & hoc etiam voluit gloſſ. prima hîc poſita in ſ. ii prin. Ex qua prohibitione fit, vt creditor non poſſit adipiſci dominium in pignore propter illud pactum, vnde omnis alia via tollitur, per quam ipſe creditor vellet illã acquirere ex eodem pacto, vt quod habeat in feudum, vt hîc, quia non debet per viam aliquam circũueniri illud, quod eſt reprobatum per viam directã, vt ff. de tu. & cu. da. ab his. l. ſcire oportet in prin. Nam ſicut probetur, vt ipſa res pignorata non ſit creditoris ſimpliciter, ita quoq; prohibetur, vt non ſit creditoris iure feu. Et quanquã non transferatur in Vaſallum dominium directũ, tamẽ transfertur vtile, q̃ eſt ſufficiens ad parandã actionem, quemadmo. directũ etiam contra dominum, vt l. 1. §. fi. cũ. l. ſeq. ff. ſi ager vecti. vel emphi. petatur. Et ex his modo intelligis rationem deciſionis huius capituli.

No. ex tex. ibi quandocunq;, &c. quando in pignoribus eſt appoſitum pactum legis commiſſoriæ, tunc odio creditoris cũ tale pactum ſit reprobatum, non pręſcribitur vllo tempore iuri offerendi, quòd qualiter intelligatur, ſtatim dicam in glo.

2 † No. ex tex. ibi non ſub prætextu pecuniæ, &c. argumentũ ſecundum aliquos, q̃ a feuda non poſſunt acquiri per pecuniã, a ſed ex amore & honore domini, &c. Quod non eſt verũ, niſi in caſu iſto, vbi principalis contractus reprobatus eſt. Aliàs autẽ nõ interueniente iſta conuentione, ſuper pignore reprobata, poſſet indiſtinctè feudũ acquiri per pecuniã tam à domino, quàm

a Non põt acquiri per pecuniam. Adde Doct. in c. de na. feud. Bal. in c. 1. in §. & decedẽti. qui feu. da. poſ. Bald. in l. licet. C. de libe. cau. Doct. in c. ad noſtrã. de emptio. & vendi. Abb. in c. cũ ſeculũ in primo not. de iure patro.

ab alio de voluntate domini, ſecundũ veram concluſionẽ, quam tenui in c. 1. ſup. de benef. fra. in prima oppoſitione, vbi videas plenè de iſta materia, & hoc ſenſit etiã gl. 1. hîc poſita circa mediũ, in qua ſtatim dicã.

Quæro cum gloſſ. prima. in ver. ſed quid, &c. quid ſi vendo tibi rem pro centũ, & appono pactũ, quòd ſi ipſa non ſolueris, integraliter vſq; ad certũ tempus, q̃ tunc debeas retinere rem venditam in feudum, vtrũ valeat tale pactum, adeò, q̃ ſi ſoluiſti partem tantùm precij, ſit ſeruandũ pactũ, & reſpondet iſta glo. allegando primò ad partes, quoniã videretur dicendum, & primò q̃ valeat per l. in traditionib. ff. de pac. nam & ſi nõ expediat domino haberet talẽ Vaſallũ, nihilominus virtus pacti hoc operatur. l. ſi fundo. ff. de ſeruitutibus. cũ nullã contineat turpitudinem. In CONtrarium q̃ non valeat, facit iſte tex. in fi. Et pro tanto diſtinguit concludendo, q̃ aut dominus voluit, q̃ tota res vẽdita remaneret in feudum, ſi nõ eſſet ſolutũ totũ preciũ, & tunc non valeat. Aut quod remaneret in feudũ ſolummodò pro ea parte & rata, pro qua nõ eſt ſolutum, & tunc valeat pro illa parte. Veruntamen ſubiunxit iſta gl. q̃ hodie multa feuda acquiruntur per pecuniam, quicquid dicat iſta litera, & hoc voluit iſta gl. quæ per hoc eſt expedita vſq; ad ver. ſed quid erit, &c. Sed tu melius dic quàm gl. in vtraq; ſua determinatione, & primò quãtum ad illud, q̃ vltimate ſubiunxit, q̃ hodie ex cõſuetudine poſſunt acquiri feuda per pecuniam, &c. Tu dic q̃ imò etiã de iure, vt probatur in c. 1. ſuprà, quemadmo. feud. ad fin. perti. & in d. c. 1. ſuprà de benef. fra. vbi latè dixi. Quantum verò ad principalem quæſtionem ſuprà formatam, dic q̃ indiſtinctè illud pactum debet tenere, & eſt obſeruandum, quoniã ſi feudum poteſt vendi. vt ſuprà tenui. Ergò in ipſa venditione poteſt apponi pactũ inducens infeudationem. Neq; iſte tex. contradicit, quia loquitur in obligatione pignoris, in qua benè eſt reprobatum tale pactum. l. fin. C. de pact. pig. Quæſtio autem loquitur de pacto adiecto in venditione, quod licitum eſt, & non reprobatum, vt not. gloſſ. ſuper rubrica. ff. de lege con. Et iſte intellectus probatur etiam in c. penul. infrà de capi. qui cur. ven. ſecundum opinionem, quam ibi tenui. & hoc tenet etiam Ia. Ardizô.

3 Ex quibus omnibus concludo, q̃ tenebit talis contractus indiſtinctè, quicquid dicat iſta gloſſ. niſi probaretur ſimulatio, vt not. gloſſ. in l. 3. C. plus valere quod

agitur,

agitur, facit. C. de proba. in l. cum precibus. & extra de vsuris in c. nauiganti, secundum Bald. Et hanc conclusionem firmauit glossella fin. infrà posita, dum dixit, quòd tale pactum valet inter extraneos: non autem inter dominum & Vasallum, quasi velit dicere, quòd inter creditorem & debitorem respectu pignoris, non valeret talis contractus, cùm sit reprobatus, vt hic, sed inter alios extraneo paciscentes, benè teneret tale pactum. & allegat. l. si quis fideiussorem. de debitis & vadimonijs in Lombarda. Pro quo facit, quia pacta, quæ non sunt reprobata, sunt seruanda. l. iurisgentium. in §. ait prætor. ff. de pact.

Posses tamen seruare determinationem gloss. in casu dubij, videlicet, si simpliciter dixerit venditor, si nō solueris integrum precium, quòd tunc res remaneat tibi in feudum, quoniam isto casu, si non soluatur totum precium, procedat dictum gloss. videlicet, quòd non remaneat feudum, nisi pro ea parte, pro qua non est solutum, quoniā esset iniquum, q. iam soluta parte precij debeat sibi remanere tota res infeudata. et ita tenet dominus An. de Iser.

Quæro subsequenter cum dicta gloss. in dicto versi. sed quid erit, &c. quid si accepi pecuniam mutuo à te, & pignoraui tibi fundum, & vltra hoc dedi tibi Titium in fideiussorem, & facio pactum cum Titio fideiussore, quod nisi liberauero ipsum ab ista fideiussione vsque ad certum tempus, soluendo debitum, ita quod ipse fideiussor habeat necesse, soluere pro me dictum debitum, quod tunc ipse retineat in feudum dictum fundum pignoratum, an valeat tale pactum. Et ista glossa arguit ad partes. Et primò, quia videretur dicendum quod sic, per l. fin. in prin. ff. de contrahen. emp.

In contrarium videtur, quod per dictam rationem positam hic. & hoc voluit tota ista glo. vsque ad fin. Tu verò teneas hanc secundam opinionem, videlicet, quòd ille contractus non teneat per istum text. & per ea, quæ dicta sunt suprà.

Non obstat d. l. fi. quia loquitur in venditiōe, videlicet, quòd ipse fideiussor benè posset soluendo habere ipsum pignus loco emptionis, quoniam isto casu benè teneret contractus, vt suprà dixi, & probatur in responso dictæ l. fin.

Quod intelligas verum, si fideiussor conuenit de iusto precio. Aliàs secùs, vt est casus in l. si fundus. §. fi. ff. de pignori. & not. in l. 1. C. de pact. pigno. Reprobatur ergò pactum, vt sit sua res pignorata, vel etiam, vt retineat loco feudi. Non autem reꝓbatur pactum, vt habeat eam emptam, quanti valet. Et in hanc sententiam videtur inclinare Iac. de Bel.

Quæro cum glo. 2. pro intellectu vnius literæ, quæ dicit, quod debitor quandocunque soluendo debitum creditori possit recuperare pignus, &c. an posit ipse creditor repellere ipsum debitorem, opponendo sibi præscriptionem triginta annorum dicendo, illam rem possedisse per annos triginta, & consequenter eam præscripsisse? Et respondet gloss. quod sic, maximè si possesio pignoris fuit interuersa mutata, vt quia ex alia causa extrinseca cœperat creditor ipsam rem pignoratam posidere, & ex dicta causa præscripserat, vt probatur in l. nec creditores. C. de pignora. act. & hoc voluit ista gloss. vsque ad versic. vel etiam, &c. Ex qua gloss. nota, quod vbi in pignoribus est appositum pactum legis cōmissoriæ, & debitor post annos triginta velit pignus prædictum luere, quod non potest, maximè si creditor illud pignus possedit possesione interuersa. Et ista est conclusio huius gloss. facit pro hac conclusione, quod habetur in c. fina. infra eo.

Quando autem possesio intelligatur interuersa, vide in l. non solùm. in §. quod vulgo. ff. de vsucapio. & in l. cùm nemo. C. de acquiren. poss. cùm ibi no. & in l. 1. C. communia de vsuca.

Sed videamus, an ista conclusio huius glossæ sit vera. Et certè de præscriptione longi temporis decem vel viginti annorum non est dubium, videlicet, quod elapso dicto tempore, nihilominus debitor poterit dictum pignus luere, quia de hoc est casus in d. l. nec creditores. & hoc tenet glossa infrà eodem in c. fina. Sed in præscriptione triginta annorum cadit dubitatio. Nam vides, quod ista glossa tenet, vt præscribatur adeò, quod debitor non admittitur ad luendum, elapso dicto tempore. Idem sensit glos. infrà eodem in c. fin. Et hoc idem tenet glo. Accursij in d. l. nec creditores.

In contrarium facit ista litera. Et pro hac parte videtur casus in l. pignori in princi. ff. de vsucapionibus. Sed glossa ibi distinxit, quod aut loquimur in iure offerendi debitum ipsi creditori per creditorem, & tunc tollitur ipsum ius offerendi per lapsum longisimi temporis triginta annorum,

annorum. Aut in actione pignoraticia intentanda per ipsum debitorem, volentem recuperare pignus, & idem. Aut in rei vendicatione intentanda, per ipsum debitorem volentem vendicare ipsam rem pignoratam: & tunc secùs, & ita dixit ibi glossa.

Sed videamus veritatem in quolibet istorum casuum. Et primò circa ius offerendi aduertendũ, quod etiam inter Glossatores fuerunt [a] opiniones, vt refert glos. in l. cùm notissimi. in §. eodem iure. C. de præscript. triginta annorum, & ibi nõ firmat pedem, sed in l. si rem. in §. omnis. ff. de pig. act. in fin. glos. magnæ tenet, quod præscribatur iuri offerendi per spaciũ triginta annorum, quæ gloss. reprobatur per Iacob. de Are. Cy. & Cõmuniter per DD. vnde ergò tu dicas in ꝓposito nostro, quod non præscribatur iuri offerendi, per spaciũ dicti temporis annorum triginta, secundũ Communem opinionem. Et probatur ratione, quia debitor ante oblationem non habet actionem ad ipsam rem recuperandam. d. l. si rem. in §. omnis. Sed ius offerendi competit debitori, per modũ facultatis, quæ facultas nunquam præscribitur, sicut est ius eundi ad Ecclesiã, vel per viam publicã, quia quanquam per mille annos non vadas: semper tamen poteris ire, vt ff. de via public. in l. viam publicam, & istud terigit gloss. in §. eodem iure. & ibi Bar. & etiã omnes DD. hoc tenẽt, vt ibi refert Cy. Quod intelligas verum, nisi debitor constitueretur in mora luendi, quo casu, bene tolleretur ius offerendi, etiam non expectato tanto tempore. l. si conuenerit. ff. de pigno. act. & in l. 3. C. de distra. pig. Ad secũdam dubitationem de actione pignoraticia, an præscribatur, & tollatur spacio triginta annorum? dic quod sic, vt tenet glos. in d. l. nec creditores. & in d. l. pignori. Et ratio est, quia est personalis. vt ibi no. & per Innoc. extra de pigno. in capi. cùm constet. & probatur in l. 2. C. de constit. pecu. & in l. neque. quibus non ob. long. tempo. præscrip.

Intelligas tamen, quòd ista præscriptio tunc demùm incipiat currere, quando ipsa actio pignoraticia nata est, & non antè. l. 1. in fi. C. de annali excep. & tenet gl. in d. §. omnes. quicqd dixerit in dicta l. 1. quando autem nascatur in d. §. omnis. in textu & glos. Ad tertiam autem dubitationem de rei vendicatione, an tollatur spacio triginta annorum, adeò quod debitor non possit liberare pignus suum? & dic, quod non tollitur, vt not. in d. l. pignori. de vsucap. Et est ratio, quia ipse creditor possidet debitori. l. qui pignori. ff. de acquiren. poss. vnde non potest præscribere. l. malè agitur. C. de præscriptione triginta annorum. Et si tu dices, quid ergò proderit actionem pignoraticiam esse sublatã, cùm adhuc supersit aliud remedium, scilicet, rei vendicationis. Respondeo, quòd imò est longa differentia propter difficultatẽ probandi dominium, quod necesse est probare ad obtinendum in rei vendicatione. l. in rem. ff. de rei vendi. quod secùs est agendo pignoraticia, prout dixit glossa, [illegible] ita declarauit in d. l. fin. in fi. C. de annali except. Et nunc ex prædictis habes istam materiam declaratam, licet Doctores hic simpliciter pertranseant.

Quæro subsequenter cum d. gloss. in ver. vel etiam quid si creditor impetrauit à principe, quod ipsum pignus habeat, & retineat iure dominij, eò, quia in illo non reperitur emptor, neque debitor luit. an postea debitor audiatur ad recuperandum illud? & dicit gloss. quod non, si l. plus sit biennium, sed vsq; ad biennium benè audiretur, vt in l. finali. circa medium. de iure domini impe. & hoc, nisi ipse creditor, post dictam impetrationem recepisset aliquas vsuras à debitore, quia tunc rescriptũ euanesceret, & debitor admitteretur ad recuperandum. l. 2. in eod. titu. & per hoc est expedita ista gloss. vsque ad finem. Sed aduerte, quia hodie rarò istæ interpretationes fiunt, ex eo, quod communiter habemus ordines, & statuta in ciuitatibus, q̃ disponunt circa prædictas venditiones, & adiudicatiões pignorum, quibus standum est, vt not. glo. in d. l. fin.

Opp. ab extra de l. Titius. ff. de pigno. acti. vbi appareret, quòd tale pactum legis commissoriæ, etiam in pignoribus est seruandum inter creditorem & debitorem. Solu. ibi fuit appositum diu ex interuallo post contractum pignus, rogatu debitoris, eò, quia ipse debitor pignus non poterat luere, conuenerunt inter se creditor & debitor, vt d. creditor haberet illud pign⁹ loco emptionis pro certo precio. quod quidem licitum est, vt ibi secundum Gul. & Ray. de quo dic per Bar. in l. Calipodius. ff. de solut. & per Pet. & Cyn. in l. 2. C. de pact. pigno.

Quæro ab extra, fœnerator quidam mutauit mihi centum, pro quibus ego feci sibi certam venditionem vnius fundi, hoc pacto, quòd ego promisi reemere istum fundum

[a] Inter Glossatores fuerunt opiniões. Adde Bart. in l. pignoratitia. ff. de vsucap. Albe. de Rosa in l. 1. C. de annali excep. Doctor. in c. quoniam freqũeter, vt lite non conte. Bald. in rub. extra de præsum. Bal. in c. pastoralis. de off. or.

fundum post quinquennium, & non ante eodem precio, an iste contractus sit, & censeatur validus, vel vsurarius, & dicit Bald. quòd postquam iste est solitus fœnerari, & similes contractus facere, quod præsumitur contra ipsum, vt in regula, qui semel. & ibi per Dy. Nam alteratio contractus pacta insolita consuetudo fœnerandi, faciunt præsumi contra ipsum extra de pigno. c. illo vos in fin. & in c. ad nostram. extra de empt. & vendi. Vtrum autem tales venditiones ad tempus possunt fieri? vide in l. 2. C. de pact. inter empto. & vendi.

Quæro si vendo tibi fundum iusto precio & eo pacto, vt quandocunque tibi soluerem precium, quod mihi dedisti, quod tenearis mihi restituere fundum, an talis contractus teneat? dic quod sic, vt in d. l. 2. Sed vtrum emptor interim debeat lucrari fructus. Glo. in c. conquestus. extra de vsu. dicit quod sic. & in d. c. ad nostram. vbi videas.

3 †Quæro si Vasallus pignorauit feudum suum domino, an dominus lucretur fructus, ita, quod nõ computet in sortem? dic quod sic, vt in capitulo 1. extra de feud. vbi est casus notabilis facit dictum. c. conquestus.

Quæro si pignoraui creditori castrum meum, an poterit ipse creditor vti iurisdictionibus & alijs iuribus incorporalibus? dic vt in c. cùm Bertoldus. extra de re iudi. & in l. eleganter in. fi. ff. de pign. ac. & circa hoc vide quod dixi in c. 1. infrà de capi. qui curi. vendi.

Quæro, mutuasti mihi decem, nullo pignore constituto, sed hoc acto, quod si non soluero infra annum, talis domus mea
5 sit tua pro illis decem, an valeat istud pactum? dic quod sic, secundum Bald. quia non est pactum pignoris, vt est casus notabilis in l. fin. ff. de contrahen. emp. Eodem modo debet valere pactum, si obligaui tibi talem fundum pro decem, & si non soluero infra annum, habeas ipsum fundum emptum iusto precio, vt est casus notabilis in dicta l. si fundus. §. fin. de pigno. secundum Andr. de Isern.

Quæro, an in dote valeat istud pactum, si tibi pecuniam non soluero, tunc talem fundum pro dicta dote assigno? dic quod sic secundum Bald. l. quamuis. aliàs incipit Calipodius. ff. de solutio. quasi censeatur quædam permutatio argumen. in l. fi. de iure do. Potes itaque ex prædictis elicere has regulas in hac materia legis commissoriæ, secundum d. Andream de Isern. videlicet, quòd lex commissoria tantùm in pignoribus reprobatur inter debitorem & creditorem, non in alijs contractibus. Quinimò nec in pignore inter personas extraneas, vt habeat emptam, quanti tunc valuerit, dicta l. fin. de contrahen. emp. & etiam, vt creditor eam habeat emptam, quanti tunc valeat dicta l. si fundum. §. fi. quia reprobatur, vt sit sua, non habeat emptam, quanti valet. Si ergo vendo tibi rem cum hoc, vt soluas precium integrũ, alioquin habeas rem in feudum, non est iste contractus reprobatus, imò valet per d. l. in traditionibus.

4 †Quæro quid de pacto adiectionis in diem. EXEMPLI GRATIA: Dedi tibi rem in feudum, eò, quia soluisti mihi centum, & apposui tibi pactum, quod si vsque ad annum alter attulerit mihi meliorem conditionem, quod ipse debeat habere dictam rem in feudum, & à te, an teneat tale pactum in materia feudali? & dicit Iacobus Ardizo. quod sic, argum. in l. 1. & 2. ff. de in diem adiec. Idem dicit ipse, si detur in feudum eo pacto, vt si displicuerit infra certum tempus, res sit infeudata. argum. in l. 3. ff. de contrahen. empt. & de rescinden. vendi. l. si conuenerit. Eodem modo si infra certum tempus ei placuerit. instit. de contrahen. empt. in §. emptio. & in istis duobus casibus, si non statuitur certum tempus à partibus, statutum est à lege, scilicet, sexaginta dierum. argu. ff. de ædil. edic. l. quod si nolit. §. penultimo. Idem dicit Pap. quod potest dari feudum eo pacto, vt habeat, donec dominus alienabit. argumen. ff. quibus mod. vsufruct. amitt. in l. interdum. Vtrum autem possit dari in feudum cum pacto, quod tendit in præiudicium alterius? & dicit ipse, quod non, quia casus est in c. plerique. extra de pact. & extra de iure patro. in c. cùm sæculum.

Vltimò de præsenti materia, videas in capitulo penultimo. infrà de capi. qui cur. vendit. & in pluribus remissionibus, quas ibi in vtroque iure adduxi, & quod dicam infrà eodem in capitulo finali. & plenè per Iacobum Ardizo. sub rubricella, an lex commissoria habeat locum in feud. charta sexta. Et vide quod tangitur per Canonistas in c. significante. extra de pigno.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Dominus non poteſt purè inueſtire Vaſallum, de feudo nondum aperto ſine conſenſu poſſidentis. & num. 2. Et quæ ſit ratio.*

2 *Inueſtitura purè facta de feudo per alium poſſeſſo, an requiratur conſenſus poßidentis, & quando valeat, ſi poßidens non conſentiat.*

Renunciatio hæreditati paternæ in inſtrumento dotali facta, & cõfirmata iuramento valet, & in quo foro, talis iurans poßit conueniri.

Iuramentum, an & quando poßit contractum à iure reprobatum, validare.

3 *Dominus quare poßit ſub conditione alium inueſtire de feudo Vaſalli viuentis.*

SI QVIS INVE. Licet iſtud capitulum non loquatur propriè de materia rubricæ noſtræ, ſcilicet, de pacto legis commiſſoriæ. Attamen adaptatur ad ipſam rubricam hoc modo: Quia ſicut non conſtituitur feudum, interueniente pacto legis commiſſoriæ ſuper re pignorata, prout voluit iſta rubrica, & capitulũ præcedens, ita & eodem modo non conſtituitur feudum in retenta & poſſeſſa per alium iure feudi, in præiudicium ipſius poſsidentis. Vnde quia talis inueſtitura facta, de re poſſeſſa per alium reprobata eſt, vt in hoc capitulo. Idcircò congruenter poſitum fuit capitulum ſub iſta rubrica, quæ tractat de feudo re℘bando. Aliqui tamen cõcernentes, quòd iſtud capitulum non loquitur de propria materia, de qua loquitur rubrica, poſuerunt hîc vnam rubricã talem, videlicet de vſu Mediolanenſium. Et ſub hac rubrica poſuerunt iſtud capitulum, & capitulũ ſequens, prout dixi ibi glo. Verùm quia Communiter non vtimur iſta rubrica, vnde nõ eſt recedendum à communi noſtra rubrica, qua ſemper vſi ſumus, tanquam bona & congruente. argu. in l. minimè. ff. de legibus. Et diuide iſtud capitulum in tres partes. In prima ponitur dictum cum determinatione Placentinorum. In ſecunda ponitur determinatio Mediolanenſium & Cremonenſium. In tertia ponitur limitatio. ſecunda ibi, Mediolanenſes. tertia ibi, hæc autem.

CASVS.

Dominus non poteſt inueſtire aliquem de feudo poſſeſſo per alium ſuum Vaſallũ, niſi ipſe poſsidens conſentiret, & hoc ſecundum opinionem Placentinorum. Sed ſecundum Mediolanenſes & Cremonenſes tenet talis inueſtitura facta abſq; conſenſu & ſcientia ipſius poſsidentis, dũmodò ex tali inueſtitura non fiat aliquod præiudicium ipſi poſsidenti, donec viuit, nec poſt mortem eius relinquat ſucceſſores. hoc dicit.

Præmitte pro euidentia, quòd dominus non poſſet me inueſtire purè de feudo nondum ſibi aperto, niſi ille, qui poſsidet, conſentiat. Sed benè poſſet me inueſtire de dicto feudo ſub cõditione, vel in diem, vt ſi dicat dominus inueſtio te de tali feudo, cùm aperietur, vel poſt mortem poſsidentis, quo caſu tenebit inueſtitura, ſi poſſidens moriatur ſine ſucceſſore. Et iſto caſu non exigitur conſenſus, vel ſcientia ipſius poſsidentis, vt prædicta probantur ſuprà qui ſucce. te. in c. 1. & in tit. hic poteſt eſſe titulus, qui ſuc. tene. in c. 1. & ibi dixi. In textu ibi, ſi quis, ſcilicet, domino. Ibi, militis, id eſt, Vaſalli, vt not. ſuprà de feu. ſine culp. non amit. in c. 1. Ibi, viri, ſcilicet, ſapientes, vt infrà c. proximo. & infrà ſi de feud. Vaſall. fu. inter c. 1. Et aduerte, quia hîc reſpondet. Ibi, erat feudum, dic & opinio iſtorũ Placentinorum tunc demùm vera eſt, quando ipſa inueſtitura eſſet facta purè, quo caſu, non videtur, niſi ipſe poſsidens conſentiat, vt ſequitur. Sin autem fieret conditionaliter, vel in diem, tunc non exigeretur conſenſus poſsidentis ſecundum opinionem Mediolanenſiũ, quæ ſtatim ſequitur. Et hoc modo poteſt ſaluari vtraque opinio, vt ſuprà dixi in euidentialibus. Ibi, diſtare, aliàs eſt in text. differre & expone, id eſt, nullam differentiam eſſe. Ibi, hoc autem, ſcilicet, quod teneat ſupra dicta inueſtitura. Ibi, milite, id eſt, Vaſallo, qui poſsidet feudum, & non habet ſucceſſores, vt ſequitur. Ibi, ſucceſſores, id eſt, filios deſcendentes maſculos, vt ſuprà dixi de alien. feud. in §. & ſi clientulus.

1 †Not. quod non tenet inueſtitura purè facta, de feudo poſſeſſo per alium, niſi poſsidens conſentiat, vt hîc in prima parte. & ſupr. qui ſucce. tene. in c. 1. & hoc modo ſaluatur opinio Placentinorum. Et ratio dubitandi ipſorum fuit, quia talis inueſtitura videbatur eſſe contra bonos mores, & inducere votum captandæ mortis, quia facta ſuper re viuentis. Ratio autem decidendi fuit, qa ipſe Vaſallus poſsidens, benè potuit Vaſallo dare illam inueſtituram per conſenſum ſuum. Et prædicta colliguntur ex ratione legis ſi. C. de pact. Vtrum autem requiratur conſenſus expreſſus, vel ſufficiat etiam tacitus? dic, vt plenè ſcripſi ſuprà quibus modis feudũ amit.

in §.

in §. præterea, sed formaliter ad quæstioné videas in d. c. 1. supr. qui succe. tene. in fi.

2 †Not. quod de feudo per alium possesso, quis potest inuestiri sub conditione, vel in diem, quo casu, inuestitura non habebit ante effectum, nisi postquam feudum erit apertum domino, & sic interim nullum præiudicium fiet possidenti, vt hîc in secunda parte secundum opinionem Mediolanensium & Cremonensium, quæ ita debet intelligi, & est casus suprà hic potest esse titul. qui suc. tene. in c. 1. Et fuit eorum ratio dubitandi, quia non videbatur esse licitum anticipare tempus. l. fin. C. qui admitt. ad bo. po. possunt. Item, quia non est licitum sperare mortem alterius. l. inter stipulantem. in §. sacram. ff. de verborum obli. Item videbatur contra bonos mores, cùm interdũ aperiat viam ad maleficia, vt probatur in d. l. fi. C. de pact. cùm ibi not. Ratio autem decidendi est, quia iste contractus celebratur super re ipsius domini concedentis, qui nullo modo est obligatus primo feudatario, ad nõ infeudandum secũdo in casu caducitatis ipsius feudi. argu. in l. si ita quis in §. ea lege. ff. de verborum oblig. Et hoc probatur per simile. Nam si ego constitui alicui vsumfructum in vita sua, possum disponere de eodem vsufructu, vt post mortem eius ad alterum perueniat. l. qui fructus. & in l. fundi. ff. de vsufruct. lega. l. vt hæredibus. ff. de lega. 2. Item posset assignari & alia ratio, quia hîc loquimur de iure consuetudinario, quo casu, valent huiusmodi conuentiones, vt infr. tit. proximo, c. 1. & tenet Specu. in tit. de feu. §. 2. versi. 25. Et est ratio, quia feudũ multis alijs modis, quàm per mortem potest amitti. vt suprà quibus modis feudum amitt. in c. 1. & infrà quæ fuit prima causa benefi. amit. per totum. Rationes autem in contrarium allegatæ possunt loqui de iure communi, & sic non obstat. d. l. fin. Dicit insuper dominus Bald. quòd ista inuestitura, de qua in isto capitulo non importat pactum de futura successione, sed potius de caducitate successionis, & est collatum in defectum iuris tertij, quod quidem pactum secundũ ipsum habet iuris ordinem, & est de iure validum. Sed videtur mihi, quod ex hac ratione Bal. non euitaremus dictas in conuenientias prædictæ. l. fin. vt probatur in c. 2. & 3. & in c. ex tenore. de conces. præben. & in c. detestante. extra de conces. præben. Eccle. non vacã. Quare aliæ rationes videntur mihi magis concludere. No, quod sicut dominus non potest aliter prouidere, de feudo adhuc possesso per suum Vasallum, cum præiudicio ipsius possidentis: donec vixerit, ita neque post mortem eius in præiudicium successorum, si quos relinquat, vt hîc. & in d. c. supr. hic potest esse tit. qui succe. te. nam talis inuestitura semper fieri intelligitur sine damno eius & successorum suorum. Quoniam ipsis successoribus iam est acquisitũ ius in ipso feudo, per inuestituram factam in personam autoris sui, vt suprà qui feud. da. poss. in §. & qui. & infrà de natura succes. feud. in c. 1. Ergò in ipsa concessione intelligitur exceptuatum ius ipsorum successorum. arg. ff. de aqua plu. arcen. in l. in concedendo.

Oppo. cum glo. 1. contra ea, quæ hîc dicuntur in prima parte, videlicet, quòd nõ aliter valeat inuestitura facta iure de feudo per alium possesso, nisi ipse possidens consentiat. Sed contra quod imò absque tali consensu teneat contractus, vt probatur in l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. Vbi quis potest vendere rem alterius sine suo consensu, & tenet contractus in præiudiciũ ipsius vendentis, quoniã tenebit de euictione, licet nõ possit trãsferre dominium ipsius rei. Sic ergò deberet dici in ꝓposito, quòd infeudando rem per aliũ possessam, quod teneat contractus in præiudicium ipsius infeudantis, etiã sine consensu possidentis. Solut. in isto text. ideò non tenet talis contractus, quia est contra bonos mores, cùm sit de futura successiõe, & ideò reprobatur per d. l. fina. C. de pact. sicut in simili videmus de pacto apposito per filiam in instrumento dotali, de non habẽdo regressum ad bona paterna, quod est reꝓbatum. l. pact. C. de colla. sed contrarium loquitur, quando in ipso cõtractu nõ tractamus de futura successione, vnde benè concedendũ est, & fatendum, quod teneret contractus inuestituræ in præiudicium inuestientis, si quis ignorans accepit inuestituram de alieno feudo, vel etiam sciens, sed accepit specificè cautionem de euictione, ita quod non habebat respectũ ad futuram successionem alterius, sed solummodò ad interesse suum, vt infr. de inuesti. de re alie. fac. in prin. & §. 1. sed non tenebit in præiudicium ipsius possidentis, secundum quod voluerunt Mediolanenses, vt hîc in 2. parte. & infr. si de feud. fue. contro. in c. moribus. & hoc voluit ista gl. vsq; ad vers. hæc dicta ita sunt, &c. quæ benè loquitur, & cum ea transeunt DD.

Con-

Concorda tamen has opiniones Placentinorum & Mediolanensium, vt dixi supr. in notabilibus. Et insuper aduerte ad illud, quod suprà dixit gloss. de filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ instrumento dotali, vt talis renunciatio & pactum non teneat, &c.

Quod intelligas verum, nisi ipsa renunciatio, & pactum esset roborata per iuramentum, quia tunc teneret virtute iuramenti, quod est seruandum, postquam nō vergit in dispendium salutis æternæ, vt in c. 2. de pact. lib. 6. & in c. cùm contingat. extra de iureiuran. Et iudices etiam seculares, compelli debent per censurā Ecclesiasticam, ad ipsum iuramentum obseruandum, vt in c. licet. de iureiuran. lib. 6. Et etiam ipse iurans, quanquam sit persona laica, poterit conueniri in [a] foro Ecclesiastico, & compelli ad obseruantiam talis iuramenti, quia ipsa causa ratione iuramenti spectabit ad forum Ecclesiasticum, vt in c. cum. c. laicus. de foro compe. libro sexto.

[a] *Poterit conueniri in foro ecclesiastico. Adde Abb. in c. 1. in 4. nota. de iureiurā. quia iuramētum principaliter obliget Deo, vt in c. debitores. de iureiuran. & in l. iureiurā. C. de re credi.*

Non obstat prædictis, si diceres, quod tale iuramentum non potest validare illud, quod est reprobatum à iure, & contra bonos mores, vt in regula non est obligatorium. de regulis iuris lib. 6. cùm tale pactum videatur esse huiusmodi. l. pacta quæ contra. & l. fin. C. de pact. Quia respondetur, quòd interdum aliquid est prohibitum propter turpitudinem sui, sicut occidere hominem, vel furtum committere, &c. & tunc iuramentum nihil operatur, nec firmaret prædicta, Ita loquitur dictum capitulum. Sed interdum aliquid est prohibitum propter priuilegium, vel fauorem personæ: & tunc iuramentum benè validat rem, de qua agitur, & est obligatorium, vt in d. c. 2. de pact. lib. 6. & infrà de pace iura. fir. in §. item sacramenta. & ibi dixi. & ita soluit Dyn. in d. c. non est. Et circa prædicta vide, quod dixi in c. moribus. infrà si de feud. fue. controuer. in prima quæstione.

Oppo. cum dicta gloss. contrà proximè dicta, quòd nullo modo requiratur cōsensus possidētis, vt statim patet in secunda parte huius capituli. Solut. Ea, quæ dicta sunt, procedunt secundum opinionem Placentinorum. Contrarium verò loquitur secundum opinionem Mediolanensium, qui voluerunt, non esse necessarium consensum possidentis, non tamen inuestitura generabit aliquod præiudiciū. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. Non obstat. l. Lucio. ff. de aqua quo. & æsti. vbi dicitur, quod si concessi ius aquæ ducēdæ ex fonte meo alicui, quod possum idem ius concedere alteri, dummodò per dictam concessionem non fiat præiudiciū primò, vt ibi not. & sic potius concordat. Alias esset opus, quod primus consentiret, vt ibi dixit glos. & per hoc est expedita ista glo. vsque ad finem. Sed aduertas, quia licet ista glos. videatur residere in opinione Mediolanensium: tu tamen potes saluare vtramque opinionem diuerso respectu, vt suprà dixi, videlicet intelligendo opinionem Placentinorum, quando inuestitura fieret purè. Sed opinio Mediolanensium & Cremonensium, quando fieret sub cōditione, vel in diem, per iura suprà allegata.

3 †Quæro cum gloss. fina. quæ sit ratio, quare dominus potest inuestire tertiā personam, de feudo sui Vasalli adhuc viuentis, dummodo faciat dictam inuestituram sub conditione, vel in diem, quando feudum erit apertum, & Vasallus moriatur sine successoribus. Secùs quando dictam inuestituram faciat, & moriatur Vasallus cum successoribus suis, cùm tamen Vasallus recipiendo inuestituram, pariter prouideat sibi & successoribus, vt infrà de natura succ. feu. c. 1. & suprà de his, qui feudum dare poss. in §. & quia. Et dicit ista gl. respondendo, quod non potest assignari ratio diuersitatis, quoniam non omnium, quæ à maioribus nostris, &c. l. non omniu. ff. de legi. Sed tu subtilius considerando potes assignare rationem talem, videlicet, quia cùm Vasallus habet successores, qui quidem successores intelliguntur in illa materia de descendentibus, vt suprà dixi, non habet dominus ita apertā spem, quòd feudum ad ipsum reuertatur, sicut quando Vasallus nullos habet successores, quoniam præsumptio satis euidens est, quòd ipse dominus tanquam vna sola persona citius moriatur, quàm Vasallus & successores sui. arg. in l. hæredi. ff. ad leg. fal. & quod not. in l. is qui. ff. de fideicom. liber. Quando autem possit præiudicari successoribus & agnatis, tangitur infrà de alie. feud. pater. in c. 1. in princ. vbi videas, de quo dixi in §. hoc quoque. suprà de succes. feudi.

Vltimò ad materiam præsentem, vide suprà in d. tit. qui succes. tene. & in pluribus remissionibus ibi adductis in vtroque iure, & in c. 1. suprà hic potest esse titulus, qui succes. tene, & in d. c. moribus. infr. si de feud.

de feu. fue. controuer. vbi plena materia, & in copiosis remissionibus ibi in vtroque iure descriptis, & quod dixi in c. fin. facta in eod. titu. Et vide plures oppositiones, & quæstiones ad materiam, quas scripsi in c. 2. suprà quo tempore miles, &c. & in remissionibus ibi adductis, & per Iaco. Ardizo. in summa tit. quib. mod. feu. amit. sub rubricella, an dominus inuito Vasallo possit ius, quod habet, &c.

SVMMARIA.

1 *Præscriptio triginta annorum, quandoq; feudatarium in feudo tuetur.*
2 *Feudi constitutio quando per receptionẽ seruitiorum inducatur.*
Negatiua licet de sua natura non sit probabilis: tamen p iuramentum potest explicari.
3 *Successio locum habet in re præscripta iure feudi. & quæ sit ratio.*
Possidens rem pignoratam tanquam feudum, si deciderit à possessione, an possit dictam rem vendicare?
In rei vendicatione quis debeat præferri?
An sufficiat, quòd filius domini defuncti solùm probat interruptionem præscriptionis.
4 *Feudum an sit extinctum, si dominus Vasallum ab omni seruitio liberauerit.*

QVIDAM OBLI. Adaptatur istud capitulum ad rubricam nostrã, hoc modo: Quia sicut feudum non potest constitui super pignore, mediante pacto legis commissoriæ, vt supr. in c. 1. Ita quoque non potest constitui super pignore mediante præscriptione, nisi dicta præscriptio sit longissima annorum triginta, in qua cõtinuè d. pignus sit possessum, tanquam feudum sine aliqua interruptione, & hoc declaratur in isto capitulo. Quidam tamen asserentes, quòd istud capitu- 1 lum cum capitulo præcedenti, non congruant rubricæ nostræ, posuerunt vnã nouam rubricam talis formæ, videlicet, de vsu Mediolanensium, &c. sub qua suppo- fuerunt ista duo capitula, quæ rubrica cõmuniter non habetur, neque est tenenda, vt dixit gloss. prima hic posita. & latius dixi suprà in c. proximo, &c. Diuide istud capitulum in partes tres. In prima ponitur thema & quæstio, ac determinatio ipsius quæstionis per sacramentum Vasalli possidentis, & iurare volentis cum duodecim sacramẽtalibus. In secunda per sacramentum domini, si Vasallus non vult iurare. In tertia declarat, quid iuris, quando neuter ipsorum vult iurare. secunda ibi, si autem ipse. tertia ibi, quod si ita.

CASVS.

Possidens pignus tanquam in feudum pacificè, & quiete per annos triginta, illud in futurum pro feudo tenebit, si iurauerit cum duodecim sacramentalibus esse feudum, & possessum cõtinuè toto dicto tempore iure feudi: Si verò iurare noluerit, tunc stari debet sacramẽto domini iurantis cum duodecim sacramentalibus in cõtrarium. Neutro autem volente iurare: tunc debet ipse possidens inuestiri per dominum. hoc dicit. Præmitte qui sint testes sacramentales, & qualiter iurare debent, vt dixi suprà de his, qui feudum dare poss. in §. hoc quoque. In textu ibi, obligauit, subaudi, pro pignore, & tradidit pro certa quantitate pecuniæ mutuatæ. Ibi, militi, id est, Vasallo, vt not. supr. de feu. sine cul. non amitt. in c. 1. qui quidem miles erat etiam Vasallus de alia re.

Idem intelligas, etiamsi dominus pignorasset istam terram alicui extraneo, qui non fuisset Vasallus, quia in hoc nõ est vis, secundum Andr. de Isern. Ibi, deinde, subaudi, mortuo iam domino pignorante, & Vasallo mutuante, per id quod sequitur. Ibi, longum tempus, id est, longissimũ triginta annorum, vt infrà patet. Ibi, filius militis, subaudi, qui petebat inuestituram dicti feudi infra ᵃ annũ & mensem, si erat miles, vel si non erat verè miles, quia tunc infra annum & diem, vt suprà quo tempo. miles in c. 1. & ibi dixi, sed filius militis recusabat velle inuestire, dicens: quòd erat pignus, Vasallus verò replicando allegabat præscriptionem, & super hoc vertebatur quæstio. Ibi, inuestitionem, id est, inuestituram, vt supr. tit. proximo. c. 1. in prin. Ibi, prudentes, id est, Doctores seu Magistri, sicut fuerunt Obertus de Orto, & Girardus Cagapisti, vt infrà si de feud. Vasal. fue. inter. in c. 1. Et sic patet, quòd ista materia feudalis, continet in se scientiam, vt dixi suprà de his, qui feud. da. poss. in §. hoc quoque in secundo notabili. Ibi, laudauerunt, id est, sentẽtiauerunt, hinc est, quod sententia arbitri ᵇ appellatur laudum. facit infrà de controuer. inter Vasall. & Epi. in c. 1. Ibi, in electione, & hoc ideò est, quia habet præsumptionem pro se, ad monendum iudi[illegible] ad [illegible] deferendum. vt infrà de consue. rect. feud. in §. sacramentum. Ibi, parem suum. quidam post illa verba subaudiunt à domino suo post inuestituram defuncto, &c. Sed alij non subaudiunt, qui habent dicta verba posita in tex. & melius, & ita communiter habetur, put

Q[illegible] dixit

a *Infra annum & mensem. Adde Bal. in c. 1. quæ fuit prima cã. be. Bal. & DD. in c. 1. de capi. qui curi. vẽdi. Doct. in c. veritatis. de iureiur. Ab. in c. nihil. in 4. col. de elec. Cal. consil. 7. inci. an feudatarius teneatur in titu. de feud. Pet. de Ancha. cons. 173. inci. dominus Lazarus fuit inuestitus, de quo dã feu. Card. Zaba. cõ. 44. inci. circa primum dubiũ duo principaliter sunt videnda. Abb. cons. 83. incip. Conditoris omniũ postulato suffragio. in 2. col. infrà in volu. idem Abb. consi. 3. incip. nitar in præsenti. in 2. vol. Ioan. de Ana. cõsi. 32. inci. vltra alia dubia Ludo. Roma. cõs. 27. inci. viso themate mihi proposito Paulus de Castr. cons. 162. inci. circa id, de quo quæritur Barb. cõs. 84. inci. præclarè. in 4. vol. Frãc. de Curte cõsi. 82. incip. Deus pius Iesus Christus.*

b *Sententia arbitri. Adde Doctor. in c. Quintaualis. de iureiur.*

dixit glossella hîc posita. Et aduerte, quia est forma iuramenti, quia filius Vasalli mortui iurare debet. Ibi, cõtestatio, id est, interruptio præscriptionis, quæ fit non solùm per litis cõtestationem, sed etiam per solam conuentionem factam per executorem, vt in l. sicut. C. de præscrip. triginta annorum. & sensit glossa hîc posita in fin. Ibi, necesse habet, subaudi, si vult obtinere. Nam benè posset recusare, si vellet, vt statim infrà sequitur. Ibi, inde, id est, de ea re pignori obligata. Ibi, debet, id est, ne-
1 cesse habet. † Not. quòd per præscriptionem triginta annorum, quis defenditur in feudo, vt si quis rem aliquam possederit tanquam infeudatam dicto tempore continuato, & seruitium pro ea tanquam Vasallus domino exhibuerit, defendit sibi eã tanquam feudalem, vt hîc, & infrà si de feu. fue. controuer. in c. si quis per triginta. In hoc tamen est differentia in qualitate defendendi & obtinendi, quoniã si fuit semper possessa tanquam feudalis, & de ea sunt præstita seruitia tanquã de re feudali. Nec constet, quod vnquam aliter titulus præcesserit, nisi iure feudi, quia tunc ipse Vasallus eam obtinebit absque aliquo alio sacramento. Et ita intelligitur dictum c. si quis per triginta. Si verò constet, quòd alter titulus à principio præcesserit, scilicet, titulus pignoris, tũc si Vasallus postea recognoscat à domino tanquã feudalem, & eam iure feudi possideat per annos triginta sibi poterit eam defendere, dummodo iuret cum duodecim sacramentalibus secundum formam huius capituli. Vbi autem Vasallus probaret aliquid de inuestitura, sed non plenè, tunc sola annalis possessio simul iuncta cum dicta præsumptione inuestituræ, ipsum iuuaret mediante suo simplici iuramento, vt suprà tit. proximo in c. fi. in fine, quæ iura ita ad concordiam reducenda sunt, vt dixi in d. c. si qs per triginta. in vltimo nota. Si verò Vasallus possedisset minus anno, dic vt dicam inf. quid sit inuestitura. in §. si verò Vasallus. Quantum itaq; ad intelligentiam huius capituli aduertendum, quod ratio dubitandi potuit esse, quia in rei veritate non fuit à principio data res in feudum, sed obligata pro pignore, vnde cùm constaret de causa primitiua vera, videlicet, pignoris, videbatur, quòd ex tempore non deberet posse præsumi alter titulus nouus, nisi ꝓbaretur. l. si certis annis, cum sua materia. C. de pact. Sed ratio decidendi fuit ꝓpter seruitia, quæ recepit dominus à Vasallo ipsum longissimo tempore tenendo & reputando tanquam Vasallum, nec vnquam per tantum tempus faciendo mentionem, quod esset pignus, ex quo magna insurgit præsumptio, vt intelligatur feudum constitutũ dato, quod nunquã fuerit inuestitus. & hoc sensit glossa hîc posita in princ. sui vsq; ad vers. quid ergò, &c.

2 † Not. quòd receptionem solam seruitiorum, non inducitur constitutio feudorum, nisi præscripta longissimo tempore, vt patet ex prædictis, quæ præscriptio debet esse continuata, & non interrupta, vt probatur in hoc textu. Et ex his potest auferri ad quæstionem, quod ius offerendi nõ tollatur præscriptione longi temporis. l. nec creditores. C. de pign. act. & in glossella 2. hîc posita. Vtrum autem tollatur per præscriptionem longissimi, plenè dixi supr. eod. in c. 1. in q. 4. Nota ex secunda parte huius capituli, quod quanquam negatiua non sit de sui natura probabilis. l. actor. C. de proba. tamen per iuramentum potest explicari. Facit c. fi. supr. titu. proxi. Not. ex hoc text. vbi causa venerit per iuramentum decidenda, & neutra partium velit iurare, quod tunc debet decidi causa pro possessore hîc & in d. c. fin. suprà titu.
3 proxi. † Not. quòd in re præscripta iure feudi habet locum successio. Et est ratio, quia cùm præscriptio æquiparetur veritati, per not. in l. 1. C. de serui. & aqua. perinde debet esse, ac si fuisset vera inuestitura, in qua etiam si feudum sit nouum, succedunt descendentes, vt supr. de his, qui feudum dare poss. in §. & quia. & infrà de natura succes. feud. in c. 1.

Quæro cum gloss. fin. in vers. quid ergò quid si iste, qui possedit rem pignoratam, tanquam feudum ceciderit à possessione, an possit dictam rem vendicare? Et respondet glo. quod sit: attenta tamen distinctione, quæ ponitur in l. si quis emptionis. §. 1. C. de præscript. triginta annorum, videlicet, quod aut fuerat bonefidei possessor, & tunc ageret contra omnes præterquam
4 contra dominum. Aut fuerat [a] malefidei, & tunc nullo modo ageret, sed solùm posset se defendere dum possidet. & hoc voluit ista gloss. vsque ad vers. sed quod dicitur, &c. quæ benè loquitur secundum opinionem Io. ibi positam. Quis autem deberet præferri in vendicando à tertio possessore, an ipse vel dominus? dic q ipse, qui ꝑscripsit arg. ff. de ꝓcura. l. in causæ. & ff. si ager vectigal, vel emphi. peta. in l. 1. §. 1. secundũ Iac. de Are. De illis tamẽ q̃stionibus dic

[a] *Aut fuerat malefidei. Adde tex. & ibi Docto. in regula possessor. de regul. iur. lib. 6.*

dic melius & copiosius, vt scripsi in dicto c. si quis per triginta in 1. quæst.

Oppo. cum dicta gloss. contra ea, quæ hîc dicuntur circa formã iuramentorum, quoniam videtur iste text. diuersificare formam iuraméti præstandi, à filio Vasalli, ab eo iuramento, quod præstare debet filius domini. Quod patet, quia filius Vasalli iurat patrem suum post inuestituram mortuum, & se tenuisse rem per feudum triginta annis, & quod per dictum tempus non fuit facta interruptio, & sic iurat de homine certo, sed filius domini solùm iurat Vasallum defunctum, non fuisse inuestitum de dicta re pignori obligata, & sic iurat de homine incerto. Constat autem nó esse fiendam differentiam inter sacramenta successorum, vt suprà tit. proximo. c. 1. in princ. Quare dixit ista glo. quòd de hoc iuratur, nec aliter soluit vsque ad vers. sed cùm nó sufficit, &c. Sed tu dicas. quòd imò ista iuramenta æquiparantur. & quod eodem modo ambo iurent. Nam filius militis iurat, patrem suum à domino inuestitum, nec certificat aliter dominum: Ita & eodem modo filius domini iurat militem defunctum inuestitum, non fuisse, nec aliter certificat. Et sic à pari procedunt ista iuramenta. Sed de hoc, an ista iuramenta æquiparentur in omnibus, seu discrepent, vide quod dixi suprà tit. proxi. in c. fin. super glo. 6.

Quæro cum dicta gloss. vtrum sufficiat filium domini defuncti, probare interruptionem præscriptionis, cum præambulo titulo pignoris absque eo quod iuret? Et respondet gloss. quod sic, vbi filius Vasalli solùm fundat ius suum in præscriptione, nec hoc negatur in isto textu. Sed vbi filius Vasalli fundat ius suum in inuestitura, tunc secùs esset, quia talis ꝓbatio tunc nihil releuaret probata inuestitura per filium Vasalli. Vnde cùm in text. nostro iste filius Vasalli, fundet ius suum solùm in ista longissima præscriptione pignoris, sufficit ꝓbari ipsam interruptionem, etiã per simplicem missionem executoris. d. l. sicut. C. de præscriptione triginta annorum. Et hoc modo habes expeditam istam gl. vsq; ad finem, licet non ita clarè loquuta sit.

Opp. ab extra de c. 1. in §. 1. infr. de capi. Corra. vbi in materia feudali, videtur nullam præscriptionem currere. Solu. vt ibi not. quia non intelligitur de præscriptione longissima, de qua loquitur iste textus. vel possumus dicere, quòd hîc non præscribere contra ius feudale, sed potius allegatur præscriptio ad fundandum ius feudale. Ibi autem loquitur, quod non currit præscriptio contra feuda.

Oppo. quòd imò Vasallus indistinctè teneatur restituere rem domino, postquã constat, quod à principio fuit pignus, neq; aliter constat de inuestitura, vt probatur supr. de controuer. inuesti. in §. similiter. Solut. hoc operatur præscriptio temporis longissimi, quæ intercessit. Ibi auté nulla præscriptio intercessit, quo casu procedit contrariũ. Et eodem modo potes soluere aliud contra. de §. similiter. supr. de côten. inter dominum & Vasal.

Oppo. à sufficienti partium enumeratione. Aut enim constat de præscriptione, & quod seruitium est præstitũ pro re ipsa, & tunc si filius domini nihil probat, filius Vasalli debet obtinere sine iuramento, vt in d. c. si quis per triginta. & no. inf. de cõsue. rect. fue. c. 1. vers. 1. Aut non constat de præscriptione & seruitio præstito, & tunc non debet deferri sibi iuramentum, quia præsumptio est pro filio domini, quod Vasallus mortuus, & eius filius ex præcedenti causa pignoris possederit, vt C. de pig. act. l. si creditor. & l. pignus. & l. nec creditores. Solu. ad primum membrum dic, quòd hîc præcessit causa pignoris, & ideò iurat, etiamsi constat de præscriptione: Ibi auté non præcessit. Ad secundum membrũ dic, quòd hîc constabat de præscriptione & seruitio præstito, dubitabatur tamen, an esset feudum secundum Iaco. de Bel.

Oppo. quòd non possit procedere iste text. cùm creditor non possit præscribere pignus. l. nec creditores. C. de pigno. actio. & l. malè agitur. C. de præscript. triginta annorũ. Sol. intellige quòd possessio fuit interuersa, quia incœpit possidere loco feudi illud, quod primo possidebat loco pignoris. l. non solùm. §. quod vulgo. ff. de vsucapio. Et circa hoc vide, quod dixi suprà eodem in c. 1. super glo. 2.

Opp. de c. cùm non liceat. extra de præscript. vbi subditi nó tenentur præscriptione, contra debitam reuerentiam & obedientiam præstandam superioribus. So. per ea, quæ dixi in c. licet. si de feu. fue. cõtro.

Quæro ab extra, quidam acquisiuit emphiteosim [a] Ecclesiæ per ꝑscriptioně 40. annorum, quod tempus est necessarium in Ecclesia, vt in c. de quarta. extra de præscrip. & in Auten. de Eccle. ti. in princi. an istud ius extendatur solùm in tertiam generationem, an in infinitum, & determinauit

a Quidã acquisiuit emphiteosim Ecclesiæ. Adde Docto. in l. 1. & 2. C de iure emphit. & per Docto. in c. potuit. de loca.

 nauit

nauit Bald. de facto consultus, quod vsque in tertiam generationẽ duntaxat, quia est in formis, sicut si à princi. fuisset concessa simpliciter. arg. in Auten. de non alic. 1. §. emphiteosim. Facit quod dixi suprà, in vltimo nota. †Quæro quid si dominus liberat Vasallum ab omni seruitio, an feudum sit extinctum? & dic quod non, quia Vasallus videtur promeruisse, & non demeruisse. l. si conuenerit. ff. de pact. & ff. de vsufruct. in l. quot. §. si colono.

Non ob. l. fi. ff. de acceptila. quia ibi præsentia vtriusq; partis, hîc meritum seu satisfactio hoc operatur, vnde remanet feudum quod ad alia. & ita tenet Bal. in l. 1. ff. de rerum diui. 1. q. 16.

Vltimò ad materiam præsentem adducas alia, quæ dixi suprà de conten. inter do. & Vasal. de inuesti. feud. in §. similiter. & suprà de controuer. inuest. 1. §. similiter. & in remissionibus ibi adductis. & quod dixi suprà e. in c. 1. & per Canonistas in c. significante. extra de pigno. & vide plura, quæ dixi in d. c. si quis per triginta. inf. si de feu. sue. contro. & in copiosis remissionibus, quas ibi in vtroq; iure descripsi, vbi videas.

EXPLICIT LIBER PRIMVS. INCIPIT SECVNdus de feudi cognitione.

RVBRICA.

Hic est liber secundus huius operis seu tractatus vsus feudorum, & durat vsque ad tit. infr. in quibus caus. feud. amitt. Diuisus est namq; tractatus iste in tres libros, prout dixi supr. in præambulis ipsius tractatus, & in hoc secundo libro nõ sunt insertæ aliquæ leges Imperiales, sed solùm Iurisperitorum, qui experientiam & doctrinam habuerunt in hac materia feudali. Vnde Obertus de Orto, qui tunc erat maximus aduocatus & iuriscõsultus, & qui multa viderat in frequenti descriptione causarum, circa istam materiam, & sibi sępè committebantur huiusmodi causæ feudales, vt patet inf. in c. 1. fecit multas decisiones super ista materia, vt probatur statim in d. c. 1. & inf. in princ. lib. 3. Idem colligitur de Gerardo Cagapisti, qui sententias plurimas protulit, & dubia decidit in hac materia, vt probatur infrà de capi. qui curi. vendi. in c. 2. & 3. & per totum in pluribus alijs locis. Isti namque duo viri, tanquam peritissimi in hac scientia consuetudinum feudalium fuerunt decisores plurimorum dubiorum. Insuperque scriptores redigendo eas cõsuetudines in scriptis, quæ erant in diuersis curijs sparsæ & non scriptæ, & defectiuæ, & quas plerunq; contingebat non apparere, vel non probari, aut difficulter probari, vt probatur inf. si de feu. Vasal. fuerit interpel. in c. 1. & inf. an mutus vel alius imperfectus in c. 1. verùm postea ipse Obertus de Orto animaduertens, communi vtilitati omnium, redegit in præsentem librum ipsas cõsuetudines, & vsus præfatos varios, & dispersos. Et sic ipse Obertus secundum cõmunem opinionem fuit compilator, & conditor huius tractatus & operis feudorum; vt latè scripsi suprà in præambulis libri in materia causarũ. His itaq; prælibatis pro introductione materiæ, nunc venio ad rubricam nostram, quæ talis est. Explicit liber primus. Incipit secundus de feudi cognitione, &c. Et hæc est vera rubrica, & ea communiter vtimur, licet aliqui non habeant eam ita plenam, vt voluit glossella hîc posita. Quam rubricam continuare debes ad proximè præcedentia, hoc ordine: Quoniam supr. in tit. proximo in c. 2. visum est, qualiter in hac materia feudali sunt interdum variæ opiniones & consuetudines. Idcircò sumpta inde occasione, subiungitur hîc ista rubrica de feudi cognitione. In qua declarare intendit totam istam materiam, quomodo, & qualiter, & quo iure, vel consuetudinẽ causæ feudales debeant cognosci, & terminari, si dicta iura, leges aut consuetudines reperiantur variæ & diuersæ.

SVMMARIA.

1 *Causa iure Romano, & iure loci viuentium secundum quod ius decidatur.*
Decisio causæ simpliciter alicui commissa, debet iudicare secundũ illa iura, prout committens iudicaturus fuisset.
2 *Cõsuetudo in feudis legem scriptam superat.*
Malæ consuetudines non sunt seruandæ. & quæ sit mala & irrationabilis consuetudo & num. 3.
An consuetudines feudales sint locales.
3 *Consuetudo quotuplex.*
Consuetudo contra ius diuinum, naturale & ciuile, an & quando valeat.
4 *Consuetudines malæ an & quanto tempore præscribantur.*
Consuetudo præscripta si tollatur per legem superuenientẽ, an possit iterum præscribi.
Deficiente expressa & propria consuetudine potest argui per similem consuetudinem, quando ... lligatur verùm.
Item, an in materia feudali sit iudicandũ argumentis. & num. 5.
5 *Consuetudo in materia feudali attendenda.*

OBER-

OBERTVS. Iſta eſt quędam Epiſtola miſſa per Obertum de Orto Anſelino, filio ſuo, in qua magiſtraliter intendit oſtendere, quo iure cauſæ feudales debeant cognoſci & terminari. Et diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur ſalutatio. In ſecunda exordiendo & narrando oſtendit in vniuerſali, quo iure omnes cauſæ decidantur. In tertia oſtendit in ſpeciali de cauſis feudalibus. In quarta concludit. ſecunda ibi, cauſarum. tertia ibi, vſus tamen. quarta ibi, ſtrenuus autem.

CASVS.

Omnis cauſa in generali, regulariter determinatur aut iure Romano, aut Lombardo, aut conſuetudine loci. Sed cauſa feudalis in ſpeciali, determinatur ſecundum conſuetudinem loci, ſi ſub illa conſuetudine cauſa ipſa cõprehenditur. Aliàs determinabitur ſecundum legem ſcriptã, quæ ibi viget & ſeruatur. hoc dicit.

In textu ibi, de Orto: Non intelligas quod loquatur de loco originis, ſed potius ponat nomen agnationis ſuæ, ſicut eſſet dicere Iacobus de Aluarotis, quoniam iſte Obertus fuit de Mediolano, vt probatur infrà quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. in princip. coniuncto dicto c. 1. circa medium. infrà ſi de feud. Vaſal. fue. inter. Ibi, iure Romano, id eſt, legibus communib. Romano, quæ ſunt generales omnibus, & conſtant ex iure ſcripto. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iure. & l. leges. C. de legibus. & in fin. huius capituli. Ibi, Lombardorum, quę ſimiliter cõſtat ex iure ſcripto, vt in Lombard. in titu. quali. ho. diuerſarum legum ſuas cauſas diffinire debeant in l. 1. & in ti. vt Rom. po. interrogetur, qua lege vti velit. l. 1. vnuſquiſque enim populus habet ſuas leges & obſeruantias. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. Ibi, regni, id eſt, loci, in quo cauſa ventilatur, & fortè habuit reſpectum ad Italiam, quæ appellatur regnum, & Imperator appellat ſe Regẽ Romanorum, vt probatur 63. diſt. tibi domino. & dixi infrà de noua for. fin. in c. 1. In quo quidem regno ſunt diuerſæ & variæ conſuetudines, vt ſequitur. Et ideò de facili non poſſunt ſcribi, ſicut dicimus de mora. ff. de vſur. Ibi, conſuetudinem, idem importat conſuetudo, vſus & mos, vt infrà ſtatim ſequitur. & probatur in l. de quibus. ff. de legibus.

Quod intelligas verum, quantum ad effectum, ſed quantum ad ſubtilitatem, & diffinitionem earum differunt, vt dixi in præambulis huius operis in prin. & probatur ſtatim in fine huius capituli, vbi videtur ea ponere tanquam diuerſa. Et aduerte, quia iſti mores ſeu conſuetudines conſtant ex iure non ſcripto. l. ſed ea. cum l. ſeq. ff. de legi. & dicta l. omnes populi. Nam ius ciuile noſtrum diſtributum eſt in duas partes, ſcilicet, ius ſcriptum, & non ſcriptum. inſti. de iure naturali. §. ex non ſcripto. Ibi, libello, id eſt, hac breui Epiſtola. l. 1. in princip. ff. de tabu. exhi. facit C. quando libellus pri. da. in rubro & nigro. eſt enim diminutiuum libri, ſicut Codicillus eſt diminutiuum Codicis, vt not. ſuper rubrica. C. de Codicill. Codex namq; pro libro capitur in generali, vt not. in Auten. de trien. & ſemiſ. in prin. col. 3. Quis enim, vt ait Valerianus Maximus in princ. omnis æui geſta modico voluminum numero comprehenderit. Ibi vſus. Idem importat in effectu, quod conſuetudo, vt ſuprà dixi. poteſt etiam aliter ſecũdum ſubiectam materiam, vt not. gloſſ. in l. 1. ff. de vſu & habi. Ibi, in noſtris partibus, ſcilicet, Mediolani, vt infrà, quæ fuit prima cauſa in princ. Ibi, illud, ſcilicet, iudicium feudale. Ibi, legibus noſtris, ſcilicet, Romanis per id quod ſequitur. Ibi, aut expone pro, id eſt; quia idem importãt in effectu, vt ſuprà dixi. & ita expoſuit glo. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetu. poſſet etiam ſtare propriè, quia in ſua diffinitione non conueniunt, ſed ſunt diuerſa, vt ſupr. dixi. Ibi, ſtrenuus, id eſt, cautum ſecundum Papiã. Ibi, lege ſcripta, ſcilicet, Romana vel Lombarda, prout & ſecundum quod, in illo loco viuitur, &c. Not. & primò hunc Obertum fuiſſe vſum in hac ſua Epiſtola more boni Rhetorici, interſerendo ſalutationem, exordium, narrationem, & concluſionem, prout alibi facit infrà, in quibus cauſis feud. amitt. in c. 1. in princip. Quid autem debeat cõtinere Epiſtola, vide per Bartol. in Prœmio Digeſtorum ſuper rubrica ad finem. & per Ioan. And. & Canoniſtas in Prœmio ſexti libri.

1 † Not. quòd inter eos, qui viuunt iure Romano, cauſa deciditur ſecundũ ius Cõmune, ſed inter eos, qui viuunt ſecundum ius loci, debet iudicari cauſa, & decidi ſecundum conſuetudinem illius loci, & non tantùm in iudicijs, vt hîc & in l. 1. C. de emancip. libe. & C. quæ ſit longa conſue. in l. 1. ſed etiam in contractibus ordinandis, vt in l. ſi fundus. ff. de æui. Et etiam in teſtamentis, vt in l. fin. C. de teſta. de quo

 plenè

plenè per Barto. & Bal. in l.1.C. de summa tri. & fide Catho. Not. quòd ille, cui committitur decisio causæ simpliciter debet judicare secundum illa iura, prout committens iudicaturus fuisset, de quo vide plenè per Doct. in d. l.1.

2 †Not. quòd consuetudo in feudis vincit legem scriptam, & non tamen ciuilem, vt hîc in fin. & in glo.1. hîc posita in prin. sui. Verùm posset vincere etiam Canonicam, & de sacramentis loquentem, vt in c.1. extra de cogn. spiri. Not. quòd iudicium feudale nõ semper regulatur secundum regulas iuris communis, quinimò interdum contrariatur, vt hîc & in c.1. inf. qui testes sint necessarij ad proban. no. inuesti. adeò quòd in illo loco vincit legem cõmunem, vt not. in l.2. C. quæ sit longa consuetudo. Not. quòd in materia feudali, non est argumentis legalibus iudicandum, neq; ad argumenta conuolandũ, stante consuetudine expressa, aut simili vel l. scripta: aliàs secùs, vt voluit glos. 2. hîc posita, & statim super ea dicam.

Opp. cum glo.1. hîc dicitur, quod consuetudo vincit legem. Sed contrà de l.2. C. quæ sit longa consue. vbi expressè dicitur contrarium. Solut. Hic loquimur de consuetudine æqua & rationabili. Ibi autem loquitur de iniqua, quoniã malæ consuetudines[a] non valent, neq; tempore cõfirmantur etiã longo, vt in Auten. vt nulli judi. in §. nulli verò. & in Decre. disti.8. c. mala consuetudo cum similibus. Et hoc voluit ista glo. vsq; ad finem, quæ benè loquitur. Verùm, quia duas conclusiones nobis prestat, quarum prima est, quòd malæ consuetudines non sunt seruandæ. Secunda est, quòd consuetudo non potest præscribi longo tempore, ideò circa vtrãq; istarum cõclusionum extendendo materiam, aperiamus veritatem.

a Malæ cõsuetudines. Adde c. cùm decorem. de vi. & ho. Clem. Car. Zaba. in c. ex parte. in 8. not. de consue. & an cõsuetudo possit præscribi. vide per Ab. in c.1. in.1. colu. de consue. Car. Zaba. in c. fi e. ti. DD. in c. cum Ecclesia de causa poss. Doct. in c. cùm in tua. de cõsue. lib.6. Doct. in c. cùm de beneficio. de p̃ben. eod. lib.

Et primò circa prima videamus, quæ sit mala cõsuetudo, & qualiter cognoscatur, & dic, q̃ ex pluribus, videlicet, & primò, quando est expressè prohibita per legem, vt C. de fur. Autẽ. nauigia. & C. cõmunia de succes. Auten. omnes peregrini, quæ originaliter habent. infr. de sta. & consuet. contra liber. Eccle. & C. ne filius pro patre Auten. habita. & C. de vsuris. l. eos. ITEM quando obuiat iuri naturali. vt 8. di. c.1. & 2. & per totam distin. & extra de consuet. c. fin. & insti. de iure naturali. §. sed naturalia. ITEM, vbicunq; est contra vtilitatẽ publicã. ar. C. si cõtra ius vel vtilitatẽ pub. l. fi. cõiuncta. l.1. §. fi. ff. de aqua plu. arcen. ITEM, quando absorbet ius fiscale arg. C. de precibus impera. offeren. l. nec damnosa. ITEM, quando ex tali consuetudine, quis inuitaretur ad delinquendum arg. ff. de pactis dota. l. conuenire. & de pact. in l. si vnus. §. illud iuncta. l. de quibus in fi. ff. de legi. ITEM, quando venderetur sacrũ, vel sacramenta Ecclesiæ, extra de simonia. c. non satis. & c. sicut. & C. de Epi. & Cle. l. si quenquam. & ff. ad l. Iul. ambi. l.1. ITEM, vbi ex tali consuetudine, inducerentur exactiones contra subiectos, vt in d. §. nulli. supra allegato. ITEM, vbi esset contra libertatem Ecclesiarum, vt extra de consti. c. Ecclesia. & C. de sacrosanct. Eccle. Auten. Cassa. Et tales consuetudines inducentes prædicta, cẽsentur nedum malè, vt hîc in glo. sed etiam potiùs indicantur corruptelæ, vt in d. c. mala. & extra de consue. in c. fi.

Sed consuetudines feudales sunt bonæ & honestæ, quia p̃cipiunt honestè viuere, quod est præceptum iuris. l. iustitia. §.1. ff. de iusti. & iure. & habent rationem in se, vt suprà de conten. inter dominum & Vasall. c.1. in fine. de mili. Vasallo qui contu. est. c.1. in fine. infr. in quibus caus. feud. am. amitt. in §.1. infr. quæ fuit prima caus. bene. amit. in §. sed quia cum simi. Non tamen per omnia exigitur in his consuetudinibus quod habeant omnimodam rationem, sed satis est, quòd sint tolerabiles, & approbatæ per vsum, prout in similibus dicimus in statutis, quæ minuunt legitimam filiorum, vel quæ disponunt, quòd filia nõ succedat extantibus masculis, quæ tolerantur, licet prima facie non videantur per omnia rationabilia, secundum Bald. Ideò tales consuetudines feudales obseruandæ sunt, vt d. l. de quibus in princ. cùm ibi not. & derogant iuri Communi disponenti contrarium, vt in hoc textu. Facit quod no. in d. l.2. quæ sit longa consuetudo. & in d. l. de quibus in fin. Vnde ergò teneas & conclude, quod consuetudines in hoc libro feudorum approbatæ, tanquam generales & approbatæ debent seruari.

Et quanquã iste videatur inferre, quod consuetudo huius capituli sit localis, dum dixit in partibus nostris, &c. attamen teneas pro firmo, quod sit generalis, quia ita est approbata per omnes & glossata, neq; continet iniquitatem, & per omnes pro generali consuetudine reputanda. Quædam tamen sunt recitatæ, sed non approbatæ, vt infrà de filijs nat. ex ma. ad mo. contracto in capitulo primo, & talibus

benè

benè fateor, quod sunt locales, neque extenditur eorum virtus ad alia loca, vt ibi dixi, & quia continent iniquitatem, vnde non debent extendi. l. quòd non ratione. ff. de legibus. Sed quia in hac materia, multa videntur esse iura varia, & diuersa, videlicet, an consuetudo vincat legem a vel econtrà. Idcircò capiendo omnia membra sic dicas.

3 Quia interdum consuetudo est secundum legem. Interdum præter legem. Interdum contra legem. Primo casu dic, quòd aut lex est dubia, aut certa. Si est dubia, tunc consuetudo interpretatur eam. l. si de interpretatione. ff. de leg. Si verò est certa, & tunc consuetudo confirmat eam. l. nam Imperator. ff. de legibus.

Secundo casu, quando consuetudo est præter legem, & tunc dic, quòd immittatur legem in eo, quia sicut lex facit ius in casu à se expresso, ita etiam consuetudo in casu à se expresso, vt in l. 3. C. de ędif. priua.

Tertio casu, quando consuetudo est contra legem, & tunc dic, quòd aut est cõtra legem diuinam, aut naturalem, aut ciuilem.

Primo casu, non potest in totum tollere, sed benè potest distinguere, vt patet in testamentis, & contractibus, vt no. glo. in l. 1. in fin. ff. de consti. princip. & in l. fin. C. si contra ius vel vtil. publi.

Secundo casu, quando est contra ius naturale, & tũc dic, quòd non potest in totum abrogare, vt insti. de iure naturali gen. & ci. in §. sed naturalia. Sed benè põt in aliquo derogare, vt no. in l. ius ciuile & in l. manumissiones & in l. penul. ff. de iusti. & iure. Facit l. derogatur. ff. de verborum significa.

Tertio casu, quando consuetudo est contra ius ciuile, & tunc aut per illud est expressè improbata, & non valet consuetudo, nec facit ius. Imò ipsa tollitur, vt in d. l. cos. C. de vsuris, & in Auten. Cassa. in Auten. nauigia. & in Auten. omnes peregrini. sup. alleg. Si verò lex ciuilis, non improbat consuetudinem contrariam sibi, & tunc dic, quòd aut consuetudo præcedit legem, aut eam sequitur.

Primo casu, non facit ius, nec potest tollere legem sequentem, vt in l. 3. §. diuus. ff. de sepul. vio. sed ipsa consuetudo vincitur ab ea. l. vt ibi. & in c. 1. extra de consti. lib. 6.

Secundo casu, quando sequitur legẽ, & tunc, aut est inducta per errorẽ absq; aliqua ratione, aut ex certa sciẽtia, & cũ rõne.

Primo casu dic idem, scilicet, quòd nõ tollit legem, dicta. l. quòd non rõne. ff. de legi. Secundo casu, quando est inducta cũ ratione, & tunc dic, ꝙ si consuetudo generaliter se habet, & tũc generaliter tollit legẽ, vt in hoc tex. & in tota ista materia feudorũ. Quãdo autẽ cõsuetudo intelligatur rationabilis, & quando non, vide quòd no. in d. c. 1. de cõsti. & ꝙ sup. dixi. Si verò specialiter se habet, & tunc specialiter tamẽ tollit legẽ in illo loco. d. l. 2. C. quę sit lõg. consue. Et nunc habes istã materiam satis clarè explicatam, quę diffusè tractatur per Ioan. An. in c. fi. extra de consue. & per Arch. 11. di. consuetudinis per Cyn. & Doct. nostros in d. l. 2. quæ sit long. consue. per gloss. Bar. & Bald. in d. l. de quibus.

a *An consuetudo vincat legem. Adde l. de quibus. ff de legi. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. c. fi. de cõsue. Car. Zaba. in c. 1. in primo not. de sponsa.*

4 † Venio nunc ad secundum principale, quòd præsupponit ista gloss. videlicet, ad aliam conclusionem, quæ erat quòd malè cõsuetudines non præscribũtur longo tẽpore, &c. Sed dubitari posset, an pręscribãtur tempore longissimo, & in hoc me nõ extendo, quia esset vagari extra propriam materiam feudorum, in qua tale dubium non cadit, semper istæ consuetudines feudales fuerint obseruatæ, & faciãt ius, vnde minimè sunt mutanda, & c. l. minimè. ff. de legibus, & dixi suprà in præambulis istius operis. Sed de hac quæstione te remitto ad no. per gloss. & Doct. in l. domini prædiorum. C. de agri. & censi. lib. 11. & supra rubrica. C. quæ sit long. consue. & in d. l. 2. & in l. de quibus & dicto. c. fin. de consue. & in dicto c. 1. de consti. lib. 6. Quid autem si consuetudo præscripta, tollatur per legem superuenientem, an possit iterato præscribi, dic quòd aut ista consuetudo cõtinebat olim ius commune, & tunc potest præscribi tanquam ius municipale. Aut continebat ius municipale, & tunc secùs, vt ff. de sepul. viola. l. 3. §. diuus. & l. fi. ff. de testam. Et ratio diuersitatis est, quia in primo casu erat potius obseruantia iuris communis, tunc vigentis, quàm mera consuetudo, vt not. in d. c. 1. de consti. & ita dicit Bald. in c. 1. in princip. infrà de capi. corra.

Oppo. cum gloss. 2. contra ea, quæ hîc dicuntur in fin. & quòd suprà dixi in vlti. not. videlicet, quòd in materia feudali non sit argumentis iudicandum. Sed cõtra de. l. non omnes in §. à Barbaris. ff. de re mili. So. ibi loquitur in legibus communibus, in quibus causæ possunt decidi per argumenta, hîc verò loquimur in cõsuetudinibus feudalibus, in quibus non est credendũ

argumentis. Sed bene potest procedi de similibus ad similia, sicut potest procedi in ll. l. non possunt. ff. de legi. & extra de Parochijs in c. super eo. cùm ibi no. Vbi autẽ non reperiretur simile, tunc recurrendum est ad legem scriptam, vt hìc in fin. Et sic argumenta erunt superuacua, quia illud quod disponet lex, erit seruãdum, postquã ex cõsuetudine non potest causa diffiniri, quia aliàs secùs, cùm lex non posset derogare consuetudini, sicut nec potest obuiare Decretis, vt probatur. 10. di. c. lege. licet ista gloss. aliter allegauerit & non benè quæ per hoc est expedita vsq; ad fi. Ex qua gloss. not. quòd in materia consuetudinis feudorum deficiente expressa & propria consuetudine, potest argui per similem consuetudinem.

Quòd intelligas solùm in materia cõsuetudinis feudorum. Non autem extendas quòd in alia materia posset trahi, & argui per argumenta similitudinis feudorũ secundum Bal. Et est ratio, quia illa sunt similia, quorum qualitas est vna, ar. eorum quæ not. in l. de quibus. ff. de legi. facit. l. ideò quia in eo. tit. Item quia materia feudalis est stricti iuris, quod patet, quia actio quam parit non numeratur in §. actionũ. instit. de actio. secundum Bal. Sed ecõuerso, si causæ feudales non sunt decisæ per expressam consuetudinem, neq; per legẽ scriptam, tunc benè posset argui, & decidi causa per argumenta iuris ciuilis, argu. eorum quæ not. in l. 1. §. cùm patronus. ff. de offic. præsi. vr. & in l. 1. §. pe. ff. de aqua quoti. & æsti. Nec mirum, quia in iure nostro, causa potest argumentis decidi. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. cùm ibi no. in gloss.

5 † Ex quibus omnibus concludo secundum Iaco. de Bel. quantum ad propositam nostram materiam, quòd in materia feudali. Primò attendenda est consuetudo, si extat. Secũdò, procedetur de similibus ad similia in materia consuetudinis, vt suprà de feud. mar. c. 2. & infrà, an mutus vel alius imperfectus. c. 1. & C. quæ sit longa consue. l. 1. & d. l. de quibus. Tertiò, recurrendum est ad legem scriptam, si extat. vt hìc in fin. Quartò, si non extat, tunc est recurrendum ad argumenta legum, quæ valida sunt iure Romano, vt in d. §. à Barbaris de re mili. ff. de quæstionibus. l. 1. §. item Cornelio. & ad Treb. l. qui filiũ. §. fi. & ita etiam concludit Iac. Ardi. in summa. vtrũ autem ex consuetudinibus feudalibus, possit sumi argumenta ad causas feudales, quę non sint cohęrentes rei, de qua agitur, & sic quodammodo non multum facientia ad factum quæstionis. Et dicit And. de Iser. quod non. vnde dicit Iac. de Bel. quòd si in eadem causa, producantur argumenta ex consuetudinibus feudalibus, & argumenta ex legibus, quòd iudex ex dictis argumẽtis, quæ rei aptiora, & vero proximiora esse compererit sui animi motum informabit, argumen. ff. de testibus. l. ob carmen. §. fin. & C. de proba. l. fin. de edicto di. adri. tol. in fine.

Oppo. ab extra, quòd imò ista iura feudalia, postquam sunt scripta, non debeant appellari consuetudines, quia quotiescũq; consuetudo transit ad legem scriptam, perdit nomen consuetudinis, & appellatur lex, vt insti. de iure naturali gen. & ci. in §. cõstat. So. dic vt copiosè scripsi suprà, de his qui feu. da. pos. super rubrica.

Vltimò de materia pręsenti, vide per Doct. C. quæ sit lon. consue. super rubrica. & in l. 2. vnde istud capitulum habuit ortum. & in d. l. de quibus. ff. de legibus. & in l. 1. C. de emancip. libe. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & in l. 1. de summa trini. per Canonistas in d. c. fi. de consue. & in d. c. 1. de consti. lib. 6. & 11. d. consuetudinis. & per Ia. Ardi. in summa sub suo prologo dictæ summæ. facit quod tangitur de pace constan. in §. si qua controuersia. & per Hosti. in summa in tit. de feu. §. fi. in fi.

SVMMARIA.

1 *Feudum in rebus immobilibus, & eis cohærentibus constare dicitur.*

2 *Feudum in certo cameræ vel cauenæ reditu, quandoq; constituitur.*

3 *Feudum duobus modis acquisibile. & nu. 6.*

4 *Nomina debitorum inter immobilia, an computentur.*

5 *Feudum cameræ vel cauenæ in rebus, solo cohærentibus consistit.*

An & quando feudum acquiratur per successionem. & nu. 6.

Filius succedens patri in feudum, non acquirit illud, sed acquisitum iam capit. Et an sit propriè dicenda successio.

6 *Fundus datus in feudum cum omnibus animalibus super eo existentibus, finito fundo, an debeat reddi æstimatio animalium quæ non extant, vel quæ deteriorata sunt.*

An fundus cum rebus mobilibus possit in feudum dari.

SCIENDVM EST. Adaptatur istud capitulum cum precedenti, & consequenter ad rubricam nostram hoc modo. Quia suprà declarauit de cogni-

cognitione feudorum reſpectu cauſarum feudaliũ, hoc eſt, qualiter in iudicijs. & ſecundũ quę iura & cõſuetudines ipſę cauſæ feudales cognoſcant & finiantur, quoniã ſi extat conſuetudo illam attendimus, quę vincit legem. Nunc verò declarare intendit, qualiter ipſa feuda ex dicta cõſuetudine, feudorũ cognoſcantur, quòd ſint feuda ex qualitatibus exterioribus, quoniam non poſſunt conſiſtere niſi in rebus immobilibus, vel quæ cõprehenduntur nomine immobilium. Item non poſſunt acquiri, niſi per inueſtituram aut ſucceſsionem, prout hîc diſponitur. Et quòd iſta adaptatio, ſeu continuatio ſit bona, patet ex dictione, itaq;, poſita hîc in principio huius capituli, quæ habet inferre ex præcedentibus, ſcilicet itaq;. ff. de procur. & quod traditur in l. 1. C. de ſeruis fugi. Et diuide in duas partes. In prima, declaratur in quibus rebus conſiſtat feudum. In ſecunda, qualiter acquiratur. ſecunda ibi, ac feudum.

CASVS.

Feudum nõ conſiſtit niſi in rebus immobilibus aut ſolo cohærẽtibus, aut in his, quæ inter immobilia computantur, nec acquiritur, niſi per inueſtituram, vel ſucceſsionem. h. d. Et præmitte quid ſit feudum cameræ vel cauenæ, vt ſuprà in præambulis libri in diuiſione. 17. feudorum. In text. ibi, ſiue beneficium idem important in iſta materia, vt infrà, in quib. cau. feud. amit. in §. fin. Ibi, ſoli, id eſt, terræ, & ſic in rebus immobilibus. l. ſolum. ff. de rei vendi. Ibi, cohærentibus, vt ſunt fructus pendentes, qui intelliguntur eſſe pars fundi. l. fructus. ff. de rei vendi. & ita exponit glo. hîc poſita, vel dic, vt ſunt ædificia, quæ ſolo cohærent, vt inſti. de rerum diui. in §. cũ in ſuo. & ff. de ſuperfi. in l. 1. Sunt & plura alia, quæ cohærere intelliguntur, quæ numerantur in l. Iulianus. in fin. cum. l. ſeq. ff. de act. empti. & in l. 3. §. pertinet. ff. de vi & vi arma. cùm ibi not. Ibi, inter immobilia, ſicut ſunt certi annui redditus exſoluendi de camera, vel de cauena domini, vt ſequitur in tex. vel ſecundum glo. expone ſicut ſunt, quidam panes ciuiles, de quibus in l. fi. in §. præterea. ff. de iure Do. & ſunt quidam redditus exſoluendi de publico. Vel de aliqua gabella, vel regali dignitate, de quibus infrà, in tit. quæ ſunt regalie, vel de priuato patrimonio alicuius, vt ſenſit text. & glo. in l. iubemus nulli. C. de ſacroſanc. ecc. vbi ponuntur plura ſimilia, vbi videas. Ibi, camera in qua pecunia, & theſaurus tenetur & colligitur, ſicut eſt hîc Paduæ locus, qui appellatur Camera, ad quã deputatus eſt officialis, q appellatur Camerarius, cuius officium eſt colligere, & diſtribuere omnes introitus ciuitatis, ad quod facit, quod no. in Auten. de defenſo. ciui. in §. præterea verò. col. 3. Ibi, de cauena locus eſt, in quo frumentum, vinum & huiuſmodi introitus colliguntur, conſeruantur & diſtribuuntur, & poſſumus dare exemplum in eccleſia cathedrali huius ciuitatis, in qua eſt locus, qui appellatur Canipa, ad quam cõſtitutus eſt officialis, qui appellatur Caniparius, qui habet conſeruare colligere, ac diſtribuere tales introitus. Ibi, feudum datur, id eſt, redditus annales in pecunia, vel vino, vel frumento, vel pane, vel in ſimilibus conſiſtentes. Ibi, ſucceſsione. ſ. ab inteſtato, non autem ex teſtamento, vt ſuprà de ſucceſ. feu. in prin.

1 † No. quòd feudum nõ põt conſtare, niſi in rebus immobilibus, & eis cohærentibus, vel quæ immobilium nomine cõprehẽdũtur, non autem in rebus mobilibus. Et eſt ratio, quia mobilia cõſumuntur per vſum. Vnde proprietas rei feudalis, quæ ſemper debet remanere apud dominum, vt infrà de inueſti. de re. alie. fac. in §. quãuis extingueretur per vſum, vt inſtit. de vſufruct. in §. conſtituitur. Et ſic cum proprietas deduceretur ad nihilum, non poteſt cadere feudum ſecundum regulas & conſuetudines feudales. Et ſi tu diceres, Vaſallus ipſam rem conſeruabit tenendo ipſam in arca, & non vtendo, tunc fieret contra aliam regulam, quia eſſet feudum inutile Vaſallo, cũ non haberet vſumfructum, neq; commoditatem aliquã, q eſſet cõtra naturam feudi, vt in dicto §. fi. inf. in quibus ca. feu. amit. & de his ſatis dixi inf. ſi de feu. Va. feu. inter c. 1. in prima quæſtione. Quid autem in iure emphiteotico, an conſtat ſolũ in rebus immobilibus, dic per glo. inſti. locati in §. adeò & per Cardinalem in c. fi. de loca. q. 7. & ibi etiam in gl.

2 † No. feudum poſſe conſtitui in reddittu certo cameræ vel cauenæ, ſed in hoc tali feudo animaduertendum eſt, quia non fit talis ſolutio ipſi Vaſallo de tali camera, vel cauena, niſi ibi ſit, vnum ſolui poſſit, cùm ſi euacuata ſit ſine culpa domini promiſſoris, expectãdum erit, donec ſolui poſsit. Solui autem poſſe, intelligitur deducto ære alieno, vt infrà de mortis feud. in principio. Et in tali feudo præſumitur in dubio pro Vaſallo, vbi bis vel ter ſibi facta eſt ſolutio, vt infrà titu. ſequen. in §. ſi verò Vaſallus, argumen. C. de fideicom.

fideicom. in l. 1. & de Apo. pu. in l. penul. Et hoc feudum finitur morte dantis & accipientis, vt al. infrà quis dicitur Dux. Com. vel Mar. c. 1. §. fin. Sicut in vsusfructuario, per cuius mortem expirat vsusfructus, vt in l. corruptionem. C. de vsufruct. & tenet expressè Iac. Ardiz. sub rubricella quæ res possunt dari in feudum in §. 2. vbi etiam dicit, quòd si Vasallus moriatur quòd eius hæres debet habere fructus eiusdem feudi totius anni, quem ipse Vasallus mortuus iam ingressus erat, arg. ff. de annuis leg. in l. quintus. §. in singulos. & l. Gaius in fine, & insti. manda. in §. itē si adhuc. licet in alijs feudis fructus aliter distribuantur, vt habetur infrà, hîc finitur lex in §. si Vasallus.

3 † Not. quòd feudum acquiritur altero de duobus modis, scilicet, aut per inuestituram, aut per successionem, vt hîc in fine. Et subaudias, vel alijs modis habilibus ad acquirendum, sicut per præscriptionē, vel per culpam alterius Vasalli agnati possidentis, de quibus latè dixi suprà, quib. mo. feud. constitui potest in c. 1. in prima oppo. vbi videas.

4 † Quæro cum glo. 2. in ver. sed nunquid, &c. An nomina debitorum,[a] computentur inter immobilia, & non respondet, sed nobis relinquit inuestigandum. Quare tu aduertas quòd in determinatione huius quæstionis, reperiuntur gl. variasse. Nam in l. mouentiū. ff. de verbo. signifi. videtur tenere, quòd sint immobilia, hoc idem expressis tenet gloss. in l. fi. C. in qui. causis in integrum resti. non est neces. in glo. penul. Alia glo. in Auten. de non alie. §. 1. distinguit, aut debitor est obligatus ad rem mobilem, & tūc contineantur appellatione mobilium. Aut ad immobilem, & tunc contineantur appellatione immobilium, quæ gloss. solet allegari pro singulari. Sed pro concordia istarum gloss. dicas sic. Quoniā interdum cōsideramus ipsum ius obligationis, quo debitor tenetur, & tunc habeat locum prima opinio, quæ tangitur in dicta. l. mouentium. & l. fi. videlicet, quòd cēseatur immobilia. Et est ratio, quia illud ius est immobile, quòd non potest moueri, neq; tangi. l. seruus. §. incorporalis. ff. de acqui. rerum Do. & no. in dicta. l. mouentium. Interdum consideramus effectum, qui procedit ex ipsa obligatione, hoc est, quantum ad rem, quæ deuenit in obligationem, & tunc habet locum alia glo. quæ distinguit notabiliter res mobiles ab immobilibus in dicto §. 1. de non alie. Et est ratio, quia qui actionem habet, rem ipsam habere videtur l. actionem. ff. de regu. iur. Interdum loquimur de corpore instrumenti, vt est charta, in qua scripta est obligatio, & tunc censetur mobile, vt insti. de rebus corpo. in princ. Et de hac materia habetur per Doct. in l. si conuenerit. ff. de pigno. act. & in d. l. iubemus. C. de sacrosan. eccle. & ff. de auto. tu. in l. potest. per Cyn. in l. si certis annis. C. de pactis. & in l. sciendum. qui satisda. cog. per Canonistas in c. peruenit. extra de censi. Et ex prædictis ego infero, quòd in talibus nominibus debitorum, quæ censentur immobilia, quòd possit feudum cōstitui, vt in hoc exemplo, videlicet, vt Vasallus percipiat omni anno 10. ex talibus nominibus argumen. ff. de lega. 2. in l. Gaius. secundum And. de Iser.

[a] *An nomina debitorum. Adde Cyn. in l. 3. C. de hæredib. actio. Bar. in l. mouentium. ff. de ver. sig. Spe. & ibi. Io. An. in addit. in tit. de fructibus & interesse. §. 1. ver. hoc qualiter. & ver. seq.*

Quod intelligas verum, si talia nomina ꝑpetuò obligata sint, vt qa debitor ita se obligauit, vel hæres eius, qui mihi sic legauit, vt in hoc exemplo testator grauauit hæredem, vt omni anno daret mihi, decē, potero ex istis decē, cōstituere feudum Titio. in quinq; sibi dandis omni anno. arg. huius literæ quæ vult, quòd de camera, vel de cauena, id est, de redditu cameræ, vel cauenæ possit feudum cōstitui. Secùs si nō debeantur mihi perpetuò. Quia tunc feudum nō poterit de iure constitui, quia sunt peruentura ad consumptionem tanquam bona mobilia, vt suprà dixi. facit quòd habetur infrà, quis dicitur Dux, Co. vel Mar. circa finem.

5 † Quæro cum gloss. 3. an feudum cameræ vel cauenæ possit consistere in rebus soli, vel solo cohærentibus, & respondet gloss. quòd sic, argu. in l. 1. §. 3. si. vnde 6. EXEMPLI GRAtia: si camera habet aliquem feudum, vel domum ex quibus recipiebat fructus & introitum, si dominus dat in feudum istum fundum, vel domum Vasallo, vt omni anno in vita sua debeat ipse habere, & percipere vsumfructum de tali fundo vel domo. Certè tale feudum intelligitur esse feudum cameræ, vel cauenę, licet non fiat solutio per cameram vel cauenam, sed recipitur per Vasallum vsusfructus ex rebus ipsius cameræ vel cauenæ, & sic tale feudum consistit in rebus immobilibus vel cohærentibus. Sed quando principaliter Vasallus reciperet suum feudum, hoc est suum commodum & vtilitatē feudi à camera, vel cauena immediatè, vt quia camerarius, vel caniparius soluebat sibi omni anno 10. Vel tamen frumentum ex introitu cameræ vel cauenæ, nec apparet

quòd

quod magis soluebat de vna re, quàm de alia, tunc tale feudum non intelligitur cōsistere in solo, neq; in cohærentibus solo, sed intelligitur consistere inter ea, quæ computantur inter immobilia. Et hoc est, quod voluit dicere ista litera in versic. veluti, &c. Qui quidem versiculus est exemplum alterius versiculi præcedentis, qui incipit: Aut in his, &c. Et debemus legere hoc modo, videlicet, veluti feudum quod infrà, & prosequere cùm de camera, seu de cauena datur. Et expone, id est, soluitur per ipsum camerarium, vel cauenarium. Nam si huic Vasallo non solueretur principaliter de camera, sed ipsemet colligeret vsumfructum ex rebus cameræ, tunc tale feudum consisteret in rebus immobilibus propriè, vt suprà dixi, & hoc est, quod voluit dicere ista gloss. quæ obscurè locuta est.

Oppo. cum gloss. 4. quòd imò feudum acquiratur etiam sine inuestitura, vt probatur infrà, de consuet. rect. feud. in c. 1. in princip. Solu. ibi licet non intercesserit inuestitura expressa, tamen intercessit talis actus, qui repræsentat inuestituram, vt puta quia dominus præsente sua curia, mandat Vasallo ire in possessionem talis feudi, quo casu, licet inuestituram non aliter fecerit, vel possessionem corporalem feudi non aliter tradiderit, nihilominus pro eo habetur, ac si inuestitura abusiua & propria intercessisset, vt ibi.

Intelligas tamen, quòd isto casu, feudum non transiret ad hæredem, vt suprà, qui. mod. feu. consti. po. in c. 1. Et ista æquiparatio probatur per talem similitudinem. Quoniam sicut vincit quis litem, si inducat probationes veras & plenas, ita vincere debet, si inducat illud, quòd pro batione habetur, sicut est sacramentum, quando est delatum & præstitum, & appellatur quasi probatio, vt ff. de iureiur. l. non erit. in §. dato cum si. Actore enim nihil probante, deberet reus absolui. l. qui accusare. C. de edendo. Ita & eodem modo, sicut feudum propriè constituitur per inuestituram & propriam, vt infrà tit. seq. in prin. Ita similiter cōstituitur per eum actū, qui pro inuestitura reputatur, vt in dicto c. 1. in prin. de succes. rect. feu. Et hoc voluit tota ista glo. vsq; ad finem, quæ benè loquitur excepto quàm in ea parte dum præsuponit quòd in dicta inuestitura similitudinaria, non succedat hæres, quòd non esset verum, quando dicta inuestitura, seu actus ipsius inuestituræ fuisset factus præsente curia, quia tunc in tali feudo succederetur in dicto c. 1. in prin. de succes. rect. feud. Secùs autem, si ipse actus repræsentās inuestituram, fuisset factus absente curia, quia tunc succederetur, vt in dicto c. 1. suprà, quib. mod. feud. consti. po. & ita not. gloss. in d. c. 1. in princ. de succes. rect. feud. & ibi dixi. Et hoc modo posset saluari ista glossa, quæ aliàs non procederet.

Oppo. cum gloss. fin. quòd imò non acquiratur feudum per successionem, quoniam Vasallo mortuo, continuatur ius feudale in filium suum. l. 1. §. largius. de succes. ædict. neque intelligitur filius aliquid acquirere de nouo, quoniam viuente adhuc patre, censebatur quasi dominus. ff. de liber. & posth. l. in suis. Soluit gloss. fatendo contrarium in filijs & descendentibus, qui non intelliguntur acquirere ex successione per dictas rationes. Sed debet iste text. intelligi de alijs transuersalibus succedentibus in feudo, vt quia vnus frater succedit alteri fratri, vel vnus agnatus alteri agnato, quando feudum est antiquum, vel etiam nouum, sed dictum fuit in inuestitura, vt vnus succedat alteri, vt suprà, de benef. fra. in cap. 1. & hoc voluit tota ista gloss. Licet non ita clarè locuta sit. Ex qua not. quòd filius succedendo patri in feudum, non acquirit illud, sed acquisitum capit, & sic non propriè dicitur successio, quoniam est sibi debita patris hæreditas, imò etiam si esset exhæredatus, succederet in feudo, vt dixi infrà, an agnatus, &c. in c. 1. De quo tamen dic latius, vt dixi suprà, de his qui feud. da. pos. in §. 1. in quæstione penul. dicas tamen quantum ad propositum nostrum, quòd largo modo posset appellari successio, & quod tale feudum acquiratur successione, vt probatur suprà, qui feu. da. po. in §. & quia. & suprà de succes. feu. in c. 1. vbi tex. & inf. de natura succes. feu. in c. 1.

† Op. ab extra, quòd nunquam acquiratur feudum per successionem, sed solùm per inuestituram, q. patet, quia cū Vasallus moritur, est opus q. hæres petat se inuestiri infrà tempus debitum, vt suprà, quo tempore miles. in c. 1. & infrà quæ fuit prima causa benefic. amit. in princip. Solut. dic quòd dicta inuestitura quæ fit de veteri feudo, vel paterno, vt suprà præsupponitur, in quo succeditur, est potius confirmatio rei iam acquisitę. vt infrà per quos fiat inuesti. in c. 1. in prin. Quod patet, quia per illā inuestituram, nulla traditur possessio succedēdi, cùm iam teneat & possideat.

Sed

Sed quando de nouo quis inuestitur, ibi propriè dicitur acquiri feudum per inuestituram, & mediantè illa acquiritur possessio feudi, vt probatur infrà titu.seq. in princip. Quæro ab extra, an Vasallus iste, qui ex camera vel cauena recepit feudum, posit compellere dominum, vt ei decernat, & præstet possessiones, ex quibus tunc posit percipere redditum suum. Et gloss. fi. infrà de prohi. feud. alie. per Fed. in §. illud. in fine. dicit arguendo quod sic. per l. si quis argentum. §. 1. C. de dona. Sed ibi tenui contrarium respondendo, ad dictum text. de quo dic, vt ibi latè scripsi in vltima quæstione.

Quæro si datus est fundus in feudum, cum animalibus super eo existentibus, vtrum aliquo casu finito feudo, debeat reddi æstimatio animalium, quæ nõ extãt, vel quæ deteriorata sunt? Et videretur primò quòd non, argu. in l. extimate. ff. soluto matrimonio. In CONtrarium est veritas, secundum Bald. argu. in l. hac ædictali in §. his illud. C. de secun. nupt. & probatur in lege secunda & 3. ff. de vsufruct. earum rerum quæ vsu consu.

Quæro iuxta proximè dicta, an posit dari fundus in rebus mobilibus in feudum, & sentit Iacob. de Bel. quòd sic. argumen. C. vnde vi. l. si quando. & de bonis vacant. l. si quando. & ff. de vi & vi ar. l. 1. §. illud vtiq;. licet in rebus mobilibus simpliciter non posit cadere feudum, vt in hoc tex.

Quæro in quo differat istud feudum cameræ vel cauenæ, à feudo soldate, dic vt dixi infrà quis dicitur Dux, Comes vel March. in capit. 1. in fi. in secũdo notabili.

Vltimò circa materiam primæ partis huius capituli, videas infrà, si de feud. Vasal. fue. interpel. in c. 1. in glossa 3. & quod ibi dixi. & in dicto §. fin. infrà, quis dicatur Dux, Co. vel Mar. & quod dixit Cyn. in l. si certis annis. C. de pactis. & per Ioan. An. in c. peruenit. extra de censibus. & per Iacob. Ardizo. in summa in titu. quib. mod. feud. acquir. sub rubricella quæ res pi. da. in feud. cum sequen. De feudo autem cameræ vel cauenæ, habetur infrà ti. sequen. in §. si verò Vasallus, & infrà de notis feud. in princip. & ibi dixi. De materia verò vltimæ partis huius capituli, vide quod dixi in dicto c. 1. suprà, quibus modis feudum consti. po. & infrà de succes. rect. feud. in prin. & in copiosis remisionibus, quas ibi in vtroq; iure addũxi. Et vide ad materiam per Host. in summa tit. de feudis. §. qualiter feudum constituatur.

QVID SIT INVESTITVRA.

RVBRICA.

SEcundum compilationem Oberti de Orto autoris nostri, hîc nulla erat rubrica, neq; in duobus tit. sequentibus, sed continebantur isti tres tit. sub rubrica proxima præcedẽte. Verùm Glossatores postea superuenientes, interseruerunt istas rubricas separantes & diuidentes materias, vt melius intelligerentur, prout in simili dixi suprà de feud. Guard. & Gastal. super rubrica. Et ideò dixit gloss. hîc posita, quod quidam non habent hîc rubricam, vel titulum, sed malè. Est ergò vera rubrica ista hîc posita, qua hodie vtimur, quæ hac forma inscripta est, videlicet, quid sit inuestitura. Quę quidem rubrica ad proximè præcedentia cõtinuatur hoc modo. Videlicet, quia suprà in tit. præcedenti. in c. fi. dictum est, quòd feudum non acquiritur, nisi inuestitura aut succesione, verùm quia poterat dubitari, quid esset inuestitura. Ideò immediatè subiuncta fuit hîc ista rubrica. Similem continuationem habes infrà de serui. ad titu. ibi superiorem.

SVMMARIA.

1 *Inuestitura quotuplex, & qualibet quæ sit definiatur. & num. 2.*
2 *Inuestituræ tria tempora consideranda.*
3 *Solennitas quæ seruetur in feudi inuestitura.*
4 *Scriptura, an in feudali inuestitura acquiratur ad solennitatem.*
5 *Testes quot de iure Communi, & quot de consuetudine ad probandum requiruntur.*
6 *Inuestitura abusiua, an transferat possessionem. & nu. 7.*
8 *Pares absentes, an sint citandi in facienda inuestitura.*

INVESTITVRA. Diuidit istud principium vsq; ad § si enim. in duas partes. In prima declarat, quæ dicatur inuestitura. In secunda, coram quibus dicta inuestitura debeat fieri. secunda ibi, quæ si quidem.

CASVS.

1 † Propria inuestitura est apprehensio corporalis posseisionis feudi, sed verbalis inuestitura facta etiam cum re corporea censetur abusiua. Quæ inuestitura debet fieri corã paribus saltem duobus, non aliis. h. d. Et pro intelligentia dicendorum præmitte, quòd inuestitura fit verbis interueniente aliquo corporeo, vt si dominus dicat inuestio te. Ista sunt verba, & cum isto

annulo

annulo, & est res corporea, vt probatur hîc, & in c. ex ore. extra de his quæ fi. à ma. par. c. & no. in ca. ex literis. extra de cõsue. Item scias, quòd per talem inuestituram non intelligitur translata possessio rei infeudatæ, vt in c. per tuas. & ibi not. extra de dona. & infrà de no. fi. for. in c. 1. in fi. & Innoc. in dicto c. ex literis, sed benè intelligitur esse concessa licentia, vt Vasallus inuestitus possit ingredi possessionẽ dicti feudi, sua etiam autoritate, si in inuestitura dicatur quòd inuestiuit & tradidit, vt dixit Innoc. in dicto c. ex literis. & per Docto. in §. prædia cum seruis. ff. de acqui. poss. & in l. 2. C. de acqui. pos. & per Specu. de emp. & vendi. in §. sciendum. ver. si verò res. & ver. sed quid si instrumento. Nam ex sola inuestitura, non quæritur possessio, sed per inductionem incorporalem possessionẽ, vt extra de elect. & in c. cùm in cunctis. §. cùm verò. & in l. cùm hæredes. in prin. ff. de acqui. pos. Vnde aduertendum deducendo rem in practica ad oculum, & ad intellectum, quòd consideranda sunt tria tempora.

2 †Primum est ipsa feudi concesio. Secundum est ipsa inuestitura subsequens, quæ est præcedentis concessionis confirmatio. Tertium est ipsa inductio in possessionem, quæ est realis executio ipsius concessionis, & inuestituræ præcedentiũ, vt notabiliter scribit Dy. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. & probat per simile. Nam in institutione hæredes, tria similiter tempora consideramus per ordinem. Primum est ipsa institutio, quæ fit per testamentum. Secũdum est institutionis prædictæ irreuocabilis confirmatio, quæ contingit per mortem testantis. Tertium est ipsius institutionis, & confirmationis executio, quæ contingit per aditionem hæreditatis, & per subsequens adminiculum, id est, apprehẽsionem possessionis. Licet illa non sit necessaria ad acquisitionem dominij rerum hæreditariarũ, sed est necessaria ad acquisitionem possessionis. C. de testa. l. omniũ. & l. cùm hæredes. in prin. & hæc sufficiant pro introductione materiæ.

De forma autem instrumentorum inuestiturarũ tam feudi noui, quàm antiqui, vide plenè in Spe. de feud. in §. 1. In tex. ibi, possessio. intellige istum text. vt loquatur de inuestitura feudi noui, quoniam per inuestituram antiqui, nulla traditur possessio, cùm iam Vasallus sit in possessione, vt sup. quo tempore miles. c. 1. in fi. vnde talis inuestitura feudi antiqui, potius est cõfirmatio rei iam habitę & acquisitæ. ar. inf. ti. se in prin. & dixi sup. tit. proxi. in c. fi. Sed in feudo de nouo acquisito, ad hoc, vt habeat propriam naturã inuestiturę, est opus q̃ interueniat corporalis apprehensio possessionis, vt hîc. Ibi, abusiuo autẽ modo. i. non propriè. Ibi, hasta, baculus est, siue virga. C. de fide instr. & iure hastę fis. in rubro & nig. & C. si à duer. fis. in l. fi. Ibi, corporeũ, prout est annulus [a] cum quo regulariter fit inuestitu. vt in c. ex ore. extra de his quæ fi. à ma. par. ca. sed in magnis feudis, interdũ fit inuestitura per ensem, secundũ Bald. & in hoc non est vis, quia iste tex. dicit corporeum quodlibet, & ita no. glo. insti. de verbo. obli. in §. 1. Sic etiam Doctor inuestitur de stigmate Doctoratus per biretum annulum & alia insignia, de quibus per glossam in Cle. 2. de magistris. Ibi, dicente. Et sic not. quòd in inuestitura, requiritur verborum expresio. Dicit namq; ipse dominus inuestiens, porrigendo ipsam rem corpoream, vt annulum, vel hastam, inuestio te de tali feudo, &c. Ibi, testes, scilicet, extranei, & non de paribus curiæ. Ibi, inuestitura, scilicet, noua, vt sup. dixi, & hoc colligit etiam ex glo. hîc posita. Ibi, breue testatũ, id est, publicum instrumentum, vt patet inf. C. proxi. & quare ita appelletur dixi supra, de contro. inuest. in princ. Ibi, secundũ quosdam, quorum opinio ponitur inf. qui testes sint necess. ad probandum no. inuesti. & in gloss. hîc posita in ver. si quidem ag. &c. de qua opi. dic, vt plenè declaraui in dicto princ. de controuer. inuesti. & inf. dicam in 3. nõ.

[a] *Prout est annulus. Adde Hosti. & Do. in c. Clerici. el. 2. de vi. & hone. Cle.*

2 †No. duplicem esse inuestituram, scilicet, propria, quæ est acquisitio possessionis, sicut homo dicitur propriè vestitus, postquam induit se vestem, & non ante, & abusiua quæ nõ consistit in substantia possessionis, sed in quodam pręambulo verborum cum aliquo corporeo porrecto, à domino Vasallo pro inuestitura, vt dixi sup. in euidentialibus & probatur in c. accedẽs extra de præbẽ. & in c. pro illorum. Ex quo infertur, quòd firmius est, quod est subnixum traditione rei quam prolatione verborum. Facit. l. diuisionis placitum. ff. de pact. & hoc ꝓbatur expresse. 16. q. 2. c. visis circa mediũ, vbi dixit text. quòd maius est possessionem dare, quàm inuestituram concedere, qui text. transumptus est in titulo de feudis & beneficijs in c. maius est possessionem dare, &c. Facit quòd not. in c. per tuas. extra de dona. Baculus enim inuestituræ seu annulus, & similia signa, non

faciunt traditionem, sed sunt signa, sicut dicimus de arra, quæ est signum venditionis, vt insti. de emptio. & vẽdi. in prin. Sed aduerte, quia si incipimus ab abusiua inuestitura, requiritur etiam propria, vt hic & suprà, de contro. inuesti. in prin. Sed si inciperemus à propria, tunc non esset necessaria abusiua, vt infrà de consuet. rect. feu. in princip. & dixi suprà, quib. mod. feud. consti. potest. in c. 1. de quo plenè per Archi. in c. licet Episcopus. de præben. libro sexto.

Intelligas tamen, quòd vbi sola abusiua facta est, & fidelitas præstita, benè est acquisitum feudum ipsi Vasallo, & habet ius in re, cùm dominus præcisè compellatur ad tradendum possessionem vacuã ipsi Vasallo, vt infrà de noua fide. for. in c. 1. in fi. neq; posset dominus amplius pœnitere, neq; posset liberari volendo etiam præstare interesse, vt infrà, si de feud. fue. controuer. in c. si facta. Quæ autem differentia sit inter inuestituram & institutionem, not. extra de insti. c. autoritate. de quo per Io. And. in Spe. de insti. super rubrica ad finẽ.

3 † Not. ex hoc text. ibi solenniter, &c. q; actus solenniter debet fieri, scilicet, seruatis seruandis. Erit autem solennitas requisita in proposito nostro. Primò, quòd sit concedens habilitas personarum tam ex parte concedentis seu conferentis, quàm ex parte illius, in quem confertur seu recipientis, vt probatur infrà in tit. seq. Item quòd inuestitura sit facta coram paribus saltem duobus, vt hîc. Item quod iuretur fidelitas, vt infrà, in tit. seq. in fin. & infrà, in tit. 2. Item & subsequenter, quod fiat inductio in possessionem, vt suprà de controuer. inuesti. in princip. Et de materia solennitatis requisitæ ad aliquem actum si omittatur, an valeat actus, habetur per Docto. in l. 1. C. de iure asse fin. & per Cyn. in l. 1. C. de vsufruct. & in l. 1. C. de contrahen. emp. & per Bald. in l. humanum. C. de legi. & in l. vniuersa. C. de preci. impera. offe. per Bar. in l. sciendum. ff. de verbo. obli. per Ioan. And. & per Canonistas in c. Albericus. extra de testi. & in c. cùm in iure. de offic. deleg. & extra de constit. quæ in ecclesiarum. Vtrum autem sufficiat adhibere solennitatem ex post facto, quæ à principio fuit omissa, dic per Bald. in l. secunda. C. de bo. po. contra tabu. & in d. l. vniuersa.

a Vtrum scriptura. Adde in quibus casibus de necessitate requiritur scriptura. vide gl. in verbo. in scriptis. in c. 1 de censib. lib. 6. Spe. ti. de instru. edi. in §. restat. verb. sed & alij. Ab. in c. ex parte. in 1. not. de cõces. præben. Io. de Imo. in c. cùm in iure. de offi. dele. Bald. in l. gesta. C. de re iudi.

4 † Sed vtrum scriptura [a] sit de solennitate & substantia inuestituræ feudalis, dic, quòd non, vt infrà e. §. 1. & §. si verò. & infrà, qui test. sint necess. in c. 1. & suprà. si de inuestitura inter dom. & Vasal. lis oria. c. 1. in princip. & c. 2. & per Docto. in c. quæ in ecclesiarum. extra de consti. Not. quòd vbi deficit qualitas testium, ibi inuestitura est ipso iure nulla, adeò quòd ex tali inuestitura, nulla nascitur obligatio, secundum Bald. ar. in l. 1. C. de suffra. & per Cy. in l. cùm quis. C. de iur. fact. igno. Et est ratio, quia ipsa potentia remouetur à lege. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. Potest enim lex siue consuetudo præfigere modum & qualitatem in probando, vt infrà, qui test. sint neces. ad proban. no. inuesti. Sicut hîc, & ibi videmus, vt non aliter valeat probatio nouæ inuestituræ, nisi fiat per pares curiæ, vel per breue testatum, id est, publicum instrumentum roboratum à paribus, secundum veram opinionem, licet Mediolanenses voluerunt, quòd posit fieri probatio per breue testatum, etiam per extraneos testes roboratum, quæ opinio non est Communis, nec tenetur, vt ibi, & tangitur per gloss. nostram magistram in hac materia hîc positam, & dicam infrà in §. sequenti. & de hac opinione fecit mentionem iste text. dum dixit, secundum quosdam, &c. Quæ autem fuerit ratio opinionis approbatæ, tangitur infrà, de notis feud. §. 1. & §. idcircò, vbi videas.

5 † No. quòd sicut de iure cõmuni, sufficiunt duo testes regulariter ad probandũ actum, de quo quæritur, vt in d. l. vbi numerus. ff. de testi. & l. inter illam. ff. de verborum significa. ita etiam de iure consuetudinario, vt hîc & inf. de notis feud. in §. primo. Causaliter tamen quandoq; de iure requiruntur plures, vt in l. testium. & in casibus ibi nota. C. de testi. Ita etiam causaliter quandoq; in materia feudi, requiruntur plures, vt inf. qui test. sint neces. ad probandum feud. ingrati.

Opp. cum glo. pluribus modis, & fortiter quòd imò inuestitura valeat etiam si sit facta coram testibus extraneis non paribus, vt probatur infrà eo. in §. si verò inuestitura. & suprà de inuesti. inter dom. & Vasal. in capitulo 1. ver. hæc etiam omnia, &c. & inf. qui test. sint neces. ad proban. no. inuestit. c. 1. ver. de veteri autem. & inf. de consue. rect. feud. in §. sacramentum. cũ simi. So. timore horũ contrariorũ nec nõ & aliorũ, q possent ad hanc materiã adduci, qa regula hîc posita, habet plures limitationes. Idcircò glo. nostra colligendo magistraliter, & multũ copiosè totã p̃sentẽ materiam

materiam notabiliter distinxit, quam distinctionem recita, vt in ea, quia clara est, vsq; ad fi. Sed quia vltra limitationes gloss. possent adduci probabiliter & alia argumenta in contrarium. Quare Iac. de Bel. in §. fin. infrà eo. colligendo omnia, prout posibile sibi fuit, quæ ad nostrum propositum trahi probabiliter possent, sic dixit.

Si quæramus de inuestitura Laicorum fienda & probanda est distinguendum. Quia aut quæritur de inuestitura tempore quo fit, aut post tempus quo facta est. Primo casu dic, vt in hoc princ. & in §. 1. & inf. qui test. sint neces. ad probā. no. inuest. in c. 1. & infrà, de consuetu. rect. feu. §. fi. & quod no. hîc & suprà. si de inuesti. inter do. & Vasal. c. 1. & inf. e. §. si verò inuesti. & inf. de notis feu. in §. q. autem. Si verò quęratur de noua inuestitura post tempus quo facta est, & tunc aut est contentio inter dominum, & Gastaldum vel Guardianum. & dic vt suprà, de feud. Guardiæ. & in c. 1. §. 1. de contro. inuesti. in §. item si Vasallus. de conte. inter do. & Vasal. de inuesti. in §. cęterùm. Si autem est contentio inter dominum & creditorem, dic vt suprà, de contro. inuesti. c. 1. §. similiter. & de conten. inter do. & Vasal. de inuesti. in §. similiter. & de feu. dato in vicem legis com. in c. 1. & fi. Si verò contentio est inter dominum & emptorem, dic vt infrà de conten. inter do. & empto. in c. 1. Si verò est contentio inter dominum & eum, qui sibi prętendit feudū cameræ vel cauenæ. dic vt infrà eo. in §. si verò Vasallus. Si autem est contentio inter dominum & Vasa. qui dicit se inuestitū de noua inuestitura. dic vt in hac gl. magna.

Sed adde, quia interdum dominus negat inuestituram, interdum affirmat, sed negat de incremento, vel de qualitate feudi. Primo casu, aut dominus posidet, aut Vasallus. Si dominus, & tunc probare debet Vasallus modo & forma hîc descriptis. & suprà de conten. inter dom. & Vasal. de inuest. c. 1. in princ. & si de inuestitura inter do. & Vasal. c. 1. & testes sunt compellēdi, secundum quod hîc no. & probatur inf. in §. 1. & suprà, si de inuestitura inter do. & Vasallum lis oria. in capitu. 1.

Et prædicta procedunt, quando dominus habet pares, aliàs admittūtur indistinctè pares & extranei, vt inf. §. si verò inuestitura. Vbi autem Vasallus non potest probare, tunc domino posidenti, datur iusiurandum, vt suprà, de cōtro. inuesti. in prin. In casibus tamen remittitur domino iuramentum, vt suprà, de cōtro. inuesti. in §. si verò. & de conten. inter do. & Vasal. c. 1. §. cæterùm. Si autem posideret Vasallus, & tunc domino incumbit probatio, vt infrà, eo. §. si verò. vbi autem deficit in probatione, & tunc dic, vt suprà, si de inuesti. inter dom. & Vasal. in c. 1. in fin. & infrà de consuet. rect. feud. in fin. Si autem Vasallus præscripsit rem, dic vt infrà, si de feud. fue. controuer. in c. si quis per triginta. Si verò nōdum compleuit præscriptionem, tunc dic vt suprà de conten. inter dom. & Vasal. c. 1. in princ. & si de inuesti. inter do. & Vasal. lis oria. c. 2. in prin. Si verò est contentio de inuestitura, quam dominus affirmat, & Vasallus negat, dic vt inf. si de feud. fue. contro. in c. Vasallus. & de lege Cor. c. fin. Si autem est contentio de incremento feudi. dic vt sup. de contro. inuesti. in §. si quis. & infrà de inuesti. de re. alie. fac. §. fi. & infrà, hîc fini. lex. c. 1. §. si Vasallus. & §. sequen. Si autem est contētio de qualitate feudorum & pactorum, dic vt inf. in §. penulti. & fi. Si verò est contentio de ingratitudine Vasalli, dic vt inf. qui testes sint necessa. ad proban. ingrati. in c. 1. Vbi verò est contentio inter dominum & agnatos Vasalli: dic vt sup. de contro. inuesti. in §. cùm autem. & sup. de conten. inter me & do. de por. feud. fratris mei. & si de inuestitu. inter domi. & Vasal. lis oriatur. cap. 2. & inf. de gradi. §. fin. & de inuestit. in mari. facta. §. item placet. & si de feud. fue. controuer. in cap. 1. Si verò est contentio inter dominum & filiam Vasalli, dic vt infrà, si de feu. fue. controuer. in capi. 3. & de controu. inter mari. & fœmi. c. 1. Si verò est contentio inter Vasallos allegantes diuersos inuestitores, dic vt inf. de pace tenen. §. si duo. & §. si in tres. & de lege Cor. cap. 2. Si verò est contentio inter Vasallum & alium, quem constat non esse Vasallum, dic vt infrà, de controuer. inter Vasal. & alium. c. 1. Et nūc habes istam materiam satis latè explicatam.

6 † Op. ab extra quòd imò per inuestituram etiam abusiuam, videatur translata possesio, vt probatur in l. quisquis. C. de dona. vbi est tex. singularis, quod dominus retinendo sibi vsumfructum rei donatæ, videtur tradidisse possessionem. Sic à pari videretur dicendum in proposito, postquā dominus retinet in se directum dominiū. Solu. dicas quòd isti casus nō sunt similes. Quoniam proprietas retenta est dignior, quàm sit vsusfructus. Hinc est quòd vsufructuarius non cōstituitur possessor sine ap-

prehensione, vt ff. de vsufruc. l. 3. §. dare. Similiter nec in fiscum transfertur possesio, nisi apprehensa, vt C. de bo. vacan. l. fin. & no. ff. pro socio. l. cum duobus. §. idem respondet. & C. de sacrosf. eccl. l. vt inter diuinum. in fi. Facit quia separata est causa domini & possesionis, vt ff. de vsucap. pro empto. l. 1. §. separata. & ff. de acquir. pos. l. si quis. vi. §. differentia. & l. naturaliter. §. nihil commune.

7 † Op. posi. ad idem quòd imò per simplicem abusiuam, acquiratur possesio per l. clauibus. ff. de cõtrahen. emp. Vbi p actũ corporeum, hoc est, per traditionem clauium, intelligitur translata possesio rerũ, quæ sub clauibus custodiuntur. Facit l. qua ratione. §. item si quis. de acqui. rerum Do. & de acqui pos. l. 1. §. si iusserim. Solut. isti casus sunt differentes, quòd patet, quia sub custodia clauium continentur illæ res reconditæ sub clauibus, & ideò traditis clauibus videntur traditæ ipsæ res, sed annulus, baculus, ensis, & similia, cum quibus fit inuestitura, nihil habent commune cum rebus, quæ in feud. continentur, & ideò inuestitura facta, non intelligitur translata possesio, vt probatur in l. 1. C. de dona. ff. de lega. 3. l. qui chirographum. & sentit Dy. prædicta in dicto c. 1. de reg. iu.

Et prædicta sunt vera secundum And. de Iser. nisi talis inuestitura fieret in præsentia rei feudalis, quia tunc per talem inuestituram transferretur possesio. d. l. si de dona. l. quædam mulier. ff. de rei vendi. & hoc operatur visus & aspectus. l. quod meo. §. si venditorem. ff. de acqui. po. Item quia videntur signata, & consequenter tradita. ff. de peri. & commo. rei vend. l. quòd si neq;. §. 1. & probantur prædicta in d. l. 2. C. de acquir. pos. & est casus in c. 1. in princip. infrà de consue. rect. feud. Quinimò etiam si instrumentum inuestituræ fieret in absentia rei, & in eo dicatur, quòd dominus dedit & tradidit, quòd poterit Vasallus ex his verbis ꝓpria autoritate ingredi corporalẽ possesionẽ, vt sup. dixi, & tenet Ia. Ard. & vide in d. l. prædia. ff. de acqui. pos. & per Inn. extra de consue. in c. ex parte. & per Bal. in l. 1. ff. de rerum diui. in quæstio. 17. Quot autem modis, & qualiter solo animo acquiratur possesio, no. per gl. in l. possideri. in prin. ff. de acqui. pos. & in l. 1. C. de acquiren. pos. & no. extra de consue. in c. 2.

Quæro ab extra, quid si Vasallus inuestitus solùm abusiuè, de feudo amplo continente plura bona sub se, ingrediatur possesionem vnius solius rei, an intelligatur acquisiuisse possesionem omnium aliarum rerum eiusdem feudi, an solùm illius rei, & videtur dicendum quòd omnium rerum per l. restituta. in prin. ff. ad Trebel. Item quia totius fundi possesio, transfertur etiam, si vnum angularem fundi quis ingrediatur. l. possideri. §. quòd autem. ff. de acqui. pos.

Et prædicta procedere possunt de æquitate. Nam rigor iuris videtur esse in cõtrarium, vt probatur in l. 1. §. Sceuola. ff. si quis testa. liber esse iussus. & ad l. restituta. Posset respõderi, ꝙ ibi loquatur de translatione dominij, ad quam sufficit etiam sola restitutio verbalis, vt ibi patet, & in l. facta in eod. tit. Sed hîc loquimur in proposito de acquirenda possesione, quę in facto cõsistit, licet postquã est acquisita, possit dici ius. l. 1. in prin. & §. si vir. ff. de acqui. pos. & l. peregre. circa prin. Et ideò ad positionem vnius, non sequitur positio alterius. l. non nudis. & l. non epistolis. C. de proba. Ad §. ꝙ autem. potest responderi, ꝙ ibi non dicitur, ꝙ acquiratur possesio aliarum rerum, quæ erant intra fundũ, & à fundo distinctè, sed cæterarũ partiũ fundi tantùm, quæ acquisitè parti erant cõtinuatè. Et ita dixit Dyn. in dicto. c. 1. Sed tenentes primã opinionem, dicunt, quòd ista argumenta non habeant locum in singularibus rebus, puta duobus prædijs emptis, vel legatis, sed in vniuersalibus, vt in hæreditate, & feudo & similibus. Si ego intro vnum fundum ea mente, vt omnes alios habeam, satis sit, vt exinde habeam possesionem omniũ, dicta l. restituta. & quòd ibi per glo. in l. pro hærede. §. 1. ff. de acqui. pos. Et ita dicit dominus And. de Iser. fuisse iudicatũ, per maximos Iurisperitos. Facit l. 3. ff. pro socio. Veruntamen quia ista quæstio non est sine maxima dubitatione, & habet plura argumenta pro & contra, ideò si extendere velles materiam, dic vt hîc plenè per ipsum. & vide in l. Seya. cum bonis. in prin. ff. de dona. causa. mor. & in locis suprà allegatis. & quod dixi suprà de controuer. inuesti. in §. cùm autem.

Quæro quid si instrumentum inuestituræ dicat, concedo tibi, cui ius dabit, qualiter intelligatur, vide per Bal. in l. liberti. C. de ope. liber. vbi ipse dicit, ꝙ dicta verba nihil aliud significant, nisi ipsam puram & meram feudi naturam, quia ad se ius remit pactũ. Facit quòd in simili dixit Bar. in l. Gaius. ff. solu. matr. & ꝙ no. in l. q mutuã. ff. mãda. & ff. de leg. 3. l. cũ. qs decẽtes. §. pater.

Quæro

Quæro quid si instrumentum inuestituræ dicat, cõcedo pro annua quantitate, an cẽseatur feudum? dic per Bal. in l. liber. ff. de operis liber. & per Ioan. in Specu. de emp. & vendi. §. 1. ver. nunc formam. Et dicunt quòd non est propriè feudum, sed magis est emphiteosis, vel contractus in-
a nominatus a de præscriptis verbis. l. naturalis. §. at cum Do. & not. per Cyn. in Auten. ingressi. in fin. Et ideò dicit Bald. quod iste non tenetur præstare iuramentum fidelitatis, nec censetur iure feudatarij.

8 † Quæro quid si isti pares essent absentes, qui sunt necessarij testes ad istam nouã inuestituram, an sunt citandi, vel possit procedi ad inuestituram ipsis absentibus? Et dicit Bald. quòd debent citari, quia eorum præsentia, & consilium posset trahere dominum in aliam sententiam, ostendendo fortè periculum, quod est in ipsa inuestitura posse immergere. argu. ff. de arbi. l. si
b in tres, cum l. seq. Vnde ergò nisi citentur b non valeret inuestitura. ar. infrà de consue. rect. feu. §. 1. circa finem.

Sed prædicta intelligerem vera, nisi essent absentes in loco multùm longinquo & remoto, adeò quòd non poterant adesse sine maxima difficultate. ar. in l. prætor. §. fi. & quòd ibi per Docto. ff. de vaca. mu. Et videtur æquum. Facit quòd dixi in dicto §. 1. de consue. rect. feud. in vltimo notabili, & ibi etiam declaraui in quæstione quanto tempore expectabuntur isti pares.

Quid autem si citati nolent venire, adhuc dicendum quòd valebit inuestitura sine ipsis. ar. ff. de fideicommis. liber. l. si ligauero. §. 1.

Quæro quid si dominus non habet nisi vnum parem, dic secundum Bald. quòd debet interesse, simul cum vno alio teste ad minus. ar. l. cũ antiquitas. C. de test. facit inf. de no. feu. in §. 1. & in §. idcircò. & quod dixit Io. An. in c. graue. extra de præbẽdis.

Vltimò ad materiam præsentem, vide quod dicam statim in §. seq. & quod dixi suprà, de contro. inuesti. in prin. in notabilibus & in pluribus remissionibus ibi adductis, & suprà, quib. mod. feud. consti. po. in c. 1. & suprà titu. proximo. c. fi. in gloss. 3. & infrà eo. in §. si verò inuestitura. & infrà, de not. fi. for. in fi. & plura quæ dixi in dicto c. si facta. inf. si de feud. fuerit controu. & in copiosis remissionibus, quas ibi in vtroq; iure adduxi. & inf. qui testes sint necessarij ad probandum nouam inuestituram in c. 1. & in remissionibus ibi descriptis. inf. de cõsue. rect. feu. in prin. & in remissionibus ibi adductis in vtroq; iure. & in §. primo. & infrà, de no. feud. in §. 1. & in §. idcircò. & de capi. extraord. in §. de ingressu curiæ. Et plenè per Iac. Ar. in summa in tit. qui. mo. feud. acqui. sub rubricella. quid sit inuestitura, & in rubrica qualiter inuesti. no. feu. probetur. & in rubrica per inuestiturã acquiritur feu. cum octo rubricellis sequentibus, & per Canonistas in c. per tuas. extra de dona. & extra de præbendis. in c. pro illorũ. cùm ibi not. & de re iudi. cùm olim. & de his quæ fiunt à maio. par. capi. in c. ex ore. & quod not. 16. q. 7. si quis deinceps. & quod no. extra de cõsue. c. 2. & per Host. in summa tit. de feu. §. per quos ver. restat.

SVMMARIA.

1 *Testes produci possunt ad probandum tenorẽ instrumenti, ipso amisso.*

2 *Testis hodie, si recordatus non fuerit, cras recordatus audietur.*

3 *Testes an produci post didicita possint, & probata, quomodo intelligatur.*

4 *Testis in materia feudali iurans, mentionem facit Euãgelij. Quomodo intelligatur verũ.*

Solennitas debita iuramenti, an præsumatur interuenisse, si simpliciter in instrumento est scriptum, quod talis iurauit.

Vasallus an & quãdo possit cogi à domino feudi, vt sit testis & deponat veritatem.

Dominus nolens compellere pares, testimoniũ dicere renuentes, quid iuris. & num. 5.

5 *Dominus Vasallo iustitiam denegans feudi proprietate, an priuetur.*

6 *Pares an possint pro domino testificari.*

SI ENIM DOMINO. Adaptatur ad proximè præcedẽtia, hoc modo. Quia suprà proximè declarauit, quid & quotuplex sit inuesti. & qualiter fiat, & coram quibus. Nunc verò ostẽdere intendit, qualiter inuestitura debet probari per Vasallum agentem contra dominum possidẽtem feudum, petendo possessionem dicti feudi dari sibi, tanquam inuestito de dicto feudo, dominus verò negat dictam inuestituram fuisse factam. Et in summa hoc voluit.

Si Vasallus agat ex inuestitura abusiua contra dominum possidentem feudi, & petat propriã inuestiturã. s. possessionem eiusdẽ feudi sibi decerni, & dominus neget se inuestituram fecisse, debet fieri probatio modo & forma, quæ in isto §. traditur. h. d.

Et p̃mitte quòd duplex est inuestitura,
c c. s. p̃pria & abusiua, vt visum est sup. p̃xime. in prin. capituli. Itẽ, quod vbi Vasallus habet abusiuam, põt compellere dominum, vt tradat propriam, vt inf. de no. fi. for. in fin. & inf. si de feu. fue. contro. in c. si facta.

a *Cõtractus innominatus. Adde, an sit locus pœnitẽtiæ. vide gl. in l. si cũ fundũ. ff. de pac. & ibi gl. concludit quod sic. Fallit fauore dotis, vt in l. si ergò. in §. 1. ff. de iure Do. Bar. in l. 2. in §. si pecuniã in fi. ff. de dona. Bal. in l. licet ad fi. C. de actio. & obli. Bal. in l. mandatũ. in 3. col. C. mã. Bal. in l. si cũ socero. in vlti. col. C. de iure Do. Bal. in c. 1. ad fin. qui succ. tene. in vsi. feu. & an cõtractus innominat⁹ habet vim mãdati? vide per Bal. in c. ex parte decani. de rescri. & quot sunt cõtract⁹ innominati. vide per Ang. in l. naturalis. ff. de præscri. verbis.*

b *Nisi citẽtur. Adde an citãdus sit si esset res notoria. vide gl. in c. ad nostrã. el. 3. de iure iur. Bal. in c. bonæ memoriæ. el. 1. de elec. Philip. Frã. in c. 1. de rest. spo. li. 6.*

c *Duplex est inuestitura. Adde Bal. in c. cæterũ. in 5. col. ver. & est duplex inuestitura. de iudi. extra & in quo differt ab institutione. vide glo. in c. autoritate. de instit. & per Ioan. And. in addi. Specul. c. tit. super rub.*

In tex. ibi in possessione, scilicet, rei, de qua Vasallus asserit inuestituram abusiuã sibi factam, & petit propriam, quam nondum adeptus fuerat, & sic patet, quod loquitur in feudo nouo, prout etiam dixi sup. in prin capituli. Ibi, inuesti. s. abusiua, quae obligat ipsum dominũ inuestitorem ad faciẽdam propriam, vt sup. dixi. Ibi, illius domũ, aliquando appellat pares curiæ vel curtis, vt statim patebit, & idem opz, qui autem sint isti pares probatur suprà, si de inuesti. inter do. & Vasal. in c. 1. in prin. & ibi dixi. Ibi, confirmatũ. i. roboratum eò, quia dicti pares sunt inscripti in dicto instrumẽto pro testibus, quo casu, tale instrumentũ probat, vt infrà, qui testes sint neces. ad proban. no. inuesti. in c. 1. Ibi, qui probare desiderat, scilicet, Vasallus. Ibi, actor, id est, Vasallus qui agebat, vt sup. dixi. Ibi. & ille, scilicet, Vasallus. Ibi, quiescat. i. sinat dominum pacificè possidere, & ipsum amplius nõ molestare. Ibi, deficientibus, id est, non existentibus, quia Vasallus non habet aliquos. Vel dic nõ existentibus. i. non ad plenum deponentibus, & intelligas quod aliquid sit quòd moueat iudicẽ ad ita deferẽdum, cum actore nihil probante [a] reus deberet absolui, per ea quę traduntur in §. sacramẽtum inf. de consue. rect. feud. Nec obstat. §. fi. in eodem tit. & sentit And. de Iser. No. ex tex. ibi per publicum instrumentum, &c. quod illa verba, quæ frequenter reperiuntur in isto libro, vcz, quod fiat probatio per breue testatum, &c. vt habuisti. sup. proximè. & infrà, qui testes sint neces. ad proban. no. inuesti. & in pluribus alijs locis debent intelligi, id est, per publicum instrumentum, vt hîc. de quo latè dixi sup. de controuers. inuesti. in prin.

1 † No. ex tex. ibi amissum, &c. quod licet instrumentũ sit amissum [b] tamẽ testes qui interfuerũt instrumẽto, possunt produci ad probandũ tenorẽ instrumenti, de quo plenè no. per gl. & Doc. in l. sicut. C. de fide instru. & in Autẽ. si quis in aliquo. C. de edendo. per Cy. No. ex tex. ibi se nõ interfuisse, &c. Casum singularem secundũ Bald. in hoc vcz.

Quanquam testis extra iudiciũ dicat se non interfuisse, tamen in iudicio põt cogi ad deponendũ veritatem per iuramentum, & stabitur depositioni suę. de quo per Bar. in l. eos. ff. de falsis. & de hoc latè dixi sup. si de inuesti. inter do. & Vasal. lis ori. in c. 1. in notabilibus positis super parte seyra. & ibi videtur text. similis huic, licet Bald. istum alleget pro singulari.

2 † No. ex text. ibi non reminisci, &c. quod qui non recordatur, modò, poterit recordari cras. Et per hoc posset excusari testis, qui in vna causa dixit se non recordari & postea super facto examinatus deposuit. Quod tene menti, & aliquando consultus ita respondi. Facit quod dixit Bal. in l. nullum. C. de testibus. & in l. gesta. de re iudi. & quod dixi inf. de notis feud. in §. notandum.

3 † No. ex tex. ibi alios pares producat, &c. quòd illud, quod solet dici, quòd post didicita testificata [c] non possunt testes produci in Auten. de testi. in §. quia verò, habet locum vbi testis deposuit aliquid super facto principali, affirmãdo vel negando. Secùs si dixerit, se ignorare negocium principale, quia tunc, licet pars didicerit testificata, nihilominus põt testes producere, vt hîc, quod est valdè notandum, & tenet Iac. de Bel. Ray. & Nico. de Neapo. Et erit pulchra limitatio ad ea, quæ traduntur in c. fraternitatis. extra de testibus & ad Cle. testibus. de testibus, & ad materiam. l. per hanc. C. de tempo. appel. & in d. §. quia verò. Sed dominus Bal. non assentit huic limitationi, de iure Canonico per dictã Clementinam, quia extat ratio timoris subornationis. Ego autem puto, quòd etiam de iure Canonico possit hoc sustentari. primò quia videtur æquum, ne probationum materiæ angustentur. l. quoniam. C. de hære. Item per tex. in dicta Cle. & quod ibi no. vbi patet, quòd etiam in quibusdam alijs casibus, possunt recipi testes non obstante dicta ratione, vt si primò testes non fuerũt ritè examinati. Item si processus non fuit iuridicè publicatus. Item vbi testes dolosè & fraudulenter fuissent examinati, possent produci post didicita testificata. vt hic dixit idem Bald. Et est ratio, quia dolus verus malè examinatus, præponderat dolo præsumpto subornationis, prout dicit Cy. & Ray. in l. veluti. ff. de edendo. Item in alio casu, scilicet, in processu, & causa hæresis, quoniã proceditur per inquisitionẽ, vt tenet Archi. in c. per hoc. de hære. lib. 6. Et circa prædicta vide, quòd dixi suprà de contro. inuesti. in §. item si Vasallus. in notabilibus. & quod dixit Bal. in d. l. per hanc & in Autẽ. at qui semel. C. de proba. & per Bar. in l. qui per salutem. ff. de iureiuran. Facit quod not. gloss. in c. cùm causam. de testi.

4 † No. secundũ Bal. ex tex. ibi sacrosanctis scripturis, &c. quòd in causa feudali, testis debet in iuramẽto suo, expressam facere mentionem qualiter iurat ad sancta

Dei

[a] *Actore non probante. Adde l. qui accusare. C. de edẽ. l. actor. C. de proba. gl. 1. in c. mulieri. de iureiur. Fallit hæc regula. in 15 casibus, de quibus enumerat Host. in summa in tit. vt ecc. benefi. in viti. co. ver. datur hæc & alia regula.*

[b] *Licet instrumentum sit amissum. Adde gl. in verbo cõpellendos in Cle. 1 §. cæterũ de vsur. gl. in c. nobilissimus 97. di. Spec. ti. de legi. in §. superest. ver. sed quid si literæ delegationis Archi. in c. 2. 54. di. Bart. in l. si quis ex argẽtarijs. in §. pe. ff. de eden. Bart in l. 2. in §. dinus in fi. ff. de iure fisci. Bald. in l. quoniã. C. de hære. Ang. in Auten. de tabellio.*

[c] *Post didicita testificata. Adde c. series. c. fraternitatis. & vtrobique per Doc. de testi. & per Doc. in c. iurauit de probat.*

Dei Euangelia corporaliter, tactis sacrosanctis [a] scripturis. Ad quod facit infra quali. Vasall. iura. debet fideli. in c. 1.

Quod intelligo verum, vbi sic dictat cõsuetudo. Nam circa formam iuramentorum est attendenda consuetudo, vt not. gloss. 2. infrà de pace iura. fir. in §. item sacramentum. Quoniam de iure communi valeret iuramentum, super quolibet libro præstitum, imò & super ligno [b] & lapide, quia ad cor iurantis respicit Deus, vt ibi dixit not. gloss. Facit quod not. gloss. in Clc. 1. de hæred. & vide ad prædicta, quod dixi in d. §. item sacramenta. in 1. q. & in d. c. 1. infrà quali. iura. de Vasal. in textu. De formis autem iuramentorum, & qualiter olim iurabatur, & hodie. not. gloss. in c. & si Christus. de iureiuran. ad fin. Sed quid si reperiatur scriptũ in instrumento, quod talis iurauit, an præsumatur solennitatem debitam intercessisse? dic quod sic. l. Theopompus. ff. de do. prælega. Facit quod solet tradi. in l. gesta. de re iudi. & de fideius. tutorum. in l. cùm ostendimus. in §. fi. & in l. sciendum. de verb. obli.

Oppo. cum glo. 1. in eo, quod hîc dicit, quòd dominus compellit iurare testes de domo sua, etiam contra se ad instantiam Vasalli litigantis cum domino. Sed cõtra de l. nimis graue. C. de testibus, vbi disponitur contrarium. Sol. hoc ideò contingit in casu nostro, quia dominus habet iurisdictionẽ in eos. & ideò ad eius officium spectat eos compellere ad iurandũ, vt veritas elucescat & allegat in Lombarda. de offic. iudi. l. vt iudex. & per hoc est expedita vsq; ad versic. quæ autem, &c.

Et nota ex ista glossa secundum Bald. coniuncto isto text. quòd propter iurisdictionem, quam habet dominus in testem, compellit testem ad deponendum veritatem, vt in hac glo. Sed Iac. de Bel. intelligit istud, quando testes prædicti ab alio ꝓducuntur cõtra ipsum dominũ, quo casu, cogitur ipse dominus facere eos iurare contra se. arg. ff. de offi. præsi. l. senatusconsultum. Sed an ipse dominus cogatur producere eos, & ꝓbare cõtra se, dicit, quòd isto casu non cogitur, vt infr. d. l. nimis. C. de testi. Et intelligas istam glo. verum dicere in casu istius compulsionis testium. Non autem extendas, vt dominus habeat iurisdictionem, ad cognoscendũ in causa principali, vertente inter ipsum & Vasallum: Quoniam in ipsa causa pares sunt iudices competentes, & iurisdictionem habent, vt infr. de phi. feud. alie. per Fede. in §. pen.

Et in quantum dominus nollet eos cõpellere, tunc Vasallus posset habere recursum ad superiorem, vt eos testes cõpellat. arg. eorũ, quæ ibi not. & supr. in princ. huius c. circa medium gloss. & probatur supr. si de inuesti. inter dom. & Vasal. c. 1. post princ. & de hoc latius. infrà in gloss. fin. vbi gloss. hanc quæstionem disputat.

Opp. cum d. glo. in eo, quod hîc disponitur, vt si Vasallus agat ex noua inuestitura contra dominũ possidentem, & deficiat in probatione. quod causa debet decidi iuramento domini. Sed cõtrà de §. 2. suprà de cõtro. inuesti. vbi dicitur, quòd debet remitti tale sacramentũ domino. Sol. ibi ideò, quia Vasallus recognoscebat aliud feudum, ab eodem domino pacificè & qetè: Hic autẽ nullum aliud recognoscebat, ꝓut dictum est in prin. huius titu. in gloss. magna in vers. quod quidẽ, &c. Et per hoc est expedita ista glo. vsq; ad versi. sed fortè, & c. quæ benè loquitur. Et assigna rationem diuersitatis, prout ibi dixi in 1. not. Et intelligas quòd aliqs sit, quod moueat iudicem ad ita deferendũ, vt dixi sup text.

Op. cum prædicta glo. q, imò Vasallus possit ꝓbare inuestiturã per instrumẽtum publicum, corroboratũ etiam testibus extraneis, nõ paribus, vt inf. qui test. sint nec. ad ꝓban. no. inuesti. in fin. cuius CONtrarium hîc legitur. Sol. iste text. loquitur de inuestitura feudi noui, in q̃ dominus adhuc erat in possessiõe. Ibi verò loquitur in inuestitura feudi antiqui, in quo Vasallus erat in possessione, vt ibi dicitur, vbi hoc satis apertè declaratur. Et nunc est expedita ista glossa vsq; ad finem.

Op. cũ gl. fi. de prima parte huius §. ad vltimã, quoniam in 1. parte dicitur, q, inuestitura noua nõ ꝓbatur, nisi per pares: Hic autẽ dicit, q, ꝓbatur etiã per extraneos. So. illa est regula, q̃ ponit in prin. quæ fallit hîc in fine in odiũ ipsius domini, eò, q̃a dominus nõ vult cõpellere pares ad iurandum. Vnde ex hoc patit istam pœnã, vt cõtra ipsum etiã p extraneos fiat ꝓbatio. Et si tales extranei nollent iurare seu deponere, tunc debent compelli per superiorẽ iudicẽ ordinarium, vt supr. si de inuesti. inter do. & Vas. c. 1. Et hoc voluit tota ista gl. vsque ad ver. sed quæro, &c. quæ benè loquitur.

Quæro cum dicta gloss. quid si Vasallus non habet, nisi solùm pares ad probandum inuestituram nouam, qui nolunt deponere, & dominus etiã non vult eos compellere, quid tunc erit fiendũ? & respondet gl. q, ad instantiã ipsius Vasal. poterunt cõ-

[a] *Tactis sacrosanctis Scripturis. Adde glo. in verbo tactis. in Cle. vni. de iureiur. gloss. in c. 1. in §. itẽ sacramenta. de pa. iura. fir. Doct. in c. fi. de iura. Cal. Doct. in c. ego. N. de iureiurã. Doct. in c. quotiens cordis ocul. 1. q. 7.*

[b] *Imò & super ligno. Adde Spec. titu. de iureiur. in §. 1. ver. in summa. in c. constitutus el 2. iuncta glos. 2. de ap. Doct. in c. fraternitatis de frigi. Ioan. de Fantu. in c. in Synodo 35. q. 6. Paul. de Cast. in l. testium. in 2. notabili de testi.*

pelli per iudices superiores, secundũ quod etiam dicitur de testibus extraneis, vt in d. c.1. si de inuesti. inter dominum & Vasallum lis oriatur.

Nec obstat iste textus, qui disponit, q; Vasallus debet ꝓbare pex extraneos, quia hoc est inductum fauore ipsius Vasalli, videlicet, quod vbi ipsi pares nolunt iurare, quod tunc posit Vasallus probare per extraneos, si habet. Sed si non haberet, tunc etiam dicendum, quod ipsi pares debeant compelli, vt suprà dictum est, quia non debet retorqueri in læsione eius Vasalli. l. quod fauore. de legibus, quod fieret si ipsi pares non possent compelli. Et prædicta ꝓbantur per talem similitudinem: Quoniam tutor non potest hæreditatem pupillo delatam, acquirere ipsi pupillo, sine ipsius pupilli voluntate vel actu. l. potuit. C. de iure delibe.

Quod intelligendum est fauore ipsius pupilli, quando potest loqui. Nam si non posset adhuc loqui, vt quia est infans vel furiosus, nõ debemus expectare suam voluntatem, quam non habet, aliàs dictus fauor redundaret in eius damnum & perniciem, quod esse non debet. l. penul. C. ad Trebell. Sic à pari dicendum est in proposito, quod iste fauor inductus in fauorem Vasalli non debet retorqueri in eius læsionem. Et hoc voluit ista gloss. vsque iuxta finem sui ad versic. sed & dici, quæ benè loquitur, & hanc suam conclusionem firmaui suprà in prima oppositione.

De materi autem vtrum quod fauore alicuius inductum est, posit retorqueri in eius læsiõem? dic plenè per Dy. in c. quod ob gratiam. de re. iudi. lib. 6. ponit plura similia, quæ ad corroborationem glo. nostrę possent adduci, vbi videas, & per Doct. in d. l. quod fauore.

5 †Quæro subsequenter cum dicta gloss. an dominus debeat priuari ꝓprietate feudi, ex eo, quod denegauit facere iustitiam Vasallo, nolendo, compellere pares ad iurandum? Et respondet glo. quod sic per ea, quæ not. infr. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. item quod domino. licet ista gl. aliter allegauerit, & nõ benè, quæ per hoc est expedita vsque ad finem. Ex qua glossa not. quod Vasallus habet duplex remediũ, quando denegat sibi iustitiam in nõ compellendo pares ad iurandum. Primum remedium est, de quo suprà dixi, vt Vasallus adeat superiorem, qui eos compellat. Secũdum est, quod Vasallus petat dominum condemnari, & priuari proprietate, vt in hac glo. & ꝓbatur in c.1. infr. quali. d. proprie. priue. & erit in electione ipsius Vasalli per dictam regulam, quod fauore. & hoc tenet And. de Isern.

Sed dominus Bald. reprobat istam glo. dicens: quòd in casu proposito non debet dominus per hoc priuari proprietate. Et rationem asignat, quia nondum constabat de feudo, quia erat in litigio. argu. ff. de testa. mil. l. diuus. Quinimò dicit ipse plus, quod etiamsi constaret de feudo per probationes, quod adhuc dubitaret, an per istam solam negligẽtiam deberet priuari proprietate, quia Vasallo non adiudicaretur feudum, sed proprietas, quod videtur esse contra mentem huius literæ. Ego autem circa istam quæstionem eligerem mediam viam, videlicet, quia relinquerem hoc in arbitrio debentis iudicare per text. in §. sed quia. in dicto tit. quæ fuit prima causa. Et est ratio, quia iste casus non reperitur expressè denominatus inter causas, ex quibus feudum amit. per Vasallum, si discurrantur omnes tituli, & text. loquentes de ista materia, nisi solùm quod in dicto §. item qui domino dicitur, quod vbi Vasallus denegat domino suo facere iustitiam, quod feudum perdit. Sed aduertendum, quia non omnis contumacia Vasalli in denegãdo iustitiam domino habet ipsum priuare feudo, vt inf. de nili. Vasal. qui contu. est in c.1. Ita quoque dicendum est contrà, quòd non omnis contumacia domini in denegando iustitiam Vasallo, priuet dominum proprietate. Quoniam dominus etiam Vasallus in istis priuationibus, à pari procedunt & regulantur, videlicet, quod ex eo facto tantùm dominus priuetur proprietate, ex quo facto Vasallus fuisset priuandus feudo suo, vt prædicta probantur in c. domino committente. inf. si de feud. fue. controuer. & infr. de for. fideli. in fin. Et hæc opinio videtur esse fundata in æquitate dicti §. sed quia. Vnde nõ putarem istam gloss. ita indistinctè esse reprobandam, prout facit Bal. præsertim cùm nõ reperiam eam ab aliquo alio Doctore reprobatam.

Ex quibus concludo, quod dominus ex denegatione iustitiæ priuatur proprietate feudi, si in eodem casu Vasallus denegando iustitiam domino fuisset priuandus suo feudo. Et hæc conclusio firmatur per gloss. in d. §. item qui domino. Et inuestigando prædicta iudex multùm debet esse diligens & discretus, & cum æquitate procedere, vt in dicto §. sed quia.

Et

Et prædicta intelligas in domino Laico. Quid autem in domino Clerico & Ecclesia? dic vt infrà de capitulis Corradi. in §. fin. & per Dyn. in c. delictum personæ. de regu. iur. lib. 6. Facit quod dicunt Doctores in l. meminerint. C. vnde vi.

6 † Opp. ab extra, quòd imò isti pares non possint esse testes pro domino, tum quia sunt a eius amici. l. 3. ff. de testi. tum quia dominus potest eis imperare, vt in c. licet si de feud. fue. contro. Ergò non sunt idonei testes. l. idonei. ff. de testi. Solu. dic quod ideò admittuntur propter sacramentum fidelitatis, quod continet honestatem, vt infrà de forma fide. c. 1. in prin. sed contra honestatem esset, si dominus ex hoc locupletaretur cum aliena iactura. l. nam natura. ff. de condi. inde. Nec habet obstare, quòd sunt amici, quia nihilominus eis credi potest. l. sciendum. ff. de vsu.

Nec ob. quod imperare potest, quia loquitur de vniuersali imperio. arg. l. in tantum. in §. vniuersitatis. ff. de rerum diui. Item quia vicissim sunt obligati dominus & Vasall. dicto c. 1. in fine. infrà de forma fideli. Ideò nulla suspicio potest cogitari propter paritatem argu. ff. de ritu nup. l. non solùm. §. 1. Dixit tamen Andr. de Iser. supr. si de inuesti. inter dominum & Vas. in c. 1. quod posset, tamen tanta esse inimicitia, & familiaritas contracta cum domino, vt ex affectione, quam habet ad dominum, contracta sit inter eos non leuis dilectio, prout. ff. de verborum signific. l. latè. §. amicos. quod tunc repelleretur pro domino, non quia Vasallus, sed propter dictam excessiuam amicitiam & familiaritatem per dictam l. 3. ff. de testibus. Aliàs si Vasallus esset ita probatæ opinionis & vitæ, vt non sit verisimile deierare pro domino; quod præsumitur; nisi contrà. probetur. l. non omnis. §. à Barbaris. ff. de re mili. non esset repellendus, quia plus præsumitur diligere suam salutem, quàm vtilitatem domini. vt supr. quibus mod. feu. amit. in princ. & C. ad l. Iul. repe. in l. fin. facit quod no. de familiari. in c. literis. extra de testibus. 72. quæst. 1. in summa. & in c. 1. & ad prædicta vide, quod dixi in dicto c. 1. suprà si de inuestit. inter dominum & Vasallum, in notabilibus super quarta parte positis.

Vltimò ad materiam præsentem videas suprà de controuer. inuesti. in princ. quod plenè dixi in d. c. 1. supr. si de inuestitu. inter dominum & Vasal. lis oria. vbi est similis text. & in remissionibus ibi adductis, & quod dixi suprà eod. in princ. & in copiosis remissionibus, quas ibi in vtroque iure descripsi. & infr. de notis feu. in §. notandũ.

SVMMARIA.

1 *Corporalia possidentur, incorporalia nequaquam.*

2 *Possessio quæ præsumptionem inducat, vt stetur sacramento possidentis.*

Liberalitas præsumitur ex duplici vel triplici præstatione.

Diuturnitas temporis cum præstatione seruitij, facit præsumi pro Vasallo, & omnia solenniter esse acta.

3 *Consuetudinis rectitudo cadit in feudo cameræ vel cauenæ.*

4 *Sacramentum præsumptioni possessionis adiectum, solennitatis supplet defectum.*

Vasallo spoliato de suis solitis præstationibus, an subuenīri posset per possessoriũ, & quomodo sit formandus libellus.

Ius emphiteoticum, an probatur per binam solutionem, vel an requiratur decenium?

SI VERO VASALLVS. Suprà in §. præcedenti Vasallus tanquam inuestitus agebat contra dominum possidentem, seu petendo possessionem dicti feudi sibi dari. Nunc verò in isto §. Vasallus tanquam inuestitus erat inuestitus erat in possessione feudi seu iuris feudalis, & dominus negabat esse feudũ. vnde quia dubitabatur, qualiter talis causa debet terminari, declaratur in isto §. q in summa hoc vult CASVS, vbi Vasallus est in vera possessiõe feudi, vel in quasi possessione iuris feudalis, & vertatur controuersia de inuestitura, statur sacramento ipsius Vasalli possidentis, vt iurat vel referat. hoc dicit. Præmitte primò, quid sit b feudum, quod de camera vel cauena recipitur, vt dixi suprà titulo proximo. in c.
1 finali. † Item scias, quòd corporalia verè & propriè possidentur, sicut est fundus, domus, & similia, quæ palpantur & tanguntur. Incorporalia verò nõ propriè possidentur, sed quasi intelliguntur possideri, sicut est actio, seu ius alicuius seruitutis, vel alicuius redditus, vel vsusfructus, vel alterius similis obligationis, quæ neq; palpari, neque tangi potest, vt l. 3. in prin. cùm ibi not. ff. de acquir. possess. l. seruus. §. incorporales. ff. de acquir. posses. re. do. Et prædicta not. per glos. in l. seruitutes prædiorum rusticorum. ff. de seruitutibus. & probatur insti. de rebus corp. & in cõcor. In tex. ibi. possideat, scilicet, propriè & verè, vt quia possidet rem feudalem, quæ verè possidet, sicut est fundus, domus, & similia. & hoc etiã voluit glossella hîc posita.

Et in-

a *Quia sunt eius amici. Adde an amicus repellitur à testimonio in causa amici, vide gloss. in §. cogitandũ. in Auten. de mona. glo. in c. quot. de testi. Bald. in l. data opera. C. qui ac. non pos. Spe. ti. de teste. in §. 1. in prin. Alex. de Imol. cons. 78. incip. in causa & lite vertente inter Bartholomæũ in 2. col. in 1. volu.*

b *Quid sit feudum. Adde Doct. in rub. de feud. Car. Zab. in c. 1. e. ti. Hostien. in sum. e. tit. in §. 1. & qualiter distinguitur feudum. vide per Hostien. in sum. tit. de feu. in §. qualiter distinguitur feudum.*

Et intelligas, quòd stetit tanquam Vasallus in possessione ad minus per annum, domino sciente, patiente, & ab eo tanquã Vasallo seruitia recipiente, vt suprà titu. 3. c. 2. in fine. & infrà de consuetudine recti feudi post princip. Ibi, seu cauenæ, quod quando sit expone, vt in d. c. fin. suprà tit. proximo. Ibi, quietis, id est, pacificis. & facit C. de apo. public. l. penult. lib. 10. Ibi, quasi possideat, exemplifica, quod omni anno debeat habere decem, ex redditibus cameræ vel cauenæ, & ista decem recipit tanquam Vasallus, vel tribus vicibus quietè & pacificè domino sciente & contradicente. Vnde intelligitur esse in quasi possessione ipsius iuris feudalis, percipiendi in futurum dicta decem ex camera vel cauena. Ibi, probatione, hoc est, quia ipse Vasallus existens in possessione, vel quasi, vt suprà dictum est, non habet necesse probare aliter expressè de ipsa inuestitura. Ibi, possidenti, id est, ipsi Vasallo existenti in possessione, vel quasi. Ibi, rectum feudum, id est, omni iure vallatum. Et dicit hoc ad differentiam feudi abusiui, vt dixi infrà de consuetudine recti feudi super rubrica, & statim dicam. & de hoc etiam dixi supr. quibus modis feudũ consti. po. in c. 1.

a *Duæ vices faciunt cõsuetudinẽ. Adde Pau. de Cast. in l. nemo. C. eodem.*

2 †Nota ex isto text. quod sicut possessio feudalis propria, & vera continuata per annum domino sciente, & patiente, & seruitia recipiente, ab ipso possidente tanquam Vasallo, inducit præsumptionem, vt stetur sacramẽto ipsius possidentis, vt hîc in prin. & supr. si de inuesti. inter dominum & Vasal. c. 2. in fi. & inf. de fi. & inf. de consuetud. recti feudi post princ. ita quoque possessio feudalis iurium incorporalium ꝓbata per duos vel tres actus, in percipiendo, & in solutione iure feudi consistentes, vt hîc post princip. quod est notadignum, & sentit Iacob. de Belui. Facit l. 1. quæ singularis est secundum Barto. C. de fideicommiss. Quid autem in iuribus decimalibus? dic, vt not. per Gloss. & Doct. in l. cum de in rem verso. ff. de vsu. Quid in alimentis & vltimis voluntatibus? dic, vt in d. l. 1. C. de fideicommiss. Quid in seruitutibus? dic, vt in l. 1. in fin. ff. de aqua plu. arcen. Quid in iurisdictionibus, & iure eligendi? dic, vt not. 18. q. 2. seruitium. & in c. cum Ecclesia. extra de causa poss. & propriè. & extra de elect. c. querelam. Et circa prædicta vide plenè per Dy. in c. 2. de reg. iur. lib. 6. per Doctores nostros & Bal. in l. si certis annis. C. de pact. & in l. 1. ff. de re. diui. & in d. l. 1. C. de fideicommiss. per Cano. in c. fin. extra de consue. & in dicto c. cum Ecclesia. & extra de constitution. in c. cum accessissent.

Not. quòd ex duplici vel ex triplici præstatione psumitur mera liberalitas, & est ratio, quia ipsa præstatio cum diuturnitate temporis transcursi, facit psumi ꝓ Vasallo, vt solennitas debita præcesserit, vt probatur in l. qui in aliena. versicu. sed si non adierit. ff. de acquir. hæreditate. Item, qͣ a duæ vices faciunt [a] consuetudinem, vt no. gloss. in l. 3. C. de Episcopa. audien. facit quod dixi supr. qui feudum dare possunt in principio super glossam tertiam.

3 †Not. quòd etiam in feudo cameræ vel cauenę cadit rectitudo consuetudinis feudalis, sicut in alijs feudis, scilicet, quando est vallatum omni solennitate, & per adeptionem possessionis recto modo factam cum voluntate & licentia domini. Quo casu potest appellari rectum feudum, vt hîc.

Quod intelligas ad differentiam abusiui, quando non esset subsecuta corporalis, quasi possessio, vt hic: non tamen per hoc intelligas, quòd tale feudum transmittatur ad hæredem in dubio, vt latè dixi suprà titulo proximo d. c. finali. in secundo notabili.

Aduerte tamen, quod & alio modo potest censeri & appellari feudũ rectum, scilicet, simplex & purum, & non suppositum alicui qualitati, vel conditioni seruitiorum. Ad differentiam feudi non puri, sed conditionati ad aliquod seruitium, vt patet infrà eodem §. penult. & final. & isto casu, tale feudum appellatur cõditionatum, de quo plenè per gloss. infra de capi. qui cur. vend. in c. fin. & dixi suprà in præambulis in diuisione feu.

Oppo. cum glossa secunda, quòd imò ex diuturna præstatione seu receptione, non acquiratur ius in futurum, vt probatur in l. si certis annis. C. de pact. Solu. licet glossa non soluat, dicas, quòd ibi fuit facta præstatio ex titulo penitus imperfecto: Hîc autem ex perfecto, qui præsumitur præcessisse, postquã ipse Vasallus tanquam inuestitus est in possessione ipsius feudi per binam vel trinam receptionem cum licentia & voluntate domini, & mediante sacramento suo, vt statim subiunxit glossella sequens, prout in simili videmus idem statui fauore alimentorũ, & vltimæ voluntatis in d. l. 1. C. de fideicommissis.

Non

Non intelligas tamen, quòd iste Vasallus per ipsas præstationes intelligatur possidere. Quia verè non possidet, sed quasi cùm non interueniat vera traditio ipsius iuris feudalis, sed quasi, vt ff. de action. empti. l. ratio. §. si inter. Istę enim annuæ præstationes æquiparantur vsufructui. l. si quis ita. ff. de vsufruct. & l. singulos. ff. de annuis leg. in quibus non est vera possessio, sed quasi. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. Et hoc voluit ista glossa vsque ad finem, quæ benè loquitur cum glossa sequenti.

4 † Ex quibus nota, quòd sacramentum cum præsumptione possessionis, vel quasi, supplet defectum solennitatis, & tituli inuestituræ præcedentis, quæ plenè non apparebit, vt statim patebit infr. in §. sequenti. & dixi suprà de contentione inter dominum & Vasallum de inuesti. in secundo notabili. Oportet enim, quòd aliquæ vehementes præsumptiones [a] moueant animum iudicis ad ita opinandum, quod sit feudum, & ad deferendum iuramentum possidenti, vel quasi possidenti pro supplendo defectum probationis ipsius inuestituræ, quæ non plenè probatur. Vnde posset etiam ipse iudex non deferre sacramentum ipsi possidenti, si sibi non videtur ex præsumptionibus adductis, sed posset deferre domino non possidenti, si pro domino sunt aliquæ præsumptiones adductæ, quod non sit feudum. Non obstante ipsa possessione, vel quasi ipsius Vasalli, cum supradictis binis vel trinis receptionibus. Et hoc est, quod voluit dicere ista glossa fina. hîc posita, dum allegauit. §. sacramentum. infrà. de consuetudine recti feudi. & de hoc ibi latè dixi. Et circa prædicta vide, quod dixi suprà si de inuesti. inter dominum & Vasal. c. fin. super text. in fin. Et ideò intelligebat Iacob. de Belui. istum §. vel quod esset speciale in feudo, lex autem si certis annis poneret regulam, vel quod hîc constabit inuestituram abusiuam præcessisse, vel quod hîc constabat solutionem istam binam vel trinam de camera vel cauena esse factam nomine feudi. Et hæc melior, cùm satis sufficiens sit ad sacramentum deferendum concurrentibus alijs superioribus, quia feudum constituitur mera liberalitate concedentis, vt suprà de feudo dato in vicem legis commiss. in c. 1.

Oppo. ab extra, quòd imò absque iuramento debeat Vasallus spoliatus obtinere, l. si quis. §. sed hoc, C. de præscript. triginta annorum. Solu. dixit Bald. in §. sacramentũ suprà allegato ad finem, quòd ibi loquitur in vera spoliatione: hîc in ficta. argu. ff. de vsucap. l. sequitur. §. si viam.

Quæro ab extra, an huic Vasallo spoliato de his solitis præstatiõibus possit subueniri interdũ per possessorium? dic quod sic. argu. in l. 3. in §. vnde vi. ff. de vi & vi arma. & tenet Nic. de Neapo. de qua materia plenè per Francis. Zaba. in c. cæterùm. extra de iudi. q. 7.

Quæro an procedet iste libellus peto à te, quia consueuisti facere? dic quod sic, vt tenet Innoc. in c. dilectus. extra de offi. ordi. & extra de verborum significatione, in c. Abbate.

Quæro, pone aliquis soluit Ecclesiæ censum pro quadam re tanquam emphiteota, an sufficiat bina vel trina solutio, an requiratur decennium ad probandum ius emphiteoticum, quia fortè Ecclesia negat emphiteotã? & dicit Bald. in l. 1. C. de fideicom. vbi format quæstionem, quod requiruntur, & sufficiunt decem anni per l. litibus. C. de agrico. & censi. lib. 11. Tu dic melius de hac quæstione per gloss. magnam. in fin. C. de iure emphi. & in l. quicunque. C. de apo. pub. lib. 10. & in Spec. de loc. §. nunc aliqua. vers. 142. & per Gul. C. de præscriptione triginta annorum. l. malè agitur. & per Cano. in c. peruenit. de censibus.

[a] Vehementes psumptiones. Adde an præsumptio vehemẽs faciat plenã fidẽ. vide per Cardi. Zaba. in c. literas de præsump.

Vltimò ad hanc materiam vide Bald. in d. l. 1. C. de fideicom. & Barto. in d. l. litibus. & gloss. & Doct. in remissionibus adductis in vtroque iure. suprà in primo notabili. & quod dixi suprà de contentione inter dominum & Vasallum de inuestitura in princ. in primo & secundo notabili. & supr. si de inuesti. inter dominum & Vasallum lis oriatur, capitulo finali, in vltimo notabili. Et quod tangitur de annua præstatione. infrà quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. in fin. & quod dixi infrà de consuetudine recti feudi in princ. in tertio & quarto notabili, & in quæstione finali. & per Iac. Ardi. in summa in tit. de contentio. feud. sub rubricella, an ius Gastaldiæ possit præscribi, &c. & quod not. per gloss. & Doct. in d. c. peruenit. de censi. & in l. solet. in fin. ff. de offic. proconsulis.

SVMMARIA.

1 *Lex & consuetudo necessitate mutantur.*
2 *Probatione deficiente, ad sacramentum recursus habetur.*

SI VERO INVESTITVRA. Iste §. se continuat ad ea, quę dicta sunt in principio. & §. 1. supra eodem, vbi declarauit, qualiter inuestitura feu. noui debet fieri coram paribus; & probari per ipsos pares, quotienscunque vertatur dubietas super ista inuestitura, vel ꝓbari per publicum instrumentum roboratum à paribus.

Et prædicta sunt vera, quando curia domini habet pares. Quid autem si non haberet, declaratur nunc in isto §. qui in summa hoc intendit. Vbi super inuestitura noua vertitur dubietas inter Vasallum & dominum, qui non habet pares in curia, fit probatio per testes extraneos, vel per instrumentum roboratur à testibus extraneis, vel per iuramentum, vbi probatio nō esset plena. hoc dicit. In textu ibi, inuestitura, scilicet noua, quoniam de veteri nulla est dubitatio, quod potest fieri coram extraneis indistinctè, & per eos probari, vt infr. qui testes sint neces. ad proban. no. inuestitu. in c. 1. Ibi, Vasallos, qui alias pares nuncupantur, vt suprà eodem in §. 1. & suprà ii de inuestitura inter dominum & Vasallum in capitulo primo in principio. Ibi, idoneos. hoc semper intelligitur, quòd testis sit idoneus; dato quod non exprimatur. l. vt gradatim. §. sed & si lege. ff. de mune. & hono. & C. de contrahen. & cō. stipula. l. optimam. in fin. & extra de constit. c. penult. in fine. & de electio. causam. Ibi, publicum instrumentū, subaudi, etiam roboratum à testibus extraneis. Et importat idem, quod breue testatum, vt dixi in d. §. 1. suprà eodem. Ibi, iusiurandum, subaudi, secundum formam traditam in §. sacramentum. infrà de consuetudine recti feudi. & dixi suprà §. proximo.

1 †Not. quòd necessitate fit mutatio legis & consuetudinis, quod patet, quia de substantia & solennitate inuestituræ nouę esset præsentia parium, sed vbi non sunt pares, necessitas nos cogit, vt præsentia aliorum sufficiat, ne probationis materia angustetur & deficiat. l. quoniam. C. de hæred. & suprà de contentione inter dominum & Vasallum de inuesti. c. 1. in fin. Nam necessitas non [a] habet legem. l. vnica. cùm ibi not. ff. de offic. consul. Facit regula, quæ dicit, quòd non est licitum in lege necessitas, licitum facit, vt in c. quod non est. extra de regu. iur. in Decretalibus.

a Necessitas non habet legē. Adde glo. in l. 1. C. de op. liber. text. in c. quāto de cōsue. c. sicut nō alij. de cons. dist. 1. & in c. quod non est. de re. iu.

2 †Nota quòd inopia probationū emergente; recurrendum est ad auxilium sacramenti, vt hîc & suprà de contentione inter dominum & Vasallum de inuestitura feudi, in c. 1. & ibi dixi in primo notabili, & extra de elec. in c. cùm dilectus. & in l. in bonefid. C. de iureiuran. Quando autem, & qualiter, & cui tale sacramentum sit deferendum, videas in dicto §. sacramentum. infr. de consuetudine recti feudi, vbi latè dixi.

Vltimò ad materiam præsentem, quia hîc nullæ sunt glossæ, vide infrà de consuetudine recti feud. in §. 1. & infrà de notis feud. in §. 1. in quibus habentur similes text. & in remissionibus in vtroque loco adductis, & adducas quæ benè not. per gl. magistram. suprà hoc eodem titu. in prin. & plura quæ dixi infrà, qui testes sint necessarij ad proban. no. in inuestitur. feud. in c. 1. & in remissionibus ibi adductis, & per Iacob. Ardizo. in summa de contentione feud. sub rubricella, quando sacramentum datur Vasallo & domino in §. 1.

SVMMARIA.

1 Pacta exorbitantia à communi feudorum natura, in inuestitura feudo, apposita. & nu. 4. Et an sint seruanda.

2 Feudum secundum naturam & regulas & consuetudines feudorum semper est præsumendum.

In dubijs semper fit interpretatio pro inuestitura & concessione feudi, nisi contrarium probetur. Ampliatur.

Priuilegium à Principe concessum, non debet intelligi derogare solennitati iuris, & subuertere solitum ordinem cōsuetudinis, nisi quantum in ipso priuilegio cautum est.

3 Equalitas in iudicijs seruanda.

5 Præsumptio violenta probationē contrariam non admittit.

6 Inuestitura an sit valida, cui sunt adiecta probrosa vel turpia pacta, vel etiam impossibilia. & nu. 7. & seq.

PRAETEREA SI. Adaptatur iste §. ad superiora, hoc modo: Quoniam superius hucusque visum est de inuestitura feud. & de ꝓbationibus fiendis circa ipsam inuestiturā, quando de ea dubitatur, & non expressè cōstabat: Hoc autem declarat, quando expressè constat de ipsa inuestitura, sed dubitatur de qualitatibus extrinsecis, hoc est; de pactis & conditionibus insolitis appositis in ipsa inuestitura. Et diuiditur in duas partes, quoniam in prima declarat, quando dominus est ille, qui allegat pactum insolitum, & inconsuetum interuenisse:

In te-

Infecunda, quando ipse Vasallus. secunda ibi, item si Vasal.

CASVS.

Alleganti pactum insolitum interuenisse in inuestitura, incumbit probatio. Aliàs eo in probatione deficiente, causa deciditur per sacramētum aduersarij. hoc dicit.

1 † Præmitte, quòd in inuestituris feudorum apponi possunt pacta, etiā exorbitantia & insolita à communi natura feudorum, & tamen seruanda sunt, vt infrà, in quibus causis feudum amitt. in fin. cum similibus. In textu ibi, teneor, id est, pactum aliquod ad vtilitatem domini interuenisse, scilicet, purè, vt differat ab exemplo sequenti, vel intelligas, quod hîc dicat in genere, postea in versic. sequenti, ibi vel si dicat, &c. declarat per exemplū, a & tunc debet exponi, vel pro id est,[a] vt alibi exponit glossella in l. secunda. ff. ad l. Aquil. & in l. 3. ff. de impensis. Ibi, vxore sua. Istud est pactum insolitum, quod allegabatur per dominium interuenisse. Sed tamen dicit Andre. de Isern. quod Vltramontes in quibusdam curijs dominorum habetur in vsu & consuetudine. Ibi, adempta, duobus modis intelligitur secundum gloss. Primo modo, quòd facultas probandi sit adempta domino, scilicet, de facto, vt quia dominus deficit in probatione, cùm probare non possit. Secūdo modo, quòd sit adempta de iure, vt dicam super ea. Ibi, per sacramentum, subaudi, vel etiam referendi, vt suprà eodem in §. 1. & infrà de consuetudine recti feudi, in §. sacramentum. Ibi, successione, cùm de consuetudine & natura feudorum, non debeat filia succedere, vt supr. de successione feudi in §. filia. & infr. de natura succes. feud. in c. 1. Ibi, præstito, subaudi, vel relato, vt supradixi.

2 †Not. semper præsumendum feudum esse secundum propriam naturam, & regulas communes, & consuetudines feudorum, nisi specialiter probetur eius alteratio. Facit suprà, de his qui feudum dare poss. in §. hoc autem. & in dicto titu. infr. de natura success. feud. Et ex hoc infert gloss. hîc posita in fine sui, in versi. hic ergò, &c. duas conclusiones.

Prima est, quòd vbicunque vertitur dubietas in concessione feudi, debet relinqui interpretatione consuetudinis, vt secundum consuetudinem, & secundum simplicem feudi naturam, videatur facta concessio per dominum & Vasallum, se obligasse ad id videatur, nisi contrarium probetur, vt hîc. & C. de iure emphi. l. 1. & 2. Et hanc sequitur hic Iacobus de Belui. & Bald.

Quod intelligas verum, siue sit dubium iuris, siue facti, per ea, quæ habentur in l. semper in stipulationibus. cum ibi not. ff. de regu. iur. & ff. de ædil. edict. l. quod si nolit. §. quia assidua, & C. de fideius. l. fin.

Secunda conclusio est, quòd Princeps concedendo alicui priuilegium, non intelligitur derogare solennitati iuris, & subuertere solitum ordinem consuetudinis, nisi quantum in ipso priuilegio cautum est. l. si quando. C. de inoffi. testa. de quo latè dixi in c. naturales. infrà si de feu. fue. contro. Vtrum autem priuilegiū tollatur per abusum, vel per[b] contrariū actū? b
3 dic, vt no. in c. decet. de reg. iur. †Not. æqualitatem in iudicijs seruandam esse, vt hîc & in l. fin. C. de fructi. & litis expen. quod patet, quia sicut domino alleganti pactum insolitum interuenisse in inuestitura, incumbit probatio, & eo non probante, defertur sacramentū Vasallo, vt hîc in prima parte. Ita quoq; Vasallo alleganti pactū insolitum, eadem incumbit ꝓbatio, quo non probante, deferri debet sacramentū domino ad cautelam, vt hîc in secunda parte. Nam iudicia claudicare non debent, vt l. si de meis. §. pen. ff. de arbi. Facit etiam alia ratio, quia dominus & Vas. à pari procedunt, vt infr. de for. fi. in fin.

4 †No. quòd in feudis plerunq; adijciuntur pacta insolita contra communem feudi naturam, quæ tamen sunt seruanda, vt hic. & inf. in qui. cau. feu. amit. in fi. simile videmus in iure emphiteo. vt in l. 2. C. de iure emphi.

Quæro cum gloss. de intellectu literæ, dum dixit omni facultate probandi domino adempta, &c. & respondet glos. dando duos intellectus, vt dicebam super text.

Primus est, quòd si dominus non potest aliquo modo ꝓbare in facto, vt quia nullas habeat probationes, tunc ad cautelam deferatur sacramentum Vasallo aduersario suo. Et iste intellectus satis apertè patet ex eo, quod idem statuitur in casu contrario, quando Vasallus vellet pactum insolitum probare, & non potest, quia datur sacramentum do. Et istum primum intellectum satis declaraui supr. in 2. not.

Secundus intellectus est, quòd iste dominus allegans pactum insolitum, nullo modo admittatur ad probandum, eò, quia Vasallus habebat pro se præsumptionem violentā, contra quam non debet admitti proba-

a *Vel ꝓ id est. Adde l. pe. in §. illo tamen. C. de iureiur. Raph. Cuma. cons. 97. inci. stāte statuto. idem Rapha. Cuma. consi. 176. incip. statuto Papiensi cauetur.*

b *Vel per contrarium actū. Adde glos. in c. fi. de causa poss. & propriè Gloss. & Doct. in c. cū accessissent. de cōsti. DD. in c. accedentibus. & in c. si de terra. de priuil. & per Cy. in l. voluntarie. C. de excu. tu.*

probatio in contrarium, de qua præsumptione se remisit gloſ. ad tractatum Py. de præsumptionibus in princi. & hoc voluit iſta gloſſ. vſq; ad verſ. hic ergò, &c. Ex qua glo. collige duo notabilia.

a Contra præsumptionem violentã. Adde Car. Zaba. in c. is qui de ſpon. & an pſumptio violenta in ciuilibus habet vim plenè pbationis, & quid in criminalibus vide per Ant. de Bu. et Ab. in c. afferte. de pſum. Bal. in l. fi. in vlt. col. C. de proba. Lu. Ro. in l. 1. in §. ſi qs. in villa. ff. ad Sillei. & per Matheſelanũ notabili 119. Alex. de Imo. conſ. 15. inci. viſo proceſſu inquiſitionis in 1. volu. idẽ Alex. cõ. 116. inci. in cauſa inquiſitionis. in 3. volu.

5 †Primùm, quòd violenta præsumptio non recipit probationem in contrarium, ſed iſtud intelligas verum, ſi dicta præsumptio eſſet neceſſaria, quæ appellatur iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, vt in c. is qui. extra de ſponſ. C. arbitrium tute. l. fin. & de rei vxo. act. l. 1. Et ad hanc talem præsumptionem habuit iſta gloſſ. reſpectum, aliàs non benè diceret. Et ita intelligit etiam Iacob. de Bel. quoniã contra præsumptionem violentam [a] admitteretur probatio in contrarium, vt in c. propoſuiſti. extra de proba. Et ita tenet Spec. in tit. de præſumpt. §. 2. verſ. violenta. de qua materia dic plenè per ipſum in d. loco, & per gloſſ. in l. fin. ff. quod met. cauſa. in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. & in l. fi. arbi. tu. & per Innoc. in c. quia veriſimile. extra de præſumpt.

Secundum notabile, quod ex hac glo. colligitur, eſt iſtud, videlicet, quod contra præsumptionem conſuetudinis, non recipitur iuramentum in ſupplementũ ſemiplenæ probationis. Et hoc eſt valdè notandum, & ſingulare, & non eſt alibi ſecundum Bald.

Opp. ab extra de l. iuris gen. in §. & generaliter. ff. de pact. vbi pactum, quod eſt remotum à iure communi non eſt obſeruandum. So. dicendũ, quòd iſta pacta hîc adiecta, licet eſſent extranea & inſolita: tamen non erant cõtraria diſpoſitioni iuris cõmunis ſeu conſuetudinis, quia conſuetudo ſeu lex ea non reprobat, ſed contrarium loquitur de pactis remotis & reprobatis à iure. Quæro ab extra, an poſtquã eſt factum inſtrumentũ inueſtituræ, poſſit dominus inuito Vaſallo, vel econtrà Vaſallus inuito domino, addere prædicta pacta inſolita? dic quod non. arg. in d. l. fi. C. arbi. tute. Quæro, quia hic dicitur, q in conceſſione ſimpliciter facta, non præſumũtur inſolita, ſed vtrum præſumantur ſolita? dic quod ſic, per ea, quæ no. in c. fi. inf. de capi. qui cur. ven. facit c. 1. in fi. infr. in qui. cau. feu. ami. Et eſt ratio, qa cõſueta exprimi intelliguntur, etiam ſi non exprimantur extra de conſti. in c. cum M. Ferrarienſis. facit c. 1. infra de forma fideli.

Quæro quid ſi donaui rem aliquam Titio, vt tibi illã infeudaret his pactis, quod propter iuramentum fidelitatis non præſtitum, vel ſeruitia vaſallatica, vel propter quicquam aliud, quo feuda ſolent perdi, vt illud non perdatur, ſed incidat in pœnam librarũ vigintiquinq; paruorum, an per alienationem amittatur dictum feudum. & Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de feu. ſuper rub. ver. exiſtant, &c. videtur tenere, quod non. arg. huius literę. & de feu. non ha. propriam naturam feu. c. 1. & per l. 1. ſi conuenerit. ff. depo. De quo tamẽ vide latius ipſum Ioan. And. in d. loco. & per Bal. in l. 1. C. de his, quæ penè nomine. & in ſpe. de loc. §. nunc aliqua. verſ. 35. & ſe.

6 †Quæro quid ſi cõditio ſeu pactum appoſitum in inueſtitura ſit probroſum, vel turpe, aut etiam impoſſibile, an valeat inueſtitura? dic quod non. inſtit. de inutili ſtip. §. ſi impoſſibilis. & §. quod turpi. Nam talia appoſita in contractu inter viuos, viciant ipſum. l. non ſolùm. ff. de act. & ob. Secùs in vltima voluntate. l. conditiones. & l. filius. ff. de cõdi. inſti. & de ratione diuerſitatis vide per gloſſ. in l. 1. in e. ti.

7 †Quæro quid ſi in inueſtitura ſit appoſitum pactum turpe, & dominus tradidit poſſeſſionem, an Vaſallus poterit feudum retinere? Et dicit And. de Iſern. quod ſic. arg. in l. pen. in prin. & in fin. in l. 3. & 4. ff. de condi. ob tur. cauſam. Sed tamen dicit Iac. Ard. in ſumma, quòd loco illius pacti illiciti teneatur Vaſallus ad aliquod licitũ, ne lucro cedat ipſi Vaſallo in totum. vel. legatum. ff. de vſufru. leg.

8 †Quæro, an pactum adiectum, vt Vaſallus pulſet citaram vel arpam domino ſit licitum vel turpe? dic, quod ſi hoc fit ob aliquam iuſtam cauſam: tunc eſt licitum, aliàs ſecùs. Nam Hiſtrionibus non eſt licitum [b] donare, vt no. per glo. 86. diſtin. donare. facit l. ſi libertus artem. ff. de oper. libe.

b Non eſt licitum donare. Adde Hoſti. in ſum. tit. de pe. in §. quib. ver. quid de his, qui donant. & ver. ſe. & an licet intereſſe in ſimilibus actis. vide in c. nõ opem. de con. di. 5. & in c. pe. de vita & ho. Cle. & an talibus ſit dãdum corpus Chriſti? vide in c. pro dilectione. & c. ſeq. de conſe. diſtin. 2.

9 †Quæro quid ſi huic Vaſallo, qui per pactum ſe obligauit aſſociare dominam in diebus feſtiuis, vt hîc patet, obueneri aliqua dignitas, propter quam non eſſet ſibi honeſtũ aſſociare dictam dominam, an excuſetur à dicto ſeruitio? dic quod ſic. arg. in l. 2. §. adeò. in fi. C. vbi ſena. vel cla. & ff. iudi. ſolui. quamuis hoc non fiat ſine damno & iniuria domini. vt ff. de ope. lib. in l. operis oblig. Idem dicendũ, ſi ætas Vaſalli hoc non pateret. arg. C. de fun. patri. l. 2. vel infirmitas, vt ff. de vſufr. l. arboribus. §. de illo. & l. ſi infantes. & C. de ope. lib. l. liberta. Debet .n. ipſum ſeruitiũ eſſe cõueniẽs Vaſal. q cõſiderabit ex ętate dignitate

vali.

valetudine, & necesitate vtriusque. argu. ff. de ope. libe. l. patronus, qui. & l. eius. §. fi. Vel si fiat cum incommodo magno, vel vexatione, vel infamia, vel obumbratione dignitatis, vt ff. de verborum sign. l. nepos. in fin. de iudi. l. si locus si vsusfruct. petatur. l. 1. ff. de statu libe. l. si peculium in fi. Vel est inhonestum se contrarium ministerio Vasalli. ff. de arbi. l. si cùm dies. §. ex compromisso. ff. de vsufruct. si locus. §. 1. Debet tamen ipse Vasallus in prædictis casibus seruire per alium. argu. C. de proxi. sacro. scrip. l. fin. §. 1. de agenti. in rebus. l. agentes. C. de Episc. & Cle. l. ad similitudinem. extra de præben. extirpante. §. qui verò. Et hoc totum tenet Iac. Ardiz.

Vltimò de materia præsenti, vide plenè in c. fin. infrà de capi. qui cur. ven. & in remissionibus ibi adductis. & infrà in qui. caus. feud. amit. in §. sed ne est alia. & vide plura, quæ dixi suprà de feudo dato in vicem legis commiss. in c. fin. & per Iaco. Ardizo. in summa in titu. quib. mod. feudum amit. acquir. sub rubricella de feud. quod datur ad certum seruitium æqui in fi. & per Cano. in c. quæ in Ecclesiarum. & quod ibi per Innoc. extra de consti. facit quod dixit Spec. de lo. §. nunc aliqua. vers. 74. & vers. 84. & vers. 89. & vers. 138. quando autem Vasallus posset excusari ab obseruatione pactorum prædictorum positorum inuestitura, vide plenè per eundem Iacobum Ardizo. in summa in titul. quibus modis feudum amit. sub rubricella excusatur, si dignitas ipsi Vasallo accrescat, & sub rubricella excusatur etiam varijs ex causis, & in pluribus alijs rubricellis ibidem positis. In quibus similes casus declarantur, vbi videas ad plenum & in Spe. de aduoc. §. 1. vers. sed pone.

PER QVOS FIAT INVESTITVRA.

RVBRICA.

Secundum rubricationes antiquas Oberti de Orto non erat hîc aliqua rubrica, vt dixi suprà titulo proximo sub rubrica. Hodie autem vtimur ista rubrica, per quos fiat inuestitura, & per quos recipiatur, &c. & benè. & hoc sensit glossella hîc posita. Et continuatur hæc rubrica ad præcedentem, hoc ordine: Quoniã postquam suprà proximè declarauit, quid sit inuestitura: Nunc verò declarat, quæ personæ posint illam facere, & quæ personæ posint illam recipere. Et sic habet ista rubrica duas partes. De prima parte loquitur textus noster vsque ad §. personam, & ibi postea declarat. De secunda parte vsque ad vers. sed vtrum, &c. vbi respicit vtramque partem, vsque ad §. fœminam, &c. & ibi respicit primam partem vsque ad c. nullam, vbi respicit secundam partem.

Quæro ab extra pro intellectu, quæ differentia sit inter istam rubricam, & illam quæ est suprà, de his qui feudum dare possunt, &c. Et respondeo, quod ibi loquitur in genere de personis, quæ feudũ dare possunt. Sed hîc in specie declarat, cuius qualitatis debeant esse prædicta personæ, quæ inuestituram faciunt.

SVMMARIA.

1 *Feudum vetus quod sit, & quod nouum.*
2 *Inuestitura vetus à minore fieri potest.*
Minor non dicitur alienare, sed alienatũ inuenire, qui veterem inuestituram confirmat: quomodo intelligatur procedere.
Cõsuetudo ibi confirmat cõtractum minoris, non reperitur decretum iudicis. Et quid in vltima voluntate sit dicendum.
Inuestitura simpliciter facta, intelligitur de iusto feudo, nisi aliud sit dictum.
Alienare non intelligitur, qui facit inuestituram de feudo antiquo.
3 *Inuestitura ad quæ referatur bona.*
Paria sunt non facere, & viciosè facere.
4 *Fundus legatus cum pacto ꝙ nõ alienetur, an posit in feudum dari. Et quomodo intelligatur procedere.*
Item, an posit pignori obligare.
Item, an pignoratio propriè sit alienatio.
An infans vel furiosus posit infeudare.
5 *Minori inuestienti de feudo antiquo, an necessaria sit autoritas tutoris vel curatoris. Et quid sit dicendum in feudo nouo.*
An infans vel furiosus posit infeudare.
An minor infans vel pupillus posit recipere inuestituram.
An senex posit infeudare.
6 *Mutus vel surdus, an infeudare valeant.*
Adultus posit suos Vasallos liberare à fidelitate.

INVESTITVRA. Inuestitura veteris feudi potest fieri à quocunque, & si fiat simpliciter, intelligitur facta de iusto feudo, nisi aliud sit dictũ, sed inuestitura noui feudi non potest fieri, nisi ab eo, qui habet legitimam bonorum administrationem. hoc dicit. vsq; ad §. sed & res.

Et præmitte pro euidentia, quod habemus in hac materia feudum vetus, & feudum nouum, vt dixi suprà in præambulis libri in diuisione feudorum. 1 † Nam vetus est illud, quod fuit agnationis communis. Nouum est illud, quod fuit acqui-

ſitum de nouo, vt infr. de gradi. ſucce. in feu. in §. 1. & infr. qui teſtes ſint neceſſarij ad proban. no. inueſti. in c. 1. & in gloſſ. 1. hîc poſita. Fit itaque inueſtitura de feudo antiquo ſiue veteri, quando mortuo domino, vel Vaſallo, petitur renouatio inueſtituræ, vt infr. quæ fuit prima cauſa benef. amit. in prin. Nec cenſetur iſta talis inueſtitura, propriè inueſtitura, quia in ea nulla transfertur poſſeſsio, vt ſupr. titulo proximo in princ. ſed eſt confirmatio antiquæ poſſeſsionis, quæ poſſeſsio ſi eſt iuſta, intelligitur cõfirmata, aliàs non: quoniam iſta confirmatio nullum tribuit ius, ſed conſeruat acquiſitum. Facit in ſimili c. inter dilectos. extra de fide inſtru. Vnde ille, qui inueſtituram facit de tali feudo antiquo, cenſetur confirmare factum maiorum ſuorum, qui tale feudum primitus dederunt. Et ideò poteſt fieri talis confirmatio, etiam ab eo, qui non poteſt alienare. Et eſt ratio, quia nihil facit ſeu diſpenſat de nouo, ſed ſequitur illud, quod fecit ſuus anteceſſor. l. 2. C. ſi aduerſus vendi. pigno. Sed in feudo nouo fit alienatio de nouo. Et ibi interuenit propria inueſtitura per translationem poſſeſsionis, quæ fit de ipſa re feudali, vt ſupr. titu. proximo in prin. Et ideò talem nouam & propriam inueſtituram non poteſt facere, niſi illa perſona, quæ poteſt alienare, & habet liberam adminiſtrationem bonorum ſuorum, vt probatur in iſto text. in prin. quem per prædicta nunc de facili intelligas.

In textu ibi, beneficio, id eſt, feudo, vt inf. in qui. cau. feu. ami. in §. 1. Ibi, de nouo, quod autem ſit nouum & vetus ſupr. dixi. Ibi, minore, ſcilicet, 25. annis. Nam talis ætas intelligitur legitima ad contrahendũ. l. 1. ff. de mino. & not. in l. 1. in prin. infr. de pace iura. fir. Ibi, intelligitur, quaſi dicat, inueſtitura veteris feudi, non tribuit Vaſallo ius in re, ſi non habet. Quoniã ſubintelligitur fieri, ſi quod ius habet in eo quod habet. Ibi, nominatim, ſcilicet, expreſſa re, in qua non poterit fieri inueſtitura iuſtè.

Quod tamen intelligas verum, ſi eſſent alia impedimenta, nam minor non poſſet, vt ſequitur. ibi ſuorum bonorum, ſcilicet, propriorum vel communium ſecundum Iacob. de Belui. vt infr. de notis feud. in §. item ſciendum. Ibi, inueſtiturã facere, ſcilicet, dictorum bonorũ, quę nõ poteſt alie-
2 nare. † Not. quòd vetus inueſtitura fit etiam à minore. Et eſt ratio, quia non alienat, nec infeudat, ſed iam datum à maioribus ſuis confirmat, prout in ſimili videmus, q; minor non reſtituitur in contractu celebrato per maiorem, cui ſucceſsit, vt p̃batur in l. 1. & 2. C. ſi aduerſus vẽdi. pigno. & in glo. 2. hîc poſita, quæ per hoc eſt expedita. Et ad prædicta facit l. 1. & l. magis. §. ſi fundus. ff. de re. eorum. Ex qua collige, quod non dicitur alienare, ſed alienatum inuenire, qui veterem inueſtituram confirmat. Quod intelligas verum, etiam ſi in aliam perſonã transferat. Facit quod not. glo. quæ ſolet allegati pro ſingulari in l. 1. §. penul. ff. de aqua quoti. & æſti. ſecundum Bald. Ex prædictis inferas, quod vbi conſuetudo firmat contractum minoris, non reperitur decretum iudicis. Idem dicimus in vltima voluntate, quod minor poteſt diſponere abſque decreto iudicis & autoritate curatoris. l. Aurelius. §. Gayus. de libe. lega. facit quod no. in Auten. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. Eccle. in fi. & tenet idem Bald. Not. ex iſto text. ibi de iuſta tantùm facta, &c. quod ſi ſimpliciter fiat inueſtitura, intelligitur facta de iuſto feudo, niſi aliud dictum ſit, & non de eo, quod quis iniuſtè poſsidet. argu. C. de proba. l. vis. & de libe. lega. l. Aurelius. §. Gayo. & l. non ſolum. §. ſi hæres. Et ideò communiter apponitur iſta cauſula in inſtrumentis inueſtiturarum, ſcilicet, ſaluo iure omnium perſonarum, &c. Et ex prædictis inferas ſecundum Bald. arg. ad confirmationem priuilegiorum, quòd non intelliguntur cõfirmari, niſi iuſta priuilegia, vt not. in l. ex verbis. C. de dona. inter viri & vxo. vbi etiam dixit gloſ. q; confirmatio in forma cõmuni, nil noui tribuit, ſed roborat quod inuenit. Facit c. quia diuerſitatem. extra de cõceſ. p̃ben. de re iudi. c. cùm inter dilectos. de priuile. quia intentionis. Nam iuri contraria nõ intelliguntur confirmata, ſed intelliguntur impetrata p obreptionẽ, vt not. in l. ſi qua loca. C. de fun. & ſalt. Reipub. lib. 10. de quo per Innoc. & Ioan. Andr. in. c. dudum. extra de decimis.

Not. quòd quicunque habens legitimam adminiſtrationem ſuorum bonorum poteſt in feudum dare, & Vaſallos, & fideiuſſores de nouo acquirere, vt dixi ſuprà, de his qui feudum dare poſſ. in princi. in ſecundo notabili. Et ſic per cõtrarium, ille qui eſt prohibitus alienare, non poteſt de nouo infeudare, & Vaſallos acquirere, vt hîc. & probatur in Auten. de non alie. in §. alienationis. & in l. fin. C. de rebus alie. non alie. de quo per Bal. in l. ſi contra, de vſucap. pro empto. & in l. ea lege. C. de condi. ob cauſam.

Not.

Not. quòd quis non intelligitur alienare de bonis suis, faciendo inuestituram de feudo antiquo. Et est ratio, quia illud feudum iam erat in bonis Vasalli, sicut dicimus de feudo vectigali, qui intelligitur esse in bonis conductoris. l. honorum appellatio. ff. de verborum signifi. Vnde multò magis dicendum est in feudo, in quo plus iuris est apud possessorem. Nam inuestiēs nihil transfert, sed iam translatum corroborat, vt suprà dictum est. & hoc voluit tota glos. 4. hîc posita, quæ per hoc est expedita, & ideò cum feudo computetur in bonis Vasalli, vt suprà dixi, & probatur in tex. Inferri potest, quòd Vasallus debet soluere decimas[a] & collectas, & nō dominus proprietarius, qui nō percipit fructus. l. si pendentes. §. si quid Cloacoarij. ff. de vsufru. & de impen. l. neque. & tenet Bald. Idem dicas de emphiteota & vsufructuario. de quo videas, quòd not. per gloss. in l. obsistere. C. de annonis & tri. lib. 10. & C. de agri. & censi. l. hi pares lib. 11.

3 †Quæro cum glo. 3. iuxta istam literam, quæ vult, quod inuestitura antiqua, nō refertur, nisi ad bona, quæ iustè possidentur, an similiter ista regula eodem modo, procedat de iure communi? Et respondet ista gloss. quod sic, probando per plura exempla. Primò per l. tres fratres. ff. de pact. vbi transactio vniuersalis, non præiudicat in dolo occultantis. sed solùm iustè in possessis facit. l. aduersus. C. de excep. Secundò per legem non solùm. §. si hæres. ff. de libe. leg. vbi testator relinquens liberationem suo administratori nō intelligitur in dubio reliquisse de gestis per dolum. Tertiò per l. qui concubinam. §. si hæres. ff. de leg. 3. vbi hæres rogatus tradere rem, non intelligitur tradere, si cum vicio tradit, sed solùm si iustè. Et ad hoc allegauit ista glo. alias concordantias vsq; ad finem. Ex qua not. quòd qui viciosam possessionem tradit, non videtur tradere, quia paria sunt non facere, & viciosè facere. l. quotiens. qui satisda. cog.

4 †Quæro cum gloss. fin. quid si testator instituit aliquos hæredes, & vni prelegauit fundum, & prohibuit, ne posset alienare dictum fundum, an poterit dare in feudū de alijs bonis suis? Et videretur dicendum quod non, per istum text. quia est impeditus aliquid alienare de bonis suis, &c. Tamen veritas est in contrarium, cùm prohibitio prædicta extendatur solùm ad prohibita, in quibus cùm non posit alienare, non poterit etiam in feudū dare, quinimò nec pignori obligare posset dictam rem ꝓhibitam, vt probatur in l. fi. C. de reb. alie. non alie. & hoc voluit ista gloss. vsque ad vers. sed adhuc quæ benè loquitur.

Intelligas tamen, quòd dicta res prohibita alienari, licet non posit pignori obligari: tamen sub hipotheca generali bonorum posset cadere. arg. in l. quædam. ff. de acquir. re. do. & in Auten. de non alienandis. in §. alienationis. Facit quod dixi infr. de prohibi. feu. alie. per Fe. in prin. secundo notabili. & supr. quibus modis feudum amit. in §. aut si libellario. in 2. not.

Item non intelligas per hoc & ex prædictis, quod pignoratio sit alienatio vera propriè loquendo, postquam non transfertur dominium. l. prima de fundo do. Et per hoc dicit Bald. in d. l. fin. quod in statutis odiosis & penalibus, vbi debemus restringere interpretationem nomine alienationis, non continebitur pignus, nisi fortè extenderetur ad tantam quantitatem, quòd non esset spes luitionis. vt ff. de leg. 3. l. qui habebat. Et idem dicit ipse in testamentis odiosis & penalibus, de quo dicatis, vt ibi per eum.

Oppo. cum dicta glossa contra hanc literam, quòd imò ꝓhibitus alienare posit infeudare, quod patet, quia retinet dominium, vt infr. de inuesti. de re. alie. fac. in §. 1. Et cum appellatione alienationis, cōprehendatur omnis actus, per quem transfertur dominium. l. 1. de fundo do. Igitur infeudatio erit concessa, cùm dominium retineatur, vt suprà dictum est. Solu. dicit gloss. aduertendum esse, quia licet infeudans retineat dominium directum: tamen transfertur dominium vtile in Vasallum, cui infeudat, quod patet, quia potest ipse Vasallus, tanquam dominus vendicare dictum feudum à quocunque posidente, vt probatur in dicto §. primo. Et hoc voluit ista glossa vsque ad versicu. Idem objicitur, &c. quæ benè loquitur. Et ex ea not. quòd alienatio propriè dicitur non solùm si alienetur proprietas, sed etiam si alienetur vtile dominum. Et probatur hoc in d. l. fina. C. de re. alie. non alie. & infr. in §. seq. in prin. Quæ autem sit[b] vendicatio directa, & quæ vtilis, de quibus tangit ista glossa, & quibus competant, vide plenè per gloss. ff. de rei vendi. super rubric. & infr. de capi. Cora. in §. præterea. per glos. & not. infr. de lege Cor. in §. similiter. vbi etiam dixit gloss. quòd Vasallus, qui habet vtilem, præfertur domino, qui habet directam. De quo dicatis, vt ibi.

a Vasallus debet soluere decimas. Adde quid de feudatario. vide p Innocen. in c. pastoralis. de deci.

b Vendicatio. Adde an sit differētia inter vendicare & retinere. vide per Car. Zaba. in c. cura. in secundo notab. de iur. patro. idem Card. in capit. signifi cauit. in primo notabi. de dona. inter vi rum & vxo.

Prædicta tamen non extendas ad Vasallum infeudantem alteri suum feudum. Quoniam licet sit prohibitus alienare, vt infrà de prohib. feu. alie. per Fede. in prin. potest tamen alteri infeudare, vt d. l. 1. in §. illud. & inf. in §. sequenti, de quo plenè not. per gloss. in §. præterea. infrà de capi. Cor. vbi videas.

Oppo. subsequenter cum dicta glossa, quòd imò non obstante prohibitione, quis possit alienare, quod probatur. Quia res a religiosa est prohibita alienari: sed tamen si fiat cum solennitate debita, poterit alienari, vt in Auten. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. Eccle. Similiter probatur ex alio capite, quia res, de qua vertitur litigium, est prohibita alienari, sed tamen finito litigio, tenebit alienatio. l. 3. cum Auten. ibi posita. C. de litigi. Solut. in contrarijs prædictis non est prohibita alienatio vniuersaliter seu generaliter: Hìc autem loquimur, quando alienatio generaliter in quocunq; casu prohibita est, sub qua prohibitione generali comprehenditur omnis species alienationis. d. l. fina. C. de reb. alie. non alie. In contrarijs autem prædictis non erat alienatio prohibita, sed specialiter solũ & ex causa speciali, vcz, qa erat litigiosa vel religiosa. Vnde dicta specialis prouisio nõ derogat generalibus ꝓuisionibus & solennitatibus, quæ alienationes dictorum bonorum in suis debitis casibus admiserunt cum appellatiõe speciei, non contineatur genus, nisi in vno casu posito in l. statu liberi à cæteris in fin. ff. de sta. libe. Neque b appellatione partis contineatur totum, nisi specialis casus reperiatur in contrarium, vt ff. de lega. 3. l. vxo. nomen. & C. de hæred. insti. l. 2. cum si. Et hoc voluit ista glossa vsque ad finem, quæ benè loquitur. De qua materia, videlicet, vtrum res prohibita c alienari possit per aliquem contractum transferri? dic per Gloss. & Docto. in l. 2. C. de vsucap. pro empto. Vtrum autem possit præscribi d dicatis, vt ibi & infrà. l. fin. C. in quibus causis in integrum restitu. non est neces. Et dixit Bald. in d. l. 2. & Cy. in d. l. fin. & sentit Bart. in l. filiusfa. in §. diui. quod res ꝓhibita alienari per testatorem, si vendatur per illum, cui testator mandare non potuit, efficietur præscriptibilis. Secùs autem si vendatur per illum, cui potuit mandare, & ita de facto consului in quæstione ardua, quod quidem consilium meum laudatum fuit per famosos Doct. d. Paul. de Castr. & do. Florianum de bo. qui se subscripserunt. Circa verò aliud membrum, de quo tangitur hìc per gloss. videlicet, an remoto genere, videatur remoueri quælibet species. dic per Gloss. & Doct. in l. si causa. C. de transac. & per Dyn. de regu. iur. lib. 6. De materia verò, quando totum includit partem, vel econtrà. dic vt in l. in toto. ff. de reg. iur. & de except. rei iudi. l. si quis cùm totum.

5 † Quæro ab extra pro declaratione, quia hìc dicitur, quòd etiam minor potest inuestire de feudo antiquo, an requiratur tutoris autoritas, si est pupillus, vel curatoris si est adultus? Respondeo quòd si pupillus habet tutorem, quod tunc requiratur eius autoritas. insti. de tutelis. in prin. & in §. tutor. Idem puto in adulto habente curatorem. Sed si non habent, benè poterunt ipsi soli inuestire. argu. huius literæ. Si tamen reperirent se læsos, possent restitui. l. si curatorem. C. de in integrum restitu. Facit ad prædicta. l. de pupillo. in prin. & in §. nunciare. ff. de opp. no. nun. & tenet Iaco. Ardizo. & etiam Iacob. de Belui. per l. sancimus. ad Trebell. Quinimò dixit dictus Iacob. de Beluisio plus, quod etiam si pupillus haberet tutorem, quòd nihilominus posset inuestire absque tutore per l. magis. §. si pupillus. ff. de reb. eorum. Quod non puto esse verum per prædicta. Feudum autem nouum nõ posset dare pupillus etiam cum autoritate tutoris, quia talis infeudatio æquiparatur donationi, vt suprà de feudo dato in vicem legis commis. in c. 1. & infrà in quibus causis feudum amittatur. in fi. Donatio autem etiam cum autoritate tutoris non posset fieri. l. fi. C. si maior. fac. Facit l. 1. in prin. & in §. sed nonnullos. ff. de tutel. & rationibus distra. & hoc tenet Iaco. de Belui. Quid autem in infante vel furioso? dic, quòd non potest e inuestire etiã de antiquo. Facit l. potuit de iure delibe. secundum Iacob. de Bel. sed eius tutor vel curator debet inuestire, per not. in d. l. potuit. & l. si infanti. eodem titu. & tenet etiã Iac. Ardizo. Sed quid in casu contrario, an minor infans vel pupillus possint recipere inuestituram? dic, vt dixi infr. si de feud. fue. contro. in c. si minori. & inf. eod. in §. personam in quæst. penult.

Quæro an senex possit infeudare? dic quod sic. arg. in l. senex. C. de donatione. & tenet Iacob. Ardizo.

6 † Quæro, an mutus vel surdus possint infeudare? Et dicit idem Iacobus, q; sic. per l. id quod. §. & mutus. ff. de dona. De quibus

a
Res religiosa est prohibita. Adde Ioan. And. in c. verum. de cõdi. appo. in nouella.

b
Appellatiõe partis. Adde l. Titia. ff. ad l. fal. l. Luci⁹ Titius. iũcta glo. in verbo. hæreditate. ff. de leg. 1. & an venit dimidia. vide p Bar. in l. 1. C. quãdo & quib⁹ quart. pars debeatur lib. 10. Domi. in c. 2. de deci. lib. 6. Abb. in c. cùm sint homines de deci. Phili. in c. indẽnitatib⁹. in §. cæterùm de elec. lib 6. Barb. cons. 51. inci. clementissimũ Deũ in 4. volu.

c
Res ꝓhibita aliena. Adde an res prohibita alienari, videtur prohibitus relinquere in vltima voluntate. vide per Phil. de Frãchis in rubri. de testa. in repet. lib. 6. in prin. 34. col.

d
Vtrum autẽ possit ꝑscribi. vide per Bal. in l. 1. C. de ser. fugiti. & Abb. in c. cũ non liceat. de præscrip.

e
Quod non potest inuestire. Adde Dy. & Bar. in l. quã uis. in §. si ff. de acqui. pos. Bal. in l. donatorum. C. de acqui. pos.

quibus quæstionibus per ipsum in summa sua charta 3. de Vasallo vniuersitatis.

Quæro an adultus posit suos Vasallos liberare à fidelitate? & dic idem, quod in seruis per l. si minor. de seruis expor. & per Bald. in l. 1. ff. de rerum diui. 1. q. 19.

Vltimò ad materiam præsentem videas aliqua quæ dixi suprà de his, qui feudum dare poss. in prin. & in d. c. si minori. infrà si de feu. fue. controuer. & infr. quæ fuit prima causa benefic. amit. in princ. & infr. de prohib. feud. alie. per Feder. in §. præterea si quis. & quod ad propositum nostrum dixit Bald. in l. 1. ff. de rerum diui. in quæst. 4. & in versic. 18. per Cano. in c. 2. extra de feud. & extra de confir. vtili vel inutili. in c. cùm dilecte. & extra de priui. in c. ex parte. in fin. & plenè per Iac. Ardizo. in summa sua charta 3. sub rubricella, quando minor potest inuestire, & sub rubricella seq. & in titu. de contentio. feud. sub rubricella, qualiter in causa debeat procedere circa medium. & in titu. quib. mod. feud. acqui. vltima charta. sub rubricella si inuestitura est de suo feu. &c. & de c. extraor. in §. cum veteri. & per Hostien. in summa tit. de feu. §. per quos.

SVMMARIA.

1 *Alienari prohibitum non potest transferri per feudum.*

2 *Agnatis conceditur, quod extraneis negatur. & quæ sit ratio.*

Agnati & extranei æquiparantur in contractibus. Fallit.

3 *Agnatus Vasallus extraneo in feudi emptione præferendus.*

Agnatus dans iustū precium, extraneus verò vltra iustum precium, quis sit præferendus.

4 *Vasallus an possit feudum vendere sine licentia domini, vel etiam infeudare. & quomodo procedat.*

5 *Vasallus hodie feudum agnato poterit alienare.*

6 *Hæres emens partem feudi à cohærede, an teneatur inuestituram petere pastus emptæ.*

7 *Vasallus quando alienet feudum in fraudem agnatorum.*

8 *Agnatus proximior in feudo, an admittatur infeudante mortuo.*

SED ET RES. Suprà proximè declarauit de persona, quæ est prohibita alienare, vtrum posit infeudare: Nūc verò declarat de re, quæ est phibita alienari, an posit in feudū dari. Et diuiditur iste §. principaliter in duas partes, vsq; ad §. personam. Quoniam in prima parte ponit vnam regulam, quæ talis est, quòd res, quæ est prohibita alienari, nō potest in feudū dari. In secunda parte excipit duos casus à d. regula: Quorum primus talis est, vcz, quando ipse Vasallus habens feudū paternum vult vendere illud proximiori agnato, qui post eum erat in d. feudo successurus. nam licet Vasallus sit prohibitus alienare secundum formam cōsuetudinis feu. Potest tamen suo agnato proximiori illud vendere, etiam pro eo precio, quod posset habere ab extraneo, Secundus casus, in quo d. regula fallit, est, quando d. Vasallus vult dictum suum feudum transferre in aliū ex titu. feudi, etiam mediante precio, dummodo non facias in fraudem, quoniam si fieret fraus, posset reuocari à posidente per proximiorē agnatum ipsius alienantis, restituto eodē precio, ipsi posidenti. secunda ibi, nisi in casu. & hæc diuisio sufficiat etiam pro summario. Præmitte pro euidentia, quòd ex antiqua consuetudine feudorum, regulariter erat interdicta feudi alienatio, vt infrà qualiter olim feud. pote. alie. in princ. quod hodie indistinctè firmatum est, per l. Lotharij & Federici. vt infrà de prohibi. feud. alie. per Lotha. & de prohi. feu. alie. per Fed. quoniam super hac prohibitione olim erant variæ cōsuetudines, secundum diuersitatem curiarum, prout latè dixi suprà de feud. alie. in prin. & in primo nota. Item scias, quod licet sit interdicta feudi alienatio: Tamen non est interdicta feudi infeudatio, quoniam Vasallus potest suum feudum, & olim & hodie, alteri infeudare, dummodo infeudet æquali & sine fraude, vt latè no. per glo. infrà. de capi. Cor. in §. præterea. Item scias, quòd feudum potest etiam per pecuniam acquiri & dari. vt dixi sup. de benef. fratris in c. 1.

In text. ibi, prohibetur à lege seu à consuetudine, vel à testatore, seu ex conuentione partium, vt in l. fi. C. de re. alie. non alie. Ibi. per beneficium, id est, per feudū, vt exposui suprà in prin. tit. super text. Ibi, à cōmuni patre. Ex hoc patet, quod loquitur de feudo paterno, vt infrà de gradi. in §. 1. & infr. de na. suc. feu. c. 1. Ibi, antiquam consuetudinē, de qua fit mentio infr. qualiter olim feu. po. ali. in prin. Ibi. pro æquali precio. Ex hoc patet, quòd feudum potest per precium dari & acquiri, vt suprà dixi. Ibi, volenti, prout poterat haberi ab alio extraneo, & sic præsupponit iste text. quòd si agnatus non vult emere pro æquali precio, q̄d poterit vēdi feudū alteri extraneo. Quod intelligas verum secundū Bal.

 & And.

& And. de Iser. domino requisito. l. qui Romæ. §. cohęredes. ff. de verb. obli. aliàs perderet feudum per dictam. l. 1. infrà. de prohi. feud. alie. per Fed. Ibi, cuilibet dare potest, subaudi, dummodò æquali & eadem lege, & sine fraude, vt infrà, de. l. cor. c. 2. §. similiter. & infrà, qualiter olim feud. po. alie. in §. 1. & §. præterea. suprà alleg. Ibi, in fraudem, qualiter intelligatur fieri fraus, statim dicam in gloss. quæ hoc tangit. Ibi, consuetudinis, vt probatur in d. §. 1. infrà, qualiter olim feud. po. alie. Ibi, legis nouæ, quæ est infrà, de prohi. feud. alie. per Loth. in l. 1. in fin. Ibi, bonæ memoriæ, quare hoc dicatur declaraui in d. c. 1. in princip. super text. infrà, qualiter olim feud. po. alie. Ibi, inuesti. facta secundo Vasallo in fraudem. Ibi, à te, scilicet, agnato. Ibi, proximiori, scilicet, agnato. Ibi, precio, subaudi, ipsi secũdo Vasallo, qui non participauit fraudem emendo, sed fuit bonefidei, quia aliàs secùs, vt infrà de prohi. feud. alie. per Fe. in §. calidis. cùm ibi no. Et hoc etiam tenuit glo. 1. hîc posita, vt super ea dicam. Ibi, tibi, scilicet, agnato.

1 † Op. regulam quòd res prohibita alienari, non potest per feudum transferri. Et est ratio, quia ipsa infeudatio, sapit naturam alienationis cùm transferatur dominium vtile in Vasallũ, adeò quòd ipsum feudum intelligitur esse in bonis Vasalli, vt dixi suprà, in princ. tit. in vl. no. facit in Auten. de re alie. non alie. in §. alie. & d. l. fi. C. de re. alie. & per Inno. in c. 1. extra de feud. Res autem feudalis benè posset infeudare alteri per Vasallum, vt not. in §. præterea. inf. de capi. cor.

2 † Not. casum in quo aliquid conceditur agnatis, q; extraneis denegatur. Quod patet, quia Vasallus potest vendere feudũ agnato suo, non autem extraneo. Et est ratio ista venditio quæ fit in agnatum, censetur potius quædã refutatio quàm alienatio, vt inf. de alie. feud. pater. in prin. Nam ratio coniunctionis multotiens facit aliquid licere, quòd aliàs non esset licitum, vt probatur in l. in persona. ff. de pact. & in l. officij. ff. de cõtrah. emp. cùm si licet, quãdoq; ratione alicuius suspicionis reperiamus cõtrariũ, vt in l. fi. C. vbi pupil. edu. & hoc voluit gl. hîc posita, quæ p hoc est expedita in sui prin. vsq; ad ver. hîc ergò dicitur, &c. Et similiter tota gl. 3. quæ ad idem tendit. Sed tu dic, quòd in hac materia regula est, quòd in contractibus æquiparentur agnati & extranei, vt alienatio possit fieri pariter agnato & extraneo, nisi reperiatur esse cautum contrarium, vt probatur in l. dudum. C. de contrahen. emp. In quibus autem casibus fiat differentia, ibi not. per glo. Sed quantum ad propositum nostrum, dic secundum Iaco. de Bel. quod ista regula fallit.

Ratione pietatis. l. antepe. ff. de pact. Vel ratione affectionis, vt l. lex quæ tutores. C. de admi. tu. Vel ratione prohibitionis factæ à testatore, vt C. de fideic. l. 3. Vel quãdo alienatio habetur pro refutatione, quia nullum fit alteri præiudicium, vt hîc. Fallit etiam ratione imminentis suspicionis, vt in d. l. fin. vbi pupi. educa. Vtrum autem valeat statutum de agnatis & consortibus præferendis in rebus alienatis, dic per Docto. & Bald. in d. l. dudum.

3 † No. q; vbi Vasallus de licentia domini vult vendere feudum, debet agnatus Vasallus præferri extraneo in emendo, dummodò offerat tantum precium, quantum extraneus, vt hîc. Quinimò etiamsi in redimendo ipsum feudum concurreret dominus & agnatus, debet adhuc præferri ipse Vasallus domino, vt infrà, qualiter olim feud. pos. alie. in §. pe. Vbi verò agnatus non vult dare dictum precium, tunc poterit fieri in extraneum, vt hîc.

Intelligas tamen, quòd dicta venditio non præiudicabit agnatis succedere debẽtibus, nisi donec vixerit ipse Vasallus alienans, quoniam eo mortuo, reuocabitur talis venditio per agnatum proximiorem, & precio non restituto, vt in c. si Titius. inf. si de feud. fue. controuers. & dixi suprà, de succ. feud. in §. hoc quoq;. Nisi ipse agnatus concessisset dictæ alienationi, quia tũc non admitteretur ad reuocandũ, vt in d. c. 1. in princ. infrà de alie. feud. pater. Quid autem si agnatus vult dare iustum precium, extraneus verò vltra iustum, quis tunc debeat præferri, & Bald. disputat istam quæstionem in l. 2. in fin. C. de rescin. ven. Et tandem determinat pro extraneo, contra agnatum, quia iustum precium intelligitur secundum quod potest haberi. ar. C. communi di. l. ad officium. C. de sac. sanc. eccles. Auten. hoc ius porrectum. ff. de rei ven. l. in feudo. & ff. de bo. Auten. iudic. pos. l. prætor. §. in eum. & probatur hæc pars. in l. 2. & 3. C. si propter publi. pensi. fa cit. l. fin. de iure emphi. Et intelligit prædictam determinationem, dummodò fiat sine fraude, & conclusione, vt patet. ff. de in diem adiect. in rubric. De qua quæstione Specul. per Ioan. Andr. in addi. in tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum.

iuxta

iuxta fi. Et hanc partem teneo, quia casus videtur in isto §. qui simpliciter loquitur.

4 † Nota, quòd licet Vasallus non posit etiam cum licentia domini, vendere suum feudum extraneo, vbi agnatus est paratus tantum dare, quantum extraneus, poterit tamen idem feudum alteri infeudare, etiam inuito agnato, vt hîc in vltima parte. Et est ratio, quia retinet ius in re, nec hoc reperitur prohibitum, vt plenè not. per gloss. in d. §. præterea.

Oppo. cum gloss. 1. versic. hic ergò dicitur, &c. contra hanc literam, & id, quod dixi in penultimo notabili. In eo, videlicet, quod agnatus proximior præfertur extraneo emptori in feudo, dũmodo offerat ipsi emptori preciũ, quod exbursauit. Sed contrà, q, imò emptori non debeat restitui precium, postquam scienter emit rem alienam, seu alteri obligatam, vt in l. si fundum. C. de euic. Solutio: Intelligas istum textum, quòd iste emptor erat bonefidei: contrarium verò loquitur, quando esset malefidei. Et hoc voluit ista glossa vsque ad versicu. licet sit, &c. quæ benè loquitur. & de hoc dixi super text. allegando. §. callidis. infrà de prohibi. feud. alien. per Federi. vbi gloss. hoc disputat.

Oppo. cum dicta gloss. contra proximè dicta, quòd imò emptor scienter emẽs rem obligatam, debeat habere precium, quod exbursauit, vt est casus in l. fi. in §. penultimo, C. communia de lega. Et ista glossa non soluit, nisi ipse remisit pro solutione ad distinctiones Pyl. Sed tu soluas, quod in dicto §. penultimo. ideò potest repeti precium, quia empto ibi sciebat rem esse vendentis, & in veritate erat vendentis, licet in se haberet conditionem: quod autem suprà dictum est, habet locũ, quando emptor sciebat rem non esse ipsius vendentis. Et ita not. in dicto §. penultimo. Et est ratio, quia in dicto §. penulti. venditor habebat plus iuris in re, quàm in d. l. si fundum. vt not. in l. prima in fine. C. de præscriptione triginta annorum.

Oppo. subsequenter cum dicta glossa in versicu. item hoc intelligo, &c. contrà ea, quæ præsupponit ista litera in fine. vt si Vasallus per fraudem infeudauerit, quod rescindatur inuestitura, &c. Sed contrà, quia non est opus, quòd rescindatur cùm ipso iure nulla sit, vt infrà de prohib. feud. alie. per Fede. in §. nos autem. Et respondet ista gloss. fatendo contrarium, quod etiam iste textus non negat, quia benè verum quod est nulla: sed tamen de facto rescinditur, & declaratur nulla. Non autem intelligitur, quod de iure tenuerit, prout alibi in simili not. per gloss. in l. secunda. C. de rescin. vendi. Et per hoc est expedita ista glossa vsque ad versicul. & quod dicitur, &c. quæ benè loquitur. Facit quod no. glo. in l. 1. & §. 1. ff. de ferijs, vbi videas pro intellectu.

5 † Quæro cum dicta glossa, vtrum Vasallus posset alienare feudum agnato? & dicit, quod sic. Nec obstat iste textus, qui dicit secundum antiquam consuetudinem, &c. quia cùm non reperiatur mutatum, debet & hodie obseruari. l. sancimus. C. de testam. Et ex hoc infert gloss. quod si duo hæredes succedant, quod vnus potest vendere & locare alteri partem suam, vt probatur infrà de aliena. feud. c. 1. siue possideant pro diuiso, siue pro indiuiso, vt probatur infrà, si de feud. fue. controuers. in capitulo omnes. & infrà de notis feud. in §. item sciendum. licet glos. ad hoc nihil allegauerit, nec determinat, & hoc voluit ista gloss. versic. item nunquid, &c. quæ benè loquitur. Et est ratio, quia est potius inter eos quidam refutatio, vt supr. dictum est. facit c. Titius. infrà si de feud. fue. contro. & tenet Iacob de Bel.

6 † Quæro subsequenter cum dicta glo. iuxta proximam quæstionem, quid si duo sunt hæredes in eodem feudo, & vnus vendat suam partem alteri, an iste, qui emit dictam partem, teneatur petere inuestituram pro ea parte, quæ nouiter in eum translata est, fidelitatem facere, an posit eam retinere simul cum alia parte, absque inuestitura? Et ista glossa ad hanc quæstionem non respondet, sed se remittit ad ea, quæ alibi dicet. Et hoc voluit vsque ad finem: vbi autem glossa hoc dicat, dixit Petrus de Cert. se nescire. Aliqui dicunt, quòd hoc tractauit. infr. de prohibi. feud. alie. per Fed. Alij dicunt, quod in summa. Sed ego in nullo istorum locorũ reperio, vnde puto, q, voluerit se remittere ad ea, q̃ dixi in d. c. omnes. inf. si de feu. fue. cõtro. Veruntamẽ reperio hanc quæstionẽ latius disputatam per Iac. Ard. in sum. titu. quib. mo. feu. acqui. sub rubricella, an frater de parte sua inuestitutus, &c. quem sequitur hîc d. And. de Iser. qui sic determinauit, q, si d. hæredes iã fuerant inuestiti de eorum partibus, ita q, quilibet fecit fidelitatem. Si postea vn° alienet alteri partẽ suã, tũc ille, q acqsiuit eã partẽ, habebit necesse petere inuestit. à domino, & fidelitatẽ facere, ꝓut faceret quilibet successor. Et eodẽ modo si ex de-

ex delicto alterius dicta portio deuenerit ad iſtum alium, vt infrà, quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. in §. fin. & infr. ſi Vaſallus feu. priuetur in c.1. Si verò agnatus ille, qui alienauit in dictum ſuum cohæredem, nondum agnouerat partem ſuam, vel alio modo perdit, quia non petijt inueſtituram infra tempus debitũ, & tunc dicta portio accreſcit huic alteri cohæredi habenti aliam partem. Vnde quia iure accreſcendi habet, non eſt neceſſe inueſtituram petere de eo, quod accreſcit, vt in Auten. de hæred. & fal. in §. ſi quis autem. quaſi ſufficiat de ſua parte feciſſe fidelitatem, nec attenditur accreſcentia. argu. ff. de hæredi. inſti. l. liber homo. §. Titius. ff. de acquiren. hæred. l. ſi quis hæres inſtituatus.

7 †Quæro cum gloſſa ſecunda pro intellectu literæ, quando Vaſallus intelligatur infeudare in fraudem agnatorum, vel domini? Et pro reſponſione ponit tria exempla. Primum eſt, ſi iſte Vaſallus erat caſtè natus, id eſt, tam frigidus, vt generare non poſsit, ex quo clarum quod feudum erat peruenturum ad proximiorem agnatum, & ſic alteri infeudando videbatur ipſum fraudare. Quis autem dicatur eſſe caſtè natus, not. per gloſſ. in l. ſed eſt quæſitum. §. ſpadonem. ff. de libe. & poſtu. & in l. ſi ſerua. §. ſi ſpadonem. ff. de iure doti. & text. in l. ſpadonum. ff. de verb. ſigni. Secũdum exemplum eſt, quòd Vaſallus erat tam ſenex, quòd non poterat generare, quod quando intelligatur eſſe, no. in l. inuiti. ff. de teſtibus. & ff. de adop. l. ſi pater. §. in arrogationibus. Tertium exemplum eſt, vt ob hoc inueſtiuerit, vt fraudaret agnatos, & eos priuaret, ſicut dicimus in debitore, qui alienat bona ſua, vt fraudet creditores, vt probatur in l. 1. in fin. cum ſeq. & ſeq. ff. quæ in frau. credito. & quod no. in l. Fulcinius. in §. quid ſit. ff. ex quib. cauſis in poſſeſſ. ea. Et hoc voluit tota iſta glo. vſque ad finem, licet non ita plenè & clarè locuta ſit. Tu vltra gloſſam addas aliud exemplum, vt quia accepit precium in fraudem ſub colore inueſtituræ. in d. §. calidis. infr. de prohibi. feu. alie. per Fed. & ibi dixi. & infrà qualiter olim feudũ poterat alienari. in §. primo.

Oppo. cum gloſſa finali contra iſtum text. quòd imò agnatus proximior vendicet iſtud feudum, etiam nullo reſtituto precio emptori, quoniam eſt feudum antiquum acquiſitum ab anteceſſoribus ſuis, in qua Vaſallus alienans non potuit ſibi præiudicare, vt dictum feudum tranſeat in alium extraneum, poſt mortem ipſius alienantis. argu. in l. 2. C. de bonis mater. Et reſpondet iſta gloſſa fatendo contrarium, quando iſte agnatus, qui vult vendicare, non ſucceſsiſſet ipſi alienanti in alijs bonis proprijs. Quo caſu, abſque reſtitutione precij vendicabit, ſed vbi ſucceſsit alienanti, nedum in bonis feudalibus, ſed etiam allodialibus & proprijs: tũc tenetur dare precium, vt hîc. Et hoc voluit tota iſta gloſſa, de quo latius videas in c. 1. infr. an agnatus vel filius re. hære. &c.

Oppo. ab extr. de c. 1. infrà de feud. non habente propriam naturam feudi. & de c. penult. infrà ſi de feud. fue. controuer. In quibus apparet, quòd Vaſallus poteſt alienare feudum ſuum liberè ſine conditione alicuius. Solut. ibi eſt ſpeciale in feudo illo non habente propriam naturam feudi.

Oppo. de dicto capitulo Titius. infrà ſi de feud. fue. controuer. quod obſtare videtur in duobus. Et primò, quia agnatus ibi reuocat, non reſtituto precio. Secundò, quòd agnatus excluditur à reuocando per lapſum anni. Solut. quantum ad primum dicas, quòd illud eſt verum, quando reuocatio fit poſt mortem alienantis per ipſum agnatum, vt dixi ſupr. in tertio notabili. Vbi autem reuocatio fieret in vita per filios, qui in continenti reuocare poſſunt: tunc eſt neceſſaria reſtitutio precij, vt ibi. Ad aliud autẽ, quod per lapſum anni excludatur agnatus à reuocando, habet locum, quando alienatio eſſet facta in alium agnatum: ſecùs autem ſi eſſet facta in extraneum, quia tunc requirerentur anni triginta, vt dixi in d. c. Titius. in ſecunda oppoſitione.

8 †Quæro ab extra pro intellectu eorum, quæ hîc dicuntur, videlicet, quòd Vaſallus poteſt alteri infeudare etiam inuito agnato, dummodo nõ faciat in fraudẽ &c. An mortuo infeudante reſoluatur ius acceptoris, & admittatur agnatus proximior, an remaneat feudum eidem acceptori, excluſo agnato? Et dictus Andre. de Iſernia tenet, quod proximior agnatus admitti debet, dicens, quòd iſta talis infeudatio valeat tantùm in vita Vaſalli infeudantis, ſed poſt mortem eius veniat agnatus proximior iure ſuo, vt reuocet etiam ſi fuiſſet facta dicta infeudatio. Multò magis ſi fuiſſet facta in fraudem, quia in hoc non facit differentiam, quantum ad perſonas ipſorum agnatorum, vt ſolùm in

vita

vita sua posit dictus Vasallus præiudicare agnatis. argu. ff. de contrahen. emptio. l. qui tabernas. Sed quantum ad personam domini dicit habere locum, quod habetur inf. qualiter olim Feud. po. alie. in capitulo primo. Et hanc sententiam videtur tenere Iac. Ard. in sum. charta 4. in tit. qui. mo. feu. acquir. sub rubricella, si in fraudem feudum detur, &c. Et sub rubricella si primus vasallus decedat sine herede, etc. Et suadet ratio, quia sicut non potest per testamentū disponere post mortem suam, vt suprà de successione feudi in principio. Quinimò nec pro anima iudicare[a] ad pias causas, vt infr. qualiter olim feud. po. alie. in §. donare. & infr. de prohibi. feud. alie. per Federi. post princip. Multò minus per inuestituram inter viuos, quæ trahat suas vires, post eius mortem ad tollendum iura agnatorum. argumen. ff. de dona. causa mor. l. si aliquis. & l. senatus. §. si quis. Et hanc opinionem expressè tenet Specu. in titu. de feud. §. quoniam. versic. 38. dicens, quòd talis infeudatio non præiudicabit agnatis, nisi in vita Vasalli infeudantis & filiorum suorum. Hoc idem sensit glossa hic posita, & Bald. Et per hoc videtur debere limitari, tota ista materia de Vasallo infeudante alteri. de qua plenè per gloss. in dicto §. præterea. infr. de capi. Cor. Et vide ad prædicta, quòd dixi suprà de controuer. inuestit. in §. rursus, in primo nota.

Vltimò ad materiam præsentem vide alia, quæ dixi suprà de alie. feud. in princi. & in d. §. præterea. & infr. qualiter olim feud. po. alie. in prin. & in §. porrò. & infr. si de feud. controuer. in c. beneficium. & in pluribus remissionibus ibi adductis. & supr. de controuersia inuestituræ in §. fina. & per Iaco. Ardizo. in summa sua plenissimè in quarta charta, sub rubricella de personis & rebus, quæ alie. & alienari non possunt cum seq. & seq. rubricella in precio dato feudum dari posit feudum, &c. charta quinta.

SVMMARIA.

1 *Liberi omnes & serui, de feudo possunt inuestiri, & quomodo.*
2 *Feudum seruo alieno datum, an sibi vel ipsius domino acquiratur.*
3 *Inuestitura serui ignoranter inuestiti, an teneat.*
Seruus an posit feudum dare, & alium inuestire.
4 *Infans an posit inuestiri, & sine tutore feudum acquirere.*
5 *Seruo scienter inuestito à domino moriente, ad quem reuertatur feudum.*

PERSONAM VERO. Suprà in princip. titu. declarauit de prima parte rubricæ, videlicet de personis, quæ faciunt inuestituras. Suprà verò proximè in §. præcedenti declarauit de rebus, quæ per inuestituram conceduntur. Nunc verò in §. declarare intendit de secunda parte rubricæ, videlicet, de psonis, qui recipiunt inuestituram. Et in summa hoc vult, quælibet persona potest regulariter recipere inuestituram, siue sit liber, siue seruus, dummodo non intercedat ignorantia infeudantis. hoc dicit.

In textu ibi, distinguimus, & sic omnis liber potest recipere inuestituram, secundum Iaco. de Bel. per istum text. ibi ignorantia, scilicet, ipsius inuestientis secundū prædictum Iaco. de Bel. Not. nullam esse adhibendam distinctionem inter personas recipiētes inuestituras, quia nō refert qualis sit, put in simili alibi videmus, q̄d nō refert, à quo fiat, dūmodo fiat, vt no. in l. si. C. de dona. q̄ sub modo. & in gl. 1. hic posita, q̄ per hoc remanet expedita. No. quòd ignorantia domini adhibita in inuestitura sibi non præiudicat, quod patet, quia si inuestiat seruum, putans ipsum liberū, nō valet. Et est ratio, quoniam si sciuisset ipsum esse seruum, verisimiliter non inuestiuisset, vt eleganter dixit text. in l. fideicō. §. si seruo. ff. de lega. 3. Probatur à simili, quia si cōtraho matrimonium cum serua, putans ipsam esse liberam, non tenet matrimonium, vt in c. 1. 29. quęst. 2. & in Auten. de nupt. in §. si verò. & in gloss. 2. hic posita, quæ per hoc est expedita in prima sui parte. Qualis autem error, & quando impediat matrimonium. dic, vt ibi no. in glo. summæ. & per Doct. in c. 2. de coniu. seruo. & per nostros Doct. in l. si cùm dotem. in §. fin. ff. solu. matr.

1 †Not. quòd omnes liberi pariter & serui, regulariter possunt de feudo inuestiri, quemadmodum in simili dicimus, quòd possunt pariter institui hæredes, vt in l. nō minus. ff. de hæred. instit. & in gloss. 2. hic posita in fi. quæ per hoc est expedita tota.

Et intellige semper, nisi ignorantia intercedat, vt suprà dictum est. Nam de facili potest hæc talis ignorantia interuenire, cùm difficile sit cognoscere seruum à libero, vt in l. qa difficile. ff. de cōtrah. emp.

Oppo. ab extra dupliciter contra hanc literam, quòd imò seruus non posit in-

[a] Nec pro anima iudicare. Adde de Lud. Ro. singulari. 54. incip. tu scis, quòd Vasallus. Cald. in ti. de feud. consi. 10. Lud. Ro. cons. 99. incip. præsens statuti particula. & per Pe. de Anch. cons. 411. Fallit si sit feudū francum, quia talis alienatio pro anima tenet secūdū Bald. in c. inter dilectos. ver. sed nunquid de fide instru. Bal. in l. si plures. C. de condi. inter Bal. in Auten. nisi rogati. ver. & fuit quæstio de facto. C. ad Tre. Fallit secūdò, si feudum trāsiret in Ecclesiam simul cū Vasallo, quia tenet alienatio, donec naturaliter viuit vasallus, ingrediens monasteriū, vt per Inn. & Doct. in c. in præsentia de proba. gloss. & Bal. in c. 1. de benefic. fœmi. in vsi. feu. Saly. in Auten. ingressi. C. de sacrosan. Ecc. Ioan. And. in addi. Spe. tit. de sta. mo. in §. 1. vers. 45. & an potest dare in dotem glo. Hosti. & Io. And. in c. 2. de feu. Inn. & Doct. in c. nuper. de dona. inter vir. & vxo. Spe. ti. de feu. in §. 2. ver. 19. Ioan. An. in addi. Spe ti. de loca. in §. nunc aliqua. ver. 99. Rota decis. 199. inci. pater potest dare feudum in nouis decisionibus, & per Ludo. Ro. con. 457. inci. omnipotentis. circa propositam. ad fin.

a Nõ poteſt eſſe miles. Adde Iac. Alua. in c. 1. in §. ſi miles ruſtic9. ver. non legitimum militem. infr. de pa. tenen.

ueſtiri de feudo, quoniam feudatarius inueſtitus cenſetur, & reputatur miles, vt ſuprà de feu. ſine culp. non amit. in c. 1. & 2. cum ibi not. Seruus autem non poteſt eſſe [a] miles. l. ſuper ſeruis. C. qui mili. non po. ergò, &c. Item & ſecundò, quia per inueſtituram feudi, quis conſequitur nobilitatem, vt infr. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio, c. 1. in §. cæteri: Seruus autẽ non poteſt adipiſci dignitatem. l. fina. C. qui mili. nõ poſ. Quare iſta deciſio videtur non bona. So. quandoq; dominus inueſtit ſeruum proprium ſcienter, dando eidem feudum, & tũc lex immediatè facit ipſum liberum. d. l. ſuper ſeruis. & ſentit iſte text. dum præſupponit, quòd ipſe ſeruus inueſtitus poſsit ipſum feudum obtinere. Nam domino ſuo non conuenit, quia ſequeretur, quòd dominus daret ſibi ipſi, ſed hoc eſt impoſsibile de iure, quia debet eſſe differentia inter dantem & accipientem. ff. de rerum permu. in l. 1. & de lega. 1. l. cum filio. Sed quandoque dominus ſerui, inueſtit ſeruum alienum, & tunc aut ſibi dedit, vt acquiratur ipſi ſeruo, & contemplatione ipſius ſerui, & domino ſciente & patiente, & tunc ad hunc idem dicendum, vt efficiatur liber per ſupradictas rationes. Sed ſi dominus ſerui ignorauit, quòd ſeruus ſuus inueſtiretur, vel etiã pone, quod ſciuit: ſed fuit dictus ſuus ſeruus inueſtitus contemplatione ipſius domini: tunc tale feudum acquireretur domino ſerui, neque ſeruus efficeretur liber. argu. inſti. per quas perſo. nobis acquiritur. in §. item ſerui. & ff. de acquir. hæred. l. placet. Nam feuda poſſunt acquiri per alium, vt ſtatim patebit in §. ſeq. Et prædicta ſunt etiam de mente And. de Iſern. licet non ita plenè & clarè tradat.

2 †Quæro ab extra, quid ſi dedi feudum ſeruo alieno, cùm hoc ſibi, & non domino ſuo acquiratur, & hoc expreſſè dixi, an acquiratur tunc alicui ipſorum? dicit idem Andr. de Iſer. quod non. Nam non acquiritur domino, quia ego nolui, quòd acquireretur, & illã prohibitionem potui adijcere, vt in Auten. excipitur. & ibi per Bar. C. de bo. quæ li. & l. fi. C. de vſufruct. Facit regula in l. in re mandata. C. manda. neque etiam acquiritur ſeruo, cùm pro nullo reputetur. l. quod attinet. ff. de reg. iur. & ff. de condi. & demon. l. iure ciuili. Puto tamen, quòd ſi do. ſerui manumitteret ipſum, q; iſte ſeruus factus liber poſſet obtinere feudum prædictum. arg. in l. 3. C. de inſti. & ſub. & ff. de ca. d. l. hodie. Et p batur ratione, q; expreſſè patet de volũtate infeudantis. d. l. fin. C. de vſufru. Si verò non apparet de expreſſa voluntate infeudantis, vt quia ſimpliciter dominus feudi inſtituit ſeruũ alienũ, nec appareat cuius contemplatione: tunc quæreretur domino ſerui. arg. in l. ſi repetendi. C. de condi. ob cauſam.

3 † Quæro, hîc dicitur, q; dominus inueſtiens ignoranter ſeruum, tanquã liberum, q; ſibi non præiudicat. Sed quæritur, ſi iſte dominus nõ fuit penitùs ignorans, ſed dubitans, an eſſet ſeruus vel liber, an tunc tenebit inueſtituram? Et dic ſecũdum Bal. q; ſic, quia ipſe dubitans, reputatur pro ſciente, poſtquã ſe non certiorauit inueſtigando. argu. in l. qui cum alio. ff. de de reg. iur.

b Seruus poteſt feudum recipere. Adde Iac. Alua. cõſ. 104. inci. dilectè nepos. in 3. colu.

Quæro an ſicut ſeruus poteſt feudum [b] recipere, ita poſsit quoq; feudum dare, & alium inueſtire. dic quod non, ſecundũ Iac. Ard. ſine voluntate domini. arg. ff. de donat. inter vir. & vxo. l. 3. §. ſi ſeruus. quæ res pig. obli. poſ. l. 1. §. 1. C. in quib. cau. col. cenſi. l. 2. C. de agri. & cenſi. l. per colonum.

4 †Quæro an infans poſsit recipere inueſtituram, & acquirere feudũ ſine tutore. & Ia. de Bel. arguit ad partes non firmãdo pedem. Primò enim videtur, quod nõ, per l. quamuis. §. fi. ff. de acquir. poſ. in contrarium videtur, quod ſic, per l. donatarũ. C. de acquir. poſ. Similiter Iac. Ardi. dimittit nobis iſtam quæſtionẽ dubiam, circa quã & Glo. & Docto. varia dicunt in d. l. donatarũ. Sed tu conclude ſecundũ Dy. & Bar. in l. quamuis. §. fi. ff. de acquir. poſ. & Bald. in d. l. donatarum, q; infans non poſsit acquirere ſine autoritate tutoris. Et eſt ratio, quia ad talem rem feudalem nõ intelligit infans habere affectionem, cùm cõſiſtat ſolùm in rebus immobilibus, vt in c. 2. de feu. cogni. In rebus non extendatur affectio talis ætatis, ſed ſolùm ad quædã iocalia peculiaria. facit l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acqui. poſ. Quinimò & fortius dicendũ, q; ſi infans eſſet in tali ætate, in qua nõ poſſet fari, quod eſt vſq; ad tres annos, cũ dimidio: & tunc ipſe ſolus non poſſet acquirere, etiam cum autoritate tutoris, q; ſtipulari non poteſt. l. mulier. ff. de verbo. obli. ſed eſt opus, q; ſolus tutor hoc agat, & acquirat infanti. arg. in l. ſi infanti. C. de iure delib. Eo modo dicendum eſt in furioſo, qui nullo modo poſſet acquirere ſolus, & cũ autoritate curatoris, ſed eſt neceſſe, q; curator ſolus hoc agat nomine furioſi. l. in negotijs. ff. de reg. iur. & in d. §.

adipiſci-

adipiscimur. Facit quod no. Odoff. de pace Constantię. in §. Vasalli nostri. Et ista videtur mihi vera conclusio in isto passu, qui ab alijs Doctoribus hîc declaratoria non fuit. Vtrum autem econuerso possit alium inuestire, dixi suprà eo. in princ. in prima quęstione extra glo.

5 † Quero quid si dominus feudi, inuestiuit seruum alienum de dicto feudo, scienter, & postea moritur seruus relictis filijs, an dictum feudum reuertatur ad dominum feudi, vel in eo succedant filij dicti serui, vel dominus ipsius serui? Et in hac quęstione Iac. Ardi. plura dicit arguendo, pro qualibet parte, & tandem determinat, quod filij ipsius serui succedant, qui nati sunt legitimi ex vxore sua, cùm prima causa sit liberorum, vt infrà de gra. in prin. & l. antepe. in fi. de lega. 2. Si verò seruus non reliquisset filios, & tunc reuertatur feudum ad dominum feud. non autem succedere debet dominus serui, nisi eius contemplatione fuisset feudum datum ipsi seruo.

Quod intelligetur, si dictum fuerit inuestitura, seruo talis &c. argumen. ff. de vsufruct. l. si serui vsufruct. & l. sed & si quid. ff. de dona. caus. mor. & d. l. fi. de vsufruct.

Vltimò ad materiam ignorantię, quando sit excusabilis, & quando non. vide in c. si Vasallus feud. & in c. sequen. infrà si de feu. fue. contro. Ad materiam verò inuestiturę feudalis in personam serui, vide in l. fideicô. §. si seruo. ff. de lega. 3. & plenè p Iaco. Ar. in sum. in sua charta. 4. sub rubricella quis possit feu. accipere, & in tit. de suc. feu. sub rubricella si datum est feu. seruo. Et vide ad materiam pręsentem in directoria iuris. tit. de feud. in §. quæritur, & per Host. tit. in §. per quos &c.

SVMMARIA.

1 *Potens per se per alium potest.*
2 *Inuestitura & dari, & accipi per procuratorem potest.*

SED VTRVM. Iste §. respicit vtranq; partem rubricæ. Et in summa hoc vult. inuestitura potest dari & accipi, etiam per interpositam personam. h. d. In tex. ibi, ipse, subaudi, tu. Ibi, hoc negocium, scilicet, inuestiturę côcedendæ & recipiendæ. Ibi, ab vtraq; parte, scilicet, dantis & accipientis, &c.

1 † Not. quod illud, quod possum per me, possum etiam per alium. Et hoc etiam voluit glo. hîc posita, quæ ad hoc allegauit plures concor. Et quia ista est via Brocardica, ideò remisit te glo. ad libellũ Py. vbi ponit plures allegationes pro, & contra. Sed tu de ista materia clariùs dicas, per glo. & Doct. in l. 2. in §. 1. ff. de admi. re. ad ciui. perti. per Dy. in regula potest quis per alium. de regu. iur. lib. 6. & q; no. in l. post mortem. §. 1. ff. de adop. & q; dixi de l. Cor. in §. ex eadem. Scias tamen quod ista est regula, quæ hîc traditur, videlicet, id quod possum per me, possum per alium.

Verùm ista regula fallit, in casibus qui reperirentur in contrarium. vt no. glo. in l. 1. §. pe. ff. si procu. vbi ponũtur plures casus fallentiæ.

Et restringas istam regulam, solum ad casus, qui possunt per alium explicari, quoniam in casibus alijs, qui non possent explicari per alium, nunquã haberet locum regula vt C. de cadu. tol. in §. ne autem. & no. in l. 1. §. quotiens. ff. de vi & vi. ar. & C. de testa. in l. cùm antiquitas.

2 † No. quod inuestitura potest dari & accipi, etiam per procuratorem: concor. 1. de notis feud. in §. item sciendum in fin. & quod no. glos. infrà de pace iura. fir. in §. fin.

Quod intelligas verum secundum Ia. de Bel. & Nic. de Neapo. siue loquamur de propria, siue de abusiua inuestitu. arg. in l. 1. C. per quas perso. nobis acqui. Videmus in simili qualiter Vasallus potest seruire per alium a domino acceptabilem. vt inf. de prohi. feu. alie. per Fede. in §. firmiter. & infrà si de feu. fue. contro. in c. si quis decesserit. cum ibi no. Similiter possessio potest acquiri per alium. l. 1. §. per procuratorem. ff. de acqui. pos. & C. eo. ti. in l. per procuratorem. Similiter beneficium ecclesiasticum potest per alium accipi: vt in c. accedens. extra de præbe. Potest quoq; alter pro altero iurare in animam cômittentis. 63. di. tibi domino. & dicente. in c. optatum. & de pace Constantiæ in §. consequenter. facit q, no. in l. iusiuran. §. defensor. ff. de iureiur. & per Doct. in l. 2. C. etiam p procu. causam in integ. resti. agi. pos. & per Archi. in d. c. tibi domino. & quod no. gl. in l. non voce. ff. ex qui. cau. maio. Bal. tamen in l. 1. ff. de re. diui. q. 56. tenet quod iuramentum fidelitatis, nô possit præstari per procuratorem, nisi sit vniuersitas, per ea quæ dixit Spec. in ti. de feud. ad fin.

a Vasall. potest seruire per alium. Adde glo. in verbo subrogatus. & ibi Cyn. in l. si quis ex consensu. C. de Epi. & cle. Bar. in l. continuus. in §. si ab eo. ff. de verb. obli. Bal. in l. 1. in §. ne autem. C. de cadu. tol.

Quod non puto benè dictum per istum tex.&ipse idem Bal. sensit contrarium in l.1.§.ne autem. C. de cadu.tol.&dixi in c. omnes.si de feu.fue.contro.

Op.ab extra de l.fi.C.de iure emphi. vbi dominus non potest per procuratorē inducere nouum emphiteotam in possessionem. Soluti.secundum Iaco. de Bel.ibi hoc ideò est, vt tollatur via conquerendi domino, & ne posit postea dicere, quod non fuerit sibi denunciatū, vel quod non consensit alienationi factæ per emphiteotam.

Vltimò de materia præsenti, vide per Bal.in d. §. ne autem. C.de cadu.tol.& in l.1.ff.de rerum diui. & quod habetur in d. §.sciendum.infrà de notis feu.vbi est similis tex.& per Iaco.Ardi.in tit. quib.modis feu. acquiratur sub rubricella inuesti.potest dari & accipi per nuncium, per procuratorem.& per Cano.in d.c.accedens. de præbend. & in c.1.§. verum. de sta.regu. lib.6.

SVMMARIA.

1 *Fœmina feudi dominium habere potest. Limitatur.*

2 *Fœmina Vasallos & fideles, sed & iurisdictionem habere potest.*

FOEMINAM QVOQVE. Iste §.respicit primam partē rubricæ, & in summa hoc vult etiā fœmina potest inuestitu.facere.h.d.In tex.ibi & noui feudi, quasi dicat non solum veteris, vcz.vt nō solum posit infeudare, hoc est reuocare inuestitu. feudi antiqui, sed etiam potest infeudare de nouo, vt statim dicam.Ibi, pleriq; consentiunt, subaudi, & nos cōsentire debemus, quia minimè sunt mutanda, &c. vt in l. minimè.ff. de legib.

1 † No.quòd fœmina potest esse domina feudi, vt hîc licet regulariter non posit esse Vasalla, sed solum in quibusdā casibus, qui no.supr.qui feu.dare pos.in §.cū verò Corradus.Nam potest dare feu.sicut masculus, & in hoc equiparatur masculo, non autem potest feud. accipere, & in eo succedere, & in hoc discrepat à masculo. Et hoc voluit etiā gl.hîc posita, quæ nihil aliud fecit.Vnde ergò in cōfirmādo alteri beneficiū antiquum, seu in transferendo de nouo, habet legitimā personā, & de hoc habes tex.similē huic.in titu. de capitulis extraordinarijs.in §.beneficium.vnde iste textus sumptus est.

Limitat tamen dominus Iaco. Ardi. istam regulam hîc positā, nisi ipsa fœmina luxuriosè viueret, vel disiparet bona sua, cui per hoc administratio bonorū interdicitur, quia tunc non posset infeudare. argu.in.l.& mulieri.ff.de curato.furio.cū ibi nota.

Item, limitat & secundò textum nostrum, vt non habeat locum de iure Lombardo in muliere Longobarda: vt probatur in l.1.in tit. qualiter mulier. ali. in Lōbarda.No.quòd fœmina potest de suo donare, & in alium conferre beneficiū.Facit l.sed si ego.ff.ad Velleianū. licet regulariter genus mulierū sit auarisimū in donādo.vt.C.de donatio.ante.nup.l. si à sponso. §. quod si à sponsa. & ff. de donationi. inter virum & vxorem. l. si stipulata in fine.

2 † Nota, quòd fœmina potest habere Vasallos & fideles, sicut & masculus.Facit l.3.§.primo.ff.de pecu.vbi fœmina potest habere seruos peculiares, sicut & masculus. Ex quib.inferas, quod fœmina posit habere iurisdictionem, tanq̄ domina feudi, quemadmodū haberet dominus masculus, vt infr. de l.Cora.§.primo & secundo.& infrà an apud iudices vel cur.capi. primo.& tenet Bal.cùm ista sint iura connexa.Facit capitulū primum.in fine infrà de eo qui sibi hæredibusque suis.& cętera.

Opponitur ab extra, contra supra proximum notabile, quod immò fœmina non posit habere iurisdictionē. vt l. in fi. C.de arbitris. Sol.consuetudo feudorum potest hanc iurisdictionem dare.ar.in l.1. C.de emā.libe.Et hoc etiam videtur sensisse gl.in d.l.fi.& probatur in c.dilecti.extra de arbi.

Op.quod immò fœmina nō posit dare feudū, q, ꝓbať, quia non potest illud regulariter recipere: vt sup. dictum est.& probatur in c.1.suprà quemadmod. feu. ad fi. perti.Ergò non potest dare, quod non potest habere, l.traditio. ff. de acqui.re.don. So.dic secundum And. de Iser.quod in illis casibus, in quib. ipsa potest habere feudum pro se multi sunt. vt no. gloss. in d. §. cùm verò. In illis poterit suum feudum alteri infeudare, sicut & masculus etiā sine voluntate domini, vt plenè dixi suprà eo.in §.sed & res. Dummodo faciat bona fide, & sine fraude: vt no. in §.præterea. infrà de capi.Cor.

Intelligas tamen, quod etiam de bonis suis allodialibus & proprijs posit infeudare de nouo, per istum textum, & per ea, quæ suprà dixi.

Vltimò ad materiam præsentē adducas d.§.be-

d.§.beneficium.in capitulis extraordinarijs,& vide quod dixi infrà de eo, qui sibi hære.quæ suis,&c.& per Iac.Ardi.in summa in tertia charta.sub rubricella fœmina potest dare in feudū.Quando autem ecōtrà fœmina posit feudum accipere,plenè dixi in §.filia de suc.feu. In quibus autem fœmina deterioris sit conditionis quàm masculus,dixi sup.de his qui feu.dare pos. in §.hoc autem.

SVMMARIA.

1 *Feudum propter fidelitatem datur, rursus propter infidelitatem denegatur.*
2 *Feudi natura per pactum alteratur.*
3 *Argumentū ab allusione vocabuli validum.*
4 *Inuestitura qualiter per Vasallum à domino petenda.*
5 *Dominus, an immediate Vasallum inuestiri petentem,teneatur inuestire.*
6 *Fidelitas qualiter fienda,& quæ eius sit forma.*
7 *Vasallus à fidelitate propter dominum infamiam quando liberetur.*
8 *Disinuestitura quæ,& quotuplex.*

NVLLA INVESTI. Quidam habent pro capitulo, & quidam pro §. & in hoc non est vis, & respicit principaliter, secundā partē rubricæ, licet etiam posset trahi ad primam partem. Et diuiditur in duas partes, in prima ponit regulam,in secunda excipit à dicta regula. secunda ibi, nisi.

CASVS.

Dominus non tenetur inuestire Vasal. qui recusat iurare fidelitatē, nisi esset feudum in quo debeat iurari fidelitas. h. d. Præmitte pro euidentia, quod duplex est inuestitura,scilicet,propria & abusiua,de quibus declaraui per exempla sup.ti.proximo.in prin. vbi videas. Item scias,quòd iste tex.potest intelligi tam de inuesti.feu. noui,quàm antiqui,vt inf.dicā.licet And. de Iser.&Bal.intellexerint solū de inuesti. feu.noui.Itē scias,quod post promissionē factā per dominum Vasallo,de dando sibi feu.debet primò procedere inuesti.abusiua. Secundò subsequitur iuramentū fidelitatis. Tertiò deuenitur ad inuest.veram & propriam,quæ fit per traditionem possessionis,vt prędicta probantur,inf.ti.seq. & inf.de no.for.fide.in §.fi. Itē scis,q, fidelitas nihil aliud est,nisi ipsum iuramentū, q, præstat Vasal. domino suo. vt inf.ti.seq. infi.In tex.ibi,inuest.dic siue sit noua,siue vetus secundū Iac.de Bel.& Nico.de Nea. vt hic,& quæ fuit prima causa be.amit.in §.1.Ibi,fidelitatem,id est,iuramētum fidelitatis,vt statim patet in fi.& probatur inf. ti.pxi. in fi.Ibi, recusat, scilicet, expressè siue petatur vetus inuestitu.siue noua. Vel potest intelligi etiam de tacita renunciatione in feu.nouo, id est, cōstituendo Vasallum in negligentiam, vt infr.dicā.Potest quoq; intelligi in antiquo, & fieri intelligitur in inuesti.veteri per lapsum tēporis statuti ad petendam inuesti. prædictam.vt inf.quæ fuit prima causa bene.amit.in prin.& in d.§.1.Aliàs autem vbi nō apparet de recusatione expressa vel tacita debet dominus Vasallum inuestire,eò q, inuesti. debet præcedere fidelitatē. vt infrà tit.seq. Itē habeatur dic q, fit quandoq;, vt in d.§.1.& de cap.Cor.in prin.

1 †No.quod feudum regulariter datur ,ppter fidelitatem, & ideò si per Vasal.denegetur fidelitas domino, poterit quoq; per dominū denegari Vasallo ipsum feud. & inuesti.ipsius,quoniā frāgenti fidem,fides frangatur eidem.vt hic not.gl.& dixi in d.§.1.quę fuit prima causa bene.ami.& infrà de no.fide.for.in §.fi.

2 †No.quod per pactum potest alterari natura feudi & contractus feudalis.vt hic &inf.c.1.in fi.quali.do. proprie.priue.& de contro.feu.apud pares ter. de quo dixi in c.1.de feu. nō habente propriam naturam feu.& in c.1.an agnatus vel filius repu.hæreditatē &c. Quinimmò & fortius ex hoc tex.colligitur, q, valet pactum appositum cōtra diffinitionem contractus, Ex quo inferas secundū Bal. q, nō quicqd est contra diffinitionem cōtractus,est cōtra eius substantiā,vt probatur in hoc tex. notabili. Facit q,no. per Doct.in Aut.ingresi.C.de sacrosan.eccle. An autē clericus posit alterare naturā inuestiturę.dixi in §.profectò.de lege Cor.

3 †No.quod argumen.ab allusione,seu interpretatione vocabuli, cēsetur validū: vt probatur hic,dum dixit, q, feudū à fidelitate dictum est,prout in simili videmus. insti.de tutelis.in prin.& in l.2.in §.appellata.ff.si cer.pe. & in pluribus alijs iuribus allegatis hic in gl.2.in prin.vsq; ad ver.sed quæro, &c. De hac tamē materia quantū ad feud. dic vt plenè scripsi in præambulis libri,vbi declaraui quid sit, & vnde dicatur,& quare appellatur feud.& quid sit fidelitas, & quot modis capiatur: vbi videas in quinta quæstione. Facit q, dixi infrà quis dicatur Dux,Co.vel Marchi.in principio super text.

Oppo.cum gl.prima, q, iste text. malè dicat,dum vult,quod inuesti.nō sit fienda ei,qui fidelitatē facere recusat &c.quoni-

ām ex hoc videtur præsupponere,quod fidelitas sit primò præstanda, & postea inuesti.fienda,cuius cōtrarium expressè dicitur inf.ti.seq.So.dixit gl.fatendo cōtrarium,q; inuest.benè debet præcedere fidelitatē, sed hîc constabat manifestè, q; iste Vasallus nullo modo volebat iurare fidelitatem,quia expressè recusabat,prout dicit iste tex.& propter hoc dominus nō tenetur sibi inuest.facere cùm sibi liceat rūpere fidem ad quam sibi tenebatur, postq̄ Vasal. similiter rumpit expressè recusando,velle adimplere id,ad quod tenetur l.cùm proponas.cum ibi no.C. de pact.& hoc voluit tota ista gl. vsq; ad finem quæ benè loquitur.

Sed tamen tu in isto passu plenius dicas,capiendo omnes casus vltra Doct. qa interdum loquimur in noua inuest. quam dominus promisit facere Vasall.de feu.sibi nouiter promisso,& isto casu,si Vasall. expressè recusat velle de dicto feu. facere fidelitatem,& tunc absq; dubio, dominus absq; pœna,& aliquo interesse potest denegare dictā inuest.vt in hoc tex.cōiuncta ista gl.facit q; dixi infr.de no.fide.for.in §. fi. Sed interdum dominus iam inuestiuit Vasal.abusiuè de dict. feu.sed post dictam inuesti.non vult Vasal.præstare fidelitatē expressè recusando, & tunc dominus non tenetur sibi facere inuesti.propriā,hoc est realem per traditiōem possessionis. Et secundum istum modū intelligitur iste tex. per And.de Iser.& Bal. Sed interdum Vasallus in feudo prædi.nouo, & facta dicta inuesti.abusiua, non recusat expressè,sed tacitè differendo iurare fidelitatē,& tunc si post interpellatiōem sibi factam per dominum ad protestandum fidelitatē cessauerit,& tunc priuabitur Vasallus iure suo: nec dominus compelletur amplius ad faciendum sibi inuesti.realem,iuxta ea quæ traduntur inf.quæ fuit prima causa bene. amit.in §.1.vbi est casus.Si verò loquimur de inuestitura feu.antiqui renouanda, & tunc si Vasal.expressè recusat velle facere fidelitatem,poterit dominus denegare sibi inuestitur. per istum tex.qui etiam hoc modo potest intelligi secundū Iac.de Bel. & Nico.de Neapo. Sed interdum non expressè recusat Vasallus prædictus,velle facere inuesti.sed tacitè per lapsum temporis,videlicet,anni & diei, si non est miles, anni & mensis,si est miles: & tunc priuatur feu.nec dominus tenetur amplius sibi inuesti.facere,vt dixi sup.tex.& probatur in c.1.sup.quo tempore miles,& infrà quæ fuit prima causa bene.amit. in princ. Sed vbi non apparet de recusatione tacita vel expressa,tunc debet dominus Vasal.inuestire,eò quia inuest.debet præcedere fidelitatē, vt infrà in tit. sequen. qui debet intelligi.

Et prædicta semper intellige, nisi esset tale feudum,in quo Vasall. ex pacto non teneatur ad præstationem fidelitatis,per istum tex.& in d.§.1.quæ fuit prima causa bene.amit.

Itē nisi ipsa fidelitas iam fuisset iurata semel domino,& successorib. suis p ipsum Vasallum,quia tunc non est necesse,quod amplius præstetur per eundem Vasallū.vt no.in c.veritatis.& in c.ego Episco.extra de iureiuran.& dixi quæ fuit prima causa bene.amit.in prin. Item dicit Iac.Ardi.q; non iuratur fidelitas,quando feu.est modicum.l.at si quis.§.iudicem.ff.de religio. Item pendente controuersia feud.non iurabitur interim fidelitas.vt in c.1.infrà de contro.inter Vasal.& Epi. Itē in alijs duobus casibus quos infrà dicam, videlicet,in rebus spiritualibus,& quando quis est impubes.

4 † Quæro cum gloss.2. in versicul.sed quæro,&c.qualiter sit petenda inuestitura per Vasallum à domino, & licet ista gl. per modum summè quærat de pluribus quæstionibus, simul & semel inculcando eas,ego tamen eas separatim declarabo & expediam.Et primò quantum ad quęstionem suprà formatam, respondet glos.notabiliter,quod Vasallus debet honorificè adire dominum,& cum curialitate & humilitate petere inuestituram in præsentia parium vel aliorum, qui secundum formam consuetudinis & iuris feudalis, solent interuenire in inuestituris fiendis, prout no.suprà titul. proximo in princ.& probatur infrà qui testes sint necessa.ad proban.no.inuestituram feudi.Et non solum habet ipse Vasallus necesse petere ipsam inuestituram, vt suprà sed etiam debet se offerre ad præstandum fidelitatem. vt infrà quæ fuit prima causa bene.amit. in princ.& de capi.Cor.in princ. Et forma petendi erit talis, videlicet, vt dicat ipse Vasallus.

Reuerende domine peto cum omni debita reuerentia qua possum inuestit.talis feu.mei,q; à te teneo & possideo, & hoc si est inuesti.feu.antiq.Vel si est inuesti.feu. noui,dicat,talis feud. quod à te possidere debeo. Et postea subiungat ista verba,& fidelitatem tibi facere sum paratus, &

pollicear

polliceor contra omnem hominem, excepto Imperatore, & exceptis anterioribus dominis meis. Veruntamen subiungit glos. quod quanquam ista vltima verba, de fidelitate pollicenda & præstanda, nō exprimantur specialiter per Vasallum, sed simpliciter diceret, postulo inuestituram mei recti feudi, quod hoc sufficeret, cùm ipsa fidelitas tacitè subintelligatur, & hoc voluit ista glo. vsq; ad versi. quo facto, &c. quæ benè & notabiliter loquitur. Ex qua collige duas conclusiones.

Prima est ista, quod Vasallus non tenetur regulariter facere absolutè fidelitatem domino, quoniā in ipso iuramento fidelitatis excipitur prior dominus. vt probatur infrà hîc finitur lex in §. fi. & infrà de prohi. feu. alie. per Lotha. in l. 3. Item excipitur semper Imperator nominatim. vt infrà de prohi. feu. alie. per Fe. in fi.

Secunda conclusio, quod sufficit petendo inuestituram, vt Vasallus dicat, peto inuestituram mei recti feudi. Neq; est opus, quod adijciat, quia paratus sum fidelitatem facere. vt probatur in c. 1. supra quo tempore miles. Et est ratio, quia & si illa verba non exprimantur, subintelligūtur tacitè. vt dixi in d. c. 1. in prin. de capi. Cor. in 1. quæstione, & quę fuit prima causa bene. amit. in prin. in 1. quæstione, licet glo. videatur ibi tenere contrarium. sufficit enim quod fiat facto, etsi nō exprimatur l. non rectè in fin. C. de fideius.

Et intellige prædicta procedere, quando constat [a] quod iste petens est ille Vasallus, qui debet obtinere inuestituram, vt quia sit agnatus proximior, & q; sit hæres solus, & alia, quę sunt necessaria ad ostendēdum, quod sit illa ad quem spectet feudum iuxta ea, quæ dixi in d. c. 1. supra quo tempore miles. secundum Andr. de Iser. Item & subsequēter dixit Iac. de Bel. quòd ista talis solennitas petendi inuestit. cum tali pompa est seruanda, vbi consuetudo hoc dictat. Aliàs autem vbi non esset consuetudo, non vitiaretur actus. Et dicit se vidisse in regno Siciliæ etiam coram Rege, Vasallos non seruasse tales pompas. facit. c. 1. supra de feudo. cognitio. et l. si donationum C. de nupt.

5 † Quæro subsequenter cum gloss. in versi. quo facto, &c. an petita inuestitura per Vasallum à domino vt suprà dictum est, teneatur dominus ipsum Vasallum incontinenti inuestire, & ipsum recipere ad fidelitatem, an poterit differre. Et respondet gloss. quod est in electione ipsius domini, vtrum velit incōtinenti inuestire, & fidelitatem recipere, vel velit pro libito differre. Sed diligenter animaduertat, vt non differat, quoniam si petita inuestitura per Vasallum debito modo & tempore & dominus noluerit inuestire, non fiet ex hoc aliud præiudiciū ipsi Vasallo. Quinimmò si labatur annus & dies, priuabitur ipse dominus proprietate feudi, quemadmodum priuandus, venisset Vasallus iure suo feudali, si dictam inuestituram non petijsset infrà dictū tempus argu. in c. 1. infr. quali do. propriè priuetur. & infr. si de feu fue. contro. in c. domino cōmittente. Et hoc voluit ista glo. vsq; ad ver. fidelitas verò, &c.

Sed tu circa istum articulum clarius, & plenius dicas, quàm explicauerit ista glo. quoniam interdum dominus promisit Vasallo, velle sibi dare certum feudum, & postea ipsum pœnitet, & recusat velle facere inuestituram. Et isto casu, aut est simplex promissio, & non solennis, & quæ non transiuit in contractum: & tunc dominus nullo modo tenebitur. arg. in l. 2. §. circa. cùm ibi not. ff. de doli excep. insti. de test. mili. in §. cęterùm &. l. nuda. ff. de contrahen. empt. cum si. Aut ista promissio fuit solennis, & transiuit in contractū, & tunc tenebitur ipse dominus solum ad interesse ipsi Vasallo. arg. in l. cùm ibi no. ff. de acqui. empt. & l. si fundum. ff. de verbo. obli. & hoc tenet And. de Iser. & Nico. de Neapo. infrà de no. for. fide. in §. fi. Non autem compelli potest ad tradendum. Et est ratio, quia non est feudum, postquam non intercessit aliqua inuestitura, vt in c. 1. qui. mo. feud. consti. po. & dixi in c. si facta infrà si de feud. fue. contro. Sed interdum vltra promissionem, dominus processit etiam ad inuestituram abusiuam. Verùm postea non vult facere propriam inuestituram tradendo possessionem, & & tunc debet dominus precisè compelli ad tradendum possessionem Vasallo, nec liberaretur dominus volendo soluere interesse, vt in c. si facta. infrà si de feud. fue. contro. Tenebitur quoq; ipse dominus isto casu, ad præstandū omnem vtilitatem ipsi Vasallo, quam recepturus fuisset ex dicto feudo, si possessionem & propriam inuestituram dicti feudi debito tempore habuisset, vt in d. §. fi. infr. de no. fideli. for. Sed interdū Vasallus iam habuit inuestit. abusiuam & propriam, vt quia est in possessionem feudi, & petit sibi renouari inuesti. secundum formam iuris debito mo-

[a] *Quando constat. Adde quando dicatur manifestè constare. tex. in c. olim. in fi. de censi. & ibi Anto. de Bu. & Abba. in c. super quæstionum. de offi. dele. Bal. in l. ad probationem. la. 1. C. de proba.*

do & tempore. vt quia fortè successit Vasallo mortuo, vel petit renouationem inuestituræ à successore domini, & isto casu si ipse dominus differat facere talē inuesti. priuabitur proprietate, si labatur tempus limitatum Vasallo ad inuesti. petendam. vt in hac gl. quæ notabiliter hoc tenuit & eam sequuntur Doct. videlicet Iac. de Bel. And. de Iser. Nico. de Neapo. & Bal. dummodò nō subsit aliqua iusta causa, ex qua ipse dominus motus sit ad differendum, Quia sicut Vasallus ex causa excusaretur, vt dixi in c. 1. quo tempore miles. Ita quoq; ipse dominus, cùm ad paria iudicentur. vt infrà de for. fide. in fi.

6 † Quæro subsequenter cùm dicta gl. in ver. fidelitas verò, &c. qualiter sit ficēda fidelitas, & de eius forma. Et respondet gl. se remittendo ad quatuor titulos sequentes, in quib. benè declaratur, & ad hoc allegauit etiā alias cōcor. vsq; ad ver. & notabis, &c. Et in hoc benè loquitur ista glo. & istam quæstionē in dictis tit. sequen. examinabo. Sed aduerte quoniam ista gl. in sui prin. formauit aliam quæstio. ad propositum nostrū, ad quam non respondet, videlicet quando, & quo tempore sit ista fidelitas prestāda per Vasal. Idcircò tu ad hanc quæstio. respondeas, videlicet, quod dominus si iam fecit inuesti. Vasallo, tunc Vasal. debet incōtinenti fidelitatē prestare, siue loquamur de veteri, siue de noua. vt inf. tit. proxi. & inf. de no. fide. for. in fi. Si autem dominus nondū fecit inuesti. & tunc aut loquimur de noua inuesti. & isto casu dominus debet se offerre Vasallo, & polliceri sibi inuesti. & tunc si Vasall. esset in mora certioratus, amitteret ius quod habet secundum formam traditam. in §. 1. infrà quæ fuit prima causa benefi. amit. Aut loquimur in veteri, & tunc Vasallus debet se offerre domino, vt ipsum inuestiat, per prædicta. Ad quod facit, l. Iulianus. in §. offerri. ff. de act. emp. Quo casu, aut Vasallus est miles, & debet se offerre infrà annum & mensem. vt in d. c. 1. supra quo tempore miles. Aut est priuatus, & debet se offerre infrà annum & diem. aliàs priuabitur, vt infrà de cap. Cor. in prin. & infrà de prohi. feu. alie. per Fe. in §. præterea. & inf. quæ fuit prima causa in prin. Neq; est opus, quòd dominus denunciet, quia dies interpellat. argu. prædictorum iurium & in l. 2. §. de iure emph. Ex quibus omnibus inferas secundum Iac. de Bel. & Bal. quod in noua inuestitu. debet dominus se offerre, sed in veteri se debet offerre Vasallus, vt suprà ostensum est.

7 † Quæro subsequenter cum dicta gl. in fi. an Vasallus liberetur, & absolutus intelligatur ab ista fidelitate, si dominus suus perdat famā, vt quia sit excōmunicatus a vel bannitus, & respondet quod sic. Et econuerso, si dominus restituitur ad famam restitutus, etiam intelligitur ad hic fideli. vt inf. in ti. hic fi. lex in c. 1. in prin. & in hac gl. quę ad hoc allegauit etiā alias concord. vsq; ad fin. & benè & notabiliter loqtur. Et facit ad corroboratiōem prædictorū, quia illud quod contumacia abstulit, obedientia restituit in c. ex literis. extra de cōsti. vbi est tex. notabi. & in l. cū alius C. de cur. fur. &. ff. de serui. rusti. prædi. & Atilicinus. & quod no. alia gl. in simili inf. de noua for. fide. in c. 1. sup. verb. ostēdere.

a Vt quia sit excommunicatus. Adde an iste Vasallus tenetur eum iuuare, si est excommunicatus. vide per Philip. in c. fi. de except. in ver. no. etiam idem Philip. in c. inter alia. in 1. col. de sen. excō.

Opp. ab extra de c. si minori infr. fide feud. fue. contro. Vbi est casus expressus, quod quis retinet feudum, licet fidelitatē facere recuset. Solu. ibi est specialis in impubere Vasallo, fauore ætatis. vt ibi no. in glo. & ibi dixi in 3. nota.

Op. de c. fi. de reg. iur. cū ibi no. Sol. ibi loqmur in reb. spirituali. in quib. nō prestatur homagiū. vt no. in c. 1. de ista reg. lib. 6.

8 † Quæro ab extra nunc de disuestitura quid sit, & quotuplex sit, & an possit fieri? Et respondet secundū Bal. quod disuesti. est duplex, scilicet, verbalis & actualis. Itē actualis est duplex, scilicet, abusiua & propria. Dic ergò, q, verbaliter tantū inuestitus, potest verbo disuestiri. l. nihil tam naturale de regul. iur. Et si interuenit chirographum, cogetur Vasal. ingratus, facere cōtrarium chirographum. l. generaliter. C. de non nume. pec. vel incidere seu cassare instrumentū inuesti. per ea quę no. in l. ab emp. ff. de pact. & si fuit per annulum deannulabitur. Et si per traditionē possessionis deijcietur, ad similitudinem degradationis quæ fit per actum contrarium. vt in c. degradatio. extra de pœnis lib. 6. & q habetur in l. 2. §. ignominiè. ff. de his q notan. infa. Sed ego non puto, q, tanta subtilitas exquiratur, sed sufficiat declarari per sententiā, Vasal. priuādum, probata culpa & ingratitudine. arg. eorum quæ traduntur in c. 1. de feu. sine cul. non amit. & in §. calidis. de prohi. feud. alie. per Fe. Neq; in hoc discrepat idem Bal. dum postea subiunxit, quod supradicta disuestitura fieri debet per ius habentem, quoniam interdum fit per dominum propria autoritate, vt quando Vasallus alienauit feudum in alium transferendo, vt in d. §. calidis. &

in

in l.1.de prohi.feud.alie.per Lotha.vel per sententiam,quãdo Vasallus commisit aliquam culpam vel ingratitudinem,vt in d. c.1.de feud.sine cul.non amit.

Vltimò ad materiam præsentem, vide alia quæ dixi in d. §.1. infrà quæ fuit prima causa bene.amit. & quod dixi in c.1.de cõtrouer. inter Vasal. & Epis. & infrà de no. fide.for.in fin.& per Bald.in Auten.nisi in fin.commenti.C.ad Treb.& per Iac.Ardi. in summa.in charta prima.sub rubricella, vnde dicatur feud. & in tit. quibus mod. feud. amit. sub rubricella quando iurare debet Vasallus,& quando non. Et in tit. qualiter iurare debeat Vasallus. sub rubricella de his qui non debent iurare fidelitatem, vbi enumerat omnes casus,in quibus fidelitas non præstatur, & habetur de materia in capitulis extraordinarijs in §.quoniam de fidelitate, &c. & per Cano.extra de Symonia in c.ex diligenti. & extra de excel.præla. in c.retulit. & in d.c.licet indignum.extra de reg.iur.& per Hostien.in summa tit.de feud.§.2.

QVID PRAECEDERE DEBEAT AN INVESTITVRA, an fidelitas, &c.

RVBRICA.

OLim nulla erat hîc rubrica secundũ ordinem rubricationis Oberti de Orto,sed erat vna sola rubrica à titulo,suprà de feudi cogni.vsq; ad titulum præsentem inclusiuè, vt suprà,quid sit inuesti.super rubrica. Quinimò nec erat hîc principium capituli, sed erat §. comprehensus sub præcedentibus,quod patet ex princip. huius literæ textualis,in qua ponitur quædam coniunctio ad præcedentia, postea autem hæc rubrica fuit addita à Glossatoribus superuenientibus gratia commodioris intelligentiæ, prout in simili dixi sup. de feud.Guard.super rubrica. & ita hodie communiter vtimur ista rubrica & benè. Et ex prædictis nunc habes intellectum gl. hîc positæ.

Continuatio autem huius rubricæ ad superiora colligitur ex titu. præceden. in fi.vbi dictum est,quòd inuestitura non est fienda ei, qui fidelitatem facere recusat. Sed quia iuxta prædicta poterat dubitari, quid debeat præcedere an inuestitura, an fidelitas. Item quid esset fidelitas, ideò vt prædicta declaret, subiecta fuit hîc ista rubrica & titulus.

SVMMARIA.

1 *Inuestiturarum instrumenta excipiendi ordo.*
2 *Fidelitas iuramentum à Vasallis præstitum dicitur,& quotuplex sit fidelitas.*

VTRVM. Diuiditur in duas partes. In prima declarat quid debeat præcedere, an inuestitura,an fidelitas. In secunda quid sit fidelitas. secunda ibi,fidelitatem.

CASVS.

Inuestitura abusiua debet præcedere fidelitatem,quę quidã fidelitas est ipsum iuramentum, quod præstatur domino à Vasallo suo. h. d. Et præmitte quæ sit inuestitura abusiua,& quæ propria, vt dixi sup.§. proxi.In text. ibi,responsum est, subaudi, vt patet.infr. de no.fi.for. in fin. & infrà quę fuit prima causa benef.amit.in §.1.Ibi, inuestitura, scilicet,abusiuã & verbalem, non autem propriam & realem. Nam primò debet præcedere inuestitura abusiua & verbalis,& postea debet sequi sacramẽtum fidelitatis,& vltimò fit inuestitura ꝓpria & realis per traditionem possessionis, vt probatur in c.si facta. infrà si de feud. fue. controuer. & dixi suprà titu. proxi.in §.fina.

Et prædicta procedunt secundum An. de Iser.in inuestitura feudi noui,quoniam in inuestitura feudi antiqui non propriè censetur inuestitura, sed potius quædam confirmatio prioris inuestituræ,vt dixi suprà titu. proxi.in prin. Vnde in tali feudo antiquo iuramentum fidelitatis,præstatur cum ipsa inuestitura cum ipsum iuramentum habeatur pro ipsa inuestitura arg.eorum quæ dicta sunt in c.1.suprà,quib.mod. feud.consti.po.

1 † Nota ordinem excipiendi instrumẽta inuestiturarum,vt primò fiat inuestitura verbalis cum annulo vel alio signo,secũdum morem patriæ. secundò ꝙ præstetur fidelitas domino per Vasallũ. tertiò ꝙ fiat inuestitura realis.s.traditio possessionis,vt hic & inf.de no.for.fide.in §.fi.& hanc inuestiturã realem faciet dominus,inducendo Vasallũ in possessionem, vel mandauit nuncio,seu ꝓcuratori,vt ipsum inducat,vt sup.ti.ꝓxi.in §.sed vtrũ & tenet Bal.Potest & alijs modis Vasallus cõsequi verã possessionẽ dicti feudi,prout dixi sup.qd sit inuestitura in prin. vbi videas.Quæ autẽ fuerit ratio decisionis in tex. nostro,vt prius ꝑcedat inuestitura, & postea sequat fidelitas. dixit Bal. ꝙ ratio est,qa dominus est caput feudi,& prior nominat in cõtractu,& est ꝑsona

ſona actiua, vnde debet prius procedere ad actum quàm Vaſallus, qui eſt perſona paſſiua, & ſecundaria, & ſub domino. ar. in l. ex placito. C. de rerum permutatione. Addas & aliam rationem, quia cùm dominus ſit principalis in cõtrahendo, debet prius ex parte ſui adimplere, apponendo ſe in ſubſtantia obligationis. argu. in l. naturalis. in §. quòd ſi faciam. ff. de præſcrip. verbis.

2 † No. tex. quod fidelitas nihil aliud eſt, niſi ipſum iuramentum quod præſtatur domino à Vaſallis. Et iſta talis fidelitas cõtinet plura, quæ colliguntur ex tribus titulis ſequentibus. Verùm aduerte, quia vltra iſtam fidelitatem, eſt dare & alias ſpecies fidelitatis. Vna eſt quæ appellatur maior, videlicet, quia tenemur Imperatori, vt probatur in l. quiſquis. ad legem Iul. Maieſt. & ad reprimendam. in princ. & inf. de prohi. feud. aliena. per Fede. in fi. Nam reputatur Deus in terris. C. de ſacroſanct. eccle. in l. iubemus nullam. cùm ibi not. De fidelitate autem quam habere debemus erga Deum, patet ex ſacra ſcriptura, dum dicit: dilige dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Et inſuper alia fidelitas, quam familiares ac domeſtici, & ſubditi debent ſuperioribus ſuis, de qua ſtatim patebit inf. tit. ſeq. Eſt quoq; & alia fidelitas, quam quis præſtat ratione adminiſtrationis & dignitatis, vt in Auten. iuſiurandum quod præſtatur ab his. in §. iuſiur. & de pa. conſtan. in §. ego iuro. Eſt etiam alia fidelitas, quæ debetur proximo, ſcilicet, ipſum non offendere, nec ei inſidiari, l. vt vim. ff. de inſti. & iur. Item eſt & alia fidelitas, quam filius debet patri, & libertus patrono, de quibus in l. 1. & l. fi. in fin. ff. ad l. pom. de patrici. & in tit. de obſequijs. de quibus fidelitatibus, vide per Bart. ad reprimendam. in princip. in gloſſ. ſuper verbo totius fidelitatis, &c.

Quæro ab extra, an proteſtatio ipſius ordinis, vitiaret ipſam inueſti. Et dicit Bal. quòd non, cùm ſufficiat quod ſit ſeruata forma intellectualis. inſti. de leg. in §. an hæredes. & ff. de hæredit. inſti. l. talem. in princ. Secùs autem eſſet in caſibus, in quibus forma ordinis eſt de ſubſtantia. l. prolatam. C. de ſenten. facit quod dixit Bald. in l. 1. C. de ope. liber. & Ioan. And. in c. fin. extra de baptiſmo.

Vltimò ad materiam, vide quòd dixi ſuprà tit. prox. in §. fi. & in ti. Epiſcopũ vel Abbatem. in c. 1. præſertim in oppoſitione fin. inf. de no. for. fi. in §. fi. & per Iac. Ardi. qualiter iurare debeat Vaſallus. in princip. & per Hoſt. in ſumma titu. de feud. §. quid ſit fidelitas.

QVALITER VASALLVS IVRARE DEbeat.

RVBRICA.

SEcundum ordinem rubricationis Oberti de Orto, quem etiam ſecutus eſt Iac. Ardi. in ſumma ſua. Iſta rubrica erat ſecunda rubrica huius libri ſecundi, & omnia ſequentia vſq; ad tit. de fratribus. de no. be. inueſti. excluſiuè. Verùm poſteà à Gloſſatoribus ſuperuenientibus fuerunt interſertæ rubricæ hîc intermediæ ad hoc, vt materia diuiſa, clarius intelligeretur, prout in ſimili dixi ſuprà, quid ſit inueſti. ſuper rubrica. & ſup. de feu. Guar. & Gaſt. ſuper rubrica. Et continuatur iſta rubrica ad præcedentes hoc modo. Quia ſup. tit. proxi. facit mentionem de fidelitate, quá præſtare debet Vaſallus domino, quæ quidem fidelitas nihil aliud eſt, niſi ipſum iuramentum, quòd præſtat Vaſallus domino, vt ibi patet. Verùm quia poterat dubitari de forma iſtius iuramenti. Idcircò vt prædicta declaret, ſuppoſita fuit hîc iſta rubrica, qualiter Vaſallus iurare debeat.

S V M M A R I A.

1 *Iuramenti fidelitatis triplex ſpecies.*
2 *Conſuetudo ſolita in iuramento fidelitatis eſt ſeruanda.*
3 *Perſonæ domeſticæ quæ dicantur.*
4 *Clerici an præſtare debeant iuramentum dominis Laicis.*
5 *Mercatores & forenſes cæteri, an poſſint ſine cauſa de ciuitate expelli.*

QVALITER. Totus iſte titulus diuiditur in duas partes principales. Quoniam in prima ponitur forma iuraméti, quod præſtare debet Vaſallus domino ratione feudi, quod ab eo tenet. In ſecunda parte ponitur forma iuramenti, quòd præſtare debet ille, qui non eſt Vaſallus ratione feudi, ſed eſt aſtrictus alia de cauſa ad iurãdũ. ſecũda ibi, ſi verò, &c. Et iſta ſecunda pars ſubdiuiditur in duas. quoniam in prima loquitur de perſona domeſtica ſeu familiari ipſius domini, quæ iurare debet ipſi domino ratione domeſticitatis ſeu familiaritatis. In ſecunda parte loquitur de perſona ſubiecta ipſi domino

ratione

ratione iurisdictionis, quæ propter causam ipsius subiectionis debet iurare ipsi domino. secunda ibi, aut si ideò, &c.

CASVS.

Vasallus occasione feudi, debet iurare domino, quod erit sibi fidelis, sicut debet esse Vasallus, & quod non manifestabit secretum sibi commissum per dominum. Ille autem qui non est Vasallus ratione feudi, sed est domesticus seu familiaris, vel sub iurisdictione domini, debet iurare domino, & in suo iuramento specialiter exprimere vitam, & membrum, mortem, & honorem ipsius domini. h. d. In tex. ibi, videamus, scilicet, in hoc titulo & in duob. ti. seq. Ibi, ego, scilicet, talis Vasallus. Ibi, sancta Dei Euangelia. Quid autē si iuraretur super alia materia, an teneret, dixi sup. quid sit inuesti. in §. 1. in vltimo no. & vide quod dixit Spe. in ti. de iureiur. Ibi, huic, scilicet, domino tali, &c. Ibi, debet Vasallus, qualiter autem debeat esse, & se habere Vasallus erga dominū suum, ex forma fidelitatis, declaratur specificè statim in tit. seq. & seq. Vbi patet etiam, quòd hodie illa capitula in iuramento specialiter exprimūtur, propter homines ignaros, licet istud iuramentum ita nudum, de quo hîc sufficere videbatur de iure, vt hîc patet. & infrà tit. 2. Ibi, detrimentū, subaudi, & animo ipsum damnificandi, vt plenè declaraui istum artic. in c. 1. suprà hic po. esse tit. quib. mod. feud. amitt. vbi videas, & hoc etiam sensit glo. prima hîc posita in suo principio, q̄ per hoc remanet expedita in ea parte. Ibi, familiaris. Exemplificat Bald. dupliciter.

Primò quòd sit de familia seu domesticus domini, vt quia est consiliarius, vel camerarius, vel in aliquo alio officio domestico ipsius domini, vt quia sit pincerna, vel dapifer domini. Nam isti tales, dum sunt in tali officio vel habitu, debent præstare tale iuramentum assecurationis ipsi domino, licet nō recognoscāt feudū ab eo.

Secundò exemplificat idem Bald. & And. de Iser. quod sit attinens Vasalli, qui recognoscebat feudum à Rege, vel alio domino, & habitabat secum in domo, & erat successurus in dicto feudo moriente ipso Vasallo tenente feudum. Vnde propter suspicionem ne moriatur aliquid in vita eius, sub spe habendi hæreditatem & feudum, debet iurare modo, & forma hîc descripta, facit l. viduæ. C. de nup. & C. vbi pupil. edu. in l. fi. Et hoc secundum exemplum sensit etiam gl. 2. hîc posita in medio sui. & in fi. Et suadet ratio, quia in istos tales familiares & ministeriales, habet dominus iurisdictionem, vt infrà de pace te. in §. si ministeriales. & ff. de pœnis. l. si quis Comitum. & ff. de iuris. om. in l. magistratib⁹. Ibi, sub iurisdictione. Exemplificat An. de Isern. & Bald. in istis qui habitant in terra alicuius domini, vel possideant ibi bona non feudalia, siue sint originarij, siue non, quoniam sub eius iurisdictione ratione habitationis, seu bonorum, & tenētur ipsum assecurare, cum iuramento iurando sibi securitatem, & secundum formam hîc traditam, videlicet, quod ad eorum posse saluabunt vitam domini membra, personam, & eius honorem, & euitabunt eius mortē, vt statim subijcit. Facit quod no. glo. suprà quid sit inuestit. in §. 1. Ibi, mortem, aliàs mentem, Si habes mortem, & tunc intelligas quod iurabit euitare mortem domini, vt inf. de no. fide. for. in c. 1. Si habes mentem, & tunc iurabit, quod non reuelabit mentem domini, hoc est, secretum suum, vt infrà in tit. proxi.

1 †No. ex hoc tex. triplicem speciē iuramenti fidelitatis. Primum enim est istud, q̄ pstatur domino per Vasallum ratione feudi, quòd recognoscit ipse Vasallus à domino. Vnde ad hoc, vt habeat locum tale iuramentum, est necesse quòd verè Vasallus sit, & quod aliquid recognoscat à domino, cuius prætextu iuret, vt hîc & sup. quid sit inuesti. in prin. & quòd prius sibi fuerit facta inuestitura per dominū, vt sup. tit. pxi.

Forma autē istius iuramenti erit, quia iurabit, quòd erit fidelis domino suo, qui dedit ei feudum, sicut debent esse Vasalli domino, prout & secundū quod specialiter exprimitur. infrà in duobus titulis sequentibus, quod enim deest in isto sacramento, quod describitur in isto text. debet suppleri per alias formas iuramenti, quæ describūtur in dictis duobus titulis sequentibus, secundum And. de Iser. & Bal. Quinimò vltra omnia ea capitula, quæ sunt descripta in dictis formis iuramentorum, ad quæ tenetur iurare Vasallus, tenebitur etiam adijcere in suo prædicto iuramento fidelitatis ea omnia, quæ ponuntur in iuramento quod fecit Rex Otto Ioanni Papæ, quæ numerantur hîc in gloss. 1. in fi. & per text. 64. di. tibi domino. Videlicet, quod exaltabit dominum, & eius dominium in quantum poterit, & quòd nunquā vitā, aut membrū, neq; honorē, quē habet sua volūtate aut consilio, vel exhortatione perdet, sed in his omnib⁹ erit eius adiutor, iuxta posse suum. Ex quibus omnibus patet

quæ

quæ comprehendi debeant in iuramento fidelitatis Vaſallorum, videlicet, ea quæ colliguntur ex iſto tex. in princ. & ex duobus titulis ſequentibus, & ex dicto c. tibi domino. & ita tenet gloſſ. 1. hîc poſita. & Andr. de Iſer. & Bal. Si enim Imperator iurat Papæ illa, q̄ continentur in d. c. tibi domino, & tamen non tenet à Papa feudum, multò fortius debet Vaſallus ea iurare domino ſuo, ſecundum præfatum do. Andr. de Iſer.

Secunda ſpecies iuramenti fidelitatis eſt illa, quam præſtare debet domeſticus ſeu familiaris. Et iſtud iuramentum non præſtatur ratione aliquorum bonorum, cùm præſtetur ab eo, q nihil tenet & nihil recognoſcit à domino, quòd quãdo ſit declaraui per exempla ſuper text.

Eſt quoq; & tertia ſpecies iuramenti fidelitatis, quòd debet præſtare domino, vel ratione bonorum non feudalium, quæ ipſe tenet in loco ſubiecto iuriſdictioni domini, vel ratione habitationis, quam habet in dicto loco ſuppoſito iuriſdictioni domini. Vnde ratione iuriſdictionis, tenetur quam habet dominus in eum, vel ratione bonorum, vel ratione iuriſdictionis, tenetur iſte talis iurare prædicto domino fidelitate. Et iſta duo vltima genera iuramentorum, propriè ſunt iuramenta aſſecurationis. Et eſt ratio, quia dominus terræ habet iuriſdictionem in ſuo territorio. l. ſi pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſig. l. mul. §. quòd ſi. l. inuito. C. de Epiſcopis & Cle. & in ſuos ibidem habitantes, vt ſuprà dixi. Ratio autem rationis fuit, quia per tale iuramentum purgatur ſuſpicio, & aſſecuratur dominus, vt hîc & in l. præſenti circa medium legis, cùm ibi no. C. de his qui ad eccle. confu. & in c. pe. Titio. extra de iureiuran.

Forma autem iſtius talis iuramenti aſſecurationis, traditur hîc in iſto tex. in fi. Sed vtrum iſtud tale iuramentum debeat ſimiliter ſuppleri per dictum c. tibi domino. ſupra allegato. Et dicit Andr. de Iſer. quòd ſi Imperator, qui nihil tenet à Papa, nec eſt ſub iuriſdictione ipſius, præſtat ſibi illud iuramentum [a] multò magis Burgenſes debent præſtare domino ſuo, qui dato, q nihil recognoſcant à domino, nihilominus reputatur Vaſalli ratione ſubiectionis. Quinimò dicit ipſe fortius, quòd tale iuramentum ſupplebitur etiam per titulum infrà de no. for. fi. cùm ibi nulla fiat mentio de feudo, ſeu beneficio, quòd feudum vocatur. Sed ego in hoc ſtarem conſuetudini, vt ſtatim dicam. Aliàs autem nõ exiſtente conſuetudine, non receditur à forma hîc tradita, cùm iſte tex. voluerit facere differentiam inter iſta iuramenta, & iuramentum Vaſallorum. Et hoc ſenſit gl. fin. in ſui princip. hîc poſita, quæ per hoc in dicto ſuo principio remanet expedita. Et vide circa iſtud iuramentum, ratione bonorum exiſtentium in loco, quòd dixit Butri. in c. nimis. extra de iureiurando.

2 † Not. ex iſto text. in princ. dum dixit ſicut debet eſſe Vaſallus domino & conſuetudinem ſolitam in iuramentis fidelitatis eſſe ſeruandam adeo, quòd non debet induci nouitas in exactione Homagij & fidelitatis, vt in c. dilecti. extra de maio. & obe. & in c. cùm conſuetudinis. extra de conſuetudine, & tenet Specu. in tit. de feudis. in §. quoniam ver. & no. quòd non debet, &c. Et ideò dixit Bald. quòd noua iuramenta extorta, contra antiquam conſuetudinem, intelliguntur per impreſsionem præſtita. Et ita reſpondit in facto cõſultus, ſuper ardua cauſa. Ad quod facit. c. ſanè. extra de exceſsi. præla. & l. ſi per impreſsionem. C. quòd metus cauſa. & quòd habetur in c. ad aures quòd metus cauſa. & per Innoc. in c. petitio. extra de iureiur. & quod not. in l. ſi qua loca. C. de fund. & ſal. reipublicę. lib. 10. quòd dixi ſuprà per quos fiat inueſti. in prin. in ſecundo notabili. Quæro cum gloſſ. fin. in ver. ſed cur nominatim, &c. quæ fuerit ratio differentiæ inter iſta iuramenta, ſcilicet, quare in iuramento Vaſalli ſufficit, quòd iuret in genere, videlicet, dicendo iuro, quod ero fidelis, ſicut debet eſſe Vaſall9 domino, &c. Sed in iuramento perſonæ domeſticæ ſeu familiaris, exigitur ſpecialis expreſsio certorum capitulorum, prout patet hîc in fin. literæ. Sol. dicit gloſſ. quòd in perſona domeſtica [b] & familiari, magis præſumitur fraus & machinatio contra dominum, vt quia fortè ſperat ſucceſsionem ipſius domini, quàm in Vaſallo, qui eſt quodammodò extraneus, & non familiaris ipſi domino, in quo non cadit tanta ſuſpicio. Item quia magis conſideratur mente id, quod expreſſum & ſpecialiter promittitur, quã illud, quod tacitè includitur ſub generali promiſsione, vt 23. di. in §. quanquam. Et hoc voluit iſta gloſſ. vſq; ad verſic. ſed quęritur, &c. Sed aduerte, quoniam rationes huius gloſſ. non videntur mihi concludere, cùm iſtud capitulum in ſecunda parte loquatur etiam de perſonis non domeſticis, ſicut ſunt habitantes in terra domini,

[a] *Præſtat ſibi illud iuramẽtum.* Adde Cle. 1. de iure iu. c. quotiẽs. 1. q. 7. & per Ioan. And. in c. vt commiſſi. de hær. li. 6. & quòd iuramento quod faciunt Epiſcopi, Papæ. vide per Ar. Flo. in 2. parte ſuæ Summæ ti. 10. c. 4. & de iuramento quod præſtãt Vicarij poſiti per Papam in terris. De tẽporali iuriſdictione eccleſiæ. vide per extrauagantem Sixti. 4. inci. dilectis filijs. & c. poſita in tractatu dñi Franciſci Patauini de ptãte capituli ſede vacante in fi.

[b] *In perſona domeſtica.* Adde quæ dicatur perſona domeſtica, vide gl. Sũmæ. 3. q. 5. gl in c. in literis de teſt. Bart. & Salij. in l. etiam. C. de teſ. & quot modis capitur domeſticus, vide per Ang. in l. etiam iure. in prin. C. de teſt. & in quo differt domeſticus à familiari. Vide per Bal. in l. 2. C. de teſt. Bal. in l. conſentaneũ. C. quomodo & quãdo iu. Spe. in ti. de teſte in §. 1. ver. Itẽ q eſt domeſticus.

ſue

mini, & alij subiecti suæ iurisdictioni, qui eodē modo specialiter iurare debēt, sicut personę domesticę. Et pro tanto ista prima ratio istius gloss. non videtur esse bona, similiter nec secunda videtur, quod procedat, quia eodem modo esset dicendum in personis Vasallorum, vt deberent nominatim & specialiter iurare. Quare cōsiderabam, quod ratio potuit esse ista, videlicet, quod in personis Vasallorum habentium feuda satis explicatur tota virtus iuramenti, etiam sub istis verbis generalibus. Et est ratio, quia sub isto generali iuramento, intelliguntur à iure omnia capitula specialia, quæ iam erant declarata, ac decisa, & specificata per alia iura, vt patet in duobus titulis sequentibus. & 22.q.1.c.de forma. Et ideò notanter dixit iste tex. sicut debet esse Vasallus domino, &c. Sed in iuramēto supradictarum personarum, non habentium feuda, non erat declaratum, neq; decisum, quæ capitula intelligerentur in iuramento ipsorum, & ideò fuit necesse, quòd de ipsis specialis fieret mentio ad hoc, vt daretur certa forma de nouo, de qua in isto text.

3 † Quæro subsequenter cum dicta gloss. in ver. sed quare, &c. quæ sunt, & intelliguntur istæ personæ domesticę, quæ iurare debent secundum formam hîc traditam? Et respon. gloss. quòd omnes illæ personæ, quæ vbiq; in aliqua lege appellantur domesticæ [a] possunt includi sub decisione præsenti, & ad hoc allegauit plures leges, in quibus fit mentio de personis domesticis. Item & omnis persona, quæ possit sperare successionem domini, vt suprà dictū est. Et hoc voluit tota ista gloss. vsq; ad finem, quā sequitur Ia. de Bel. & Pet. de Cer. & Bald. ar. in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdict. om. iud. & C. de lat. lib. tol. l.1.§.illud. Tu verò colligas ex istis duobus versibus regulam, quæ intelligantur personæ domesticæ, videlicet:

Dicitur ascriptus persona domestica, seruus,
Vxor, libertus natus, famulusq; colonus.

Sed tamen aduerte, quòd non omnis persona domestica, debet præstare huiusmodi iuramenta. Illi enim, in quibus nulla cadit suspicio, nō tenentur iurare, sicut est filius, qui non iurat patri, quia reputatur eadem persona, nec cadit suspicio. l. fi. C. de impuberum & alijs substi. Nec econtrà pater filio, cùm magis diligat ipsum, quàm seipsum. l. isti quidem. ff. quòd metus causa. Idē dicendū de vxore & marito, vt vicissim nō iurent. l. aduersus de crimine expil. hæred. & l. cùm tale. in princi. ff. de condit. & demon. licet quandoque reperiantur vxores meretrices, quæ optent mortem maritorū, vt notatur in l. pater Seuerianā. in §. socrus. ff. de conditioni. & demonstrationi. Idē intelligas de omnib⁹ alijs, qui carent suspicione. argu. in l.2. in §. prætor. ff. qui satisdare cogantur. Alij autē omnes familiares iurare debent, si petatur, quia nulla efficatior pestis ad nocendū, quàm familiaris inimicus, vt no. in l. data. C. de donationi. & ff. ad Silleyanum. in l.1. quod dicit Bald. proculdubio esse verum in his, q sunt de familia perpetua. ar. in l.1. C. de Epis. & Cleri. Quæro ab extra, quid si sunt duo fratres domini eiusdē ciuitatis, vel castri, nūquid vicissim iurare debent, & dicit Bal. q sic. arg. in l. sed si hac. in §. si liberta. ff. de in ius vocan.

Nec ob. quòd vnus non sit de iurisdictione alterius, quia quo ad fidelitatem fiendam, & suspicionem tollendam, vnus fingitur esse sub alio, & alter sub altero p sumptione iuris. argu. l. eius qui in prouinciam in fi. cum ibi no. ff. de cer. pe. Adde quia etiam familiaritas ipsa & suspicio succedendi hoc operatur, per ea, quæ suprà dicta sunt. Quid autem si vnus ipsorum delinqueret in alium, an alter possit cognoscere & punire, dixi in §. præterea. infrà de prohi. feud. alie. per Fe. vbi videas.

4 † Quæro an Clerici habitantes in terris, & ciuitatibus dominorum Laicorum, vel habentes & possidentes ibi bona propria, & non feudalia, vel fortè sunt domestici & familiares ipsius domini, vt quia fortè consiliarij ipsius domini, an teneant inuiti præstare ipsi domino Laico, tale iuramentū assecurationis, de quo in secunda parte huius capituli, & dicit An. de Iser. q non, per dictum c. petitio. extra de iureiur. Quanquā de honestate etiā sine iuramento, teneantur ad obseruantiā eorū, quæ in ipso iuramento continentur, per dictum. c. petitio. Si verò Clerici tenerent feudum à domino, tūc ratione dicti feudi, benè tenentur iurare ipsi domino, & præstare sacramentum fidelitatis tanquam Vasallus, vt in c. nimis. extra de iureiu. & ibi per Butri. Facit ad prædicta. c. penul. cum ibi not. 22.q. fi. de quo per Host. & Doct. in d. c. nimis. & dixi in c. qui Clericus si de feud. fue. contro. & Spe. in tit. de feudis. in §. quoniā ver. hodie Prælati. & per Roff. in libellis parte octaua in titu. de offi. iu. quo. subue. censito. sub rubricella de sacramento cuiuslibet Vasalli. Sed qualiter prouidere sibi

[a] *Appellatur domesticæ. Adde gloss. Summæ. 3. q. 5. gl. in c. in literis de te. l. psenti & ibi Do. in §. sanè. C. de his qui ad eccl. cōfu. Bar. in l. respiciendū. in §. furti. ff. de pe. item pater & filij in ea. potestate dicūtur domestici, vt in l. illud. & l. se. ff. q cuiusq; vniuer. nom. & quot modis accipiatur domesticus, vide p Ang. in l. & iam iure. in prin. C. de test. & an domestici dicūtur mercenarij, vide p Phi. Fran. in c. officij in vl. not. de hær. lib. 6.*

sibi potest dominus, si habet suspectos Clericos in terra sua habitantes, dicit idem And. de Iser. quod licet Clericus iste nullo modo sit sub iurisdictione domini temporalis, tamen sponte & voluntariè, poterit tale iuramentum assecurationis facere per dictum c. petitio. & hoc tenet glo. expressè in §. Vasalli nostri. de pace Constantiæ. & Specu. in suo repertorio de iureiur. versi. in quibus casibus dum allegat. c. nullus. extra de iureiur. Idem tenet Iaco. Ardi. in summa sua in tit. qualiter iurare debet Vasallus, sub rubricella, de his qui non debent iurare fidelitatem in fi. & hoc per dictum c. petitio, & ad prædicta vide, quod dixi in §. si Clericus. infrà de pace tenenda.

Quæro quid è contrà, vtrum Laici habitantes in terris subiectis ecclesiæ, vel tenentes ibi bona non feudalia, teneantur præstare illud iuramentum assecurationis, de quo in hac secunda parte dic, quod sic, & præstabunt ipsis possidentibus, & recipientibus nomine ecclesiæ. Et ita tenet Spec. in tit. de feud. in §. quoniam ver. nos verò. & probatur in isto text. postquam nõ reperitur esse statutum contrarium. l. sancimus. C. de testa. facit. 63. di. ego Ludouicus, &c. & quod sup. dictum est per dictum c. tibi domino.

5 † Quæro an domini terrarum possint sine causa expellere mercatores, & alios forenses de ciuitatibus, & dicit Bald. infrà in tit. seq. vbi format quæstionem quod non, quia mundus est omnibus communis patria, vt ait Seneca. Item ista expulsio est quodammodo interdictio, quæ non potest fieri sine causa. l. relegatorum. ff. de interdict. & relegatis. Et ideò sine causa hoc non potest fieri, postquam ibi venerunt, sed antequam veniant, benè possent interdici ingressus. ar. ff. de serui. ru. prædi. l. diuus. & de vsufruct. leg. l. hęres. Est enim contra naturalem æquitatem, & contra bonum publicum, postquam ibi venerunt expellere eos. Et allegat text. quem dicit esse singularem ad hoc in Auten. de quæstore post prin. col. 6.

Quæro an ille, qui iurauit tanquam Vasallus, vt hîc, in prima parte teneatur etiam iurare tanquam familiaris, & habitans in loco, si est domesticus domini, vel aliàs sit sub iurisdictione domini ratione habitationis, vt hîc in secunda parte. Et dicit Odoffre. quod sic, quia separata sunt facta. argu. ff. de Calumniatoribus. l. fin. & C. de Do. inter virum & vxorem. l. si maritus. Sed tamen dicit ipse, quòd vno iuramento poterit vtrunq; explicari. ar. ff. de auto. tuto. l. accipientis. Ita determinat ipse in suo apparatu de pace Constantiæ in §. Vasalli nostri.

Vltimò ad materiam præsentem, vi-deas in Spec. de feudis in §. quoniam in vltima col. & in dicto §. Vasalli. de pace Cõstantiæ, vbi plenè de materia no. vbi etiam declaratur, in qua ætate, & vsque ad quam ætatem ista iuramenta assecurationis pręstantur, & quæ personæ exceptuantur, & per Iacob. Ardi. in tit. qualiter iurare debet Vasallus in §. 1. sub rubricella prima, per Cano. in d. c. petitio. de iureiur. extra de ver. sig. in c. cùm Clerici. De iuramento autem Vasallorum statim patebit in tit. seq. Quotuplex autem sit fidelitas, & de qualitatibus fidelitatis dixi sup. tit. proxi. in secundo notabili.

DE FORMA FIDELITATIS

RVBRICA.

SEcundum ordinem rubricarum Oberti de Horto hîc nulla erat rubrica, sed comprehendebatur iste titulus sub rubrica præcedenti, postea autem ista rubrica fuit interserta à Glossatoribus superuenientibus gratia commodioris intelligentiæ, vt ibi dixi super rubrica, & ideò hodie vtimur ista rubrica & benè. Et per hoc habes mentem Glossellæ hîc positæ, quæ dixit, quòd quidam non habent hîc titulum, sed malè. Et continua istam rubricam pręcedentem hoc modo. Quia suprà proximo tit. in princ. posuit formam iuramenti Vasallorum in genere, sed quia dictum iuramentũ continet in se plura capitula, quæ ibi non fuerunt expressa. Idcircò vt prædicta declaret, subijcitur iste titulus, in quo traditur specialis forma iuramenti, declarando particulariter, quæ sunt ipsa capitula fidelitatis, &c.

SVMMARIA.

1 *Memoriam habere debemus eorum, quæ alij facturi sumus.*
2 *Vasallus secreta domini non reuelabit.*
3 *Abstinere à malo non sufficit, nisi bonum feceris.*
4 *Periurus an de suo feudo sit saluus.*
5 *Vasallus & dominus, eadem fide mutuo obligantur.*
6 *Fidem qui non præstiterit, eam non sperabit.*
7 *Dominus an Vasallo fidelitatẽ iurare debeat.*
8 *Vasallus filio domini viuentis fidelitatem, quando iurabit.*
9 *Vasallus an teneatur dominum iuuare contra patrem proprium, filium, fratres, & etiam contra se.*

10 *Noui-*

10 *Nouitas an poßit induci in exactione fidelitatis.*

IN EPISTOLA. Totus iste titulus, habetur originaliter de verbo ad verbum in Decretis. 22. q. 5. c. de forma. & ibi plenius glossatur, quàm in hoc tit. Adducam hîc omnia necessaria, & diuiditur in partes tres. In prima adducit sex capitula, in quibus ex forma fidelitatis Vasallus est obligatus domino, vt ab illis se abstineat. In secunda ostendit, qualiter in prædictis sex capitulis Vasallus, nedum debet abstinere, sed etiam debet super illis auxilium, & consilium domino exhibere. In tertia determinat in casu conuerso, videlicet, vt dominus eodem modo ex fidelitate sit obligatus Vasallo suo, in omnibus supradictis sex capitulis. Secunda ibi, sed quia. Tertia ibi, dominus quoq;.

CASVS.

Vasallus iurans fidelitatem domino suo, debet semper in memoria habere sex capitula, quæ hic specificantur, & ab ipsis non tamen debet se abstinere, verumetiã super illis auxilium & consilium domino exhibere. Similiter econtrà, vice mutua est obligatus domino Vasallo suo, virtute dictæ fidelitatis. h. d.

In tex. ibi, filij liberti, aliàs filiberti. Ibi, 22. causa, subaudi. q. 5. c. de forma. Ibi, notaui, dic quod est Episcopus tanquam peritus in hac scientia, ad instantiam petentium scripsit ea, quæ sequuntur. Et de hoc Filiberto Episcopo feci mẽtionem in prologo operis præsentis. Ibi, q, scilicet, Vasallus. Ibi, in memoria habere, subaudi, & sic non esset necesse de iure, quòd exprimerentur in iuramento, quia sufficeret generaliter iurari fidelitatem, vt patet suprà tit. proxi. in princip. Sed propter ignaros consuetum est exprimi, prout dixit text. inf. in tit. seq. Ibi, de corpore suo, scilicet, q, ipse Vasallus nõ erit causa, neq; per se, neq; per alium, vt dominus patiatur damnum in corpore suo, sed iuxta posse suum, curabit conseruare ipsum incolumen, vt probatur inf. in tit. seq. Ibi, de secreto suo, id est, vt nõ reuelet secreta sua in suum damnum. vt suprà titu. proxi. quòd qualiter intelligatur, plenè declaraui in c. 1. hic potest esse tit. qui. mo. feu. amit. vbi videas. Ibi, munitionibus suis, id est, vt non reuelet facta, per quæ dominus muniebat se ab hostibus, & inimicis suis, per prædicta iura. Ad quod facit. l. 1. ff. ad l. Iul. Maiest. Ibi, de sua iustitia, vt quia dominus conuenit Vasallum, quia vult agere contra eum, occasione ipsius feudi, & Vasallus expressè fuit contumax in non parendo iuri. Vel aliter fuit causa, vt dominus non posset consequi iustitiam, vt plenè declaraui infrà, quæ fuit prima causa benef. amit. in §. item qui domino. Ibi, honestatẽ ius, scilicet, domini, & exemplifica, vt ipse Vasallus abstineat se ne vtatur inhonestate in domo domini, circa eius vxorem, vel sororem, vel filiam, vel similẽ, vt probatur suprà, quibus modis feudum amitt. in §. 1. & infrà, quæ fuit prima causa benef. amit. in §. rursus. Ibi, possessionibus, id est, de suis rebus, vt patet infrà, in tit. seq. & infrà, quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. sed & qui delator. Ibi, leuiter regitur cum verbo præcedenti, & non sequenti. Ibi, difficilè. Exemplifica, vt quia Vasallus seminauit discordias, propter quas illud bonum, quod de facili erat paratũ domino, nunc propter illas discordias, non potest dominus habere, nisi cum difficultate. Vel exemplifica, quòd alio modo huic facto operam dedit, vt non fieret. Ibi, impossibile, vt quia fortè ipse Vasallus disturbauit matrimonium, quod erat futurum cum ipso domino, & nunc ex opera Vasalli nõ est possibile, quòd possit amplius esse, vt quia fortè illa domina, cõtraxit, cum alio matrimonium. Vel ponas aliquod aliud exemplum simile. Ibi, fidelis, id est, Vasallus, vt sup. de controu. inuesti. in princ. Ibi, documenta, scilicet, supradicta, quæ ex dictis sex capitulis colliguntur. Ibi, caueat, id est, promittat suo iuramento fidelitatis, quæ tamen ipso iuramẽto fidelitatis de sui natura inesse intelliguntur, vt sup. dixi & patet infrà, in titu. seq. Ibi, à malo, scilicet, domini, vt sup. dictum est. Ibi, faciat, id est, ipse Vasallus. Ibi, præstet, subaudi, vt patet infrà tit. seq. in fi. & in ver. & si consilium, &c. cum ibi not. Ibi, vicem, id est, eandem fidelitatem. Ibi, reddere debet, quasi dicat, quòd ad eandẽ fidelitatem tenetur dominus Vasallo in prædictis capitulis, prout & serui, quòd ipse Vasallus tenetur domino, vt suprà dictum est. Ibi, malefidus, id est, malefidei secundũ glo. Ibi, sicut ille, subaudi, Vasallus. Ibi, præuaricationibus, id est, variationibus, vt quia diuersam causam adiuuat ꝓdita causa sua, prout exponitur per text. in l. 1. ff. de præuaricatoribus. facit. l. 1. §. præuaricatorem. ff. ad Turp. Ibi, perfidus, id est, fidẽ perdens. Ibi, periurus.

Non intelligas per hoc, quod dominus iuret Vasallo, vt statim dicam. Vnde non

 referas

referas iſta verba ad perſonam domini, ſed ad perſonam Vaſalli, prout ſuprà expoſui in verbo ſicut ille.

1 † No. ex prima parte, & primò, quod quis debet in memoria ſemper habere illud, quod tenetur alij facere, præſertim ſub vinculo ſacramenti, concordat. l. magnam. in fin. C. de contrahen. & committen. ſtipul. No. ex dicta parte, quòd in iuramento fidelitatis [a] ſemper intelliguntur iſta ſex capitula, de quibus in iſto tex. & in d. c. de forma. ſicut in ſimili dicimus, & in quocunq; alio iuramento, in quo ſubintelliguntur certæ conditiones & capitula, quæ not. per gloſſ. in c. quemadmodum. extra de iureiur. & in Auten. quod eis. C. de nup. & in c. fi. extra de hæreticis.

2 † Not. ex dicta parte, quòd Vaſallus ſub vinculo iuramenti, non debet reuelare ſecreta domini ad eius damnum, vt dixi ſuper text. & probatur infrà tit. ſeq. & no. per gloſſ. in d. c. de forma. Simile dicimus in illis, qui denunciant ſecreta [b] hoſtibus, quia capite puniuntur, vt in l. omne. in §. exploratores. ff. de re milit. & not. in d. c. de forma. Eodem modo dicas, quòd Vaſallus non debet reuelare munitiones domini, aliàs priuaretur feudo. Simile videmus de eo, qui dat hoſtibus munitiones, vel mittit literas, vel nuncium, vel per aliud ſignum eis notificat. Nam incidit in crimen læſæ maieſtatis. l. 1. 2. & 3. ff. ad l. Iul. Maieſt. & hoc totum dixit gloſſ. in d. c. de forma. Facit quod not. per gloſſ. Odoffre. in tractatu de pace Conſtantiæ, in §. ego iuro ſuper verbo credentias. Quid autem de reuelante conſilium Principis, dic vt habetur ff. de pœnis. in l. ſi quis aliquid. in §. 1.

Not. Vaſallum debere vti honeſtate in domo domini, vt hîc & inf. quibus modis feudum amitt. in §. 1. & de peten. di. 5. conſideret. & not. per gloſſ. in d. c. de for.

3 † Not. ex ſecunda parte text. notabilem, quod non ſufficit abſtinere à malo [c] niſi fiat quod bonum eſt, quæ verba fuerunt Auguſtini, & poſtea epilogata in libro Proſperi. Hanc eandem ſententiam poſuit Ambroſius in libro de officijs, & tranſſumptiuè. 86. diſtin. in c. non ſatis. & not. per gl. inſtit. de iuſti. & iur. in §. iuris præcepta. Facit Auten. domini dicentis: qui non eſt mecum contra me eſt.

Not. ex dicta parte, quòd Vaſallus non tantùm eſt obligatus ad non faciendum damnum domino, verumetiam debet dare auxilium, quod alius non faciat, & ſic iuramentum ſuum fidelitatis interpretatur, vt ipſe non faciat & prohibeat alios facientes, vt infrà quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. in §. item qui dominum. & in §. præterea. Facit quod not. ſuprà, quibus modis feudum amittatur in princip. Simile dicimus in omnibus promiſsionibus negatiuis, vt ff. de verb. obli. in l. in illa. & in l. inter ſtipulantem. in princip. & no. gloſſ. in d. c. de forma. Adde tamen, quòd licet Vaſallus non debeat eſſe pro alijs in iudicio contra dominum ſuum, vt ex hoc text. colligitur. & in c. fin. extra de poſtu. Tamen pro ſe & ſuis hominibus poteſt & petere, & defendere. arg. in c. petitio. extra de iureiu. & tenet Bar. de Pyſis in ſua Summa in litera feudum.

4 † Not. quod periurus non poteſt eſſe ſaluus de ſuo feudo.

Quod intelligas verum, quando iſtud periurium cadit ſuper delicto, vt hîc. Secùs autem ſi caderet ſuper contractu. infrà quæ fuit prima cauſa benefic. amit. in §. illud. & ita not. per gloſſ. ſuprà, quibus modis feud. amit. in §. 2. & ibi dixi. Facit quod tangitur per Canoniſt. in c. fin. extra de hæred.

5 † Not. ex tertia parte, quòd eadem fide tenetur & obligatus eſt dominus Vaſallo ſuo, quemadmodum econtrà Vaſallus domino. Ex quo infertur, quòd ſicut Vaſallus per delictum commiſſum in dominũ, priuaretur feudo, ita & dominus per delictũ commiſſum in Vaſallum priuari debet iure ſuo ꝓprietatis, quod habet in dicto feudo, quòd eſt multum notandum & ſancta deciſio. Et probatur in c. domino committente. inf. ſi de feu. fue. controuer. & in c. 1. quali. do. proprie. priuetur. Et hoc etiam colligit gloſſ. hîc poſita probans prædicta, per tale exemplum, vcz. quia ſicut libertus denegans alimenta patrono inopi, punitur, quia redigitur in ſeruitutem, item & econtrà patronus denegans liberto, priuatur operis, quæ ſibi impoſitę fuerunt gratia libertatis, & etiam hæreditate ipſius liberi ab inteſtato, non autem ex teſtõ. vt in l. ſi patronus non aluerit. ff. de bo. lib. & in l. alimenta. de libertis agno. Et hoc voluit tota iſta glo. vſq; iuxta finem ſui, quæ benè loquitur, & eam ſequuntur Doct. & hanc eandẽ ſententiã ſequitur glo. in d. c. de forma. Ad quem aũt debeat reuerti tale ius, quod amiſit domin⁹, vel Vaſall⁹ ex eorũ delicto, vt ſup. dictũ eſt, plenè dixi inf. q̃ fuit prima cauſa benef. amit. in §. fi. in cõcluſionibus vbi videas. Sed vtrum Vaſallus teneatur alimen-

[a] In iuramento fidelitatis. Adde ꝙ in omni iuramento intelligitur excepta autoritas legis, vel ſuperioris, vt eſt gl. in c. conſtitutus, de reſcript. gl. in c. de forma. 22. q. vlt. gl. pe. in c. quæ contra mores. 8. di. Doc. in c. veniens. de iureiur. c. beatus. 12. q. 2. in §. cũ ergò. 27. q. 2. Archi. in c. autoritatẽ 15. q. 6. & in l. fi. ff. qui ſatiſ. cog. licet in quolibet iuramẽto intelligitur excepta perſona Imperatoris ſecundum Bal. in c. imperialem in § fi. de probi. alie. per Fe. in vſibus feudorũ.

[b] Denunciant ſecreta. Adde ꝙ tales poſſunt excõmunicari. vide per Philip. in c. fi. in §. iubemus. quinto no. de hæred. lib. 6.

[c] Non ſufficit abſtinere à malo. Adde c. placuit. 1. q. 1. c. cũ ab omni de vi. & hone. Cle. & in Cle. cupiẽtes. in §. & quia de pœnis.

alimenta dominum suum egenum, dixi in c. licet. inf. si de feud. fue. contro. Econtrà autem an Vasallus pauper sit alimentandus, dixi in tit. Epis. vel Abba. in §. fi.

6 †Not. ex dicta vltima parte in fi. quòd fides debet seruari hincindè, & qui fidem non præstat, eam sperare non debet. Facit quod not. per gloss. suprà per quos fiat inuesti. in §. fi. & ibi dixi in primo notabili. & infrà, quæ fuit prima causa benef. amitt. in §. 1. Et hoc voluit dicere gloss. hìc posita in fi. sui dum dixit, hìc est argumentũ ad mutuam præstationem, quæ ex prædictis in totum remanet expedita. Ad quod facit q̃ not. per glo. & Doc. in l. cùm proponas. C. de pac. & in l. instituta. in princip. ff. de transla.

7 †Quæro ab extra iuxta prædicta, vtrũ dominus teneatur iurare fidelitatẽ Vasallo suo? Et videretur dicendum q̃ sic, per istũ tex. postquam Vasallus de necessitate iurat domino, vt sup. per quos fiat inuesti. in §. fi. quia eandem vicẽ debent sibi vicissim reddere dominus & Vasallus, vt hìc dicitur. Per hoc facit. inf. de prohi. feu. alie. per Fe. in fi. Et gl. ibi videtur tenere hanc partem. Facit pro hac parte in ti. de pace Constantiæ. in §. ego iuro. vbi Imperator iurat suis subditis. Sed in contrariũ est veritas, primò, q̃a hoc non reperitur aliqua lege cautum expressè. Item, quia Vasallus æquiparatur liberto, vt no. inf. de mili. Vasal. quia contu. est. Sed patronus non iurat liberto propter honorem suum. l. qui bona. §. pe. ff. de damno infec. & ff. de iureiur. l. iusiurandum q̃ ad pecunias. §. hoc iusiurandũ coniuncta. l. honori. ff. de obsequijs. Igitur nec dominus iurare debet Vasallo. Facit ꝑ hac parte, quod dixit Bal. in l. liberti. C. de operis liber. iuxta finem commenti.

Non obst. iste text. quia fatendum est, quòd dominus reddat vicem Vasallo. s. in obseruando ei absq; iuramento illud, ad q̃ Vasallus est obligatus per iuramentũ domino. Non ergò tenetur iurare dominus Vasallo. Sed in effectu tenetur sibi in tantum absq; sacramento, in quantum tenetur Vasallo domino cum sacramento. Vnde hoc plus est in Vasallo, quia iurat & Deo teste promittit.

Non ob. d. glo. in §. fi. quia debet intelligi secundum istum tex. quem allegat, & super quo fundat se, vcz. quòd dominus teneatur reddere eandem vicem Vasallo, nõ autem q̃ obligetur per sacramentum, vt suprà dictũ est. Et si dicta gl. habuisset sensum contrarium, non benè loqueretur.

Non obstat dictus §. ego iuro de pace Constantiæ, quia non loquitur de iuramẽto Vasalli ad dominum, vel econtrà, sed loquitur de sacramento assecurationis, vbi pro assecuratione partium præstatur hincindæ, de quo sacramento feci mentionem suprà tit. proxi. in fi. Ex quibus infertur, quòd in iuramento non est parilitas inter dominum & Vasallum. & ita tenet An. de Iser. & Iac. de Bel. & Communiter Doct. & Fran. Zaba. in c. 1. extra de feudis. Similiter non esset parilitas in pignorando ius, quod quisq; habet in feudo, vt dixi inf. de prohi. feu. alie. per Fe. in prin. in prima gloss. Item videmus non esse parilitatẽ in relinquendo ius ipsorum ad pias causas, quia dominus potest hoc facere, vt inf. de pace iura. fir. in §. pe. Sed Vasallus non potest, vt infrà, qualiter olim feud. po. alie. per Fe. post prin. Similiter non est parilitas in alijs casibus, quos scripsi infrà, de consue. rect. feud. in ver. & cùm datur in 2. notabili.

8 †Quæro an Vasallus teneatur iurare fidelitatem filio domini, viuente domino? dic quod non, si non vult, vt colligitur inf. de capi. corra. in prin. & de prohi. feu. alie. per Fede. in §. preterea si quis. & suprà, quo tempo. miles. in c. 1. nisi fortè dominus ei à principio dedisset feudum, cum hoc quod iuraretur etiam filio suo domino adhuc viuente, vt probatur in tractatu de pace Cõstantiæ. in §. in nomine Christi, vbi iuratur etiam filio Imperatoris. Facit. l. cùm patronus. §. 1. ff. de operis liber. & l. si quis operas. & l. si operarum. sed licet non teneatur filijs iurare, tamen non debet eos offendere, vt infrà, quæ fuit prima causa benefic. amitt. in §. rursus. & sup. qui. mo. feu. amit. in §. 3. & inf. an ille qui interfecit fratrem Do. c. 1. Sed vtrum filius Vasalli viuentis, debeat iurare, dic q̃ non, cùm reperiatur cautum, sed benè debet se cauere ab offendendo, vt inf. de prohi. feu. alie. per Fe. in §. insuper. Et prædicta sunt de mente Iaco. Ardi. in Summa in tit. qualiter iurare debet Vasallus sub rubricella, nunquid & filio domini iurare debet Vasallus, &c. Domino autem & successoribus benè posset fieri in vna inuestitura, vt in c. ego Episcopus, extra de iureiuran. & dixi in c. 1. in prin. quæ fuit prima causa benef. amit.

9 †Quæro an Vasallus sit astrictus virtute suæ fidelitatis, quam iurauit domino suo adiuuare ipsum dominum suum, contra patrem, proprium filium, fratres, & etiam contra se? Et gloss. mouet istam quæ-

ſtionem in d. c. de forma. circa quam non inſiſto. ſed te remitto ad ea, quæ in hoc plenè ſcripſi infrà, hîc fi. lex. in §. fi. vbi videas.

Quæro an Vaſallus poſsit dominum accuſare, vel eſſe contra ipſum aduocatus vel teſtis. Et de his quæſtionibus ſimiliter tangit gloſſ. in d. c. de forma. Sed tu latius dicas, vt ſcripſi infrà, quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. in §. porrò. & in §. ſed & qui delator. vbi gloſſ. has quæſtiones formauit.

Quæro quia hîc dicitur, quòd Vaſallus non debet pandere ſecreta domini, quid ſi dominus dixit Vaſallo in ſecreto, quod volebat occidere Titium, an Vaſallus poterit reuelare, & quid agere debet? dic quod debet perſuadere domino, ne id faciat, & dicere Titio in genere, vt cuſtodiat ſe, quia quidam vult ipſum occidere, non tamen debet nominare aliquem, ita dixit gloſſ. 13. di. nerui. & probatur in c. ſi Sacerdos. extra de officio iudi. ordi. & tenet And. de Iſer.

10 † Quæro an in exactione fidelitatis vel Homagij, poſsit induci nouitas? dic q. non, vt extra de maio. & obe. dilecti. & de conſuet. in c. cùm conſuetudinis, alioquin negari poſſet, vt extra de exceſ. Prælat. ſanè. & tenet Specul. in tit. de feud. §. quoniam. ver. & not. quod non debet in vltima columna. & vide quòd dixi infrà, quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. in §. 1.

Vltimò ad materiam præſentem, vide infrà in tit. ſequenti. & quod dictum eſt ſuprà, in tit. pxi. & de pace Conſtantiæ, in §. in nomine Chriſti. & in §. Ibi, ſequenti. & quod dixi infrà, de prohi. feud. alie. per Fe. in §. fi. infrà, hîc fi. lex. in §. fi. per Iacob. Ardi. in Summa in tit. qualiter iurare debeat Vaſallus ſub rubricella, qualiter iurare debet Vaſallus, & per Roffre. in libellis parte octaua ſub rubrica, & de officio iudi. quo ſubuenitur cenſito in rubricella de ſacramento cuiuſlibet Vaſalli, per Cano. in c. ego Epiſcopus. extra de iureiur. & in d. c. de forma. 22. quæſt. 5. & 63. di. in c. tibi domino, & quod not. in c. in quibuſdam extra de pœnis. & 95. di. in c. eſto ſubiectus. & extra de iureiur. peruenit. & in Spec. de feudis in §. quoniam. ver. forma autem iuramenti, & in tit. de iureiur. & in tractatu libellorum, vbi ponitur formas omnium iuramentorũ & per Hoſti. in Summa ti. de feudis ſi. quid ſit fidelitas. ver. fidelitas, &c. & per Bart. de Pyſis in Sũma in litera feudum, & per Ioan. Andr. in Summa ſua in tit. de feudi. q. 8. & 9.

DE NOVA FORRMA FIDELITATIS.

RVBRICA.

OLim nulla erat hîc rubrica, ſed fuit addita à Gloſſatoribus, vt dixi ſuprà tit. 2. ſuper rubrica, & hoc eſt quod ſenſit Gloſſella hîc poſita, dum dixit, quidam nõ habent hîc titulum, & malè. Patet ergò qualiter hodie iſta eſt bona rubrica, & ita ſemper allegatur per gloſſ. & Docto. licet gloſſ. 1. infrà poſita in nigro dicat, quòd in paucis libris habeatur iſte titulus. Quia de nouo fuit inuenta iſta forma, vt perpendi & colligi poteſt ex principio literæ, dum dixit, eſt & alia de nouo, &c. Tu verò dicas, quòd hodie communiter habetur, & eſt ab omnibus Doctoribus commendatus. Vnde minimè ſunt mutanda, &c. l. minimè. de legibus. Et continuatur cum præcedentibus hoc modo. Quoniam ſuprà in tit. 2. viſum eſt in genere, qualiter Vaſallus debet iurare fidelitatem, poſtea ſubſequẽter in titulo proximo præcedenti declarauit, quæ & qualia capitula intelligantur includi in ipſo iuramento fidelitatis, adq; Vaſallus obligatus eſt.

Nunc verò in iſto titulo ponit nouam formam iuramenti fidelitatis, quæ de nouo inuenta fuit propter homines ſimplices & ignaros circa interpretationes, & ſignificationes vocabulorum, qui cupiunt ſcire ſpecialiter & apertè, qui habent iurare, & ad quæ ſpecialiter obligantur ex natura ipſius fidelitatis, licet ſupradicta forma generalis poſſet ſufficere de iure, ex eo quia de ſui natura includit tacitè omnia capitula, quæ ipſa fidelitas exigit, cùm ipſe iurans debeat ſemper ea habere in memoria, vt ſuprà titulo proximo, & infrà ſtatim patebit in nigro, & dixi etiam ſup. tit. 2.

SVMMARIA.

1 *Forma ſubſtantialis per accidentalem quandoq; declaratur.*
2 *Inſtrumentum fieri poteſt in prima perſona contrahentis.*
3 *Loquutio generalis perfecta quare dicatur.*
4 *Simplicitati hominum ſubuenitur.*
5 *Iuramentum quando ſuper futuro ſit præſtandum.*
6 *Iurantis poſſe in iuramento ſubintelligendum eſſe.*
7 *Vaſallus domino proprijs expenſis famulari an teneatur.*
8 *Forma alia in iuramento fidelitatis ſtatuto vt conſuetudine an dari poſſit.*

EST

EST ET ALIA. Diuide totum istum titulũ in duas partes principales. Nam in prima specificat, & declarat ea, ad quæ tenetur Vasallus domino, & forma fidelitatis nouiter inuenta. In secunda declarat ea, ad quæ tenetur econuerso dominus Vasallo pstita dicta fidelitate. Secũda ibi, inuest. verò facta, &c.

CASVS.

Licet iuramentum fidelitatis generaliter præstitum per Vasallum, sit sufficiens de iure, ac in se contineat integram & perfectam fidelitatem sine alia adiectione, attamen ,ppter simplices & ignaros, specificantur hodie, & nominatim exprimuntur in fidelitate ea omnia capitula, ad quæ Vasallus obligatus est domino, ex debito fidelitatis modo, & forma hîc descriptis. h. d. vsq; ad §. inuest. In tex. ibi, omni curia, hoc ideò dixit, quia plures sunt curiæ [a] in materia feudali, prout latè dixi in c. 1. suprà, apud quem vel quos. Ibi, sancta Dei Euangelia. Vtrũ autem super alia scriptura vel materia, possit iurari, dixi sup. tit. secundo, vbi videas. Ibi, vsq; ad vltimum diẽ, dic secundum Andr. de Iser. quòd ista verba ponuntur ,ppter simplices, & sunt superflua, quia etiamsi non apponantur, debet ipse iurans nihilominus esse perpetuò fidelis, postquam iuramentum est præfinitione temporis. ar. C. de pœnis. l. seruus. & de diuersis rescriptis. l. falso. & l. iuris peritos. ff. de excu. tu. Facit q dixit Inno. in c. ex literis. extra de const. Ibi, Imperator. Nam Imperator debet in omni sacramento fidelitatis excipi, inf. de prohi. feud. alie. per Fe. in fi. & in gl. 2. hîc posita in fine. Ibi, vel Rege, potest intelligi de eo Rege, à quo tenebat feudum, quo casu, ipse Rex tanquam prior dominus, semper excipitur, vt infrà hîc finitur lex in §. fi. Nam quælibet prouincia [b] habet suum Regem. 6. q. 3. scitote. & 7. q. l. 1. in apibus. & postliminiũ in prin. ff. de captiuis. Potest etiam intelligi, quòd loquatur de Rege Romanorum, qui nondum est consecratus & coronatus de imperio, & sic non erat adhuc verè Imperator, vt probatur in l. benè à Zenone. in fin. C. de quadri. præscrip. extra de elect. in c. venerabilem. & not. in l. ex eo. ff. de testa. mili. Nam Aeneas dictus est Rex Romanę reipublicæ in Auten. vt præponatur nomen Impera. in princ. Et Otto Imperator similiter appellauit se Regem. Et Italia appellatur regnum Italicum, vt in c. tibi domino. 63. di. probatur in c. 1. suprà, si de inuesti. inter do. & Vasal. & dixi inf. quis dicitur Dux, Co. vel Marc. c. 1. in prin. & inf. de pace te. in prin. Ibi, rectè intelligatur. i. sanè & perfectè, vt extra de sponsalib⁹ ex literis. & in c. ex parte. Ibi, continet fidelitatem, subaudi, q patet, quia ille qui iurat fidelitatem, debet semper habere in memoria omnia capitula, ad q̃ tenetur ex debito fidelitatis, prout dixit tex. sup. ti. proximo. & hoc etiã voluit glo. hîc posita quæ p hoc est expedita. Ibi, vel in facto, q̃ autem differentia sit inter auxiliũ [c] & consilium, vide in l. sępè. in fi. cùm ibi no. ff. de ver. sig. Ibi, mẽbrum qd sit, & qualiter capiatur membrum, dic per Cy. in l. non liberi. ff. de statu. hominum. & plenius per Bart. in l. 2. ff. de publi. iud. Ibi, vel contumeliam, dic q iniuria & cõtumelia differunt, tanquã genus & species. Quoniã iniuria dicit omne, q non iure fit, sed contumelia propriè capitur in spem, pro ipsa iniuria illata, vt. l. 1. in prin. ff. de iniurijs. Ibi, in antea in futurũ secundum Bal. Ibi, impedimentum pręstabo. i. disturbabo ne fiat. Ibi, quam citius potero q, intelligit Bald. & benè cum aliquo moderamento temporis, de quo dicit esse gl. singularẽ in l. Aemilius. ff. mino. Facit l. quod dicimus. ff. de solu. & quod dixi infrà de prohi. feu. alie. per Fe. in §. firmiter. Ibi, nunciabo. Et hoc Vasallus semper facere tenetur ad hoc, vt dominus possit euitare periculum, & si Vasallus hoc non facit, debet perdere feudum, vt infrà quę fuit prima causa benefic. amit. in §. præterea. & in glo. hic signata, quæ per hoc est expedita. Ibi, prout potero, hoc ideò dicit, quoniã si Vasallus hoc non posset, tunc esset excusatus, nec priuaretur feudo, vt inf. quę fuit prima causa beneficij amittendi. in §. sed nec est alia. & in gl. hic posita, licet non benè allegauerit. Facit text. in c. 2. suprà de feud. sine culpa non amit. & quod no. glo. sup. quib. mod. feud. amitt. in princ. & ibi dixi. Ibi, specialiter vel generaliter. An autem sufficiat generale proclama. dixi infrà de pace iura. fir. in §. fin. ibi, pandã, subaudi, scilicet scienter & ad damnum domini. Nam ista duo requiruntur ad hæc, vt Vasallus manifestans credentiam domini, priuetur feudo, vt latè dixi in c. 1. suprà, hic potest esse titulus quibus modis feudum amitt. & suprà in tit. 2. & hoc etiam voluit gloss. hîc posita, quæ per hoc est expedita. Ibi, faciam vel per signa, vel scripturam, vel alio modo, vt dixi sup. tit. proximo in tertio notabili. Ibi, expedire, subaudi, & istud consilium debet Vasallus domino exhibe-

a *Plures sunt curiæ. Adde q hoc verbũ curia diuersimode capitur. quandoq capitur pro regia principũ, vt in Cle. ne in agro. in §. quia verò de sta. mo. & in c. 1. in §. per rò. de sta. Regu. lib. 6. quãdoq capitur, vt vniuersale ius cõprehendens sub se iurisdictionẽ loci, & dominia rerum, vt in c. cùm Bertoldus de re. iu. & in c. 1. in §. item si quis. & ibi Bal. quib. mo. feu. amitt. itẽ an appellatione curiæ Romanæ veniãt Cardinales, vide per Old. Pau. de Ca. et Ias. in l. si. C. de ver. si.*

b *Quælibet prouincia. Adde quæ dicatur prouincia. vide per Car. Alex. in c. ius qui ritum in prima co. 1. di. & vnde dicta sit prouincia. vide per Car. Zab. in Cle. dudũ in ver. extra ciuitates. in 1. q. de sepu. itẽ dic q qñ fit mentio de habitantibus in certa prouincia, nõ cõprehendũtur habitantes in cõfinibus secũdũ Domi. in c. 1. in 1. colũ. de tẽpo. ordi. lib. 6.*

c *Differentia inter auxiliũ.*

exhibe- *

Adde an sit differetia inter auxilium & opem. vide per Bar. in l. furt. §. ope. ff. de fu.

exhibere, aliàs priuatur feudo, cùm videatur facere contra fidelitatem, quoniam nõ sufficit, quod se abstineat à malo, nisi faciat quod bonum est, vt prædicta probantur sup. tit. proxi. in fi. Et hoc est, quod voluit dicere glossella hîc posita, quæ per hoc remanet expedita. Ibi, ex mea persona, hoc ideò dixit, quia sicut ipse Vasallus tenetur dominum adiuuare contra alios, & ab alijs eum defendere, ne prædicta ei eueniant, vt probatur sup. eo. in ver. iuro quòd nunquã scienter, &c. ita quoque & multò magis in sua persona debet hoc attendere, ne prædicta fiant. Et hoc est quod voluit dicere gloss. hic posita, quæ ad prædicta allegauit aliquas concordantias, & dicam statim in notabilibus.

Not. ex principio huius capituli, quòd illud quod de sui natura est tacitè subintellectum, si specificetur nominatim, intelligitur nouam formam inducere.

Quod intelligas verum secundũ Bald. quantum ad formam apparentem, sed nõ quantum ad intrinsecum sensum, & virtutem essentialem, sicut videmus in eo, qui spicam excutit, quoniam nihil noui inducit, sed velatam formam & inclusam ostẽdit. ar. l. cùm quis. §. fin. ff. de acqui. rerum dom.

1 †No. quòd forma substantialis, potest declarari per formam accidentalem, vt hîc & dixi suprà tit. 2. c. 1. Non autem posset mutari, vt in l. prolatam. C. de sen. & no. in l. non sunt liberti. ff. de sta. ho. quando autem intelligatur esse forma substantialis, & quando accidentalis, dic plenè per Bar. in suo tractatu Tyberiadis ad finem. Quot autem modis capiatur forma* vide plenè per Bald. in l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. de iureiuran. vbi ponit duodecim species, quas ibi videre potes. Facit quod no. in c. 1. extra de baptismo.

Quot autem modis capiatur forma. Adde Bald. in l. 1. ff. de liberis & posthumis.

2 †Not. ex text. ibi ego Titius iuro, &c. quòd instrumentum potest formari in prima persona contrahentis, vt hîc & in c. 1. suprà tit. 2. Sed dic, quod potest etiam formari in tertia persona, quia in hoc non est vis, dummodò non mutetur substantia veritatis, vt est text. expressus, qui solet allegari pro singulari in c. dudum. ad finem. extra de conuersi. coniuga. Similiter non refertur, an verba inuestituræ sint de præsenti, vel præterito, vt per Ioan. And. in c. Abbate. extra de verb. sig. & per Innoc. in c. quoniam de proba. per Bart. in l. prædia. ff. de act. emp. per Bald. suprà de his, qui feud. da. pos. in §. pe. Qualiter autem notarius debeat conficere instrumentũ, dic vt not. per gloss. in Autcn. de Tabel. §. 1. col. 4.

3 †Not. quòd generalis locutio, dicitur esse quid perfectum, quia continet omnes suas species. Ad quod facit. l. 1. ff. si cer. pe. Et ideò sufficeret iurare fidelitatem simpliciter sic dicendo, iuro tibi fidelitatem contra omnem hominem, excepto Imperatore, vt hîc. Quinimò etiam breuius & generalius posset iurari, sic dicendo: Iuro quodammodò ero tibi fidelis, sicut debet esse Vasallus domino, vt patet suprà, in dicto c. 2. in princip. Et sub isto tali iuramento simplici & generali comprehenduntur omnia capitula, requisita ad fidelitatem, vt patet suprà titu. proxi. Sed hodie propter simplices, qui ignorant significationes vocabulorum, & quid contineat ipsa fidelitas, specificantur capitula in iuramentis fidelitatum, vt appareat ad quid tenetur iurans, vt probatur in isto text. & in c. ego Episcopus. extra de iureiuran. Item & est alia ratio, quia solet plus timeri quod specialiter, quàm quod in genere pollicetur. 23. di. quanquam. & not. gloss. suprà iu. d. ti. 2. in fi. Item quia natura quotidie deproperat, ędere nouas formas. C. de veteri iure enucle. l. 2. §. sed quia secundum And. de Iser.

4 †Not. subueniendum esse simplicitati hominum, qui ignorant significationes vocabulorum, vt hîc & in l. 1. in princip. C. de indict. vidui. tol. Facit quod dixi suprà de natura feudi. in c. 1. in fin. Et ex hoc dixit gloss. notabilis in l. stipulatio. in §. hoc quoque. ff. de verb. obli. quod tenet dictum testis simplicis & rustici, qui deposuit talem possidere, quanquam interrogatus quid sit possessio, nesciat diffinire. Facit quod not. gloss. insti. de inutilibus stipu. in §. Item si quis. & quod tangitur in c. ex literis. extra de sponsa.

5 †Not. ex text. ibi, vel in antea habebis, quòd iuramentum pręstatur super futuro.

Quod intelligit Bal. esse verum, quando præstatur super rebus. Secùs si super statuto, quia tunc ad præterita. & allegat. c. Clericus. extra de iureiur. Sed tu aduerte, quia licet virtus iuramenti præstiti super statuto præterito, non extendatur ad futura, vt ibi, tamen si à principio quis iuraret seruare statuta præterita iam facta, & futura fienda, tale iuramentum caperet, etiam statuta futura, vt ibi expressè tenet Innoc. Facit. c. præterea. extra de testibus cogen.

Quod

Quod intelligas procedere, nisi talia statuta essent illicita, & contra libertatem Ecclesiarum. vt in c.1. de iureiurand. lib.6.

Not. ex isto text. ibi & si sciuero, &c. quod Vasallus nō incidit in pœnam amissionis feudi, si nō præstat auxilium domino. nisi fuerit requisitus [a] vt hîc. & inf. quæ fuit prima causa bene. amitt. in §. præterea.

Quod intelligas verum, nisi ipse Vasallus sciret maximum periculum immінere ipsi domino, quia tunc non debet expectare interpellationem, sed debet spontè se offerre: vt in c. licet infrà si de feud. fuer. contro. & infrà hîc fin. text. §. ad hoc. Aliàs autem non priuaretur Vasallus feudo, licet spontè se non offerat ad seruiendum. vt in dicto c. licet. Et hoc voluit etiā tota gloss. septima hîc posita, quæ per hoc remanet expedita. & de hac materia plenè scripsi in d.c. licet. vbi videas. & in d.c. 1. §. 1. hîc fi. lex. & infr. de prohi. feud. alien. per Fe. in §. firmiter.

No. ex dicta parte, quod in iuramento semper subintelligitur possibilitas iurantis. Facit c.2. in fi. sup. de feud. sine cul. non amit. & supr. ti. proximo. Nam impossibilitas excusat à periurio. l. fi. ff. qui satisda. cogn. de quo vide quod dixi in d.c. licet. si de feu. fue. contro. in 2. oppositione, & in c. fi. de alie. feud. pa.

No. ex hoc tex. in fi. quo Vasallus quēadmodum tenetur seruare dominum ab offensione alterius: Ita quoq; multò magis ab offensione propria, vt dixi super tex. facit. l. cum in eo ibi no. ff. de pac.

Quod intelligas verum secundum And. de Isern. quando tractatur de offensione in dominum. Sed vbi tractaretur de defendendo dominum: tunc prædicta æquiparatio non procederet. Quoniam Vasallus benè teneretur defendere dominum, contra alios, sed nō contra se: vt no. gloss. infrà hîc fin. lex §. fin. & ibi dicam. & facit ad prędicta quod no. in c. petitio. extra de iureiuran.

Oppo. cum glos. 2. quod immò in iuramento fidelitatis excipi debeat, & altera persona qua Imperator, vt probatur infrà, hîc finitur lex. §. fin. cuius contrarium hîc videtur inferre, quod non excipiatur, nisi solum persona Imperatoris. Solutio: ista est regula, videlicet, quo Vasallus debeat iurare de adiuuando dominum contra omnem hominem, etiam patrem, filium, & fratrem proprium, sed ab ista regula excipitur Imperator, vt hîc. Item excipitur etiam persona prioris domini, si Vasallus haberet plures dominos pro diuersis feudis. Vnde iurando secūdo fidelitatē debet excipi persona domini antiquioris, vt in contrario. Et hoc voluit tota ista gl. vsque ad fin. quæ benè loquitur, & de hoc etiam dixi sup tex. Et addas, quod ab hac regula intelligitur excepta, persona Papę. vt in c. venientes. extra de iureiurā. etiam si expressè nō exceptuetur. vt not. in c. cōsti. extra de rescrip. Item similiter intelligitur excepta ꝓpria patria. ar. in l. vt vim. ff. de iusti. & iurc. & l. postliminium. §. filius. ff. de capi. Et est ratio, quia patriæ propriè est obligatus ratione iurisdictionis, vt probatur suprà titulo 2. in fina. facit l. metum. §. animaduertēdum. ff. quod metus causa. Item similiter intelligitur excepta persona propria ipsius Vasalli. vt not. in d. §. final. hîc finitur lex. & de prædictis etiam, ibi plenè tetigi. Item excipit Bal. quando læderetur pater, frater, vel filius Vasalli, circa ea, quæ sunt immutabilia de iure, per text. institu. de iure naturali. in §. sed naturalia quidem.

Opponitur cum glossa sexta, quod immò Vasallus non teneatur dominum adiuuare, volentē alium offendere, vt ꝓbatur in d.c.1. in princip. infrà finitur lex. Cuius contrarium hîc legitur. Soluti. iste textus tollit contrarium, quoniam præsupponit quod dominus iustè se mouebat ad offendendum, quo casu, tenetur Vasallus ipsum adiuuare, vt hîc, sed vbi dominus iniustè se mouet ad offendendum, & hoc constat, tunc Vasallus non tenetur ipsum adiuuare, vt ibi, sed vbi dubitatur, an iustè se moueat, vel non, tunc in dubio tenetur ipsum adiuuare, licet quidam, & malè voluerint dicere, quod Vasallus indistinctè teneatur adiuuare dominum.

Et prædicta sunt vera, nisi dominus fuisset excommunicatus, vel bannitus, quibus casibus Vasallus non teneretur interim ipsum adiuuare, cùm censeatur absolutus à debito fidelitatis, prout omnia prædicta colliguntur ex dicto c.1. in princi. infrà, hîc finitur lex. Et hoc voluit tota ista glossa, vsque ad fin. quæ benè loquitur, vt amplissimè declaraui in d. c.1. in prin. omnia, quæ ad præsentem quæstionē trahi possunt.

Quæro ab extra, quia hîc dicitur, quod Vasallus nō debet esse in consilio, vel auxilio, vt dominus recipiat aliquam læsionem

[a] Nisi fuerit requisitus. Adde. quod etiā hoc habet locum in consideratis, secundū Bal. & Andr. de Iser. hîc. & per Bal. in l. executorē. C. de execut. rei iu. & in simili consuluit Calde. consi. 3. in ti. de pœnis.

nem vel iniuriam, &c. quid si dominus esset in furore, & Vasallus dedit consilium, vel auxilium in capiendo ipsum ad hoc vt curaretur, an habebit locum iste textus, quod non secundum Andr. de Iserni. quia debet intelligi de captione in mala parte. arg. in l. vt gradatim in §. 1. ff. de mu. & ho. Idem dicendum, si ipsum cœpisset vt corrigatur, vel emendetur à propinquis. C. de emenda. propinquo. in l. 1.

Seruire proprijs expēsis. Adde. Bar. in l. Meuia. in §. 1. ff. de annu. lega. Bal. in l. qui manumittitur. ff. de ope. li. Lud. Ro. in l. recusare in §. si qs. à filio. ff. ad Treb. Bal. in c. cum ex officij. in 1. col. de præscr. Oldrad. consi. 134. incipien. factum tale est quidam miles.

7 † Quæro an Vasallus tenetur seruire domino, expensis proprijs, in quocunque loco vagetur dominus, & super hac quæstione Iaco. Ardizo. varia dixit in Summa in charta 2. sub rubricella cuius expensis teneatur seruire Vasallus, &c. Ego puto, istam esse veritatem, quod aut potest cōstare ex forma inuestituræ, quid agendum sit, & tunc illud debet obseruari, vt suprà quid sit inuestitura in §. penu. & fina. Aut est dubium, & tunc aut Vasallus habet bonum, & sufficiens feudum ad tale seruitium exhibendum, & tunc teneatur ipse Vasallus, seruire domino expensis proprijs, dummodo dominus non vagetur extra terram propriam, arg. in l. suo victu cum pluribus legibus sequentibus. ff. de operis liber. C. de annonis & tribu. l. pro locis. ff. de annuis leg. l. Meuia. §. vxor. in Autentic. de man. princi. §. illud. & ff. de procu. l. sed & hæc. §. 1. Si verò Vasallus non habet sufficiens feudum ad tale exhibendum, & tunc debet seruire expensis domini, dicta l. suo victu. & l. hoc opere. de opere. lib. & probatur in l. 1. versic. si tamen. ff. de tutel. & rationi distra. & de admini. tu. l. tutoribus. & ff. mand. l. idemq́; §. Labeo. Vbi autem dominus vellet exire patriam, & terram propriam, & ducere secum Vasallos, & tunc debet hoc fieri expensis proprijs domini, non autem Vasalli, arg. in l. cùm sæpe. C. de eroga. mili. annone. & in l. modios. C. de suscept. & archa.

Et prædicta procedunt nisi Vasallus duceretur in exercitu Imperatoris, dum vadit Romam pro suspicienda corona, quia tunc debet seruari forma tradita, in-
5 frà de pace iura. firm. in fin. & de prohibit. feud. alien. per Fede. in §. firmiter. & dixi infrà de capitul. Cor. in §. similiter. & de prohibit. feud. alien. per Lothar. in l. 1. & ibi nota. in glossa 1. Vtrum autem Vasallus teneatur exire patriam propriam, ad seruiendum domino, & quando, & in quo loco, plenè scripsi in c. 1. in princi. suprà quibus modis feudum amittatur, vbi videas. Sed quid si Vasallus habet feudum liberum & francum, an tunc teneatur præstare seruitia domino, & ipsum adiuuare, vide quod dixi in c. fina. infrà de capitu. qui curiam vendi. De prædictis tamen quæstionibus, an Vasallus te-
6 neatur domino seruire proprijs expensis? & exire patriam, vide præfatum Iaco. Ardizo. in loco supra allegato. vbi plura dicit.

8 † Quæro an per consuetudinem, vel statutum posit dari alia forma circa iuramentum fidelitatis? Et dicit Andr. de Isernia, quod sic concludens, quod in præstatione huius iuramenti fidelitatis, semper debet seruari consuetudo illius loci, argumen. ff. de publi. l. si publicanus. §. final. & de euictione l. si fundum. sed vbi non esset specialis consuetudo vel prouisio, tunc debet præstari fidelitas secundum formam illius tituli, & tituli præcedentis secundum ipsum. Facit ad prędicta c. 1. sup. de feud. cogni.

Vltimò ad materiam tituli præsentis videas in duob. titulis præcedētibus, & in remisionibus ibidem copiosè adductis, & vide quod dicunt Canonistæ in c. veritatis. & in c. sicut extra de iureiurand. & de symonia in c. ex diligenti.

SVMMARIA.

1 *Dominus inuestitura verbali facta, receptaq; fide Vasallum in possessionem mittet.*
2 *Inuestitura verbalis etiā cum annulo possessionem feudi haudquaquam tradit.*
3 *Mora tradere debentis, quid operetur.*
4 *Vasallus domino possessionem tradere renuenti fidem, quando seruabit.*
5 *Dominus promittens simpliciter velle dare feudum quando tradere teneatur.*

INVESTITVRAM. Adaptatur iste §. magistraliter ad superiora hoc modo. Quoniam suprà titulo 3. visum est qualiter inuestitura abusiua debet præcedere iuramentum fidelitatis. Postea subsequenter in duobus titulis præcedentibus, & in isto visum est, de ipso iuramento fidelitatis & de eius forma, quod præstat Vasallus domino. Nunc verò in isto §. ostenditur quid habeat facere dominus, postquam Vasallus sibi fidelitatem iurauit. Nam debet sibi dare inuestituram propriam & realem: hoc est possesiōem feudi, vt hîc patet. Et in summa hoc vult.

Postquam

Postquam dominus inuestiuit Vasallum, & ab eo fidelitatis iuramentum recepit, debet sibi tradere possessionem feudi, aliàs si non tradit, tenebitur Vasallo resarcire omne suum damnum. h. d. Et præmitte pro euidentia id, quod dixi sup. titulo 3. super tex. & in primo notabili, videlicet, ordinem concipiendi instrumenta inuestiturarum. Nam primò fit inuestitura. Secundò iuratur fidelitatem. Tertiò traditur possessio, vt ibi latiùs dixi, & declaraui qualiter iste §. intelligitur in feudo nouo, non autem in antiquo, vbi videas pro intelligentia istius §. In text. ibi, inuestitura, scilicet, abusiua, quæ non cõsistit in substantia possessionis, sed solummodò in verbis interueniente aliquo corporeo, puta annulo, vel alio signo. EXEMPLI GRATIA.

Si dominus dicat, inuestio te cum isto annulo, vt prædicta probantur suprà quid sit inuestitura. in prin. & ibi dixi. Ibi, fidelitatem, quæ quidem fidelitas nihil aliud est, quàm ipsum iuramentum fidelitatis, quod præstat Vasallus domino, vt suprà ti. 3. in fin. Ibi, subsecuta, hoc ideò dicit, quoniam ipsa inuestitura debet præcedere, & postea sequi fidelitas. vt suprà dixi. Ibi, inuestitum, scilicet, Vasall. Ibi, in vacuam possessionem, [a] & intelligitur esse vacua possessio, quando non est impedita, neq; occupata per alium. Ita quod sit vacua ab omni impedimento, vt probatur in l. 2. & 3. ff. de action. empt. & no. in l. cùm res. C. de proba. Sed vtrum sit ciuilis vel naturalis, vide per glossa. & Doctor. in l. licet. C. de acqui. posses. & in l. 3. §. ex contrario. ff. eo titulo. Ibi, mittere. Nam per istam missionem intelligitur tũc esse facta propria inuestitura, vt suprà quid sit inuestitura. in princip. Et ex hoc patet, qualiter intelligitur iste §. in feudo nouo, quoniam in antiquo non est opus, quòd Vasallus mittatur in possessionem, cùm iam in ea reperiatur esse, & ideò inuestitura in feudo antiquo intelligitur potiùs quædam confirmatio prioris inuestituræ, vt dixi suprà per quos fiat inuestitura. in princi. Ibi, quod si differat, scilicet, ipse dominus tradere possessionem. Ibi, omnem vtilitatem, id est, omne illud, quod habuisset ipse Vasallus, si ab initio fuisset sibi tradita possessio, vtrum autem veniat interesse extrinsecum, statim dicam.

1 † Not. quod dominus postquam fecit inuestituram verbalem, & sibi sit præstita fidelitas, cogitur precisè ponere Vasallum inuestitum in possessionem feudi, vt hîc. Ex quo inferas, quod nõ posset pœnitere, neq; liberari à tali obligatione, volendo prę stare interesse, vt in c. si facta. infrà si de feudo fuer. controue. & in glo. hîc posita, quæ per hoc remanet expedita. Idem similiter dicimus in donãte & venditione, vt precisè compellatur ad tradendum insti. de dona. in §. perficiuntur. & inst. de empt. & vendi. in §. precium. & ibi gloss. no. de quo per gloss. & Doctor. in l. 1. ff. de act. emp. & dixi latè in d. c. si facta super gloss. fi. vbi etiam declaraui, quod si prædicti nolunt tradere, quod manu militari debet auferri & tradi per l. qui restituere. ff. de rei vendi.

2 † Not. quod per inuestituram verbalem etiam cum annulo factam, quis non adipiscitur possessionem feudi, vt hîc. & in c. per tuas. extra de dona. & in c. ex ore. extra de his quæ fiunt à ma. par. c. cùm ibi nota.

Intelligas quod feudum benè est acquisitum, postquam dominus compellit precisè ad tradendum: vt suprà dixi. Nam Vasal. habet ius ad rem licet ꝑ ipsam simplicem inuestituram videatur habere minus, quàm si haberet possessionem. 16. q. 2. c. visis. & in l. minus. ff. de regu. iur. secundum Odoff. & Iaco. de Ra. Qualiter autem per dominum traditio huius corporalis possessionis, quæ inuestitura propria appellatur, dixi suprà in tit. quid præcedere debeat inuestiturę an fidelitas. c. 1. vbi videas.

[a] *In vacuam possessionem. Adde. quæ dicatur possessio vacua. C. vnde vi. Bar in l. meminimus. in §. fundo. ff. de leg. 1. Ange. in l. in cõuentionibus. in §. 1. ff. de verb. obli.*

3 † Not. quod mora tradere debentis, operatur vt morosus teneatur ad omnem vtilitatem, quam recepturus fuerat ille, cui debuit fieri traditio. vt hîc. & not. per glossam. suprà de controuer. inuestituræ, in princ.

Opponitur cum glossa 2. quod immò dominus morosus, non teneatur ad omnem vtilitatem, vt probatur in l. si sterilis. in §. cùm per venditorem secundo responso. ff. de acti. emp. Solu. hîc loquimur de interesse intrinseco, hoc est, de damno, quod habuit Vasallus. Ibi, autem loquitur de extrinseco, scilicet, de lucro, quod inde potuisset percipere Vasallus, si debito tẽpore fuisset sibi tradita possessio feudi, vt qa potuisset ex redditu feudi negociari & lucrari. Nam tale interesse extrinsecum, non consideratur, & ita distinguitur in d. §. cùm per venditorem. & per istã gloss. vsque ad versic. item si ei, &c. Sed tu aduerte, quia solutio huius glossæ ita simplici-

ſimpliciter intellecta, confunditur hodie per l.1.in fi.C.de ſen.quæ pro eo, quod intereſt.& ita nota.gloſſ.ma. in fina. in d.§. cùm per venditorem. Quare Docto.ſuper hoc paſſu varia dixerunt.

Mihi placet opinio Bar.diſtinguentis inter lucrum, quod contingit circa rem ipſam,& lucrum quod cõtingit ex re ipſa, & lucrum quod venit extra rem ipſam, prout ipſe latiſsimè, & pulchrè proſequitur in prædicta dicta l. prima. Verùm quantum ad propoſitum noſtrum, de iſto tali lucro, de quo tangit iſta gloſſ. dicit ipſe, quod eſt extra rem, & quia in tali lucro induſtria plurimùm operatur, debemus aduertere ſecundũ ipſum, quod aut iſte Vaſallus non conſueuit mercari, & tunc non debet haberi ratio talis lucri, per dictum §. cùm per venditorem. & in gloſſ. quæ hoc modo ſeruari poteſt. Aut iſte Vaſallus conſueuit mercari, quod apparet, quia ex alia ſua pecunia mercatur & lucrari ſolet, vnde in propoſito habetur quaſi pro certo, quod ex his redditibus feudi lucratus fuiſſet: & tunc debet haberi ratio lucri ipſius.l.2.in fin.ff.de eo. quod certo loco. Et hoc modo ſaluantur gloſſæ contrariæ, de quo dicatis plenè per Doctor.in dicta.l.1.& per Cano. in c. ſacroſan.& ibi gloſſ. extra de ſententi. excom. Quando autem dominus tradidiſſet, ſed vitioſè, an tunc veniat intereſſe etiam extrinſecum, dicit Iaco.de Bel.quod ſic, de quo dicatis.vt in l. Iulianus.in prin. cum ibi no.per gloſſa. & Doctor. ff.de ac. empt. & quod dixi ſuprà per quos fiat inueſt.in prin.

7 † Quæro cum dicta gloſſ. in dicto verſic.Item ſi ei,&c.an Vaſallus teneatur ſeruare fidelitatem domino, qui non vult tradere poſſeſsionem? & reſpondet non. Et eſt ratio, quia ſemper in ipſo iuramento fidelitatis, ſubintelligitur iſta tacita conditio, videlicet, ſi dominus ſeruauerit fidem Vaſallo, & tradiderit ſibi feudum promiſſum.l.ſi ex falſis.C.de tranſact.vnde ſi dominus ſuam fidẽ nõ ſeruat, non debet quoq; ſibi fides ſeruari, quia frangenti fidem,&c. l. cùm proponas. C.de pact. & 27.q.2.agatoſa, & ad hoc allegauit plures concordantias, vſque ad finem. quæ benè loquitur. Et ex ea no. quod iuramentum fidelitatis, non eſt obligatorium ſi ipſi iuranti non ſeruatur fides. Et eſt ratio, quia dominus tenetur ad eandem fidelitatem Vaſallo, ad quam tenetur Vaſallus domino, cùm ad paria iudicentur, & mutuam vicem ſibi reddere debeant, vt dixit textus ſupra titulo proximo in fine.

Opponitur ab extra, quod immò dominus non compellatur præciſè ad tradẽdum, ſed liberetur dando aliud feudum æquipollens.vt eſt caſus inf. titulo proximo.in princ.facit.ff.locati.l.ſi quis domũ in prin. Solutio, hîc loquimur de re propria ipſius domini, & de qua habet facultatem tradendi eam: Ibi, de re aliena, vel alteri obligata, quam tradere non poterat.Facit quod habetur in c.1.infrà ſi Vaſallus de feu.fuer. interpel.

Oppon.ſubſequenter de notatis per gloſſ.ſuprà per quos fiat inueſtitura. in §. fina. vbi dominus nolendo inueſtire Vaſallum priuatur proprietate. Solue vt ibi plenè dixi in 2.q.glo.

Oppo.ſubſequenter, quod immò dominus non compellatur ad tradendum, ſed liberetur præſtando intereſſe, vt in l. ſi quis ab alio. in fine.ff.de re iudicata.Solutio, ibi loquitur in obligationibus facti, in quibus ſuccedit obligatio ad intereſſe. De qua materia dicatis plenè, vt ibi notatur per gloſſam & Doctores. Hîc autem loquimur in obligationibus dandi in quibus quis præciſè compellitur ad tradendum, quando contractus fuit perfectus, vt hîc & per ea quæ ſuprà dixi.

8 † Quæro quid ſi dominus non fecit inueſtituram abuſiuam Vaſallo, ſed ſolũ ſimpliciter promiſit velle dare ſibi feudum, an tunc teneatur ipſum inueſtire, & tradere ſibi poſſeſsionem? Et Andr.de Iſerni. tenet quod non, & benè, ſed dicit, quod tenebitur Vaſallus ad intereſſe.arg. in l.1.cum ibi no.de ac.empt. Idem tenet Nico.de Neapo.

Sed ego intelligerem, hoc tunc demum procedere, quando ipſa promiſsio fuiſſet ſolennis, tranſiuiſſet in contractum. Nam tunc benè teneretur ad intereſſe.l.ſi fundum.ff.de verbo oblig. Facit.l. omnes. &.l. benè à Zenone. C. de quad.præſcri. Secùs autem ſi fuiſſet ſimplex, & nuda promiſsio, quæ non tranſiuiſſet in contractum, quia tunc non teneretur etiam ad intereſſe, arg.in l.2.§.circa. cum ibi not. ff. de doli. exc.l. obligationum ſubſtantia.in fina. ff. de ac. & ob. inſti.de teſta. mili. in §. cæterùm. & l.nuda. ff.de contrahen.empt.& quod no. gloſſa. in l. 2. C. in quibus cauſis co. cenſi. lib.11. dixi ſuprà per quos fiat inueſtitura. in §. fina.

Vltimò ad materiam præsentem, vide plura quæ dixi in §.nulla.supr.per quos fiat inuestitura, & suprà de controuer.inuestiturę.in prin.& in c.si facta.infrà si de feud.fue.controuer.& in pluribus remissionibus quas ibi in vtroque iure adduxi, & vide per Hostien.in summa titu.de feu. §.quid sit fidelitas.ad fin.

DE INVESTITVRA DE RE ALIENA FACTA,&c.

RVBRICA.

OLim nulla erat hîc rubrica, sed comprehendebatur totus iste titul. sub rubrica, qualiter iurare debeat Vasallus fide. quæ est posita suprà in titulo quarto. Postea verò à Glossatoribus superuenientibus fuit ista rubrica hîc addita, & benè: vt ibi dixi super rubrica, & hoc est quod voluit dicere glossa hîc posita. Et continuatur ista rubrica ad proximè præcedentia hoc ordine. Quoniam suprà in titulo præcedenti, in §.fina.visum est, qualiter dominus qui inuestiuit Vasallum de feudo nouo, & recipit fidelitatem ab eo, est obligatus præcisè ad tradendum ipsi Vasallo corporalem possessionem dicti feudi, verùm ipsa res feudalis reperitur esse aliena seu alteri obligata, ex quo poterat dubitari, an cadat aliqua obligatio, & qualis inter ipsum dominum & Vasallum, si dictum feudum euincatur à Vasallo, & ideò vt tollatur prædicta dubitatio, supposita fuit hîc ista rubrica, & præsens titulus.

SVMMARIA.

1 *Vasallus de euictione ad quotam agere dicatur.*

2 *Species pro specie, quo casu præstari queat.*

3 *Scientia vel ignorantia domini rem alienam infeudantis non consideratur.*

4 *Prouisio specialis vbi de euictione agitur, plusquam generaliter operatur.*

5 *Vasallus seruire an teneatur, vbi causa euictionis vt pendens habetur.*

CVM DE RE. Diuiditur in duas partes principales, vsq; ad §.rei autem. Quoniam in prima declarat circa personam Vasalli recipientis inuestituram feudi, in re aliena. In secunda circa personam domini facientis dictam inuestituram, secunda ibi, sed in eo,

CASVS.

Vasallus inuestitus ignoranter de re aliena feudo alteri obligata, agit de euictione, secùs si scienter, nisi specialiter sibi prospexisset, dominus autem talem inuestituram faciens indistinctè tenetur. h.d. In text. ibi, inuestitura, subaudi, & dubitatur, an agi posit de euictione, si euincatur. Et responde, vt sequitur. Ibi, agit, subaudi, dummodo denunciauerit quæstionē fuisse sibi notam: & in c.1.infr. si de feud. Vasall. fue. inter. cum ibi nota. & ff. de procu. in l. qui absentem tempore, vbi ponitur forma denunciationis. Ibi, vt aliud, scilicet, feudum. Ibi, bonitatis, scilicet, cuius erat tempore rei iudicatæ, vel vt exburset tantum pecuniam conuertendam in aliam rem: vt probatur in d.c.1.cum gl. Ibi, sed in eo, scilicet, domino inuestiturā faciente, vt sequitur. Ibi, ignorauit, subaudi, quia indistinctè tenetur.

Quod intelligas verum, nisi Vasallus fuisset sciens, quia tunc dominus non teneretur, vt suprà proximè dixerat. Et est ratio, quia scienti & volenti non fit iniuria neq; dolus: vt in l. cùm donationis. C.de transac. & in c. scienti. de reg. iu. lib. 6. & probatur in l. si in emptione. §. & si emptor. ff. de contrahen. emp.

1 †No. quod Vasallus agens de euictione, non agit ad duplum, sed ad tantundem eiusdem bonitatis & qualitatis conuertendum in locum feudi euicti.

Quod intelligas verum, si Vasallus fuit ignorans, secùs autem si sciuisset qualitatem rei infeudatæ, quia tunc non ageret de euictione, vt hîc. Aliàs etiam plures limitationes adducas, quas collegi in d. c. 1. si de feud. Vasall. fuer. inter. in secundo notabili, vbi videas.

2 †Not. casum in quo peti potest præstari species pro specie. Facit q, habetur in c. cùm secundum. & in c. inter cætera. cum ibi no. extra de præbendis. & 6. q. 1. c. præsentium. & in d.c.1. si de feudo Vasal. fuer. inter. Ex quo inferas, quod tenebit talis libel. peto cambium feudi euicti, & erit speciale in casu nostro, cùm regula sit in contrarium: vt vna res nō possit solui pro alia: vt in l. 2. §. mutui. cum ibi no. ff. si cer. pe. vtrum autem possit dari per iudicem insolutum vna res pro alia dixi in d.c.1. in penul. no.

3 †Not. non attendi scientiam vel ignorantiam domini infeudantis rem alienam, vt hîc & in l. 1. §. causa. ff. de ædili. edict. Nam debuit hoc scire: vt ibi patet, & in

& in alijs pluribus concordantijs hîc allegatis in gloss. quæ per hoc est expedita, secùs in Vasallo suscipiente inuestituram, qui per scientiam excluditur ad agendo vt hîc & in l. si fundum. C. de euict. & ex illo textu tractata est ista decisio. Facit quod no. in l. 1. in §. 1. ff. de ædil. edict. & in gloss. 1. hîc posita, quæ hoc sensit dum allegauit dictam. l. si fundum. Et est ratio, quia non interest Vasallo, an decipiatur vel scientia vel ignorantia, seu calliditate domini. vt no. in l. ob quæ. in §. in summa. ff. de ædil edict. & in d. §. causa.

4 † No. quod in materia euictionis plus operatur specialis prouisio, quàm generalis. vt hîc & in l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edict.

Oppo. ab extra, quod immò Vasallus re euicta non agat de euictione quod patet, quia in re donata cessat prouisio euictionis, si euincatur l. ad res. ff. de ædil. edictio. Igitur debet cessare & in re feudata, quæ censetur donatio. vt in c. suprà de feud. dato in vicem legis com. So. contrarium loquitur in donatione simplici, sed feudum non est simplex donatio, sed ob causam, vt Vasallus seruiat & obediat: vt infrà in quibus causis feud. amit. in §. fina. Igitur, &c. Facit quod no. in d. c. inter cætera. de præbendis. Et per hoc posset responderi etiam ad dictum c. præsentium suprà allegatum prout ibi no.

Oppo. de callidis cum ibi not. infrà de prohi. feudi alie. per Fede. vbi patet, quod emptor rei feudalis scienter, non potest sibi prouidere, etiam per speciale pactum, vt agere posit. Solutio, ibi emebat lege prohibente, vnde cùm faciat cótra legem, non potest gaudere beneficio suæ prouisionis. l. non dubium. C. de legibus. Hîc autem iste Vasallus recipiendo talē rem in feudum non faciebat contra legem prohibentem. Meritò tenuit sua specialis prouisio. l. rem alienam. de contrahen. emp. & ita not. per gloss. in contrario. Facit. l. quemad. C. de agri. & censi.

5 † Quæro ab extra, an pendente causa euictionis, teneatur Vasallus ad seruitia? Et dicit Bal. quod sic, ea ratione quia interim recepit commodum. Facit quod habetur in c. 1. circa finem, infrà de controuer. inter Vasallum & Episcop. & infrà in quibus causis feudum amit. in §. fina. & vide. ff. de do. except. in l. fina. §. ex quadrante.

Quæro quid si iste Vasallus alteri infeudasset, quod quidem facere potest: vt plenè no. infrà de capi. Cora. in §. præterea. & postea euincatur ab isto secundo Vasallo, an poterit iste secundus agere de euictio. contra priorem dominum, & dic quod non, nisi fuisset sibi facta cessio: & sentit Bal. per l. si res quam à Titio. ff. de euict. & ad hoc vide, quod no. gloss. & ibi dixi infrà de lege Cora. in §. similiter in q. 2.

Quæro quid si in hoc feudo erat etiam annexa certa iurisdictio, an tunc agatur, & qualiter, vide quod dixi in §. ad hæc infr. de pace iura. fir.

Vltimò ad materiam adducas plura quæ dixi in d. c. 1. infrà si Vasallus de feudo fue. interpel. & in copiosis remissionibus, quas ibi in vtroque iure adduxi, & quod dixi suprà quibus modis feudum amit. in §. rursus. in 1. q. & quod tangitur per Doct. in d. l. si fundum. C. de euicti. & in d. l. 1. §. causa. ff. de ędil. edict. & vide plenè per Iaco. Ardizo. in Summa sua charta quarta sub rubricella, an resoluto iure datoris, &c. & in charta quinta sub rubricella qd res communes possunt in feudum dari. & ibi plura dicit, & vide in capitulis extraordinarijs. in §. generaliter verum & in § qui accipit.

SVMMARIA.

1 *Vasallus rem feudalem à possidente tanquam vtilis dominus vendicabit. & numero 4.*
2 *Actio cui datur exceptio non negatur.*
3 *Dispositio rei principalis trahitur ad accessoria in feudali materia.*
5 *Vasallus hic quæritur, an in feudo dominetur.*
6 *Vasallus feudum an vendicet à domino iniustè, qui possidet.*
7 *Domino & Vasallo à possessore feudum vendicantibus vter eorum præferatur.*
8 *Dominus an vendicet feudum à Vasalli creditore pro debito intentatum.*
9 *Vasallo absenti vel ignoranti qualiter subueniatur agente domino.*

REI AVTEM. Suprà proximè declarauit qualiter Vasall. potest in iudicio cóparere contra dominum ratione euictionis feudi. Nunc verò declarare intendit, qualiter ipse Vasal. potest in iudicio cóparere in caus. feudali, cum alio tam agēdo, quàm se defendendo. Et ex hoc potest colligere, qualiter iste §. faciat ad ti. Nā primo iudicio vertebatur

batur in dubium, an ipsa res feudalis esset aliena vel non, & in summa hoc vult.

Vasallus pro causa feudali potest in iudicia cõparere tam agendo, quàm defendendo. h. d. Potes exemplificare casum in terminis per ea, quæ habentur in c. 1. de cõtro. inter Vasal. & alium de beneficio. In tex. ibi, per beneficium, id est, feudum, infrà in quibus cau. feud. amit. in §. fi. Ibi, rectè inuesti. id est, propriè, vt quia Vasal. sit adeptus corporalem possessionem feudi, vt dixi suprà tit. proximo, §. fi. Ibi, tanquã dominus. Ista dictio tanquam a importat similitudinem l. 1. C. de hære. inst. iste Vasallus habet vtile dominium ad similitudinẽ domini, qui habet directum. Et ideò Vasallus ratione sui dominij, quasi vendicat à possessore, vt sequitur. Ibi, quasi vendicare, scilicet, vtili actione in rem, non autem directa, quia illa competit domino, vt in d. c. 1. de contro. inter Vasal. & alium. & no. super rubrica. ff. de rei vendi. & in l. 1. ff. si ager vectigalis. Ibi, defensione, id est, exceptionem defensionis. Ibi, eiusdem rei tanquã feudi eum de per se stare non possint, vt no. glos. infrà si de feud. fue. contro. in c. si Vasal. de suo.

1 †No. quod Vasallus tanquam dominus vtilis quasi vendicat rem feudalem à possidente. Ex quo infertur, quod sicut in iure est dare possessionem, & quasi possessionem, ita est dare proprietatem & quasi proprietatem, & dominium & quasi dominium, per istum tex. Et hoc etiam voluit vna glo. quæ solet allegari pro singulari secundũ Bal. in l. 2. §. quædam. ff. de interdict. Facit alia glo. notabilis in l. rectè. ff. de verb. sig. Quid autẽ b importare soleat ista dictio quasi b no. in l. 1. ff. de regul. iur. & in l. 1. de transact. cum si.

2 †No. quod sicut Vasallus habet legitimam personam comparendi in iudicio pro re feudali vendicanda, ita & pro illa defensanda. Nam cui damus actionẽ multò fortius exceptionem, vt in regula damus actionẽ de reg. iur. in l. 1. §. quod ait prætor. ff. de superfi.

Et intelligas, quod tale iudicium & sententia inde sequuta erunt valida, & proderunt & nocebunt domino, quantum respectu ipsius iuris vtilis, siue ipse dominus sciat, siue ignoret, siue sit præsens, siue absens, dummodò Vasallus nõ faciat hoc fraudulenter, vt latè dixi in d. c. si Vasallus de suo. in primo notabili vbi videas.

3 †No. quod dispositio rei principalis, trahatur etiam in materia feudali ad accessoria, quæ de per se stare non possunt sicut est seruitus, quæ intelligitur esse pars ipsius feudi, secùs si esset res penitus separata, quæ de per se potest stare, quia tunc talis res addita, nõ reputaretur feudum, vt dixi in d. c. Vasal. super. tex. facit quod dixit Dy. in c. accessorium, de re. iur. lib. 6. & quod habetur infrà eo. in §. econtrario.

4 †Quæro cum glo. quare in istis consuetudinibus feudalibus concessa, in rei vendicatio vtilis Vasallo tanquam domino, prout patet in isto tex. & pro responsione adduxit ista glo. plura similia. Nam sicut competit illi, qui conduxit fundum perpetuò, vel etiam ad nõ modicum tempus, quod est 10. annorum, dummodò agat infra dictum tempus l. fi. in fi. & l. fi. ff. si ager vecti. vel emphi. petatur. Et sicut competit superficiario. l. superficiaria. ff. de rei ven. qui quidem superficiarius nedum habet beneficium prædictum iuris ciuilis in vendicando, sed etiam beneficium Prætoris vt conseruetur in sua possessione, etiam aduersus dominum, iuxta eorum conuentionem, l. si duo. §. Labeo. ff. vti possi. l. 1. §. 1. ff. de superfi. multò magis concedi debuit ipsi Vasallo, qui habet plus iuris in re, vt hîc & in d. c. 1. infrà de contro. inter Vasal. & alium, vbi patet quod ista talis causa est, quasi sua ꝓpria, dum text. dixit quasi vendicare &c. Et licet quidã non habeant in text. istam dictionem quasi &c. prout dixit ista glo. Tu tamen dic quod non refert, quia semper est intelligendũ, quod Vasallus nihilominus vendicat per vtilem rei vendicationem, vt not. in d. l. 1. in fi. si ager vecti. & super rubrica de rei vendi. facit. l. tutor. §. fi. ff. de pigno. act. & modò habes istã gl. expeditam cum necessarijs vsq; ad ver. hîc potes.

5 †Quæro subsequenter cum dicta gl. iuxta ea, quæ proximè dicta sunt an Vasallus habeat aliquod dominium in feudo? Et pro responsione se remisit ad ea, quæ dixit in Summa. Sed tu aduerte pro intelligentia huius quæstionis, quod in dicta Summa inducuntur plura argumenta ad partes. Primò enim quod Vasallus habeat vtile dominium. Faciunt omnia argumenta inducta per similitudinẽ suprà in proxima quæstione glossæ. Item inducitur aliud simile de emphiteota,

a Dictio tanquam. Adde l. 1. ff. quod cuiusque vniuer. no. & in §. 1. in Auten. de hære. & fal. item ista dictio tãquam regulariter est nota impropriationis secundũ Bart. in l. oẽs populi. ff. de iusti. & iur. per text. in l. pecuniam. in ver. tanquã. ff. si cer. pe. et per Alex. de Imo. cons. 15. incipit. viso processu inquisitiõis. in 1. volu.

b Dictio quasi. Adde quod de sui natura importat diminutionem. vt est gl. in c. parochianos. de deci. gl. in c. ꝑut. de do. & cõtu. text. in l. in facto. ff. de cõdi. & demon. Abb. in cap. ad nostrũ. el. 3. de iureiurando. Abb. in c. cũ inter canonicos. de electi. domi. in cap. quia te. in 1. col. l. aliquando capitur ꝓ tanquam, vt est gl. in verbo quasi matrem. in c. 2. de priuil. lib. 6 & glo. in c. quoniam frequenter. in §. qui si super vt lite non conte. aliquãdo põitur pro veritate. vt est gl. in d. c. parochia. aliquãdo excludit vt si est adiuncta nu-

*

mero. vt in c. cùm dilecti. de elect. aliquando importat veritatē actus gesti. vt in c. cùm inter canonicos. & ibi gl. in verbo quasi speciale. & ibi domi. de electi. & text. in c. quorundā. in ver. quasi possidere. de elect.

phiteotā, qui similiter habet vtile dominium. Et hanc partem approbat, licet in CONtrarium fortiter arguat vt Vasall. nō habeat aliquod dominium, sed remaneat penes dominum. Nam cùm dominus facit inuestiturā alicuius feudi, proprietas remanet penes ipsum dominū, & vsusfructus trāsit in Vasallum & eius hæredes, vt infr. in quib. caus. feu. amitt. in c. 1. Quamuis enim per beneficium ad eum res in feudum sibi data pertineat, tamen proprietas ad alium spectat, vt in hoc §.

Nec ob. quod habet vtilem actionē, seu quasi vendicationem, quia per hoc nō videtur, quod habeat aliquod dominium, quoniam & aliquando datur rei vendicatio ei, qui non est dominus directo nec vtiliter, vt patet in eo, cui datur publiciana, vt institu. de actio. in §. ecce plerunq;. et. ff. de publi. per totum. Hoc etiam videtur satis colligi ex isto textu, dum dixit tanquā dominus possit quasi vendicare, vt sic videatur ab eo excludere dominum. Et ista fuerunt verba posita in dicta Summa Pylei & in melius reformata per Glossatorem nostrum, prout dixi suprà, in prolego & de his qui feu. da. po. in princ. Sed tu tamen his rationibus non obstantibus, teneas primā partem, vt Vasallus habeat vtile dominium, & hanc partem sequuntur omnes Doct. per tex. in d. c. 1. de controuer. inter Vasal. & alium, & ibi glo. Facit quod habetur in l. emptor hæreditatis. C. de hær. vel ac. ven. Vtrum autem vtilis rei vendicatio, possit competere sine vtili domino, & quando tangitur in l. qui tibi. & in l. fi. C. de hære. vel act. vendi. & in l. 1. in princ. ff. de edendo. Vtrum verò vtile dominium, seu actio vtilis possit cedi, dic vt habetur in l. ex asse. ff. ad Trebel.

6 †Quæro ab extra, an Vasallus possit quasi vendicare feudum suū etiam à domino, si istud iniustè possideat? & dic q̃d sic secundum And. de Iser. per l. 1. in fi. & l. seq. ff. si ager vecti. vel emphi. peta. Facit tex. in c. 1. in fi. infrà de milite Vasallo qui contumax est.

a Et continuatio. Adde an cōtinuatio sit de necessitate fienda de titulo ad titulum. vide per Ias. insti. de act. in rubri. in 2. col. & quid de cōtinuatiōe rubricæ ad rubrū Ias. ibidē in prima col.

7 †Quæro quid si vterq;, scilicet, dominus & Vasallus cōcurrant ad vendicandum dictū feudum à possessore, quis debeat præferri? dic quod Vasall. quia actio vtilis præfertur directę. d. l. si ager vecti. & ff. de procu. l. in causa. §. fi. & l. 1. §. 3. de superfi. & tenet And. de Iser. Facit quod no. gl. infrà de lege Corra. §. 1. in fin. & ad prædicta vide in l. 1. in fin. de vsufruct. quemad. caueat.

8 †Quæro an dominus possit vendicare à creditoribus Vasalli, qui dictum feudum intentatum acceperunt pro debito, dic vt not. per glo. & quod ibi dicā infrà tit. proximo. §. porrò. & infra in §. seq. in quæstione pe.

Quæro quid si Vasal. nolit agere, an si dominus agat possit sibi excipi de dominio vtili, q̃d est apud Vasal. dic quod non, vt no. in l. 1. §. is autem. ff. de sup. & in l. fructus. in fi. ff. de rei vend.

9 †Quæro quid si Vasallus est [illegible] vel ignorans, & dominus agat, qualiter tunc subuenitur ipsi Vasallo, & [illegible] conuento? dic secundum Andr. de Isern. q̧ practicabitur l. is à quo. ff. de rei vend. Non enim potest dominus agendo præiudicare Vasallo ignoranti. ff. de re iudi. l. sæpe. §. 1. & de appel. l. 3. §. fi.

Vltimò ad materiam præsentem adducas plura alia, quæ scripsi in d. c. si Vasal. de suo. infr. si de feu. fue. contro. & in d. c. 1. de controuer. inter Vasal. & alium, & in remissionibus ibi adductis, & vide quod etiam dixi in c. 1. in fi. de mil. Vasal. qui contu. est. & quod no. de capi. Corra. in §. præterea. & quod hr̃ in §. item sciendum. infr. de notis feu. in §. seq. & seq. & per Iec. Ardi. in Summa in titul. qui mo. feud. amitt. sub rubricella. Vasallus. de feud. liti. potest. & in titu. de conten. feu. sub rubricella, qualiter in causa debet procedi. & per Hostien. in summa de feudis. in §. quod ius. & in Spe. de loca. §. nunc aliqua. ver. 45. & ver. 56.

SVMMARIA.

1 *Vasallus seruile non faciet feudum in domini præiudicium.*

2 *Præscriptio feudi lōgissima domino, an sit noxia.*

3 *Dominus feudi aperti, an teneatur creditoribus Vasalli.*

QVID ERGO. Suprà proximè declarauit, qualiter p̧ seruitute feudali, possit Vasallus agere, & defendere se in iudicio. Nunc verò declarare intendit, an ipse Vasal. possit de nouo imponere seruitutē in re feudali, in præiudicium domini. Et continuatio *a* sumitur ex principio literæ. [illegible] dixit, quid ergò, &c. quæ est dictio [illegible]tiua. Et in summa hoc vult.

Ser[illegible]

Seruitus imposita feudo per Vasallum nõ preiudicat domino, etiamsi præscriptio longa intercesserit. h. d. In text. ibi, incuria, id est, negligentia, & ita exponitur per glo. in c. quantum, extra de peni. & remi. Ibi, beneficiarię, id est, feudali, vt exposui suprà in §. præcedenti. Ibi, beneficiũ, id est, feudum, vt supr. dixi. Ibi, ex qualibet causa, aliter est in text. & ex aliqua causa, &c. & in hoc non est vis, quia idem est sensus, quæ autem sint causæ, ex quibus feudum reuertitur ad dominum, dixi latè in §. fi. infrà quæ fuit prima causa benef. amit.

1 †No. quod Vasal. nõ põtest imponere seruitutem, neque pati, quod imponatur seruitus suo feudo in præiudiciũ domini. Simile dicimus in vsufructuario. l. sed si quid in fi. ff. de vsufru. acquirere autem seruitutem benè posse, vt statim patebit in §. seq. & probatur infr. hîc fin. lex. in §. si Vasallus.

No. quod præscriptio nõ corroborat præiudicium inductum in feudo per vasallum cõtra dominum. Et est ratio, quia cùm sit prohibitum principale præiudicium, ita & consequenter intelligitur ꝓhibita præscriptio super illo, & quod ab initio non valuit, non cõfirmatur tractu temporis, vt infr. de prohib. feu. alie. per Fe. post princip. & not. gl. in §. præterea. infr. de capi. Cora. Not. quod Vasallus quantum in sui præiudicium, potest pati seruitutem in re feudali. Et ex hoc infert Nic. de Neapo. in simili ad superficiariũ, vt superficie durante, possit in sua superficie seruitutem imponere. ar. huius literæ. Facit l. Statius. Florus. ff. de iure fisci. & C. de serui. in l. & prouinciali. & tenet etiam hîc Gul. de Cu. Idem quoq; dicit Bal. in emphiteota. Facit ad prædicta, q̃d no. gl. in d. §. præterea. infr. de capi. Cora. & quod dixi in c. 1. an agnatus vel filius.

a Sed vtrum possit incidere a arbores fructiferas, vide Bart. in l. diuortio. ff. solu. matr. & Innocent. in c. ad apostolicę. de re iud.

2 †Quæro cum gl. an præscriptio longissima, præiudicabit domino? Et respondetur quod non, quia ista impositio seruitutis videtur quodãmodo esse, quędam alienationis species, & pro tanto nulla cadet præscriptio, per textum infrà de prohib. feud. alien. per Federicum post princ. Et hoc voluit ista gloss. vsq; ad ver. & puto. Sed tu in hac quæstione dic melius & latius, vt scripsi in d. §. præterea. de cap. Cora. vbi gl. tenuit contrarium quam ibi secutus sum, quicquid dicat hic. Facit q̃d dixi in c. si quis per 30. infr. si de feu. fue. contro. Neq; intelligas per hanc gl. quod Vasallus per istam impositionem seruitutis in feudo priuetur eò, quoniam solum præiudicium sibi facit quantum ad seruitutem, nõ autem vt ex hoc cadat à iure suo, sicut si alienasset secundum Iac. Ardi. & allegat de prohi. feu. alie. per Feder. in §. 1.

Oppo. cum dicta gl. de. l. 1. & 2. C. de seruitu. vbi patet quod seruitus inducitur per præscriptionem longi temporis. Sol. intellige supradicta & textum istum procedere, quando Vasallus possidebat, & maximè si dominus ignorabat eã seruitutem esse impositam feudo. Secùs autẽ, si dicta præscriptio seruitutis curreretur ipso domino possidente ipsum feudum, quia tunc procederet contrarium, vt talis seruitus tunc posset præscribi longo tempore. Supposita tamẽ semper illa distinctione, videlicet inter seruitutem habentem causam perpetuam, sicut est aquæductus, & seruitutem habentem seruitutem quasi perpetuã, sicut est stillicidium, quoniam istæ tales seruitutes præscribuntur longo tempore. Et seruitutem quæ non habet causam perpetuam, vel quasi, sicut est via, quoniam ista talis nõ præscribitur, nisi tanto tempore, de cuius initio memoria non extat in contrarium. Et hoc est quod voluit dicere tota ista gloss. vsq; ad finem. De quibus tamen præscriptionibus quia est profunda materia, dicatis plenè per glo. & Docto. in l. seruitutes la grande. ff. de seruitu. & quod not. 10. q. 3. quia cognouimus. & per Innoc. in c. si diligenti, extra de præscrip.

Sed est insuper aduertendum id, q̃d innuit ista glo. dũ dixit, & maximè ignorante domino, &c. quia præsupponit, ꝙ etiamsi dominus sciat seruitutem impositam à Vasallo possidente, quod non currit præscriptio ipsi domino, sed contrarium videtur tenere glo. infr. de prohib. feud. alie. per Lotha. in l. 1. & ideò de hoc dicatis, vt ibi plenè scripsi, & plenius suprà qui. mo. feu. amit. in §. pręterea. Op. ab extra, quod imò dominus teneatur habere ratum illud, quod est gestũ per Vasal. super feudo, vt ꝓbatur in c. si Vasal. de suo infrà si de feu. fue. contro. & in c. 1. de contro. inter Vasal. & alium, & quod habetur supr. in §. p̃cedenti.

a Vtrũ possit incidere arbores. Adde Bart. in l. in fraudem. ff. de iure fis. Doct. in Auten qui rem. C. de sacr. ec. Ang. in l. si colonus. ff. de arbo. fur. ce. Bal. in ad. d. Specu tit. de loc. in 2. col.

X 2 Sol. iste

Sol. iste textus intelligitur de his, quæ disponuntur per Vasallum voluntariè & extra iudicium. Contraria verò loquuntur de his, quæ fiunt de necessitate per iudicium & sententiã, inter quæ est longa differentia, prout in simili patet in l. 1. ff. de fundo do. & ff. de rebus eorum in l. 3. §. quæri potest. Facit quod dixi suprà, quid sit inuestitura in §. si verò inuestitura.

3 † Quæro ab extra, quid si Vasallus contraxit debita, et feudum aperitur domino, an ipse dominus teneatur creditoribus, dic quod non secundum And. de Iser. sicut dicimus in agnato succedente in feudo paterno, vt dixi in c. 1. infrà an agnatus vel filius, &c. Nam nec Vasallus tenetur soluere debita domini, vt dixi in c. licet infrà si de feu. fue. controuer.

Quæro quid si ex causa iudicati fiat executio contra Vasallum in re feudali, quia nihil aliud habet, an fiat præiudiciũ domino? dic quod sic in vita Vasalli: non autem, postquam est apertũ domino per istum textum secundum And. de Iser. Et de hac quæstione plenius dixi infrà de prohib. feud. alie. per Feder. in princ. in quæstione antepenultima. de qua quæstione vide per Bar. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infect. & in Spec. de primo & secundo decreto. §. restat. ver. & idem in Vasal.

Vltimò ad materiam vide in §. præcedenti & seq. & infrà hîc fin. lex. in §. si Vasal. infrà de pace te. in §. quicunq;. & dixi in c. si Vasal. de suo. infrà si de feud. fue. contro. quod habetur in l. fin. C. de rebus alie. nõ alie. & plenè per Iac. Ardi. in tit. qui. mo. feu. amit. sub rubricella, an seruitutem posit concedere alteri, &c.

SVMMARIA.

1 *Vasallus iuxta feudum rem feudalem si emerit feudalis res an dicatur.*
2 *Vasallus feudum melius faciet ipsum autem non extenuet.*
3 *Vasallus de feudo aucto premiatur à domino.*
4 *Iurisdictio à Vasallo acquisita diuisibilis quãdo dicatur.*

E CONTRARIO. Suprà proximè declarauit, an Vasallus posit diminuere iura feuda, in præiudicium domini. Nunc econtrà declarare intendit, an posit augere. Et diuiditur in duas partes, quoniam in prima ponit dictũ cum responsione. In secunda ponit regulam pro ratione. Secunda [illegible], meliorem.

CASVS.

Augmentum factum ad feudum per Vasallum non censetur esse pars feudi, si per se subsistat, aliàs secùs. h. d. In tex. ibi, vt predium, id est, sicut est predium. Ibi, id. s. predium. Ibi, non accrescit feud. subaudi & per consequens non acquiritur domino, vel agnatis, si dictum feudũ aperiatur eis, vt Vasallus sine hærede masculo mortuus sit. Ibi, vt seruitus, id est, sicut est seruitus. Ibi, placet, subaudi, & benè. vt infrà in §. si Vasal. Ibi, disponendam esse, subaudi, & per consequens domino, vel agnato esse acquirendam, si eis dictum feudum aperiatur, vt suprà dictum est.

1 † Not. quod vbi Vasallus iuxta rem feudalem emit aliam rem feud. coniunctam, talis res nõ censetur feudum, neq; iudicatur iure feud. Et est ratio, quia potest stare de per se, vt hîc. Et cum hac ratione coniunge & aliam rationẽ, vt quia sua expẽsa & industria hoc accidit: secùs autem si à natura hoc accidisset, vt quia per alluuionem dicta portio accreuisset, quoniam tunc talis portio addita ad feudum per alluuionem benè censetur feudalis, & iudicaretur tanquam pars feudi, licet de per se stare posset, vt suprà de cõtrouer. inuesti. in §. si quis de manso. de qua tamen materia dicatis, vt ibi latius scripsi. Vbi autem Vasallus acquisiuisset aliquid ad dictum feudum quod de per se stare non potest absq; ipsa re feudali, sicut est seruitus, quæ nõ potest esse sine prædio seu re, vt in l. 2. cõmunia prædiorum: & tũc talis seruitus indistinctè censetur, & iudicatur feudalis, & intelligitur esse pars ipsi9 feudi. Et est ratio, quia inest ipsi rei feudali, neq; est separabilis ab ea, & isto casu, si ipsum feudum aperiatur domino, vel agnatis, aperietur tale augmentum seruitutis cum ipso feudo. Verùm ipse dominus vel agnati, ad quos ipsum feudum cum seruitute est deuolutum, tenentur soluere extimationem dictæ seruitutis hæredibus ipsius Vasalli, vt probatur in d. §. si Vasal. infrà hîc fin. lex. Et nunc habes intellectum istius §. & dicã statim in quæstione glossæ. Quid autem si non apparent termini distincti inter rem feudalem, & aliam acquisitam, dic vt notat. in l. si rem agit. ff. de rescin. vendi.

† Nota

2 †Nota bonam regulam in materia feudali, quod Vasallus non potest facere conditionem feudi deteriorem in præiudicium domini, vel agnatorum: Meliorem autem sic, vt probatur hîc, & infrà de aliena. feu. pa. in princip. & no. glo. §. præterea, infrà de capi. Cora. Facit quod dixi suprà in §. pximo. Simile videmus in vsufructuario & proprietario, vt in l. sed si quid, in §. fi. ff. de vsufruct. Idem videmus in filio & seruo, qui non possunt facere conditionem patris, vel domini deteriorem: meliorem autē sic. Idem in quocunq; alio, vt in l. filiusfam. cum l. sequent. ff. de solu. & l. nec filius. C. de iureiuran. & in glo. fi. hîc posita, quæ per hoc est expedita. Facit regula maior cōditio, ff. de reg. iu. cum ibi no.

3 †Quæro cum gl. prima, an in ea portione aucta per Vasallum, quæ indiuisibilis est, ita vt censeatur feudalis, sicut est seruitus, vt hîc, teneatur ipse dominus, vel agnatus ad quos feudum cum ipso augmento deuoluitur ad extimationem dicti augmenti. Et respondet ista glo. tacitè quod sic, dum se remisit ad dictum §. si Vasal. infrà hîc fin. lex. Vbi patet, quod si Vasallus fabricauit in feudo vel seruitutem acquisiuit, quod talis expensa reficienda est. hoc enim operatur natura ipsius rei indiuisibilis, quæ facit dictam rem auctam esse feudo, quæ aliàs non esset, & ideò cùm sequatur feudum æquum est, vt soluatur extimatio, prout in simili videmus, quod ex natura ipsius rei indiuisibilis, quis tenetur ad pręstandum totum, vbi aliàs non esset obligatus, nisi ad partem, vt in l. fi. cum si. ff. de serui. lega. vbi patet, quod quilibet hæredum tenetur ad præstandum viam insolidum, licet sit hæres pro parte. Et quoniam ista est via Brocardica, videlicet, an id quod licet insolidum, liceat etiam pro parte, & econtrà. Ideò pro solutione se remisit glo. ad libellum disputatorium Pyl. & sic est expedita vsq; ad fi. Sed tu de hoc Brocardo dicas latè, vt no. in l. si sponsus, §. generaliter. ff. de do. inter virum & vxo. Insuper aduerte ad istā glo. in sui princip. quia iudicio meo est malescripta, dum dixit. Nam si per se subsistat, quia debet dicere negatiuè, videlicet non subsistat. Et isto modo procedit quæstio istius glossæ quam suprà formaui, & adaptatur ad dictum §. si Vasallus. Nam in re separabili, quæ de per se potest subsistere, non posset adaptari, cùm illa res aucta remaneat apud hæredes vasalli, vt in hoc textu. Similiter ista glo. est male scripta, dum allegat l. eaq;. de re iudi. quoniam debet allegare, de regu. iur. Et ex his habes istam glo. perfectam.

Quæro ab extra, quid si Vasallus tenuit istud augmentū separabile per annos triginta tanquam feudum præstando seruitia etiam de eo, sicut de feu. an si postea aperiatur feudum domino vel agnatis, debeat istud augmentū deuolui simul cum feudo dicit And. de Iser. quod sic per c. si quis per triginta. infrà si de feu. fue. contro.

4 †Quæro quid si Vasallus habens castrum in feud. absq; iurisdictione, acquirat postea sibi dictam iurisdictionem, an dicta iurisdictio acquisita, intelligatur esse indiuisibilis, ita quod non possit stare per se, sed cohærere, & inesse videatur ipsi territorio castri & feudo, an sit diuisibilis? Et dicit Bald. quod est diuisibilis & separabilis, quod patet, quia mœnia castri possunt esse vnius, & iurisdictio potest esse alterius. Ergò cùm ipsa iurisdictio potest esse alterius, & possit de se subsistere non transibit ipsa iurisdictio aperto feudo, ar. eorum quæ dixit Inno. in c. dilectus. extra de appel. Facit quod dixi in c. 1. de capi. qui curi. vendi. & de prohi. fēu. alie. per Feder. in §. præterea ducatus.

Vltimò ad materiam præsentem adducas plura alia, quæ dixi in dicto §. si Vasal. & in copiosis remissionibus ibi adductis, & quod plenissimè vltra alios dixi, & distinxi in §. si quis de manso. suprà de contro. & in pluribus alijs remissionibus ibi descriptis. & per Bal. in Auten. excipitur. C. de bonis quæ liberis, & super rubrica. C. de iure emphiteo. & in Auten. qui rem. C. de sacrosan. eccle. & in l. 1. ff. de rerum diuisione. q. 6.

SVMMARIA.

1 *Dominium duplex in feudo reperitur.*
2 *Vxor & si in cæteris bonis mariti partem quærat, non tamen in feudalibus. & num. 5.*
3 *Pignus in re feudali non constituitur.*
4 *Quarta in bonis mariti vxori debita in iure vbi reperiatur.*

§ QVAMVIS ENIM. Adaptatur iste §. ad ea quæ dixerat in §. re autem. suprà eo. Vbi declarauit, qualiter vasallus tanquam dominus rei

feudi poteſt ipſum feudum à quocunq; poſsidente vendicare. Nunc verò declarat qualiter ipſe Vaſallus, propterea non habet integrum dominium in feudo, ſed ſolum vtile, quoniam directum dominium eſt apud dominum. Et ex hoc infert ad duas quæſtiones & eas determinat. Quarum prima eſt iſta, videlicet, q̃d licet vxor de iure communi, vel etiam Lombardo poſsit lucrari in bonis mariti mortui, certam partem ſuorum bonorum. tamen hoc nõ poteſt habere locum in bonis feudalibus, propter prædictam rationem, quia Vaſallus in illis nõ habet integrum dominium. Secunda quæſtio eſt iſta, videlicet, quod ipſe Vaſallus non poteſt pignorare dictum feudum creditori ſuo, poſtquam non habet integrum dominium, & hoc vult totus iſte §. quem non aliter ſummo. In text. ibi, poſſeſsio, id eſt, dominium vtile feu. vt ſuprà dixi in d. §. rei autẽ. Nam poſſeſsio feudi dicitur propria inueſtitura, vt ſuprà quid ſit inueſti. in princ. Ibi, ad eum, ſcilicet Vaſal. Ibi, per beneficium, id eſt, per inueſti. quæ eſt beneficium, vt infrà in quib. cau. benef. amit. in §. in primis. Ibi, proprietas, id eſt, directũ dominium. Ibi, ad alium. ſ. dominũ. Ibi, & ideò, ſubaudi, quia ad alium ſpectat proprietas, & legas literam dirigendo eam iſto modo, videlicet. Et ideò poſt mortẽ viri, nihil ad vxorem pertinet ratione quartæ vel tertiæ, quæ fieri ſolet vxoribus à Lombardis ſeu Romanis viris. Ibi vel tertiæ. Quæ autem ſit iſta quarta vel tertia, dicam in gl. Ibi, fieri ſolet, id eſt, pertinere ſolet. Ibi cõſultum. Ideò taliter appellauit pignus, ex eo, q̃d per ipſum pignus conſulitur creditori, cũ melius ſit pignori incumbere, quàm in perſonam agere. inſti. de obli. quæ ex quaſi delic. in §. furti. Ibi, fieri poteſt, ſubaudi, vt patet infrà de prohi. feu. alie. per Fed. in princ. & in gloſſella fi. hîc poſita, quæ per hoc remanet expedita.

1 †No. in feudo duplex eſſe dominium vtile, videlicet, quod eſt apud Vaſallum, & directum, quod eſt apud dominũ, vt hîc, & infr. in qui. cau. feu. amit. in §. fi. & dixi ſup. e. in §. rei. Sunt quoq; alij quinque contractus, in quibus dominiũ vtile eſt apud vnum, & dominium directũ eſt apud alium, quos plenè declaraui in præambulis libri circa finem, vbi videas.

2 †Not. quod licet de iure Cõmuni, vel ſpeciali ſeu municipali vxor debeat lucrari certam partem in bonis mariti, tamen hoc nõ extenditur ad feuda, vt hîc, & in c. 1. ſuprà an mari. ſucce. vxo.

Quod intelligas verum, etiam ſi ambo eſſent inueſtiti de dict. feudo, niſi aliud eſſet dictum in inueſtitura, ar. in l. 1. §. illo. C. de rei vxo. act. & in Auten. de nõ alie. §. emphiteoſim, & tenet Iac. Ardi. vt dixi in dicto c. 1.

3 †Not. quod in re feudali, non poteſt conſtitui pignus per Vaſallum, vt hîc.

Quod intelligas verum, ſine licentia domini. Et ſi fiat, priuabitur Vaſallus feudo, vt infrà de prohi. feu. alie. per Fe.

Et prædicta intelligas procedere, vbi per ipſam pignorationem, transferretur corporalis poſſeſsio feudi in creditorẽ. Secùs autẽ ſi fieret ſimplex pignoratio, ſeu hypothecatio abſque traditione poſſeſsionis, quia tunc non incideret Vaſallus in pœnã prædictã, vt latè dixi in §. aut ſi libellario, ſuprà qui. mo. feu. acqui.

4 †Quæro cum glo. prima, vbi habeatur in iure de iſta quarta, de qua hîc fit mentio. Et reſpondet, quod de iure Romano habetur in Aut. præterea. C. vnde vir & vxor. vbi patet, quod ſi matrimonium eſt ſine dote, & maritus moriatur relicta vxore inope, quod tunc iſta vxor ſuccedit in bonis mariti in quarta parte bonorum, ſi iſta vxor habeat tres filios vel pauciores, quoniam ſi haberet plures, ſuccederet æqualiter, & in dictam quartã computabuntur ſibi relicta, nec poteſt talis quarta excedere ſummam librarũ centum auri, prout dicitur in corpore Autenticorum, vnde dicta Auten. ſumitur de exhi. reis in §. fi. De iure autẽ Lombardo habetur in l. 1. §. fi. in Lombarda de his, quæ à viro vxor. dantur. & hoc voluit iſta glo. vſq; ad finem. Sed aduerte quoniam glo. in fi. ſubiunxit, quod eſt dare in iure plures alias ſpecies quartarum, vnde de ipſis quartis, a ſi videre cupis, recurras ad ea, quæ habentur in l. parentibus. & in Auten. nouiſsima. C. de inoffi. teſta. & in l. filium quem habentẽ. C. fami. hær. & in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. teſta. & in l. fi. C. de repudijs. Verùm in d. l. fi. loquitur de quarta, de qua in propoſito noſtro. Per Canoniſtas quoq; de iſtis quartis in c. Raynaldus, & Raynutius. de teſta. & in c. ſi pater. de teſta. lib. 6. & in Cle. dudum. de ſepul. & plenè per Bal. in l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & cle. & per Bar. in l. in quarta. ff. ad l. falci. Cuius autem loci conſuetudo, vel ſtatutum attendatur, & ſeruari

a *Vnde de ipſis quartis. Adde Doct. in c. officij de teſta. Hoſt. in Summa. ti. de ſepul in §. ad quo canonica portio. Phili. Fran. in §. cũ ab eo. de ſepul. li. 5. Pet. de Vbaldis frater Bal. in tract. de quarta canonica Barbacia cõſ. 1. incip. ad reuerendiſsimũ. in 4. vol.*

seruari debeat circa ista lucra dotalia, vel nuptialia, vide per Doctor. in l. exigere dotem. ff. de iudi. & ff. de solu. in l. quæro. & per Canonistas in c. 1. de sponsa. & per Arch. 12. di. illa.

Quæro cum gloss. 2. vbi habeatur in iure de ista tertia, de qua fit hîc mentio, & remisit se gloss. ad ea, quæ habentur in dicta l. vnica §. fina. in Lombarda declarando casum dictæ Legis, & dic vt in ea vsq; ad finem. Sed aduerte vt omnia sint sibi clara, dum glos. includit ista duo vocabula Morgincab & Meta. Expone, quod Morgincab, dicitur quasi mortis causa mariti capio. Meta autem dicitur à mensura, prout colligitur ex dicta l. 1. Facit quod dixi in c. 1. super tex. infrà de filijs na. ex ma. ad Morga. contracto.

5 † Opp. ab extra quod imò res feudalis, quæ est prohibita alienari, possit pro dote alienari, & pignori obligari *a* pro satisfaciendo vxori, quia est alienatio legalis, l. ob es. cum ibi no. C. de prædijs minorũ. Facit quod habetur in Auten. res quæ. C. communia de lega. Solu. dic secundum Bald. quod alienatio legalis, non intelligitur fieri cum præiudicio alterius in rebus, sui natura prohibitis alienari, vt hîc, neq; Princeps intelligitur velle alij præiudicare. Facit quod dixit Ioan. Andr. in c. innotuit, extra de elect. Nam integrum dominium rei feudalis non erat Vasalli, merito non potest fieri distractio in præiudicium domini, qui habet directum, quid autem in re emphiteotica, an in ea possit cadere dicta obligatio dotalis, vt possit alienari, & pignorari pro dote, & lucrari per vxorem secundum formam hîc traditam, vide per Roff. in titul. de act. vtili in rem quæ datur emphiteoti. vbi format quæstionem. Facit in Auten. de non alienandis, in §. emphiteosim autem. colum. 2. & in Auten. de æquali. do. in §. his consequens. & in §. si verò. & quod no. in Auten. quod obtinet. C. de pigno. & in l. interdum. qui po. in pigno. ha. & vide in Spec. de locato. in §. nunc aliqua. versi. 122. & versic. 24. & quod tangitur in l. lex vectigali. ff. de pignoribus.

Vltimò ad materiam præsentem vide, quod dixi in capitulo primo, suprà an maritus succedat vxori, & infrà titulo proximo. in §. donare, & infrà de inuestitura quam Titius accepit à Sempronio, capitulo primo. & infrà de prohibitio. feudi alien. per Federicum, in principio. & per Iacobum Ardizonem, in titulo de successione feudi, sub rubricella, maritus non succedit. & plenè per Doctores in l. 1. & in dicta Auten. præterea. C. vnde vir & vxor.

QVALITER OLIM FEVDVM POTERAT alienari.

RVBRICA.

CONtinuatur cum proximè superioribus hoc modo: Quoniam suprà in titulo præcedenti in fine, dixerat qualiter feudum non poterat per Vasallum in alium transferri, neque etiam pignori obligari, sed quia super hac materia erant olim diuersæ consuetudines, & variæ dabantur sententiæ. Vnde vt prædicta cognoscantur, & vt hodie circa prædicta tollatur omnis dubitatio, subiecta fuit hîc ista rubrica. Patet namq; præsens continuatio ex principio literæ, dum dixit, est autem, &c. quæ est dictio continuatiua, vt notatur in l. maritus. in fine. ff. de adul. Sed aduerte, quia olim nulla habebatur hîc rubrica, sed continuabatur totus iste titulus cum superioribus. Verùm postea gratia commodioris intelligẽtiæ fuit addita à Glossatoribus superuenientibus, vt dixi suprà in titulo, qualiter iurare debeat Vasallus, super rubrica.

a Et pignori obligari. Ad de Abb. in c. 2. de feud. Io. Fabr. insti. de actio. in §. item Seruiana. Bal. in l. voluntas. C. de fideiussor. Bal. in c. 1. in §. aut si libellario. quibus mo. feu. amit.

SVMMARIA.

1 *Consuetudo qua feudum alienari vetatur optima censetur.*
2 *Consuetudines diuersæ, diuersis in locis esse possunt.*
3 *Opinionum diuersitas legis promulgandæ occasionem præbuit.*
4 *Vasallus quare hoc tempore feudum nequeat alienare.*
5 *Statuto inducitur, vt feudum alienetur.*

EST AVTEM. Diuide istud principium vsq; ad §. si verò totum, &c. in duas: Quoniã in prima ponit ius nouissimum, quo prohibita est omnis alienatio feudi. In secunda

 ponit

a *Propter famem, quo casu liceret vẽdere filium. Adde glo. in c. 2. de pi. & gl. in c. quod non est. de re iu. & an filius poßit agere contra pacem, si venerit ad pinguiorẽ fortunã. vide per Baldum in c. ex rescripto. de iureiuran. & per Fel. in c. cùm dilecta. de res. in §. si monacho. in 3. fallentiã.*

ponit ius antiquum, quo regulariter permittebatur venditio pro parte dimidia, Secunda ibi, necessitate.

CASVS.

Ex constitutione Lotharij prohibita est hodie omnis alienatio feudi, licet olim ex necessitate potuisset vendi, vsq; ad medietatẽ etiam domino inuito. h. d. In text. ibi, optima. Ideò autem est optima, quia cùm feudum cõcedatur ob singularem fidem Vasalli, non debet posse ipse Vasallus dictum feudum in alium transferre sine voluntate domini. Item, quia cũ per tales alienationes, attenuaretur iura imperij, vnde optimè per ipsum Lotharium fuit prouisum, ne hoc posset fieri, vt in l. 1. infrà de prohi. feu. alie. per Loth. & statim subijcit. Ibi, consuetudine, subaudi, q̃ tamen est lex scripta per Lotharium, vt suprà dixi, sed ideò dixit consuetudine, quia totus iste tractatus appellatur consuetudo feudorum, vt patet, de his qui feud. da. po. in rubrica. Ibi, interdicta. Ista est vera litera, licet quidã habeant introducta, & non benè, quia tunc inferret contrarium eius, quod sentit. Ibi, super qua, scilicet, alienatione secundum veram literam interdicta. Illi autem qui habent introducta, exponunt ista verba, super qua, scilicet, consuetudine. Ibi, sententię, subaudi, vt colligitur suprà qui. mo. feu. amit. in §. aut si libellario. & in §. seq. & de succe. feu. in §. 1. & de alie. feu. in princ. & in d. l. 1. de prohi. feud. alie. per Lothar. cum si. Ibi, curijs. De his curijs plenè declaraui in c. 1. suprà apud quem vel quos. Ibi, diuæ memoriæ, hoc ideò dicit, quia boni Imperatores, referebantur antiquitus inter Deos & Sanctos. vt C. de do. inter virum & vxo. in l. pe. & propter eorũ bona opera, conscribebantur eorum nomina, ad perpetuam memoriã, sicut legitur de Constantino, qui dicitur diuus, id est, deificatus, hoc est ab hominibus fructus, vt in l. diui. C. de na. li. & de Claudio. vt in l. 1. C. ne lice. poten. Et de Augusto, vt in l. 1. ff. de adul. Et in pluribus alijs. Facit quod dixit Valer. Maximus in suo prologo. Ibi, tertius. Ideò hoc dixit, quia præcesserunt alij duo Imperatores eiusdem nominis, prout in simili de Papa Bonifacio VIII. dixit Ioan. Andræ. in prooemio sexti lib. Ibi, de beneficijs, scilicet, in Lombarda. Nos autem eam constitutionem habemus in dicto titu. infrà de prohi. feu. alie. per Lotha. in l. 1. Ibi, necessitate, vt puta propter famem, quo
a casu, liceret vendere filium. a l. 2. C. de patri. qui fi. distra. Ibi, partem, scilicet, medietatem, vt patet suprà de alie. feud. in prin. & no. glo. in c. 1. in prin. suprà de conten. inter me & dom. de por. feu. fra. mei.

1 †No. quod illa consuetudo, siue lex, per quã prohibetur feudi alienatio, appellatur optima, vt hîc, & quæ fuerit ratio dixi, super tex. Alibi appellatur illa consuetudo beata, per quam omnes causæ difficiliores referuntur ad Papam, vt dixit tex. 17. di. in c. multis. & in glo. hîc posita, licet non benè alleget. Et per hoc remanet expedita. Alibi appellatur consuetudo bona. Interdum mala, vt ponitur infrà eo. in §. porrò, & ibi dicam in primò notabili.

2 †No. quod in diuersis ciuitatibus, diuersæ possunt esse consuetudines, vt colligitur ex isto tex. & probatur suprà de feu. da. in vicem legis commis. in c. 2. & suprà de suc. cog. in c. 1. & in l. cùm de consue. ff. de legibus.

3 †No. quod diuersitas opinionum est causa legis communis promulgandæ, vt probatur hîc & suprà qui feu. dare possunt. in §. cùm verò Corrad. & in l. humanum. C. de legibus. Facit quod dixi in c. 1. supra constitu. Lotha. Impera. &c. & infrà de capi. Cora. in §. similiter.

4 †Nota quod hodie etiam necessitate cogente, nõ potest Vasallus feudum suum alienare sine voluntate domini. Et est ratio, quia non habet integrum dominium, cùm proprietas ipsius feudi, sit apud dominum. Et sic dominus habet superius dominium, vt dixi suprà titulo proximo, §. fina. Facit lex fina. C. de pactis.

Et intelligas prædicta vera, siue velit alienare totum, siue partem, & si contrà facit, priuabitur ea parte, quam alienauit, vt infrà de Vasal. qui contra consti. Lotha. feu. alie. in c. 1. & in dicta l. 1. de prohi. feu. alie. per Lotha. & infr. de prohi. feu. alie. per Fede. in princ. & in §. 1. & dixi plenè infrà quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. fina. in conclusione 32.

Oppo. ab extra, quod imò propter necessitatẽ possit Vasallus alienare feudum suum, quod probatur, quia si necessitas operatur, vt quis possit vendere filium, ne pereat fame, vt in dicta lege altera, de patri. qui filium distraxerat.

Ergò

Ergò multò magis videtur in proposito argumẽ. in l. qui potuerunt. ff. de manu. testa. Solu. dic, quod contrarium loquitur in eo, qui in facto de quo quæritur, nõ habet superiorem: In casu autem nostro: Vasallus iste habet superiorem, vt suprà dixi, quæ superioritas debet esse autorizabilis alienationi. ar. eorum quæ no. in l. fistulas. ff. de contrahen. emp. & per Bar. in l. 1. de auto. tu.

Nec obstat, quod Vasallus non intromittat se de iure ꝓprietatis spectantis ad dominum per l. necessariò. §. fi. ff. de periculo & commo. rei vendi. Quoniam ius istud Vasalli, non est francum; sed suppositum obsequio domini secundum Bal. Et ideò, ne per tales alienationes iura dominorum minuantur, statutum fuit, vt hodie Vasalli, non possint alienare absq; voluntate dominorum, vt colligitur ex supradictis.

5 † Quæro an per statutum posset induci, vt licita sit feudi alienatio: dic quod sic, nisi in feudo ecclesiæ, vt extra de cõsti. in c. ecclesia sanct. Mariæ. & in c. quæ in ecclesiarum. vbi etiam legatus de latere, non posset hoc permittere, vt ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. planè. Et prædicta tenet Bal. in d. c. 1. infrà de Vasal. qui contra consti. Loth. feud. alie.

Sed ego intelligerem hoc verum, vt tale statutum teneat, nisi esset factum in fraudem prohibitionis, per dictam l. 1. in fi. de prohi. feu. alie. per Loth. & in §. callidis. de prohi. feu. alie. per Feder. Facit infrà de sta. & consue. contra liber. eccle. tol. in princ. & in §. oẽs peregrini.

Vltimò ad materiam præsentem vide, quod dixi suprà de alie. feu. in princ. in primo notabili, & in §. aut si libellario. suprà qui. mo. feu. amit. in primo notabili, & in euidentialibus, & de cogni. feu. in c. 1. de Vasall. qui contra consti. Lotha. feu. alie. in c. 1. & in pluribus remissionibus ibi adductis, & in c. 1. in princ. infrà de alie. feu. pa. & infrà de capi. Cora. in §. præterea, & quod plenè scripsi in d. l. 1. de prohi. feu. alie. per Fe. in princ. & in copiosis remissionibus, quas in dictis locis adduxi in vtroq; iure. & vide per Hostien. in Summa tit. de feu. §. quid olim.

SVMMARIA.

1 *Vasallus olim feudi partem alienare, & totum poterat infeudare, hodie neq; partem, neq; totum poterit alienare.*

2 *Feudum generationis defectu aperitur & caducatur.*

3 *Infeudatio à Vasallo facta de suo feudo, primo valida quando infirmetur.*

4 *Dominus quo casu nouum Vasallum habere cogatur.*

§ SI VERO VEL. Suprà proximè declarauit vnũ casum, in quo Vasallus poterat olim partem feudi alienare, scilicet, necessitate cogente. Nunc ponit alium casum, in quo poterat alienare, etiam in totum; scilicet, infeudando alteri. Et diuiditur in duas partes. Quoniam in prima ponitur qualiter poterat olim vasallus suum feudum alteri infeudare. In secunda ostẽdit, quid obseruabatur si feudum ad primum dominũ reuertebatur. secunda ibi, sin autẽ.

CASVS.

Vasallus poterat olim de suo feudo alium sine fraude inuestire, quæ inuestitura irritabatur, si primo domino feudi prædictum aperiebatur, nisi secundus Vasal. ab ipso primo domino recognoscere voluisset. h. d. In tex. ibi, volebat, scilicet, ipse Vasallus. Ibi, inuestire, scilicet, alium de suo feudo. Ibi, facere, subaudi, quod & hodie etiam licet, vt statim sequitur. Ibi, vendebat, scilicet, partem, quod licebat, prout dixit suprà proximè in vel. necessitate, &c. totum autem non poterat vendere, nisi cum voluntate domini, vt suprà de alie. feu. in §. penul. Ibi, inuestiebat, scilicet, totum, vel partem etiam sine voluntate domini. Ibi, quod & ipsum, scilicet, vt possit alteri infeudare. Ibi, ei, scilicet, Vasallo. Ibi, facere, subaudi, vt patet infrà de lege Cora. in §. similiter. Ibi, descendente, hoc tacitè intelligitur in materia feudali, etiamsi nõ exprimatur, vt suprà de alienatione feu. in §. & si clientulus. Ibi, culpa, subaudi, quæ multæ sunt, vt suprà qui. mo. feu. amit. per totum. & infrà quæ fuit prima causa benef. amit. per totum. Ibi, eo excepto. Iste versiculus non refertur, nisi solum ad casum, quando Vasallus alteri infeudabat, non autem quando alienabat. Ibi, non amittebat, subaudi, sed nec hodie amitteret, vt suprà patet, cùm non reperiatur correctum, vt in l. sancimus. C. de testa. & in l. præcipimus. de appella. secundum Iac. de Bel. Ibi, priori domino, hoc est domino illius, qui sibi infeudauerat.

†Nota

1 †Nota quod licet olim Vasallus non posset alienare totum feudum inuito domino, sed solum partem, scilicet vsq; ad medietatem, vt hîc & suprà de feud. alie. in prin. poterat tamen feudum alteri infeudare. Hodie autẽ non potest alienare, neq; totum, neq; partem, vt infrà de Vasal. qui contra consti. Loth. feu. alie. in c. 1. nisi faciat cũ voluntate domini, vt sup. de feu. alie. in §. penult. & infrà de prohi. feud. alie. per Fe. in l. 1. in prin. Et si faciat contrarium, in parte, vel toto sit priuandus dixi suprà proximè in vltimo notab.

Infeudare autem etiam hodie sine voluntate domini potest, sicut & olim poterat, & partem, & totum, dummodo faciat succedere, & sine fraude, vt hîc & infrà de lege Cora. in §. similiter. Quod qualiter intelligatur ibi dixi & in c. beneficiũ. infrà si de feudis fue. controuer. de quo in Spec. de feu. §. quoniam. versi. 38. & per Bald. in Auten. nisi. C. ad Trebellianum. Vtrum autem istud procedat in feudo ecclesiastico, dixi in §. pręterea. de capit. Cora. Sed quid in feudo quod est in curte, vel in loco supposito iurisdictioni domini, dixi in §. fi. suprà quibus modis feud. amittatur, vbi videas. Quid autem in emphiteota, an posiit ius suum alteri in emphiteosim dare, dic vt nota. insti. locati. in §. adeò. & C. de iure emphi. in l. fi. & in Spe. de locato. in §. nunc aliqua. ver. 127. & per Bal. in Auten. nisi. C. ad Treb. & vide quod statim dicam in §. seq. Sed vtrum posiit infeudare ius suum alteri, vide in Spec. de loca. §. nunc aliqua. versic. 129.

2 †Not. quod sicut per defectum generationis feudum aperitur, & efficitur caducum, vt hîc & suprà de alienatione feudi. in §. & si clientulus. Ita & per refutationem, vt hîc & infrà de Vasal. decrepita. c. 1. & de Vasal. qui cõtra consti. Lotha. feud. alie. in c. 1. similiter quoq; per cul. vt hîc & suprà de feu. sine culpa non amitt. in c. 1. Ad quem autem tale feud. apertum deuoluatur, an ad dominũ, vel ad agnatos Vasalli, plenè declaraui infrà quæ fuit prima causa benef. amitt. in §. fi. in conclusionibus, vbi etiam declaraui in conclusione 35. ad quem reuertatur, quando Vasallus patitur maximam capitis diminutionem, vbi videas.

3 †Nota, quod quanquam à principio teneat infeudatio facta per Vasallum de feudo suo: tamen postea potest ex causa, talis infeudatio effici caduca in personã ipsius Vasalli infeudantis, neque ex hoc fieret præiudicium secundo Vasallo recipienti, si vult à primo domino recognoscere, vt hîc & in d. §. similiter. & sic erit dare casum, in quo resoluto iure datoris, nõ resoluetur ius acceptoris, quod est contra regulam traditam suprà de cõtrouer. inueititurae, in §. fi. & in l. lex vectigali. ff. de pigno. de quo plenè dixi in d. §. fi. in primo notab.

Intelligas tamen, quod vbi ius primi Vasalli esset resolutum ex delicto suo commisso in personam domini, q̃d tunc benè resolueretur ius huius secundi Vasalli, & applicaretur domino, ar. in c. 1. in fi. an ille qui interfecit fra. do. & in d. §. fi. quæ fuit prima causa beneficij amittendi & ibi dixi.

Item & subsequenter intelligas, quod si primus Vasal. infeudãs habebat agnatos, qui successuri erant in dicto feudo post eius mortem, quod tunc talis infeudatio facta per ipsum in personã secundi Vasalli, nõ tenebit in præiudicium ipsorum agnatorum, nisi donec vixerit ipse primus Vasallus infeudans, vt dixi suprà, per quos fiat inuesti. in §. 1. in vltima quæstione.

4 †No. ex hoc text. in fi. casum, in quo dominus compellitur habere alium Vasallum quam velit, quod est contra regulam traditam in c. 2. infrà de fra. de nouo be. inuesti. Sed hoc ideò est, quia Vasallus infeudat suum feudum alteri sibi simili, & eisdem modis, prout ipse habet, ita quod nihil interest domini habere plus vnum, quàm alium, vt infrà de lege Cora. in §. similiter. & dixi in c. beneficium. & in c. si quis decesserit. si de feud. fue. controuer. Et ex isto text. sumit Bal. argumentum, quod si Baro aliquis mereatur amittere feudum, quod Imperator, vel Rex, cuius erat Baro, non debet sibi feudũ appropriare, sed alteri Baroni committere, qui eadem seruitia debeat exhibere. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. permittitur. C. de decurio. l. quidam.

Vltimò ad materiam præsentem, vide & adducas plura alia, quæ dixi in d. §. final. suprà de controuer. inuesti. & suprà de alie. feud. in princip. & in §. 1. & suprà per quos fiat inuestitura, in §. 1. & suprà eo. in princ. & infr. in §. seq. & in dicto c. beneficium. infrà si de feu. fue. contro. in copiosis & remisionibus ibi adductis, & in d. §. præterea. & in remisionibus ibi descriptis, & infr. de prohib. feu. alie. per fe.

per se. in §. illud. in primo notabil. & in Specul. de feu. §. quoniam. versi. 38. & ibi per Io. Andr. & per Iac. Ardiz. in tit. qui. mod. feudum acquiratur sub rubricella, quando Vasal. feu. po. da. in feu.

SVMMARIA.

1 *Vasallus quare nec olim, nec hodie feudũ poterat donare. & num. 4.*

2 *Vasallus feudum olim legare non poterat, & hodie quare non valeat. & num. 9.*

3 *Feudum in dotem dari, quando poßit. & numer. 6. 7. & 8.*

4 *Fraus in cõtractu præsumitur, si precij tenuitas inspicitur.*

10 *Legatum de feudo in vltima voluntate roboratur à domino.*

11 *Extimatio non debetur ex legato feudi, quod pro anima datur.*

12 *Augmentum feudi an poßit in dotem dari.*

§ DONARE AVTEM. Suprà proximè declarauit ius antiquũ, circa venditiones feudorum. Nunc declarat idem ius circa alienationes ipsorum feudorum ex alijs contractibus prouenientes. Vnde dicit, quòd olim ex nulla consuetudine alicuius curiæ, poterat Vasallus aliquo modo donare alteri feudum suũ. Item non poterat relinquere, etiã ad pias causas pro anima sua. Item neq; poterat illud dare in dotem pro filia sua. Item non poterat locare illud fraudulenter, ita quod dicta locatio haberet instar alienationis & venditionis.

EXEMPLI GRAtia, vt quia locabat feudum suum in emphiotesim pro vilissimo precio, & feudum erat amplum. Ex quo euidenter apparebat de fraude, circa ipsam locationem. Si autem sine fraude locabat ad tempus, hoc benè licebat. Et hoc vult dicere totus iste §. quem aliter non sumo. In tex. ibi, iudicare, id est, relinquere. Nam loquitur secundum vulgares, simile infrà de prohi. feu. alie. per Fe. post princ. Ibi, curiæ, quid sit curia, dixi suprà in principio tituli. Ibi, locare, scilicet, ad tempus, nõ autem fraudulenter, & in perpetuum, vt sequitur. Ibi, per libel. id est, in emphiteosim, vt declaraui suprà, quib. mo. feud. amitt. in §. aut si libellario. Ibi, vt dicatur venditio, subaudias, ex paruitate precij, vt sequitur. hoc ideò dico, quia si fiebat olim libellus sine fraude, poterat Vasallus hoc facere vsq; ad medietatem feudi. Quinimò secundũ Mediolanenses poterat fieri à libellario de toto feudo, vt probatur suprà de alienatione feudi, in princip. Ibi, perpetuò. Nam perpetua locatio est ipsa allibellatio, seu contractus emphiteoticus, vt in stit. loca. in §. adeò. & in l. vnica. in fine. ff. si ager vectigalis vel emphiteo. pe.

1 † Not. quod Vasallus non poterat olim suum feudum alteri donare, quod est verum etiam hodie, cùm omnis alienatio seu distractio prohibita sit, in dicta l. 1. post princ. de prohib. feu. alie. per Fe. Constat namq; quod appellatione alienationis *a* comprehenditur etiam donatio, vt in Auten. de non alienandis, in §. alienationis.

a Appellatione alienationis. Adde an continetur omnis contractus ex quo trãsfertur dominium, vide per Ang. in l. sicut in §. venditionis. ff quibus mod. pi. vel hypo. soluit. & an continetur obligatio pignoris. vide per Ia. Alua. in c. 1. de alie. feud. & an venit Hypotheca. vide per Socinum consi. 75. incip. circa præsentem consultationẽ. in 1. volu.

Et intelligas de omni donatione, siue sit donatio simplex inter viuos, siue propter nuptias, siue causa mort. vt ff. de verborum significatione, l. alienatum. §. donationis. & ff. de dona. l. filius. §. pari.

Scias tamen, quod licet hodie donatio sit prohibita, tamen posset Vasallus etiam donare feudum suum suo filio, vel alteri agnato, qui in ipso feudo successurus erat, quia isto casu, intelligitur potius quædam refutatio, vt infr. de alie. feu. pa. c. 1. in principio. Facit c. per literas. extra de do. Et prædicta omnia tenet Iacob. Ardizo. in titulo, quib. mo. feu. alie. sub rubricella, quod omnis donatio prohibita est, cum seq.

2 † Nota. quod olim non poterat Vasallus legare feudum suum in vltima voluntate, etiam ad pias causas pro anima sua, quod etiam hodie est seruandũ, prout est expressum infrà de prohib. feudi alien. per Federicum, post principium, ibi pro anima iudicare, &c. Ad quod facit ipsa ratio feudi, quæ prohibet Vasallos posse aliquid disponere in testamento, vel alia vltima voluntate de suo feudo, vt probatur supr. de successione feu. in principio. Facit c. nuper. extra de donat. inter virum & vxorem. Et tenet Iacob. Ardi. in dicto titulo sub rubricella, an pro anima iudicare posit. Vtrum autem ipse dominus posit relinquere pro anima ad pias causas dictum feudum, vide infrà de pace iura. fir. in §. si verò contigerit. vbi est tex. notabilis.

3 † No. quod olim non poterat Vasallus de suo feudo dotare filiam suam. Hodie autem an feudum posit dari in dotem per ipsum Vasallum, seu per mulierem Vasallam & feudatariam, statim latè dicam, quia exigit altiorem indaginem.

No. quod

No. quod locatio, non est alienatio, nisi sit perpetua, vt hîc & in l. penul. §. instituto. ff. de lega. 2. Et ideò etiā hodie est permissa locatio, in re feudali, vt hîc & in c. 1. extra de feud.

Quod intelligas, nisi sit facta in fraudem, vt in isto text. Quid autem si sit ad *a* longum tempus *a* centum annorum, an sit fraudulenta, dic vt dixi in dicta l. 1. in princ. & quæstione final. infrà de prohi. feu. alie. per Fe. de qua materia plenè per dictum Iaco. Ardi. in dicto tit. sub rubricella, an locare po. Vasal. feud. & quod dixi infrà in c. 1. infrà an ille qui interfe. fra. do.

a Ad longum tempus. Adde quod dicatur longum tempus, vide per Bal. in l. imperi. ff. de iuris. om. iudi. l. fi. C. de præscri. longi temp. Hosti. in c. pe. de consue. Io. de Ana. in cap. quærelam. de simo.

4 † No. fraudem præsumi in contractu ex paruitate precij, vt hîc et in c. illo vos. in fi. extra de pigno. & extra de empt. & vendi. in c. ad nostram. & ideò cōtractus nullus, vt in l. si quis cōduxerit. ff. loca. & l. si quis ante in fi. ff. de acqui. pos. & in Autentic. de non alie. in §. lex.

Non tamen intelligas, quod sufficiat ad reuocandum contractum, quod res fuisset digna maiori pensiōe, nisi & animus & dolus intercesserit, transferendi ius in re per fraudē, vt in l. & ideò. ff. loca. & ff. de dona. inter virū & vxor. in l. si vir. in §. si duo. & tenet Iac. Ardi. in dicta rubricella, an locare possit Vasallus, &c. De materia fraudis dixi in §. callidis. de prohi. feu. alie. per se.

5 † Op. cum glo. 1. d. l. 1. C. de fun. patri. vel emphiteota fisci, potest donare ius suum, saluo iure pensionis. So. dicit glo. quòd casus sunt diuersi, quoniā est longa differentia inter Vasal. qui nō potest donare ius suū feudale, vt hîc, & emphiteotam fisci, qui potest hoc facere, vt ibi. Et hoc voluit tota gl. vsq; ad finem, quæ benè loquitur. Sed quid in alio emphiteota priuati, an possit donare ius suum alteri inuito domino? Et glo. ibi quod nō. Alia glo. ibi quod non. Alia glo. in l. fi. C. de iure emphi. tenet quod sic. Vnde de hac quæstione dic, vt ibi per Docto. & per Bart. in l. in conuentionalibus. ff. de verbor. signific. & per Bal. in Auten. quas actiones. C. de sacrosan. Eccl. & per Inno. extra de loca. in c. potuit. & in Specu. de loca. §. nunc aliqua. ver. 113. & ver. 115. Bal. tamen hîc tenet, quod emphiteota eccles. cadat à iure suo, nisi dicat saluo iure eccle. iuxta no. in l. ex libe. C. de acqui. pos.

6 Op. cum glo. 2. quod imò Vasal. po- *b* test dotem constituere in feudo *b* de. l. 1. §. si libertus. ff. quę in frau. patro. vbi patet, quòd libertus dotando filiam, potest diminuere ius quod habet patronus in bonis suis, ratione legitimæ. per §. sed nostra. instit. de successione liberti. Igitur & eodem modo videtur, quòd Vasallus possit hoc facere de feudo, in præiudicium domini. So. dicit gl. quòd non valet ista æquiparatio, & argumentū de liberto ad Vasallum, & hoc voluit vsq; ad ver. nam & res, &c. quæ benè loquitur. Et assignat rationē differentiæ, quia Vasallo est prohibita alienatio ratione rei, quæ non est in pleno dominio Vasalli, & est ipsa res inalienabilis de iure sine licentia ipsius domini, vt in d. l. 1. in princip. infrà de prohibitione feud. alie. per Feder. In liberto autem habet dominus ius in re, ratione personæ, neque est interdicta alienatio in ipsa de iure, meritò potest libertus dotem constituere filiæ, de bonis suis, non autem Vasallus de feudo. Vtrum autem, & quando teneat argumentatio de liberto ad Vasallum: dixi in c. fi. infrà de alie. feud. pa. & de consue. rect. feud. in §. in quibus.

b Potest dotem cōstituere in feudo. Adde glo. Hostien. & Io. An. in c. 2. extra de feu. gloss. & Doct. in cap. quæ in Ecclesiarū. de consti. Spec. ti. de feud. in §. 2. ver. 19. Rota decision. 199. inci. pater potest dare feū. in nouiss. Cy. in l. voluntas. C. de fideicōmiss.

7 † Opp. cum dicta glo. ad idem, quod feudum possit dari in dotem, nō obstante, quod dominus habeat seu speret ius in eo. ar. in l. iubemus. C. ad Treb. & Auten. cōtra rogatus & C. cōia de le. in Auten. res q̃. In quibus apparet, quod etiam de rebus subiacentibus restitutioni, potest constitui dos, si nō extant alia bona, vnde hoc possit fieri. Solu. dicas licet ista glo. non soluat, quod dicta iura non habent locum in re feudali, quæ est inalienabilis à iure, vt suprà dixi in proximo contrario, & tenet Bald. licet Iaco. Ardi. teneat cōtrarium, vt statim latius dicam. Nam dicit ipse Bald. quod dicta iura loquuntur in casibus specialibus, vnde nō debent trahi, vt in l. ius singulare. ff. de legibus.

Oppo. cum glo. fi. quod imò vtilitas precij corroboret contractum, non autē vitiet, vt probatur in l. fi. vsusfructus. ff. de iur. do. vbi locatio fit in vno nummo. Cuius cōtrarium hîc legitur, & suprà dixi in vltimo notabili. Sol. licet ista gloss. non soluat, dic quod vbi est specialis casus, vbi hoc fit loco remedij, vt ibi notat glos.

8 † Op. ab extra, quod imò feudum possit dari in dotem, vt probatur expressè in cap. 1. infrà de inuestitura, quam Titius accepit à Sempro. & in capitulo primo, infrà

infrà de eo, qui sibi hæredibusq; suis. Sol. quidam breuiter se expedientes dicunt, quod contraria loquuntur in muliere, quæ per se habet feudum, cui permissum est pro se maritanda dare in dotem dictum feudum, dummodo non det existimatum, nec faciat seu apponat aliquod pactum de lucrando. Et asignant rationem, quia apud maritum non potest remanere, vt ibi & in c. nuper. §. nos autem. extra de donatione inter virum & vxorem. Hîc verò loquimur in patre, cuius erat feudum, qui pater nõ potest illud dare in dotem pro filia, quia tunc censeretur alienatio. ff. quibus mod. pigno. vel hypo. sol. l. sicut. §. si debitor. Sed aduerte, licet Doctores non tangant, quod in isto passu videtur mihi maxima varietas inter Glossatores & Scribentes. Nam in patre dotante filiam, reperio, quòd gloss. hîc & infrà de prohib. feu. alie. per Fede. in prin. tenet indistinctè, quod pater nõ possit feudum dare in dotem pro filia aliquo modo, nisi domino consentiente per istum textum. Idem tenet Iac. de Belui. Nicol. de Neap. & Bald. hic & infrà de inuestitu. quam Titius accepit à Sempro. in c. 1.

Contrarium verò tenet Iacob. Ard. in titu. quibus modis feudum amit. sub rubricella. In dote pro filia, &c. vbi dicit, quòd pater potest feudum in dotem pro filia dare, si non habet aliunde, vnde ipsam dotare possit. & hoc probat per multa iura, quę ibi allegat. & in hanc sententiam videtur inclinare Cy. in ratione sui, in l. voluntas. C. de fideicom.

Vnde in istis varietatibus non recederem ab opinione glo. & sequentium, videlicet, quòd videtur, non possit aliquo modo dare feudum in dotem pro filia. Et hoc primò per istum textum. Item per rationẽ, quia si non potest alienare etiam pro necessitate famis, vbi liceret * vendere filiũ, vt dixi suprà in prin. huius titu. Multò minus debet posse alienare ex causa dotis. Facit pro hac opinione autoritas Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de loca. §. fin. vers. 109. & quod dixit in c. nuper. supr. allegato, & in hac opinione videtur esse etiam Speculator, in tit. de feud. ver. 38. in fin.

Capiamus nunc secundam difficultatem de muliere feudataria, an possit suum feudum dare marito suo in dotem sine licentia domini? Et in hoc passu similiter reperio varias sententias inter Scribentes. Nam Iac. de Bel. in d. c. 1. infrà de inuestit. quam Titius accepit à Sempro, tenet indistinctè, quod non possit, nisi domino cõsentiente. Idem videtur sentire Ioan. And. in loco suprà allegato. Sed Iac. Ard. in d. titu. sub rubricella, mulier habens feudum, &c. tenet quod posset dare in dotem, dũmodo non det æstimatum, neq; aliquod pactum de lucrando apponat. Et istud probat per multa iura, quæ ibi alleg. Hoc idem tenet And. de Iser. & Bald. hic sequentes præfatum Iac. Ardizo.

Ego etiam istam opinionem sequor, & puto veram. primò per text. in d. c. 1. de inuesti. quam Titius accepit à Sempro. & in c. 1. de eo, qui sibi hæredibusq; suis. Item ratione, quia cùm sit syncera, & sine fraude facta, & dominum suum vtile feudale remaneat apud eam, vt in l. in rebus. C. de iure do. Neq; ipsum feudum abdicauit à se: imò vsufructu vtitur ad sustentationem sui, vt in l. vbi adhuc. C. de iure do. videtur hoc satis iuri consonum.

Quod secùs est in patre dotante pro filia, vbi feudũ suum abdicat à se. Et ad hoc facit ea ratio, quæ allegatur in pignorante feudũ, qui sibi præiudicat solùm, quando transfert possessionem feudi in alium. Secùs autem, si ipse pignorans perseuerat in possessione feudi, quia tunc non venit puniendus, vt dixi supr. quib. mo. feud. amit. in §. aut si libellario in vltimo notab.

Et ista opinio videtur mihi æqua, ne ipsa mulier dotans tale suum feudũ, priuetur ita de facili feudo suo, præsertim, cùm dominus ipse nõ sit passurus aliquod damnum. Ex hoc facit, quod habetur in c. 1. suprà, an maritus suc. vx. & quod no. in glos. 3. in fi. inf. de contro. inter do. & empto. de feu. c. 1. Vtrum autem posset in dote apponi pactum de lucrando, dixi suprà ti. proxi. in §. fi. vbi videas.

Consulerem tamen, vt ipsæ mulieres volẽtes dotare feuda sua, prius notificent dominis suis ad hoc, vt nõ se inuoluant in istis opinionibus. Cùm etiam rationes & autoritates vrgentes sint contra eas, vt patet in locis suprà allegatis, & per glos. 1. §. præterea. infr. de capi. Cor. Et nunc habes istam materiam ab alijs non ita benè & exquisitè declaratã, de qua quæstione per Glo. & Canonistas præsertim per Zabare. in c. 2. extra de feu. q. 25. Sed vtrum si detur feudum in dotem cum consensu domini, an possit fieri præiudiciũ agnatis vel alijs, qui in eo successuri sunt, collige respõsionem ex his, quę dixi in d. c. Titius. si de feu. fue. contro. & de alie. feu. pa. in prin. in 3. notabili, & ex supradictis.

Liceret vendere filium. Adde l. 2. C. de pat. qui fili. di. glo. in c. 2. de pig. glo. in c. f. de reg. iur.

a Pro anima nõ potest feudũ relinqui. Adde Abb. in c. quæ in Ecclesiarum de cõsti. & ibi vide Felin. vbi ponit quatuor limitationes.

b Cum æquiparantur. Adde Bart. Bal. consi. 65. inc. referã in mediũ in 8. col. ver. ita retulit eum Bald. in 4. volu.

9 a † Oppo. contra ea, quæ vult iste text. dum dixit, quòd pro anima non posit feudum [a] relinqui, ex quo videtur, quòd sit contra fauorem Ecclesiarum, & per consequens non benè dicat per Auten. cassa & irrita. C. de sacrosan. Eccle. Solut. dic quòd ista talis dispositio nõ est, vt sit contra Ecclesias, sed hoc operatur natura ipsius feudi inalienabilis, quæ non potest alterari plusquam lex permittit. ff. de stipu. seruorum. l. si seruus communis Meuij. §. fin. & l. si vsusfructus. ff. de noua. Item quia istud est testari de re aliena, quod est iniquum, vt in c. fin. extra de testa. & tenet Bald. & circa hanc quęstionem vide in Spec. de feud. §. quoniam. versic. sed nunquid feudum. & in remisionibus, quas ibi adducit.

Oppo. ad idem, quòd imò tale legatum factum in Ecclesiam, debeat tenere cum Ecclesia, habeatur loco filij, vt in Auten. nisi. C. ad Trebell. Filio autem debetur feudum, vt infr. de gradi. in princ. Igitur & Ecclesiæ. Solu. dic quòd in ista materia nos intelligimus filios per generationem, vt ibi patet. Ecclesia autem dicitur filia anormala: non autem naturalis & per generationem, vt notatur in Auten. si qua mulier. C. de sacrosanct. Eccle. Præterea huic obuiat consuetudo feudalis, quæ non permittit disponi de feudo in vltima voluntate, vt supr. de succesione feudi in princ. & supr. dixi.

10 †Quæro ab extra an tale legatũ factum de feudo in vltima voluntate posit roborari per consensum domini, sicut roboratur alienatio feudi? dic quod sic, per text. infr. de prohib. feud. alie. per Fede. in §. 1. Nam qui potest præstare consensum in cõtractu, potest & in vltima voluntate, vt est textus notabilis, qui solet allegari pro singulari. in l. sicut in §. venditionis. ff. quibus modis pignus. Sol. Et hoc tenet etiam Bald. dato, quòd ista confirmatio domini fiat post mortem Vasalli disponentis. Et asignare rationem & autoritatem Cyn. in l. non dubium. C. de legibus, videlicet, quòd ista dispositio est solùm præter legẽ: non autem contra legem.

11 † Quæro vtrum ex hoc legato feudi, quod fit pro anima, debeatur extimatio, postquam non tenet in ipsa re? dic quod non secundum Bald. per l. vxor patrui. C. de legat. & per illam legem idem sentit Barto. dicens, se consuluisse, quod si emphiteota legat feudum emphiteoticum, quæ emphiteosis finiebatur morte, quod hæres non tenetur. Ita dicit ipse in l. quod in rerum. in §. 1. ff. de lega. 1. & in d. l. vx. De qua materia videatis in l. cùm alienam. C. de lega. & extra de testa. in c. filius. Facit quod dixit Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua. ver. 117.

Quæro, an Vasallus posit constituere donationem propter nuptias in feudo, quemadmodũ Vasallus posset constituere dotem, vt supr. dictum est. & dicit Bald. b quod sic, cùm [b] æquiparantur, vt in Autẽ. dos data. C. de donat. ante nup.

Et intelligas hoc verum, concurrentibus omnibus his, quæ dixi in muliere dotante. Aliàs autem non posset constitui donatio ꝑpter nuptias sine voluntate domini, vt dixi supr. in 1. notabili.

12 † Quæro, an augmentum, quod accreuit feudo, sicut sunt meliorationes & emponemata, posint dari in dotem? & dicit Bald. simpliciter quod non. in l. imperialem in prin. infr. de prohib. feud. alie. per Fede. Sed tu de hoc dic melius, vt debeamus distinguere qualitates, & genera augmentorum, vt latè dixi supr. ti. proximo. in §. econtrario, in primo notabili. & infr. hîc. fina. lex, &c. in §. si Vasallus, vbi videas.

Vltimò ad materiam adducas plura alia, quæ videas in remisionibus, quas adduxi suprà in notabilibus super quolibet articulo huius literæ, præsertim quod scripsi in d. l. 1. inf. de prohi. feu. alie. per Loth. & in l. 1. in princ. de prohib. feud. alie. per Fede. & in copiosis remisionibus ibi adductis. & in l. fi. C. de rebus alie. nõ alie. per Canonistas in d. c. nuper. de donat. inter virum & vxorem. & in capitulis extraordinarijs. in prin. Facit quod dixit Specu. in tit. de locato. §. nunc aliqua. vers. 107. & vers. 109. cum seq. & sequen. & ver. 115. A

SVMMARIA.

1 *Consuetudo bona & quæ mala dicatur in feudali materia.*
2 *Beneficio atq; iuri proprio renunciare quis potest.*
3 *Silentium annale rem refutationis obtinet.*
4 *Tempus ex quo renunciatio tacita inducitur, ignoranti non currit.*
5 *Agnati dommo præferendi in redemptione feudi.*
6 *Agnatus rem ab agnato venditam, procedem precio reuocare potest.*
7 *Pactum quod ob delictum nõ amittatur, feudum valere dicitur.*

PORRO

§ PORRO SIVE DE. Iste §. totus loquitur de iure antiquo, secundum quod ius Vasallus poterat alienare feudum, etiam inscio vel inuito domino, quod hodie est correctum, vt patet supr. titu. Et diuiditur in duas partes. Quoniam in prima declarat, qualiter dominus poterat redimere eodẽ precio feudum alienatum per Vasallum. In secunda declarat, quis præferatur in redimendo, si feudum sit alienatum, vel etiam in prohibendo, ne alienetur, an dominus, vel agnatus Vasalli. secunda ibi, in prohibendo, &c.

CASVS.

Si olim antiquo iure Vasallus alienabat feudum, vel partem ipsius sine consensu domini, poterat dominus redimere ab emptore pro æquali precio, nisi dominus sciens renunciasset iuri suo expressè vel tacitè per lapsum anni, sed præscriptio triginta annorum, repellebatur sciens & ignorans. Agnati autem proximiores Vasallo, præferebantur domino in prohibendo & redimendo. hoc dicit.

In textu ibi, de bona, subaudi, quæ permittebat alienationem feudi pro parte, & ista dicebatur iusta, vt suprà de alie. feu. in princ. Ibi, de mala, subaudi, quæ permittebat alienationem feudi in totum, & ista dicebatur irrationabilis, vt in d. titul. de alie. feud. in ver. Mediolanenses. Ibi, domino, subaudi, quando consensit alienationi: aliàs autem non potuisset, vt in di. ti. §. penult. Ibi, pro æquali precio, id est, pro eo precio, quod solutum est ab emptore Vasall. Ibi, redemptio, subaudi, ab eo, qui emit dictum feudum, etiam licitè secundum Iaco. de Bel. Ibi, amiserat, scilicet, ipse dominus. Ibi, hoc beneficium, scilicet, redimendi. Ibi, per refutationem se refutando ius suum expressè, vt dixit gloss. hîc posita in princ. Ibi, annali silentio, & sic refutauit tacitè postquam sciuit, & nihil dixit per annum, vt sequitur. Ibi, in prohibendo, scilicet, per oblationem & solutionem fiendam de eodem precio, antequam Vasallus perficiat actum alienationis & translationis in alium. Ibi, redimendo, scilicet, postquã actus alienationis fuit perfectus. Ibi, agnati, scilicet, ipsius Vasalli alienantis. Ibi, conditio, subaudi, dummodò non tacuerit per annum, ex quo sciuit, vt suprà dictum est de domino, secundum Iaco. de Belui. Facit c. Titius. in fi. suprà si de feud. fue. contro. Ibi, paternum, quid autem sit feudũ paternum, habetur infr. ti. 2. in §. 1.

1 †No. q. illa consuetudo in materia feudali appellat mala, q̃ pmittebat alienationem feudi in totũ. Illa verò appellat bona, quæ permittebat alienationem pro parte, vt hîc & supr. de alie. feu. in prin. sed illa, q̃ prohibet hodie alienationẽ in totum, appellatur optima, vt patet supr. in prin. huius titu.

2 †Not. q. quis potest renunciare beneficio ac iuri suo pro se introducto, vt hîc & in l. si quis in conscribendo. C. de pact. & in gloss. 2. hîc posita in sui principio. Ista autem regula fallit in pluribus casibus. no. per gloss. & Doct. in d. l. si quis in conscribendo. & ff. de pact. l. pactum. & per Canonistas in c. si diligẽti. extra de foro cõpe.

Et limita istam regulam, quòd tunc demum procedat, nisi reperiatur regula præceptoria in contrarium, vt est gloss. singularis in l. 1. C. ne fideiuss. do. dentur. Quantum autem ad propositum nostrum, postquam refutatio, de qua in textu nostro licita fuerit, non est vlterius dandus regressus ad beneficium, seu ius refutatum, vt ff. de ædil. edic. l. quæritur. §. si venditor. & de hac materia dixi in §. præterea. supr. quib. mod. feud. amit.

3 †Not. q. annale silentium habet vim refutationis scientia mediante, vt hîc & in l. 2. ff. si quis ordo. in bo. pos. seruetur. & in l. 1. §. largius. ff. de success. edict. & C. qui admitt. ad bono. possess. possunt in l. 4. & in d. glo. 2. hîc posita iuxta finem sui, quæ per hoc in ea parte remanet expedita. Facit ad prædicta textus in d. c. Titius in fin. & inf. si de feu. fue. contro. vbi est casus similis. & de vsucapio. transfor. in l. 1. & in l. 1. C. de annali excep. Facit quod nota. ff. de nego. ge. l. si ego.

4 †Not. q. tempus, ex quo debet induci tacita renunciatio, non currit ignoranti, vt hîc & in l. annus. ff. de calum. idem dicas, si aliàs iusta causa interueniret, de quibus in c. 1. supr. quo tempo. mil. & infrà de prohib. feu. alie. per Lotha. in l. fin.

Quod intelligas verũ, nisi esset tempus triginta annorum, quo casu, præiudicaretur non solùm scienti, sed etiam ignoranti, & tolleretur totum ius negligentis tanto tempore, cùm tale tempus sit inductum mere in odium negligentium, vt dixit glo. singularis in l. fi. in fi. C. de edict. diui Adri. tollen. Facit quod not. glo. in §. præterea. inf. de capitulis Cora.

5 †No. quòd in prohibenda feudi aliena-

tione, & in redimendo feudũ alienatum, agnati præferuntur domino. & sic est habenda ratio necessariarum personarum, vt not. gloss. in simili. supr. per quos fiat inuestitu. in §. 1.

Et intelligas hoc procedere secundũ ista iura antiqua. Hodie autem quis præferri debeat, & quid obseruandum, habetur inf. de prohib. feu. alie. per Fede. in §. 1. Et hoc voluit etiam glo. hîc posita in fine sui. Et ex his sumebat Iaco. de Bel. istam conclusionem, quòd facta alienatione per Vasallum, præferantur agnati domino. Sed tu de hoc dicas melius, vt latè scripsi, q̃ fuit prima causa benef. amit. in §. fi. in conclusionibus. & in c. 1. si Vasal. feu. priuetur, cui deferri debeat. Quæro cum glo. 1. quid si per statutum vel consuetudinem huius ciuitatis, liceat creditoribus capere tenutã in feud. debitoris sui, & illud vendere, an tunc habebit locum hodie iste text. vt dominus posit redimere pro eo precio, ac etiam à prin. prohibere venditionem, exclusis emptoribus. Et respondet ista gl. notabiliter, quod sic, quia cùm statutum permittat venditionem, & nihil vltrà ꝓcedit in præiudicium domini vel agnatorũ, super iure prohibendi, vel redimendi, videtur tacitè reseruatum illud priuilegiũ prohibendi & redimendi, ex quo non reperitur ademptum. arg. in l. percipimus. C. de appellatio. & l. sancimus. de testa. Et hoc voluit tota ista glo. vsq; ad fin. quæ benè & notabiliter loquitur secundũ Iaco. de Bel. Nic. de Nea. Bal. & Cõmuniter DD. Facit pro hac opinione glo. quia licet iste tex. sit correctus, quantum ad casum suum, cùm loquatur de iure antiquo, tamen remanet ratio, & argumentũ, quod ex eo sumi potest, ꝓut dixit glo. singularis. in l. 1. in prin. ff. de coniugen. cum emanci. lib. Ex prædictis ego infero secundũ And. de Iser. quod si in casu quæstionis nostræ concurrerent dominus & agnati, quòd agnati deberent præferri domino per istum text. Et ad hoc facit glo. fi. hîc posita in fine sui, quæ hoc sensisse videtur, & quod dixi in d. §. 1. supr. per quos fiat inuestitura. Vtrum autẽ hodie absque statuto vel consuetudine posit capi feudum in tenutam, & vendi per creditores? vide quod dixi infr. de prohi. feu. alie. per Fed. in princi. in quæstione antepenul. & supr. titu. proxi. in §. quid ergò in quæstione fin. Quæro cum gloss. 2. in vers. & notabili, &c. Vtrum valeat statutũ ciuitatis Vincentiæ, quo cauetur, quod si secundus creditor differat per annum & diem, consequi ius suum in re empta per primum creditorem, quod postea non audiatur, nisi interruptionem ostendat per publicum instrumentum. Et dicit ista glo. quod iste text. præstat argumentum, quod valeat, quia consonat huic consuetudini, licet quidam senserint contrarium, dicentes, quod iniquũ & exorbitans à iure scripto. Et hoc voluit ista glo. vsq; ad fin. Sed tu teneas glo. secundũ Bal. videlicet, quòd tale statutũ teneat & valeat, per l. fin. cum ibi not. C. de iure do. impe. & in c. constitutus. extra de constit. cùm ibi not. Facit quod dixi in c. si quis per triginta. inf. si de feu. fue. contro. in quæst. penult. Vtrum autem præscriptiones statutariæ vel inductæ à consuetudine, reguletur secundum ius commune respectu pupillorum & minorum? dic per Docto. in l. fin. C. in quibus causis in integrum restitu. non est necess. per Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & in l. in contractibus de non nu. pecu. per Inno. in c. constitutus. infi. extra de in integrum restitu. per Specu. in tit. de in integrum resti. § 1. ver. hoc autem notandum. & quod not. glo. in l. 2. C. de feudis patri. lib. 11. & quod dixi in d. c. si quis per triginta.

Oppo. cum gloss. 3. quòd imò præscriptio triginta annorum non currat etiam aduersus scientem, vt probatur in l. 2. C. de præscrip. triginta vel quadraginta annorum. Solu. illa lex loquitur in casibus specialibus, in quibus talis præscriptio nõ habet locum, neque currit, sicut est aduersus locantem, commodantem, deponentem, & similes. Et hoc est, quod voluit dicere ista glossa. Et est ratio, quia possidens non intelligitur possidere sibi, sed illi domino, à quo recognoscit, vt ibi patet. Facit l. malè agitur. C. de præscrip. triginta anno-
6 rum. †Quæro ab extra, quid si stante consuetudine vel statuto, quòd agnatus posit reuocare rem venditam per agnatum, dato eodem precio infra certũ tempus, ꝓut est hîc Paduæ. Quæritur si emphiteota vendit ius suum, ita q; dominus posit rem reuocare iuxta formã. l. fi. C. de iure emphi. quis præferri debeat, an dominus ipse, an verò agnatus. Et dicit Gul. de Cu. in l. ex facto. ff. de pecul. & Nico. de Neap. hic, quod dominus sit præferendus, quia statutum debet intelligi sine præiudico ipsius domini. Nam debemus, in quantum possumus, concordare statuta cum iure communi, vt in c. cùm dilectus. extra de consue. & in l. fi. C. de noxalibus.

Nec habet obstare textus iste, quia hîc priuilegiatus reperitur vterque eodem iure & consuetudine in reuocando. In quęstione autem proposita non erat priuilegiatus, nisi dominus de iure communi per dictam l. fina. Vnde statutum postea superueniens, & priuilegians agnatum, debet intelligi sine præiudicio domini iam priuilegiati. argumen. in l. rescripta. C. de preci. impera. offe. Facit quod no. in l. lex verbis. C. de donatione inter virum & vxorem. & quod dixi suprà, per quos fiat inuestitura, in princ. in secundo notabili. & quod no. in l. fin. in §. in computatione. C. de iure delibe.

7 †Quæro, nunquid valeat pactum, quod propter delictum non perdatur feudum? dic quod sic, si Felonia est in omittendo: secùs autem si in committendo. argu. no. in l. si quis. ff. de pact. & in l. 2. C. de iure emphi. & tenet Bald. in l. 1. ff. de rerũ diui. in quæst. 52.

Vltimò ad materiam præsentem, quando dominus & Vasallus concurrunt ad redimendum feudum alienatum. vide plura, quæ dixi supr. per quos fiat inuestitura in §. 1. & infr. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. fin. De materia refutationis dixi in c. 1. in princip. infr. de alie. feu. pa. & supr. eodem in §. 1. De materia annalis silentij dixi in c. 2. in fin. supr. si de inuesti. inter dom. & Vas. lis oria. & in c. Titius. in fin. infr. si de inuesti. fue. controuer. De materia autem præscript. triginta annorum dixi in c. fin. supr. de feudo dato in vicem legis commissoriæ. & infr. si de feud. fue. controuer. in c. si quis per triginta. & infrà de capi. Cora. in §. præterea. & plenè de materia totius huius §. habetur per Iac. Ardizo. in summa in titul. quibus modis feudum amitt. sub rubricella, consensus agnatorum interuenire debet, & sub rubricella, si per annum tacent agnati, &c. cum pluribus rubricellis ibidem ad propositum facientibus.

SVMMARIA.

1 *Statutũ vnũ ad aliud refertur, & per aliud, quandoq; suppletur.*

2 *Dominum posse feudum alienare, Vasallo inuito, qualiter intelligendum.*

DE ILLA VERO. Hucusq; declarauit circa alienatiões feudi, factas per Vasallum: nunc, vt tractatum breuiter perficiat, tangit, quid econtrà, scilicet, de alienatione, quæ fit per dominum. Et in summa hoc vult.

Si quæratur, an dominus possit feudum alienare, recurratur ad legem, quæ hodie posita est. infr. de lege. Cora. in §. ex eadem. hoc dicit. In textu ibi, si dubitetur, scilicet, an valeat præiudicium Vasal. Ibi, iam dicto, scilicet, supr. eodem in prin. Ibi, de beneficijs, scilicet, in Lombarda. in l. penultima. Sed nos habemus ipsam. inf. de lege Cora. in §. ex eadem. & hoc voluit glossa hîc posita.

1 †Not. quòd vnum statutum potest se remittere ad aliud, & suppleri per aliud, vt colligitur ex isto textu. Vtrùm autem statutum faciens mentionem de alio, probet, si non apparet de illo, ad quod fit relatio, distingue. Aut in statuto referente inseritur tenor statui, ad quod fit relatio: & tunc non expedit scire de illo, vt in §. quibus in prima constitutione Codicis. Aut nõ inseritur tenor: & tunc aut ex statuto referente apparet certitudo dispositi. & idem, vt in l. 1. C. de Epis. & Cle. Aut nõ apparet certitudo: & tunc nisi constet de statuto, ad quod fit relatio, non sufficit statutum, quod se refert ad illud, præsertim in pœnalibus. argumen. ff. de condi. & demon. l. in testamento. la prima. de qua materia per Doctor. & Bald. in d. l. 1. C. de Episc. & Cleri. De instrumento autem faciente mentionem de alio, non est materia nostra, sed te remitto ad Auten. si quis in liquo. & ibi per Doct. C. de edendo. & in Specu. de instru. edic. in §. restat. vers. in summa. & per glo. & Canonistas. 76. dist. in c. ieiunium. el grande, &c.

2 †Quæro ab extra pro intelligentia huius literæ, an dominus possit inuito Vasallo feudum alienare? Et respondeo, quod aut loquitur, vtrum possit ius Vasalli alienare? & dic quod non, vt supr. quo tempo. mil. &c. in c. 2. Et est ratio, quia non potest feudum arripere à Vasallo, sine cognita & conuicta culpa, vt supr. de feud. sine culp. non amit. in c. 1. Aut loquimur nunc, vtrum dominus possit ius suum directi dominij dare alteri, inuito Vasallo? & dic quod non, vt in dicto §. ex eadem. & est expressum. infrà de prohibi. feud. alie. per Fede. in §. præterea ducatus. De qua materia dicatis, vt scripsi in dictis locis. & in d. c. 2. supr. quo tempo. mil. &c. vbi assignaui rationes, & declaraui, an dominus priuetur proprietate sua, si illam alienauerit alter inuito Vasallo. Vtrùm autẽ dominus possit inuestire alium de feudo Va-

ſalli adhuc viuentis, dixi ſuprà, qui ſucce. tene. c.1. in fin. & infr. ſi de feud. fue. controuer. in c. moribus.

QVIS DICATVR DVX, COMES, VEL MARCHIO.

RVBRICA.

SVprà titulo proximo tractauit de Vaſallis & dominis, alienantibus feuda, circa quas alienationes olim aliter obſeruabatur, quàm hodie, vt ibi patet. Sed quia poterat dubitari de nominibus ipſorũ Vaſallorum & dominorum, circa quos ſimiliter olim in pluribus aliter obſeruabatur, quàm hodie, vt colligitur ex hoc titulo, & inf. patebit. Ideò vt prædicta declaret, ſuppoſuit hîc iſtum titulum, & quod iſta continuatio ſit vera, patet expreſſè ex tit. ſupr. de alie. feud. vbi ſimiliter in prin. declarauit de iſtis alienationibus, quæ ſecundum iura antiqua fiebant, & poſtea in fin. eiuſdem tit. tractat de iſto iure antiquo circa iſtas dignitates regales, de quibus loquitur etiam iſte titulus, & ibi pſequitur dictam materiam in titu. qui ibi ſequitur. Et aduerte, quia olim nulla erat hîc rubrica, ſed comprehendebatur totus iſte tit. cum ſuperioribus ſub rubrica, qualiter Vaſallus debeat iurare fidelitatem. Poſita ſupr. per quinque titu. Poſtea autem fuit addita à Gloſſatoribus, vt ibi dixi ſuper dicta rubrica. Poſſet etiam cõtinuari ad remota, ſcilicet, ad titu. ſupr. de feudo Marchiæ, &c. Sed prior continuatio, quę fit ad proxima, magis conueniens eſt.

SVMMARIA.

1 *Dux, Comes, Marchio, Capitaneus, Valuaſor, qui dicantur.*
2 *Collatio dignitatum regalium ad Principem pertinet.*
3 *Comes dicitur, qui primi ordinis cõtinuã meretur. & nu. 5.*
4 *Princeps eſt fons, à quo dignitates profluunt.*
6 *Imperia quæ & quot fuerint.*
7 *Imperium Romanum à Deo immediatè dependet.*
8 *Imperator verus quis, Romanus an Conſtantinopolitanus.*
9 *Imperator qualiter, & à quibus ſit eligendus.*
10 *Papa electores Imperatoris eligendi iure, quando poßit priuare.*
11 *Imperator quot coronis, vbi, & à quo coronandus.*
12 *Imperator quare tribus coronis coronetur, hic ratio redditur.*
13 *Imperator in manibus electorum Imperio renunciare non poteſt.*
14 *Iuriſdictio Principis in pluribus conſiſtit.*
15 *Rex ſe & alios in virtutibus regens dicitur.*
16 *Rex Francorum glorioſißimus, excellentißimus & illuſtris vocatur.*
17 *Reges qui vngantur & coronis decorentur.*
18 *Regna Aſiæ quæ ſint, & quæ Africæ.*
19 *Prouincia an de nouo poßit ſibi Regem ordinare.*
20 *Duces à quo creandi.*
21 *Doctor decretorum Doctori legum præferendus.*

QVI A' PRINCIPE. Diuide iſtud principium vſque ad §. teneri in duas partes. Quoniam in prima ponit & declarat de dignitatibus regalibus immediatè procedentibus à Principe, & de feudo ipſarum dignitatũ regalium, quæ quidem feuda habent dignitatem regalem annexam. In ſecunda ponit & declarat de dignitatibus non regalibus, & de feudo ipſarum dignitatum non regalium, quæ quidem feuda habent dignitatem regalem annexam, ſiue procedant à Principe immediatè, ſiue mediatè ab alijs inferioribus à Principe. ſecunda ibi, qui verò à Principe.

CASVS.

1 †Dux dicitur, qui à Principe de Ducatu eſt inueſtitus. Marchio, qui de Marchia. Comes, qui de Comitatu. Qui verò eſt à Principe, vel ab alio inferiore inueſtitus de aliqua plebe, vel parte plebis, appellatur Capitaneus, ſed olim appellabatur Valuaſor magnus. Qui autem à Capitaneis eſt inueſtitus, appellabatur Valuaſor magnus. Illi verò, qui ab iſtis maioribus Valuaſoribus inueſtiuntur, appellantur minores Valuaſores, ſeu Valuaſini. & hoc tale feudum non habebat olim propriam naturam feudi, ſed hodie exæquata eſt omnis natura feudi, quãtum ad retentionem ipſorum. h.d.

2 †Præmitte pro euidentia, quod collationes regalium dignitatum, & feudorum regalium ſpectant ſolùm ad Imperatorem vel Regem in ſuo regno, vt dixi ſuprà de feudo Marchiæ in capitulo 1. & de iſtis talibus dignitatibus loquitur iſte textus in prima parte.

Non intelligas tamen, quòd omnis collatio facta per Imperatorem vel Regem, tribuat dignitatem regalem, ſed ſolùm, quando cõfertur feudum, quod habet dignitatem regalem annexam, ſicuti eſt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, de quibus in hoc textu in princ. & in d.c.1. de feudo Marchiæ. Nam ſi Imperator vel Rex conferret aliud feudum, quod non habeat

habeat Ducatum, Comitatum, vel Marchionatum annexum, vt quia inueſtiat aliqué de aliqua plebe, vel parte plebis: tunc iſte talis inueſtitus non intelligeretur habere dignitatem regalem. Eodem modo dicendum in quocunq; feudo, collato ab inferiori à Principe vel Rege, quia tunc non intelligeretur collata dignitas regalis, vt hîc in ſecunda parte. Item præmitte, quis propriè intelligatur [a] Capitaneus, & quot modis capiatur in materia præſenti, prout dixi in c. ſi Capitanei. ſuprà de feudo Marchiæ, vbi videas pro intelligentia dicendorum.

In textu ibi, à Principe, potes intelligere de Imperatore, & etiam de quocunq; Rege in regno ſuo, vt dixi in dicto c. 1. ſup. de feudo Marchiæ. in text. & in primo notabili. & ſupr. qui feudum dare poſſunt in princip. ſuper textu. Et dicitur Princeps, quaſi primum locum capiens, vt exponitur per gloſſ. in c. fundamenta. de ele. lib. 6. Ibi, Dux, dictus à ducendo, vt quia ducit populũ ſuum ſecundum Papiam. vel dic, quòd Dux propriè eſt ille, qui ducit exercitum. l. Duces. C. de officio iudicum militarium. & ff. de re mili. l. deſertorem. §. in bello. Ibi, Marchia, quia cara, id eſt, collocata. Et ita habeo in libro meo. Aliqui habent cara, id eſt, collata. Aliqui habent cara, id eſt, collecta. Et ita habebat Ioan. Andr. prout ipſe gloſſat, vt in d. c. fundamenta de ele. lib. 6. Aliqui habent Marchia, quaſi Marcha, id eſt, collata. & ita habebat Andreas de Iſern. Aliqui habent quia cara. Ibi, ſit poſita. Et ſic à mari denominatur, quia cõmuniter eſt ſita propè mare. & ſic valet argumentum ab alluſione vocabuli, vt dixi ſupr. per quos fiat inueſti. in §. fi. Ibi, Comes appellatur.

3 † Et dicitur [b] Comes, quaſi comitiuam primi ordinis mereatur, vt dixit text. in l. 1. C. de Comi. & Archi. & in l. 1. C. de Comi. qui prouin. re. lib. 11. & in l. 1. & 2. de Comi. rei mili. Nam honor conſiſtit in ſedendo ante alios. l. decernimus. C. de ſacroſan. Eccle. Ibi, à Principe, ſcilicet, Imperatore vel Rege, vt dixi ſupr. in prin. vel poteſtate aliqua, ſcilicet, inferiore à principe vel Rege, dummodo habeat iuriſdictionem infeudandi, vt ſunt Duces, Comites, & Marchiones, de quibus ſuprà. Et ponit Andreas de Iſernia exemplum, vt ſi aliquis eſt inueſtitus de Capitaneatu, ſeu de poteſtaria, vel rectoria alicuius populi ad vitam, vt prouentus & iuriſdictiones ſint ſuæ. Poteſt quoque iſte verſi. intelligi, vt puto, de reali & vero feudo, habẽre annexam iuriſdictionem, in aliquem populum ſeu plebem, dũmodo non habeat annexam dignitatem regalem, vt ſuprà dixi in diuiſione. Et ideò notanter dixit de plebe, vel de parte plebis, vt denotet eſſe feudum inferioris qualitatis & conditionis, quàm ſint dicta feuda regalia, de quibus dixerat, vt quia fortè fuit inueſtitus de aliqua villa vel terra, ſeu loco ſimili, cui non conueniat dignitas regalis.

Intelligas tamen, quòd iſte, qui habebit cognitionem villæ, vel caſtri, intelligitur habere dignitatem, vt notat Ioan. An. extra de præbendis. in c. cùm olim. & Bal. inf. in §. ſeq. & notat gloſſ. in Autent. conſtitutio. quæ de dignitatibus. in §. generaliter. colu. 6. Ibi, plebis parte, ſcilicet, quota, puta medietate, tertia, quarta, &c. quoniam ſi de certa re: tunc non conferetur Capitaneus ſecundum Bald. argumen. in l. quæſtione. C. de hære. inſtituen. Ibi, Capitaneus. Capitaneus eſt ille, qui apud nós appellatur Baro, vt dixit Bald. ſupr. qui feudum dare poſſ. in prin. Facit text. in d. c. fundamenta. in §. proinde. Ibi, Valuaſor, ſic dictus, quaſi ſit dignus ſtare ad valuas, id eſt, portas domini, & eas intrare, propter beneficium, quod à domino recepit, ſecundum Andream de Iſernia. Vnde ſolet dici, quòd portæ dignitatum non patent [c] infamibus. vt in l. 2. C. de dignitatibus. libro duodecimo. Ibi, tenet, ſcilicet, ab antiquo, vt differat à §. ſequenti. Ibi, Valuaſores, ſcilicet, minores, ſed hodie appellantur Capitanei, vt ſuprà, qui feudum dare poſſunt in prin. Ibi, à Valuaſoribus, ſcilicet, maioribus. Ibi, habebat, quaſi dicat, non erat verè feudum antiquitus, quia poterat reuocari quandocunque volebat dominus, vt ſupr. de natura feudi. in c. 1. Item & alia ratione, vt ſequitur in text. Valuaſore, &c. Ibi, mortuo, ſubaudi, qui habebat feudum à Capitaneo. Ibi, reuertebatur, ſubaudi, quod hodie non reuertitur, ſi fuerat infeudatum æquali, & cum his qualitatibus, prout primus habebat. Et iſte ſecundus velit recognoſcere à primo domino, vt dixi ſupr. titulo proximo in §. prim. & infr. de lege Cora. in §. ſimiliter. Aliàs & hodie reuerteretur, quoniam reſoluto iure datoris, reſolueretur ius acceptoris, vt ibi patet. Ibi, in curia Mediolanenſi, dic, quòd imò vbique eſt correctum, & ad paritatem deductum in omnibus, tam maioribus, quàm minoribus, vt ſuprà de natura feudi in fin.

a Intelligatur capitaneus. Adde an capitanei gentium armorũ ſint iudices in occurrentibus in gentib9 armorũ. vide in l. magiſtratio. & ibi Doct. C. de iuriſd. om. iu. & diffusè per Ang. in quodã ſuo cõſi. in c. innouata Guerra. Item an capitanei belli faciendo pacem poſſint remittere iniurias, & damna data ſubditis eorum, ita quod in perpetuum nõ poſſunt cõqueri, neque ciuiliter neq; criminaliter, vide per Inn. in c. in noſtra. de iniur. Hoſtien. in ſumma it. de pœni. & remi. in §. fi. verſ. ſed pone ꝙ Guerra Doct. in c. dilectis. de appe. Doct. in lege cõuentionem. ff. de pact. & an capitane9 Guerræ poſſit ceſſari ab officio, ſi malè gerit ſe in eo durante ſua cõducta. vide per Ang. in l. quod ait. l. 1. col. ff. de his, qui not. infr.

b Comes. Adde an Comes in ſuo comitatu poſſit facere gratiam, vt Princeps. vide per Ab. in c. per venerabilem, qui fil. ſint legi. Ab. in c. paſtoralis. in princi.

de off. de le. Ab. in c. peruenit. de im muni. ec. Ab. in c. innouamus. de censi. Ab. in c. quod translationẽ de off. le. & Ange. consil. 14.

é Portæ dignitatum nõ patent infamibus. Adde in regula infamib⁹. de reg. iur. lib. 6. c. licet ex quadã de testa. Arc. in c. illud in 2. col. 23. dist. Arch. in c. diffinimus. 4. quæst. 1.

Quod intelligas verum, quantum ad retentionem feudi, vt ibi: non autẽ quantum ad nobilitatem, vt sequitur statim in §. seq. secundum Iacobum de Belui. Ibi, quo & Valuasores, dic secundum Petr. de Cert. quod iste textus vult dicere, scilicet, vt minores Valuasores dicantur habere aliquam feudi consuetudinem, sicut & maiores Valuasores, vt sicut maioribus Valuasoribus non poterat feudum auferri, mortuo suo inuestitore sine liberis, si volebat seruire primo domino: sic & in minore, scilicet, vt mortuo maiore Valuasore sine liberis, qui inuestiuit eum, non possit ipsi minori feudum auferri, si velit seruire priori domino. Ex his infert Bald. quòd finito iure maioris Valuasoris, incipit ius minoris per nouã recognitionem, quod est notatu dignum.

4 † Not. quòd in declarando gradus dignitatum & nobilitatum, debetis incipere à Principe, vt hîc patet in princip. Et hoc ideò, quoniã ab ipso tanquã à fonte fluunt omnes aliæ dignitates & nobilitates. l. sacrilegi. C. de diuersis rescrip. l. pen. ff. de cõsti. Nec in merito, quoniam appellatur nobilissimus & sanctissimus. l. quæris. ff. de natali. resti. & est dominus mundi. l. deprecatio. ff. ad l. Rodi. de iactu. Ex quibus patet, quòd quis nobilitatur per dignitates, sibi ab eo contributas, vt dixi supr. in prin. libri in diuisione secunda feud. facit quod statim dicam in §. seq.

Nota dignitates & nobilitates, gradatim esse distinctas, vt patet ex hac litera. Pro cuius intelligentia clara est aduertendum, quòd Marchio & Comes propriè dicuntur regni, vel regnis capitanei. Illi verò, qui ab istis feudum accipiunt, propriè dicuntur maiores Valuasores regni, qui tamen hodie vocantur capitanei, vt supr. qui feudum dare poss. in princi. & in glos. prima hîc posita. Illi autem, qui ab istis maioribus accipiunt feuda, appellantur minores Valuasores, hoc est, Valuasini, vt in isto text. & supr. qui feudum dare poss. post princip. Illi verò, qui ab istis minoribus feuda accipiunt, dicũtur minimi Valuasores, vt supr. an maritus succe. vxor. in c. 1. in fin. cum titu. sequen. & in gloss. fi. hîc posita. Sunt adhuc alij inferiores Vasalli, qui accipiunt feuda ab istis minimis Valuasoribus, de quibus patet supr. de natura feu. in c. 1. Nam hodie quilibet quantumcunque inferior & minimus, & etiam rusticus potest infeudare, dummodo habeat legitimam administrationem bonorum suorum, vt dixi supr. qui feudum dare possunt in princip. in secundo notabili. facit quod habetur supr. per quos fiat inuestitura post prin.

5 † Not. quòd propriè ille dicitur Comes, qui est inuestitus de comitatu, vt hîc. Ex quo infert Bald. quòd sine comitatu non debet dici propriè Comes, sed abusiuè, sicut sunt Comites Palatini, qui creant Tabelliones, legitimant spurios, dant tutores, & similia, prout habent ex priuilegio, de quibus tangitur in Spec. de instru. edic. in §. restat. vers. si quis potest facere. & versic. porrò. in penul. colu. & per Bar. in l. non aliter. ff. de adop. per Bald. in Prooemio Codicis. per Innoc. in c. penult. extra de fide instru. per gloss. in l. 1. ff. de tuto. & curato. da. ab his. Facit quod habetur in titulo de comi. sacri. Pala. lib. 12. & quod dixi infr. si de feud. fue. contro. in c. naturales. Facit quod habetur in l. 1. in fin. ad municip. & in l. fi. C. si vbi & apud quem. & in l. 1. C. de co. consisto. lib. 12. & in Specu. de cura. in §. 1. vers. quid de his.

Postquam hucusque satis clarè & copiosè declarauimus omnia ea, quæ ad intelligentiam literæ necessaria videbantur.

Ingrediamur nunc nouum pelagus Deo duce in declarando dignitates generis cuiuscunque, quę laicis attributæ sunt. Et secundum earum gradus procedendo, incipiamus primò à suprema, quæ est ipsa Imperialis maiestas, & quæro, quare appellatur Imperator?

Et respondeo ex eo, quòd imperat alijs, vt not. per gloss. in Prooemio. ff. super rubrica.

Quod intelligas verum, scilicet, imperio & iurisdictione vniuersali, vt not. in l. 2. C. in quibus causis colo. cen. lib. 11. & in l. fin. C. de quadri. præscript. cùm totius vrbis teneat monarchiam. 63. disti. Adrianus. & not. extra de elect. in c. venerabilem. Et ex hoc appellatur dominus totius mundi. l. deprecatio. ff. ad l. Rodi. de iactu.

Quod est verum, scilicet de iure, licet quandoque de facto contrarium videamus. l. omnibus. ff. ad Trebell. l. 1. C. de summa trini. & fide Catho. Nam nec in terris Ecclesiæ habet aliquam iurisdictionem, vt in Clemen. pastoralis de re iudicata. Sed de hac materia dic, vt plenè scripsi infr. de pace iura. fir. in prin. in 1. quæst. gloss. Interdum appellatur Princeps, vt hîc in prin. & in l. 1. ff. de consti. prin. & in Prooe.

Procē. insti. in prin. & no. per gloss. in Cle. 1. de Baptismo, vbi plenè declarauit, quot modis capiatur Princeps. & per Bald. in Procemio. ff. Interdum appellatur Rex, vt infrà de pace tenen. in prin. & de hoc plenè dixi suprà, qui feudum dare poss. in prin. super text. & de nota. fi. for. in c. 1. Interdum etiam appellatur pluribus alijs nominibus, de quibus in Procemio Digestorum, Codicis, & Institutionum, super rubrica fit mentio.

6 †Quæro, quot imperia fuerunt? Respondeo, quòd quinque. Nam primum fuit imperium Orientale, scilicet, Babylonicum. Secundum fuit imperium Persarum & Medorum. Tertium fuit imperium Græcorum. Quartò fuit imperium Romanorum. Quintum & vltimum, adueniente Christo, istud Romanum imperium incœpit esse CHRISTI imperium. Et ideò apud Papam, Christi Vicariū, est vterque Gladius, scz, spiritualis & temporalis. & de his plenè not. per gloss. Danie. 2. c. & per Barto. in suo tractatu ad reprimendam. in glos. super verbo totius orbis.

7 †Quæro, an imperium Romanum dependeat à solo Deo. Et videtur quod sic. 23. quæst. 4. quæsitum. C. de veteri iure enucle. l. 1. in prin. & not. 906. distin. si Imperator, quod patet, qa per ipsum omnes alij Reges regnant, & includit in se cætera Regum regna, vt in Epistola inter claras. de summa trini. & fide Cath. 70. q. 1. in apibus. & in c. ad Apostolicæ. de senten. & re iudi.

Et intelligas prędicta secundum determinationem sanctæ matris Ecclesiæ esse vera, & procedere ante aduentum Christi: post verò aduentū Christi, imperium fuit apud Christum, & eius Vicarium, scilicet Papam. vnde videmus, quòd hodie imperium transfertur per Papam in Principem secularem. extra de elect. in c. venerabilem. & ita dixit Barto. in dicto suo tractatu ad reprimendam. in princi. & de hoc etiam scripsi infr. de pace iura. fir. in princ. & circa hoc vide plenè not. per Canonistas. in c. causam. cl 2. extra qui filij sint legitimi. & 10. dist. in. c. quoniam. & per Bart. in l. 1. ff. de requi. reis. & per Bald. in l. 1. C. de summa trini. & fid. Catho.

8 †Quæro quis sit verus Imperator, an Romanus, an Constantinopolitanus? dic quòd Romanus, in quem Ecclesia transtulit Imperium à Græcis. vt in c. venerabilem. extra de elect. & not. per gloss. in dicto c. si Imperator. 96. distin. & 70. q. 1. in apibus. Dum enim Ecclesia Romana opprimeretur ab Astulfo, Rege Lombardorum, petijt auxilium ab Imperatore Constantinopolitano, qui cùm nollet, aut non posset patrocinari Ecclesiæ Romanæ: tūc Stephanus Papa II. transtulit imperium prædictum Romanorum à Græcis in Germanos, hoc est, in Teutonicos in personam magnifici Regis Caroli Magni, qui fuit filius Pipini. sed iste Carolus tunc erat satis in iuuenili ætate. Nam pater eius Pipinus fuit primò electus in patricium Romanorum. Et sic hodie imperium Romanorum est apud Teutonicos, vt habetur de consec. distin. 5. in c. in die. Et per consequens non est amplius apud Græcos, vt ꝓbatur in Procemio insti. in prin. licet ipse Imperator Constantinopolitanus appelletur Imperator nomine, licet re non sit, vt notantur prædicta per glo. in d. c. venerabilē. de elect. & de ipso Imperatore Cōstātinopolitano habetur. in c. solitæ. extra de maio. & obedi. & in c. fundamenta. de elect. lib. 6. Et fuit hæc translatio facta de Imperio à Græcis in Germanos in anno Domini 756. Sed coronatio Caroli Magni in Imperatorē fuit facta à Leone Papa IIII. anno 802. vt prædicta colliguntur ex annalibus summorum Pontificum, & Cronicis, quicquid dixerit gl. in d. c. venerabilem, quæ circa designationem temporum errasse videtur. Et Imperator tenetur defensare Ecclesiam, vt dixi infr. pace tenen. in prin.

9 †Quæro, qualiter eligatur Imperator, & per quos? Et respondeo, quòd olim eligebatur per exercitum, vt probatur 93. distinct. legimus. Facit insti. de iure naturali gent. & ciui. in §. sed quod Principi. & C. de veteri iure Enucle. in l. 1. §. hoc etiam nihilominus. Hodie autem de consuetudine, quæ à iure approbatur electio Imperatoris, spectat ad certos Principes [a] Alemania, quorum tres sunt Clerici, & sunt etiam Cancellarij Imperij, videlicet, Archiepiscopus Mogūtinus, qui est Cancellarius Germaniæ: Coloniensis Italiæ: Treuerensis Galliæ. Et quatuor sunt laici, videlicet, Comes Rheni, Dux Saxoniæ, Marchio Brandeburgensis, & Rex Bohemiæ, qui olim erat Dux, vt prædicta not. per gloss. in capitulo ad Apostolicæ. de re iudica. libro sexto. Nam Comes est Dapifer. Marchio est Camerarius. Dux portat ensem. Rex Bohemiæ est pincerna. vnde versus.

[a] *Spectat ad certos Principes Alemāiæ. Adde Cardi. Zaba. in Cle. 1. in 7. notab. de iureiu. & per Ioan. Facit in Proœ. insti.*

Moguntinensis, Treuerensis, & Coloniensis.

Quilibet

Quilibet imperij sit Cancellarius horum.
Et Palatinus Dapifer, Dux portitor ensis.
Marchio præpositus cameræ pincerna Bohemus.
Hi statuunt dominum cunctis per secula summum.

Et ista talis ordinatio Electorum fuit facta ex causa tempore Ottonis III. ne Imperium iret per succesionẽ, sicut tũc iuerat per tres Ottones Imperatores successiuè. Quæ ordinatio fuit facta in anno Domini 1300.

Forma autem electionis est talis, quoniam prædicti Electores primò cõueniunt more Collegiorum in millaren. Treuerensis Diocœsis ad statuendum diem electionis, communiter faciendæ per ipsos, seu per maiorem partem eorum, in oppido Francfort. & ibi postea fiet electio, & valebit electio facta à maiori parte prædictorum Electorum, sicut regulare est in cæteris Collegijs, prout prædicta declarat Ioan. Andre. in addi. Specu. in titul. de rescript. præsen. in §. fin. vers. item quod impetratum. Postquam est facta electio debet ipsa electio cum decreto electionis p̃sentari Papæ. Tertiò debet ipsa electio & persona electi examinari Canonicè per Papam, qua approbata assumitur à Papa in Regem. Quartò pronunciatur promouendus in Imperatorem. Quintò vngitur. Sextò consecratur. Septimò in Imperatorem coronatur, vt prædicta probantur in d. c. venerabilem. de elect. & in Cle. Romani. de iureiuran. & ita ibi not. per Hostien. & in directoria iuris. de electio. §. de electione Imperatoris. Facit quod tangitur. 63. dist. tibi domino. & per gl. Odoffre. de pace Cõstantiæ. in §. cùm autẽ. & licet suprà dixerim, quòd Imperator vngitur & consecratur, prout etiam not. Gloss. in Procemio Codicis super rubrica.

Non tamen intelligas, quòd propter hoc Imperator sit in sacris [a] ordinibus, sed est in sacra maiestate, vt tenet Specu. in ti. de legato. §. nunc ostendendum. vers. 39. & Bald. in Procemio Codicis. super rubrica. Gerit tamen officium, cùm ministrat Episcopo. ita not. per glo. 63. dist. in c. Va-
10 lentianus. † Vtrum autem Papa posset priuare dictos electores iure eligendi, & per se eligere, vacante Imperio? dic q̃d nõ, dummodo ipsi velint eligere. Secùs autem, si non vellent eligere, vel concordare non possent, vt not. per Bart. & Ioan. Andr. in d. c. ad Apostolicæ. & hoc probant per dictum c. venerabilem. extra de electione. Sed an per solam electionem ipsorum Principum sit verus Imperator, antequam à Papa confirmetur, dixit gloss. in dicto capitulo legibus, quod sic. licet non ita appelletur. Et an facta electione, posit exercere iura Imperij, antequam coronetur, & actus Imperiales facere. dic vt not. per gloss. & Docto. in l. fin. C. de quadri. præscript. & Bart. in tractatu ad reprimendã. & in Spec. de rescrip. per sen. §. fin. vers. item quod est impetratum. & ibi per Ioan. Andre. & per Doct. in Cle. 1. de iureiuran. Vtrum autem populus Romanus posset hodie deponere, & degradare Imperatorem, dixi plenè in c. 1. supr. si de inuestitura inter dominum & Vasallum lis oriatur.

11 †Quæro quot coronis [b] coronetur Imperator, & à quo, & in quo loco? Respondeo secundum glossam, quæ hoc disputat in Cle. Romani. de iureiuran. quòd coronatur triplici corona. Prima est ferrea, quam recipit ab Archiepiscopo Coloniensi Acquisgrani Diocœsis eiusdem. Ferrum namque fortitudinem designat, qua vincere debet rebelles, & infideles conculcare. Secunda est argentea, quam, ingressus Italiam, recipit ab Archiepiscopo Mediolanensi in villa Modicensi Diocœsis eiusdem, licet quidam recipiant illam in ciuitate Mediolani, in Ecclesia sancti Ambrosij. Argentum enim designat mundiciam & claritatem, vnde significat ipsum Principem debere esse talem. Tertia est de puro auro, qua coronatur per Papam ad altare sancti Mauricij. Aurum enim qui est excellentius omnibus metallis, designat ipsum Imperatorem debere esse excellentiorem omnibus alijs Regibus & Principibus in potentia & iusticia. Et hæc sunt verba gloss. in verbo supr. allegato. Sed aduerte circa prædicta, vt omnia declarentur, quod quidam vulgares dicunt, quòd in vrbe Romana præfectus coronat Imperatorem, vt refert Bart. in l. 1. §. primo. ff. si quis testa. lib. esse iussus. Sed hoc non est verum, quoniam ipse Papa est ille, qui ipsum ibidem coronat, & de hoc est text. in dicta Cle. Romani. & in capitulo venerabilem. de elect. & hoc idem etiam tenet idem Bartol. in suo tractatu, qui sint rebelles. in glo. super verbo rebellando. & tenetur Imperator ire personaliter ad accipiendam coronam, non [c] autem posset mittere procuratorem ad accipiendum, nec posset sibi mitti corona, vt dixi inf. de pace iura. fir. in §. fi. in secundo notabili. Subsequenter reperio circa præ-

a
Sit in sacris ordinib⁹. Ad de Ioan. And. in c. 2. de p̃bẽ. lib. 6. in Nouella. Docto. in l. sacra. ff. de rerũ diui.

b
Quot coronis. Adde glo. in l. omnis. C. de ferijs. & per Cy & alios in l. benè à Zenone. C. de quadri. præscrip. & quid operatur corona. vide per Arch. in c. in nomine domini. 23. di. & per Bal. in c. venerabilem. de elect.

c
Nõ autẽ posset mittere p̃curatorẽ. Adde quid si Imperator coronã in loco debito recipere nõ potest, q̃d sit faciẽdum, hoc casu, vide per Inn. in c. venerabilem. de elect. et eam sequitur ibi Card. Zaba. in 3. q.

ta prædicta olim famosum & profundum Doctorem dominum Signorolũ de Homodeis ciuem Mediolanensem in sua solenni repetitione, facta de Procemio .ff. reprehendere dictam gloss. Ioan. Andr. in dicta Cle. Romani. In eo, quod vult, quòd in Alemania debet coronari corona ferrea, & in Diocœsi Mediolanensi corona argentea, cùm istud econuerso seruetur, videlicet, quia in Alemania recipit coronam argenteam. Mediolani verò ad altare sancti Ambrosij recipit ferream, & Romæ recipit auream. Et rationem assignat, quia in Alemania, vbi primò eligitur in Regem Romanorum, dignum est, vt detur sibi primò corona argentea, ad designandum ipsum esse purum & purgatũ, & electũ candidum, vt est argentum. arg. in l. 2. de offi. quæstoris. & ita dicit obseruari. Secundò, postea accipit coronã ferream in ciuitate Mediolani: non autem in dicta villa. Et rationem assignat, quia dignum est, vt in loco principaliori magis consequatur gloriam, & esse suum, & sic in ciuitate Mediolani, quæ est Metropolitana & principalior ciuitas: non autem in loco inferiori. arg. in l. 1. cum ibi not. ff. de offi. præfect. vrb. & in l. si duas. §. maximè. ff. de excu. tut. Facit l. cùm in diuersis. ff. de relig. Et sic cõcludit, quòd secunda corona ferrea in ciuitate Mediolanensi in Ecclesia sancti Ambrosij, est ibi tradenda per Archiepiscopum Mediolanensem. Et ita dicit esse de iure, & seruari. Et rationẽ subiungit, quia in ferro cõsistit fortitudo, quã debet habere Imperator in Lombardia, in expellendo hostes, & eijciendo fortissimos Tyrannos Italiæ, vt in l. in nomine domini. C. de offic. præfect. præto. Afri. post princip. Facit in Procemio insti. in prin. Romæ verò recipit tertiam coronam, scilicet, auream, vt suprà dictum est, de qua corona aurea loquitur rubrum & nigrum. C. de auro coronario, libro decimo. Et fuit ratio, quia aurum est preciosissimum, & perfectissimum Metallorum, vt in Auten. de fideiuss. §. fi. & l. 1. C. vt nulli liceat. Sed in ciuitate Romana Imperator consequitur talem perfectionem suæ administrationis, quia nihil ammodò superest ad agendum, vt in l. 1. de offic. præfec. augu. Et ideò ad hoc designandum, recipit ibidem coronam perfectissimæ & preciosissimæ materiæ, & sic auream secundum præfatum Do. Signorolum.

12 † Quæro, quæ fuerit ratio motiua, quare Imperator debeat coronari tribus coronis. Et duplex solet allegari ratio. Prima ad similitudinem Reipublicæ Romanæ, quæ solebat honorari triplici lustro. Nam in primo lustro soluebatur aurum à prouincialibus. In secundo argentum. In tertio æs, vt not. super rubrica. C. de indictionibus, libro decimo. vnde in signum illius honorantiæ, tunc honoratur triplici corona. Alia ratio est & melior, quia cùm Imperator sit dominus totius mundi, vt suprà dictum est, & mundus diuidatur in tres partes, scilicet, Asia, Africa, & Europa. vnde ad designandum, quòd sit dominus omnium prædictarum partium. Ideò accipit tres coronas. Nam quòd sit dominus Asiæ, probatur in l. fin. C. de temporis appellatione. De Africa probatur in l. 1. C. de offici. præfect. præto. Afri. De Europa probatur in l. cùm appellatio. C. de appellatio. secundum dominũ Signorolum in loco præallegato.

13 † Quæro an Imperator possit renunciare imperio in manibus electorum, dic secundum Bald. quod non, quia non sunt eius superiores, per no. per Doctor. in c. q. in dubijs. extra de renun. Nam postquam Imperator est cõfirmatus tantum, vel etiam coronatus, non habent ipsi Electores potestatem destituendi. Ergò in eorum manibus non potest renunciari, sed re integra, benè possum electus non acceptare electionem, & renunciare etiam absentibus Electoribus. arg. in l. Pomp. scribit. ff. de nego. Gest. Vnde ergò prædicta renunciatio debet fieri de licentia Papæ, qui est superior suus & supremus vicarius Dei, qui posset etiã ipsum deponere ꝑpter crimina. vt in d. c. ad Apostolicę. de re iudi. & ita tenet Bald. in l. Barbarius. ff. de offici. præto. An autem & quando posit Imperator deponi [a] per Papam. dic. vt in d. c. ad Apostolicæ. & in Specu. de locato. §. nunc ostendendum versi. 20. & quod no. per gl. 40. distin. si Papa. Potest etiam accusari de hæresi sacrilegio, & periurio, & quolibet graui crimine coram Papa, & ab eo iudicatur, vt in d. c. ad Apostolicæ. & de homicidio pro humani, & pro voto facto extra de voto, licet, & pro similibus. 15. q. 3. alius. & extra de iudi. nouit. Facit l. 1. & fin. C. de summa trini. & fide Catho. & q. dixit Specu. in titulo. de accusato. versic. item Papa.

[a] Posit Imperator deponi. Adde glo. in ti. de inuesti. inter dom. & Vasal. Bal. in l. ne ambigitur. ff. de legi. et per Docto. in c. translato. de cõsti.

14 † Quæro in quibus consistat singularis potentia, & iurisdictio Principis? Et respondeo secũdum Bal. in l. rescripta. C. de precibus impera. offe. vbi plura enumerat.

& in l.1.C.de iure annulo.aureorum.& in præambulis feud. in prima diuisione feudi addendo aliqua, quod consistit in pluribus. Nam transgreditur legem dispensando.ff. de ritu nupt. l. qua in prouincia. in §.diuus. Item dando remeatum exuli. ff. de pœnis. l. relegati. Item delegando indelegabilia.l.1. C. qui pro sua iurisdictione. Item in rescindendo rem iudicatam absque appellatione. l. diui. ff. de pœnis. Nam coram Principe magis habet locum veritas, quàm ordo iudiciorum, vt ff. de quæstionibus. in l. 1. §. si quis vltrò. Item remouendo appellationem.l.finali. C. de senten. Item in peruertendo ordinem iudiciorum, vt extra de re iudi. in c. in causis. & dixi in capitulo 1. si de inuestitu. inter dominum & Vasallum lis oriatur. Item quandoque tollendo ius alterius, vt ff. de natali.resti.l.quæris.& dixi in c.naturales. infr. si de feud.fue.controuer. Item in cognoscendo de causa propria, vt in l. proxima. ff. de his, quæ in testa.delen. Item se inferiori submittendo, vt not. in l. est receptum. ff. de iurisdi. om.iudi. Item de plenitudine potestatis supplendo, vt in Cle. pastoralis.de re iudi. Item transcendit leges Tabelliones faciendo, vt in c. cum p. Tabellio. extra de fide instru. per Innoc. Item Comites Palatinos creando, vt not. l.1. ff. de tuto. & cura. da. ab his supr. dixi. Item in apponendo clausulam nõ obstantium in his, quæ sunt iuri contraria, vt dixi in c. naturales. infr. si de feud. fue. cõtrouer. Item in concedendo veniam ætatis, vt in l. 1. & 2. C. de his, qui veni. æta. impe. Item in emancipando infantes, vt in l. iubemus. C. de emancipa. libe. Item quia quicquid Principi placuit, habet vigorem legis, vt l. 1. ff. de consti. princi. & insti. de de iure naturali gen. & ciui. in §. sed quod princi. Item quia vbi est Princeps, ibi solennitas præsumitur, vt C. de testa. l. omnium. Item vbi est Princeps, ibi non potest committi dolus, vt not. in l. probatorias. C. de dig. offic. lib.12. Item adde & alios casus, quia solus Princeps potest, quem restituere natalibus, & cõcedere ius aureorum annulorum, vt in l.1. & 2. C. de iure annulorum aureorum. & not. in Auten. quibus mod. na. effi. sui. in §. fin. Item solus potest interpretari legem generalem, vt in l. fin. C. de legi. & æquitatẽ non scriptam, preferre rigori scripto, vt in l. 1. C. de legibus. & interponere decretum super arrogatione, vt ff. de adop. in l. 2. & facere gratiam iuramenti, vt ff. ad municip. in l. fin. & cognoscere de criminibus commissis per personas descriptas. in l. quotiens. C. vbi senato. vel clarissimi. Itẽ in præstando libertatem relictam seruo in odium hæredis latitantis, vt in l. itaque. ff. de fideicommiss. liber. Item solus Princeps concedit, vt post quinquennium allegantí se de liberto ingenuum detur facultas probandi, vt in l.2. in fin. ff. si ingenuus esse dicatur. Item est lex animata in terra, vt not. in Auten. de consuli. in §. fin. colum. 4. & de instru. cau. & fide in glos. 1. colu. 6. Item est vnum de duobus luminaribus magnis positis ad mundi firmamentũ, & regimẽ, vt extra de maio. & obe. solitæ. §. pterea. & 96. dist. duo & in Auten. q̊modo oportet Epis. in prin. col. 6. Item est solutus legibus. l. Princeps. ff. de legib⁹. licet sponte se subijciat, vt in l. digna vox. C. de legib⁹. Itẽ habet ipse Princeps multa priuilegia & iurisdictio circa regalia, de q̄bus latè scripsi & declaraui infr. in ti. quæ sint regaliæ, vbi videas. Vtrum autem possit supprimere dignitates, & cassare de medio? dixi in c. 1. supr. de natura feudi. eas namque conferre potest, vt in l. sacrilegij. C. de diuer. rescript. & dixi supr. de feud. Marchiæ in c. 1. & an debeat se præponere Papæ in scribendo, dixi supr. in tit. Impator Lotharius Eugenio Papæ super rubrica. Item quot regna habet, dixi infrà de pace tenen. in prin. Item qualiter tollat legem vel statutum, dixi infrà de statu. & consuetu. contra liberta. Eccl. tol. in §. nauigia. & in §. omnes peregrini. Item an possit rescribere contra ius naturale, vel diuinum, vel gentium? dic per Doct. in d. l. rescripta. & in l. fin. C. si contra ius vel vtili pub. & in Specu. de rescrip. præsen. §. fina. vers. item quod est contra ius diuinum. & dixi in c. naturales. infr. si de feud. fue. controuer. Vtrum autem Imperator possit infringere [a] facta per prædecessorem suum, vel ea, quæ ipsemet iam alteri concessit, dixi in c. 1. supr. de natura feud. qualiter verò fiat sibi Homagium per Barones suos. dic, vt in Specu. de feud. §. quoniam. vers. forma autem iuramenti. De priuilegijs autem Imperatricis seu Augustæ, quæ & qualia habeat. dic, vt habetur in dicta l. Princeps. ff. de legibus. & ff. de lega. 2. l. quod Principi. cum l. seq. & hæc de Imperatore dicta sufficiant, &c.

a Vtrum autẽ Imperator possit infringere. Adde Cy. in l. digna vox. C. de leg. & per lau. in Cle. Romani. de elect.

15 † Post tractatum Regis regum, scilicet, Imperatoris, nunc transeamus ad aliam dignitatem, scilicet, regalem. & quæro primò, quare dicatur Rex? & respondeo,

quòd

quod ideò dicitur, quasi se & alios in virtutibus regens, vt dicit litera 12.q.1.duo.& deriuatur à rego regis, eò quia rectè regat. 3.di.regul. Hinc est, quòd etiam Deus appellatur Rex, vt in prooemio Decretaliũ. in princi. & etiam Imperator interdum se appellat Regem. vt dixi supr. qui feud.da. pos.in prin. & suprà de noua.fi.for.c.1. sed propriè loquẽdo appellatur Rex ante coronationem, post verò coronationem appellatur Imperator, vt in c.venerabilem. extra de elect.& no.per Bar. in suo tracta. ad reprimendum. in glossa. super verbo Reges.

5 † Quæro vbi, & in quo loco in iure fiat mentio de Regibus? Et respondeo primò, quod de Rege Francorum habetur 3. q.6.hęc quippe.vbi appellatur gloriosissimus.11.q.fin.excellentissimus. vbi appellatur excellentissimus. Interdum appellatur illustris, vt in c.nouit.extra de iudi. & de appell.nouit. Vtrum autem de iure, vel de facto recognoscat superiorem, dixi plenè infrà de pace iura.firm.in princip. Historiam verò Regis Caroli & Pipini, videas in c.venerabilem.extra de elec. & infrà de pace iura. fir. in §.iniuriam.& tetigi suprà in proximo tractatu Imperatoris. De Rege Angliæ siue Britanniæ fit mentio in c. non est nobis extra.de spon. Vtrum autem Rex Anglię habeat aliquod ius in regno Franciæ ponit Bald. in l.1.ff. de Senato.vbi videas. De Rege Vngariæ habetur in c. licet. & in c. non est dicendum. extra de voto & voti redemp. De Rege Gotorum tangitur 17.distinct.Concilia.§.hinc etiam. De Rege Scotiæ habetur extra de conuersi. coniuga. charissimus. & nota.in c. venerabilem. de electi. De Rege Castellæ siue Hispaniæ, habetur extra de iureiurand. ad audientiam.& in c. quanto. in antiquis. De Rege Aragonum, habetur in d. c. quanto. De Rege Nauarræ habetur in d.c.ad audientiam. De Rege Apuliæ & Siciliæ, habet in c.veritatis.extra de iureiurand. De Rege Daciæ, habetur in c. inter alia. extra de immuni.ecclesia. De pluribus insuper alijs Regibus, habetur in registro curiæ Romanæ, de quibus etiam tangam in quæstione sequen.

17 † Quæro qui Reges vngantur, [a] & coronentur, & qui non? Et respondeo secundum quod in dicto registro habetur, quod Imperator Romanus coronatur tribus coronis, & vngitur, vt dixi suprà in tractatu Imperatoris. Imperator verò Constantinopolitanus coronatur tantũ vna corona aurea, per Patriarchã in ecclesia Cõstantinopolitana. Rex Hierosolymitanus coronatur & vngitur. Rex Francorum coronatur & vngitur. Rex Siciliæ coronatur, & vngitur, & cõsecratur. Omnes autem cæteri Reges nec coronantur, nec vnguntur, qui quidẽ sunt isti, videlicet, Castellæ siue Hispaniæ. Rex Legionis. Rex Portugaliæ. Rex Aragonũ. Rex Nauarræ. Rex Daciæ. Rex Bohemiæ. Rex Vngariæ. Rex Armenię. Rex Cordubię. Rex Cipri. Rex Serdię. Rex Conachiæ. Rex Munianiæ. Rex Vlconiæ. Rex Catholicus. Rex Nauarchię. Rex Colenn. Rex Mamiæ. Rex Voro Egauiæ. Rex Maioricarum. Rex Minoricarũ. Rex Scotiæ. Rex Polonię. Scias etiam, quod supradicti omnes Reges, pręter Romanũ Imperatorem sortiuntur eorũ regna ex successiõe. vt in dicto registro declaratur. Et tenet etiam Bal. in l.ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. Et ista de Regibus collegi, ex quodam tractatu intitulato ad Federicũ tertium Imperatorem per olim bonæ memoriæ dominũ Rolandinum, de Placiola, ciuilem Patauũ, tunc Docto. summũ, cuius cineres cõseruantur iuxta templum sancti Antonij confessoris, in sepulchro eminenti marmoreo.

18 † Postquam vidimus de Regibus, & regnis registratis in ecclesia Romana, videamus nunc de his, quæ in dicto registro scripta non sunt.

Et primò in partibus Asiæ ista regna reperiũtur ab autorib. collecta, vcz, Regnũ Cathai. Regnum Tharsæ. Regnum Turquestem. Regnum Corasinæ. Regnũ Conantæ. Regnũ Indiæ. Regnũ Persarũ. Regnum Medę. Regnũ Parthię. Regnũ Gorgiæ. Regnum Caldeorum. Regnũ Mesopotamiæ. Regnũ Torquiæ. Regnũ Siriæ. Regnum Capadociæ. Regnum Bitiniæ.

In partibus verò Aphricæ hæc regna colligũtur, Ethiopia, Libia, Egyptus, Arabia, Iudæa, Cilicia.

Insuper reperitur in partibus Europæ, Thessalia, Macedonia, Tracia, Scitia, Mauritania, Numidia. Hæc regna collegi ex Solino de mirabilibus mundi. Et ex libro descriptionis imperij Tartarorum.

19 † Quæro an hodie posset de iure aliqua Prouincia sibi eligere, & creare Regem? Et dicit Bald. in d.l.ex hoc iure. vbi format quæstionem arguendo, primò, quod non, quia Prouinciæ sunt sub naturali dominio Imperatoris, ergò nõ possunt conferre alicui merum imperium. vt in Authentic.

[a] *Qui Reges vngantur. Adde. Ant. Corse. de Sicilia. in tractatu de Regibus. in 14. q. & cæteri Reges, qui vnguntur ab ecclesia sunt quodãmodo eius Vasalli: quia iurant Papæ fidelitatem. secundum Bal. in c. pastoralis. de rescri. & an in veteri testamento vngebantur Reges? dic quod sic: vt habetur Exod. 40. c. Leuitici. 8. ca. primi Regum. 16. capi. tertij Regũ. 4. & quarto Regũ nono. transumptiuè in c. ordinationes Episcoporũ. 75. dist. & in §. notandũ est. in ver. Dauid ergò in c. nos. si incompetẽter 2. q. 7.*

thentic. de defenso. ciuita. in §. interim. Sed tamen hoc non obstãte tenet contrarium, si talis est Prouincia, quæ non subsit Imperatori, vt Hispania. Nam si domus Castellæ deficeret in totum, tunc regnicolæ possent sibi eligere Regem, prædicta lege ex hoc iure.

Quæro an filius Regis, debeat vocari Rex? Et videtur quod sic, vt probatur de pace Constan. in procemio, de quo dic, vt no. 24. quæstione 1. filius.

Quæro quam iurisdictionẽ & potentiam habeat Rex in regno suo? & vtrũ possit alienare bona regni sui, dixi supr. de his qui feud. da. pos. in princ. super text. & in quæstione penultima.

Quæro quæ sunt regales dignitates? & quis eas tribuat, dixi in capit. 1. suprà de feud. Marchiæ. Quæ autem sint & intelligantur bona regalia, dixi suprà de his qui feu. dare poss. in princ. Qualiter verò succedatur in regalibus dignitatibus, dixi in §. præterea ducatus, infrà de prohi. feud. alie. per Fede. & in capitu. 1. de feud. Marchiæ. De materia verò successiõis primogeniti in regno,[a] ex constitutione vel cõsuetudine, dixi in c. mulier. si de feud. fue. contro. Sed quid si Rex efficiatur Monachus, an ius regni transeat in monasteriũ, dixi in c. 1. de mili. Vasal. qui arma bellica deposuit. Et hoc de Regibus dicta sufficiant.

Accedamus nunc ad dignitatem ducalem, quæ proxima est ipsi regali dignitati. Et quid sit Dux, & vnde dicatur, declaraui super tex. Sed in quo loco, & vbi in iure nostro fit mentio. De hac dignitate ducali, dicitur in l. 2. C. de offi. præto. Aphri. vbi de pluribus & diuer. Ducibus fit mentio. & in l. nemo. & in l. final. C. de offic. iudi. mili. & in l. raptores. C. de Epis. clerici. & in l. si quando. C. de appel. & in l. 1. de rap. vir. & C. de re milit. in l. neminem. & in l. tam collatores in Autentic. de nupt. in §. hoc ita infrà de prohi. feud. alien. per Lotha. in l. 1. & de prohi. feu. alie. per Fede. in §. præterea ducatus. sup. de feu. Mar. in c. 1. & in pluribus alijs locis.

20 † Quæro à quo creentur Duces? dic quod ab Imperatore, vel etiam à Rege in regno suo, vt dixi sup. de feu. Mar. in c. 1. & in primo notabili.

Quæro quid de Duce Venetorum, & Ianuensium, qui creãtur à populo seu eorum senatu, non autem à principe, an cẽseantur iuridice creati? dic q̃ sic de consuetudine, postq̃ Imperator scit, & tolerat

[a] De materia successionis primogeniti in regno. Adde. per Ioan. An. in addi. Spec. in ru. de feud. Pet. de Anc. in c. licet. de voto. Domi. & Doc. in c. grãdi. de supplẽ. negli. p̃l. lib. 6. Cy. Bal. & Saly. in l. si vna. C. de bo. ma. Bal. in l. liberti. C. de ope. libe. Oldrad. cõs. 94. inci. elegãter circa negocium. Petr. de Anch. consi. 78. inci. dicta facti narratio Abb. cõsi. 86. inci. in p̃senti. q. in pri. vo. Pau. de Cast. cõsi. 158. inci. in p̃senti cau. Frã. de Are. cõsi. 163. inci. diligenter & maturè discußis.

[b] Digniatate marchionat⁹. Adde. quod Marchio dicitur spectabilis, vt in c. anteriorũ. 2. q. 7. & p Ho. in Sũma ti. de peni. & remiß. in §. cui confitẽdum. ver. cui Marchio. & an Marchio habet potestatẽ cõdendi legẽ iure p̃prio: & an talis teneat locũ Princip. vide per Bar. in l. fi. in prim. C. de cõsti. pecu. & per Fran. de Are. in l. stipulationũ. la. 2. ff. de verb. obli.

propter bonum regimen eorum, argu. no. in Autẽ. de defenso ciuita. in §. nulla. Item quia isti tales Duces non sunt precisè domini, sed habent cõsilia populi vel maiorum, vnde est quędam præeminentia dignitatis potius, quàm dominiũ, & ita seruatur, vt ait prætor Bald. in l. decernimus. C. de sacrosan. eccle. vbi hanc quæstiõem formauit. De Duce autem Venetorum fit mentio in iure, in c. exposita. extra de arbitris. Sed vtrum ciuitas Venetiarum sit libera Venetorum, & absoluta à iurisdictione alterius, & dicit Bald. quod sic, super rubrica. ff. de rerũ diuin. hac ratione, quia Veneti sunt fundati in mari, & de iure gẽtium ciuitates ædificatę in mari sunt eorum, qui ædificant in l. in tantum. ff. de rerum diui. Et ideò, quia non fundauerunt in solo alicuius, meritò ipsi Veneti pretendunt libertatem. Secùs autem in alijs ciuitatibus, quæ sunt fundatę in solo iurisdictionali alicuius: quia tunc efficiunt̃ de iurisdictione illius, vt tangitur in Spec. de relig. do. in versi. quid si petatur ciuitas. & hæc de ducali dignitate sufficiant.

Videndum est nunc de dignitate Marchionatus [b] iuxta ordinem literæ nostræ, & quid sit Marchio seu Marchia, & vnde dicatur, dixi super tex. A quo autem talis dignitas conferatur, dixi sup. de feu. Marchiæ. in c. 1. vbi autem in iure fiat mentio, de hac dignitate, habetur sup. qui feu. da. pos. in prin. & de alie. feu. in fi. & in d. ti. de feu. Mar. infr. de pace iura. fir. in prin. infr. de prohi. feud. alie. per Lotha. in l. 1. & de prohi. feu. alie. per Fe. in §. præterea ducatus. & in d. c. fundamenta. de elec. lib. 6.

Subsequenter declarandum est de Comitibus, & de dignitate comitatus, de quibus satis dixi suprà text. & in vltima nota. Vbi etiam declaraui de Comitibus Palatinis, & ibi plures remisiones adduxi, verùm de Comitibus habentibus comitatũ cum dignitate, tangitur in l. 1. & 2. C. de offici. orientis, & in titulo de offici. communi re prin. & in l. 1. C. de aduoca. di. iudiciorum. & in pluribus tit. positis in primo & 12. lib. Codicis. & infrà de pace tenen. in §. ad palatium. & in pluribus alijs locis, quos recitare esset magis laboriosum, quàm subtile. & in d. c. fundamenta, & à quo detur hæc dignitas, dixi in d. c. suprà de feu. Marc. Datur etiam hæc dignitas à lege, sicut patet in Doctore, qui legit annis 20. vt probatur in l. 1. cum ibi no. C. de professo. qui in vrbe Constan. lib. 12. & per Bar. C. de decuri. in l. Alexãdriæ. lib. 10.

Quæ

Quæ autē sint insignia doctoratus, habetur per glossam.in clec.2.de magistris.

21 † Quis autem debeat præcedere, an Doctor decretorum, an legum, dic quod cæteris paribus Doctor decretorum. vt tenet Io.An.in c.clerici.extra de iudi.sed qs debeat præcedere & magis honorari, an Doctor vel miles, & Bal. in ꝓœmio. ff.super rubrica ad fi.vbi format quæstionem, dicit quod Doctor. si sit excellentia prædotatus, per tex.in dicta rubrica ibi antecessoribus, &c. quoniam magis est honorandus, qui sua virtute pollet.vt no. in l.si q̄d in bello.ff. de captiuis. Doctorelli autem sunt postponendi, quia parùm meruerunt, valde ergò disciplinati sunt, meritò honori attollendi. vt ff. de excu. tu. l.sed vt reprobari.§.valdè tamen.& dicit quod Bononienses semper faciūt egregios Doctores præcedere quoscunq; milites, propter virtutem eorum. De dignitate autē militari, habetur in l. 1. C. de æquestri dignita.lib.12.

Postremò de alijs inferioribus dignitatibus, vt de Capitaneis valuasorib., Primatibus, Proceribus, Optimatibus, Satrapis, Monarchis, Baronibus tangitur infrà, de pace iura. firmi. in princip. de prohi.feu.alie.per Federi.in l.2.& in d.c.fundamenta.& Specul.de feud. §. quoniam. versi.eodē quoq; modo.& C. ne filius pro patre.in Autenti.habita. De vice dominis autem & vice dominatu habetur in c.præterea. & in c. quia cleri. extra de iure patro.& in Specul.in titulo de vicecomite.

Nomina verò, & qualitates aliorū plurium officiorū, videre potes in dicto libro primo, & 12.Codicis.& in libro 1. ff.

De dignitatibus verò ecclesiasticis, & earum gradibus, plenè examinaui suprà, in titulo Episcopum vel Abbatē in princ. vbi videas.

Vltimò quantum ad materiam specialiter pertinentem ad text.nostrum.vide quod dixi supr.de his qui feud. dar. pos. in prin.& supr.de natura feu.in fi.& suprà de feud.Mar.in d.c.1.& 2.& de alie. feu.& in fi.in d.§.præterea ducatus de ꝓhi.feud. alie.per Fede. & per Iac. Ardizo. in Summa charta 3. sub rubricella de inuestitura Marchionum.& in ti.de suc. feud. sub rubricella.In feu.regni Marchi. Duc. & per Roff. sub rubrica de offic.iudi.& per Canonistas in dicto capi.fundamenta, vbi gl. plena. & in Spec.de feu.§.quoniam.versi. &, no.in charta fi.& ibi per Ioā.An.& vide quod statim dicam in §.sequen.

SVMMARIA.

1 *Nobiles qui dicantur.*
2 *Soldata quæ definiatur esse.*
3 *Soldata an possit ad hæredem transire.*
4 *Salaria Doctorum an dicantur soldata.*
5 *Nobilitas quæ dicatur & quot modis sumatur.*
6 *Nobilitas à virtute potius, quàm à genere prouenit.*
7 *Nobilitatem patris magis, quàm matris proles imitatur.*
8 *Bastardus generis nobilitate non potietur.*
9 *Nobilitas accidentalis ad quotum vsq; gradum protendatur.*
10 *Mulieres, quas valeant obtinere dignitates.*
11 *Dignitates plures eodem tempore, an quis possit habere.*
12 *Dignitatem inferiorem adeptus superiori, qua pollebat, est priuandus.*

CAETERI VERO QVI. Continuatur ad versi.q verò capitaneis antiquis, &c. suppositū hoc modo, videlicet, quia ibi dixi, quod illi qui tenentur feudū ab antiquo à capitaneis antiquis, hoc est ab his, qui hodie dicuntur capitanei, & valuasores maiores, q̄d iste tales sunt valuasor. & per consequens nobiles. Nunc verò in isto §. dicit, quod si nouiter acquisierint feudum, licet recognoscant à dictis capitaneis, seu valuasoribus antiquis, nihilominus hodie nō essent nobiles, sed plebei. Et præmitte ꝓ euidentia, qui propriè sunt capitanei regni, & q impropriè appellentur capitanei, vt dixi sup. de his q feu.da.po.in princ.in vltimo euidentiali. Nunc diuidas istum §.in tres partes. Quoniam primò ponit dictum cū responsione. In secunda probat per simile. In tertia declarat quid sit: & vnde dicatur soldata. Secunda ibi, nam & hi. Tertia ibi, soldata.

CASVS.

Illi qui hodie feudum accipiunt à valuasaribus maioribus, qui hodie appellantur capitanei, non nobilitantur per tale feudum, sed remanēt plebei, sicut illi, qui soldatam accipiūt. Quid autē sit soldata, declaratur in hoc tex.h.d. In text. ibi, licet nouiter, subaudi, secùs si ab antiquo: vt suprà in præcedentib. in ver. qui verò. Ibi, à capitaneis, id est, ab his qui hodie dicūtur capitanei, & valuasores maiores, quoniā secùs esset si à capitaneis, q propriè dicunt Capitanei, aliquis acquireret etiā feudū hodie, quia talis acquirens benè cōsequeretur nobilitatē: vt sup. de his qui feu.da. po.in prin. secundū Iac. de Bel. Ibi, feudū, valuasorib. Nō referas istud verbū ad eos,

qui propriè sunt capitanei, sed ad illos valuasores inferiores secundũ præfatum. Iac. de Bel. Ibi, plebei, id est, non nobiles, de quibus tangitur. insti. de iure naturali gen. & ciui. in §. plebiscitum. & ff. de pœnis. in l. capitalium. in §. solent. & ff. de appel. in l. si constat. Ibi, paradogum, est vulgare Lõbardum, & importat idẽ quod nobilitas, quasi dicat nullam nobilitatẽ, seu dignitatẽ acquirunt. Nam feu. q̃ nõ inducit nobilitatem, potest appellari pedagogũ, sed illud feu. q̃ inducit nobilitatẽ, potest appellari paradogum, secundum Sy. Vicen. & Bald. hîc & suprà, de feu. Guar. in prin. Ibi, feu. vsum, id est, rectum seu proprium feudũ, quod quando sit, declaraui in præambulis libri in tertia diuisione feu. Ibi, in solidatione, id est, in pecunia numerata. Ibi, annona, id est, in frumento, vino, & similibus. vt C. de eroga. mili. annonę. l. 1. & l. annonas. lib. 12. & C. de annona & tribu. lib. 10.

1 †No. quod omnes illi, qui ab Imperatore, vel Rege, vel etiam ab his, qui ꝓpriè dicũtur regni capitanei magni feudi, hi cẽsentur nobiles, etiam si de nouo capiũt, vt sup. eo. in ver. qui verò à Princip. &c. Alij autem inferiores, qui minores & minimi valuasores sunt, cẽsentur plebei, vt hîc, nisi ab antiquo feu. habeant. vt sup. in ver. qui verò à capita. &c. secundum Ia. de Bel. Ex quo infert Bal. q̃ nobilitas attribuitur antiquitati, ita quod omne antiquum feudũ potest dici nobile secundũ ipsum. Ad hoc facit, quia ex antiquitate generis quis est iudicandus nobilis. vt ꝓbatur inf. de pace tenen. in §. si miles aduersus. Sed tamẽ pro clariori doctrina, dic q̃ feu. aliud est nobile, aliud minus nobile, aliud aliqualiter, vel mediocriter nobile, &c. q̃ prosequere & declara. vt latè scripsi sup. in præambulis libri in secunda diuisione feud.

2 †No. quod soldata est præstatio quædam annua, & gratuita, quæ à neutra parte transit in hæredem. Et per hoc differt à feudo, quod percipitur de camera, vel de cauena fit mentio sup. de feu. cogni. in c. 2. quia illud datur propter aliquod seruitium factũ domino, & cẽsetur feudum. vt ibi. Istud verò datur gratis: vt quia fortè ista soldata alicui nobili ad paupertatem redacto. vt multotiens fit in curijs Principum, & talis datio soldatæ, non censetur feudum, vt hîc.

Op. ab extra quia nullæ sunt gl. q̃ immò per mortẽ dantis soldatam, non finiatur præstatio, de l. 3. & l. corruptionem. C. de vsufru. vbi dicitur q̃ per mortẽ cõcedẽtis, vsusfructus nihilominus non expirat. Solutio: hîc ista soldata debeatur gratis. Ibi, autẽ vsusfructus debebatur ex necessitate.

Op. de c. 1. extra de dona. vbi nobilitas hanc habet legem, quod promittens debet excrescere suam promissionem in benefaciendo. So. ibi, loquitur de vrbanitate ex eo, quod beatius est dare, quàm accipere. vt ibi no.

Op. quod immò talis præstatio soldatę, transeat ad hæredem. de l. Aquilius regulus. ff. de dona. Sol. ibi illa præstatio nõ fuit gratuita, vt ibi patet, hîc autem sic. vt suprà dixi.

3 †Quæro ab extra, an per pactum & priuilegiũ possit ista soldata, effici transitoria ad hæredem, dic quod sic secũdum Andræ. de Isern. Et est ratio, quia seruanda est promissio facta per dominum. vt infrà si de feud. fuer. contro. in c. si facta. & suprà quid sit inuestitu. in §. pe. Item quia reducta est ad necessitatem. d. c. 2. supr. de feud. cogni. Facit quia constat de voluntate concedentis. vt ff. de leg. 3. l. ille. §. 1. cum fin.

4 †Quæro, an salaria Doctorum, Aduocatorum, & cæterorum Officialium, quæ soluuntur à camera, intelligantur esse soldata? dic quod non, quia illa non sunt gratuita, vt in l. 1. §. diuus. ff. de var. & extraordin. cogni. Et ideò sunt transmissibilia ad hæredem. l. post duos. C. de aduo. diuer. iudi. Quod qualiter intelligatur, quia est longa materia. dic, vt plenè not. per gl. & Doct. in d. §. diuus. & in l. diem functo. ff. de off. asse. vbi plenè per Cy. & p Bar. in l. 1. C. de suffra. & in Speculo de Sala. in §. fin. vers. penult. Nunc verò, quia hoc loco tangitur de nobilitate & ignobilitate, vt hanc materiam diffusius consideremus & attingamus.

5 †Quæro primò, quid sit nobilitas, & Bald. in l. 3. C. de commertijs & merca. dicit, quod potest capi tribus modis. Primo modo, quod sit illa, quæ prouenit à stirpe, seu progenie, vel sanguine. Et de hac loquitur gloss. in l. fœmate. ff. de gradi. Et ita talis nobilitas appellatur naturalis, vt not. per Ioan. Andr. in c. venerabilem. de præben. Secundo modo sit illa, quæ prouenit à virtute, & ista appellatur accidentalis, vt hîc dicit Bald. Tertio sit illa, quæ prouenit à virtute simul cum genere. Et istam dicit esse perfectã nobilitatem, scilicet, ipsa generositas, decorata cum animi

magni-

magnitudine. Bar.autem in l. 1. C.de digni. lib. 12. vbi latè hanc materiam proſequitur, ponit plures & varias opiniones, quas poſtea reprobat, & hic omitto cauſa breuitatis. Sed tandem reſidet in hãc ſententiam, videlicet, q, ſint tres nobilitates, videlicet, theologia & ſuper naturalis. Secunda naturalis. Tertia politica & ciuilis.

De prima, ſcilicet, theologia dicit ipſe, quod omnis ille eſt nobilis, qui eſt in gratia Dei, intelligendo de gratia gratum faciente. Item, omnis ille, qui eſt virtuoſus ea virtute, quæ facit hominẽ fœlicem, ſcilicet, ſi eſt in ea gratia, quod Deus ſua largitate faciat illum ſibi gratum, vt habetur à Magiſtro Sententiarum, libr. 3. di. 22. & de hac no. gl. in c. penul. extra de præbẽ. Verum iſtam nobilitatem non poſſumus cognoſcere perfectè, niſi per reuelationem Dei, vt habetur 1. Reg. ſecundo capitulo. & de hac prima nobilitate nihil ad propoſitum noſtrum, ſed relinquamus Theologis.

Secunda nobilitas eſt naturalis, & iſta poteſt conſiderari dupliciter.

Primo modo, prout congruit animalibus quibuſcũq;, tam rationalibus, quàm irrationalibus, & alijs quibuſcunq; rebus etiam ſenſu carentibus, vt ea appellemus nobilia vel ignobilia, ſecũdum eorum effectum & operationem, q, patet in brutis: Nam quaſdã aues dicimus nobiles, quaſdã non etiamſi ſint eiuſdem ſpeciei. Idem de cæteris animalibus. Idem fructibus. Idem inter artifices diſtinguimus quoſdam nobiles, qui ſunt magis inſtructi. Alij dicuntur ignobiles. C. de poſtu. l. prouidẽdum. Et iſto modo ſeruus & ancilla, poteſt eſſe nobilis vt habetur Leuitici 19. c. Et de hac nobilitate nihil ad propoſitum noſtrum, quia per eam non diſtat nobilis ab ignobili, de quo quærimus.

Secundo modo poteſt conſiderari iſta nobilitas naturalis, prout cadit in hominibus, & tunc debet intelligi naturalis, id eſt, naturali ratione inducta, quam nos appellamus de iure Gentium primæuo, quod patet, quia ſolis hominibus congruit.

Et de iſta tali nobilitate dicit Philoſophus primo Politicorũ c. 4. quod nihil aliud eſt, quàm virtus, & malitia determinans ſeruũ & liberum nobiles & ignobiles. Intelligendo de ea virtute, quę competit aliquibus, put apti ſunt donari, non autem de ea, prout ſunt apti eſſe ſubditi, & ideò idem Philoſophus primo Ethicorum dicit, quod hæc nobilitas eſt quidam actus intellectiuus, in medio cõſiſtens circa ea, quæ pertinet ad præeſſe ſeu donari. Et de hac nobilitate loquitur textus. in c. nunquam. de vitijs 56. di. Et de hac nobilitate dicit Hoſtiẽ. in Summa de præbendis & dignitatibus, quod eſt quædam præeminentia. Sed iſta ſua diffinitio eſt nimis larga, quia poteſt competere etiam ſeruis, & quibuſcũq; patribusfamilias, & ideò dicit Bar. quod nobilitas apud nos eſt inuenta, ad ſimilitudinem & imitationem illius nobilitatis, quæ eſt apud Deum in Autentic. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. itaque. C. de offic. præfect. præto. affri. l. 1. & l. in nomine domini. circa princi. & C. de nup. l. imperialis. & in princ. Sicut ergò apud Deũ, ille eſt nobilis, quem Deus gratia ſui ſibi gratum facit. Ita etiam in foro noſtro ille eſt nobilis, quem Princeps ſeu Rex ſui gratia, gratum ſibi facit. Vnde tamen ipſe Bar. latius, & ꝓprius hanc nobilitatẽ ita diffinit, videlicet, nobilitatio eſt qualitas illata ꝑ principatũ tenente, qua quis vltra honeſtos plebeos acceptus oſtẽditur. Et ſub hac diffinitione comprehẽduntur omnia neceſſaria, ad hanc nobilitatem prout ipſe latè proſequitur dictam diffinitionem, declarando in dicto loco, vbi videas per eum, vbi etiam declarat qualiter probetur. Pro quo vide, quod dixi infrà, de pace tenendi, in §. ſi miles aduerſus. quis autẽ magis puniatur, an nobilis an ignobilis. dixi de pace iura. firma. in §. ſi quis verò temerario & de pace tenendi, in §. ſi miles.

6 † Quæro quis magis cenſeatur nobilis, an ille, qui ſua virtute nobilitatem acquiſiuit, an ille, qui deſcendit ex nobili genere? Et reſpondeo ſecundum Cy. in l. prouidendum. C. de poſtu. q, ille, qui propria virtute acquiſiuit, & eſt ratio, quia ex genere nõ eſt aliquis nobilis, niſi pręſumptione. vt. ff. de ędil. edict. l. q, ſi nolit. §. qui mancipia. & plus commendatur quis in eo, quod quærit à ſe, quàm in eo, quod ex parentibus habuit. vt ff. de capti. & poſtlimi. reuer. l. ſi quid bello. Facit quod ſcribitur de Vlpiano. in l. 2. §. final. de excu. tu. Dicit tamen idem Cynus. quod magis ad nobilitatem trahitur, qui de genere nobili procedit. Vnde qui ſua virtute pollet, & parentum, habet imagines hic, magis eſt præferendus. Sicut etiam magis eſt deijciendus, quando degenerat. De quibus ponit Valerius plura exempla de filijs, qui à patre

Cenſetur nobilis. Adde de materia nobilitatis. vide gloſſ. in l. ſocietates. ff. ꝓ ſocio. Bar. in l. reddatur. C. de profeſ. & me. li. 10. l. 1. C de incolis e. li. Bar. in l. 1 C. de infam. lib. 11. Bar. in l. Alex. C. de decur. lib. 11. Abb in. c. de multa. de p̄ben. Abb in c. venerabil. ſup. in 4. no. eo. tit. Abb. in c. 1. in 1. nota. de dona.

à patre denegauerunt. Facit ad prædicta in L. tam dementis. C. de Episcopali audientia. & in L. furiosi. C. de nup.

7 † Quæro an quo ad nobilitatem generis, quis sequatur nobilitatem patris potius, quàm matris, loquẽdo simpliciter, & pręcisè secundum q̃d licet. participet de vtroque, sed à patre recipit formã, à matre autem recipit naturam, vt not. 32. q. 4. c. fina. Nam nobilitas est quædam dignitas à parentibus deriuata, quæ denominatur à potentiori causa, vt ait Bal. in l. fi. C. de seruis fugi. Certum est autẽ, quod potentior est forma, quàm materia, cùm forma sit agens, materia patiens, & omne agens sit nobilius patiente. Itẽ si mater cedit marito, quo ad dignitatem. Ergò & partus eius. l. mulieres. C. de digni. Facit quod dixit Spe. in ti. de feu. §. quoniã. ver. quinto, & quod habetur in l. sed si quid. §. perueniamus. de auro & argent. lega. & de acqui. rerum dom. l. 1. & de statu ho. l. quæritur.

8 † Quæro an Bastardi retineant nobilitatem[a] generis? dic quod non. l. humilem. C. de incestis nu. & ideò non possent esse de consilio, vbi ex consuetudine, vel statuto nobiles sunt de consilio, vt tenet Bald. in l. cum legitimè. ff. de statu ho. nec tales possunt portare arma[b] agnationis. Facit l. 1. C. si qua prædi. po. & tenet Bald. in l. generaliter. in fina. C. de instituti. & substi. per Bartolum. in l. fina. de verbo. de signi.

9 † Quęro vsq; ad quem gradum extendatur nobilitas, quæ venit per accidens. & gl. in l. 1. C. de digni. dicit, quod vsq; ad ꝓnepotes p l. diuo. C. de quæstionibus. Sed tu dic latius secundum Bart. ibidem, quia quandoq; illud ex quo sequitur nobilitas, transit ad posteros. Sicut est regnum Ducatus, Comitatus, & similia, & tunc vsque ad infinitum erit nobilis ille, ad quẽ transit, sed non ex persona parentum, sed quia habet id, ex quo est nobilis. Quandoq; illud non transit, & tunc de iure cõmuni ex persona parentum, non transit vltra ꝓnepotem, vt d. l. diuo. sed regulariter de consuetudine, omnes descendentes admittũtur, vt habeantur pro nobilibus, donec ꝑuenerint ad paupertatem, vel ad viles artes, & tunc incipiunt esse nobiles. ar. in l. ne quis. C. de digni. secundum Bar. Et hęc quantum de nobilitate in speciali dicta sufficiant: Nunc accedamus ad declarandum materiam dignitatis.

Et quæro primò quid est dignitas, & Inno. in c. de mulcta. extra de præben. dicit, quod illa est dignitas, quæ reputatur dignitas, & si non reputatur dignitas, non est dignitas. Verùm quia ex tali generalitate, non colligitur veritas, ideò considerandum, quod dignitas capitur pluribus modis, vt no. per gloss. in c. 3. extra de cleri. non resi. & 4. di. denique. & per Ioã. An. de rescrip. c. statutum. lib. 6. Sed quantum ad propositum nostrum dic, quod quandoq; sumitur largissimè, vt omnis ille dicatur esse in dignitate, qui est bonæ famæ & integri status. arg. in l. cùm quidam de le. 2. & de ma. test. l. seruos. Quandoq; dignitas sumitur pro officio, quod habet dignitatem annexam. ꝓut capitur in d. ti. de ꝑben. in rub. & in c. de mulcta. & de hac loquitur gl. in l. 1. ff. ad l. Iul. de ambi. & supr. hîc eo. ti. post prin. Quandoq; dignitas sumitur pro quadam qualitate, quæ facit ꝑsonam differre à plebeis. Et ista est nobilitas, secundum vulgare nostrum, & de hac suprà dixi. Et ista talis dignitas consideratur duobus modis.

Primò, vt stet in nomine sui generis, nec habeat nomen speciale, vt esse decurio. l. spurij. in prin. & esse miles, Doctor, Presbyter & similia. vt. C. nemo priua. l. ne qs. Sunt etiam alię quędam dignitates nominatæ, & nominantur per suos gradus. Est enim supillustris, illustris, spectabilis, clarissim⁹, vt videmus per plures ti. in primo. ff. & no. ff. de sena. in l. qui indignus. Sed vtrum ista talis dignitas, quæ est separata ab officio, vel administratione, sit idem q̃ nobilitas, si quidem ipsa nobilitas suscipiatur propriè, prout facit quem differre à plebeis. Et tunc dic secundum Bar. q̃ idem est nobilitas & dignitas, q̃ patet, quia sola dignitas est illa, quę facit non esse plebeũ. vt. ff. de suspec. tu. l. 1. in fi. & l. 3. §. tutores. vbi, dicit Iac. de Are. q̃d omnis carens dignitate, est plebeius. vt. C. vt nemo priua. l. ne quis. Illud idem facit nobilitas, secundum mores nostros. igitur, &c. Facit. ff. de verb. sig. l. plures. in prin. & quod not. in d. l. 2. C. de digni. & in d. §. plebiscitum. insti. de iure naturali gen. & ciui. & in Autent. de defen. ci. §. interim. & §. fi. & in l. quæris de natali resti. Concluditur ergò, quod nobilitas, quæ facit quem differre à plebeis est idem quod dignitas, quæ est separata ab administratione, secundum ipsum Bar.

† Quæro

---

a
An bastardi. Adde Bar. in l. pronunciatio. 1. §. familiæ. ff. de ver. sig. Bar. in l. tutelas. ff. de capi. dimi. Bald. in c. ꝑ tuas. de proba. Bald. in c. innotuit. in fi. de elec. Io. de Imo. in l. ex facto. in §. si quis rogatus. ff. ad Treb.

b
Nec tales possunt portare arma. Adde Dy. in l. cùm pater. in. §. 2. ff. de lega. 2. Bar. in l. filiũ. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Bal. in l. vulgo. in fi. ff. de sta. ho. & per Ia. Zochum. de ferraria in repe. c. per venerabilem. qui filij sint legi.

10 † Quæro an mulieres poſsint habere a dignitates? Reſpondeo quod dignitatem ſine adminiſtratione benè poſſunt habere, vt in d.l.1.C.de digni. Sed dignitatem cum adminiſtratione, non poſſunt regulariter habere.l.fœminæ.ff.de re.iu.

Fallit in quibuſdam etiam excelientibus mulierib⁹, ex conſuetudine quorundã locorũ, vt C.de arb.l.fi.extra de arb.c.dilecti. Item fallit in Abbatiſsis, quas videmus habere dignitatem & adminiſtrationẽ in ſuas moniales, & interdum extra monaſterium, quãdo monaſterium habet caſtra & ſimilia. Fac.l.mulieres.C.de digni.&quod dixi ſup. qui feud.da.poſ.in prin. & tenet Bar.in d.l.1.

11 † Quæro an quis poſsit habere plures dignitates eodem tempore. Et reſpondeo aut quis habet plures dignitates ſine adminiſtratione, & hoc licet, vt C. de nouo codi.compo.in §.ideoq;. & in l. 1. & 2. C.de conſuli. Niſi quando vellet recipere ſtipẽdia ex vtraq;, vt C.qui mili.nõ poſ.in l.eis. li.12. Aut quis habet plures dignitates, ſed vna eſt cum adminiſtratione, & tunc aut non continẽt in ſe repugnantiam, nec per actum vnius impeditur adminiſtratio alterius, & tunc poteſt habere, vt in d. §. ideoq;.& in l.pe.in fi.ff.de of.aſſeſſo. Niſi percipiet ſtipendia ex vtraq;, quod eſſe nõ poteſt, vt ſuprà dixi.

Fallit in dignitatibus cõnexis ſeu vnitis, vt in Auten. vt iudi. ſine quo. Suffra. in §.illud. Itẽ fallit in his, in quibus eſt ſpecialiter à lege permiſſum, vt in d.l.eis.in §.fi. Sin autẽ iſtæ dignitates continent in ſe repugnantiam, vel per actum vnius impeditur adminiſtratio alterius, & tunc non poteſt quis habere eo tempore plures dignitates, propter incompaſsibilitatem exercitij ſecundum Iac. de Bel. facit quod habetur.ff.de Va. & ex. mu. in l. ad decurionatum. & extra de præben. in c. 1. de mulcta. & ita dixit Bal.in d.§.ideoq; de nouo codi. compo. Vtrum autem ſi habenti dignitatem fiat noua conceſsio, an intelligatur includi ſub priore dignitate, dixi in §.prætereà.de prohi.feu.alie.per Fe.

12 † Quæro quid ſi conſtitutus in dignitate ſuperiori deſcendat, & adipiſcatur dignitatem inferiorem, an priuetur prima, dic quod ſic mutato ſtatu. Exemplum ſi de Archiepiſcopo quis efficeretur Epiſcopus.l.cum te.& ibi per Bal.C.de nup. Vtrũ autem in dignitatibus ſuccedatur, dixi de alie. feu.in fin. Et an ruſtici poſsint acquirere dignitatem, dixi de lege Cor.in §. ex eadem. Et hæc de dignitatibus dicta ſufficiant. Alia autem plura, vide per eundem Bar.in d.l.1.C.de digni.

a Poßint habere dignitates. Adde an tales ſuccedant in dignitate, vide per Cardi.Zaba. in c. ſignific... in 1. op... reſcri.De... c. deuoti... mã. 12. q... per Arb... dilecti de arbi.

Vltimò ad materiam propriam noſtri §.vide quod dixi in c. 2.ſup.de feud.cogni. & ſup. de feud. Guard. & Gaſtal. in c. 1. & ſup. quid ſit inueſtitu.in §.ſi verò Vaſal.& per Iacob. Ardi.in Summa in tit. qui.mod. feu.acqui.ſub rubricella de ſoldata.& ſeq. & in tit.de ſuc.feu.ſub rubricella in feu.regni materia Duc. & in verſi.Item in ſoldate & quod dixi ſuprà eodem in princip.& in remiſsionibus ibi adductis.

DE GRADIBVS SVCCEDENDI IN FEVDVM.

RVBRICA.

OLim nulla erat hîc rubrica, ſed ti.iſto cum alijs quinq; tit.proximè ſuperioribus, comprehendebantur ſub rubrica, qualiter iurare debeat Vaſal.&c. Verùm cauſa commodioris intelligentiæ fuit hîc inſerta iſta rubrica à Gloſſatorib⁹ ſuperuenientibus, vt ibi dixi ſuper rubrica. Continuare tamẽ debes iſtam rubricam ad proxima. Quoniam ſup.in dicto tit.præcedẽti viſum eſt de inueſti. Ducum, Comitum, Marchionum, Capitaneorum, & aliorum Vaſallorum, à quibus inueſtiti poſſunt ſibi acquirere, & retinere feuda, mediante dicta eorũ inueſtitura, vt ibi patet, ſed qa non ſolũ per inueſtiturã, ſed etiam per ſucceſsionem acquiruntur feuda, vt ſup. de feud. cogni.in c.2.in fi. Ideò viſo de acquiſitione per inueſtituram congruenter erat videndum de acquiſitione per ſucceſsionem. Et ꝙ iſta continuatio ſit de mente literę, patet ex prin.nigri, dum dixit, per ſucceſsionem quoq;, &c. Nam iſta dictio quoq;, eſt dictio implicatiua. l. Labeo. cum ibi not. ff. de pac. quaſi velit implicare de acquiſitione facta per inueſtituram, de qua ſup. proximè fecerat mentionẽ, vt hîc patet in prin.

SVMMARIA.

1 *Succeßio feudi iuxta modum ſucceßionis, in hæreditate eſt regulanda. & quomodo intelligatur procedere.*

2 *Vaſallo mortuo, quandiu per lineam maſculinam ſupereſt deſcendens quiſpiam, non admittentur cæteri agnati.*

3 *Fœmina cum ſuis deſcendentibus, feudi ſunt incapaces.*

Fœmina non admittitur in feudo, vel priuilegio alicui, generi ſuo ac poſteris conceſſo.

Computatio graduum in materia feudali, qualiter fieri debeat, & quid ſit gradus. Remißiuè.

PER SVCCESSIONEM. Diuide totum istud capitulum in partes quatuor. Quoniam in prima declarat in genere, qualiter feudum acquiratur. In secunda declarat in specie, qualiter acquiratur successione, per lineam descendentem masculinam & fœmininam. In tertia declarat, qualiter & quando acquiratur per lineam transuersalem. In quarta declarat nouum casum, ortum occasione successionis. Secunda ibi, mortuo. Tertia ibi, his verò. Quarta ibi, si verò.

CASVS.

In successione feudi, prima causa est masculorum descendentium, per sexum masculinum exclusis fœminis, & quibuscunq; descendentibus ex illis, nisi natura feudi, aliud disponeret. h.d. vsq; ad §. his verò. In tex. ibi, per successionem, dic scilicet ab intestato. Quoniam ex testamento non acquiritur, cum nulla ordinatio possit fieri de feudo in testamento, vt sup. de succes. feud. in princ. Ibi, inuestituram. Quid autem sit, & qualiter fiat inuestitura, habetur sup. quid sit inuestitura. in prin. Ibi, beneficium, id est, feu. vt dixi sup. de inuesti. de re alie. fac. in §. 1. ibi, pertinet, vt patet suprà, de feud. cogni. c. 2. in fi. Ibi, deinceps, scilicet, in infinitum, vt sup. de his qui feu. da. pos. in §. hoc quoq;. & suprà de succes. feu. in prin. Ibi, agnati, scilicet, transuersales eius, qui decessit. Ibi, proles, dic quod capitur pro omni fœmina descendente in infinitum, postquam subiunxit fœminini sexus. Aliàs simpliciter ponendo, intelligeretur pro filio. ar. in l. officiales. in fi. C. de Epis. & Cleri. secundum And. de Iser. Ibi, conditionis, vt quia feud. sit fœmineum, vt sup. Epis. vel Abba. in §. 1. & sup. de succes. feud. in §. filia. & infrà de natura succes. feud. c. 1. cum ibi not. gloss. Ibi, acquisierit, vt quia dictum feudum redimat à domino, vt suprà, quemad. feud. ad fi. perti. in c. 1.

a Nō solùm fœmina. Adde c. 1. in §. hoc autē. qui feu. da. po. Abb. & Io. de Imo. in c. dilecta. de arbi.

1 † No. quod successio feudi, ita regulatur, sicut successio in hæreditate de iure Communi eo, scilicet, respectu, quia stantibus descendentibus, non vocantur collaterales, prout fit de iure Communi, vt in Autē. in succes. C. de suis & legi. Ad transuersales autem non transit feudum, nisi sit antiquum, & deficiant omnes descendentēs, vt infrà de natura succes. feud. in c. 1. & hoc voluit tota gloss. prima hîc posita, quæ per hoc est expedita.

Sed aduerte ne erres, quia ista gloss. & ea quæ suprà dixi, sunt intelligenda, quantum ad ordinem succedendi ab intestato, attenta solùm prærogatiua graduum. Non autem attenta qualitate succedentium, quia in hoc benè differt successio feudi ab hæreditate. Cùm in hęreditate de iure Cōmuni succedant ascendentes, vt in Auten. defuncto. C. de suis & legiti. non autem in feudo, vt inf. de natura succes. in c. 1. Similiter de iure communi, succedit ita fœmina, sicut masculus, vt in l. maximum vitiū. C. de lib. præte. vel exhere. non autem in feudo, vt hîc, & ita declarauit alia gloss. 2. hîc posita, dum dixit, q. licet fœmina de iure Communi, ita succedere debeat sicut masculus, tamen à successione feudi, ipsa & filij sui remouentur, quia non potest dominū defendere, vt dixit tex. sup. qui. feud. dā. po. in §. hoc autem no. Adde aliam differentiam, quia in materia feudali, non succedunt cognati, vt dixi sup. qui feu. da. pos. in §. penul. & tamen de iure Communi est sublata differentia agnationis & cognationis, vt in Auten. post fratres. C. de legi. hæred.

2 † No. quòd donec Vasallo mortuo, superest filius, vel ex filio nepos, vel deinceps per masculinum sexum aliquis descendēs, non admittuntur alij agnati, vt hîc & sup. de succes. feu. in prin. Quia semper descēdens quoto gradu sit, succedit in locum patris sui, & ad feud. admittitur, vt in d. c. 1. inf. de natura succes. feud.

3 † No. quòd non solùm fœmina [a] est, sit capax feudi, sed etiam omnes descendentes ex ea, quanquam sint masculi, nisi per specialem prouisionem efficerētur capaces, vt dixi sup tex. & in c. 1. inf. de bene. fœ.

Op. ab extra, quòd imò etiam filiæ fœminæ, debeant succedere in feudo, vt in Auten. de non alie. in §. emphiteoticum. col. 1. vbi emphiteosis transit etiam ad filiam. Solut. ibi loquitur in re emphiteotica, hîc verò in re feudali, vbi est longa differentia, vt dixi suprà, quib. mod. feud. amitt. in §. aut si libellario. & in c. 1. infrà, an agnat. vel filius repu. hæred. & in præambulis libri iuxta fin.

Oppo. quòd imò agnati transuersales, præferantur descendentibus etiam masculis, vt probatur in d. c. 1. inf. an agna. &c. vbi ponitur, quòd si filius nolit adire hæreditatem patris, quod agnatus præfertur. Solu. intelligas prædicta vera secundum illam determinationem. s. quando ipsi filij & descendentes, adiuerunt hæreditatē, quia aliàs non admitterentur, vt ibi, nisi in casibus, quos ibi declaraui, vbi videas.

Quæro

Quæro quid si est concessum feudum, vel aliquod priuilegium alicui, & generi suo, ac posteris, an admittatur fœmina, dic quod non per. l. 1. ff. de iure immu. Facit q; tangitur infrà de eo qui sibi hæredibusq; suis in c. 1.

Quæro qualiter debet fieri computatio graduum in ista materia feudali. Respondeo secundum Do. in §. pe. de his qui feu. da. po. quod debet fieri secundum formam iuris ciuilis. Quæ autem & qualis sit forma iuris ciuilis, habetur in l. Iurisco̅sultus. ff. de gradibus. & insti. de gradibus per totum.

Quæro quid sit gradus & qualiter diffiniatur, dic vt p glo. in §. hactenus. insti. de gradibus, & vbi etiã declaratur differentia co̅putationis graduum inter ius ciuile, & ius canonicum.[a] vbi videas.

Vltimò ad materiam præsentem, vide circa exclusionem mulierum, q; scripsi suprà, qui feud. da. pos. §. hoc autem not. & in pluribus remissionibus ibi adductis.

Circa verò materiam successionis filiorum, & aliorum descendentium in iuribus feudalibus. vide quod plenè dixi in §. & quia in. d. tit. de his qui feu. da. pos. & suprà de succes. feu. in prin. & sup. Imperator Loth. Euge. Pa. in c. 1. & sup. de feud. Mar. in c. 2. & infrà, de natura suc. feud. in c. 1. & in pluribus remissionibus ibi adductis plenè per Iaco. Ardi. in Summa in tit. de succ. feud. in prin. tit. & sub rubricella sit paternum prima causa est liberorum. est in titu. quibus mod. feud. acquir. sub rubricella per successionem acquiritur feud. & vide quòd statim dicam in §. seq. & per Canonistas de materia gradum successionis in c. cùm constet. extra de pigno.

De gradibus autẽ consanguinitatis & affinitatis[b] circa matrimonia, habetur in c. non debet, extra de consanguini. & affinita. & ad materiam, vide per Hostien. in Summa titulo. de feud. §. qualiter feud. constituatur.

SVMMARIA.

1 *Transuersales in feudo succedunt, deficiente linea descendente.*
2 *Feudum paternum quod dicatur.*
Successio in feudo semper aspicit stipitem, & non alium, qui non est stipes agnationis communis.
3 *Fratres vtrinq; co̅iuncti fratrem, ex parte tantùm impediunt in successione feudi.*
4 *Nepotes ex diuersis fratribus patruo succedentes in feudo, in stirpes, an in capita vocentur.*

§ HIS VERO DE. Hæc est tertia pars principalis, in qua tractat de successione lineæ transuersalis. Et diuiditur in tres partes. In prima ostendit qualiter transuersales gradatim succedu̅t. In secunda limitat quæ dixerat. In tertia probat per exemplum. Secunda ibi, quòd ita. Tertia ibi, si enim.

CASVS.

In successione feudi primi, non existe̅tibus descendentibus, vocantur primò fratres, cum filijs fratrum præmortuorum, deinde proximiores agnati gradatim, du̅modò descendant ab eo parente, qui fuit author agnationis communis, & cuius fuit dictum feud. h. d. In tex. ibi, deficientibus, scilicet, descendentibus, de quibus proximè dixerat. Ibi, filijs, id est, simul cum ipsis facit. capitu. 1. sup. Imperator Loth. Euge. Pa. & in Auten. vt fra. filij. & sup. de feud. March. c. 1. in fin. Ibi, vlteriores, quod intelligas, siue sint ex linea transuersali asce̅dente, vel descendente, vel ex latere, cùm hic non distinguatur secundũ Iac. de Bel. Facit dictum c. 1. suprà Impera. Loth. & q; ibi dixi. Sed vtrum isti agnati vlteriores, admittantur in infinitum, vel vsq; ad gradum septimum tantùm, declaraui in c. si capitan. sup. de feud. Mar. vbi videas. Ibi, agnationis communis, hoc est dicere, videlicet, si ille qui inte̅dit succedere in feudo, traxit originem ab eo Vasallo, qui feudum acquisiuit, cũ eo cui succedere vult. Aliàs secùs, vt subijcit si enim, &c. secundũ Pe. de Cer. & Bald. Ibi, beneficio. 1. feud. vt declaraui sup. eo. in prin. Ibi, defuncto, subaudi, postquam auo successit in beneficio. Ibi, patruum magnum, scilicet, qui fuit frater aui, & erat in quarto gradu. Ibi, descendentem. Et est ratio, quia id quod obstabat, sibi obstabit etiam habenti causam ab eo, vt sup. de succes. feud. in princip. & ff. de regu. iur. in l. qui in ius. Ibi, ad agnatos, scilicet, aui, & subaudias etiam si essent proximiores, dummodò non desce̅dant ex eodem stipite communi, vnde p cessit feudum, vt sup. dictum est. Sed agnati Titij qui sunt agnationis communis, benè succedunt Titio, vt patet ex prædictis, & probatur inf. de natura succ. feu. in c. 1. & suprà de succes. feud. in princ. & sup. de his qui feud. dare possunt. in §. hoc quoq; secundum Iac. de Bel.

[a] *Computationis graduũ inter ius ciuile & ius Canonicum. Adde Do. in c. vir. qui. de co̅san. & affi. & per Sanctũ Tho. in 4. sen. dist. 40. q. 1. arg. 2.*

[b] *De gradibus aũt co̅sanguinitatis & affi. Adde glo. in c. licet ex quadã. de te[...] sti. glo. in [...] C. de succes. edic. c. si de consan. & affi. c. ad sedem. 35. q. 5.*

1 †Not. q; in successione feudi deficie̅te linea desce̅de̅te, vocant̃ trãsuersales, & inter eos primo loco succedunt fratres, si soli super-

ſuperſunt. Si verò cùm ipſis ſuperſunt etiam filij aliorum fratrum præmortuorum, tunc admittuntur ſimul cum illis, vt hîc & ſuprà de ſucceſ.feud. in princi.in c.2.ſuprà de feu.March. & in Auten.ceſſante. C. de ſuis & legiti.hæredi. Non exiſtentibus autem fratribus, neq; filijs fratrum, tùnc admittuntur agnati proximiores ſecundum gradus ſuos, quia proximior ſemper excludit remotiores, vt patet hîc & in dicto c.primo de natura ſucceſsio.feud.

Et intellige ſemper, quod feudum ſit paternum, quoniam aliàs agnatus nõ ſuccederet in feudo nouo, niſi expreſſè eſſet dictum in inueſtitura, vt ſuprà, de ſucceſ. feu.in §.fi.& ſup.de benef.fra.in c.1.& infrà titulo proximo.in c.1.

2 † Not.iſtum tex.ibi, quòd ita eſt intelligendum, &c.ex quo clarè colligitur, quãdo feudum intelligatur paternum, quoniam illud dicitur eſſe paternum [a] quod fuit illius parentis, qui fuit genitor agnationis communis. Et eſt iſte melior text. quàm habeatur alibi ſecundum Docto.tamen ſimilem tex.habemus in d.c.1. de natura ſucceſ.feud. Et ex hoc infert Bal.quòd in feudo ſucceſsio ſemper aſpicit ſuum ſtipitem, & non alium, qui nõ eſt ſtipes agnationis communis, vt dicit probari in hoc tex. quod autem dicatur eſſe feudum nouum, dic quòd illud quod primò de nouo acquiritur, vt probatur in c.1.inf. qui teſt. ſint neceſ.ad probandum no.feud.inueſti. Et circa prædicta vide, quod dixi ſuprà in præambulis libri, in ſexta diuiſione feudi, vbi latè declaraui quid ſit feudum antiquum, quid paternum, & quid nouum.

[a] Illud dicitur eſſe paternũ. Adde Bal.in c.1.de ſucceſ. feud.

Op.ab extra, quia hîc nullę ſunt gloſſ. quòd imò collaterales non admittantur ad ſucceſsionem feudi, quoniam aſcendentes non admittuntur, vt in d.c.1. inf.de natura ſucceſ.feud.& tamen aſcendentes vincunt collaterales in ſuccedendo, vt in Auten. defuncto. C. ad Tertul. Sol.illud operatur natura feudi, vt aſcendentes non admittantur, de quo dic latius, vt ſcripſi ſuprà, de his qui feud.da.poſ.in §.hoc quoq;. in 2.oppoſitione.

Op.quòd imò nepotes non admittantur ſimul cum patruis, de.c.licet extra de voto, vbi ad feudum regni non admittuntur plures [b]. Sol.ibi loquitur in ſucceſsione regni, quæ non capit pluralitatem dominorum, neq; diuiſionem, vt not. in c.ſi hæredes.extra de teſta.de quo dixi latius.inf. de prohi.feud.alie.per Fede. in §.præterea Ducatus.& ſuprà de feud.March.in c.1.

[b] Ad feudũ regni nõ admittũtur plures. Adde Ant. Cor. Siculus olim auditor ſacri palatij in repe.c.grã di de ſupplẽ. negli. prælã. lib.6.

Quæro ab extra, quid ſi Rex concedit mihi caſtrum in feudum, nomine & iure antiqui feudi poſsidendum, an dato quod ſit nouum, aſſumat ſibi vires feudi antiqui, & qualitatem. & Bal.in c.1. in princ. infrà, de alie.feu.pa.tenet quod ſic per l.quicũq; C.de cõmuni agro deſer. Facit quod dixi infrà, de Vaſal.decre.æta.in c.1.in vlti.q. Vtrum autem per ſtatutũ poſſet fieri noua prouiſio circa ſucceſsiones feudales, vide quod ſcripſi ſup.de his qui feud.da.poſ. in §.hoc autem. & ſup.de ſucceſ.feu.in §. hoc quoq;.

3 † Quæro an fratres vtrinq; coniuncti excludant fratrem, ex parte tantùm, à feudi ſucceſsione. Et videretur dicendũ prima fronte, q̃ ſic, quia eodem modo eſt cautum de iure cõmuni, per dictam Auten, ceſſante, q̃ ius Commune ſeruare debemus, poſtquam non reperitur ſtatutum contrariũ, ſecundum conſuetudines feudorũ, vt ſup. de feu.cogni. in c.1. Sed tamen hoc nõ obſtãte, tu teneas CONtrarium p̃ iſtũ tex. & ſuadet ratio, quia iſti tales veniunt ſolũ ex vinculo agnationis, nõ autem virtute aliã cuius ſanguinis maternæ, item veniunt iure hæreditario, ſed beneficio domini, vt in c.1.inf.an agna.vel filius, &c. Agnatus autem intelligitur etiàm frater, qui eſt ſolùm ex parte patris.ff.de gradi.l.fin.§.inter agnatos.& C.de legi.hære.in l.1.& ita tenet Iac.Ardi.in Summa de ſucceſ.feu.ſub rubricella, an frater ex vtroq; parente.quem ſequitur d.Bal.hîc.

4 † Quæro quid ſi plures nepotes ſuperſint ex diuerſis fratribus, qui ſuccedunt patruo in feudo, an vocentur in ſtirpes, an in capita? Reſpondeo quòd in hoc ſunt opiniones. Nam Iacob.Ardiz.in Summa de ſucceſ.feud. dicta rubricella, an fratres ex vtroque parente, &c.in §.2.tenet, quòd ſuccedunt in capita, ſed ſi ad dictam ſucceſsionem veniunt cum patruo, tunc ſuccedunt in ſtirpem. Bald. autem hîc dicit, quòd ſuccedunt in ſtirpes, & ita dicit ſe conſuluiſſe ſubiungens, quòd iſta quæſtio debet determinari, ſecundum ius Cõmune. Vnde cùm ſtatutum ſit, vt poſt fratrum filios ſuccedant vlteriores in capita, videtur tacitè ſtatutum, vt fratrum filij ſuccedant in ſtirpes. argu. in l.cùm prætor.ff.de iudi. Hoc idem videtur tenere in d.c.1.infrà, de natura ſucceſ.in feud.infi. ſequendo opinionem gloſſ. in d. Auten. ceſſante, dicens: non poſſe adhærere meliori carotio, quàm gloſſæ. Veruntamen dic latius de hac q̃ſtione, vt ſcripſi ſuprà, de

succes. feu. in prin. in vlti. nota. & per Bald. in l. 2. C. de suis. & legi. hæred. & infrà de natura succes. feu. in d. c. 1. & hîc & in dicta Auten. cessante. licet ibi videatur tenere contrarium.

Vltimò ad materiam nostram, vide q. dixi in §. hoc quoq;, suprà, de his qui feud. da. pos. & in d. tit. de succes. feud. in princ. & in fi. & sup. in tit. consti. feudales Lotha. Impera. in c. 1. cum seq. tit. & quod dixi suprà, eo. in princip. & in remissionibus pluribus ibi adductis, & plenè per Iac. Ardiz. in Summa in tit. de succes. feud. sub rubricella de collateralibus cum quatuor rubricellis sequentibus. & gloss. in l. quod dicitur. ff. de impensis.

SVMMARIA.

1 *Præsumptio, onus probandi in aduersarium transmittit.*

Probatio incumbit illi, qui magis distat à veritate præsumpta.

2 *Iuramentum in probationis defectum, non præcipitanter deferendum. & quare.*

Iuramentū nunquam potest in defectū probationis deferri, nisi cognito & diligenter examinato defectum.

3 *Probatio feudum nouum asserenti incumbit. & quare.*

Testator semper præsumatur perseuerare in antiqua dispositione, nisi contrarium probetur.

§ SI VERO DO. Suprà proximè visum est, qualiter agnati collaterales admittuntur ad succesionem feudi paterni. Sed quia interdum dubitatur inter agnatos dicentes, esse feudum paternum, & dominum, vel alios litigantes dicentes, esse feudum nouum, vnde vt prædictā dubitationem tollat, subijcit hîc istum §. quem diuidas in partes tres. Quoniam in prima parte declarat, quis probare debet, quādo aliqua indicia sunt, quod feudum sit paternum. In secunda econtrà, quando indicia sunt, quod sit nouum. In tertia tradit doctrinam, cui deferendum sit iuramentum, per iudicem in defectum probationis. Secunda ibi, sed scio. Tertia ibi, bonus.

CASVS.

1 †Præsumptio transfert onus probandi in aduersarium, & iudex causa cognita, in defectum probationis, considerare debet, cui potius sit iuramentum deferendum. h. d. Præmitte pro euidentia casum in §. sacramentum. inf. de consuet. rect. feud. & quod ibi dixi in euidentialibus, & in 2. not. Item præmitte quod sit feudum paternū, & quod sit feudum nouum, vt dixi sup. §. proximo in vltimo no. In tex. ibi, vel alius, vt inuestitus, fortè à domino de dicto feudo, tanquā de feudo nouo deuoluto, vt patet infrà de inuesti. in ma. Fac. in c. 1. in §. 1. Ibi, beneficiū. i. feu. vt dixi sup. in prin. huius capituli. Ibi, illius. s. defuncti. Ibi, dicit, subaudi, & hoc ideò est, quia p̄sumptiones erant, q. feudum esset paternum. Ibi, scio. s. ego Obertus, vt declaraui in c. 1. super tex. inf. de eo q sibi hęretq; suis. Ibi, p̄nunciatū, subaudi, quia eo casu p̄sumptio erat, q. esset nouum. Ibi, causa cognita, q̄ aūt veniant in ista causæ cognitione. no. gl. sup. de cōtro. inuesti. in prin. super verbo defensio. & suprà de conten. inter do. & Vasal. in prin. & plenè dixi in d. §. sacramentū. Ibi, in probatione deficiente, scilicet, plena. No. q. onus probandi incumbit illi, qui magis distat à veritate præsumpta. Facit quod no. gloss. fi. in l. 3. ff. de proba.

2 †No. q. ad delationem iuramēti in defectū probationis[a] non est procedendū ex arrupto, & præcipitanter, sed causa cognita, & in tali delatione iudex, debet habere æquitatem præ oculis, quoniā ista delatio magis innititur æquitatem, quàm rigori, vt dixit hîc gl. quā multū notabat Pe. de Cer. & Bald. Et ex hoc eliciebat idē Bal. sup. de contro. inuesti. in prin. q. iuramentum nō potest vnquam deferri in defectum probationis, nisi viso & cognito qualis sit iste defectus, & diligenter examinato. Facit q. not. in l. vbicunq;. ff. de interro. ac. & q. habetur in c. 1. de confes. lib. 6. & quod dixi in d. §. sacramentum. & inf. de controu. inter mas. & fœm. in c.

[a] *In defectum probationis. Adde quod propter inopiā p̄bationū recurrendum est ad auxilium sacramenti, vt in l. in bonefidei. C. de iureiu. & in c. cū dilectus. de elect.*

3 †Quæro cū gl. 1. quare hîc incūbit probatio illi, qui allegat feudū esse nouū potius, quàm alleganti illud esse antiquum. Et respondet gl. quia p̄sumptio erat, q. esset vetus. Vnde si quis vult allegare contrariū, q. esset nouū, debet illud p̄bare, sicut in simili videmus, si aliquis dicat testatorē de nouo mutasse voluntatē, debet illud p̄bare, quoniā p̄sumptio est, q. testator perseuerauerit in dispositione antiqua, nisi p̄betur de nouo illā mutasse. l. cū tacitū. ff. de p̄ba. Sic in p̄positione nostra arguendo à simili. Et hoc voluit ista glo. vsq; ad ver. & illud intelligo quæ benè loquitur.

Op. cum dicta glo. contra proximè dicta, quòd imò ideò incūbat probatio alleganti feudū esse nouū ex eo, quando aduersarius feudū possidebat, & ideò agenti incūbit probatio. l. 2. ff. de p̄ba. So. dicit gl. quod istud esset verum p̄supposito, quòd Vasallus possideret, quo casu, esset reuelatus ab onere probandi, nisi fortè ipse actor fundas.

fundasset intentionem suam, quia tūc ipse posidens haberet necesse probare ad exclusionem intentionis agentis. l. siue possidetis. C. de proba. verùm intelligas ea, quæ suprà dicta sunt, quando neuter istorum litigantiū possidebat, quo casu, incūbit probatio potius alleganti feudum esse nouum, quàm alleganti illud esse antiquū, vt in hoc text. qui ita debet intelligi. Et hoc voluit tota ista glo. vsq; ad fi. quæ benè loquitur & statim latius dicam.

Opp. cum gloss. 2. quod ista litera sibimet aduersaretur. Nam primò dixit, quòd ille qui dicit esse nouum, debet illud probare, postea immediatè subiunxit, quod fuit pronunciatum contrarium. Solu. intellige quòd ideò fuit taliter pronunciatum, quia præsumptio erat eo casu, pro ipso actore, quòd esset nouum, & ideò fuit pronunciatum, vt reus allegans illud esse paternū, deberet probare. Præsumptio enim hoc operatur in vtroq; casu, vt onus probandi transferatur in eum, contra quem militat præsumptio. Vnde non semper est deferendum iuramentū possidenti, si sint præsumptiones aliæ contra ipsum, vt infrà de consuet. rect. feu. in d. §. sacramentum. & C. de iureiur. l. in bonefidei. Et ista fuit intentio huius gloss. vsq; ad ver. iudici autem, &c. licet non ita clarè loquuta sit.

Oppo. subsequentur cum dicta gloss. contra istum tex. in eo, quod dat arbitrium iudici in deferendo, quoniam regula iuris est, in contrariū, quæ disponit quòd actore nō probante, reus debeat absolui. l. qui accusare. C. de edendo. Sol. intelligas istum text. quod aliquid sit pro eo, pro quo iudex mouetur ad deferendum iuramentum, vt probatur in d. §. sacramentū. Ex his namq; debet iudex diligenter considerare, cui potius sit deferendum secundum æquitatē, quam semper debet habere & attendere. l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod cer. lo. Et in hoc debet ipse iu dex esse medius inter vtranq; partem, prout videmus in simili in l. vbi. C. de cri. fal. non autem debet se ex arrupto, & inconsiderate regulare tanquā dominus, & particeps litis. ar. inf. de Vasal. decre. æta. in c. 1. Et per hoc nunc habes totam expeditam vsq; ad fin. quæ benè & notabiliter loquitur. Facit tex. infrà, quæ fuit prima causa benef. amit. in §. sed quia.

Opp. ab extra contra id, quod hîc dicitur, vt domino incumbat probatio, quoniā imò videretur distinguendum, vtrum quis possideat, vel non possideat, vt sic non possidenti incumbat probatio, vt suprà de controuer. inuesti. in §. cùm autem. & de conten. inter me & do. de por. feud. c. 1. So. dic secundum Iaco. de Bel. quòd aut agnatus possidet totum feudum, vel partē, vel habet precium, vel cambium partis, & tunc dominus probare debet, alioquin deferri debet agnato iusiurandum, vt ibi. Aut possidet dominus, & tunc probat agnatus, vt in d. c. 1. de conten. inter me & do. Aut neuter possidet, & tunc agnatus debet cōstitui in possessione feudi, interim in dubio, vt inf. si de feud. fue. contro. c. 1. & dominus si vult vincere, debet probare feudū esse nouum, vt hîc & inf. de inuesti. in mari. fac. c. 1. §. 1. & si de feud. fue. controu. c. 2. Deficiente autem probatione, relinquitur arbitrio iudicis, cui deferri debeat iuramētum, vt in §. sacramentum. & sup. dixi.

Vltimò ad materiam præsentem, vide alia, quæ dixi sup. de controu. inuestitu. in princip. & in §. cùm autem. & de conten. inter me & do. de por. feud. in c. 1. & in tit. si de inuesti. inter do. & Vasall. lis oriatur. in c. 2. ver. si autem aliquis. & inf. de inuesti. in mari. fac. in §. 1. infrà, si de feu. fue. controu. in c. 1. & 2. & in pluribus remissionibus ibi adductis. & per Iac. Ardi. in Summa in tit. de conten. feud. sub rubricella quali in causa debeat ꝓcedi, & rubricella seq. & fin. Plenissimè autem de materia iuramenti, videas in d. §. sacramentum. & in pluribus remissionibus ibi descriptis, & quod dixi in c. fi. sup. de feud. da. in vicem legis com. & in c. de contro. inter masc. & fœm. & inf. de capi. qui cur. ven. in c. similiter. per Canonistas in c. fin. de iureiu. & per nostros Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. bonefidei. C. eod. titulo.

DE FRATRIBVS DE NOVO BENEFICIO inuestitis.

RVBRICA.

Olim erat hîc rubrica talis, videlicet, nouum nō paternum, & sub hac rubrica comprehendebantur omnes titu. sequentes vsq; ad rubricam. infrà, in quibus cau. feud. amit. exclusiuè. Et ideò super qualibet rubrica hîc interposita habes glossellam, quæ dicit aliàs non erat hîc titulus, sed capitulum tantùm. Postea verò à Glossatoribus superuenientibus fuit mutata ista rubrica, & sibi data noua forma, qua hodie vtimur, videlicet, de fratribus de nouo beneficio inuestitis. Et insuper à prædictis Glossatoribus fuerunt interpo-

lita

sitæ omnes rubricæ inferiores, vt materia diuisa clarius intelligeretur, prout in simili dixi suprà in tit. qualiter Vasal. debeat iurare fidelitatem super rubrica. Et continuatur ista rubrica ad præcedentem hoc ordine. Quoniam suprà proximè visum est de gradibus succesionis feudi, & qualiter fratres in feudo paterno sibi vicissim succedunt. Nunc verò declarare intẽdit quid iuris in feudo nouo, an ipsi fratres sibi vicissim succedant. Et ideò supposita est hîc ista rubrica. Et aduerte, quia semp in materia nostra feudali, beneficium capitur pro feudo, vt infrà, in quibus cauf. feud. amit. c.1. §. in primis.

SVMMARIA.

1 *Pactum contractui nouam formam præbet.*
Ius accrescendi an habeat locum in feudo, seu beneficio indiuiduo.
2 *Feudum in quibus rebus indiuisibilibus constituatur.*
3 *Frater fratris mortui, partẽ in re indiuisibili ad se trahens, an dicatur totã rem in feudum habere.*
Frater succedit fratri in feudo nouo, si hoc per pactum in inuestitura est prouisum.
4 *Extimatio portionis defectæ quàm frater superstes domino, soluit qualiter fienda.*

SI DVO FRATRES. Frater non succedit fratri in feudo nouo, nisi inuestitura hoc esset actum. h. d. Præmitte, q; sit nouum feudum[a] & paternũ, vt dixi suprà tit. proxi. in fi. In text. ibi, non de paterno, subaudi, quia si de paterno aliud esset, vt sup. tit. proxi. in §. his verò. Ibi, simul inuestiti sint, id est, vterq; ipsorum inuestitus est. Quod intelligas siue in vna inuestitura, siue in diuersis, vt sup. de succes. feud. in §. fi. Ibi, sine hærede, id est, sine filio masculo, quoniã verbũ hæres ita capitur in ista materia, vt suprà de feud. alie. in §. & si Clientulus. Not. quod in feudo nouo, non habet locum ius accrescendi[b] etiam inter fratres, vt hîc & suprà, de his qui feud. da. pos. in §. 1. ver. sin autem, vbi est similis tex. Secùs autem in feudo paterno, de qua materia dic, vt ibi plenè scripsi, & sup. de succes. feu. in §. fi. & suprà de feu. Mar. in c. fi.

1 † No. quòd per pactum potest dari noua forma contractui, vt hic in fi. & in l. pacta. ff. de contrahen. emp. & ff. de pac. in l. ius gentium. in §. quinimò. Et colligit glo. hic posita in fi. sui, dum dixit, quòd per pactum licet quod aliàs non liceret, de quo plenè not. in d. §. fin. suprà de succes. feud. Et sic habes dictam causam gloss. nostræ per hoc expeditam. Facit sup. quid sit inuesti. in §. fi.

Quæro cum gloss. quid si portio huius feudi, non posset separari eò, quia ipsa res feudalis est indiuisibilis, an tunc accrescat ipsi Vasallo superstiti dicta portio defecta? Et respondet gloss. quod non intendit istã quæstionem determinare, sed incitat studiosum, vt sit sollicitus, & non lentus ad prædictam quæstionem indagandam & soluendam, ad quam tamen vt materiam præbeat subtilius indagandi, arguit ad partes formando plures rationes hincinde, quas recita, vt in gloss. & tandem ipsam quæstionem dimittit insolutam, & hoc voluit ista gloss. vsq; ad ver. sed dicit sollicitus, &c. Sed tu in hac quæstione teneas secundum Iacob. de Bel. Nic. de Neap. & Bal. hîc quod ista portio defecta, accrescat Vasallo, & non domino, & sic in effectu totum feudum pertineat ad ipsum fratrem superuenientem, per l. cum liberto. ff. de contrahen. empt. l. fundus ille. & ff. quemadmo. serui. amit. in l. aquam. Nam dominus contra factum suum, non potest venire. ff. de ser. ru. prædi. l. per fundum. ff. de adop. l. post mortem, quod faceret si auferret feudum, veruntamen dicunt isti Docto. quòd iste frater Vasal. superstes teneatur dare extimationem illius partis sibi auctè domino. ar. ff. de leg. 2. l. cum filijs in princip. & ff. ad l. fal. l. is qui quadraginta. in fin. & ff. de libe. causa. l. duobus. & de iureiur. l. si duo. Hanc eandem sententiã tenet Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de feu. super rubr. per l. quotiens mihi. & l. quotiens. idem. ff. de reg. iur. & extra de ver. sig. in c. Abbate. Et per rationẽ viuam, quia si teneremus contra Vasallum esset dare casum in quo innocens puniretur, & dominus veniret contra factum suum. Hoc idẽ tenuit Roff. vt ipse refert, licet quidam dominus Hugo de Fontana qui disputando plenè prosecutus est istam quęstionem, nõ assenserit simpliciter huic determinationi, sed distinguendo inter res indiuisibiles, &c. quem reprobabat idem Ioã. An. in dicto loco, vbi videas plenè per eum. Ex quibus omnibus remanet in hac quæstione conclusio & determinatio in fauorem Vasalli quod superueniens præferatur domino.

a Quod sit nouum feudũ. Adde glo. in c. Accatius. 24. q. 1. & per Docto. in c. ex parte. extra de feud.

b Non habet locum ius accrescendi. Adde Bar. in ci. si mihi & Titio. ff. de ver. oblig.

Ego tamen limitarem istam conclusionem & determinationem, nisi ex qualitate personarum aliud posset iudicari, vt

quia ipse dominus concessisset istum feudum ipsis fratribus solùm, cõtemplatione ipsius Vasalli mortui, qui erat strenuus miles, & modò mortuus. Quoniam isto casu rationabiliter posset dici feudũ totum debere ad dominum reuerti, cùm sit indiuisibile, sed tamen dominus dabit extimationem partis ipsi fratri superstiti. arg. l. 1. de seruo Co. Ma. Et hæc limitatio est etiã de mente And. de Iser. & videtur æquum, quanquam in cæteris videatur aliter sentire, quàm senserint supradicti Docto. Et modò habes istam quæstionem vltra alios declaratam.

Item & secundò limitari posset, nisi portio defecta esset maior, quàm portio superuenientis, quia tunc maior pars, in qua dominus vocatur traheret ad se partẽ minorem, & dabitur extimatio per dominum de dicta parte minori. ar. C. de dona. l. sancimus. §. ne autem secundũ Ia. de Bel.

2 † Quæro subsequenter cum dicta glo. in ver. sed dicet, &c. de exemplo pro declaratione suprà proximè quæstionis, in quibus rebus indiuisibilibus posset constitui feudum. Et respondet ista gloss. exemplificando in seruitute, & in statuto, & in similibus, & allegat pro hoc. l. 11. in §. fin. ff. de legat. 3. Sed tu aduerte, pro intelligentia istius gloss. ne erres, vt non capias seruitutes pro vsufructu, quia tunc non procederet exemplum, cùm omnes seruitutes sint indiuiduè, excepto vsufructu. l. 1. §. vsusfructus. ff. ad l. Falcid. vnde ergò capias hîc seruitutem pro vsu, & similibus seruitutibus, quæ non diuiduntur, vt in l. vsus. ff. de vsu & habit. vt sunt iura incorporalia, & omnia quæ commodè diuidi non possunt, vt insti. de offic. iudi. in §. quòd si commodè, vt quia fortè est infeudatum ius piscandi, ius vtendi, ius eundi & similibus, excepto vsufructu, vt suprà dixi. facit. ff. de serui. leg. l. si fundum. & l. fi. Itẽ posset exemplificari in iure patronatus, per not. in c. 1. extra de iure patro. Ad aliud autem exemplum de statua.

Intelligas quod ista statua erat affixa, & immobilis in certo loco, ne obstet suprà de feud. cogni. in c. fin. Et ex hac statua percipiebatur certa vtilitas, fortè quia quilibet, qui volebat ea videre, dabat vnũ solidum, prout alibi not. gloss. in l. statuę. ff. de vsufruct. Et modò per prædicta habes intellectum huius gloss. excepto quod iuxta fi. ipsius glo. sunt inscripta huiusmodi verba, videlicet. Et ita decurrere, vt infrà, c. feud. enim, &c.

Quæ verba facient te fantasticare, cùm non habeant sensum. Vnde ego puto, quod aut sint malè scripta vitio scriptoris. Aut voluerit gloss. te remittere ad inuestigandum de dicta materia diuisibilis & indiuisibilis. Sed non benè allegat, quoniam debet te remittere ad nota. per gloss. sup. de inuesti. de re. alie. fact. in §. sed è contrario. De qua materia, dic plenè per Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de ver. ob. per Bald. in l. si plures. C. de condi. inser. & in l. pro hæreditarijs. C. de hæredita. act. & per Canonistas & Ioan. And. in d. c. 1. de iure patro. Facit etiam quod dixi in §. præterea ducatus. inf. de prohi. feu. alie. per Fede.

Oppo. ab extra contra proximè dicta, quòd imò dominus ratione partis defectę, trahat ad se totum de leg. 2. C. de co. rerũ alie. vbi fiscus ratione partis, quam habet in re, potest vendicare totam ipsam, dummodò det partem suam precij illi, qui habebat dominium in alia parte. Solut. ibi propter priuilegium fisci, vt ibi patet in litera, de quo tamen dic per Bar. in l. 1. C. de vendi. rerum fisca. lib. 10.

Opp. adhuc circa eandem materiam, quia in istis seruitutibus indiuisibilibus, sicut in via, & similibus, quanquam frater vnus trahat ad se partem defectam, attamen non videtur ex hoc argumentare vtilitatem suam, cum eodem modo vtatur via ratione partis suæ. Et sic suprà dicta videntur nobis seruire de mente. Solu. dic quòd imò pinguius vtetur Vasal. quanquã prius, in substantia omne indiuisibile videatur integrum, nec scindi possit, vt ff. quemadmodum serui. amitt. in l. nam satis. §. si verò. & ff. commodati. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. Nam in istis seruitutibus indiuisibilibus, non propriè habet locum ius accrescendi, sed propriè loquendo per ius non decrescendi. l. aquã. ff. quemadmod. serui. amit. & ff. communia tam prædiorum. l. proprium. & tenent Bar. & Bald.

Oppo. quòd imò portio fratris defuncti, redeat ad fratrem superuiuentem, & non ad dominum, vt probatur in c. 1. in fin. infrà de duobus fratrib. à capi. inuesti. Solu. ibi est tale pactum adiectum in inuestitura, quod operatur illud, vt ibi patet, prout in simili in c. fin. sup. de feud. Mar.

Oppo. de le. 1. C. si socius imperialis libe. si. hære. decesserit. Solu. ibi loquitur in alio casu de iure Communi, non autem feudali, vt ibi patet.

†Quæro

3 † Quæro ab extra, an frater superuiuens, qui traxit ad se partem fratris mortui in re indiuisibili, soluendo extimationem domino, vt suprà est conclusum, intelligatur habere totam rem in feudum, an verò solùm portionem suam, cùm aliam partem emerit. Et respondeo quòd solùm portionem suam quam habet iure suo, quoniam aliam partem habet per pecuniam, & non iure feudi arg. suprà, de feud. da. in vicem legis com. in c.1.& ff. de iure dom. in l. cùm in fundo. in §. si fundus. & tenet Iacob. de Bel. & Nico. de Neapol. hîc & Ioan. Andr. in loco suprà alleg.

4 † Quæro qualiter fiet extimatio huius portionis defectæ, quam frater superstes debet soluere domino? Respondeo quòd debet fieri licitatio, & secundum maius precium oblatum, fiet extimatio secundum Nicol. de Neapo. & videtur etiam assentire Andre. de Iser. per l.1. in princip. C. communi diui. Et per hanc viam dominus fortè poterit consequi totam rem, offerendo magnum precium, quòd ipse Vasallus aut nolit, aut non possit exbursare, & sic quod dominus non potuit habere per viam derectam, poterit consequi per indirectum. Facit ad prædicta, quod habetur in l. 2. & in l. quæcunq;. C. de fi. instru. & iure hastæ fiscalis.

Quæro quia hîc dicitur, quòd per pactum appositum in inuestitura, potest prouideri, vt frater succedat fratri in feudo nouo, sed quid de extraneo, vtrum videlicet, quis possit inuestiri eo pacto, vt sibi succedat extraneus? & Odoffr. in Summa sua sub rubrica, qui pos. succe. in feud. quem refert Bald. in c.1. infrà, si Vasall. feu. priue. cui defer. de. dicit quod non, quia si est speciale in fratribus, vt hîc patet. Ergò in alijs erit secùs. l. cùm prętor. ff. de iudi. Item quia aliter alteri stipulari nemo potest. l. stipulatio ista. in §. alteri. ff. de verb. oblig.

Quod admittit Bald. nisi aliquis reciperet inuestituram pro ipso extraneo, per no. in l. huiusmodi. ff. de lega. 1. & ff. de ver. ob. l. stipulatio ista. in §. si quis insulam. & C. de dona. quæ sub modo in l.1. & in Auten. de non alie. in §. emphiteosim. & ff. depositi. in l. publia. Facit ad hoc, quia pactum appositum in inuestitura, etiam si sit contra communem materiam feudi, nihilominus est seruandum, vt patet suprà quid sit inuesti. in §. pe. & fi. & quod dixi in c.1. de feu. non ha. propriam naturam feu.

Vltimò ad materiam præsentem, vide in §.1. in fin. suprà de his qui feud. da. pos. & de succes. feu. in §. fin. & in remissionbus ibi adductis. & suprà de conten. inter me & do. de por. fra. mei. in c.1. & de feu. Marchię. in c. fin. & suprà, de benefic. fra. in c. 1. & quod dixi suprà titu. proxi. in §. fin. & infrà eo. in c. seq. & infrà de duo. frat. à ca. inuestit. in c.1. & per Iacob. Ardiz. in Summa in titu. de succes. feud. sub rubricella, vbi frater succe. fratri. & in titu. quibus modis feu. acquir. sub rubricella, an frater de parte sua inuestitus, &c.

SVMMARIA.

1 *Feudum ab vno ex fratribus, si acquiratur, cæteris non communicabitur.*

2 *Habitatio communis, societatem non facit.*
Fratres viuendo in communi ad vnam mensem, & communicando bona vicissim, an videantur societatem contraxisse.

3 *Redditus & prouentus communicari debent his, quibus panis vnus communis est. & num. 4.*

5 *Fructus feudi per fratrem acquisiti, fratribus communicatur. Et quomodo intelligatur procedere.*
Feudum acquisitum de bonis proprijs sine aliquo interesse fratris sui, an debeat inter fratres communicari. Et quid de fructibus ex eodem feudo.

6 *Feudum an peculium castrense, vel aliud dicatur hîc meritò dubitatur.*

7 *Expensæ in feudo acquirendo adhibitæ, quo iudicio fratri restituendæ.*

8 *Pater in feudo filij aduentitio vsumfructum, an habeat.*

9 *Clericus præbendatus Laico fratri cohabitãti an peculium suum conferre teneatur.*
Fratres rustici simul habitantes & laborantes in communi, quorum alter habet plures filios ad laborandum quàm alter, qualiter inter eos diuisio fieri debeat? Remissiuè.

SI DVO FRATRES. Diuide istud capitulum in duas partes. Quoniam in prima feudum fuit acquisitum gratis, vel ex re propria acquirentis. In secunda fuit acquisitum ex re cõmuni. Secunda ibi, quod si.

CASVS.

1 † Feudum acquisitum per vnum ex fratribus simul habitantibus, non efficitur commune, etiam si esset acquisitum ex re communi, nisi solùm quo ad fructus, durante communione, expensa tamen facta in acquirendo, ex re communi debet restitui pro rata competenti. h. d. In text. ibi, in cõi causa, id est, domo. Nam loquitur secũdum vulgare Lombardorum & Italicũ secundum Doct. Ibi, acquisierit, subaudi, no-

mine suo tātùm, & non ex re communi, vt differat à sequenti. Quoniā in isto casu acquisi. vel gratis ex liberalitate domini, vel ex re seu pecunia propria. Ibi, pleriq;, scilicet, sapientes, vt sup. de his qui feu. da. po. in §. hoc quoq;. & infrà si de feu. Vasal. fue. ab aliquo interpel. in c. 1. circa medium. Ibi, dicunt, id est, respondent in casu proposito, & benè secundum Iaco. de Bel. Ibi, alium, scilicet, fratrem. Ibi, post mortem eius. Et de hoc non est dubium, vt suprà proxi. c. Ibi, fructus tamē, vult dicere quod licet non quæratur feudum vtrinq;, vt sup. fructus tamen, &c. Ibi, acquisitum, subaudi, nomine proprio & non communi. Ibi, dicunt, scilicet, prædicti sapientes, videlicet, vt feud. non sit commune, sed solummodò fructus donec simul habitant.

2 † No. quod sola habitatio non inducit societatem, vt hîc, & in l. cum duobus. in §. si frater. ff. pro socio, vbi est quasi similis tex. & in l. ex parte. in §. filius. ff. famil. hęr. Et ex hoc descendit, quòd vnusquisq; fratrum simul habitantium, qui nomine proprio acquirit aliquid sibi acquirat insolidum. Et hoc tex. cōtinet ius commune secundum Bal. Secùs autem si expressè contraxisset societatem, quia tunc omnia acquisita fierent communia. l. si inter. ff. pro socio. & no. in l. 3. in §. 1. in eo. tit.

Quod intelligas verum, præterquam in feudo, quo casu, tria requirātur ad hoc, vt feudum acquisitum per vnum ex fratribus sit commune, videlicet, quòd simul cohabitent. Item q, sit acquisitū ex bonis cōmunibus. Item & tertium, q, dominus qui infeudauit sciat hoc. Et ita no. gl. sup. qui feu. da. pos. in §. & quia super verbo nominatim, aliàs autem non efficeretur feudū commune, per istum tex. Ibi, ne fortè inuitus, &c. sed benè deberet cōtribui extimatio, vt hîc in fi. & ar. suprà de inuestit. de re alie. fac. in prin. & quod dixi sup. in c. pxi. Facit quod dixit Bal. in l. si socius. ff. si cer. pe. & ad prædicta vide, q, dixi sup. de benef. fra. in c. 1. in vlti. not. Vtrum autem fratres viuēdo in communi ad vnam mensam, & communicando bona vicissim, videantur contraxisse societatem, dic plenè per Bald. in l. 1. C. qui testa. fa. pos. & per Bar. in l. Titium & Meuium. in §. altero. ff. de admi. tu. & per Do. in l. si patruus. C. communia vtriusq; iudi.

3 † No. q, qui viuunt ad vnum panem, & ad vnum vinum, debent inuicem cōmunicare redditus, & prouentus proprios. Quod admittit Bald. duntaxat vsq; ad necessitatem victus, quoniam si aliquid superesset vltra necessitatem, esset domini. Et adducit simile de fructibus prouenientibus ex rebus paraphernalibus vxoris, in quibus si aliquid superest, q, non sit cōsumptum, debet pertinere ad ipsam vxorem, per ea quæ no. in l. vbi. C. de iure dom. & in l. fi. C. de pact. conuen. & dicit Bar. ita consuluisse. No. quòd nemo compellitur inuitus Vasallum acquirere, de quo videas, q, dixi in c. si quis decesserit. & in c. beneficium. inf. si de feu. fue. contro. & sup. qualit. olim po. alie. feud. in §. 1. An autē dominus compellatur recipere substitutum sibi datum per Vasallum ad seruiendum, dixi in d. c. si quis decesserit. & in c. qui Clericus. in eo. tit. & in c. 1. an mutus vel aliter imperfectus. & inf. quæ fuit prima causa benefic. amitt. in §. sed nec alia. inf. de prohi. feu. alie. per Fe. in §. firmiter.

Oppo. cum gloss. 1. de no. per glo. sup. qui feud. da. pos. in §. sin autem, vbi numerantur plures casus, in quibus acquisitum de pecunia aliena, intelligitur esse illius, cuius erat pecunia. Hîc autem dicitur cōtrarium, quare malè. Solu. intelligas quòd hîc iste frater acquirebat nomine proprio, licet ex pecunia vel re communi. Quoniā secundum regulam non debemus cōsiderare, ex cuius pecunia ematur, nec vnde proueniat pecunia, postquā nomine proprio acquisiuit. l. ad probationem. C. de p. ba. & de rei vend. l. si ex ea. cum si. Sed ista regula fallit in casibus ibi no. in contrario, qui colliguntur ex versibus ibi descriptis, & dic vt ibi dixi. Et hoc voluit tota ista glo. vsque ad fi. Sed aduerte benè ad hanc glo. quia quanquam in se benè loquatur, tamē iudicio meo, quia est signata super prima parte huius capituli, non videtur quòd benè, & congruenter se referat ad tex. huius primæ partis, quæ loquitur quando feudū est acquisitum de propria pecunia ipsius Vasalli, & cùm glo. ista præsupponat, quod fuit acquisitum in prima parte de pecunia communi. Et ideò melius stetisset signata in secūda parte huius capituli, vbi propriè de pecunia cōi fuerit feudum acquisitum.

4 † Oppo. cum gloss. 2. quòd imò fructus feudi, non sint cōmunes, de l. fori. C. de adu. di. iudi. vbi dicitur, quòd frater non tenetur cōicare alteri fratri id, quod acquirit ex peculio quasi castrensi. Feudum autem habet similitudinem cum quasi castrensibus, per d. l. fori. igitur, &c. So. dicit gl. fatēdo contrarium eo casu, quādo feudū esset acquisitum ex pecunia ppria acqrentis, quia tunc

tunc communicentur fructus fratri, cum sua nihil intersit, postquam in acquirendo nihil de suo contribuit, vt in primo casu huius capituli, sed vbi est acquisitum feudum de communi, tunc fructus debẽt esse communes. Et hoc voluit ista gloss. vsq; ad fin. quæ tamen melius staret, signata in secunda parte huius capituli. Et pro intelligentia huius glo. eliciamus ex ea tres conclusiones tales, quarum prima sit ista.

5 †Quod vbi vnus ex fratribus acquirit feudum de communi pecunia, & nomine proprio, licet ipsum feudum nõ efficiatur commune, tamen communicãtur fructus.

Secunda conclusio est ista, quod acquirens feudum de bonis proprijs, sine aliquo interesse fratris sui, non communicat dicto fratri ipsum feudum, neq; fructus ex dicto feudo.

Tertia conclusio est ista, quod feudũ est peculium quasi castrense. Videamus modò intellectum circa quamlibet cõclusionem an procedat.

Et primò quantum ad primam dico, ꝙ est vera, quia casus est in isto capitulo in secunda parte. Et eam firmat hæc glo. in sui prin. & clarius in gl. præcedenti.

Nec obstat huic conclusioni. l. si patruus. C. com. vtri. iudi. & l. si fratres. in prin. ff. pro socio. In quibus apertè dicitur, quod acquisitum nomine proprio ex communi pecunia, non communicatur in aliquo, quia secundum Iaco. de Bel. & Nico. de Neapo. debemus intelligere text. nostrum, & conclusionem supradictam procedere eò, quia ita dictabat cõsuetudo feudalis, vt fructus essent commune, vt hîc. Aliàs autem secùs, vt in contrarijs.

Sed quia ista opinio seu solutio satis diuinat, & videtur esse contra mentem glo. Ideò dominus Bald. volens euitare dicta cõtraria, soluit quod in tex. nostro fructus, non sunt communes ratione fraternitatis, vel ratione communis dubitationis, sed ratione communis mensæ. Ita dicit ipse.

Sed mihi videtur, quod etiam ratione habitationis hoc fuerit institutum, vt patet expressè in isto text. qui dixit donec simul habitauerint, quare vtraque solutio simul iuncta, potest sustentari ad text. nostrum hoc modo, videlicet, quòd ideò hîc fructus communicantur ex eo, quod concurrunt omnia ista tria, videlicet, communis habitatio, communis mensa, & quia fructus ex feudo proueniunt. Et est ratio, quia postquam stant simul, videtur vnus alteri dare auxilium, vt dixit Innoc. in c. continentia extra de Cleri. percuss. vnde pinguius videtur consultũ domino, si stant simul, quàm si separatim. Et ideò in remunerationem fructus communicantur. Et pro confirmatione huius solutionis. Facit ꝙ dixit Bald. vt inter fratres simul viuentes ad vnam mensam, fiat communicatio fructuum vsq; ad necessitatem, etiam in rebus non feudalibus, quod est fortius, prout dixi suprà in secundo notabili. Facit etiam ad hoc quòd idem Bald. dixit in l. fin. C. de col. vbi expressè tenet, quòd si vnus ex fratribus cõsumpsit fructus suos aduenticios in communi mensa, & postea velit repetere, quod non potest. Etsi diligenter aduertatur ad iura suprà in contrarium allegata, non contradicunt in fructibus, qui consumuntur in mensa communi. Et hæc quantum circa primam conclusionem dicta sufficiant.

Veniamus nunc ad declarationem secundæ conclusionis, an procedat. Et videretur primò dicendum quòd sic, per tex. in l. cùm opem. in §. 1. C. de bo. quæ libe. vbi patet quod nedum prouidentia ex peculio quasi castrensi, sed etiam ex peculio aduenticio, nõ communicãtur inter fratres. Igitur conclusio vera. Secundò quia ista gloss. in secunda sui parte ipsam firmat. Tertiò, quia And. de Iser. Iacob. de Bel. & Nico. de Neapo. ipsam sequi videntur.

In contrarium puto dicendum, videlicet, quòd imò acquirens feudum de bonis proprijs, sine aliquo interesse fratris sui, nõ communicat feudum, sed benè communicat fructus ex dicto feudo. Et probo primò per istum tex. in prima parte, qui ita intelligitur, vt dixi sup. in diuisione literæ. Secundò ex autoritate istius glo. in sui princ. dum dixit maximè, &c. quasi voluerit dicere, idem si ex pecunia propria. Tertiò, quia ita etiam senserunt supradicti Docto. in eorum diuisione. Quartò, moueor per allegata per Bald. & Doct. Moder. in d. l. fi. C. de colla. de quibus suprà circa aliam cõclusionem feci mentionem.

Non ob. d. l. cùm debet. in §. 1. quia respondeo, vt suprà dixi quòd communis habitatio, & mensa, & natura feudalis hoc operentur. Intelligendum tamen, vt puto iuxta mentem. Bal. vt in isto casu dicti fructus, non communicentur, nisi vsq; ad necessitatem, per ea quæ supradicta sunt. Et hæc sufficiant circa secundam conclusionem. Accedamus ad tertiam.

6 †Et pro ipsius declaratione reuoco in dubium, vtrum feudum sit peculium ca-

strense, vel quasi castrense, vel aduentitium, & respondeo secundum Iacob. de Bel. Nico. de Neapo. & Bald. quòd aut dominus dedit feudum militi, qui fuit in bello, vt quia fuit strenuus & probus, & tunc erit castrense. ar. ff. de castrensi peculio. l. si castrense. & l. fortè. Si verò alij & non eo respectu, & tunc si dominus habet districtũ vel iurisdictionem, prout not. & dixi suprà, quib. mod. feud. amit. in §. penul. & §. fi. & tunc feudum potest dici quasi castrense, quia ex publico acquisiuit Vasallum arg. C. de inoffic. testa. l. fi. & de offi. asses. l. veluti. & d. l. fori. Aut Vasal. acquisiuit feudum ab alia persona, non habente iurisdictionem seu districtum, & tunc feudũ erit aduentitium, & non castrense vel quasi. Et hæc est communis sententia omnium scribentium.

Opp. cum gl. 3. quòd imò feudum acquisitum de pecunia communi per vnum ex fratribus, intelligatur acquisitum etiam alteri fratri, vt probatur in c. 1. sup. de bene. fra. Solut. intelligas istum tex. quando dominus ignorabat feudum acquiri de pecunia cõmuni. Secùs autem si sciuisset, quia tunc procederet contrarium, & in eo succederet etiam frater fratri, vt ibi patet, & per hoc habes totam istam glo. expeditam quæ benè loquitur, vt dixi in contrario in vlti. not. & in 1. q. vbi assignaui rationem.

7 † Quæro cum glo. fin. quo iudicio fiet restitutio fratri circa partem expensæ adhibitæ in acquirendo feudo. Et respondet gloss. quòd si inter eos fiat diuisio vniuersalis totius hæreditatis, & tunc per iudiciũ Familiæ Herciscundę fiet restitutio illius partis expensę. Si verò fiat diuisio inter eos solùm singularium rerum, & tunc per iudicium Communi diuidundo fiet restitutio. l. si patruus. C. communia vtri. iudi. & hæc fuit intentio huius gloss. quæ benè loquitur, vt not. gloss. super rubrica. C. communi diuidundo.

Oppo. ab extra dupliciter, & primò, q. istud capitulum non sit fundatum sub cõgruo tit. contra §. quibus. C. de nouo codice compo. quod patet, quia vnus tantùm frater existit inuestitus, & tamen rubrica ista pręsupponit pluralitatem inuestitorũ. Secundò, quia videtur esse de indubitabili, cùm feudum non acquiratur, nisi inuestitura, aut successione, vt suprà de feud. cogni. in tit. 2. in fi. Sol. ad vtrunque contrarium dic, quod possibile erat, quòd per inuestituram vnius etiam alter intelligeretur inuestitus in consequentiam, vt patet in casibus expressis in d. c. 1. de benefic. fra. Nam etiam per aliam personã potest quis consequi inuestituram, vt suprà, per quos fiat inuestitu. in §. sed vtrum.

8 † Quæro ab extra, quia suprà dictum est quod feudum interdum censetur aduentitiũ, an si filius habeat tale feudum, vtrum pater habeat vsumfructum in eo, sicut in cæteris bonis aduentitijs per l. cùm oportet. in §. 1. C. de bo. quæ libe. & Iacob. de Bel. quem sequitur Nico. de Neapol. tenet indistinctè, quòd non ea ratione, quia ideò datur feudũ Vasallo, vt fructus percipiat, & inde seruiat, vt infrà, in quib. caus. feud. amitt. in §. fin. & in Auten. vt liceat ma. & auię. in §. 1. & ff. de serui. l. si cui. Idem tenuit And. de Iser. suprà, de his qui feud. dare pos. post prin. Et facit pro hac parte. l. 3. §. si quis. ff. de minoribus.

In contrarium facit. d. l. cùm oportet. §. 1. & l. fi. C. de vsufructu. & ff. de le. 3. in l. his verbis. in fi. & in isto text. Quare putarem posse sic distingui, quod aut quærimus, vtrum pater velit habere vsumfructum in eo feudo ex priuilegio paterno, prout habet in cæteris bonis aduentitijs filij, & tunc dicendum, quòd non debeat habere, & ita intelligantur supradicti Docto. per iura & rationes, quas allegant. Facit. l. cum multa. C. de bonis liber. & quod not. in l. 1. C. de offi. Metrop. be. lib. 11. & in Auten. de rest. & ea quæ Pa. in §. si verò, & quod habetur in §. fin. de iudi. libro sexto. Aut quærimus, si pater simul habitat in eadem domo, & mensa cum filio suo, qui habet dictum feudum aduentitium, & tunc dicendum, quod illi fructus sint communes etiam patri, per istum tex. qui quanquã loquatur de fratribus, tamen eadem vel maior ratio militat in patre, quia est priuilegiatior de iure Communi ad filiũ, quàm frater ad fratrem, vt in d. l. cùm oportet. in §. 1. Et fortè etiam hoc videtur fuisse de mente prædictorum Docto. dum oppo. de isto text. & non soluunt. De quo tamen dic, vt ibi per Bald. qui dictam quæstionem format, & latè prosequitur, vbi plenè videas.

9 † Quæro quid si frater Clericus præbendatus habitat simul cum alio fratre Laico, an Clericus teneatur conferre suũ peculium. Et videtur quod non, quia est redactum ad instar peculij quasi castrensis. Et hanc sententiam videtur tenere Bald. in l. sacrosanctæ. C. de Episc. & Cleri. vbi dicit, quod etiam patri non teneatur conferre.

Sed

Sed hoc intelligerem verum, nisi vltra rationem cohabitationis, esset etiam ratio communis mensę, quia tunc putarē, quod conferre debeat, vsq; ad necessitatē, per ea, quæ iam suprà dicta sunt. Et adduco rationem, quia si frater suus laicus tenetur sibi conferre, vt supr. dictum est. eodem modo & ipse teneantur conferre suo fratri laico, vt sic à pari procedant. Facit tex. suprà de alie feu. in §. 1. ibi ecclesia cultrix, &c.

a Quæro quid in fratribus rusticis [a] simul habitantibus, & laborantibus in cōmuni, quorum vnus habet plures filios ad laborandum quàm alter, & aliquid acquirant, qualiter inter eos fiat diuisio? vide p Bal. in l. 1. C. pro socio. & per Saly. in d. l. si patruus. Vltimò ad materiam præsentem. vide q̃d dixi in d. c. 1. suprà de bene. fra. vbi aperitur intellectus huius capituli, & in copiosis remissionibus ibi adductis: & q̃d dixi supr. in c. proxi. & per Bal. in d. l. si patruus. & in l. cùm oportet. per Bar. in l. Titium & Meuiū. in §. altero. ff. de admi. tu. & in Specu. de iudi. in §. seqtur. ver. quid si duo fratres cum seq. vsq; ad fi. §. & per Iac. Ardi. in ti. de succes. feu. sub rubricella, de collateralibus, in §. item succedunt.

[a] *Quid in fratribus rusticis. Adde. Ang de Are. in §. actionū. insti. de actio.*

DE INVESTI. QVAM TITIVS ACCEPIT A SEMPRONIO.

RVBRICA.

HAEC rubrica fuit addita hìc à Glossatoribus, quia olim nulla erat hìc rubrica, sed erat capitulum tantùm positum sub rubrica præcedenti, vt ibi dixi. Et hoc quod voluit dicere glossella hìc posita. Sed aduerte, quia ista rubrica videtur defectiua, & ideò supplenda est per nigrū, & sic erit perfecta. Nam licita est talis suppletio: vt no. gl. in Autē. de incest. nupt. in §. 1. Gaudent enim breuitate Moderni, vt dixi in l. 1. ff. quod met. cau. & in simili dixi sup. hic potest esse ti. qui succes. tene. sup rubrica. Et continuatur iste ti. cum pręcedentibus hoc ordine. Quoniam supr. tit. 2. visum est, qualiter succedatur in feud. paterno tam per descendentes, quàm p collaterales. Et subsequenter sup. ti. proxi. declaratum est, an in feudo nouo, habeat locum successio inter fratres. Verùm q̃a poterat dubitari, an maritus succedat in feudo vxoris, prout de iure Communi fit in alijs bonis non feudalibus, vt in l. 1. cum Autentic. ibi posita. C. vnde vir & vxo. Et pro tanto vt tollatur prædicta dubitatio, suppositus fuit iste titulus.

SVMMARIA.

1 *Mulier in dotem feudum suum dare potest.*
2 *Titulus in materia feudorum non habebit locum.*
3 *Vxor marito non succedet in feudo.*

SEMPRONIO. Maritus in feudo non succedit vxori morienti sine filijs. hoc dicit. In text. ibi legitimi. hoc ideò dicit, quia naturales nō b succedunt in feudo, [b] vt infrà si de feu. fue. cōtrouersia in §. naturales. Ibi, masculus, hoc intelligitur etiam si non esset expressum, vt suprà de alien. feud. in §. & si clientulus. Ibi, inuestita fuit. Et hæc inuestitura est potius confirmatio inuestituræ antiquæ: quia per eam nihil tribuitur de nouo, vt dixi suprà, per quos fiat inuestitura in princ. & infrà, quæ fuit prima causa benefi. amit. in princ. Ibi, in dotem dedit, q̃d an & qualiter possit facere statim dicam.

[b] *Naturales nō succedunt in feudum. Adde. Bart. in l. ex facto. in §. si quis rogat⁹. ff. ad Trebel. Bar. in Autentic. si quis ruinas. C. de sacrosan. eccl. & ibi Bal. in c. quæ in ecclesiarum de consti.*

1 †Nota, hic tex. expressum quod mulier potest dare in dotem feudum suum.

Quod intelligas verùm, dummodo non det æstimatum, neque apponat aliquod pactum de lucrando, & ita intelligatur iste text. & in c. 1. infrà de eo qui sibi hæred. quæ suis mascu. & fœmi. de quo latè scripsi & declaraui vltra alios. in §. donare. suprà, qualiter olim feud. pote. alie. vbi videas in quinta oppositione.

2 †No. quod in feudali materia, non habet locum titu. C. vnde vir & vxor. neque Autent. ibi posita. & tenet Ray. & Cōmuniter Doctor. in d. titu. & suprà an marit. succe. vxo. in c. 1. hìc allegato in glossella 2. hìc posita. Ex quo capitulo sumit alia glossella prima hìc posita argumentum, quod istud capitulum aut nullam, aut modicam videatur habere dubitationem, cùm ibi sit casus. Et consequenter dicit, quod hìc aliud nihil est addendum, nisi prout in dicto capitulo 1. an maritus succed. vxo. dictum est. Et per hæc habes dictas duas glossas hìc positas expeditas, quæ nihil aliud faciunt. Veruntamen tu potes elicere differētiam inter istum ti. & illū, ne videatur superfluitas, quoniā ibi latius declarauit materiā p̃sertim addendo, ꝙ maritus benè posset succedere in feudo vxori, quando hoc esse cautum in inuestitura, vt ibi, de quo tamen hìc nullam fecit mentionem.

mentionem. Præterea ex variatione casus, poteſt elici varietas inter iſtum titulum, & illum. Nam hîc feudum fuerat paternum, vt ex litera patet. Ibi, autem poteſt dici, quod fuerit nouum.

3 † Quæro ab extra, quia hîc dicitur, quod maritus nō ſuccedit vxori in feudo, quid econtra an vxor ſuccedat marito? dic quod non, multo minus, vt ſuprà de inueſtitura de reb. alie. fact. capitulo primo. in final. & tenet Iacobus Ardizo. in Summa in tit. de ſucc. feudi, ſub rubricella, maritus non ſuccedit vxori.

Quæro quid ſi vxor donat feudum ſuum marito, an ipſe maritus debeat ſeruire pro vxore ratione dicti feudi? & dic q̄d ſic. arg. in l. 2. C. qui veni. æta. & C. de natu. libe. in l. ſi quis. in fina. & in Autentica quibus modis na. effi. ſui. in §. ſi verò ab initio. & tenet idem Iacobus Ardizo. in titulo quibus modis feudum amittatur, ſub rubricella, excuſatur propter ſexum.

Vltimò ad materiam an maritus ſuccedat vxori in feudo, videas alia plura, quæ dixi in d. c. 1. an maritus ſuccedat vxori. in §. fi. ſuprà qualiter olim feud. po. alie. & per Doctor. in dicto titulo C. vnde vir & vxor. & per Iac. Ardi. in loco ſup. allegato. de ſucce. feud.

Ad materiam verò, an dos poſsit conſtitui in re feudali, vide quod dixi infrà, de prohi. feud. alien. per Federicum in prin. & latius in dicto §. donare ſuprà qualiter olim feud poſ. alie. Facit c. 1. infrà de eo, q̄ ſibi hæredibuſq; ſuis, &c.

DE VASALLO DECREPITAE AETATIS.

RVBRICA.

OLim nulla erat hîc rubrica, ſed comprehendebatur iſte tit. ſub ti. 2. ſuprà proximo. Verùm poſtea fuit addita hîc iſta rubrica à Gloſſatoribus, vt ibi dixi ſuper rubrica. vbi videas. Et hoc eſt, quod voluit dicere gloſſella hîc poſita. Et continuari debet iſta rubrica ad præcedentes hoc ordine. Quia ſuprà in d. titu. 2. viſum eſt, an in feudo nouo fratres vicisſim ſibi ſuccedant, & ſubſequenter in titu. præcedenti viſum eſt ſimiliter de materia ipſius ſucceſsionis feudorum, an, videlicet, maritus ſuccedat in feudo vxoris, ſed quia iuxta prædicta poterat dubitari, an feudū refutatum in manibus domini, remaneat nouum, vel paternum inter filios refutātis, & per conſequens, vtrum ipſi filij refutantis, qui ſunt inter ſe fratres, poſsint vicisſim in dicto feudo ſuccedere. Et ideò vt tollatur prædicta dubitatio, ſuppoſitus eſt hic iſte ti. vbi prædicta declarantur.

SVMMARIA.

1 *Feudum non alteratur ſi per Vaſalli refutationem ad dominum reuertatur.*

2 *Inueſtitura noua à domino facta, antiqua vigorem non eneruabit.*

Feudum antiquum, an verò nouum cenſeatur, ſi Vaſallus erat feudo priuandus: & dominus remittit culpam.

3 *Feudum nouum ſub conditione datum, vt cenſeatur antiquum, an tale ſit dicendum.*

Prælatus inueſtiens tanquam de feudo veteri & antiquo, an præſumatur antiquum.

Feudum marito ab vxore donatum, an poſsit ſeruire pro vxore ratione dicti feudi.

QVIDAM. Feudum refutatum per patrem, cum conditione, vt filij ſui inueſtiantur, remanet feudum paternum, & ideò dicti filij ibi vicisſim ſuccedunt. hoc dicit. Præmitte pro euidētia, quod ſit feudum nouū, & quod ſit paternum, vt dixi ſuprà de gradibus. in §. his verò. in ſecundo notabili. Nam reſpectu primi acquirentis, intelligitur nouum, donec eſt apud ipſum, poſtea eo mortuo, inter omnes deſcendentes ſuos, qui ad illud vocantur, erit & cenſebitur feudum paternum. Et ſic feudum quod fuit nouū apud patrem meum, erit paternum apud me, vt patet ibi, & infrà de natura ſucceſ. in c. 1. Item, ſcias quod in feudo nouo ſuccedunt ſolum deſcendentes acquirentis. In feudo autem paterno, ſuccedunt etiam tranſuerſales, dummodo deſcendāt à primo acquirente, vt dixi ſuprà, qui feud. da. po. in §. & quia. in vltimo notabili. In tex. a ibi, decrepitæ ætate, quæ ætas [a] decrepita intelligitur, cùm exceſsit annos 80. & eſt vltima ætas, & finitur ſpacio centum annorum. l. fi. C. de ſacroſan. eccle. ita dixit Cy. in l. ſenium. C. qui teſtamen. face. po. Facit quod no. in prooemio ſexti libri. Et b diſtinctiones ætatum, [b] vide per no. inf. de pace iura. fir. in prin.

Intelligas tamen, quod iſtud non importat aliquod miniſterium iuris in caſu noſtro, quia idem eſſet ſi non fuiſſet in ea ætate decrepita, ſed ita accidit de facto. Ibi, ad hoc refutauit, id eſt, cum ea conditione, quæ ſequitur. Ibi, de eodem beneficio, id eſt, tanq̄ paterno. Ibi, inueſtiret, ſub- audi,

a *Quæ ætas. Adde de iſtis ætatibus. Adde gl. in l. hæreditatum. ff. ad l. fal. gl. & Bal. in l. fi. C. de infan. expo. Cy. in l. ſi infanti. C. de iur. de lib. Bal. in repe. c. ſi pater. de teſta. lib. 6. Ioā. de Ana. in ru. de delictis pue.*

b *Et diffinitiones ætatum. Adde gl. magna in verbo perfectis. in pœmio. lib. 6.*

audi, qui dominus ita fecit, quia eos inuestiuit. Ibi, hærede legitimo, id est, filio masculo, vt sup. de feu. alie. in §. & si clientulus. Ibi, dicentē, subaudi, & alterū fratrē nō debere succedere, qa est nouū. Ibi, contendentem, subaudi, & ideò se debere succedere. Ibi, paternum esse, subaudi, & ideò frater succedit tanquam agnatus.

1 †No. quod licet, feudum sit deuolutum ad manus domini, per refutatiōem Vasalli, cùm conditiōe, vt filij inuestiantur, tamen non alteratur, nam feudi, nec præiudicatur ipsis filijs in succedendo sibi vicissim. vt hic. Ad quod facit, c. 1. de re. permu. lib. 6. vbi resignatio beneficij liberè facta, & sine fraude in manib. Epis. vt subsequetur permutatio non aperit viam expectāti primam vacaturā, q. est notatu dignū.

2 †No. quod noua inuestitura facta per dominum virtute antiquæ, non tollit vigorem venientem ex antiqua. Facit c. 1. in §. 1. de suc. feu. Nam subrogatum assumit sibi pristinam qualitatem, l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & ff. de donationibus inter virum & vxo. l. si donate. §. 1. & per Inn. & Canonistas. in c. eccle. extra vt lite pen.

Op. cum gl. de c. 1. infrà de eo, qui finem fecit agnato, vbi dicitur quod feudum nō remaneat paternum, sed censetur nouū, si ipsa refutatio sit facta realiter, vt omninò excludatur à feudo, vel etiā facta conditionaliter, vt fiat reinuestitura tāquam de feud. nouo. Hic autem dicitur, q. remanet paternum. Igitur, &c. So. dicit gl. q̊d istud capitulum sit intelligendum secundū illud, videlicet, q. feudū remanet paternū, quādo refutatio est facta cū ea conditiōe, vt filij inuestiantur, vt hic. Sed si fiat refutatio supradictis modis, tunc feudum erit nouū p nouam inuesti. vt ibi, dūmodo appareat de consensu illorū, ad q̄s feudū præsdictum erat reuersurū, vt no. sup. qui. mo. feu. amit. in §. præterea. Et hoc voluit ista gl. vsq; ad ver. huic simile est, &c. quæ benè loqtur. Vtrum autem refutatio possit fieri in præiudicium alterius, qui habet ius in re, vide quod dixi in §. rursus. sup. qualiter olim feu. po. alie.

Op. subsequēter cum d. gl. in dicta parte quod istud c. sit de indubitabili, & seruiat nobis de vento. contra l. quod Labeo. ff. ad Carbo. & l. ancillæ. C. de fur. q. patet, cùm nemini debet esse dubium, q. talis refutatio seu pactū adiectum in refutatiōe, vt quis retro inuestiatur, nihil operatur, neq; parit præiudiciū, sicut videmus per exemplum in solutione facta cū conditione, vt nummi restituantur, quoniā q soluit, vt repetat, nihil agere videtur, vt l. qui sic. ff. de solutionibus. Et hoc voluit dicere ista gl. vsq; ad fi. quæ aliter non soluit cōtrarium. Sed videtur acquiescere dicto contrario, videlicet, vt tale pactum siue refutatio nihil opperentur.

Sed tu intelligas istam gl. & contrarium procedere, quando nihil in refutatiōe esset adiectum de nouo, nisi vt reinuestiatur, sed si aliqd adijciatur de nouo, vt fuit in casu nostro, vbi fuit adiecta cōditio, vt filij reinuestiantur, tūc facit dubitatiōem. Non solùm propter nouitatem inuestituræ, sed etiam propter adiectionem, & nouitatem aliarum personarum, argu. in l. cùm Valerianus. ff. de præto. sti. & ff. iudicat. solui. in l. cùm apud. ff. locati. l. cùm in plures. §. lege dicta. Sed ratio decidendi fuit multiplex.

Primò, quia refutatio non fuit simplex, sed vt eodem beneficio inuestirentur filij, vt dicit ista litera de eodem, scilicet, tanquam de paterno.

Secundò, quia ipsi filij viuente patre refutāte, habebāt ius in ipso feudo & domini, quodāmodo censebātur, vt no. gl. in c. fi. sup. de cog. feu. Quoniam etiā à prin. in acquisitiōe ipsius feudi, fuerat puisum etiam ipsis filijs, vt pbatur infr. de duo fra. à capi. inuesti. in c. 1. & no. p gl. sup. qui. mo. feu. cōsti. po. in c. 1. Meritò eorū pater non potuit refutare in eorū piudicium, nisi ipsis consentientibus, vt declarauit ista gl. in sui prin. Et per ista nūc habes intellectum huius capituli cum glo. sua.

Quæro ab extra, an inuito domino, posset Vasallus refutare sibi feudū, dic vt no. & ibi plenè hanc quæstionē examinaui. in c. fi. de ca. qui curi. vendi.

Quæro quid si Vasallus feloniam committit, propter quam venit feu. priuandꝰ, & feu. applicandum domino, q. quando sit dixi inf. quæ fuit prima causa bene. amit. in §. fi. in cōclusiōib. & dominus ei remittat dictam culpam, an feudum suū remaneat antiquū, prout primò erat, vel efficiatur nouum? Et gl. in l. q. dicitur. ff. de impensis. tenet quod remaneat antiquum, & non fiat nouum, ita quod moriente Vasallo agnati admittantur ad dictum feudum quam gloss. sequitur, ibi, Dyn. & adducit corroborationem textum nostrum in præsenti capitulo. vbi dicit esse casum. Sed tu dic, quod iste textus modicum facit, quia loquitur in Vasallo refutante sub

conditione,

conditione, vt filij inuestiantur, ita quod feudum remanet in sua natura, sed quantum ad supradictam quæstionem, quæ ibi tangitur, & in l. peculium. in §. si hære. ff. de pecu. reperio Ray. ita determinasse, & mihi placet, videlicet, quia aut dominus traxit feudum ad se, aut non. Primo casu postea restituendo, videtur nouum feudũ concedere, & sic agnati tunc non succederent. Secundo casu benè succederet, tanquam in feudo antiquo. Facit l. si noxali. in §. est autem. ff. de pecu. & q. not. gl. inf. de phi. feu. alie. per Fe. in §. sup. in gl. 2. & q. ibi dixi, vbi etiam dicit Bal. quod si Vasal. delinquens esset ipso iure priuat⁹, tunc intelligeretur esse feudũ nouum. ar. ff. de secũ. tab. in l. qui ex liberis. in §. testamento. Sin autẽ feudũ non esset annihilatum, sed annihilandum, & tunc remanet antiquum. ar. ff. de leg. 3. l. quæsitũ. §. illud. Quia non est addita noua forma. vt ff. de iusti. & iur. l. ius ciuile, & quod not. in c. is qui de præben. lib. 6. Sed de hac quæstione dic plenè per Doct. in d. l. quod dicitur. & in §. si hæred. & per Andræ. de Isernia. hîc. & vide quod dixi infrà. hîc fi. lex in princ.

3 † Quæro quid si detur feudum nouum cum hac conditione, vt habeat naturam antiqui, & censeatur feudum antiquum, an isto casu intelligatur antiquum? Dic q. sic, vel saltem nouum habens naturam antiqui. ar. ff. de con. cau. mor. in §. alienã. in fi. & l. senatus. §. mortis. & ita tenet Iac. de Ardiz. in Summa in ti. nouum non paternum sub rubricella prima. Facit quia pactum adiectum in inuestitura est seruãdum, & alterare potest cõmunem naturã feudi. vt supr. quid sit inuesti. in §. pe. & q. dixi supr. de gradibus. in §. 1. Quid autem in prælato inuestiente tanq̃ de feudo veteri & antiquo, an præsumatur antiquũ, dic quod non in dubio, sed potius circumuentio. vt. ff. de proba. l. qui testamẽtum cum similibus, nisi probetur cõtrarium, vel interueniat solennitas requisita, per not. in Auten. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. de qua quæstione, vide latius p Bal. in præambulis feudorum in sua diuisione tertia feudorum.

Vltimò ad materiam præsentem, vide plura alia, quæ dixi infr. de alie. feu. pa. in c. 1. & infrà in titulo, an agnatus vel filius, &c. in c. 1. & infrà si de feu. fue. contro. in c. fi. & quod no. glo. in c. 1. supr. impera. Lotha. Euge. Pa. & quod ibi dixi. & inf. de eo qui finem fecit agna. in c. 1. & in remissionibus ibi adductis. & in c. 1. de Vasal. qui contra consti. Loth. feu. alie. & per Bal. in l. qui se patris. C. vnde liber. & in l. 1. ff. de rerũ diui. in q. 15. & in l. si in personam. C. de fideicõ. & plenè per Ia. Ardi. in Summa in titulo, quib. modis feudum amittatur, sub rubricella, si Vasallus feu. domino refutauerit. & rubricella sequen. & in titul. de succe. feud. sub rubricella, quando Vasallus refutat feud. vet.

DE INVESTITVRA IN MARITVM FActa, &c.

RVBRICA.

OLim nõ erat hîc aliqua rubrica, q̃nimmò nec erat capitulum, sed §. cõprehensus sub capitulo præcedenti. Postea à Glossatorib. fuit posita hîc ista rubrica: vt sup. de fra. de no. be. inuest. super rubrica. & p hoc intelligas nũc, quid voluerit dicere glossella hîc posita, dum dixit aliàs non est hîc capitulum, sed §. tantùm. Et continuatur ad rubricam præcedentem hoc ordine. Quoniam supr. proxi. tit. visum est & declaratum, an feudum iudicetur paternum vel nouum, quando contentio vertitur inter dominum & agnatos Vasalli, vt in casu suprà proxi. Nunc verò declarare intendens alium casum ad cognoscendum similiter, vtrum feudum sit, & iudicetur nouum vel paternum, quando quæstio vertitur inter agnatos Vasalli, & habentem causam à domino, sed quia dubitatur, quis iudex debeat hoc cognoscere, ideò suppositus est hîc iste titul⁹, vbi prædicta declarantur.

SVMMARIA.

1 *Feudum à domino pecunia acquiritur.*
2 *Dominus in quibus inter Vasallos suos iudicare possit.*
3 *Causa inter maritum & agnatum per pares curiæ non terminatur.*
4 *Actor forum rei debet sequi.*

VASALLVS. In principio huius capituli intendit declarare coram quibus iudicibus debeat dirimi & cognosci contentio orta, inter maritum filiæ olim Vasalli, & agnatos ipsius Vasalli, occasione partis feudi, de quo ipse maritus existit inuestitus per dominum, & in summa hoc vult.

Si contentio vertatur inter maritum filiæ olim Vasalli, & agnatum ipsius Vasall. de feu. an sit paternũ vel nouũ, debet causa dirimi & terminari corã iudice ordinario,

rio, vel arbitro, non autem corã domino, vel eius curia.h.d.vsq; ad §.itẽ placet.Pręmitte ꝑ euidentia,ꝙ in cognitione causarum feudalium,quatuor reperiuntur curiæ,in quibus dictę causæ feudales possunt ventilari:prout declaraui suprà in ti.apud quem vel quos,&c.&in c.1.in euidentialibus,vbi videas.In tex.ibi,filia,scilicet,quæ nõ succedit in feu. Ibi,cui,scilicet,marito. Ibi,pecunia accepta.

1 †No. hîc textum expressum pro opinione,quam tenui sup. de benefi.fra.in c.1.videlicet,ꝙ feudum potest à domino acquiri per pecuniã,de qua materia dicatis, vt ibi plenè dixi.& in c.1.sup. de feu.da.in vicem legis com.& in tit.quemadmo.feu. ad filiã pertineat.Ibi,partẽ,dic ꝙ,in hoc nõ est fienda differentia,quęcunq; pars sit illa,sed tamẽ simpliciter pręferendo,intelligi debet esse de dimidia.l.nomen filiarũ in §.portionis.ff.de ver.signi. Et circa hoc vide,ꝙ dixi sup.de alie.feu.in prin.Ibi,dedit, subaudi, ipsum inuestiendo de dicta parte.Ibi, domino apertũ, subaudi,& cõsequenter sibi de iure infeudatum.Ibi,curia. Est locus in quo conueniunt pares, qui cognoscere debent de causis feudalibus,vt not.infrà de prohi.feu.alie.per Fe. in §.pe.Ibi,iudicem, scilicet, ordinarium, quando agnatus conuenitur. Ibi,& mihi, scilicet,Oberto,vt suprà de feud.cogni.in prin.Ibi,& alijs,scilicet,sapientibus,vt suprà qui feu.dare pos.in §.hoc quoque. Ibi, ordinarium,scilicet, illius qui cõuenitur, quia actor debet sequi forum rei.Ibi,arbitrum,subaudi, de communi cõsensu partium electum.

2 †No.quod licet dominus censeatur, & sit iudex ordinarius inter Vasallos,quãdo de feudo aliquo contenditur inter eos, vt in d.§.pe.infr. de prohi.feu.alie.per Fe. Tamen vbi in cõscientia posset ista causa spectare ad dominũ, nõ debet esse iudex, vt hic.Nam maritus q in casu nostro contendebat cum agnato, habebat causam à domino,quia ab eo per pecuniã erat partum feudũ,vnde si succumberet, haberet regressum cõtra dominum de euictiõe,vt infrà an apud iudi.vel.do.&c.in c.1. & sic cùm causa videatur sua ꝓpria, quantum ad incommodum.l.emptor. C. de euictionibus.non debet esse iudex in dicta causa,vt hic.& in l.1. & 2. C.ne qs in sua causa,&c.

3 †Nota.quod licet regulariter controuersia inter dominum & Vasallum,debeat dirimi & terminari per pares curiæ, vt infrà in titulo sequenti,tamen secùs esset in casu nostro,vbi ista causa, quæ vertitur inter maritum & agnatum, non terminatur per pares,licet,videatur spectare ad dominum, vt suprà dictum est. Et ratio potest esse, quia dominus habet partem feudi,sibi retentam. Aliàs autem si sibi non retinuisset partem, tunc pares cognoscerent,vt infrà an apud iudi. vel curiæ. in c.1. Et ita intelligantur ista iura, quæ multum vidẽtur sibi inuicem aduersari.Licet quidam,vt Iaco.de Bel. dicant, quod istud capitulum corrigatur ꝑ illud, ꝓpter eorum maximam repugnantiam, quod non est verum.vt dicam infrà eo.in §.final. No. quod de causa feudali potest a fieri compromissum, a de quo dixi in c.si Vasallus.infrà si de feu. fue. controuersia. & latius.in c.2.infrà de lege Cora.vbi plena materia.

4 †Nota,quod actor debet sequi forum b rei.b vt hîc.& in l.fori.C. de iurisdictione om.iudi. & in l. final. C. vbi in rem actio. Nam si agnatus in casu nostro conueniat maritum, debet hoc fieri coram iudice ordinario mariti. Et si contra maritus agnatum,debet hoc ventilari coram iudice ordinario ipsius agnati. Facit capitulum primum. infrà an apud iudicem vel curi.&c. Nam vbicunque dubitatur, an alius præter ordinarium sit iudex, ibi est recurrendum ad ordinarium. vt C. de iurisdictiõ. om.iudi.l. nemo.secundum Petrum de Cer. & Bald. Facit l. venditor.ff. de iudicijs.

Opponitur cum glossa hîc posita.licet, non alleget de §. si infrà hoc eo titulo.vbi patet,quod contendentes de feudo non possunt declinare forum, & examen domini ipsius feudi. Solutio: dicit glossa hîc vterque dicebat se Vasallum, sed dispari modo, quia vnus dicebat se Vasallum,tanquam de feudo nouo, alter verò tanquam antiquo. Et ideò est mirum,si ipse dominus non est iudex inter eos. Et hoc voluit dicere ista glossa vsque ad finem,quam declara asignãdo rationem: Ne videatur esse iudex in causa propria, vt dixi supr.in primo notabili. Sed in contrario vterque dicebat se Vasallum, tanquam de feudo antiquo. Et ideò ipse dominus erit iudex, quia non agitur de suo interesse secundum Iaco.de Bel.& Nic.de Neapo.

Vltimò ad pręsentem videas inf.de alie. feu.pa.c.1.& inf.in ti.ꝓxi.& inf.de l. Cor. in c.1.& 2,in prin.& in d.§.pe.infr.de ꝓhi. feu.

a Potest fieri cõpromissũ. Adde Hosti. in Summa in ti. de arbi. in §.ꝑt.ver.sed nunqd Vasal. Specu. eo. ti. §.penul.ver. sed nunquid Vasall. And. de Bu.in c.cũ tempore de arbi.

b Actor debet sequi forum rei. Adde c. cùm sit generale. de foro comp.c.si clericus.e.ti. c. experiẽtiæ 11. q.1.glo.in c.si quis. el,3.2. q.7.

feu.alie.per Fe.& quod statim dicam inf. eo.in §.seq.&seq.& quod plenissimè vltra alios scripsi in c.1.suprà.apud quem vel q̃s consti. feud. esse debe. in distinctione ibi posita.& per Iaco.Ardi.in Summa. in tit. de contentione feu. sub rubricella secunda, cum sequenti & sequen.

SVMMARIA.

1 *Iurare vel referre tenetur, cui primò iuramẽtum defertur.*

§ ITEM PLACET. Continuat casum sup.proximum. Verùm ibi declarauit, coram quibus iudicibus debeat terminari ipsa cõtrouersia, quæ vertebatur inter maritum filiæ olim Vasalli mortui, qui allegabat feudũ esse nouum, & agnatos ipsius Vasalli, qui allegabãt dictum feudum esse paternum. Nunc verò declarare intendit, quis debeat probare, an dicti agnati, qui allegabant feudum esse paternum, an ipse maritus, qui allegabat illud esse nouum. Et in summa hoc intendit.

Probatio incumbit inuestito alleganti feudum esse nouum, quo non probante transfertur electio in agnatum allegantẽ feud.esse paternum: vt vel iuret, vel referat.hoc dicit. Præmitte pro euidentia ea, quæ præmisi & dixi in §.fi.supr. de gradi. succe. In tex.ibi, hoc esse per istam quæstionem patet, qualiter se refert pręcisè circa casum formatum suprà proximè, quoniã est demõstratiua ad oculum & intellectũ. vt per gl. & Bar.in l.Meuius.in §.duorum. ff.de lega.2.licet, Iac.de Bel. & Bal. velint q. in isto §. vertebatur quæstio inter dominum & agnatum, q. non videtur conuenire huic literæ etiã p ea, quę sequuntur. Ibi, diuersa parte, scilicet, marito, de quo in sup.proxi.casu dixerat. Ibi, vt sup. diximus, scilicet, supr.in tĩ.de gradib.in d.§.fi. Nec mireris, q. ista remissio fiat ad remota, quia multotiens autor hoc facit, vt inf. an apud iudi.vel do.in c.1.in prin. &ibi gl. Ibi, causa cognita, vt qa sit aliqua pręsumptio, quę iudicẽ moueat ad ita deferendũ. Quæ autẽ vertantur in ista causæ cognitione: dic, vt dixi in dicto §. & p not. supr. de contro.inuesti.in prin. Ibi, detur, scilicet, per iudicẽ. vt inf.de consue. recti feu.in §. sacramentũ. Ibi, alteri parti, scilicet, marito. Ibi, & ille, scilicet, marit⁹. Ibi, aut iuret, subaudi, & tunc obtinebit. Ibi, aut taceat, subaudi, qa nõ poterit amplius referre, sed tunc succũbet, quoniã tacendo est, p inde ac si à principio ipse agnat⁹ iurasset. vt in l.generaliter.in §.1.C.de iureiuran. No.q. ad delationem iuramenti proceditur per iudicem, cum causæ cognitione. Nõ autẽ participanter, vt hîc, & in dicto §.fi.sup.de gradi.de quo latius ibi scripsi & declaraui in secundo notabili, vbi videas.

a Feudum esse antiquũ. Adde quod dicatur feudum antiquũ. vide per Bald. in Autentic. defuncto. C. ad Tertu.

1 †No. quod ille, cui primò defertur iuramẽtum, tenetur aut iurare, vel referre, aliàs esset in manifesta turpitudine, vt in l.manifestè.ff.de iureiur.& in gl.hîc posita, quæ nihil aliud fecit. Ille autem, cui refertur, tenetur aut iurare, aut succũbere, qa nõ potest amplius illud referre, vt hîc & in d.l.generaliter.§.1.& quod not. in c. fi.extra de iureiuran.

Quæro ab extra, quia hîc in fi.dicitur, quod ille, cui iuramentũ est relatũ, debet aut iurare, aut tacere? sed quid si iste vellet terminum ad deliberandum, an iudex debet dare, dic, vt no. & quod ibi dixi sup gl. 4.suprà si de inuesti. inter do. & Vasal. lis oriatur in c.2.

Vltimò ad materiam vide plura alia, quæ dixi in d.§. fi.supr. de gradi.ex quibus intellect⁹ istius §. satis aperitur in pluribus remissionibus ibi adductis.

SVMMARIA.

1 *Dominus cum curia sua inter Vasallos suos est iudex ordinarius. & an & quando possit recusari.*

Vasallus non potest declinare iurisdictionem, neq. partes litigantes, de communi consensu possunt dominum dimittere. Fallit.

2 *Vasallus coram domino citatus, non comparens puniendus.*

Citatus an & quando potest & debet comparere.

§ ILLVD TAMEN. In superioribus casibus p̃ximis erat controuersia inter duos litigantes, quorũ vnus dicebat feudũ esse paternum. Alter verò dicebat, feudũ esse nouum, quo casu, talis causa debet ventilari coram iudice ordinario vel arbitro: vt sup.in prin. huius capituli. Nunc verò in isto §. erat controuersia inter duos, quorũ vterq; dicebat feudum esse antiquum, a quo casu, debet dicta caus. ventilari coram domino, & ei⁹ curia simul. vt hîc patet. Et in summa hoc intendit.

Vbi ambo litigantes contendunt feudũ esse antiquũ, cognitio est domini simul cũ curia. h.d. Et præmitte pro euidẽtia illud, quod ego præmisi suprà hoc eo. tit. in prin. videlicet, quod in cognitiõe causarũ feudaliũ quatuor reperiuntur curiæ, &c.

In

In textu ibi, de feudo, scilicet, antiquò, quoniam quilibet dicebat feudũ esse antiquum. & in hoc discrepat à princip. huius capituli, vt suprà dixi. Ibi, ad dominum, subaudi, solùm sine curia. Ibi, curiæ iudicum, subaudi, sine domino. Nam coram vtroque debet causa examinari, & hoc sequitur si verò, &c. Ibi, licet, id est, non est licitum declinare iurisdictionem eorum, vt sequitur.

1 † Not. quòd dominus cum curia sua est iudex ordinarius inter Vasallos suos, quorum vterque allegat feudum antiquũ esse. & ideò, quia sunt iudices ordinarij, sequitur, quòd non possunt recusari, vt hîc & in l. apertissimi. C. de iudi. secundum Iaco. de Belui. de quo statim latius dicam.

Oppo. cum gloss. quòd imò dominus absq; curia possit de hac causa cognoscere, vt probatur infr. de prohib. feud. alie. in §. penultimo. licet glossa ista non alleget, sed soluit, quia hîc ideò dominus solus nõ est iudex, quia erat incertum, an alter ex litigantibus esset Vasallus, & de hoc erat quæstio. Secùs autem si constaret istos litigantes aliàs esse Vasallos, quia tunc dominus solus cognosceret, vt in contrario. & hoc est, quod voluit dicere glossa ista, vsque ad ver. sed quid est, &c. quam declaro. Nam in contrario & Vasalli litigantes, & dominus confitebãtur eos esse Vasallos, sed fortè erat contentio de aliqua parte feudi, vel de confinibus, vel de aliquo alio feudo, sed hîc quilibet allegabat se esse Vasallum, de dicto feudo antiquo, de quo litigabatur, & dubium & incertum erat, quis eorum esset Vasallus. Et ex hoc nunc intelligis istam gloss. & ita in d. §. penult. & in c. 1. an apud iudices vel do. quæstio feu. ter. debe. & benè secundum Iacobum de Belui.

Oppo. subsequenter cum dicta gloss. quòd imò illicitum sit declinare forum istorum iudicum ex causa suspicionis, vt probatur in dicta l. apertissimi, licet gloss. non alleget, sed soluit fatendo contrarium, videlicet, quòd iste text. debet intelligi, quod non sit decens & honestum, vt declinetur hîc, sed tamẽ si causa subest, poterit declinari, vt in contrario. Et hoc voluit dicere ista glossa, vsque ad ver. si quid si aliter, &c. Ex qua glo. concluditur, quòd iurisdictio ista domini cum curia possit declinari.

Sed Iaco. de Bel. quem etiam sequitur Nicolaus de Neap. reprobant istam gloss. duabus rationibus. Et primò, quia violat literam & diuinat. Secundò, quia dominus & curia sunt iudices ordinarij inter pares, & sic recusari non possunt, vt in d. l. apertissimi, quare ipsi tenent, quòd dominus vnà cum curia, non possint declinari per istum textum hîc in fin. Facit ad idem textum in c. 1. in fin. infr. an apud iudic. vel do. Et hanc partem videtur, quòd glossa teneat in dicto §. penultimo. infrà de prohib. feud. alie. per Fede. Hanc partem sequitur Iacob. Ardizo. in summa in titu. de conten. feud. sub rubricella, si contentio est inter Vasal. domini est cognitio. & hoc per istum textum, & in dicto §. penultimo. & infrà de pace tenen. in §. si ministeriales. & per c. cæterùm. extra de iudi. & c. transmissa. extra de foro compe. C. de decuri. l. quicunque.

Sed D. Bald. dicit hîc tantùm duo verba, videlicet, quòd ratione suspicionis non potest declinari, sed ratione iurisdictionis incompetentis sic: licet tamen de honestate non debet facere, licet possit facere. Et sic concludit, quòd propter suspicionem nullo modo possit, sed propter iurisdictionem incompetentem possit, licet non debeat. Et hæc est conclusio sua in isto §.

Sed ego reperio ipsum eundem Bal. dicere contrarium in d. §. penu. videlicet, q̃ ex iusta causa possunt recusari, quoniam de iure Canonico, etiam ordinarius recusari potest. extra de foro compe. in c. licet. & in c. si quis contra Clericum. Verùm in feudo, ratione iuramenti, si discrepat ius Ciuile à iure Canonico debet obseruari ius Canonicum, vt in c. nouit. extra de iudi. Et respondet ad cõtraria, quia loquuntur de incolorata recusatione, non de iusta. arg. ff. de mino. l. minor autem. & in c. suspicionis. extra de offi. dele. Et hoc modo saluabat istam glo.

Sed ego non credo, quòd ista sua regula taliter tradita sit indistinctè vera, nisi solùm, quando ageretur cõtra Vasallum de periurio, per capitulum fin. de foro compe. lib. 6. & in c. nouit. de iudi. Si autem agatur de ipso feudo, tunc causa debet per iudicem proprium, vt not. extra de rescript. in c. statutum. & in §. cùm autem. lib. 6. Et hoc etiam est de mente eiusdem Baldi in l. liberti. in fine. C. de operis libertorum. Et sic in tribus locis reperio, ipsum in proposito diuersa sensisse. Facit etiam pro hac parte, quod possit recusari, quod dixit Specu. in titu. de recusa. in §. causa. in fi.

Quare inter tot & tam varias opiniones

videtur mihi, quòd ea opinio, qua disponitur, quòd Vasallus non possit declinare iurisdictionem, sit magis consona iuri, per text. & rationes atque Auten. pro hac parte suprà adductas. Et hanc partẽ etiam tenet Innoc. in c. cæterùm. de iudi. dicens, quòd ipsi Vasalli litigantes, etiam de communi consensu non possunt dimittere dominum per c. ex transmissa. Pro hac parte facit gloss. in d. §. penult. de prohib. feud. alie. per Fede. nec habet, quod conqueratur Vasallus, tanquam compulsus litigare coram iudice sibi suspecto, quoniam habet remedium à iure, vt alter aggregetur, qui nõ sit suspectus, vt C. de iuris. om. iud. l. nemo. & de iudi. Auten. si verò contingerit. Et sic ratione adiuncti, purgari videtur suspicio arg. ff. de edendo. l. si quis ex argentarijs. in §. 1. & C. de decuri. l. quicunque lib. 10.

a *Coram nõ iudice. Adde gl. in c. null⁹ Episcopus. 11. q. 1. Hosti. in summa tit. de fo. compe. in §. in quibus verb. liquet Bald. in l. generaliter. in l. 2. C. de Epi. & Cle.*

Vt saluemus glossam hîc positam, quæ cõtrarium dicit, quod intelligatur, quando Vasallus declinaret forum domini, ratione iurisdictionis incompetentis, prout est exemplum in principio huius capituli, vbi dominus non cognoscit de causa feudali. Nam ista talis exceptio in competentiæ iurisdictionis, semper est permissa, dato, quòd omnis alia via esset præclusa, vt dixit Glossa singularis in Cle. 1. de sequest. pos. & fructu. in fin. Vel intelligamus, quòd ratione excommunicationis, declinetur iudicium excõmunicatorum, quod licet, vt extra de re iu. c. ad proban. & in c. pia de exce. lib. 6. & per Innoc. in c. constitutus. extra de procu. & probatur infr. hîc si. lex. in c. 1. in prin. & modò habes istũ passum clarius & pinguius, quàm à Doctoribus tactum.

b *Quorum vn⁹ dicit esse feudũ antiquũ, alter verò nouum. Adde cui incumbit onus probandi. vide Pau. de Cast. consi. 155. inc. quod istud feudũ pertinet.*

2 †Quæro cum dicta glo. in ver. sed quid si alter, &c. quid si alter ex istis Vasallis contendentibus sit citatus, vt compareat in iudicio coram domino solo, vel curia sola, & talis citatus recusauit venire, an puniatur? Et respondet gloss. simpliciter, quod nõ, & nihil aliud circa hoc dicit, vsque ad versic. sed tu instabis, &c. Sed dic, quod gloss. benè loquitur, & assignat rationem, quia iurisdictio cognoscendi de dicta causa, de qua loquitur casus noster, non spectabat solum ad dominum, vel ad solam curiam, sed spectabat simul ad dominũ cum curia, cùm vterq; litigantium allegaret feudum esse antiquum, & sic incertum erat, quis esset Vasallus. Sed vbi aliàs esset certum, quòd vterque esset Vasallus, tunc citatus non comparens, benè posset puniri, vt not. glo. in capitulo cæterùm. de iudicijs. Facit quod dixit de mili. Vasal. qui contu. est, in capitulo primo. & per Iaco. Ardi. in tit. quibus modis feudum amitt. sub rubricella, si dominus Vasal. fecerit citari, &c.

Oppo. cum dicta glossa mediatè contra supra proximam determinationem de l. si quis ex aliena. ff. de iudi. vbi citatus vt compareat coram nõ a iudice debet comparere ad allegãdum saltem priuilegium, quare non sit sub iurisdictione illius iudicis, & si non comparet, potest puniri tanquam contumax. Solut. ibi loquitur in iudice ordinario generali, inter quoscunque litigantes: hîc verò loquitur in iudice ordinario singulari, cuius iurisdictio est limitata inter certas personas, coram quo citatus, non tenetur comparere, nisi manifestè pateat, quòd sit de iurisdictione citantis, quoniam non potest ponere falcem in messem alienam. Et hoc vult ista glossa notabilis, quæ singularis est secundum Doctores. De qua materia dic plenè per Glos. & Docto. in l. ex quacunque. ff. si quis in ius vocatus, non ie. & in dicta l. si quis ex aliena, per Canonistas. 3. quæst. 1. si Episcopus. 74. quæst. 3. c. 1. & extra de elec. bone.

Oppo. subsequenter cum dicta glossa contra literam istam de. capitulo primo. infr. an apud iudi. vel Doct. &c. vbi patet, quòd si est quæstio inter duos de feudo, quorũ vnus dicit feudum esse antiquum: alter verò dicit b nouum, quod dominus non cognoscit, sed solummodò pares. Solutio: Dicit ista glossa fatendo contrariũ, vt hodie iste textus corrigatur per dictum capitulum, videlicet, quod hodie pares cognoscant. Et hoc voluit ista glossa vsque ad finem. Sed tu aduerte, quia ista gl. non tenetur per Doctor. cùm legum correctio sit euitanda, vt in l. præcipimus. C. de appell. Meritò soluunt alio modo, videlicet, quòd ibi erat cõtentio inter duos, quorum alter dicebat feudum antiquum, alter nouum. Hîc verò inter duos, quorum vterque fatetur feudum antiquum. Et potest esse ratio differentiæ, quia in feudo nouo dominus factum suum vult tueri. argu. in c. fin. de testibus lib. 6. Et ideò præsumptio est, quòd esset fauorabilior pro eo, qui prætendit feudum nouum recognoscere ab ipso domino. argu. no. in l. deferre. in §. idem decreuerunt. ff. de iure fisci. Et hanc rationem sensit Bald. in contrario.

Oppo.

Oppo. ab extra de principio huius capituli. Solue, vt ibi dixi in oppositione, &c.

Vltimò ad materiam præsentem vide plura, quæ dixi in dicto §. penultimo. infr. de prohibi. feud. alie. per Federi. vbi declaraui, an iurisdictio in causa feudali possit prorogari. Item quid iuris esset in casu nostro, si iste dominus non haberet pares in curia sua.

De materia autem iurisdictionis feudalis [a] plenè per Innoc. in dicto capitulo cæterùm. & ibi plura ad præsentem nostram materiam adducit, vbi videas. & vide, quòd pleniùs vltra alios scripsi in capitulo 1. suprà apud quem vel quos, &c. Et ibi declaraui etiam, quid iuris sit in possessorio, & quid in causa criminali, & quid in causa appellationis. & vide in remissionibus ibi adductis, & quod dixi in capitulo primo. infrà qui testes sint necessarij approban. & infrà an apud iud. vel do. in capitulo primo. & supr. hoc eodem titul. in princip. & in remissionibus ibi adductis, & quod tangitur in capitulo secundo, in princip. infrà de lege Cora. & infrà titulo proximo, & quod tangitur per Baldum in Auten. ei, qui charta. 3. C. de bonis Auten. iu. possi. & in l. liberti. de operis liber.

[a] De materia autem iurisdictionis feudalis. Adde c. 1. & 2. extra de feud. super dote post Diuor. restit. c. tua. de deci. c. quæ in Ecclesiarum. & ibi Bald. de constit. c. ex transmissa. c. verum. & in c. ex parte. de fo. cõpe. c. vt super. de reb. Eccle. non alie. c. per tuas. de dona. c. ad audientiã. & c. si diligẽti. de pscri. c. in quibusdã. & in c. ad aures. de pe. c. grauẽ. de sen. ex c. conquestus. de vsu. c. excõmunicamus. & c. fi. de hærede. c. tantæ. & c. veritatis. de iureiu. c. cum seculũ. de im. pa. c. pleriq. de pac. c. Apostolica. de his quæ fiunt à præ. c. sig. de of. dele. c. grauem. de ex pla. c. recolentes. de sta. mo. c. inter dile. de fin. instr. c. de forma. 22. q. 5. c. latorẽ. 23. q. 2. in quibus locis tractatur materia feudorũ.

DE CONTROVERSIA FEVDI APVD PARES terminanda.

RVBRICA.

ISTA rubrica fuit addita à Glossatoribus, quoniam olim nulla erat hîc rubrica, prout dixi suprà de fra. de no. benef. inuesti. super rubrica. Et hoc est, quod voluit dicere glossella hîc posita. Et continuatur iste titulus cum proximo superiori, hoc modo: Quia ibi in principio. & in fine tituli tractatum est de iurisdictione causarum feudalium, siue controuersia sit inter agnatum Vasalli mortui, dicentem, feudum antiquum & alium habentem causam à domino, ac asserentem feudum esse nouum, vt ibi patet in principio. Siue controuersia vertatur inter duos, quorum vterque allegat feudum esse antiquum, vt ibi patet in fine. Nunc verò declaratur in isto titulo, quando controuersia vertitur inter dominum & Vasallum, coram quo iudice debeat talis causa ventilari. & ideò supposita fuit hîc ista rubrica de controuersia feudi apud pa. ter.

SVMMARIA.

1 *Dignior ad eligendum & votum suum deponendum prius admittitur.*
2 *Electio iudicum partibus committenda.*
3 *Aequalitas in numero iudicum eligendorum inter pares seruanda.*
Pro pari nõ est reputandus neq. eligendus, domino vel Vasallo litigantibus dissentiente, qui fidelitatem domino non iurauit: secus ipsis consentientibus.
Scholaris, qui non vult iurare Rectori, non debet pro scholari reputari.
Consensus facit licitum, quod aliàs non liceret.
4 *Partes quo casu in fauorem suum à iure introducta relaxare queant.*
5 *Pares curiæ de feudalibus causis an cognoscent per viam recõuentionis. Limitatur.*
Arbiter an possit per viam reconuentionis cognoscere.
Clericus non possit reconueniri coram paribus, qui sint laici.
6 *Electi à domino poterunt definire, etiam si Vasallus renuerit eligere.*
Vnus ex his electis iudicibus, an possit sine alio citationem committere.
Item, an possit finire id, quod aliter inceepit.
7 *Paribus discordantibus an sufficiat maioris partis consensus.*
Maior pars quæ censeatur.

SI INTER. Diuiditur in tres partes. In prima ponit dictum simplex cum responsione. In secunda declarat modum & formam eligendi pares. In tertia ostendit, quis non sit eligendus pro pari. secunda ibi, & si quidem. tertia ibi, ille tamen.

CASVS.

Pares cognoscunt de causa feudali, vertente inter dominum & Vasallum, qui pares eligunt communi consensu litigantiũ, & si in eligendo dissentiant, dominus præferri debet in eligendo, dummodò nõ eligatur, nisi solùm, qui fidelitatem iurauit. hoc dicit. Pone casum secundum quod ponit glo. infr. de prohib. feud. alie. per Fede. §. penul. super verbo Pares, ex qua habes intellectum huius literæ.

In textu ibi, contentio, id est, controuersia, vt quia dominus dicit ad se spectare, allegando fortè aliquam ex causis numeratis. suprà in tit. quibus mo. feu. amit. & de feud. sine culp. non amit. & infr. quæ fuit prima causa be. amit. vel aliquã aliam causam, & Vasallus se excusat ac defendit. Ibi, per pares, id est, Cõuasallos, qui ab eodem domino feudum tenent, vt supr. si de inuestitura inter dominum & Vasall. lis oriat. in c. 1. post prin. Ibi, domus, id est, domini, quos appellat alibi interdum pares curiæ, vt supr. de contro. inuesti. in princ.

Interdum pares curtis, vt ſuprà de feudo Guardię in c.1.in §.1.Ibi, lex Coradi, de qua infr. de lege Cora. in princ. Ibi, dirimatur, per hoc intelligas totum pceſſum, vſque ad ſententiam incluſiuè, vt patet in d.§. penult. & in c.1.infr. de lege Cora. Ibi, pares habet. Nam ſunt quidam domini, qui non habent pares in ſua curia: & tunc iudex ordinarius generalis cognoſceret de hac cauſa feudali, vt dixit gloſſ. in d.§. penult. Ibi, dubitatio, ſubaudi, quia illi erunt iudices, quos elegerint. Ibi, eorum, ſcilicet, ſapientum in hac materia feudali, vt dixi ſupr. in tit. 2. ſuper text. Ibi, quem, ſubaudi, ſi vult eligere vnum tantùm. Ibi, aut quos, ſubaudi, ſi vult eligere plures. Ibi, cõprobatum, hoc eſt, dicere, quia Vaſallus facta electione per dominum, debet poſtea eligere totidem, prout fecit dominus.

1 † Nota quòd ille, qui eſt dignior, debet prius admitti ad eligendum, & votum ſuum deponendum. Facit l. viduæ. & quod ibi habetur per Cy. & Bald. C. de nupt.

2 † Not. electionem iudicum partibus committi. Facit quod not. per gloſſ. in l. obſeruandum. ff. de iudi. & ibi plenè de materia, & dicam ſtatim in gloſſ. 2. Poſſunt enim ſibi eligere iudices propitios, & fauorabiles. argu. in hac litera, & in Auten. habita. C. ne filius pro patre.

3 † Not. æqualitatem eſſe [a] ſeruandam inter pares in numero iudicum eligendorum. Facit l. petendæ. C. de tempo. in integrum reſti. & C. de feu. & lit. expen. in l. fin. & ibi per Bald.

[a] Aequalitatē eſſe ſeruandā. Adde text. in c. cum inter. de exce. & eſt pars iuſtitiæ ſecundum S. Tho. 2. q. 80. art. 1. ſecus in iudicio, ſed rigor, vt eſt gl. in c. fi. de iude. & eam ſeqtur laco. in l. quod ſi Epheſi. in fi. vl. colu. ff. de eo, quod certo loco.

Not. quòd qui fidelitatem domino non iurat, non eſt reputandus pro pari domino vel Vaſallo, litigantibus diſſentiente, vt patet hîc in fin. & in gloſſ. magna circa medium, quæ iſtud notabile collegit. Vnde ergò colligitur à contrario ſenſu, quod ipſis volentibus, poſſet ipſe Vaſallus, qui non iurauit eligi pro pari, quia conſentienti non fit dolus, neque iniuria, l. cùm donationis. C. de tranſact. Et prædicta præſtant argumentum, quod ſcholaris, qui non vult iurare Rectori, non debeat reputari pro ſcholari. Facit extra de conſtitu. in c. ex literis, & quod nota. in l. quædam. in §. nummularios. ff. de edendo. & in l. penultima. C. ex quibus cauſis maioribus. de quo per Doct. & Bald. in dicta Auten. habita.

Oppo. cum gloſſa prima de ſuperfluitate iſtius tituli, per titulum infrà de controuerſia inter Vaſall. & Epiſcop. & tamen nihil debet eſſe ſuperfluum in iure, vt in §. quibus. C. de nouo codi. compo. Solutio: Gloſſator noſter videtur aſſentire contrario, dum dixit, quòd reperit hîc vnam gloſſam antiquam, quæ dicebat, quòd iſtud capitulum vacat per illud. Sed tu dic, quòd imò non vacat, neque ſuperfluit, quoniam ibi repetit materiam, vt aliquid addat de nouo, ſecundum quod ibi manifeſtè colligitur, prout in firma videmus infrà, an apud iudi. vel domi. in c. 1. & in titu. de prohib. feu. alie. per Fede. in prin.

Oppo. cum gloſſa ſecunda de l. obſeruandum. ff. de iudi. vbi iudex non datur, quem poſtulauerit aduerſarius. Solutio: ſecundum gloſſam illud procedit, quando ſolùm poſtulans, ſciebat iudicem ſibi dati, quem petebat. Hîc autē loquimur quando vterque ſciebat & conſentiebat. Et eſt ratio, quia conſenſus facit licitum, quod aliàs non liceret, vt C. de Epiſcopis & Clericis. Auten. generaliter in fine cum ſimilibus. Item quia partes per conſenſum poſſunt renunciare his, quæ pro ſe introducta ſunt. l. ſi quis in conſcribendo cum fi. C. de pact. Et hoc voluit iſta gloſſa vſque ad verſiculum, & in ſumma, &c. Sed tu potes ſoluere & alio modo contrarium, videlicet, quòd ibi loquitur in iudicibus delegatis: hîc verò loquitur in ordinarijs. Nam iſti pares ſunt iudices à lege, vt hîc, ſicut alibi videmus. in l. 1. ff. de offic. eius, cui man. eſt iuriſdict. & ff. de iuriſdictio. om. iudic. in l. & quia. Facit quod dixi ſuprà titulo proximo. in §. finali. Vel hîc petebatur iudex de certis deputatis. Ibi verò petebatur incertus de incertis. De qua materia dic plenè, vt not. dicta l. obſeruandum per gloſſam & Doctores.

4 † Quæro cum dicta gloſſa iuxta proximè dicta, quando & in quibus caſibus partes poſſunt per conſenſum relaxare ea, quæ in eorum fauorem ſunt à iure introducta, & quando non? Et pro reſponſione allegat plures caſus, pro & contra, nec aliter ſoluit vſque ad verſiculum, illud autem, &c. Quare tu dicas, quòd iſta eſt via Brocardica, de qua in l. quos prohibet. ff. de poſtulando. Et pro ſolutione dic, vt not. in l. ius publicum. ff. de pactis, & plenè in Autent. vt ſine prohibitione magn. debi. in §. qui verò. colu. 7. vbi eſt glo. magiſtra.

Oppo. cum prædicta gloſſ. in verſ. ſed cùm ille, &c. omiſſo altero verſic. illud

autem,

autem, &c. quem expediui suprà in vltimo notabili, & oppo. sic. Nam iste textus excipit solum vnum casum, in quo quis nō potest eligi pro pari, videlicet, quando nō iurauit fidelitatem. Ergò in cæteris omnibus casibus videtur inferre, quod quis potest eligi. argu. in l. cùm prætor. ff. de iudi. Sed tamen videmus, quod infamis non potest fungi munere iudicandi. l. 1. C. de infamibus. lib. 10. Et similiter excommunicatus, vt in c. ad probandum. extra de re iudi. Igitur ista exceptio nō est sufficiens. Solut. dicit gloss. quòd imò est sufficiens, sed debemus intelligere, quòd omnes cæteri admittuntur, & possunt eligi, dūmodò alias reperiantur idonei. l. vt gradatim. §. 1. ff. de mune. & ho. & hoc voluit dicere ista gloss. vsque ad versicu. hic consueuit, quæ benè sentit, licet non ita clarè & latè loquuta sit.

5 †Quæro subsequenter cum dicta gloss. vtrum pares curiæ possint cognoscere per viam reconuentionis, de causis non feudalibus. Et videtur quod non, quia iurisdictio eorum est limitata, & concessa de iure speciali, quæ nòn videtur prorogabilis, neque extensibilis.

Sed hoc non obstante, determinat ista gloss. contrarium, videlicet, vt reconuentus coram ipsis paribus, teneatur de omnibus causis ibidem se defendere, per regulam generalem. l. cùm Papinianus & Auten. & consequenter. C. de senten. vbi nō distinguitur. Igitur nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff. de publi. cum si. quæ ibi allegantur in gloss. ad quæ voluit ista gloss. te remittere, dum per tuam memoriam indagandum dimittit. Et per hoc habes totam gloss. expeditam vsque ad fi. quæ benè & notabiliter loquitur, & eam Communiter consequuntur omnes Doctores.

Intelligas tamen eam, & limita secundum regulas traditas à Doctoribus, in ista materia reconuentionis, videlicet, quòd dicta reconuentio fiat super eodem genere causarum, & non diuerso, vt si conueniatur ciuiliter, non reconueniatur criminaliter. l. 2. §. sed si agant. ff. de iudi. Item habet solum locum recōuentio in his, quę requirunt disceptationem iudicij, vt C. de testa. l. omnium. & in similibus, de quibus videas plenè per Cy. Bar. & Bal. in dicta l. cum Papæ, & Auten. & consequenter, & per Canonistas in c. 1. & 2. extra de mutuis peti. & in c. at si Cleri. extra de iudi. & in c. dispendia. §. reus. de rescrip. lib. 6. & de ordi. cogni in c. fin. & 3. quæst. 8. cuius in agendo. & in Spe. de conuen. & recōuen. Et circa quæstionem huius gloss. vide Bal. in dicto c. penult. infrà de prohib. feu. alie. per Fede. An autem coram arbitro possit fieri reconuentio? dic quod non, nisi aliter ex forma compromissi colligatur, vt in c. dilectus. cum ibi not. extra de arbitris. Quid autem si Clericus Vasallus cōueniat laicum occasione feudi coram paribus, an laicus poterit reconuenire Clericum ciuiliter coram illis, dato quòd sint laici. Et dicit Bald. quod sic, ex natura conuentionis, per ea, quæ dicta sunt. & confirmo hoc per gloss. notabilem, quę hoc tenet in d. c. at si Clerici. licet ipse non alleget.

Qualiter verò Clericus ratione feudi sit sub iurisdictione domini laici, dixi in c. Clericus. infr. si de feu. fue. contro. & inf. de contro. feu. inter Vasal. & Epi. in c. 1.

6 †Quæro ab extra, si Vasallus non vult eligere, postquam dominus elegit, an electi per dominum poterunt cognoscere & diffinire? dic quod sic secundum Andre. de Isern. ne prouisio istius capituli videatur inutilis, quia semper subterfugeret. ar. ff. de arbitris. l. si quis rem. & ff. de eo, quod certo loco l. 1. Facit quod habetur in c. 1. inf. de mili. Vasal. qui contu. est. & quod not. in d. §. penul. infr. de prohi. feud. alie. per Fede. vbi glo. hoc firmat.

Quæro, an vnus ex istis iudicibus poterit committere citationem sine alio, & videtur quod sic, per no. glo. in l. Pomponius, si vni. ff. de re iudi. & dic vt ibi. An autem vnus possit finire id, quod alter incœpit? dic per Bald. in l. 1. ff. de officio consulis.

7 †Quæro si isti pares sunt discordes, an sufficiat, quod fiat à maiori parte? Et glo. videtur tenere, quod sic. in l. nil aliud. in §. refertur. ff. de regulis iuris, de quo tamen dic per Bald. in l. fin. C. de auto. præstan. & per Doct. in l. quod maior. ff. ad municipales. & per Innoc. de maio. & obe. humilis. Qualiter autem capiatur maior pars, dic, vt tangitur per glossam & Doct. in d. l. Pompo. & de tuto. & cu. da. ab his. in l. vbi. Et de his & similibus quæstionibus vide per Bar. in l. hæredes mei. in §. peto. ff. ad Trebell. & plenè per Bald. in d. l. 1. de offic. consul.

Vltimò ad materiam præsentem adducas plura alia, quæ scripsi in dicto §. penultimo. infr. de prohib. feud. alie. per Federic.

Ad materiam verò iurisdictionis cau-

ſarum feudalium, dic vt plenè ſcripſi in c. 1. ſupr. apud quem vel quos, &c. & ſuprà titulo proximo. §. finali. & in copioſis remiſsionibus ibi adductis.

DE EO QVI SIBI HAEREDIBVSQVE SVIS MAſculis & fœminis.

RVBRICA.

OLim nulla erat hîc rubrica, ſed comprehendebatur iſte titul. cum quatuor ſuperioribus, ſub titu. ſupr. de fra. de nouo benef. inueſti. Verùm iſtæ rubricæ fuerunt poſtea additæ à Gloſſatoribus ſuperuenientibus, vt ibi latè dixi ſuper rubrica. & hoc eſt, quod voluit dicere gloſſella hîc poſita, dum dixit, aliàs non erat hîc titulus, ſed capitulum tantùm. Vnde non mirandum, ſi iſta rubrica commodè continuari non poteſt ad titulum proximum ſuperiorem. Veruntamen continuanda eſt hoc ordine: Nam poſtquam ſuprà in præcedentibus titulis declarauit plures caſus dubitabiles, in quibus erant variȩ opiniones Sapientum, tam circa ſucceſsiones feudorum, ex natura inueſtiturarum, vt patet ſuprà in titul. 4. & in titu. 3. quàm circa iuriſdictiones prȩdictarũ & aliarum cauſarum feudalium, ex natura ipſarum inueſtiturarum, vt patet ſuprà titu. 2. in prin. circa quas iuriſdictiones, vt materiam plenam & perfectam nobis traderet, ſubiecit titulum proximum ſuperioris. Sed cùm adhuc ſupereſſent alij caſus multùm dubitabiles, in quibus reperiantur variæ opiniones Sapientum circa prædictam materiam ſucceſsionis feudorum, attenta natura & forma inueſtiturarum. Ideò ſuppoſitus eſt hîc iſte titulus, in quo prædicti caſus dubitabiles notabiliter declarantur & determinantur.

a *Et capitur p &. Adde c. extirpãte. de præben. c. vl. de conſue. & ibi Ioan. An. c. decet. de im mu. Eccl. lib. 6. glo. in c. Cumana, de ele. Car. Zaba. in c. tua. in 2. oppo. de ſi. præſbyte. idẽ Cardin. in c. mandato in 6. oppo. de procu.*

SVMMARIA.

1 *Vaſallus ſi pro ſe & hæredibus ſuis inueſtiatur, quando ſuccedat fœmina.*
2 *Iuriſdictio feudalis penes dominum exiſtens, ad fœminas non tranſmittitur.*
3 *Mulieres ad feudi ſucceſsionem poſſunt fieri habiles.*
4 *Maſculus excludens germanam ſuperuiuentem excludet amitam.*
5 *Nepos an materteram excludat.*
6 *Filij fratris pro quibus receptum eſt feudũ, an excludant filios proprios.*
Inueſtitura facta, quòd deficientibus maſculis feudum perueniat ad vnam fœminam, ſed poſtea extantibus pluribus fœminis an ſuccedat primogenita: an verò dominus poſsit gratificari, cui voluerit.
7 *Feudum pro filijs acquiſitum, an pro naſciturus acquiri intelligatur.*
8 *Fœminæ quo ordine cum maſculis in emphiteoſi ſuccedant.*

QVI SIBI. Diuide totum capitulũ in duas partes principales, quoniam in prima parte tractat de ſucceſsione feudi, cùm ad ipſam ſucceſſionem concurrunt maſculus & fœmina, ex inueſtitura facta accipienti pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis & fœminis. In ſecunda tractat de fidelitate feudi, quam Vaſallus non debet facere fœminæ, donec extat maſculus. ſecunda ibi, nam & illud. Prima ſubdiuiditur in quatuor. Quoniam primò recitat caſum. Secundò allegat ad partes. Tertiò determinat. Quartò rationem deciſionis aſsignat. ſecunda ibi, de prædicto. tertia ibi, cumque. quarta ibi, non enim.

CASVS.

Si Vaſallus pro ſe & hæredibus ſuis maſculis, & his deficientibus pro fœminis inueſtituram accepit, non ſuccedit fœmina in feudo, donec ſupereſt maſculus, quinimò nec debet Vaſallus feudum ſuum recognoſcere à fœmina, extante aliquo maſculo ex domino, qui primam inueſtituram fecit. hoc dicit.

In textu ibi, vel dic, quòd iſta diſiunctiua reſoluitur in coniunctiuam, & capitur pro & [a] poſtquam eſt poſita inter perſonas honoratas, vt in l. cùm quidam. C. de verborum ſignifi. Ibi, per beneficium, id eſt, per feudum, vt infr. in quibus cauſis feud. amit. in §. 1. Ibi, inueſtituram, quid autem ſit inueſtitura habes ſuprà in titul. quid ſit inueſtitura, in prin. Ibi, hæc, ſcilicet, filia ſupradicta. Ibi, marito, ſcilicet, ſuo. Ibi in dotem dedit, ſubaudi, quod facere potuit, vt dixi ſuprà in titu. 4. c. 1. vbi eſt ſimilis textus, de quo latè ſcripſi ſupr. qualiter olim feudum poteſt alienare. in §. donare. Ibi, & ex eo, ſcilicet, marito. Ibi, obijt, ſubaudi, & ambo ſucceſſerũt in feu. Ibi, quorum, ſcilicet, filiorum. Ibi, reliquit, ſubaudi, & mortuus eſt. Ibi, ei, ſcilicet, primo Vaſallo, vt ſequitur. Ibi, partem, ſcilicet, medietatem totius feudi. Ibi, ſapientes, de quibus iam eſt facta mentio, ſupr. ti. 3. & ſupr. conſti. Lotha. Imperatoris, &c. in c. vno. & ſic patet, quòd hæc materia feudalis continet in ſe ſcientiam, vt dixi ſupr. qui feu. dare poſſ. & in §. hoc quoq; Ibi, iudicatum ſcio, ſubaudi, ego Obertus de Horto, vt dixi ſupr. tit. 2. in princi. ſuper text.

text. Ibi, suum proprium feudum, subaudi, q, ab altero recognoscebat. Nam vnus Vasallus potest suum feudũ alteri infeudare, vt dixi, qualiter olim feu. pos. alie. in §.1. & plenè no. per glo. in c.1. in §. præterea. inf. de capi. Cora. Ibi, militi, id est, Vasallo, vt not. gloss. sup. de feud. sin. cul. non amitt. in c.1. Ibi, per beneficium dedic, scilicet, ipsum inuestiuit de dicto feudo. Ibi, quod miles, scilicet, prædictus Vasallus, inuestitus per fœminam, id est, à fœmina tanquam domina. Ibi, recognoscere, hoc est, dicere, vt non debeat ab ea renouationem inuestituræ petere, & sibi fidelitatem præstare. Ibi, ex eo, scilicet, domino. Ibi, alij dicunt, subaudi, & malè, qa eorum opinio fuit reprobata, vt supr. patet. Ibi, recognoscere, quidam non habent plus de text. & benè. Aliqui autem habent adhuc de tex. post istud verbum recognoscere talia verba, videlicet, cùm de paterno allodio esset acquisitum, alioquin verum esset, quod dicitur per fœminam non debere recognoscere, etc. Quæ verba Cõmuniter non habent. Intellectum tamen istorum verborum declarabo inferius in vltima oppositione.

1 †Not. ex prima parte, quod quando Vasallus inuestitur de feudo pro se & hæredibus suis masculis, cum pacto, vt deficientibus masculis, fœminæ admittantur, quod in successione talis feudi, donec extat masculus descendens à primo inuestito, siue descendat per lineam masculinam, siue fœmininã, nõ vocatur fœmina, quod est notatu dignum, & multotiens potest accidere de facto, secundum gloss. hîc positam in prin. Et est ratio, quia istud feudum à princ. est paternum, licet sit alteratum per pactum. Vnde non curamus, quo tramide feudũ descendat, sed attendimus primùm eius principium, & primam radicem & fundamentum, vt in c.1. supr. quib. mod. feud. consti. po. & infr. de benef. fœminæ. in c.1. Omnes enim isti posteri dicuntur descendere ex corpore primi acquirentis. Et hæc est mens huius literæ secundum Bal.

2 †Not. ex secunda parte, quòd iurisdictio feudalis, quæ est apud dominum infeudantem, non transit ad fœminas, etiam descendentes à dicto domino inuestiente, donec extat masculus descendens ab eodem. Et ex his colligit hîc prædicta gloss. post sui prin. quod contentio fœminarum est in multis deterior, quàm masculorum, de quo plenè not. per gloss. in l. in multis. ff. de sta. ho. & in l. 2. ff. de regulis iuris. & dixi supr. qui feudum dare poss. in §. hoc autem.

3 †Not. quod licet mulieres & earum descendentes non sint habiles ad successionem feudi, tamen ex speciali prouidentia inuestituræ possunt fieri habiles & capaces, vt patet hîc & supr. de successione feudi. in §. filia. & in dicto §. hoc autem. Et ex hoc colligit glo. prædicta in fi. sui, quod ex qualitate & differentia rerum licitum deprehenditur, quod aliàs non liceret, de quo se remisit ad not. in c.1. supr. de feudo Marchiæ, & ibi dixi.

Oppo. cum prædicta gloss. in versi. sed mirum, &c. quòd ista derminatio, quæ fit in isto text. non sit bona. Quoniam istud feudum iam habuit effectum suum in personam fœminæ. Ergò semper fœminæ debent admitti ad successionem dicti feudi, vt probatur supr. Episc. vel Abba. in c.1. in §. quin etiam. licet glo. non alleget, cuius contrarium tamen hîc dicitur, videlicet, quia Germanus consanguineus excludit germanam suam, quod est valdè mirandum, secundum quæ hoc voluit vsque ad versic. nunquid, &c. Sed tu aduerte, quoniam ista gloss. appellat Germanos natos ex fratribus, qui tamen propriè secundum terminos iuris appellantur consobrini seu patrueles, vt instit. de gradi. in §. quarto. vnde dic secundum Bald. & Pet. de Cer. quòd gloss. nostra habuit respectum communem & vulgarem vsum loquendi. Sed quia non soluit aliter istud contrarium. Ideò tu soluas, quare in casu nostro hoc operantur verba, & pactum adiectum in inuestitura, videlicet, vt tunc demum masculis deficientibus admitterentur fœminæ, &c. vnde filia primi acquirentis admissa est, quia non habuit obstaculum aliquod, ipsam impediens, cùm non staret aliquis masculus. Nunc verò istæ neptes suæ descendentes ex vno filio, reperiunt obstaculum, scilicet, nepotem masculum natum ex altero filio, qui eas excludit, attenta forma verborum inuestituræ. Nec refert, quanquam istud feudum fecerit iam transitum per tres successiones descendentium, quia semper intelliguntur esse de hæredibus primi Vasalli acquirentis, vt in l. fin. C. de hæred. institu. Et sic verba inuestituræ verificantur, non solùm in primis hæredibus, verùm in omnibus sequentibus successionibus secundum And. de Isern. Vtrum autem in cæteris rebus successores medij mutent quali-

tatem rei, vide in l. in quibus. C. de secundis nupt. & C. de dona. in l. si auia. & ff. de publicanis. in l. licitatio. in §. mercatores.

4 †Quæro cum prædicta glossa, an sicut iste masculus, qui excludit suam germanam consanguineam, vt suprà dictum est, ita etiam excludat suam amitam superuiuentem, vt in hoc exemplo: si filia primi acquirentis mortua est, relicta vna filia, & relicto nepote ex filio præmortuo, an iste nepos excludat dictam amitam suam? Et dicit ista, quod sic, quia subest eadem ratio, videlicet, quia nõ debet esse locus fœminæ, quando masculus superest, vt hîc. Item & alia ratione, quia pater huius nepotis exclusisset ipsam. Ergò & iste, qui debet esse eiusdem iuris & potestatis, ꝓut fuit pater suus, cuius est hæres. l. hæredem. ff. de reg. iuris. Aliàs fieret contra d. regulam. Et hoc est, quod voluit dicere ista gl. quæ bene loquitur, cum ipsa amita reperiat obstaculum eam impediens, vt suprà dictum est. Sed tu extra gloss. immediatè dubitabis, quid in materia, an iste nepos eam excludat.

EXEMPLI CAVSA.

Pone, quòd fuerunt duæ filiæ, quæ ambo successerunt in dicto feudo, iuxta formam prædictæ inuestituræ, qa nullus masculus eas impediuit. Sed postea vna moritur, relicto vno filio masculo, qui est nepos alterius superuiuentis, & ista superuiuens est matertera dicti nepotis. Quæritur modò, an iste nepos excludat dictam materteram suam? & plures Doct. dicunt, ꝙ ista gloss. determinat, quod sic, quod non videtur mihi verum, quoniam ista glo. expressè loquitur in amita, vt in exemplo, quod suprà posui: non autem facit mentionem de matertera. Veruntamen quantum ad hanc quæstionem de matertera, dominus Andr. de Iser. tenet, quod dictus nepos excludat dictam suam materteram, dicens: quòd quanquam ipsa semel sit facta hæres in dicto feudo: tamen debet desinere per superuenientem masculũ, quoniam erat conditionaliter hæres, si masculus non nasceretur, aliàs non desineret. ar. insti. de fideicom. hæredib. in §. restituta. Ista namque incertitudo, vtrum esset masculus nasciturus vel non, habetur pro cõditione, vt ff. de conditi. & demon. l. dies incertus. Hoc enim operatur pactum, & prouidentia inuestituræ, vnde conditione existente, videlicet, per natiuitatem huius nepotis masculi, videtur nunquã fuisse illius materteræ, quæ conditionaliter habebat, vt ff. de periculo & commo. rei vendi. l. quod si pendente. & ff. si cer. peta. l. proinde. Et pro hac opinione facit suprà Episc. vel Abba. in capitulo primo. §. quoniam etiam. Item facit ratio, quia res deuenit ad eum casum, à quo incipere non posset. ff. ad l. Aquil. l. quia fortificatur per l. vtrum. ff. de assig. lib. coniuncto. §. datur insti. de assig. lib.

Sed his non obstantibus, Communis sententia est in contrarium, quam sequitur Iacobus de Belui. Nicolaus de Neap. & Bald. hac ratione, videlicet, quia ipsa matertera iam successerat à principio, sine obstaculo. Vnde nunc per superuenientem masculum, non fit quæstio per ipsam de feudo acquirendo, sed de acquisito retinendo & conseruando, & ideò retinebit partem suam, quam à principio acquisiuit, vt ff. de reg. iuris. l. id quod nostrum. Facit pro hac parte. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. & suprà an maritus succe. vxo. in capitulo primo. & infrà de natura success. feud. in princip. & de benef. fe. in capitulo primo. Et hanc partem puto veram, pro qua adduco text. nostrum in princip. vbi filia primi acquirentis, quæ successit in dicto feudo, nõ excluditur à dicto feudo iam acquisito, per superueniẽtiam suorum filiorum masculorum. Vnde ergò debet intelligi textus noster, quando in acquisitione feudi iam supererat masculus impediens, vt probatur in vers. non enim, &c.

Ex quibus omnibus concludo, dictam materteram non esse repellendam per dictum nepotem suum. Et pro hac parte suadet etiam æqtas, vt maneat apud eam, postquam semel fecit ad eam transitum, per ea, quæ dicta sunt. Et quia natura dominorum acquisitorum est, quòd sint perpetua. l. siue possidetis. C. de proba.

Oppo. ab extra de c. 1. infrà titu. proximo sequen. vbi expressè patet, quod si in inuestitura sint adiecta huiusmodi verba, videlicet, quòd deficientibus masculis admittãtur fœminæ, quòd nihilominus fœmina excludit masculum sibi obstantem. Solutio: Ibi fuerunt à principio duo simul inuestiti cum dicta conditione. Vnusquisque videtur prospexisse sibi, & hæredibus suis masculis & fœminis. Quo casu, donec extat aliquis de descendentibus vnius, siue sit masculus, siue fœmina, non admittatur alter, vt ibi. Sed hîc vnus solus fuit inuestitus. Quo casu, videtur prospexisse,

quod

quod omnes sui descendentes masculi impediant fœminas, vt suprà dictũ est. Quid autem iuris sit, si inuestitura sit facta simpliciter & copulatiuè, videlicet, vt descẽdentes masculi & fœminæ admittantur? dic vt dixi in dicto §. quinetiam. supra Epi. vel Abba.

Oppo. quòd imò propter tale pactum appositum in inuestitura, debeat transire non solùm ad masculos & filias, sed etiam ad quoscunque extraneos hæredes. argu. ff. de verborum obligatione. l. stipulatio. in §. si quis ita. Solutio est duplex secundum Iacobum de Belui. Prima, quòd hîc sit speciale in feudo, secùs in alijs negotijs, vt ibi. Secundò dic, quòd regulariter cùm paciscens prouidetur hæredibus simpliciter, quod nunc transit ad omnes, vt ibi.

Fallit quando aliud est actum expressè vel tacitè, vt ff. de verborum significat. l. sciendum & hîc. & ff. ad Trebell. in l. ex facto. §. fin. & suprà de alienatione feudi. in §. & si Clientulus. Sed Bald. tenet primam, per ea, quæ dixit Cy. in l. liberti. C. de oper. liber.

Oppo. circa finem huius capituli, quòd imò huic filiæ fœminæ sit fidelitas facienda, quia facilius actus continuatur, quàm de nouo fiat. ff. locati. l. item quæritur. §. fina. & l. qui ad certum. Sed fœmina potest de nouo dare feudum, vt suprà, per quos fiat inuestitura. in §. fœminam. Ergò fortius continuare. Simile videmus in minore, qui de nouo non dat, sed continuat, vt patet in dicto titulo, per quos fiat inuestitura, in princip. Solutio: Ista filia non succedebat in iurisdictione dicti feudi, sed solùm masculi, quod patet, quia etiam habebant dominum in tali feudo, à quo & ipsi recognoscebant, quanquam de hoc suo ꝓprio feudo inuestitus fuisset iste miles, vt dixi super text.

Contrarium verò loquitur de re spectante ad ipsam fœminam, quo casu, benè posset infeudare, & inuestituram continuare, vt ibi, & supr. qui feudum dare poss. in princip. Quidam tamen timore huius contrarij voluerunt distinguere inter allodium & feudum. Quoniam allodium cùm sit liberum & franchum, & à nemine teneatur, sed est res propria, vt patet infrà: de pace iura. fir. in §. ad hæc. & tunc in isto allodio succedat ita fœmina, sicut masculus, vt supr. qui feudum dare possunt. in §. hoc autem. & in l. maximum vitium. C. de libe. præte. & per consequens ipsa posset infeudare, & fidelitatem recipere, vt in dicto §. fœminam. Feudum autem cùm non sit franchum, quia ab alio recognoscitur: & tunc in isto fœmina est exclusa, vt in dicto §. hoc autem. & suprà de successione feudi. in §. filia. Quapropter isto respectu quidam libri habent hîc in fine huius capituli illa verba textualia, quæ suprà scripsi super textum. Sed quia talis additio, licet sit in se vera: tamen quia Communiter non habetur, tene, quod suprà dixi, quod tamen in idem recidit, &c.

Quæro ab extra, nunquid isti hæredes, de quibus loquitur ista inuestitura tituli nostri acquirant feudum, propter pactum inuestituræ, an ex successione? Et respondeo secundum Iacobum de Belui. quod cùm sint hæredes primi acquirentis directo, vel per mediam personam: tunc ex pacto acquirunt, & propter hæreditatem defuncti, & non propter specialem successionem feudi, vt in Autentica. de non aliena. in §. emphiteosim. Et hoc etiam tenet Iacobus Aurelia. Sed quando feudum non descendit ex pacto: tunc acquirunt ex successione, vt suprà de successione feudi. Veruntamen pro intelligentia animaduertendum, quod filij Vasalli mortui non possunt repudiare hæreditatem, & retinere feudum, sed agnati sic, vt infrà titu. an agnatus vel filius, &c. Nunquid in casu nostro poterunt isti agnati repudiare hæreditatem, & feudum retinere? Et videretur primò dicendum quod sic, per l. si quis operas. ff. de oper. liber. Sed in contrarium facit, quia dominus videtur voluisse prouidere hæredibus non autem repudiantibus, quod potuit facere, vt ff. de exceptione. in l. 1. & de verborum obligatione. l. continuus. in §. final. & infrà in quibus causis feudum amitt. in fina. Veruntamen in hoc passu idem Iacobus de Belui. concludit, & determinat, quod aut simpliciter conceditur res ad rectum feudum, &c. procedat dictus titulus, an agnatus vel filius, &c. Aut conceditur res in feudum Vasallo, paciscendi sibi & hæredibus suis, prout fuit in casu nostro, & tunc acquiritur, nisi hæredibus, vt hîc, quia in stipulatione, vel pacto, non intelligitur persona, nisi expressa, vel de qua sit cogitatum, vt ff. de verborum obligatio. l. quicquid. & in l. si ita. §. Grisogonus. Hoc idem tenet Andreas de Iser. in titu. prædicto, an agnatus, dicens: ꝙ quando dominus cõcedit Titio & hæ-

& hæredibus: tunc est feudum hæreditarium, quod venit in petitione hæredita. l. item videndum. §. fi. ff. de peti. hære. Vnde in hæreditario feudo nõ succedit, nisi qui est hæres. Ipse autẽ hæres tenetur ad onera, nisi faciat inuentarium in l. fina. C. de iure de libe. De qua materia dixi plenè in dicto titulo, an agnatus vel filius repu. hæredi. vbi videas.

6 †Quæro quid si habeo filios, & recepi feudum pro me & filijs fratris mei. Vtrum filij mei eos excludant? & Bald. in l. cùm acutissimi. in fi. C. de fidei. dic, quod aut est facta mentio mortis, vt quia dixi, recipio pro me, & post mortem meam pro filijs fratris mei: & tunc filij mei præferuntur. ff. de pact. l. tale pactum. §. fi. Aut non est facta mentio mortis: & tunc statim quæsita est dimidia filijs fratris mei, per no. in dicta l. cùm acutissimi. & ff. de vsufruct. accrescen. l. si quis Titio. Subiungit tamen idem Bal. quod etiam in primo casu posset dici, quòd non excludantur à dimidia, quia hæc stipulatio concernit eos, tanquam consortes, per c. 1. an agnatus vel filius, &c. Et quia hoc videtur esse de mẽte domini inuestientis. argu. in l. conditionis incertum C. de pact. Et extendit prædicta etiam ad emphiteosim, vbi videas.

Emphiteosim pro se suisq; filijs. Adde simpliciter, an cõprehenduntur filiæ. vide no. in l. fi. ff. de condi. et demon. Bart. in l. iurisiurãdi. in §. si liber. ff. de ope. liber. Pet. de Anc. in l. sed si hac. in §. liberos; de in ius voc. Ioã. de Imol. in c. potuit. in fin. de loca. Barb. cons. 50. inci. clementissimum Deum. ver. interdicamus. in 4. volu.

Quæro quid si inuestitura est actum, quòd deficientibus masculis feudum vadat ad vnam fœminam, & postea extant plures fœminæ, an succedat primogenita, an poterit dominus gratificari, cui voluerit? Et Bald. qui hanc quæstionem format, sup. de his qui feudum dare poss. in §. hoc autem. Respondet duobus modis. Et primò, quòd si dicta primogenita est hæres, quod tunc ipsa debet admitti. Aliàs debet dirimi sorte. l. 2. C. quando & qui. quar. pars debe. Secundò dicit ipse, quòd domini sit electio, quam velit, per text. in §. & quia suprà, qui feudum dare possunt. Et hanc opinionem dicit esse valdè æquã. argu. ff. de statu. homi. l. Aretusa. & per no. C. de Episco. & Cle. in l. id quod pauperibus.

7 †Quæro quid si aliquis acquirit feudũ pro se & filijs suis, an intelligatur de natis & nascituris? dic quod sic. Et est ratio, q̃a dicti filij habent iure suo. argu. ff. de verb. oblig. l. stipulatio. in §. si quis ita. & infrà, quæ fuit prima causa benef. amit. in §. denique. & ff. de vsufruct. l. fin. & infr. si de feu. fue. cõtro. in c. si Vasall. & est de mente Bal. in l. 1. C. de liber. & eorũ lib. Sed an isto casu, viuente patre, habeant ipsi filij ius in re feudali? Et dic quod non. Et est ratio, quia copula cadens inter ea, quæ habent inter se ordinem temporis & rationis, intelligitur secundũ debitũ ordinem temporis & rationis. Non autem simpliciter. argu. ff. de libe. & posthu. in l. Gallus. §. 1. Item, quia si pater stipulatur operas sibi & filio, nihil debetur filio, patre viuente, vt ff. de ope. liber. l. iurisiurandi. §. si liberi. & l. nihil. & tenet Bal. in l. liberti. C. de operis libertorum, vbi dicit, etiam hoc esse seruandum in emphiteosi per prædicta. Et circa prædicta vide, quod dixi infr. de alie. feud. pater. in c. 1.

8 †Quæro iuxta prædicta, quid si aliquis recipiat emphiteosim, pro se suisq; filijs a legitimis, masculis & fœminis, an debeant admitti pariter prędicti masculi & fœminæ, an primò masculi, secundò his deficientibus, fœminæ? Et dicit Bal. in prædicta l. liberti, quòd masculi & fœminæ pariter sortiantur, & admittantur in d. iure emphiteotico. Sicut dicimus in locatiõe. ff. de pact. l. tres fratres. Nisi statutum aliter disponere secundum Barto. quia tunc verba contractus debere intelligi secundũ ordinem iuris municipalis. argu. eorũ, quę no. Cy. in l. fi. §. in cõputatione. C. de iure delib. Quod admittit Bal. quando statutum disponeret specialiter de forma succedẽdi in emphiteosi. Sed si statutum disponeret solùm de vniuersali successione: tunc distinguit, q̃ aut emphiteosis transit cum vniuersitate, & idem aut est propria dispositio per se stans, & diuersa à iure hæreditario: & tunc statutum nihil loquitur de hoc. arg. ff. de verbo. sign. l. verba gesserunt. Et de hac quæstione & similibus vide latius per eundem Bal. in d. l. liberti. & quod dixi in c. 1. supr. quibus modis feu. consti.

Vltimò ad materiam huius capituli, circa primam partem, vide quod dixi sup. Epis. vel Abb. in §. quin etiam, & de succe. feud. in §. filia. & supr. qui feudum da. pos. in §. hoc autem. & quod tangitur inf. titu. sequen. & supr. de inuesti. qua Titius accrescit à Sempronio. in c. 1. & quod dixi infr. de capi. qui curi. vendi. in c. 4. & in remissionibus ibi adductis, & in dicto tit. an agnatus vel filius, &c. & quod dixit Bald. in l. fin. & in Auten. cessante. C. de suis & legib. hæredi. & in dicta l. liberti. C. de op. liber. vbi plura dicit ad propositum nostrum, etiã circa emphiteosim. & quod tangitur supr. de feud. alie. in §. & in Cliẽtulus. & p DD. in l. ex facto. in fi. ff. ad Trebel.

Trebel. De materia autem ad secundam, vide quo dixi in d. §. fœminam. supr. per quos fiat inuestitura. & in remißionibus, quas ibi adduxi. & per Bar. in l. 2. ff. de reg. iur.

DE DVOBVS FRATRIBVS A' CAPITANEO inuestitis.

RVBRICA.

Rvbrica ista fuit addita hîc à Glossatoribus, quia olim nulla erat hic rubrica, prout dixi suprà in titul. de fra. de no. be. inuesti. super rubrica, vbi videas. Et per hoc intelligis glossellam hic positam, quæ dixit, aliàs non erat hic aliquis titulus, sed capitulum. Et continua hanc rubricam cum proximo præcedenti titul. prout ibi dixi, ibi secunda oppositione, videlicet, quia ibi declaratum est, quando vnus solus accipit inuestituram pro se, & hæredibus suis masculis, & his deficientibus pro fœminis. Quo casu, nunquam extat locus fœminæ, donec superest aliquis masculus, ex quo, qui primò fuit inuestitus, etiam si descendat per lineam fœmininam. Nunc verò in isto titulo declarat, quid iuris est, si duo fratres simul capiant dictam inuestituram. Quo casu, quilibet ipsorum videtur prospexisse etiam fœminis, antequam vocetur alter frater, vel descendentes ex eo. Et hæc est intentio huius tituli.

SVMMARIA.

1 *Pater futuris descendentibus prouidere potest.*

2 *Ius accrescendi in feudo locum habet.*

DVO FRATRES. Diuiditur in duas partes principales. Nam in prima vertebatur q̃stio inter Vasallos. In secunda inter Vasallum & dominum. secunda ibi, si tamen. Prima pars subdiuiditur in tres: Quoniam in prima ponitur thema & quæstio. In secunda, responsio. In tertia rationem aßignat. secunda ibi, respondet. tertia ibi, vnusquisq;.

CASVS.

In feudo dato duobus fratribus simul cum hoc pacto, vt haberent, quàm diu viuerent ipsi, vel eorum hæredes masculi, & his deficientibus fœminæ. Non succedit alter alteri, donec defuncto superest descendens, etiam fœmina alia, sic excluso domino, hoc dicit.

In textu ibi, de nouo beneficio, id est, feudo, & hoc ideò dicit, quoniam istud feudum habuit principium ab istis. & non ab eorum parente, quia tunc non appellaretur nouum, sed paternum, vt suprà de gradi. in §. his verò. Ibi, Capitaneo, quis sit Capitaneus dixi supr. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio, in princ. Et intelligas, quòd hîc non importat aliquod ministerium iuris, siue sit Capitaneus, siue nõ. Quia idem esset dicendum de omnibus, qui possunt infeudare, de quibus supr. qui feudum dare possunt. Sed ideò ponit in Capitaneo, quia sic accidit de facto, secundum And. de Iser. Ibi, simul, subaudi, siue in vna inuestitura, siue in diuersis, vt suprà de success. feu. in fin. & dixi supr. de fra. de no. bene. inuesti. in c. 1. Ibi, tenore, id est, pacto. Ibi, ipsi, scilicet, prædicti fratres inuestiti. Et per istud verbum colligitur ratio determinationis, quæ ponitur in fine huius capituli, videlicet, quando alter ex fratribus morit, sine aliquo descendente, quòd alter frater superstes excludit dominum, quoniam ex tenore ipsius inuestituræ non debet admitti dominus, nisi vterq; moriatur, vt hîc colligitur. Ibi, eorum hæredes, per ista verba, quę sunt posita in inuestitura, determinatur præsens casus, quia quilibet ipsorum voluit prouidere descendentibus suis masculis & fœminis, vt potius admitterentur ad suam portionẽ, quam alter frater supstes. & sic donec extat aliqs de descendentibus mortui, etiam si sit fœmina, nõ admittitur frater. Ibi, portio, scilicet, medietas, quoniam fuerunt duo inuestiti. Ibi, vnusquisq;, scilicet, dictorum fratrum. Ibi, sibi, subaudi, & ideò si vnus ipsorum fratrum moriatur sine descendentibus, admittitur alter frater superstes, excluso domino, vt statim dicet in fine. Ibi, hæredibus, scilicet, masculis & fœminis, propter verba inuestituræ, quæ ita disponunt, vt donec extat aliquis de descendentibus alterius fratris mortui, etiam si esset fœmina, non admittatur alter frater superstes. Aliàs autem hoc verbum, hæredes, simpliciter prolatum non extenderetur in ista materia ad fœminas, sed solùm ad filios masculos, vt suprà de alienatione feudi. in §. & si Clientulus. & infrà de lege Corad. in fine. Ibi, filiam reliquit, non intelligas, quòd in isto casu reliquerit filiam, cùm decesserit sine hærede, vt sequitur. Aliàs esset oppositum in obiecto contra l. seruo manumisso, cùm ibi not. ff. de condi. inde. sed ideò recapi-

recapitulauit, qui filiã reliquit, vt ostenderet, de quo fratre loqueretur. Ibi, sine hærede, scilicet, masculo vel fœmina. Ibi, tenorem inuestituræ, id est, pactum in inuestitura.

Not. q, in inuestituris celebrandus super feudo nouo, possunt apponi pacta exorbitantia à communi natura feudorum, vt hîc & suprà, quid sit inuesti. in §. penul. & fin. & infrà de feud. non habente propriam naturam feudi in c. 1.

1 † Not. textum singularem secundum Bald. ibi vnusquisque enim, &c. quod quis potest prouidere descendentibus suis futuris, etiam si à principio non sperabat de liberis. Et hoc etiam sensit glossa hîc posita in sui principio, dum allegauit. l. si pactum. ff. de probatio. Facit ad prædicta, quod habuisti suprà titu. proximo, & supra Episco. vel Abbat. in §. quinetiam. & in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Vtrum autem Vasallus posset à principio prouidere, ne filij nascituri succedant in feudo, vide infrà, si de feu. fue. controuer. in c. filij. & infrà de filijs nat. ex ma. ad morga. contracto in c. 1.

a *Ius accrescẽdi habet locũ in feudo. Adde Bald. in l. si qua. C. ad Ter. Bald. in l. 1. C. quando non pen. par. Bal. in l. 1. C. de ead. tol. Pau. de Cast. cons. 158. inci. in feudo nouo. Alexã. de Imo. consi. 13. inc. perspectis his. in vltim. col. in 5. volu. idẽ Alex. consi. 17. inci. põderatis his. in eodem 5. volu.*

2 † Not. ex fine huius capituli argumentum secundum Iacobum de Belui. & Bal. quod ius accrescendi habet locũ in [a] feudo, etiam post ius acquisitum, ad quod facit. l. verum. ff. de assigna. libe. Sed tamen tu dic, quòd iste textus modicum facit, quia hîc defertur portio feudi, propter pactum appositum in inuestitura: non autem propter ius accrescendi, & probatur suprà de benef. frat. in c. 1. & est etiam de mente glossæ hîc positæ in fine sui, & tenet Nico. de Neapo. Vtrum autem in feudo habeat locum ius accrescendi, dixi plenè suprà qui feudum dare poss. in §. 1. & in vltima quæstione. & tetigi suprà de fra. de no. be. inuesti. in c. 1. in 1. notabili.

Opp. cum glo. in vers. quod autem, &c. cõtra finem huius capituli, quòd imò dominus excludat fratrem, vt probatur supr. de fra. de no. be. inuesti. in c. licet glos. ista non alleget, cuius contrarium hîc dicitur. Solutio: Hoc statuitur in casu nostro propter pactum appositũ in inuestitura, aliàs si non esset tale pactum: tunc procederet contrarium, & circa hoc ter emisit gloss. ad notata ibi per gloss. in fi. vbi etiam hoc declaraui in pen. contrario, de quo etiam dixi supr. tit. præcedenti.

Oppo. ab extra contra primam decisionem hîc positam, videlicet, quòd imò frater excludat filiam, quoniam ordo inuestituræ debet attendi. l. Lucius, cùm ibi no. ff. de hære. insti. Nam primò prouisum est ipsis fratribus. Secundò hæredibus masculis. Tertiò fœminis, vnde quamdiu durat vnus ex fratribus, non debet filia admitti. vt ff. ad Trebell. l. hæredes. §. peto. & ff. de leg. 1. l. cùm pater. §. à te. Solut. Dic, quòd ideò istum cõtingit in casu nostro, quia ista pluritas conuertitur in duas singularitates, & perinde est, ac si quilibet de per se dixisset, quamdiu viuet iste, vel ille, vel hæres istius vel illius. vt ff. de codi. & de l. falsa. §. fin. ff. ad Trebell. l. Lucio. §. Gaio. de lega. 2. l. qui concubinam. §. si sciens. & C. de Epi. audi. l. & si legibus. & not. insti. de iure personarum. in princi. Et est ratio, quia videtur habere maiorem affectionem ad filiam, quàm ad fratrem. l. cùm acutissimi. in fin. C. de fideicommiss. Vltimò ad materiam præsentem, vide alia plura, quæ dixi supr. in titulo proximo, & in remissionibus ibi adductis, vt supr. de fra. de no. be. inuest. in dicto capitulo primo, & in remissionibus ibi descriptis. & quod not. per gloss. in c. 1. supr. quib. mo. feud. consti. po. & ibi dixi. & vide in l. 1. C. si socius Imperialis liberalita. lib. 10. & in c. extraordinarijs. in §. si duo fratres.

AN REMOVENDI SINT TESTES, QVI pares esse desierunt.

RVBRICA.

Olim nulla erat hoc loco rubrica, sed solum capitulum comprehensum cum superioribus sub rubrica suprà de fra. de no. be. inuesti. Sed postea causa commodioris intelligentiæ, fuit addita à Glossatoribus, vt ibi dixi super rubrica. Et hoc est, quod voluit dicere glossella hîc posita. Et continuatur ad proxima, hoc modo: Quoniam suprà in duobus titulis præcedentibus declarauit, & determinauit aliquos casus, quando super tenore inuestituræ nulla fiebat dubitatio. Nunc verò declarare intendit, an & qualiter pbari possit tenor dictæ inuestituræ, quando super ipsa inuestitura oriretur dubitatio, & esset opus dictam inuestituram probare per pares curiæ. Et ideò supposita fuit hîc ista rubrica, an remouendi sint testes.

SVMMARIA.

1 *Testium ad testimonium adhibendorum conditio inspicienda.*

2 *Irritum non censetur, quod ab initio autoritate legitima consistitur.*

3 *Pana*

3 *Pœna non plectitur, à quo delictum non perpetratur.*

Legatum cognato suo factum, an valeat, si post mortem testatoris desinat esse cognatus.

EX FACTO. Diuiditur in duas partes, quoniã in prima ponitur quæstio cũ determinatione. In secunda excusationem assignat. secunda ibi, quid enim.

CASVS.

Si testes adhibiti tempore inuestituræ erant pares, non repelluntur postea à testimonio, licet desierint esse pares. hoc dicit. Et præmitte pro euidentia q̃d noua inuestitura feudi debet fieri coram paribus curiæ. Alias non valet, vt supra quid sit inuestitura, in princ. & infra qui testes sint necess. ad probandum nouam inuestituram, in c. 1. In text. ibi, ex facto quæsitum. Ideò sic dixit, quia quæstio ista accidit de facto, prout in simili dixit Iurisconsultus in l. ex facto. ff. de hære. insti. & ff. ad Trebel. in l. ex facto. & infra quali. do. proprie. priue. in c. 1. Ibi, scio, scilicet, ego Obertus de Horto, vt dixi supra de gradi. in §. fina. & infra qui testes sint neces. in c. 1. Ibi, fidelitatem, id est, Vasal. ideò sic appellatum, quia fidelitatem præstat domino, vt supra in titulo, quid præcedere debeat an inuestitura an fidelitas, cap. 1. & dixi de hoc plenè in præambulis libri in q. 7. Ibi, pares, id est, conuasalli qui ab eodem domino feudũ tenebant, supra si de inuestitura inter dominum & Vasallum lis oriatur, cap 1. post princip. Ibi, qualibet ex causa, scilicet, honesta, vt quia fortè refutauit feudum de consensu domini, vel ex aliqua culpa amisit illud, de quibus infra quæ fuit prima causa beneficium amittendi, in capitulo primo. dummodò non ex causa famosa quę irrogat infamiam. quia tunc non producerentur in iudicio tanquàm testes, vt ff. de Carbo. edicto. l. 3. §. lege Iulia. quando autem & qualiter infamis repellatur à testimonio. dic per Docto. in dictis locis. & plenè per Baldum in l. 1. C. de Summa trini. & fide Catho. & in Specu. de teste. § 1. ver. sed quid si dicitur, &c. & versi. item excipitur quod est infamis. & in versi. item opponitur quod est criminosus. & extra de testi. in c. testimonium. Ibi alij fortè fuerunt Consules Mediolanenses, de quibus in dicto titulo, qui testes sint neces. Ibi, mihi, scilicet, Oberto de Horto. Ibi, quibusdam, scilicet, Girardo Cagapisti, de quo in dicto titulo, & alijs sapientibus. vt colligitur infra si de feudo fuerit Vasal. interpel. & supra consti. Lothar. Imperatoris in capitulo primo. Ibi, quid enim peccauit. dic quod similis modus loquendo habetur in l. iubemus. in fine. C. de testa. & in concordantijs ibi allegatis in gloss.

1 †Not. quod inspicitur conditio testium eo tempore, quo adhibentur ad testimonium. licet conditio eorum mutata videatur tempore depositionis. Simile videmus in testamentis, vt ff. de testa. in l. ad testium. §. 1. & insti. de testa. in §. 1. Eodem modo dicendum, si à prin. tempore quo adhibetur, reputabatur testis communi opinione idoneus, vt in l. 1. C. de testa. Et est ratio quia communis error a facit ius. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. & hoc est quod voluit dicere glossa secunda hîc posita in sui principio vsq; ad versi. sed si quis, &c. de qua materia dic per Bartolum in l. 1. in §. si seruus. ff. de quæstionibus. & in Specu. de teste. in §. 1. versi. quid si testis erit testabilis. & quod plenè scripsit in repetitione, quam feci de dicta l. 1. C. de testa.

a Cõmunis error. Adde l. 3. in fin. ff. de Supel. lega. et per Cardi. Zaba. in c. nihil. in §. caterũ. in pe. col. de ele.

2 †Nota. quod non constituuntur irritum quod ab initio, & origine legitima authoritate cõfectum. Facit l. 3. cum ibi nota. C. ad mace. & in c. dudum. extra de ele.

3 †Not. ex hoc tex. in fi. quod qui non peccauit, non meretur pœnam. Facit l. absentem. ff. de pœnis.

Oppo. cum gloss. 1. de superfluitate huius titu. per titulum infra proximum, & per alium titulum supra de controuer. feud. apud pa. ter. quod patet. quia etiam in dictis titulis dicitur, quod si controuersia vertatur inter dominum & Vasallum super inuestitura, quod debet fieri probatio per pares curiæ. Solutio: ista gloss. videtur fateri contrarium, dicens: quod ex hoc erat olim hîc vna gloss. quæ dicebat quod istud capitulum vacat per istos titulos. Sed tu dic, quod immò non vacat, cùm hîc non determinetur vnus casus nouus valde dubitabilis, qui in dictis titulis non reperitur decisus, videlicet, quando dicti pares desierunt esse pares, vt hîc. Et ideò propter eius egregiam decisionem, meruit habere titulum separatũ. arg. l. si seruus. in §. inquit lex. ff. ad l. Aquiliam. Sicuti alibi videmus in

 pluri-

pluribus tit. C. de in integrum resti. minorum.

Quæro cum glo.2.in ver.sed si quis cognatis,&c. quia principium dictæ gl. expediui suprà in primo notabili. Quid si testator legauit Titio cognato suo decem, qui Titius tempore testamenti erat cognatus, sed postea tempore mortis testatoris desierat esse cognatus an debeatur sibi legatum, & respondet glo.quod sic per l. si cognatis. ff. de rebus dubijs. Et per hoc est expedita vsq; ad ver.quod autem, &c. quæ benè loquitur. & de hac quæstione & similibus, dic vt ibi plenè not. per glo. & Docto.

a De eo quod vidit in pupillari ætate. Adde Ioan. Andr.in addi. Spec.in ti. de teste. in §. 1.ver.sed nũquid si factus pubes. Ioã de Fan. in c. testes.3.q.9 & per domi. diffusè.in c.relatum.37. dist.

Op.cum dicta gloss. quod ratio assignata hîc in fi. huius capituli,non sit bona,dum dicitur, quod quis reputatur legitimus testis ad inuestituram, licet modo desierit esse de paribus. Et assignatur ratio, eò quia Vasallus qui inuestituram accepit, non peccauit in faciendo, quod testis desierit esse de paribus, &c. ergò à contrario sensu defertur, quod si Vasallus prædictus fuisset causa huius mali, & peccasset in hoc, vt ille testis esset remotus,vt nõ esset amplius de paribus,quod iste non esset legitimus testis. Sed contra hoc arguitur, quia regula est, quod quilibet testis admittatur & censeatur legitimus, nisi reperiatur expressè prohibitus, vt in l. 1. ff. de testibus. Sed non reperitur in iure quod per istum modũ inducatur prohibitio, Igitur &c. Sol. dixit gl. ista fatendo contrarium,quod ista ratio,huius literæ,non est minus sufficiens per prædictam rationem. Quoniam siue iste peccauit, siue non, in faciendo ipsum remouere, nihilominus ille remotus erit testis idoneus, per ea quæ dicta sunt. Et hoc voluit dicere ista glo.vsq; ad fi. cum qua simpliciter pertranseunt oẽs Docto. Sed tu dic quod ista litera non meretur reprehensionem. Neq; isti Sapientes qui dictam rationem assignauerunt, quoniam iudicio meo non habuerunt eam considerationem, quam dixit gloss. Sed tali consideratione moti sunt, videlicet, quia iste Vasallus à prin. adhibuit eos testes in inuestitura, qui tunc erant idonei & sufficientes, & in hoc nõ peccauit. Ratio quia fecit illud,quod fecisset quilibet diligens, postquam à prin. inuestituræ accepit eo modo,quo debuit, & cum solennitate debita. prout dicitur infrà qui test. sint necess. ad probandum nouam inuestituram, in c. 1. Nam non est culpandus, qui testem idoneum induxit, licet postea testis fiat non idoneus, vt ait Specu. in titul. de teste. in §. 1. ver. quid si post datum. qui ita intelligit & benè.

Quæro ab extra quid si à prin. tempore inuestituræ testes non erant pares, & sic non fuerunt idonei: postea autem tempore depositionis reperiuntur esse pares, an censeantur esse legitimi testes. Et dominus And. de Iser. tenet quod sic ad similitudinem serui, qui factus liber, potest deponere de eo, quod vidit in seruitute. Et similiter adultus potest perhibere testimoniũ de eo quod vidit in pupillari ætate,*a vt no. glo. in l. notionem. in §. istorum. ff. de verbo. signif. Sed cum reuerentia sui videtur quod nõ benè dicat, quoniam in casu nostro fuit de substantia & solennitate actus & inuestituræ, vt à principio essent pares, vt patet expressè, in textu dicti cap. 1. infrà qui testes sint neces. &c. ergò non sufficit nunc esse pares, postquam à princ. non habuit suam substantiam, & solennitatem à iure requisitam, argu. in l. si filius. ff. de verb. obliga. & ad hoc facit quod no. glo. in l. 3. §. lege Iuli. ff. de testi. & in d. §. instrumentorũ ad fi. & in Auten. de testi. in §. si verò quis dicat. & quod dixit Inno. in c. cùm causam. el. primo. extra de testib. & Bal. in l. seruos. in fi. C. de testibus.

Et prædicta intelligas vera, nisi à prin. fuisset habitus testis communi opinione pro tali, quia tunc benè censeretur legitimus, vt dixi in primo notabili. Et debet esse testis idoneus tam tempore depositionis ad actũ, quàm iuramenti, vt dixi in dicta l. 1. C. de test. & per Bal. infrà quot test. sunt neces. ad ꝓban. feu. ingra. in c. 1.

Vltimò ad materiam vide alia plura, quæ dixi in dicto c. 1. infrà qui testes sint neces. ad probandum nouam inuestituram, & in remissionibus ibi adductis. & quod plenè not. in c. 1. in princip. suprà quid sit inuestitura. & infrà de consuetud. recti feud. in §. quod autem dictum. & per Docto. in dicta l. 1. C. de testa. & ff. eo. titu. in l. ad testium. in §. 1. & in Spec. de testi. in versic. quid si erat testabilis.

An autem in alijs actibus inspiciatur id, quod erat tempore contractus, vel id q̃d postea accidit, dic in l. Rutilia Polla. ff. de contrahen. emptio. & quod dixi suprà de controuersia inuestituræ. in §. finali.

DE CONTROVERSIA INTER VASALLVM & Episcopum.

RVBRICA.

ISTA rubrica fuit addita à Glossatoribus, quoniam olim hîc nulla erat rubrica, sed comprehendebatur istud capitulum cum superioribus sub rubrica suprà de fra. de no. be. inuesti. vt ibi dixi super rubrica. Et hoc est quod voluit dicere glossella hîc posita. Et quod hoc sit verum, patet ex princip. capituli nostri, dum se continuat ad titul. quartum suprà eo. Sed tamen quia hodie iste tractatus est diuisus per rubricas speciales, vt videmus, ideò continuabimus istam rubricam ad proximam præcedentem hoc modo: Videlicet, quia ibi proximè determinauit vnũ casum satis dubitabilem, circa pares curiæ, an reputentur legitimi testes circa inuestituras, si desinant esse pares. Nunc verò prosequendo eandem materiam parium, determinat alium casum non minus dubitabilem, videlicet, an pares debeant esse iudices in cognoscendo controuersiam ortam, inter dominum dicentem, quem non esse Vasallum, & consequenter hoc esse discutiendum coram curia sua, & Vasallũ ex hoc dicentem, nõ habere pares, & cõsequenter hoc esse discutiendum coram iudice ordinario, & ideò interposita fuit hîc ista rubrica.

SVMMARIA.

1 *Inuestitura quotuplex.*

2 *Fidelitas est iusiurandum domino occasione feudi à Vasallo præstitum.*

3 *Episcopus de bonis ecclesiæ, quando possit infeudare.*

4 *Assertio actoris in iudicio facta, est sibi nociua.*

5 *Pares curiæ inter Vasallum agentem & dominum reum, iudices competentes.*

6 *Vasallus solum feudum super quo lis mouetur à domino recognoscens, lite pendente, fidelitatem non pollicebitur.*

7 *Vasallus ab episcopi successore inuestituram petes de feudo recto, qui tamen aliud habet feudum, an ad fidelitatem admitti debeat.*

Vasallus probans plenè suam intentionem in causa principali, an episcopus successor sit condemnandus huic Vasallo, ad istam annuam præstationem.

Dominus nolens coram paribus inuestire Vasallum, neq; eidem tradere possessionem, neq; recipere ad fidelitatem, sed volens in continenti probare contra ipsum Vasallum, dicendo hodie constat, hodie agatur, an sit audiendus?

EX EO QVOD. Istud capitulum est difficile satis in textualibus & nõ minus difficile in glossis suis, quæ confusè se explicant, neq; à Doctoribus declarantur. Faciam Deo duce omnia clara. Pro quorum intelligentia diuido totum capitulum in duas partes principales, Quoniam in prima parte Vasallus nõ habebat aliud feudum nisi illud, super quo vertebatur quæstio. In secunda sic, secunda ibi, sed si constiterit. Prima pars subdiuiditur in quinq;. Nam in prima exorditur. In secunda ponitur thema & quæstio. In tertia allegat pro Vasallo. In quarta allegat pro domino. In quinta determinat. secunda ibi, quæsitum est. tertia ibi, opponit. quarta ibi, domino. quinta ibi, sed laudatum.

CASVS.

Si inter Vasallum & dominum est contentio de inuestitura ab eius prædecessore facta, pares curiæ de illa cognoscunt siue sit quæstio de inuestitura, siue de fidelitate, siue de principali causa, qui pares ex eorum officio debent facere inuestire Vasallum, sed iuramentum fidelitatis non debet præstari, donec causa principalis erit expedita, nisi Vasallus haberet aliud feudum ab eodem domino, quo casu, etiam interim præstabit iuramentum fidelitatis. h. d.

1 † Præmitte pro euidentia quod alia est inuestitura verbalis & abusiua. Alia est propria & realis, prout declaraui suprà quid sit inuestitura, in principio, vbi videas.

2 † Item præmitte quod fidelitas nihil aliud est, nisi iusiurandum, quod præstat Vasallus domino occasione feudi, vt suprà quid præced. debe. an inuesti. an fin. in c. 1. Ex quibus scias, quod ordo inuestiturarum est talis, videlicet, vt primò fiat inuestitura verbalis, secundò præstetur fidelitas, tertiò fiat inuestitura realis & propria, quæ fit per traditionem corporalis possessionis, vt dixi de no. fi. for. in fi. & in dict. c. 1. quid sit inuestitura, in princ. Item scias, quod feudum rectum est illud, quod non datur ad certum seruitium & est perpetuum, nec potest reuocari. Et de isto loquitur iste textus, & suprà de controuersia inuestituræ. in §. item si Vasallus. Aliud est feudum non rectum, quod datur ratione alicuius officij vel meriti, & istud reuocari potest. & de isto loquitur titulus suprà de feud.

Guar. & Gastal. & de his latè declaraui suprà in præambulis libri in 12. diuisione feudorum. Item scias quod vbi Vasallus probat de inuestitura verbali dominus tenetur eum mittere in possessionē corporalem, vt suprà de controuers. inuesti. in prin. In tex. ibi scriptum est s. supr. in tit. 4. de contro. feu. apud pa. ter. Ibi, fortassis, subaudi, imò etiam sine forte. Ibi, Episcopo, dic idem si ab alio domino, qui non sit episcopus, sed ita accidit in facto iste casus in episcopo. Et hoc etiam sensit glo hîc posita in prin. Ibi de annua præstatione. Exemplifica, vt quia fortè 10. recipienda annuatim de camera vel cauena, vt supr. de feu. cogni. in c. fi. Vel exemplifica etiam in alijs quæ immobilium nomine continentur, sicut esset decima secundum Bald. quoniam adhæret immobilibus, vel in alijs de quibus in l. iubemus nulli. C. de sacrosanc. eccles. & dixi in d. c. fina.

Et intelligas dummodo ista sint data per inuestituram perpetuam, aliàs secus, vt supr. quis sit dux, co. vel mar. in fine.

Et similiter intelligas quod idem iuris esset in feudo cuiuslibet alterius rei, quia in hoc non est vis, vt sequitur. Ibi, successore eius. s. episcopi. Ibi, agat, subaudi, petendo inuestituram realem, vez. vt sibi dentur dicta decem ex eo, quòd prædecessor suus inuestiturat eum per feudum de dictis decem annuis sibi dandis. Verùm quia ille præcessor est mortuus, petit nunc ab ipso successore prædicta 10. & insuper petit etiam confirmationem inuestituræ, prout tenetur ab eo tanquam successore petere, vt euitet periculum negligentiæ, vt infrà, quæ fuit prima causa be. amit. in prin. & supr. quo tempo. miles. in c. 1. Ibi, & ille. s. episcopus successor. Ibi, neget. Non intelligas, quod per istam negationē fiat litis contestatio, cùm potius sit inducta ad impediendum processum. vt no. in l. elegantor in §. si quis. ff. de condi. inde. Ibi esse Vasal. subaudi, & per cōsequens negabat inuestiturā præcessoris mortui, vnde dicebat, q̄d nihil volebat dare. Ibi opponit enim. Ista est allegatio Vasalli dicentis, domine tu negas me Vasallū, igitur non habeo pares in curia tua. Nā tunc intelligor habere pares, quando confiteris me Vasallum, vnde debeo coram iudice ordinario tuo. s. archiepiscopo vel patriarcha, vel Papa litigare; non autem coram curia tua. Præterea debes me inuestire priusq̄ ab aliquo sim iudicandus, postq̄ ostendo iura, quæ iam acquisiui à præcessore tuo. Ibi, iudicari, quasi dicat à nemine iudicari debeo, vtrum proprietas ad me pertineat vel non, antequam habeam possessionem de eo, quòd sum inuestitus. Nam postea stabo iuri. Ibi domino respondente. Ista est allegatio domini episcopi dicentis, omnia ista debere terminari per suam curiam. Ibi, siue de inuestitura, scilicet, an fuerit facta, vel non. Ibi, siue de fidelitate, scilicet, an debeat iurare vel non. Ibi, siue de principali, scilicet, an tenuerit talis inuestitura vel non. Ibi, laudatum, id est, pronunciatum, vt dixi in c. 1. de feu. da. in vicem legis co. super tex. Ibi, præfatum modum, scilicet, qui habetur suprà in dicto titulo quarto, de controuers. feu. apud pa. ter. & hoc sensit etiam glossella 3. hîc posita. Ibi, eum, scilicet, Vasallum. Ibi, recto feudo, id est, de isto feudo, quod petebat, videlicet dicta 10. per annuam præstationem, & docebat esse feudum rectū obtentum à præcessore suo. Ibi, inuestiri faciant, id est, quia dominus episcopus per sententiam parium debet eum inuestire, etiam realiter, scilicet, inducendo ipsum in possessionem, postquam constat de inuestitura facta à præcessore, vt suprà de controuers. inuestituræ in principio. Ibi, deferatur, scilicet, ad instantiam & petitionem episcopi. Ibi, cognoscatur, scilicet, an valuerit inuestitura, vel non. Ibi, ex eo enim hoc est, scilicet, quia declarato, an valeat vel non valeat. Ibi, expeditæ quæstionis est, videlicet, quia si iudicabitur, quod inuestitura non valeat, tunc nec iuramentum fidelitatis præstabitur. Si verò iudicabitur, quod valeat, tunc iurabit fidelitatem. Ibi, sed si constiterit. Hîc incipit alium casum, quando Vasallus habebat aliud feudum à domino. Et hoc si habes in text. Sed verum, quia quidam nō habent, sed prout hîc dixit glossella quinta hîc posita, & tunc iste casus inciperet in ver. quod totum, &c. suprà proximè, vnde melius est habere, sed & ita in diuisione tenui. Ibi, tenere pro feudo, videlicet, quia iste est Vasallus ipsius Ecclesiæ episcopalis de alia re, quàm de qua nunc est quæstio. Ibi de suo recto feudo, scilicet, de quo vertebatur quæstio. licet Iac. de Bel. & sequaces intelligant de alio feudo, quod Vasallus sine controuersia tenet. Ibi, accipe. c. s. realem, de dicta annua præstatione, &

ne, & hoc per iudicium parium. Ibi, fidelitatem iurare, scilicet, de dicto feudo, de quo adhuc pendet quęstio. Neq; per hoc fiet præiudicium principali causæ: vt sequitur. Ibi principalem causam quæ est vtrum valuerit inuestitura, vel non. Ibi, accedere, scilicet, coram paribus, &c.

3 †Not. quod episcopi possunt infeudare de bonis suæ ecclesiæ. Quod intelligas verum, si consuetudo est infeudandi, & feudum sit apertum, aliàs autem secùs, vt supr. epis. vel abba. c. 1. in prin. De rebus autem suis proprijs non est dubiũ, ꝙ episcopus potest sicut laicus: vt infrà de clerico qui inuesti. facit in c. 1. De qua materia dic, vt latè vltra alios scripsi sup. qui feu. da. pos. in prin. in 3. quæstione: & quod no. suprà qui success. tene. in c. 1. & per Canonistas in c. 1. extra de feud.

4 †Not. ex isto tex. quod assertio actoris facta in iudicio, magis nocet sibi ad fundandã exceptionẽ rei, quàm assertio rei noceat ipsi reo, ad fundandam replicationem actoris. Quod patet, quia Vasallus actor dicebat se Vasallũ: dominus verò conuentus negabat ipsum Vasallũ. Vnde secundũ assertionẽ actoris, reputatur in hoc pro Vasallo, vt causa prædicta debeat corã parib. terminari. Quando tamẽ & qualiter tales assertiones prȩiudicent partibus, dic vt in l. cùm præcum. C. de libe. causa, & in c. 1. de confess. lib. 6. & in Spec. de positionibus. §. 8. ver. sed secundum præmissa.

5 †Not. quod pares curiæ, dato quod sint laici, sunt iudices competentes inter Vasallum laicum agentem, & dominum reum, etiã si sit clericus, quod est notatu dignũ & mirabile, quod clericus possit trahi coram iudice laico, quod est contra c. si diligẽti, extra de foro cõpetenti cum si. Sed illud ideò est, qa isti pares censentur esse iudices ecclesiastici, licet sint seculares, quoniam habent iurisdictionem à Canone etiam in feudo ecclesiæ, vnde nõ est mirum si sunt iudices cõpetentes, vt hic dixit Bal. & ꝑbatur infrà, an apud iudices vel do. in c. 1. extra de foro cõpetenti. in c. ex trãsmissa. Lex enim seu Canon, potuit dare istam iurisdictionem, vt 2. q. 6. §. q̃d de arbitris. & in l. & quia. ff. de iurisdict. om. iudi. Facit quod not. Inno. extra de iudi. in. c. ceterũ. & quod no. in c. verum. extra de foro competenti. & quod dixi supr. de inue. in ma. facta. in fi. & suprà de controuer. feu. apud pa. ter. in c. 1. Vtrum autem clericus ratione feudi, quod tenet à laico iuret sibi fidelitatem: dic vt not. in c. nimis. extra de iureiur. & dixi in c. qui clericus, infrà si de feud. fue. controuer. & in c. 1. qualiter iurare debet Vasall. & de statu. & consuet. contra liber. eccle. in §. statuimus.

6 †No. quod si Vasallus non recognoscit aliud feudum à domino, nisi illud super quo versatur quæstio, nõ iurat fidelitatem donec controuersia pendet. Secùs autẽ si ab eodem domino aliud feudũ sine cõditione recognoscat. Et potest esse ratio, quia nõ videtur ita fieri præiudiciũ domino acceptando ipsum ad fidelitatẽ super feudo, de quo est quæstio, postq̃ iam est verus Vasallus de alio feu. quàm quãdo nullo modo prætendit ipsum esse Vasal. ar. suprà de contro. inuesti. in c. 1. in §. si verò. & ex hoc colligit glo. penul. hîc posita, quod ratione adiuncti, licitũ deprehenditur, quod aliàs non esset licitum: & nihil aliud allegat nisi se remittit ad no. per Py. in suo libel. disputatorio, quẽ appellat iuris prudentiã. Sed de hoc dixi vobis latè post gl. in c. 1. §. 1. suprà de feu. guar. & not. per gloss. & Doct. in l. si sponsus. ff. de dona. inter virum & vxor.

Op. cum glo. 1. quod exemplum q̃d ponit in isto text. de præstatione annua, de qua Vasallus allegabat se inuestitum à præcessore episcopi, non possit habere locum, neq; adaptari ad casum nostrum, quia tales præstationes annuæ intelligũtur reuocatȩ, immediatè per mortem cõcedentis, vt est casus, licet gl. non alleget suprà in tit. quis di. dux, co. vel mar. in fi. Ergò iste Vasallus malè, & iniustè petit à successore istã ꝑstationẽ annuam, cùm iam sit reuocata per mortem concedentis. Sol. dicit glo. quod iste text. loquitur in reb. beneficialibus & feudalibus. Hoc est dicere quod in casu nostro ista præstatio fuit concessa iure feudorum, quo casu, successor tenetur adimplere, quod factum fuit per præcessorem, siue præcessor concedens fuerit episcopus, siue laicus, quia in hoc nulla est differẽtia inter episcopum & laicum. Contrarium verò loquitur de alia præstatione, quæ non est concessa iure feudorũ, quia tunc benè verum est, quod expirat per mortem cõcedentis. Et hoc voluit dicere ista glo. vsq; ad ver. nisi quis. &c. licet breuius & obscurius loquuta sit. Et ideò declarabo ipsam de particula in particulã, vt benè intelligatur. Vnde ergò in dicto vers. adducit secundam solutionem, quæ

talis est, videlicet quod iste textus loquitur in feudum cameræ seu cauenæ, quod transit ad hæredes tam dantis, quàm recipientis, cùm sit feudum rectum: vt suprà de feudi cognitione. capi. final. & in titul. quid sit inuestitura. in §. si verò Vasallus, & infrà de notis feud. in principio. Contrarium verò loquitur in soldata, quæ nō est feudum, sed quædam præstatio annua gratuita, quæ non transit ad hæredem neq; dantis, neq; recipientis, prout ibi patet in text. Et hoc voluit dicere ista gloss. vsq; ad versi. Illa enim, &c. Et in parte ista limitat id quod supr. proximè dixerat de feudo cameræ seu cauenæ, videlicet vt habeat locum solummodo in domino laico concedente, non autem in clericis concedentibus talia feuda. Quoniam ab hæredibus siue successoribus ipsorum clericorum nō præstarentur: vt suprà dictum est quando tale feudum cameræ seu cauenæ esset concessum à laico. Et hoc voluit ista glossa vsq; ad versi. vel etiam potest, &c. Et in hac parte ista glo. respondet tacitè obiectioni, quæ posset fieri hoc modo: Videlicet, nam si successor clerici non tenetur ad istam annuam præstationem cameræ seu cauenæ. quare ergò in isto textu admittitur Vasallus ad agendum cùm iniustè agat. Et respondet gloss. ad quod exemplum potest procedere etiam in clerico. & quanquam Vasallus iniustè agat, nihilominus non debet sibi denegari audientia vel iustitia. Vnde debet sibi reddi ius. Et hoc voluit dicere ista gloss. vsq; ad finem, licet Bald. intelligat istam caudam huius glos. quando Vasallus iniustè agebat propter ineptitudinem libelli, & super hoc non potest pronunciari, prius constet de iurisdictione.

Sed mihi videtur quod ista sua expositio, non possit stare. Primò, quia gl. dixit iniustè agat, &c. Et exemplum Bald. adaptatur quando nō ritè. Item quia apparet ex isto textu, quod fuit processum ad vlteriora in ipsa causa, quod non potuisset fieri, si euidenter libellus fuisset ineptus, vt dixit Specula. in titulo de offic. iudi. §. de seruit. versic. item vt absoluat. Nam iudex incontinenti cùm videt libellum ineptum, debet illud ex officio reijcere. l. 1. ff. de offic. assessor. de quo tamen dic, vt in l. vnica. ff. si messor fal. mo. di.

Veruntamen quantum ad propositum nostrum circa intellectum istius literæ, & contrarij supra formati quicquid dicat ista gloss. quæ multum confusè loquitur, ac se inuoluit. Tu dicas & intelligas, quod iste textus habet locum, & in clerico & in laico, concedente perpetuā inuestituram, siue sit ex camera, siue cauena, vel in aliquo alio redditu annuo, de quibus dixi suprà, de feudi cognitione, in c. fina. Vel in qualibet alia re, dummodò sit ad feudum rectum, etiam si sit decimarum, vt suprà dixi super textum. Contrarium verò loquitur de soldata in qua non est inuestitura, vt declaraui in contrario. Et ita videtur sensisse ista glo. in sua prima solutione isto modo quam per prædicta nunc habes declaratam.

Opp. cum glossa secunda, quod imò successor episcopi teneatur indistinctè Vasallum inuestire & fidelitatem recipere, & possessionem tradere, postquam istud feudum q̄d petebatur, erat rectum. Probatur suprà de controuersia inuestituræ, capitul. primo, in principio, quanquam ista glossa non alleget. Solu. illud est verum, quando Vasallus peteret simpliciter se inuestiri de aliqua re, quam tenebat ad feudum rectum, vt ibi. sed hîc petebat simpliciter se inuestiri de feudo recto. & quia sub ista tali simplici petitione, poterat includi etiam ipsa præstatio annua, de qua præsupponit iste text. ad quam successores clericorum non tenentur, vt suprà dictum est in glossa præcedenti. Meritò talis successor episcopi in casu nostro non tenetur Vasallo, nisi secundum dispositionem huius capituli. Et hoc voluit dicere ista glos. vsq; ad fin. quæ non minus obscurè locuta est quàm præcedens, cùm ex visceribus illis oriatur, & trahatur. Et quicquid dicat intellige, vt suprà dixi quod iste titul. habeat locum tam in clerico, quàm in laico concedente in feudo annuam præstationem, quæ sit transitoria ad successores.

7 †Quæro cum gloss. 4. quid erit fiendum si iste Vasallus qui petit inuestituram à successore episcopi de suo feudo recto, habeat etiam vnum aliud feudum, sed tamen etiam super illo fiebat controuersia, an iste successor debeat ipsum admittere ad fidelitatem, tanq; recognoscentem aliud feudum, prout disponitur hîc in fine huius capituli, an verò fidelitas differatur, donec de causa principali cognoscatur, put disponitur hîc in prima parte. Et hanc partem sequitur gl. & benè, quia postq; est controuersia etiam

de alio,

de alio, non est verum dicere, quod constet Vasallum habere aliud feudum, put voluit iste tex. in fi. & quia minus est habere actionem quàm rem, vt in l. minus. ff. de reg. iur.

Quæro cum glo. fi. quid si iste Vasallus probauit in causa principali plenè de sua intentione, an iste episcopus successor sit condemnandus huic Vasallo ad istam annuam præstationem? Et respondet ista glo. primò sub dubio fortè quod non, ex eo, quia per mortem concedentis fuit finita, vt suprà, quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio, in fi. Secundò soluit gl. quod ille text. loquitur in soldata, quæ non præstatur nomine feudi, quasi dicat gl. hîc loquitur de alia præstatione annua, q̃ iure feudi potest censeri. Quo casu successor teneretur. Et hoc voluit tota ista glo. vsq; ad fi. Et hanc secundam solutionem teneas per ea, quæ suprà dixi, & probatur in isto textu. Nam quid fuisset opus tradere inuestiturã huic Vasallo, si obtinendo sententiam pro se non posset habere executionẽ, & sic ista prouisio esset frustratoria, quod non est dicendum. argument. in l. fi. ff. de legibus.

Opp. ab extra, quia suprà dictum est quod inuestitura realis datur vasallo, antequam iuret fidelitatem. Sed contrà de capitulo primo, suprà quid præce. debe. inuesti. an fi. vbi disponitur contrarium. Sol. istud iuramentum fidelitatis differtur ad instantiam episcopi, qui non vult eum habere in Vasallum, donec de causa principali cognoscatur. Nam si vellet ipsum interim admittere ad fidelitatem, fateor quod ille Vasallus teneretur iurare, vt ibi secundum Andr. de Iser. Possessio autem interim debet tradi Vasallo, postquam ostendebat habere inuestituram à præcessore, vt suprà de controuer. inuesti. in §. 1. Verùm quando dominus dicebat illam non ritè factam, vt supr. de inuestitu. inter do. & vasal. c. 1. in fin. vel morte præcessoris esse extinctam: vt suprà dictũ est. Meritò emanauit istud capitulum, ne interim dominus posset spoliare Vasallum iuribus suis, argu. eorum quæ traduntur in l. si quis conductionis. C. loca.

Quæro ab extra, quid si dominus dicat coram paribus, nolo ipsum inuestire, neq; eidem tradere possessionem, neq; ad fidelitatem recipere, quia habeo probationes in promptu, & incõtinenti velit probare contra ipsum Vasallum dicendo hodie constat, hodie agatur, an sit exaudiendus? Et tenet Andr. de Iser. q̃d sic per l. si is à quo. ff. vt in pos. lega. de qua materia dicatis: vt ibi per Doct. & C. de edic. diui. adri. tol. in l. 2. & in d. l. si quis conductionis. C. loca.

Quæro si iste Episcopus successor vellet liberari soluendo interesse istius Vasalli, nec velit tradere possessionem, an possit? dic quod non vt infrà si de feu. fue. controuer. in c. si facta, &c.

Vltimò ad materiam huius capituli quantum circa iurisdictiones causarum feudalium, vide quod latè scripsi in c. 1. suprà apud quem vel quos, &c.

Quantum verò ad materiam causarum vertentium inter Vasallum successorem domini, vide in c. 1. suprà qui succ. te. & in remissionibus ibi adductis.

Quantum autem ad materiam, quando Vasallus litigat cum domino, & habet aliud feudum sine litigio, vide suprà de controuer. inuesti. in §. si verò. & infrà de alie. feu. pa. in §. si inter. De intellectu autem & materia totius ti. vide plenè per Iac. Ardi. in tit. de conten. feu. sub rubricella, qualiter in causa debet procedi & terminari. & in titul. qualiter iurare debet Vasallus, sub rubricella, de his qui non debent iurare. & in tit. qui. mo. feu. acqui. sub rubricella, quando iurare debet Vasallus, & quando non. & vide in capitulis extraordinarijs. in §. si qua.

DE MILITE VASALLO, QVI ARMA BELlica deposuit.

RVBRICA.

CONtinuatur ad titulum suprà proximum hoc ordinè, quoniam ibi determinauit vnum casum dubitabilem, quando dominus negat quem esse Vasallum ex defectu inuestituræ. Nunc verò subijcit alium casum, quando dominus negat quem esse Vasallum ex causa & defectu ipsius Vasalli, vt quia mutauit statum, & sic amplius non potest feu. seruire, cùm sit effectus religiosus. Et aduerte, quia olim nõ erat hîc aliqua rubrica, sed comprehendebatur simul cum præcedentibus sub titu. suprà de fra. de no. be. inuesti. Postea autem fuit addita à Glossatoribus, vt ibi dixi super rubrica. Et hoc est quod voluit dicere glossella hîc posita.

SVMMARIA.

1 *Vasallus sine liberis religiosam profitens vitam, feudum perdit.*

Habitus solus nō facit monachum sine professione, sed sola vera professio, vel præsumpta sic in prin.

Omnis feudatarius, qui tenetur adiuuare dominum, appellatur miles.

2 *Miles laicus religionem ingrediens, non monachus sed conuersus est vocandus.*

3 *Oblati qui veste seculari retenta se & sua in approbatam religionem dediderunt vocantur.*

Tales oblati an retineāt bona, vide remissiuè.

Conuersus an gaudeat priuilegijs clericorum. Remissiuè.

Professio an sit sacramentum ecclesiæ.

4 *Vasallus si habitum religionis susceptum dimiserat, feudum non recuperabit.*

Professus an possit habitum religionis susceptum relinquere. Remissiuè.

5 *Vasallus religionem intrans, an dominus, an verò agnatus in feudo præferatur. Et quo modo intelligatur procedere.*

6 *Feudum quare ad dominum, vel agnatum potius, quàm ad Vasallum professum remaneat.*

Clericus ratione clericatus an mutet forum iam contractum. Remissiuè.

7 *Filius viuo patre clericus, sed tempore mortis paternæ ad laicalem vitam redactus, patri succedet in feudo.*

8 *Filius post mortem patris clericus postea laicatus, feudum patris obtinebit.*

9 *Vasallus ordinem Hierosolymitanorū ingrediens, feudo non priuatur.*

10 *Ascriptitij bonam religionem ingredientis, cui pertinebunt.*

11 *Clericus de nouo potest inuestiri feudo. Et an possit per substitutum seruire.*

12 *Rege ad monasterium transeunte, iura regni ad sanguinis successores deuoluentur.*

Clericus an reputetur amplius de vniuersitate ciuium.

Et an appellatione ciuium, veniat clericus.

MILES QVI. Miles seculi qui factus est miles Dei ex eo, ꝙ venerabilem domum intrauit, & seculo renunciauit, feudum amittit. h. d. secundum Iac. de Bel. & Bald. Et diuiditur in tres partes, quoniam in prima ponitur thema & quæstio. In secunda responsio. In tertia ratio. Secunda ibi, sed iudicatum. Tertia ibi, qui enim. In textu ibi miles. Idem intelligas in quocunq; feudatario, etiam non milite, vt suprà, si de feudo fuerit controuersia. in c. qui clericus. Sed ideò exemplificauit de milite, quia ita accidit de facto, vt patet infrà in decisione. Ibi, beneficium, id est, feudū, vt infrà titulo secundo. §. in primis. Ibi, sine liberis. hoc ideò dixit, quoniam si habuisset liberos, non haberet dubitationem, quia liberi admitterentur ad dictum feudum exclusis omnibus, etiam si fuisset feudum nouum, vt suprà qui feud. dar. poss. in §. & quia. & infrà de natura successionis feudi. in capitulo primo. Ibi, venerabilem, sumptum est istud adiectiuum ex l. 1. C. de sacrosanct. eccle. & ex Autentic. nisi ad Trebel. Ibi, domum, id est, habitationem religiosorum, vt extra de relig. domi. in rubric. quæ interdum appellatur monasterium, vt in Autentic. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. Interdum appellatur collegium seu consilium, vt in dict. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. & in Autentic. interdicimus. C. de episcop. & cleric. Interdum appellatur cœnobium, vt dixit in tex. in prima causa in themate. Ibi, intrauit, scilicet, animo ibi remanendi, vt notat. gloss. in dicta Autentic. ingressi. & patet statim ex sequentibus ibi renunciando, scilicet, tacitè vel expressè, vt nota. glo. in dicta Autentic. ingressi, &c. Qualiter autem & quando quis intelligatur renunciare seculo, vide extra de reg. trans. ad relig. in cap. super eo. & in cap. consulti. ibi arma bellica cùm quis debebat defendere dominum: vt infrà quæ fuit prima causa benefic. amitt. in §. item qui dominum. ibi habitum religionis: dic quod solus habitus non facit monachum sine professione, sed sola vera professio vel præsumpta sic: & solennizat votum. vt extra qui cleric. vel vo. in cap. consuluit. & in cap. insinuante: & de voto in capitulo primo libro sexto. Quando autem & qualiter ista intelligantur fieri, notat. per gloss. in cap. porrectum. extra de regula, &c. ibi conuersus. Ideò sic dixit, quia cùm esset laicus: & miles recipitur in conuersum. extra de elect. in cap. ex eo. libro sexto. & nihilominus censetur regularis & religiosus: vt extra de constitut. in capitulo ecclesia. de rebus ecclesiasticis non alie. in c. fi. qualiter autem ista conuersio infra dicam. Ibi, hic, scilicet, miles effectus religiosus. Ibi, contendit, subaudi diuerso respectu, vt sequitur. Ibi, domini, subaudi, quando feudum esset nouum, quoniam in illo agnati non succedunt, vt infrà de natura successionis feu. in capit. 1. Ibi, agnati, subaudi, quando feudum est antiquum, quia in eo agnatus excludit dominum, vt suprà de gradibus. in §. his verò. Ibi miles dei: qui aliàs appellatur miles cœlestis[a] militię, vt notat. in l. milites. C. de loca. Ibi miles seculi, quare sic appellatur, vide textum in l. vnica. in §. miles autem. ff. de test. milit.

Sed

[a] *Qui aliàs appellatur miles cœlestis. Adde c. deniq. 4. di. & in c. Nicolao. de appellat.*

Sed quantũ ad materiã feudalem omnis feudatarius, qui tenetur adiuuare dominum suum, appellatur miles secundum And. de Iser. Et hoc tenet gl. in c. 1. supr. de feu. sine culp. non amit. & dixi in c. 1. suprà, Imperator Lothar. Euge. Pa.

1 †No. quod Vasallus non habens filios, si habitum religionis assumat,[a] & seculo renunciat, amittit feudum, vt hîc, & in d. c. qui clericus. & infrà de be. fe. in fi. Et est ratio, quia cùm nõ possit amplius exercere officium in adiuuando dominum, cùm sit effectus miles dei, qui non debet vacare, neq; se implicare negotijs secularibus, sed debet inseruire diuinis. Meritò debet carere beneficio, hoc est, feudo, quia ꝓpter officium datur beneficium. Vnde cessante officio cessat beneficium, vt hîc, & in l. generaliter. C. de epi. & cle. cum cõcor. ibi assignatis, &c. Nemo enim duob. dominis[b] vtiliter seruire potest, vt hîc, & in l. fi. C. de asses.

2 †Not. quod miles laicus renuncians seculo per ingressum monasterij, nõ propriè appellatur monachus, sed conuersus. Nam conuersio simplex est minus quàm monachatus, qui non fit, nisi profiteatur regulam, & abrenunciet seculo, & pompis eius, vt in Autẽ. de monachis. in §. si autem nihil. & extra de sta. mo. in c. cùm ad monasterium. Et ista conuersio simplex fit sic: Offero me & mea tali Ecclesiæ, & promitto tibi tali domino Abbati, & tuis successoribus obedientiam, & reuerentiam vt conuersus. Et ita describit Spec. in d. ti. de reg. versic. simplex ergò conuersio. & de tali conuerso tangitur per gl. & Bar. in l. cùm hæredes. in §. fi. ff. de acqui. pos. & gloss. in Auten. cui relictum. C. de indic. vidui. Videtur tamen ex hoc tex. satis cõstare, quod iste miles nedũ faciebat simplicem conuersionem, sed etiam professionem, de qua suprà dixi, quod patet, quia seculo renunciabat, & habitum assumebat vt 20. q. 1. vidua. & in d. c. porrectum. & in c. ad monasterium, in fi. sed quia erat laicus & miles, recipiebatur in conuersum, vt dixi super text. Formam autem professionis, videas in Spec. in d. titul. ver. 1. & 2. intelligas tamen, quod professus intelligitur etiam conuersus ex eo, quia facit conuersionẽ morum suorum, vt ibidem dixit idem Specu.

3 †Sed aduerte, quia est etiam dare aliam speciem, videlicet, eorum qui appellantur oblati, qui nulla veste mutata, dederunt se, & sua in aliquam religionem approbatam, extra de reg. c. consulti. 17. q. bona. Vtrum autem ipsi retineant bona? dic per Bald. in Auten. ingressi. vbi examinat hoc. An autem cõuersus[c] gaudeat priuilegijs clericorum, dic vt nota. in c. non dubium. extra de sent. excom. & extra de fo. competen. in c. nullus iudicium, sed vtrum professio, sit sacramentum ecclesiæ, dicit Bald. quod non, per no. per Io. And. in c. fi. de conditio. apposi. & ideo Papa posset remouere secundum ipsum.

4 †Quæro cum glo. prima, quia hîc loquitur de milite Vasallo, qui est effectus conuersus. &c. an idem sit dicendum si Vasallus efficiatur clericus secularis? Et respondet glo. & sic per c. 1. in fi. infrà si mutus vel aliter imperfectus, quæ per hoc est expedita vsq; ad versic. nec proderit, &c. & benè loquitur, quia casus est in d. c. qui clericus si de feu. fue. contro.

5 †Quæro subsequenter cum d. gloss. quid si iste conuersus, seu monachus relinquat habitũ religionis, an poterit recuperare dictum feudum? Et respondet glossa quod non, quia casus est in dicto c. 1. in fin. de bene. fœminæ. Et hoc voluit glo. vsq; ad fi. Sed circa istam quæstionem reperio dominum Iaco. Ardizo. in Summa, in tit. quib. mod. feud. amit. sub rubri. si Vasallus efficiatur clericus. Distingue, vt si re integra, hoc est nudum habita quæstione de feudo dimittat clericum, quod feudum retinere potest & recuperare. Alioquin si iam habita est quæstio de amissione, vel res non est integra, quod tunc non recuperat ar. C. de repe. hære. in l. fina. & ff. de op. lega. in l. mancipiorum. & dic vt ibi per eum. vbi plura allegat pro & contra. Et videtur mihi ista sua opinio satis æqua, quoniam si infra annum probationis exiuit, non perdit bona sua, vt notatur in Autentic. ingressi. Facit quod not. in l. si pro patre. in §. versum. ff. de in rem verso. Quando enim intrat religionem, videtur gerere in animo illud priuilegium, quod sibi tribuit ius, arg. ff. de serui. in l. si qui. Facit quod not. in l. Atticilinus. ff. de serui. rusti. prædi. Et videtur esse de mente And. de Iser. in d. l. 1. in si de bene. fe. licet expressè dicat contrarium hîc. & in d. c. qui clericus. Facit ad prædicta quod not. in c. beneficium. de regu. libr. 6 in glossa 2. & fina. Sed vt saluemus hanc gl. dicamus, ꝙ loquitur quando iste iam fecerat profes-

[a] Habitũ religiõis assumat. Adde Doct. in Auten. ingressi. C. de sacr. san. eccl. & per Doct. in c. in præsentia. de probationibus.

[b] Nemo enim duobus dominus. Adde c. 1. 11. q. 1. c. omnis. & c. nemo. de pe. di. 1. & in c. nunquàm de con se. dist. 5. originaliter. Matth. 6. & Lucæ 6.

[c] An autẽ conuersus. Adde Io. And. in c. fi. de reli. do. Cardi. in Cle. per literas de præben. in 12. q. quid de oblatis vide per Car. in c. le. 11. in pen. q̃. de deci. & quid de illis de tertio ordine vide per. Car. in Clem. cùm ex eo. in 2. q. de sent. excom. & de istis vide per Cal. cõsil. 7 incip. an fratres de p̃sentia 3. ordinis in rubrica de foro cõpetenti.

professionem, quo casu, non possit feudum recuperare, neq; retinere, cùm censeatur apostata: vt infrà dicam. & ex hoc non possit stare in curia domini, vt infrà an ille qui interfecit fratrem domini. in c.1. & dixi in d.c. qui clericus. Vtrum autem professus possit relinquere habitum religionis iam susceptum. vide in c. sicut nobis. & in c. ex parte. ext. de regula, &c.

5 † Quæro cum glo. 2. quis præferatur an dominus, vel agnatus in feudo huius militis? & respondet gl. quod dominus, postq; miles conuersus relinquit hæredem. Et hoc voluit ista glo. vsq; ad versi. & meritò, &c. Sed aduerte, quoniam gl. benè loquitur in feudo nouo, sed in feudo antiquo teneas, quod agnati præferantur domino, vt dixi suprà super text.

6 †Quæro subsequenter cum dicta gl. de ratione, quare conditio domini, vel agnati est potior in dicto feudo, quàm ipsius Vasalli militis volentis illud retinere in vita? & respondet gloss. quia ipse Vasallus per ingressum monasterij, desinit esse dominus rerum suarum, adeò quod de bonis suis non posset etiam testari, si vellet. vt in Auten. ingressi. C. de epis. & cle. Et hoc voluit tota glo. vsq; ad fi. quæ & si vera sit in se, tamen non à ratione assignata hîc in text. nostro. Neq; inferas ex ea, quod iste miles potuisset ante ingressum testari de feudo, quia hoc esset falsum, vt suprà de succesione feudi, in principio. Sed habuit ista glossa solummodò respectum ad dictam Auten. ingresi quæ inhabilitat monachum circa bona sua. Vtrum autem ratione clericatus, mutet clericus forum iam contractum, dic vt notatur in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & extra de obli. ad ratiocinia. in cap. primo.

Oppo. ab extra pro intellectu prædictorum, quod imò monasterium præferatur domino & agnatis, quia habetur loco filij. vt in Auten. nisi. C. ad Trebel. & in Auten. si qua mulier. C. de sacr. san. Eccles. Sol. dic quod habetur loco filij ciuilis & non naturalis. vt no. gloss. in d. Auten. nisi. Sed in feudo non admittitur filius ciuilis. vt infrà si de feud. fuer. controuer. in c. adoptiuus. Igitur monasterium non debet succedere.

Interim tamen donec viuit Vasallus effectus monachus monasterium, habebit commoditatem ipsius feudi, si seruitium iuxta conditionem feudi, ita possit æquè præstari per Monasterium, sicut poterat per Vasallum, vt in c. in præsentia. & quod ibi per Inno. extra de proba. & probatur in l. Statius Florus. in §. Cornelio. ff. de iure fisci. & infrà de alien. feudi. per Federicum. in §. firmiter. Cæterùm si seruitium sit tale, quod non possit adaptari ad ipsum monasterium, sicut fuit in casu nostro, vbi erat feudum propter militiam seculare debet reuerti feudum incontinenti ad dominũ, vel agnatos, vt in isto tex. Et hoc modo posset intelligi glo. fi. infrà de bene. fe. Et in hanc sententiam residet Bald. hîc dicens, idem esse in iure emphiteotico per no. per dictum Innoc. in dicto capitulo in præsentia, & per ipsum in Auten. ingresi. & in d. Auten. nisi. de quibus quæstionibus dic plenè per ipsum Baldum in dict. Auten. nisi. in fi. commenti. & in l. qui se patris. C. vnde liber. & in l. quisquis. C. de episc. & cler. & in l. ad similitudinem. in eo. tit. vbi est bonus text. & ibi per Doc. & per glo. in l. de quibus. ff. de le. & per Bar. in l. si finita. in §. si de vectigal. ff. de dam. infec. & quod dixi in d. c. qui clericus. Facit in Auten. de aliena. & emphiteosis in § 1.

7 †Quæro ab extra quid si viuo patre, Vasallus filius erat clericus vel conuersus, postea tempore mortis patris, filius est redactus ad vitam laicalem, an poterit retinere feudum? Et dicit An. de Iser. q; sic, quia tunc temporis quo erat clericus, nõ habebat feudum, vnde nõ potest dici, quod perdiderit id, quod non habebat. l. nec vtilẽ. ff. ex qui. cau. maio. & ff. de reg. iur. in l. nõ videtur rem amittere.

Sed istam suam determinationem limitarem, nisi ipse filius remaneret apostata, per c. 2. ne clerici. vel. mo. lib. 6. & l. di. c. fi. & 31. q. 4. præcipimus. vel si fuisset exauctoratus, propter delictum. vt in c. si quis à proximo. 21. q. fi. Et probatur ratione, quia ex tali excessu & infamia, non posset stare in curia domini. Igitur feudum retinere non potest. vt probatur in c. 1. infr. an ille qui interfecit fratrem domini. In apostasia autem perfidiæ, quia est hereticus, non est dubium, quod non posset feudum retinere, neq; recuperare, vt extra de hæretic. in c. excõmunicamus. & C. de apostatis. in l. apostatarum. & in l. enim. & in Auten. interdicimus. & infrà de sta. & consue. contra liber. eccle. toll. in §. gazaros. Triplex namq; est apostasia: vt not. in c. 1. extra de aposta. vbi videas.

† Quæro

8 †Quæro quid si post mortem patris Vasalli, filius suus erat clericus, sed postea laicatur, vtrum possit obtinere feudũ & videtur dicendum quod sic, si res est integra, quia nondum sit mota quæstio. Alias secus, per ea quæ dicta sunt. Sed Andr. de Iser. strictius dicit, quod si in continenti laicatur, quod tunc teneat, aliàs secus, ar. C. de nupt. & si contra. & extra de sponsalibus. in c. literas. Sed circa hoc dic vt dixi suprà in q. 2. & in quæstione proxima præcedenti.

9 †Quæro, quid si Vasallus efficiatur miles Hierosolymitanus, qui secundum vulgares appellatur, miles sancti Ioannis, vel efficiatur miles sanctæ Mariæ Alemanorum, vel similium ordinum, prout dixit glo. in Cle. quia contingit de relig. domi. an perdat feudum per ingressum talis religionis, dic quod non, quia nõ perdit statum, vnde poterit honestè seruire per substitutum. l. nullius qui nexu. & l. neminem. C. de decurionibus. lib. 10. Non enim videtur, quod causa iuris sit mutata, licet honor sit auctus. ff. de condi. & demonstratione. in l. falsa. §. 1. Secùs autem si causa iuris esset mutata, fortè ex constitutionibus ipsius ordinis, quia tunc mutato statu ipsius, perderetur feudum. argu. ff. de capi. di. l. tutelas. secundum Bald. Quæro quid si tres sunt fratres, & vnus donat partem suam feudi alteri, & postea monachatur, an vterque succedat, dic vt scripsi infrà de alie. feu. pa. in c. 1.

10 †Quæro quid si ascriptitius, vel homo meus intret religionem, an bona sua spectent ad me, vel ad monasterium? dic quod ad me, si non habet filios. Et ita tenet Speculator in titulo, de instrumenti edict. in §. compendiosè. versic. sed quid si homo & marti. de fano. per l. si quis presbyter. C. de Episc. & Cler. & l. 2. C. in quibus cau. colo. cen. lib. 10.

11 †Quæro an Clericus de nouo possit inuestiri à domino de feudo? dic quod sic, si dominus sciuit ipsum clericum. argu. infrà de capi. Cora. in §. fina. & suprà per quos fiat inuestitura. in §. personam. & tenet Iacobus Ardizo. in loco suprà allegato, sub rubricella, Accipere autem potest, &c. Nam licet per superuenientem clericatum amittat feudum, vt hîc: tamen de nouo potest sibi dari. argu. in simili de compromisso. prout dicitur in l. non distinguemus. in §. sacerdotio. ff. de arbitris. Vtrum autem poterit seruire per substitutum, collige ex iam dictis, & dicam in dicto capitulo, qui clericus. vbi gloss. tangit infrà, si de feudo fuerit controuersia. & latius dixi in dicto capitulo primo. in §. primo. de bene. feud. in quæstione fina. vbi videas.

12 †Quæro quid si rex efficiatur monachus, *a* an ius regni transeat ad monasterium, vel ad quos? dic quod transeat ad successores sanguinis: nõ autem ad monasterium. vt nota. gloss. 27. quæstio. 1. scripsi. Et addit etiã aliud, quod eo ipso, quod quis efficitur monachus, desinit esse Rex, vel Imperator, vel Papa, vel Episcopus. argu. 7. quæstio. 1. hic nequaquam. Sed an clericus reputetur amplius *b* de vniuersitate ciuium? dicit Baldus quod sic, per l. falsa. §. 1. ff. de condi. & demon. & de foro competen. dilecti. Sicut dicimus de ecclesijs, quæ sunt de corpore ciuitatis, secundum Oldra.

Vltimò ad materiam præsentem adducas plures alias quæstiones, quas scripsi in dicto capitulo, qui clericus. vbi omnino videas, & in pluribus remissionibus ibi adductis, & de materia plenè per Cynum & Baldum in dicta Autent. ingressi. & in Auten. si qua mulier. C. de episcopis & clericis. vbi ponunt plura, quæ ad materiam nostram possent trahi, quæ gratia breuitatis omitto. & vide Bartolum in l. si finita. in §. si de vectigalibus. ff. de damno infect. & Baldus in d. l. qui se patris. C. vnde libe. versicul. sed quid si pater, &c. & in dicta Autentica. nisi rogati. & per Iacob. Ardizo. in titulo, de successione feudi, sub rubricella, an clericus succedat in feudo. & per Canonistas in capitulo in præsentia. §. primo, extra de probatione. & 23. quæstione octaua. §. primo. & vide similem textum in capitulis extraordinarijs in titulo de feudis & beneficijs. in capitulo, & iure & moribus. & in Specul. de feudis. in §. quoniam. versiculo, quid si homo vel libertus, & de edict. instrumen. §. compendiosè. versiculo, quid de ascriptitio. & sequent. & in titulo, de locato. in §. nunc aliqua. versic. 120. & versicu. 153. & sequent. & per Bartol. de Pisis, in Summa sua: in litera feudum.

DE MI-

a *Quid si Rex efficitur monachus. Adde gloss. in c. præsens Clericus. 20 qõ. 3. Docto in c. in præsentia. de prob. Bal. in addi. Spec. tit. de statu. mod. in §. 1. ver. 11. Alb. de Ros. in Auten. ingressi. C. de sac. san. eccl. Bal. in l. data opera. C. qui accu. non pos. Bal. in l. fin. C. de Epis. & Cle.*

b *An Clericus reputetur amplius. Adde gl & ibi Do. in c fi. de sta. mo. Doc. in c. ecclesiæ sanctæ Mariæ. de consti. Doct. in c. si Clericus. de foro cõpe. Bar. & Bal. in l. 1. C. de suis & le. lap. alle. c. & sacerdotes sunt pars rei publ. secundum Bal. in l. 1. in § huius studij. ff. de iusti. & iur. Itẽ tales veniunt appellatione ciuiũ secundũ Do. in c. dilecti. de foro cõpe. & per Benedictũ Caprã in Cle. vni. de reli. & vene. san. ver. no. quod appell. Clericorum & Sacerdotes sunt de vniuersitate et populo, secundum Oldra. consi. 32. incip. quæstio est. Petr. de Anch. consi. 150. incip. optimis. & religiosi dicuntur esse ciues illius ciuitatis in qua est situm monasterium. vide no. in cap. rogatiões. & ibi Ioan. de Fan. de conse. dis. tertia. Lap. in c. hic cõstitutione. de offic. delegato. libr. 6. & per Baldum in l. 1. ff. ad municip.*

DE MILITE VASALLO, QVI CONTVmax est.

RVBRICA.

SVprà titulo proximo, & in pluribus alijs titulis præcedentibus, declarati & determinati sunt plures casus dubitabiles, ex controuersijs ortis, inter dominos & Vasallos. Sed quia interdum accidit, quod in talibus & similibus controuersijs, Vasallus citatus ad instantiã Vasalli est contumax, vel contrà dominus citatus ad instantiam Vasalli, non vult comparere, & dubitatur quid sit fiendũ. Vnde vt prædicta declaret, suppositus fuit hîc iste titulus, & præsens rubrica, quæ hîc fuit addita à Glossatoribus cùm olim nulla esset hîc rubrica, sed comprehendebatur cum præcedentibus sub rubrica, de duobus fratribus de nouo beneficio inuestitis, vt ibi dixi supra rubrica. Et hoc etiã sensit glossella hîc posita.

SVMMARIA.

1 *Vasallus ad instantiam domini citari debet.*
2 *Vasallus feudo non priuatur, nisi coram paribus culpa probata.*
3 *Contumacia trina citatione conuincitur.*
4 *Citationis causa, tempus, locus, ad cuius petitionem, adduci debent.*
5 *Modus citandi qualis.*
Citatio verbalis non est tuta.
Consuetudo cuiuscunq; Prouinciæ quantum ad citationes est seruanda, sed non extante cõsuetudine, iudex tenetur seruare dispositionem iuris.
6 *Vasallus trina citatione vocatus non comparens, feudi possessione priuandus. & numer. seq.*
Edictum citatorium pro omnibus tribus citationibus, an possit iudex proponere.
8 *Citatio iuxta iuris communis formam & feudorum consuetudines, qualiter fieri debeat.*
9 *Citare quis valeat.*
10 *Citari personæ, quæ possint, & quo tempore.*
11 *Citatus à non suo iudice priuilegium suum dicturus debet comparere.*
12 *Edicta citatoria, an habeant propria nomina.*
13 *Interuallum temporis inter vnam citationem & aliam, quantum esse debeat.*
14 *Citatio in actione reali in reos contumaces, quales producat effectus.*
15 *Solennitas in citato expressè dicente, se nolle venire, quæ seruanda.*
Contumax verus si veniat adhuc curia sedente, an possit se purgari, & an audiri debeat. Remissiuè.
16 *Citatio noua contumacis pro audienda sententia priuationis non quæritur.*
17 *Creditor qui non est dominus, an debeat in possessionẽ mitti in bonis feudalibus propter contumaciam debitoris.*
18 *Pares audientiam in alia causa denegabunt in contumacia perseueranti in prima causa.*
Contumacia an exigat interlocutionem. Remissiuè.
19 *Comparendi impossibilitas iudicum manus tenet ligatas.*
20 *Decretum primum die feriata interponendum.*

DOMINVS. Diuide istud capitulum totũ in duas partes principales: quoniam in prima parte dominus conqueritur de Vasallo. In secunda econtrà Vasallus conqueritur de domino. secunda ibi, si verò Vasallus.

CASVS.

1 †Ad instantiam domini conquerentis de Vasallo, debet citari ipse Vasallus ad se excusandũ coram curia, qui si post trinam citationem factam per spacium septem vel decem dierum in vnaquaq; nõ venerit, debet dominus mitti in possessionẽ feudi. Verùm si Vasallus postea venerit infra annum, recuperabit dictã suam possessionem, aliàs perdet & possessionem & feudum. hoc dicit prima pars.

2 †Præmitte pro euidentia quod dominus non potest priuare Vasallum feudo non suo, nisi per culpam quæ sit laudata & approbata per iudicium parium, vt suprà de feud. sine cul. non amit. in c. 1. In text. ibi, vocat militem, id est, Vasallum, vt sequitur de quo per glo. in d. c. 1. de feud. sine cul. non amit. Et aduerte, quia ista est prima citatio facta ipsi Vasallo, vt compareat tali die ad instantiam domini, ad se excusandum, de tali culpa coram curia, quæ dicta die congregabitur in tali loco. Ibi incidisse, ex hoc patet, quod causa debet inferri in citatorio ad hoc, vt citatus sciat, an debeat cedere vel contendere. l. 1. ff. de edendis. & l. fina. C. de edict. di. Adri. tol. Ibi, amittere debeat. Qualis autem & quæ sit culpa sufficiens ad amissionem, declarabitur statim in titul. seq. & sequent. Ibi, hic, scilicet Vasallus. Ibi, non respondet, subaudi, & sic est fictus contumax. Nam si expressè respondisset, nolo venire, tunc esset verus contumax, vt not. glo. in l. consentaneũ. C. quomodo & quando iudex. ff. & de in integrum resti. l. fi. Ibi, domino, id est, queritur qualẽ modum debeat obser-

obseruare dominus in procedendo. Ibi, eum, scilicet, dominum. Ibi, vocare curiam, hoc est, quia faciet adunari curiã parium dicta die comprehensa in citatorio, & coram eis comparebit. Ibi, & si non venerit, subaudi, ipse Vasallus. Ibi, iterum, ista est secunda citatio. Ibi, in tertio, id est, vsque in tertiam vocationem. Et hæc est tertia citatio, quæ fieri debet. Nam dictio vsque ponitur hîc inclusiuè, sicut alibi in l. final. ff. de sena. & ibi glossa. Et facias virgulam post illud verbũ, tertio, ne erres. Ibi, spacio, id est, interuallo inter vnam vocationem & aliam. vt infrà, quæ fuit prima causa benefici. amit. in §. est & alia, & in Autentic. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Ibi, terminando, quia arbitrabitur curia plus, & minus secundum distantiam loci. argumen. in l. 1. ff. si quis causa. & in l. 3. ff. de verbo. signifi. & in l. 1. C. de dilati. & in l. nonnunquam. ff. de iudic. Ibi, hoc ipso, scilicet, propter ipsam contumaciam. Ibi, feud. amittatur, id est, feudum possessionem. vt patet ex sequentibus quicquid dicat glossa hîc posita, vt super ea dicam. Ibi, in possessione, scilicet, ipsius feudi. Ibi, sed si. Aliàs est in text. sed secùs & quælibet litera bona secundum gloss. Ibi, intra annum, subaudi, connumerandum ab exitu tertiæ contumaciæ, l. per interuallum cum l. sequenti. ff. de iudic. & in l. si quis emptionis. §. penultimo. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Et in hoc videtur etiam inclinare Simon Vicen. & Baldus dicentes istam esse quartam contumaciam. & allegant. §. si Vasallus de capi. extraordina. Sed melius allegaret. in §. 1. Ibi, possessio, subaudi, dummodo purget contumaciam offerẽdo velle stare iuri, & iuri, & reficiendo damna & expensas, quia tunc recuperabit possessionem, vt in dicto §. penulti. & C. de bon. autor. iudic. poss. in Autentic. ei, qui & in l. sancimus. C. de iudic. de quo per Doctorẽ. in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. & in l. consentaneũ. C. quomodo & quando iudex. Ibi, alioquin, id est, perseuerauit in ista quarta cõtumacia, quia non venerit infra annum. Ibi, & beneficium, id est, proprietatẽ feu. videlicet, vtile dominiũ quod fieret apud ipsum Vasallum: vt suprà de inuesti. de re alie. fact. in §.

3 † No. per trinam vocationem seu citationem, conuinci pertinaciam & contumaciam Vasalli, vt hic & infrà quæ fuit prima causa benefici. amit. in §. primo. & in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & per Ioan And. in c. statuimus, extra de supplen. ne præla. & in l. ex parte, extra de verbo. significa. Ex qua contumacia priuatur possessione rei feudalis, vt patet in hoc textu. & in l. satis. ff. de in ius vocando quam recuperare potest vsq; ad annum, adhoc quod facit dicta l. si quis emptionis. in §. penultimo. Verùm elapso anno priuatur etiam dominio. vt hîc & in l. properandum. in §. sin autem reus. C. de iudici. & quod ibi per Doctor. Nam esset absonum, quod propter vnam solam contumaciam quis pateretur tantùm damnum. vt nota. ff. si quis ius di. non obtempera. in l. 1. in final. Et ex his infertur, q̇d aliud est feudum, aliud est possessio feudi, prout in simili notauit glossa. in l. si mulier. in §. qui possessiõem. ff. quod metus causa.

4 † Nota. in citatorio debere adduci causam, vt dixi super textu. Item, tempus, vt in dicta l. consentaneum. Item locum, vt in l. si vt proponis. C. quomodo & quando iudex. Itẽ, ad cuius petitiõem, vt in l. fin. C. de bo. auto. iud. pos. Item coram quo, vt hîc & in l. 1. ff. si quis ius di. non ob. prout de prędictis dixit Specu. de citatione.

5 † Modus autem citandi erit talis, si citandus est absens, quia citabitur ad domum per literas, & istę literæ citatoriæ dimittuntur ad domum citandi. argumen. ff. de instit. in l. si pupillus. in §. proscribere, & quod notat. in l. final. ff. de integrit. restit. & C. quomodo & quando iudex. in l. 1. & 2.

Non autem intelligas, quod sit necesse quod perquirat ipsum per totam ciuitatem. vt not. gloss. singularis in Autentic. de exhiben. reis. in §. si verò etiam. Poterit etiam citari per edicta, quia cedula affigitur in albo Prætoris, vel in foris Palatij illius terræ, vel si est iudex ecclesiasticus, fiet in foribus ecclesiæ Cathedralis, prædicta probantur in Clemen. causam. de elect. Nam talis citatio inducit notorietatẽ, & ideò lex reputat eam solennẽ. Ad quod facit l. fi. §. fi. ff. de orig. iuris. Citatio enim verbalis non est ita tuta, secũdum Hostien. quia vox præconia paucis innotescit. vt in Auten. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Et de formis citationum plenè ponit Specu. in titu. de cita. §. 1. & in §. sequitur. & in §. iam de citatione. & in §. sequenti. & extra de constitu. in c. ex literis.

Opponitur cum glossa prima de dicta Autentic. qui semel licet gloss. non alleget. vbi inter vnam citationem & aliam debet esse spacium triginta dierum. Solutio: ibi loquimur secundum iura Romana, hoc est de iure Communi, hîc autem loquimur de iure speciali, scilicet, consuetudinis feudorum, vbi statuuntur septem vel decem dies. Vnde non valet argumentum de vno ad aliud, vt suprà de feudi cogni. in c. 1.

Et subijcit ista glossa, quod tamen consuetudo non seruatur, cùm ius dicentis officium latissimum sit in hoc, quoniam arbitrio suo hodie statuit ipsas dilationes & terminos. Et hoc voluit dicere tota ista glossa, vsque ad finem. Ex qua glossa not. quod consuetudo cuiuscunq; prouinciæ, quantum ad citationes & lites ordinandas est seruanda. Ad quod benè facit. l. 3. in fin. ff. de testibus. & C. de emācipa. libe. in l. 1. secundum Andræ. de Isernia. Si verò non esset consuetudo contraria, tunc iudex ex arbitrio non posset arbitrari contra dispositionem ordinatam à iure, argum. in l. §. calumniator. ff. ad Turpil. & ff. loca. l. fin. in l. in princi. & quod not. Ioan. And. in c. cùm inter. extra de electione. & per Inn. in c. fi. extra de ferijs. vbi etiam declarat, an posset appellari, si iudex circa termini assignationem, læderet partem, de quo habetur in l. procedente. C. de dila. & extra de accusa. in c. ad petitionem, & statim dicam in glossa sequenti.

6 † Quæro cum glossa 2. de ratione, quare Vasallus non comparens ad trinam citationem priuatur possessione feudi? Et respondet glossa quod hoc est propter contumaciam suam, vt coherceatur in tali damno litis: vt probatur in l. contumacia. ff. de re iudici. Et hoc voluit ista glossa vsque ad versiculum idem est, &c. De qua materia, quia est ampla, dic vt ibi per Doctor. & in l. properandum. in §. & si quidem. C. de iudici. & plenè gloss. & Doctor. in d. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex.

Quæro subsequenter cum d. glossa, an in hac materia feudali, posset iudex proponere vnum edictum citatorium, a pro omnibus [a] tribus, sicut fit in cæteris rebus & controuersijs de iure Communi, prout disponitur in d. l. consentaneum. & ff. de iudi. in l. nonnunquam, & respondet glossa. quod non. & nihil aliud allegauit vsque ad finem. Ex qua glossa nota. quod quando numerus statuitur pro forma, vel potest mutari, quia nihil est mutandum de solennitate, & ideò si statutum diceret, quod quis ponatur in banno præcedentibus duabus citationibus tot dierum pro qualibet citatione: prout est hîc. Paduæ, non habet iudex potestatem dandi vnam omnibus, quia cùm certa forma sit data à statuto: non potest mutari etiam momentum vnius horæ de substantialibus. argumentum. ff. de reg. iuri. l. & si nihil secundum dominum Baldum, vnde in ista materia feudorum, postquam non reperitur ista solennitas correcta, debemus eam seruare: vt suprà de feudi cognitione. in c. 1. Item, quia tale tempus ponitur dispositiuè, vnde non potest minui argumentū infrà, quæ fuit prima causa beneficij amit. in §. finali.

a *Vnum edictū citatorium pro omnib9. Adde Io. An. in rub. de Cle. non resi. in 3. q. in addic. ad Specu. quem extollūt An. de Butr. & Abbas. in c. quoniam frequenter in §. porrò. vt lib. non contest. idem Anto. de But. in c. fi. in vlti. col. de dila. & per Abb. consil. 68. inci. Epis. Lucanus in primo volu.*

Et intelligas prædicta vera, nisi stylus vel consuetudo curiarum esset in contrarium, quia tunc illum stylum & consuetudinem attenderemus. vt suprà in gl. præcedenti. Et hoc modo reducuntur ad concordiam istæ duæ gloss. quæ sibi inuicem aduersarij videbantur.

7 † Quæro cum glossa tertia pro declaratione literæ, an Vasallus contumax per trinam citationem, debeat amittere feudum? & respondet glossa, quòd sic, per istam rationem, quia postquam recusat facere iustitiam domino, debet perdere feudum. vt dicit text. infrà quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. item, qui domino licet glos. alleget. infrà, in quibus causis feudum amit.

Sed tu dic, quod ista glossa non est vera, & dicit contra istum textum qui ad amisionem feudi requirit adhuc quartam contumaciam, sed elapsum anni. & ita tenet Iacobus Aurel. Simon Vicen. & Bald. & allegant. §. si Vasallus de capi. extraordina. sed melius allegarent. in §. 1. vt supr. dixi. & quod ista glo. non benè dicat, probatur per glos. seq. in prin. sui quæ hoc sentit & ibi dicam.

Non ob. dictus §. item, qui domino, quia debet intelligi secundum determinationem huius literæ, vt non perdat statim proprietatem, sed post annum tantùm. Possesionem verò perdat statim propter trinam contumaciam, sed eam recuperare potest infra annum: vt dixi possemus tamen saluare istam glossam, vt loquatur in vero contumace per ea, quæ inferius dicam.

Oppo

Op.cum gl.magna de contrarietate huius literæ, quæ sibi inuicem cōtrariatur. In eo quod primò dicit, quòd post trinam citationem amittit feudum, sed postea in versicul. sed si, &c. dicit quod potest id recuperare infrà annum, quoniam solùm per lapsum anni remittit illud. Solutio: dicit glossa, iste versicul. sed si infrà, &c. ponitur correctiuè ad ea, quæ primò dixerat. Videlicet, quia sufficere debet domino, vt mittatur in possessionem feudi, ante litem contestatam, propter contumaciam Vasalli per trinam citationem, quam possessionem recuperare posit vsque ad annum, prout in simili legitur in l. si quis emptionis. in §. penul. C. de præscri. 30. annorum. Et hoc voluit ista glossa vsque ad versiculum. sed dicit studiosus, &c.

Sed tu intelligas istum textum, vt sup eo. dixi, videlicet, quia feudum amittatur, id est, possessionem feudi, quam recuperare potest infra annum, post autem annum, amittit etiam proprietatem. Et hoc modo intelligendo erit clara, & plena ista litera, neque est verisimile, quod continenti se corrigat. prout dixit ista gl. & dixi etiam in glossa præcedenti, de qua materia in d. l. consentaneum per glossa. & Doctor.

8 †Quæro cum dicta glossa magna in dicto versicul. sed dicit studiosus, &c. qualiter sit facienda citatio, tam secundum formam iuris Communis, quàm etiam secundum formam consuetudinem feudalium? Et pro determinatione huius quæstionis explicat ista glossa doctrinam Pilei, quam appellat iuris prudentiam, qui quidē Pileus per modum cuiusdam Summę satis copiosè tradidit istam materiam citationis. Vnde pro expeditione totius huius Summæ & glossæ, declarabo ipsum de parte in partem, formando super qualibet particula titulum quæstionis simpliciter, & adiiciendo super qualibet parte, & quæstione additiones necessarias, quoniam ista glossa satis clarè explicat suam intentiōem, vnde itaq; primò recita eam, vt iacet ordinate vsq; ad versi. citare possunt, &c. Et in illa parte.

9 †Quæro cum dicta glossa, qui iudices possunt citare? Et dic vt in gloss. vsque ad versiculum, nunc dicendum, &c. quæ benè loquitur. Sed tu tamen adde ad glossam dum dixit, quod ordinarij citare possunt. dic vt probatur. in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtem. & ff. de re iudi. in l. contra pupillum. in §. final. dum verò glossa subiungit, quod delegatus non citat, nisi sit à Principe delega. &c. Intelligas glo. de citatione, quæ fit per edicta in albo posita, cùm delegati non habeant album, neque locum deputatum, sicut habent ordinarij, in Autenti. de iudic. in §. sedebunt. Verùm ipsi delegati benè possunt citare per se, vel nuncium, vel per literas suas, vt nota. gloss. in l. sancimus. C. de iudic. & in l. sed si interpellatur. §. 1. ff. de arbi. Et probatur ratione. Quia si arbiter hoc potest facere. vt in d. §. 1. multò magis iudex delegatus, qui habet maiorem iurisdictionem à lege quàm arbi. l. ait prætor in principi. ff. de re iudici. & ita tenet Bartol. in d. l. sancimus. & Cynus in Autentic. qui semel. C. quomodo & quando iudex. De qua materia in Specul. de citatione. in §. iam de çitatione per totum & per glossa. in l. post edictum. ff. de iudi.

10 †Quæro cum dicta glossa in versicu. nunc dicendum, &c. quæ personæ possunt citari, & quo tempore? Et dic, vt in gloss. vsque ad versiculum nunc est videndum, & cætera. quia benè loquitur. Et de hac materia dic plenè per Doctores in dicta L. consentaneum. & in Autentica, qui semel. & in L. properandum. in §. & si quidem. & quod notatur in dicta lege, & post.

11 †Ad vnum tamen aduerte, quod firmat ista glossa, videlicet, quod citatus à iudice non suo, debet venire allegaturus priuilegium suum per l. si quis re alie. &c.

Quia intelligas hoc verum, de iudice habente iurisdictionem de iure Communi. Secùs autem in habente iure speciali, sicut sunt pares curiæ, vt dixit glossa singularis, suprà de inuestitura in maritum facta, in final. & quod ibi dixi.

Quæro subsequenter cum dicta glo. quot citationes sint fiendę, & de solennitate ipsarum citationum? & dic vt in glossa vsque ad versiculum, sed quia de pluribus, &c. quæ notabiliter loquitur. Sed de hac materia, dic plenè per Doctores in dicta Autentica. qui semel. & in l. ad peremptorio. cum l. sequen. & sequen. ff. de iudic. & in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex per Bart. & per Inno. in c. ad peti. extra de accusa. Aduerte tamen ad vnum, quod dicit gloss. videlicet, quod est arbitrarium iudi. &c. quoniam per

hoc nõ intelligas, quod in casu tituli nostri possit diminui aliquid de dictis diebus 7. vel 10. vt dixi suprà in gloss. 2. In alijs autem dic, vt per Doctor. in dictis locis. & C. de dila. in l. 1. & per Dynum. in c. indultum. de regu. iur. lib. 6. & per gloss. in dicta l. nonnunquam.

12 †Quæro subsequenter cum dicta gl. an quodlibet edictum citatorium, habeat nomen proprium & speciale? Et si habet, quæro, quæ & qualia sint ista sua nomina? & dic vt in glossa vsque ad versiculum. sed studiosus, &c. Et de his nominibus dicas plenè per glossa. & Doctor. in dicta l. ad peremptorium.

Opponitur in dicta parte, cum dicta glossa contra ea, quæ suprà proximè dixerat, videlicet, quod secundum edictum, quod non habet nomen à lege, sed magistraliter appellatur citatorium sit maioris dignitatis & autoritatis, quàm vltimũ, quod habet nomen à lege, & appellatur peremptorium, quoniam solus Princeps reuocat citatorium. vt l. 2. C. de principi. agen. in re. Igitur nomen impositum vltimo edicto, per legem, videlicet, peremptorium, melius conuenisset secundo edicto. Et hæc glossa hanc difficultatem dimittit insolutam, quæ hoc voluit vsque ad versiculum. Illud autem assiduè, &c. Sed circa hoc dixit Iacobus de Bel. quod ibi loquitur in citatorijs, quæ fiunt ab illustribus, quæ non possunt reuocari: Hic verò in illis, quæ fiunt à minoribus, quæ possunt reuocari. Nicolaus autem de Neapolis dicit, quod nescit videre, quare secũdũ debeat vocari eo nomine, quo quartum, cùm non sit peremptorium.

Sed mihi videtur, quod nec glossa, neque Iacobus de Bel. sanè intellexerunt, dictam l. 2. C. de princ. agentis in reb. quoniam loquitur in speciali casu illius prin. agentium in rebus. Erant namque isti agentes in rebus viri approbati & matriculati l. matricula. C. de princip. agentium in rebus, qui habebant curam portandi per prouincias pecuniam publi. & annonam l. 2. C. de decurio. Et etiam plures diuisi, per diuersos numeros. vt not. super rubrica de principi. agentium in rebus, Et habebant vnum principatũ inter eos, qui appellabatur Princeps l. 1. de princip. agentium in rebus. Et isti tales agentes habebant priuilegium, vt non conuenirentur coram alijs iudicibus. vt in l. final. C. de decurio. Sed solùm coram suo Principe. Et ideò dicitur in dicta l. 2. quod solus Princeps reuocat edictum citatorium. Et sic nihil valet argumentatio istius glossæ. Præterea peremptorium est maioris potentiæ, quàm citatorium, quod patet, quia potest includere in se omnia alia edicta citatoria. vt in d. l. consentaneum. & in l. nonnunquam. Item, quia perimit disceptationem l. & tertium. ff. de iudici. igitur, &c. Et hoc est, quod statim subijcit ista glossa in dicto versiculo, illud autem qui statim sequitur vsque ad versiculum: restat ergò, &c. de quo dic, vt in d. l. consentaneum & plenè in Specul. de citatione. in §. viso per totum.

13 †Quæro subsequenter cum dicta gl. in versicul. restat ergò, &c. quale interuallum tẽporis debeat esse inter vnam citationem, & aliã, siue loquamur de iure antiquo, siue nouissimo, & siue loquamur de iure fori, siue de iure poli & diuino? Et dic vt in glossa quæ notabiliter prosequitur & declarat istum articulum, vsque ad versic. sequitur nunc de citatione, &c. Et de materia huius articuli, dic plenè in Speculo, de citatione in dicto §. viso per totum.

14 †Quæro subsequenter cum dicta gl. qualis sit effectus citationis, in actione reali, aduersus reos absentes & contumaces? Et dic, vt in glossa vsque ad versiculum not. &c. Et de hac materia plenè per Specul. in titulo de contumacia. in §. 1. & in §. sequitur videre. & per hoc in Autent. ei qui. C. de bon. auto. iudi. poss.

Quæro subsequenter cum dicta glossa an in realibus sit fienda differentia inter absentem & latitam, & dic, vt in glossa, vsque ad versiculum secundum tamen priores, &c. Sed tu circa istum articulum dic latius per glossa. & Doctores. in d. §. Celsus. & per glossa. & Baldum. in l. cùm proponas. C. de de bon. auto. iudi. poss.

Quæro subsequenter cum dicta glossa an, & qualiter reus contumax reuer. recuperat tenutam in actione reali? & dic vt in ea vsque ad versiculum, si verò personali. Sed tu de hoc dic, vt in d. l. si quis empt. in §. pen. & C. vbi in rem actio. in l. 2. & plenè in Specul. de primo & secundo decreto. in §. iam de effectu versic. vltimo nota.

Quæro subsequenter cum dicta glo. quis & qualis sit effectus citatiõis in actiõe personali aduersus reum contumacem, & dic, vt in gl. vsq; ad ver. actor verò ante lit. contesta-

contestatam. Sed hîc plenius circa istum articu. per Doctor. in dicta Autentica, ei qui.

Quæro subsequenter cum dicta glo. an, & quando actor possit citari tam de iure antiquo, quàm nouo, & si ipse actor citatus esset absens & contumax, qualiter succurratur reo, & ante litem contestatam, & post vel quasi contesta. & dic, vt in glos. vsque ad versic. sed sciendum. de qua materia dic plenè in Spec. in titu. de contumacia. in §. secundo, & per Doct. in d. l. properandum. in §. & si quidē. C. de iudi.

Quæro subsequenter cum dicta glos. de differentia inter immissionem possessionis, quæ fit ante litem contestatam, & illam, quæ fit post, siue in actione reali loquamur, siue personali. & dic, vt in glossa, vsque ad finem ipsius, de qua materia dic plenius per Specul. in titulo de primo & secundo Decreto. in §. iam de effectu. Et nunc habes totam istam glossam expeditam, cum additionibus necessarijs.

15 †Quæro ab extra, an ista solennitas, de qua in textu nostro debeat obseruari in vero contumace, qui tacitus dixit expressè, nolo venire, & quidam dixerunt, quod sic, per ea, quæ dixi suprà, in glossa tertia, & hanc partem secutus est Petr. sub dubio fortè, vt dixit Cynus in Autentic. qui semel, & hoc ista ratione, quia fortè se emēdabit. Hanc partem secutus est quidam Bartolutius disputando: vt dicit Baldus. in d. l. tres denunciationes: quoniam si renunciauit vni remedio, non videtur renunciare alteri. vt in l. si domus. ff. de serui. rusti. prædict. Item, quia debemus interpretari in benigniorem partem. Et pro hac parte adduco glossam notabilē, quæ hoc tenet. in c. venerabilem, de sententia excommu. libro 6. licet, Bald. eam reprobet. in l. consentaneum. Sed pro alia parte est Andræas de Isernia, videlicet, vt non sit necessaria ista solennitas in vero contumace, quia postquam sumus certi, quod citatus non vult venire, non est amplius expectandus. argu. in l. continuus. in §. cùm ita. ff. de verbo. oblig. & q. no. in l. & post. ff. de iudi. & adducit argu. in c. 1. infrà hîc fi. lex.

Et hæc pars videtur mihi verior de stricto iure. Primò per no. in l. tres denunciationes. Secundò, quia iste textus loquitur de ficto contumace, quod patet, quia nō sine ministerio dicitur hîc in textu, quod citatus non respondit, vbi autem constat expressè quod non vult venire, neque facere iustitiam domino, tunc perdere debet feudum sine aliqua spectatiōe. vt in d. §. itē, qui domino infr. quæ fuit prima caus. vbi videtur casus. Nam cū respōdeat pertinaciter in contemptum iudicis, & sit verissimus contumax, non oportet, q̄d de nouo citetur, nec ad contumaciam præsumendam, nec ad militiam conuincendā. Quia de ea constat iuxta illud, loquela tua manifestum te facit, & not. Ioā. And. extra de offi. ordi. in c. irrefragabili. Itē, quia debet esse differētia aliqua inter veram ac nimiam contumaciam, vt magis puniatur, quàm ficta & præsumpta. vt not. in l. Fulcinius. in §. final. ff. ex quibus causis in pos. eat. & Specu. in titul. de primo decreto. in §. restat. ver. hoc autē notandum, hanc partem sequitur Bartol. & Baldus in d. l. tres denunciationes. per c. 1. & quod ibi nota. de dolo & contumacia, libro 6. Item, quia numerus citationum est inductus de benignitate, à qua sic respondens se facit alienum, quia dolo non caret. vt. ff. de regul. iur. l. non potest videri & perseuerantia animi sui præsumitur. ff. de proba. l. cùm tacitum. Hanc partem tenet glossa 24. q. 3. de illicita. vbi glo. plena de hac materia. Hoc idem tenet Inno. in c. ad peti. extra de accusa. & pro hac parte adduco glossam 3. suprà positam, quæ saluari potest in vero contumace, non autem in ficto, vt super ea dixi. Vtrum autem talis contumax veniendo postea adhuc curia sedente, possit se purgare & audiri debeat, vide per Doctor. in l. diuus. ff. de integ. resti.

16 †Quæro an contra contumacem requiratur noua citatio ad audiendam sententiam priuationis, dic quod non in casu nostro, quia contumacia præcedens, respicit totum processum vigore cuius est ferenda sententia. vt tenet Bartol. in l. desertorem. in §. si ad diem. ff. de re mili. & poterit ferri sententia declaratoriè. vt. ff. de iudi. in l. de qua re. & tenet Bald. in d. l. consentaneum. Facit quod dixit glossa in l. & post edictum. ff. de iudici. & per Inno. in c. consuluit. extra de offic. deleg. &c.

17 † Quæro an in bonis feudalibus propter contumaciam debitoris, possit petere creditor, qui non est dominus, se mitti in possessionem? Et dixit Baldus in Autentic. ei qui. C. de bon. autor. iudi. possi. quod sic ex primo decreto, non autem ex secundo, quia esset alienatio, nisi fortè esset feudum, quod ex pacto posset alie-

 nari,

nari, quia tunc etiam ex ſecundo argum. in c.1. de feud. non habente propriam naturam feudi. Et vide ad hanc quæſtionem id, quod dixi inf. de prohi. feu. alie. per Fe. in prin.

18 †Quæro an pares poſsint denegare audientiam in alia cauſa feudali huic contumaci, donec perſeuerauerit in contumacia in prima cauſa, & dic, quod ſic, gloſſa eſt ſingularis. in l. ſed & ſi per Prætorem. in §. actio. ff. ex quibus cauſis maio.

Quæro an ſufficiat contumaciam apparere ex actis, licet ſuper ea nihil ſit pronunciatum, an exigatur interlocutio, dic vt per gl. & Doct. in l. penul. in glo. penul. C. ad Trebel.

19 † Quæro quid ſi conſtat iſtum citatum comparere non poſſe? an interim ſint ligatæ manus iudicum, dic quod ſic, niſi in actibus publicis, ne propter paucorum abſentiam, publica vtilitas retardetur. l. 1. C. de decurionibus lib. 10. ſecundũ Bal. facit quod in ſimili dicitur in actionibus. vt dixit Inno. in capit. cùm inter vniuerſas. extra de elect.

20 †Quæro an primum decretum poſſit interponi die feriata, dic quod ſic, ex cauſa: vt tenet gloſſa. in l. ſecunda. ff. de ferijs. Et poterit etiam reuocari die feriata. vt dixit gloſſa ſingularis in L. minor. ff. de euictione. Facit quod dixit. Inn. in capitulo quoniam frequenter. extra, vt lite non conteſtata. & Ioan. Andræ. in capitulo conſultatus. extra de officio deleg. Facit etiam, quia debitor poſſet capi ex *a* cauſa in die feriata. *a* vt dixit alia gloſſa ſingularis. in l. dies feſtos. C. de ferijs. quinimmò etiam ipſe creditor poſſet propria autoritate capere debitorem ſuum *b* fugitiuum. *b* vt nota. gloſſa. in l. ait Prætor. in §. ſi debitorem. ff. quæ in fraude credito.

a *Ex cauſa in die feriata. Adde Bar. in l. ait Prætor. in §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraud. cre. Ange. & Raphael Ful. in l. 2. ff. de ferijs. Ange. in l. qui reſtituere ad ſi. ff. de rei vendica. Pau. de Ca. in l. diuus. ff. de ferijs. Bal. in c. fi. de ferijs. Cardi. Zab. in c. vt fame. in vltim. co. de ſen. ex Pe. de Ancha. conſi. 127. inci. vnus procurator. Ale. de Imo. con. 159. inci. circa primum dubiũ omiſſo apparatu verborum. in 2. volu.*

b *Capere debitorem ſuũ fugiẽtem. Adde gloſſ. inſti. de actio. gloſ. in verbo. detinere. in §. neceſsitatem. in Auten. vt iud. ſine quoquo ſuffragã. Bar. in c. primò de pa. iur. firm.*

Vltimò ad materiam præſentem vide infrà, quæ fuit prima cauſa benefici. amit. in §. eſt & alia. & in §. item, qui domino. & quod dixi in capitulo primo, ſi de inueſtitura inter do. & Vaſallũ. & in c. 1. in fine, de inueſtitura in maritum facta. & in c. 1. an apud iudices vel curiæ. & per Iacobum Ardi. in titulo quibus modis feudum amittatur, ſub rubricella, ſi dominus Vaſallũ fecerit citari, &c. & quod ſtatim dicam in §. ſequenti.

De materia verò citationis vide plenè in Specul. de citatione per totum. & per Inno. in c. fin. de ferijs. & extra de accuſa. c. ad petitionem.

De materia autem contumaciæ plenè in Specul. in titulo de contumacia per totum. & in Cle. 1. de dolo & contumacia. & per Baldum in dicta. l. tres denunciationes. & in l. ea. C. quomodo & quando iudex. & per Doctor. in l. contumacia, de re iudica. & in c. 2. extra de procura.

De materia autem tenutę, & immiſſionis in poſſeſsionem, plenè in Speculo in titulo de primo & ſecundo decreto. & per gloſſam & Doctorem in l. ſi finita. in §. Iulianus. ff. de damno infecto. & vide ad materiam noſtram per Hoſtienſ. in Summa in titulo de feudis. in §. final. verſicul. in quo autem loco.

SVMMARIA.

1 *Remedia Vaſalli in poſſeſsione feudi à domino læſi. & nu. ſeq.*

4 *Quærela Vaſalli à domino de feudo ſpoliati, pro libello debet haberi.*

5 *Iudex ſuperior aditur propter eius potentiam qui aduerſatur.*

6 *Iudex inferior inſufficiens, ſi fuerit, ſuperioris fauor implorabitur.*

7 *Vaſallus dominum alloquens reuerebitur.*

8 *Vaſallus contra dominum agens veniam petere non obligatur.*

9 *Subditus aduerſus patriam, vel fiſcum agẽs, veniam petere an debeat.*

Dominus propter inobedientiam & contumaciam, an priuetur proprietate feudi.

Vaſallus an poſsit agere contra dominum ſpoliantem tertium, qui ſpoliauit Vaſallum, & quomodo intelligatur præcedere.

Dominus ſpolians Vaſallum de re non feudali, an poſsit conueniri à Vaſallo.

10 *Dominus Vaſallum iniuſtè ſpolians vltra poſſeſsionis reſtitutionem ad quam pœnam teneatur.*

11 *Prælatus Vaſallum ſpolians feudo, cuius proprietas eccleſiæ pertinebat, quomodo puniendus.*

Quæ ſint neceſſaria ad reſtitutionem obtinendam. Remiſsiuè.

Vaſallus ſuccubuens in iudicio ſpoliationis, an poſtea debeat audiri, ſi velit agere actione directa.

12 *Reſtitutio & miſsio in iuribus negatiuis, qualiter fienda.*

§ SI VERO VASALLVS. Hæc eſt ſecunda pars principalis huius capituli, in qua Vaſallus conqueritur de domino. Et in hac parte pro intelligẽtia literę, quæ obſcurè locuta eſt, & gloſſa. & Doctor. plurimi variè ſenſerunt, violando in pluribus textũ noſtrum

quod

quod non fuit necesse videre meo, vt infrà patebit, præmitte pro euidentia dicendorũ id, quod præmisi suprà proximè in principio huius capituli. Insuper pro clara notitia diuido istum §. in quinque partes. Quoniam in prima, Vasallus extra iudicialiter exposuit quærelam suam ipsi domino de iniustitia, quã ipse dominus sibi fecit, priuando ipsum Vasallum feudo suo sine iuris ordine, supplicando eidem, vt placeat dictum suum feudum sibi restituere, ad quam quærelam dominus respondit valdè acriter dicendo, quòd nullo modo vult restituere, vsque ibi quid Vasallo, &c.

1 † Vbi secundò consulit Vasallo, vt debeat conuocare curiam, & coram dicta curia verbis honestis, & cum reuerentia prędictam quærelam exponere de domino suo, vsq; ibi, & curia, &c.

2 † Vbi tertiò ponit primum remedium, quo subuenitur ipsi Vasallo, videlicet, quia curia audita dicta quærela, accedit ad dominum, & cum debita reuerentia debet extraiudicialiter demonstrare sibi, qualiter de iure potest, ac debet competenter cogi, vt possessionem feudi restituat. Vnde hortantur ipsum, vt velit acquiescere sine alio litigio, & restituere Vasallo suã possessionẽ. Et inquantum nolit hoc facere, quia fortè sperat fouere iustitiam, veniat ad iudicium coram dicta curia, & deducere iura sua, quia disputabitur & determinabitur per curiam super iuribus suis, vsq; ibi, quòd si ter, &c.

3 † Vbi quartò ponit secundum remedium, quod habet Vasallus inquantum dominus nolit acquiescere, primo remedio proximè dicto, videlicet, quia admoneri faciet dominum per curiam, vt sibi restituat suam possessionem, vel compareat coram dicta curia in iudicio, ad faciendũ sibi iustitiam, qui dominus si ter citatus, & admonitus perseuerauerit in contumacia, condemnabitur per curiam ad restitutionem possessionis, vsq; ibi, tunc liceat, &c. Vbi quintò dat tertium remedium, videlicet, quia si ipse Vasallus non potest habere executionem, coram curia, propter potẽtiam domini, qui paruipendit admonitiones, & iudicium curiæ, tunc licitum est Vasallo ire ad maiorem iudicem habẽtem potestatem, & petere dictam executionem, qui dominus si ad præceptum dicti iudicis prędicta facere recusauerit, poterit violẽter per familiam dicti iudicis compelli ad restituendum dictam possessionem ipsi Vasallo. Quoniam ipse Vasallus restituetur ad dictam suam possessionem manu militari. Et nunc habes intellectum huius literæ per istam diuisionem quæ sufficiat etiam pro summario.

In text. ibi, malo ordine, videlicet, sine cognita culpa & laudata per iudicium parium, vt suprà de feudo sine culp. non amitt. in c. 1. Ibi, intrauit, scilicet, propria autoritate, priuando ipsum Vasallum sua possessione, & non secundum ordinem iuris, vt suprà. Ibi, perperam, id est, valdè, acerbè & malè, & similem text. habes. C. de inof. testa. l. fratres. in fin. & l. 3. commun. vtri. iudi. Ibi, competenter cogere, scilicet, verbis honestis, declarando sibi qualiter iure cogi debet ad restituendam possessionem feudi, quam malo ordine intrauit, cùm spoliatus ante omnia sit restituendus, quare hortantur ipsum, vt velit restituere & acquiescere sine alio litigio. Ibi, & acquiescat, id est, possessionem dimittat quiete Vasallo. Ibi, se committat. Non intelligas istum textum ruditer, vt faciunt quidam, videlicet, quòd autor locutus fuerit grosso modo, petendo illud, ad quod dominus est astrictus de iure, scilicet, iudicium curiæ. Sed intelligas textum sane, prout suprà declaraui in diuisione. Ibi, ter admonitus, dic quod notanter dixit admonitus, quoniam nõ propriè appellatur citatio, sed potius quædam admonitio, siue denunciatio, vt not. Ioan. And. in c. cum nobis. extra de elect. & Bal. hîc. Et intelligas, scilicet, per spacium septem vel decem dierum, inter vnam admonitionem & aliam, prout dictum est in casu econuerso, suprà in principio huius capituli. Quoniam illud quod statuitur in vno respectu alterius, debet statui etiam in altero, vt suprà de for. fideli. in fi. & infrà quali. dominus proprietate priuetur in c. 1. Ibi, distulerit, vt quia noluit restituere possessionem feudi, secũdum determinationem curiæ, quam facere debet eo ipso, quod non obtemperauit tertię admonitioni, vt patet in casu econuerso. sup. in princ. capituli. Sed quia ipse dominus propter eius potentiam, nõ curat de admonitione curiæ, ideò Vasallus habet recursum ad superiorẽ potestatem, vt sequitur. Ibi, iustitiam facere noluerit, vt quia adhuc nolit voluntariè acquiescere ad restitutionẽ possessionis. Ibi, eum deprecare. i. violẽter ipsum dominũ priuare, dicta possessione feudi manu militari, ꝑcedente iussu iudicis, secundum formam quæ traditur

in l. qui restituere. ff. de rei vendi. secundũ Iacob. Ardi. quicquid dicat gloss. & Andr. de Iser. & Communiter Docto. Et pro hoc adduco text. inf. de pace te. in §. si tres. in fi. Nam postquam voluntariè non vult obtemperare iudici, debet per familiam iudicis cogi ad restituendum, & iste est verus intellectus literæ.

Et non intelligas, quòd istud verbum depredare capiatur hîc, tanquam verbum deponens transitiuũ, quia tunc esset vitiũ in Grammatica, quia debuisset dedicere depredari. Sed intelligas quod sit verbum actiuum, sicut est spolio, priuo, depredo, quasi prædio te priuo, quæ verba post se vltra accusatiuum regunt etiam ablatiuum sine præpositione, ex natura effectus causæ materialis, quasi dicat poterit priuare dominum dicta possessio, vel potes dicere, quod loquatur secundum prolationem grammaticalem patriæ, prout alibi fit in c. 1. infrà, de fil. na. ex matri. ad mor. contracto. & est bonus text. cum glo. in c. 1. de iniu. lib. 6.

4 † Not. quòd Vasallus potest conqueri de domino suo, qui ipsum spoliauit feudo, & ista quærela simplex poterit haberi pro libello, vt no. gloss. multum singularis. 1. q. 4. quia præsulatus, & tenet Bald. hîc. Qualiter autem concipiatur libellus solenniter super spoliatione, nota. extra de resti. spol. in c. sępè. & plenè in Specul. eo. tit. in §. 1.

5 † Not. propter potentiam aduersarij, potest adiri iudex superior, etiam sine appellatione. Ad quod facit Cle. pastoralis. de re iudi. & quod not. in c. statutũ. de rescriptis. lib. 6. & in Auten. de quęstore. in §. si verò forsan. & quod not. gloss. sup. quid sit inuestit. in §. 1. in gloss. fi. & quod habetur suprà, si de inuestit. inter dom. & Vasallis oriatur. & per hoc dixit Ioan. And. in c. non minus. extra de immu. ecclesi. quòd si debet citari Tyrannus vel alter, qui sit terribilis citanti, quod sufficit vna citatio, & dic, vt ibi per eum.

6 † Not. quòd si iudex inferior, non est sufficiens ad exequendam sententiam, q. potest implorari brachium superioris, vt hîc & in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iudic. & C. de Epis. audi. in l. episcopale. & ibi est gloss. not. quod potestas exequitur sententiam latam per Episcopum.

7 † Not. quòd Vasallus debet reuerenter adire dominum, & secum loqui reuerentia semper salua, prout in simili dixit text. de liberto, aduersus patronum suum. in l. cùm affines. C. de libe. causa. Et similiter de seruo, aduersus dominum suum in l. si liber. C. de condi. ob caus. & gloss. prima hîc posita, quæ per hoc est expedita in sui princip. vsq; ad versi. si quid est, &c.

8 † Quæro cum prędicta gl. in dicta parte, an Vasallus agens contra dominum, teneatur petere veniam, sicut dicitur de liberto, & similibus, vt patet in tit. de in ius vocando? Et respondet gloss. quod non, quia in ista materia feudali non vtimur istis superfluitatibus.

Nec obst. iste text. dum dixit salua reuerentia, &c. quia loquitur respectu actionis intentandæ per Vasallum, qui ab inhonestis verbis debet se temperare. l. 4. C. de obseq. à lib. præstan. Et hoc voluit ista gloss. vsque ad finem, & laudabiliter loquitur secundum Iacob. de Belui. & Nicol. de Neapol. & Bald. Et est ratio, quia Vasallus non est de personis enumeratis in ędicto prætoris, vt patet per not. per gloss. instit. de act. in §. pœnales. Meritò in eo non cadit talis necessitas, vt ibi nota. & in l. generaliter. ff. de in ius vocan.

9 † Ex quo infert idem Bald. quòd similiter subditus agens contra patriam, vel fiscum, vel in similibus non teneatur petere veniam, quod est notatu dignum. Ego tamen putarem, quod agendo contra Principem, vel fiscum suum, esset tutius petere veniam, vt videtur tenere gloss. in l. fin. C. de quadri. præscript. Et ibi dixit Bald. hoc esse singulare. Idem dicerem de ascriptitio & censito. vt nota. glo. in l. 2. C. in quibus causis colo. cen. libro vndecimo, & est ratio, quia æquiparantur magis liberto, vel seruo, quàm Vasallo. ar. eorum quæ nota. per glossam primam suprà, quibus modis feudum amittatur. No. tamen, quòd Speculator in tit. de feud. versi. 17. tenet, quod Vasallus teneatur petere veniam, vbi videas.

Oppo. cum gloss. 2. quòd imò Vasallus non possit relinquere iudicium iam inchoatum coram curia, cùm ipsa curia debeat cogi diffinire iuxta regulam traditam, in l. de qua re in princip. ff. de iudic. Solut. istud est inductum fauore Vasalli, vt posit declinare iudicium curiæ, propter potentiam aduersarij, & sic dicta regula fallit in isto casu, prout etiam interdum fallit in alijs casibus ibi notatis. Posset tamen Vasallus, si vult compellere curiam ad iudicandum, vt ibi, & hoc vult ista glo. vsque ad fin.

Sed

Sed tu dicas, quòd iste text. potest intelligi, quod isti pares iam pronunciauerant, sed non erant sufficientes ad exequẽdum propter terrorem & potentiam domini. Meritò poterit executio fieri per superiorem, vt dixi super textum in penul. nota. & hoc modo intelligendo nihil obstabit.

Opp. cum gloss. fin. contra istum tex. in fin. quòd imò non liceat Vasallo, deprędari dominum propria autoritate per l. extat. ff. quòd metus causa. Solu. dicit glo. intelligas, quòd iste Vasallus erat Bannitus, quo casu, Vasallus hoc faciens, priuaretur iure suo, vt in contrario. Et hoc voluit dicere gloss. vsque ad versic. & in hoc casu, &c.

Sed tu dic, quòd licet Andr. de Iser. & nonnulli Doctores secuti fuerint istam glo. quòd benè intelligit textum nostrum. Primò, quia diuinat. Secundò, quia Vasallus regulariter non accusat dominum criminaliter, vt infrà quę fuit prima causa benefic. amitt. in §. sed & qui delator. Tertiò, quia Banniti terrarum non possunt derobari, vt nota. in l. ad cognitionem. ff. ex quibus causis in possessio. eatur. & ff. de mino. l. Papi. exuli. Quartò, quia pares non possunt bannire, quia est meri imperij. l. nulli. C. de senten. & interlocutor. omnium iudicum, & institu. quibus modis ius Pa. po. sol. §. quod autem. cum ibi nota. Et propter hoc intelligebat Bald. istum textum, quòd iste dominus de cuius proteruia constat bannitur à lege, vt possit derobari, vt hîc, & ex hoc colligit, quòd statutum potest dare prædandi licentiam, ad quod facit. §. Gazaros. infrà de statut. & consuetu. contra liber. eccles. tol. & quod nota. gloss. infrà hîc finitur lex in princip. & quod ibi dixi. Sed tu intelligas clarius, & melius textum nostrum, vt suprà dixi, videlicet, quòd Vasallus poterit dominum deprędare, hoc est prædio feudali priuari manu militari, & violenter, ex præcepto iudicis, postquam ipse dominus voluntariè recusauit adimplere, & fuit contumax, & iste est verus intellectus videre meo, & ita reperi intellexisse, & sensisse dominum Iacobum Ardizo. in Summa sua in titu. de conten. feud. sub rubricella prima in fine. & probatur in dicto §. si tres. suprà allegato.

Quæro cum dicta gloss. fina. in dicto versicu. & in hoc etiam, &c. An dominus propter talem inobedientiam & cõtumaciam priuetur proprietate dicti feudi, & respondet quod sic, per iura quæ allegat vsque ad finem. Quæ gloss. benè loquitur duplici ratione. Primò, quia iste dominus fuit expressè contumax, quod patet, quia textus in fine dixit, noluit facere iustitiam, & de hoc dixi & declaraui suprà in princi. capituli. Secundò, quia peccauit in alio, videlicet, spoliando Vasallum contra debitum iuris, quo casu, sicut Vasallus fuisset priuandus iure suo, si hoc fecisset in dominum, ita & contrà, vt suprà de for. fideli. in c. 1. in fine. & de noua forma fideli. in capitulo primo. Et circa hoc vide, quod statim dicam infrà, in quæstione tertia sequen.

Opponitur ab extra, quòd imò Vasallus spoliatus, dominio non posit intentare interdictum, ad suam possessionem recuperandam, propter atrocitatem facinoris, vt probatur in l. 1. §. interdum. hoc quia. ff. de vi & vi armata. Solutio: ego fateor, quòd non intentabit actionem famosam, sed exponit quærelam curialibus verbis dicendo, se spoliatum, vt suprà dixi, & probatur etiam in dicto §. interdictum, vbi loco dicti interdicti, proponit libertus actionem in factum, nisi fuisset vis armata, vt ibi & tenet Innocen. in capitulo cæterùm, extra de iudic. Non tamen intelligas, quòd condemnatus ex hoc interdicto, esset infamis de iure, sed solùm de facto. l. neque. cum ibi nota. ff. de vi & vi arma. Quando autem & qualiter subueniatur spoliato per interdictum possessorium, plenè dixi suprà quid sit inuestit. in §. si verò Vasallus, vbi videas.

Quæro ab extra, Titius spoliauit Vasallum meum, ego verò spoliaui Titium, & sic ingressus sum possessionem feudi malo modo, an habeat locum iste text. vt Vasallus agat contra me, tanquam contra spoliantem? Et dicit Andreas de Iser. quod non, cùm non possunt se fundare super spoliatione sibi facta per tertium. l. loci corpus. in §. competit. ff. si seruitus vendice. Sed tu asigna aliam rationem, quia competit solùm contra spoliantem. l. prima in princip. cum ibi nota. ff. de vi & vi arma.

Et intellige prædicta, quando nulla causa potuisset imputari domino, super violentia facta Vasallo, quia aliàs secùs, vt in dicta l. prima. in §. 1. & in l. Colonus. vbi de materia ista tractatur. De vnum vtilem rei vendicationem benè poterit intẽtare, vt dixi suprà de inuesti. de reb. alie. fac. in §. 1.

Quæro

Quæro quid si dominus spoliauit Vasallum de alia re, quæ non sit feudalis, an habeat locum iste text. Et respondeo quod non, vt tenet Innocen. in dicto c. cæterùm.

10 † Quæro an de dominus spolians teneatur ad aliam pœnam, quàm ad restitutionem possesionis per l. si quis in tantam. C. vnde vi. Et dicit dominus Andre. de Isern. quod tenetur ad omnia, ad quæ quilibet alter teneretur. arg. eorum quæ ibi nota.

Non obstat iste text. dicit ipse vbi patet, quòd simpliciter condemnatur ad restitutionem possesionis, & non ad aliud, quia non fuit petitum vltra per Vasallum. Vnde non debuit condemnari vltra petita. l. fi. C. de fideicommis. liber. Fortifico istud, quia cùm non sit iste casus expressè determinatus consuetudine feudorum, debemus determinare secũdum ius commune, vt sup. de feu. cogni. in c. 1.

Veruntamen his non obstantibus, ego temperarem istam sentẽtiam, vt procedat in casu, quando dominus fuisset tractus propter eius proteruitatem coram iudice ordinario, qui etiam criminaliter secundum naturam delicti posset punire. Vbi autem quæstio feudalis non exit de curia parium, tunc putarem quod non imponatur alia pœna, nisi amisionis feud. Et hoc videtur etiam esse de mente. Innoc. in dicto c. cæterùm. in gloss. penul. Facit quod dixi suprà in gloss. fi. in fi. Ad expensas verò damna, & interesse, non est dubium, quod tenebitur reficere, vt dixi suprà in princip. huius capituli, super text. Quot autem modis puniatur violentia, no. gloss. in dicta l. extat. & vide ad prædicta in Speculo de locato. in §. nunc aliqua. versic. quinquagesimo.

11 † Quæro quid iuris sit, si iste dominus spolians erat Prælatus, vel Clericus, & proprietas feudi erat ecclesiæ suæ, an & qualiter tunc punietur? dic, vt scripsi inf. de cap. Cora. in §. fi. vbi glo. tangit.

Quæro quæ sunt necessaria ad istam restitutionem obtinendam? dic vt not. per gloss. & Docto. in dicta l. 1. §. inter dictum autem hoc, & extra de offic. delegat. consultationibus, & per Ioan. Andr. in addi. Specu. super rubrica de restitutione spoliatorum, & Bald. in l. si eius. C. de probat. & vide in Clemen. prima. de causa posses. & proprie.

Quæro quid si iste Vasallus succubuit in isto iudicio spoliationis, an postea debeat audiri, si velit agere actione directa sibi competente, & probare de iure suo? dic circa hanc quæstionem per gloss. & Doct. in c. cùm dilectus. extra de ordi. cog.

12 † Quæro qualiter fiat omisio & restitutio in iuribus negatiuis. Exemplum, si aliquis dominus colligit pedagia insolita à transeuntibus, & aliquis ex istis transeuntibus agit contra dominum dicens: non est sé ius huic domino exigere talia pedagia, à transeuntibus. Et iste dominus sit contumax in non obtemperãdo, qualiter fiet? dic de hac & similibus quæstionibus in l. si prius. ff. de operis not. nun. per Docto. & quod not. ff. de libe. lega. in l. Aurelius. in §. centum.

Vltimò ad materiam præsentem, vide quod dixi in c. domino committente. infrà si de feud. fue. controuer. & infrà quali. do. propriè. pri. in c. 1. & Bald. in dicta Auten. ei qui. C. de bo. auto. iudic. pos. in tertia charta. Et per Canonistas in c. ex tenore. extra de foro competen. & Innoc. in dicto c. cæterùm. & in Specul. de feudis. in §. quoniam. versic. 18. & plenè per Iacob. Ardi. in Summa in titulo de conten. feudi sub rubricella prima, & vide quod dixi suprà, hoc eodem capitulo in principio.

EXPLICIT LIBER secundus.

INCIPIT TERTIVS. IN QVIBVS CAVSIS feudum amittatur.

RVBRICA.

Hic est liber tertius huius compilationis feudorũ, prout dixi suprà, de feudi cogni. super rubrica, & in præambulis positis suprà, in princip. operis. Nam totus iste tractatus feudorum diuisus est in tres libros. Primus liber durauit à principio tractatus feudorum vsque ad dictum titulum de feudi cognitione. Secundus liber durat vsque ad præsentem titulum. In quo incipit tertius liber, & durat vsque ad finem huius compilationis, & tractatus feud. Et in hoc tertio libro sunt insertę multæ leges Imperatorum, prout patet infrà, in pluribus titulis. Et continuatur ista rubrica ad præcedentem hoc ordine. Quoniam in titulo præcedenti posuit vnum casum, in quo Vasallus amittit feudum, videlicet, propter eius contumaciam. Sed quia sunt plures alij casus, in quibus Vasalli similiter feudum amittunt. Idcircò vt prædicta declaret, subijcit istũ titulum, in quibus causis feudum amittatur. Et aduertendum, quia

dum,quia in hoc tit. & sequen. recepit aliquos casus positos. sup. quibus mod. feud. amit. vt alios addat, & ideò non videtur superfluere vnus titulus per alium, vt in Auten. de æquali. dot. in §. his consequens. cũ ibi not. prout in simili, dixi sup. hic potest esse titul. qui succes. tene. Et hoc modo intelligitur etiam alter titu. sup. hic potest esse tit. quib. mod. feud. amit. vt ibi dixi.

OBERTVS. Ista est quædam epistola respõsiua transmissa per Obert. de Horto peritissimum in hac materia feudi. An Felino filio suo iuueni studioso ipse quærenti, se edoceri & sibi significari, quæ sunt causæ quib. feud. amit. Et diuiditur tota ista epistola in partes septem. Quoniam in prima ponit salutationem. In secunda exordium & excusationem. In tertia narrationem, in qua ostendit, qualiter causæ amittendi feudum non possunt sub certa regula tradi. In quarta assignat vnam rationem interferendo, qualiter Vasallus debeat se habere erga dominum suũ secundum mores curiarum. In quinta ponit diffinitionem beneficij, inquãtum capitur in genere. In sexta ponit diffinitionem beneficij, inquantum capitur in specie pro feudo. In septima concludit narrãdo causas, ex quibus feudum amittatur. Secunda ibi, cogis me. Tertia ibi, dummodò memineris. Quarta ibi, quo enim. Quinta ibi, in primis. Sexta ibi, huius autem generis. Septima & vltima est in tit. seq. qui est pars præsentis epistolæ. Et licet non benè possit summari, tamẽ in summa hoc vult. Pater scribens filio se excusat, & dicit: q̃ causæ quibus feudum amittatur, non possunt diffiniri sub certa regula, & subiungit qualiter Vasallus erga suum dominum se debeat habere. post hæc diffinit beneficiũ dupliciter. h. d. totus iste titulus. In text. ibi, de Horto. Non intelligas quod referat locum originis, quoniam fuit de Mediolano & non de Horto, vt infrà titu. sequen. in princip. & inf. si Vasall. fue. inter. in c. 1. & inf. qui testes sint necess. ad proban. inuesti. in c. 1. Sed intelligas quòd referat nomen agnationis suæ, sicut si diceres: Iacobus de Aluarotis, vt dixi suprà, de feudi cognitione in princip.

SVMMARIA.

1 *Obertus in iure peritissimus maximus fuit aduocatus.*

2 *Causæ feudi amittendi sub certis regulis non possunt tradi.*

3 *Delicta solennibus verbis nonnunquam intitulanda.*

4 *Ingratitudo quæ sit causa feudi amittendi.*

5 *Consuetudo bona quare naturalis sit dicenda.*

6 *Beneficium quot modis sumitur, & vt perfectum dicatur quæ in eo quærantur.*

7 *Beneficium in specie præter feudi naturam ad certum seruitium dari potest.*

8 *Feudum sub pacto datum, vt nullum inde exhibeatur seruitiũ iuri feudi dicitur datũ.*

9 *Feudi definitio multiplex.*

IBI SALVTEM. Similis modus habetẽ in l. publia. §. fin. ff. deposi. Vtrum autem salutatio [a] sit de substantia epistolæ. dixit gl. in prœmio sexti libri. hoc esse relinquẽdum solutioni Rhetoricorum. Sed quantum in proposito nostro tu dic, quod non erat de substantia, cũ pater scriberet filio, cum quo non erat necesse captare beneuolentiam, quę iam inerat, quid autem debeat continere epistola. vide per Bar. & Bald. in prœmio ffforũ. super rubrica ad finem. Ibi, cogis me, subaudi, causatiuè, nõ præcisè, cùm imò filius solùm deprecabatur, vt infrà patet, dum dicit præces tuas paruipendere, &c. Ibi, nostræ reipublicæ. i. Mediolani. vt suprà dixi. Ibi, priuatorum causis.

[a] Verũ autem salutatio. Ad de an per salutationẽ probatur remißio inimicitiæ. vide per Bal. in l. filio in prin. ff. de libe. & posthu. & an nõ salutãs p̃sumatur inimicus. vide per gl. fi. in c. Adrian⁹ 63. di. dummodo prius erat sopitus salutare secũdũ Abb. in c. ad hoc. el. 1. de appella. Ab. in c. cum sup. super gl. 1. de offi. dele. Abb. in c. reprehensibilis. de accu.

1 † Nam iste Obertus erat maximus aduocatus & peritissimus in iure, qui multa viderat de istis vsib⁹ feudorũ, & in frequẽti disceptatione causarum multùm occupatus. Ibi, paruipendere. i. modicum extimare, & est verbum cõpositum. Ibi, rotunda. i. solida & plena. Ibi, comprehendi. s. vt describantur breuiter causæ, quibus feudũ potest reuocari. Ibi, scriptum reperimus, dic vt in l. 3. §. eiusdem. ff. de test. vbi dicitur quod non potest certo modo diffiniri, quæ argumenta, & ad quem modum sufficiant ad probandum. Ibi, sine calumnia. i. sine reprehensione. Ibi, quemadmodum dic, id est, ad quem modum, prout dixit tex. in dicto §. eiusdem à quo sumptus est. Ibi, non errauit, quasi dicat & vehementer erraret, ille qui affirmaret posse dici, & diffiniri, quę causæ sufficiant domino ad probandam ingratitudinem Vasalli, vt perdat feudum. Ibi, occasio, id est, causa, sicut in simili dicimus quòd non omnis metus est sufficiens ad rescindendam transactionem, sed solùm qui cadit in constantem virum. l. interpositas. C. de transact. Et nõ omnis ingratitudo est sufficiens ad reuocandum donationem, vt in l. fi. C. de reuo. dona.

dona.&hîc in glo. Ibi, egregię.i.notabiles, quasi extra gregem positæ, & non vulgares. Et ideò speciali nota commemoratione fuerant dignę, vt sa.l.item apud Labeonem.§.hoc ædictum.ff. de iniur. de quibus causis statim faciet specialem mentionem in titulo sequenti, & quanquam aßignentur ibi aliquæ causæ notabiles, non tamen ex hoc sequitur, quod poßit tradi certa diffinitio, quia vltra dictas causas enumeratas, potest multis alijs modis contingere, vt aliæ emergant causæ sufficientes ad feudi amißionem, vt dicit text. in dicto titulo sequen. in §.sed quia. Ibi, humiliter, id est, reuerenter, vt suprà titulo proximo, in fin. & in l. cùm affirmes. C. de libe. causa. Ibi, deuote, persona enim domini sui debet parcere sibi sic in l. liberto. ff. de obsequijs. Ibi, benignè, id est, benefaciendo tanquam obligatus domino ea ratione, quia benefacientibus benè facere debemus, vt in l. si non sortem. in §. si libertus. ff. de condi. indebiti. Ibi, fideliter, prout habetur suprà, de for. fideli. & titu. de no. for. fideli. Ibi, potest percipi, non autem potest tradi certa regula, cùm ista potius colligantur ex varijs consuetudinibus curiarum. Ibi, in primis, scilicet, antequam causæ, per quas feudum amittitur enumerentur. Et aduerte, quoniam secundum glossam in quibusdam libris incipit hoc loco titulus iste, & omnia præcedentia ex dicta epistola vsque istum §. in primis vocant. Sed communiter habetur tota ista epistola integra, prout suprà legi, & ita tenendum. Ibi, diffinitionem, subaudi, quæ diffinitio tracta est à descriptione in libro Senecæ de beneficijs. Et hoc sensit etiam glossella hìc posita. Ibi, beneuola actio, subaudi, prout à domino proficiscitur, ꝓut autem à Vasallo & recipiente suscipitur est effectus ipsius beneuolentiæ. Et totum istud significatur nomine beneficij. Ibi, capiens, scilicet, cum retributione seruitij, quia Vasallus nunc erit sicut bubo ligatus, vt suprà de for. fideli. Ibi, prona, id est, libens. Ibi, sponte sua, id est, sua voluntate spontanea. Ibi, parata, scilicet, ad hoc faciendum, non autem mediante aliqua necesitate, sed spontè & non coactè, quia tunc non esset liberalitas. ff. de adi. lega. l. rem legatam. in fin. & C. de præpo. sacri. cubi. l. iubemus. §. hæc omnia. Ibi, ex beneuolentia. Ex hoc no. institutio feudorum, seu natiuitas gratiosa. Ibi, datur, subaudi, per inuestituram. Aliàs non constituitur feud. vt suprà, quibus modis feudum constit. poss. in c.i. Ibi, proprietate, id est, directo dominio, quod est domini, vt suprà de inuestit. de re. alie. in §. quamuis. Ibi, rei immobilis, subaudi, vel quæ inter immobilia computantur, vt suprà de feud. cogni. in c. fin. Ibi, penes dantem. Ex hoc colligitur retentio proprietatis rigorosa. Ibi, vsus fructus. Ex hoc colligitur in feudo acquisitio fructuosa, & capitur hìc vsusfructus pro vtili dominio, q̃d est apud Vasallum. vt suprà de inuestit. de re alie. fac. in §. 1. Ibi, hæredesque suos. Ex hoc colligitur proceßio seu prorogatio in feudo generosa. Ibi, domino seruiant. Ex hoc colligitur retentio seu vicißitudo onerosa. Ibi, indeterminatè. Ex hoc tacitè soluitur quędam quæstio dubiosa. Ibi, masculo, subaudi, & deinceps per masculinam lineam descendentes, vt suprà de gradi. in princip. Ibi, fœminas, hoc intelligo, quando de tẽpore specialiter dictum est, in inuestit. vt sequitur. Aliàs secùs, vt suprà, qui feudum dare possunt in §. hoc autem. Ibi, in perpetuum, vt suprà, de natura feudi in princip. nisi per culpam veniret priuandus, vt ibi, & infrà titu. sequen. Ibi. hæredes intelligitur de masculis tantùm in ista materia, istud verbum hæres, simpliciter prolatum, vt suprà de feud. alie. in §. & si Clientulus. Ibi, fideliter, scilicet, secundum formam traditam. suprà de for. fideli. & in titu. de no. for. fideli. Ibi, si in id, scilicet, beneficium per inuestituram datum, & facias hìc vnam virgulam ne erres. Ibi, seruitium, subaudi, quod debet præstare Vasal. & sui hæredes. Ibi, sit expressum. Pone exemplum per §. præterea. suprà quid sit inuestitu. potest enim dari feudum ad certum seruitium, vt in c. fi. infrà de capi. qui cur. ven. & tunc appellatur feudum conditionatum, vt ibi not. in gloss. Ibi, siue indeterminatè, id est, liberè, sine aliqua conditione apposita. Quo casu, appellatur feudum simplex seu rectum, vt in gloss. in d.c. fin. quoniam tunc non debetur seruitium, nisi secundum simplicem & propriam feudi naturam, prout disponitur suprà, in d. titu. for. fideli. & de no. for. fideli.

2 † Not. non posse tradi sub certa regula causas, ex quibus feudum amittatur, sicut nec genera probandi, an per testes, & quales, & quot, vel per instruméta, & quas lia argumenta. Et ideò ista committuntur iudicibus à iure, qui ex varijs causarum figuris decernare debent illud, quod æquũ ac iuridicum videatur, vt infrà in titu. sequen. in §. sed quia. in dicta l. testium. in §. eiusdem

eiusdem. & in §. 1. Ibi, tu magis scire potes, quanta fides sit testibus adhibenda, &c. Facit. ff. de verbo. oblig. in l. continuus. in §. cùm ita. Et de hac materia super arbitrio concesso iudicibus à lege quid operetur? dic plenè per Bartolum. Digestis de decreta. ab ordine facié. in lege ambitiosa. & per Baldum in l. voluntatis. C. de fideicommissis. & dixi suprà de milite Vasallo. in princip.

3 †Not. quòd etiam delicta possunt intitulari verbis solénibus, vt patet hîc, dum causam ingratitudinis appellat egregiam, sicut alibi latro appellatur famosus. l. capitalium. in §. famosos. ff. de pœnis. Et interdum lex dicit maleficium benè facere Ironice loquendo. l. fratres. in fin. cum ibi not. C. de inoffic. testa.

Not. non posse tradi certa regula, neq; diffiniri qualiter Vasallus debeat se habere erga dominum suum, cùm hoc consistat potius ex varijs curiarũ consuetudinibus. Et est ratio, quia cùm consistant in facto & non in iure, non possunt diffiniri, vt in l. mora. in princip. ff. de vsur. Facta enim sunt incerta. Ius verò est certum. l. 3. ff. de iur. & fac. ignoran. Et ideò propter nimiam negociorum varietatem, vel propter differentiam aliarum circumstantiarum, relinquitur in arbitrio iudicis, hîc & in l. neque leges. & ibi bona. gloss. ff. de legib. Nam possibile est, quod in vna curia dominus sit magis onerosus in Vasallos, quàm in alia, & similiter Vasallus sit magis delicatus in vna, quàm in alia, vt infrà in titu. sequen. in princip. vnde ista sunt à iudice disponenda. l. si seruos. in fin. ff. de pigno. act.

4 †Not. text. ibi, non enim, &c. quòd feudum non admittitur ex qualibet causa ingratitudinis, sed solùm ex magna ingratitudine, vt hîc & infrà in titu. seq. in §. illud enim.

5 †Not. text. ibi potius ex natura, &c. quòd bona consuetudo dicitur naturalis. Et est ratio, quia prouenit ex inuestitu. naturæ rationalis, quæ inest homini, vt infrà titu. proxi. in §. sed & qui delator.

6 †Not. beneficium dupliciter vno modo sumpto in genere, quotiescunque alijs benè facimus, quoniam obligamus eos nobis ad antidora. l. sed si lege. in §. consuluit. ff. de peti. hæred. & sub hoc beneficio generali, comprehenditur etiam ipsum feudum, quod est beneficium in specie. Et ista species assumit sibi nomen sui generis. Sicut dicimus de adoptione, quæ est nomen generale & continet sub se etiam adoptionem in specie, vt in l. 1. ff. de adopt. Vt autem istud beneficium in specie sit perfectum requiruntur ista sex, videlicet, quòd dominus det spontè, & non coactè. Secundum quod dominium suum directum remaneat apud dominum. Tertium, quod consistat in rebus immobilibus, vel quæ immobilium nomine continentur. Quartum, quod dominium vtile transferatur in Vasallum. Quintum, quod transeat in perpetuum in masculos descendentes hæredes. Sextum, vt per Vasallum fiat fidelitas, & fideliter seruiatur. Et omnia ista sex colliguntur ex diffinitione in isto text. posita. Similiter sunt sex illa, ad quæ tenetur Vasallus domino ex forma fidelitatis, scilicet, Incolume, Tutum, Honestum, Vtile, Facile, Possibile, prout numerantur & declinantur suprà de forma fidelitatis. in c. 1.

7 †Not. quòd istud beneficium in specie q; est feudum potest dari determinatè ad certum seruitium præter naturam feudi. Et indeterminatè non specificato aliquo seruitio, videlicet, secundum communem naturam feudi, vt dixi super text. & suprà, de controu. inter Vasal. & Epis. in euidentialibus, & in præambulis huius operis, & in quæstio. 7. Expeditis textualibus venio ad apparatum. Et aduertendum, quòd hîc est solùm vna gloss. expedienda, quæ modicum fructum affert nobis, cùm solùm declarare intendat, quod hic olim habebantur quædam capitula, quæ hodie vacant cum alibi tradita sunt pro maiori parte. Veruntamen pro expeditione dictæ glossæ.

Quæro cum ipsa quis sit verus ordo huius capituli ad capitulum præcedens, quod incipit dominus vocat militem, &c. cum varijs modis reperiatur iste ordo traditus secundum diuersos libros. Et respondet glo. quod vera ordinatio est ista, prout legi & ordinaui. Verùm quia aliqui habẽt hic tria capitula, quæ sunt posita suprà de feud. Mar. ideò dic, quòd malè sunt hic posita, cùm sufficiat in dicto titulo de feud. March. esse posita & declarata. Sed quoniam vltra dicta tria capitula adhuc habent quidam aliud capitulum, quod incipit in omnibus. Et idcircò prædicti capituli teneor recitatur per glossam vsque ad versiculum, quod autem dicitur, &c. Et in illa parte extendit ista glossa vsque ad capitulum generaliter, ad omnes contractus, etiam extra casum inuestituræ, vt, videlicet, in omnibus contractibus sit primò

videndum, quid inter pares actum sit, & illud seruari per legem, qui cum tutoribus. Digestis de transactionibus. Et in hoc vult glossa vsque ad versiculum, quod autem dicit. Et in illa parte limitauit ista glossa illud, quod in dicto c. dicebatur, videlicet, quòd inuestitura facta coram tribus liberis hominibus, debet seruari, & cætera. vt debeat intelligi de veteri inuestitura, vbi non fit distinctio, neq; differentia testium, siue sint de paribus, siue non. Sed in noua inuestitura benè debet fieri differentia, quia testes debent esse de paribus curiæ, quoniam extranei non pares, etiam si sint liberi non censentur legitimi testes, vt probatur suprà quid sit inuestitura in princip. & infrà, qui testes sint necessarij in c. 1. & hoc vult gloss. licet non alleget vsque ad versi. sed cùm dicit, & in illa parte quæsiuit gloss. quid si Vasallus confiteatur in iudicio, vel extra iudicium coram testibus, suum feudum esse conditionatum, nunquid ista confessio sibi præiudicet, & hæc gloss. non soluit aliter, nisi quod remittit ad libellum disputa. Py. & hoc vult vsque ad ver. postea habent, & in illa parte subijcit gloss. quod adhuc habent quidam hîc aliud capitulum, quod incipit quoniam dictum, &c. istud reprehenditur per glossam, quoniam materia dicti capituli tradita est suprà, hic potest esse titulus, quibus modis feudum amittatur in capi. 1. & in titu. apud quem, vel quos, &c. & hîc vult tota ista glossa vsque ad finem. Sed pro solutione quæstionis, quam dimisit insolutam remittendo ad Pyleum. Tu dic pinguius & melius, quam ibi tangitur per Pyleum, videlicet, quia cum ista talis confessio processit ad se confitentem obligandum debet distingui. Aut ista confessio emanauit in iudicio, & tunc sibi præiudicat, quia habetur pro iudicato. l. 1. C. de confessis. & in l. prima. ff. de confessis. Aut confessio ista emanauit extra iudicium, & tunc si est facta cum causa, & præsente domino, præiudicabit sibi, vt notatur in lege cùm de indebito. in fine. ff. de probationib. & C. de non numerata pecunia. in lege generaliter. in fin. Si verò sit facta sine causa, tunc quia est indiscreta sibi non præiudicat, vt est text. in d. l. cùm de indebito. in fin. Item si sit facta absente domino, vt in l. certum. in §. si quis absente. de confes. Et ad prædicta facit, quod dixit gloss. in l. 1. in fin. ff. de interroga. ac. Quid autem erit, si in confessione contineantur duo, quorum vnum sit pro se, & aliud contra se, dic vt per glos. & Doc. in l. secunda. C. de dona. ante nup. & in l. si quidem. C. de exceptio.

Oppo. ab extra contra suprà proximè dicta, quòd imò talis confessio nullo modo sibi præiudicet, quoniam si dominus ipse confiteretur, non præiudicaret sibi, vt in dicto capitulo 1. inf. q testes sint neces. Igitur nec ipsi Vasallo confitenti, debet esse præiudicialis, cùm habeant parem vicem, & æquiparentur ipse dominus & Vasallus. vt suprà de for. fideli. in fin. & infrà qualiter dom. proprie. priue. Solue, vt dicam in dicto capitulo primo, vbi est propria materia, & glossa & Docto. variè senserunt, & ibi declarabo, de quo etiam per Iacob. Ardizo. in Summa in titulo de content. feud. sub rubricella fin. in §. si verò Vasallus.

8 † Quæro ab extra, quid si datum est feudum cum pacto, vt nullum seruitium inde fiat, an censebitur iure feudi. Et respondeo quod sic, secundum Andr. de Iser. & ad omnia præterquam ad seruitij præstationem. Nam iisdem culpis & causis amittetur, sicut in alio feudo præterquam si non seruierit, quia non tenetur ex pacto. Facit. c. 1. infrà de feud. non ha. propriam naturam feudi, & infrà si de feudo fuerit controuersia in c. feudum. ea lege.

Quæro quid si inuestitura dicat, concedo talem rem in feudum ad vtendum, & fruendum, an extinguatur morte? dic quod sic. ff. de vsu. & habi. l. si habitatio. §. si sic. & no. in l. cùm hi. §. si vni. ff. de transactioni. & tenet Bal. in præambulis feud. in sexta diuisione, vbi videas.

9 † Vltimò de materia circa feudi diffinitiones, dixi suprà in præambulis huius operis, & per Iacob. Ardizo. in Summa sub primo titulo, & rubricella prima, per glossam in Summa in titulo de feud. vbi diffinit & breuius, quid sit feudum hoc modo, videlicet: Quod feudum est concessio rei pro Homagio facta, vt extra de Symonia in c. ex diligenti. & per Hosti. in dicto titu. de feud. in §. 1. Vbi sic diffinit, q feudum est alicuius rei beneficium interueniente inuestitura, sic concessæ seu datæ alij, quod dominum penes concedentem remaneat, cuius occasione recipiens & successore eius concedendi domino, ad id, de quo & quousque conuenit, ac feudi natura requirit, secundum diuersarum regionum consuetudines obligantur. Ad quod facit. c. recolentes extra de statu mona. Et vide etiam in directoria iuris, in dicto ti. vbi sic diffinitur, videlicet, quod feudũ est res concessa alicui,

alicui, ad vtendum fruendum, pro exhibitione alicuius seruitij honesti per dictum c. ex diligenti. & per c. vltimum. extra de reg. iur. Vel secundū Iac. de Bel. ita diffinitur, vcz, quod feudum est concesio alicuius rei ad vtendū & fruendū vtile dominiū, cum exhibitione alicuius honesti seruitij.

Quid aūt sit beneficiū, & qualiter diffiniatur vltra diffinitiones hîc traditas, habetur per gl. in l. inuitus. ff. de reg. iu. & per glo. in regula prima. de reg. iur. lib. 6. & per Ia. Ard. in dicto tit. sub dicta rubricella prima & secunda. & plenè per Bal. in l. beneficium. ff. de consti. prin. & ibi plura tradit ad materiam beneficij, & gratiæ pertinentia, & in præambulis feud. de materia gratię, & quid sit gratia no. per gl. in Cle. 1. de magistris, & facit Cle. gratiæ. extra de rescrip. & in c. gratiosæ. eodem tit. lib. 6.

Quę aūt differentia sit inter beneficiū & prębendā, & an nomine beneficij, comprehendatur etiā præbenda, habet in c. tua nobis, extra de verbo. signifi. & per Goffre. in Summa de præben. in §. in Summa.

Quæ verò differentia sit inter præbendam & canoniā. not. extra de consti. in c. cum mili. Quid autem sit cōmenda, & quis eius effectus, habetur de electione. in c. nemo. deinceps. lib. 7. cùm ibi no. in Cle. quæ de ecclesijs de officio vicarij. Et ibi etiam declaratur, quid sit rectoria & vicaria. De pactis autē appositis in traditione feudi, dic vt dixi suprà quid sit inuestit. in §. præterea in remissionibus ibi adductis.

QVAE FVIT PRIMA CAVSA BENEFICII amittendi.

RVBRICA.

Totus iste titulus est pars epistolæ positæ suprà in titu. præcedenti, & ideò quidā habent hîc vnam glo. super rubrica, quæ dicit, quòd hac rubrica non debemus vti, &c. Sed tu hanc rubricā habeas, qui ita communiter habetur, vnde minimè sunt mutāda, &c. Verùm fuit diuisa ista epistola in partes per articulos separatos, vt melius intelligerentur, prout in simili facit text. instit. de legat. in §. sed ne in primis, & ita no. gl. in l. 1. ff. de excep. doli. Facit suprà in tit. constit. feu. Lotha. Imperatoris, &c. & quod ibi dixi. Continuatio igitur huius tit. ad titulū præcedentem de se patet, quia suprà pollicitus est se dicturum causas aliquas egregias ingratitudinis, ex quibus feudū amittitur, quare nunc in isto titulo ipsas causas plures subijcit & tradit.

SVMMARIA.

1 *Vasallus inuestituram à domini successore infrà annum non petens, feudo priuatur.*
2 *Vasallus inuestituræ renocationem infra annum & diem, non petens, feudum perdit.*
3 *Inuestitura per domini mortē, vel ipsius Vasalli debet fieri.*
4 *Consuetudo renouandæ inuestituræ Mediolanen. non stringit.*
5 *Vasallus ne feudo destituatur inuestituram petet, & fidelitatem pollicebitur.*
6 *Vasallus dominum non inueniens, à quo inuestituram petat, feudum non amittit.*
7 *Vasallo pro suis successoribus fidelitatem non iurabit.*
8 *Vasallus infra tempus inuestituræ petendæ moriente, filius ei succedens, quantum temporis ad idem habebit.*
9 *Feudum ad quem deuoluetur, si nato instituto posthumus prætereatur.*
10 *Mora Vasalli remissa creditur, si eius beneficium à domino ac eptatur.*
11 *Dominus feudi proprietate priuatur, si infra annum Vasallo petenti inuestituram ab ipso denegetur.*
12 *Vasallus feudum esse nesciens, si inuestiturā petere omiserit non priuabitur.*
13 *Filio Vasalli ante immixtionem in hæreditate non currit tempus inuestituræ petendæ.*
14 *Vasallum dominus non coget infra annum, vt inuestituram renouet.*
15 *Vasallus infra annum, qui ad inuestituram petendam datur domino obsequetur.*

PRIMA. Diuide istud principium in duas partes. In prima declarat qualiter Vasallus petere debet inuestiturā à successore domini mortui. In secunda, qualiter per successionem Vasalli mortui peti debeat dicta inuestitura ab ipso domino. Secunda ibi, & econtrà.

CASVS.

1 †Si Vasallus à successore domini vel successor Vasalli ab ipso domino non petijt inuestituram infrà annum & diem, amittit feudum. hoc dicit. Præmitte pro euidentia illud, quod præmisi suprà, per quos fiat inuestitu. in princip. In text. ibi, prima autem, subaudi, quantum ad alios, quæ sequuntur secundum Pet. de Cer. & Bal. Ibi, beneficij, id est, feudi. Ibi, fuit, scilicet, olim, vt infrà de capit. Cor. in princip. Ibi, adhuc est, scilicet, hodie, vt hîc & in dicto c. primo. Ibi, nostra Mediolanensi. ex hîc probatur Obertū fuisse de Mediolano. vt dixi in c. præcedenti. in princip. Ibi non obtinet, subaudi, & hodie, vt in dicto c. 1. Ibi, & diem, & talem tempus currit sibi solùm à tempore scientiæ, scilicet, ex quò sciuit dominum esse mortuum, dummodò non esset in crassa & supina ignorantia, vt not. glo. suprà, quo tempore miles. in c. 1. &

Infra annum & diẽ. Adde tex. & ibi Bal. in c. 1. quo tẽpore miles. Bal. in c. 1. de capitu. Cora. Bal. in c. 1. de capi. qui cur. ven. Doct. in c. veritatis. de iurei. Cal. consi. 7. in tit. de feu. incip. an feudatarius tenetur. Pet. de Anch. consi. 173. incipi. do. Lazarus fuit inuestitus de quodã feudo Car. Zaba. cõsi. 34. incip. circa primũ dubium duo principaliter sunt videnda. Ab. consi. 83. incip. conditoris omnium postulato suffragio. in 2. colu. in 1. volu. Abba. consi. 3. incip. nitar in pñti. in 2. vol. Lu. Ro. consi. 27. incip. viso themate mihi præposito in prin. Pau. de Ca. consi. 162. incip. circa id de quo quæritur Ioã. de Ana. consil. 32. incip. vltra alia dubia Barb. cõs. 84. incip. præclarè. in fi. 2. col. in 4. vo. frau. de are. consil. 82. incip. Dñs Iesus Christus.

Ista iura hñt locum in maiore. 14. annorum, secùs in minore, secũdum Card. Zaba. in d. c. veritatis. Idẽ tenet Alexã. de Imo. cons. 79. inci. circa pri

Iacob. Ardi. in titu. quib. mod. feud. acqui. sub rubricella, ex quo tempore currit annus, vbi plenè de hoc. Ibi, inuestituram petendo, id est, renouationem inuestituræ antiquæ, & est confirmatio veteris, vt suprà, per quos fiat inuestit. in princip. & ibi not. in gl. & dixi ibi latè in euidentialibus, & suprà de cogni. feud. in c. fi. Nam in feudo nouo ad petendum inuestituram nouã realem, non est certum tempus statutum secundum Pet. de Cer. & Bal. Facit. §. prę terea. infrà de prohi. feud. alic. per Fede. & sup. quid sit inuesti. in princi. & de no. for. fideli. in fin. & quod dixi in dicto loco, per quos fiat inuestitu. Ibi, pollicendo, id est, offerendo & promittendo fidelitatem iurare, vt not. gloss. suprà, per quos fiat inuestitu. in c. fi. vbi plena gloss. quæ ponit practicam. Ibi amittit, subaudi, nisi iusta causa interuenerit, quare hoc non poterit, vt in c. fin. infrà de prohi. feud. alie. per Lotharium. Quæ autem intelligatur esse iusta causa, traditur in dicto c. 1. suprà, quo tempore miles, & ibi dixi. Ibi, petere inuestituram, id est, renouationem inuestituræ, quæ fuerat aliàs facta patri ipsius petentis, qui fuerat Vasall⁹, & nũc est mortuus. Ibi, chariturum cognoscat, dic, scilicet, per sententiã, vt nota. in l. iubemus. in §. Oeconomos. C. de sacrosan. eccle. & dixi plenè suprà de feu. sine culpa non amit. in c. 1.

2 † Not. quòd Vasallus debet petere renouationem inuestituræ, & fidelitatẽ polliceri infrà tempus hîc limitatum, videlicet, infra annum & diem *a* & si non facit, amittit feudum, vt hîc & nota. plenè in dicto c. fi. sup. per quos fiat inuestitu. & est ratio, quia petere inuestituram, est quædã quasi cẽsus deuotionis, & recognitionis, & reuerentiæ, qui debet præstari domino, & si non fiat, res incidit in commissum, vt in c. 1. de prohi. feud. alie. per Lotha. secundũ Bald. in l. 1. ff. de rerum diuisi.

Quod intellige verum, quãdo est maior. 13. annis. aliàs secùs, vt in dicto §. prętere a. infrà de prohi. feud. alie. per Federi. & not. gloss. infrà, si de feud. fue. contro. in c. si minori. Vel nisi subesset alia iusta causa, vt in dicto c. fin. infrà de prohi. feud. alie. per Lotha. Quæ autem possunt esse illę causæ, dictum est in c. 1. suprà quo tempore miles. Et per hoc remanet expedita gloss. secunda hic posita in fin. sui, quæ prædicta sensit. Qualiter autem concipi debeat instrumentum, super renouatione, vide in Spec. de feu. in prin. in forma secunda.

3 † No. renouationem inuestituræ fiendam, vel per mortem domini, vel per mortem Vasal. vt hîc & infrà de capi. Cora. in princ. Vtrum autẽ inuestitura antiqua debeat ostẽdi domino Vasallo, & ad hoc possit compelli, dic per Bal. in l. 2. C. quomodo & quando iudex. & dixi sup. de contro. inuesti. in prin. & vide per Ioan. Andr. in addi. Specu. in §. 1. in prin.

4 † Nota istam consuetudinem limitatam ad tempus anni & diei ad petendã renouationem inuestituræ, non ligare Mediolanenses, vt hîc & in dicto ca. 1. in prin. & infrà de capi. Cora. quanquam ista consuetudo sit approbata per principem, vt ibi patet & tenet Bal. ibi per no. per gloss. in l. de quibus. ff. de legibus. ad quid facit. c. 1. suprà de feu. cogni. & quod habetur in l. 1. & 2. C. quæ sit lon. consuetu. Si enim Princeps voluisset derogare consuetudini Mediolanensium, ipsam expressè cassasset, vt in Auten. cassa. C. de sacros. eccle. cum si. & super hoc vide, quod plenissimè dixi in dicto capi. 1. suprà de feud. cogni. Idem intelligerem de aliqua ciuitate, quam Mediolanensi, si in diuersa consuetudo ibi vigeret, quia illa seruanda esset. ff. com. prędio. l. venditor. §. si constat. & hoc videtur sentire Specul. in titu. de feu. §. quoniam. versi. 27. ad finem. & etiam dominus Andr. de Iser. hîc.

Opp. cum glo. prima. de capitulo 1. suprà, quo tempore miles, vbi ad petendam renouationem huiusmodi inuestituræ, limitatur tempus anni & mensis, & ista glo. soluit dupliciter. Primò, quòd iste text. loquatur secundum iura hodierna & nouissima, de quibus habetur per Coradum Imperatorem in dicto capitu. 1. infrà de capitu. Cora. & per Federicum Imperatorem in dicto §. præterea. de prohi. feud. alie. per Fede. secundum quæ iura limitatur tempus anni & diei. Et cùm dicta iura indistinctè loquantur, videntur etiam includere milites, qui ante ista iura habebant annum & mensem, vt in contrario. Et sic dictum capitu. 1. esset hodie correctum. Secundò soluit gloss. quod dictum capitu. 1. non sit correctum, sed loquatur in suo casu speciali, videlicet, in milite, hîc autem loquitur de alijs non militibus. Et hæc vltima solutio vera, videlicet, quod etiam hodie milites habeant annũ & mensem, vt in dicto capitu. 1. quod non remanet correctum, quoniam non intelligitur derogatum priuilegijs militum, vt dixit gloss. singularis in l. decurionibus. C. de silen. libro duodecimo, & ita tenẽdum. Et quanquam

quanquam in materia feudali verbum miles interdum capiatur pro quocunq; Vasallo, vt dixi suprà. Imperator Lotha. tamen plerunq; est dare militem Vasallum, & non militem, vt nota. suprà de feud. sine cul. nõ amit. in ca. 1. Et si est miles, debent ei seruari sua priuilegia, vt dixi in dicto capitulo primo.

5 † Quæro cum gl. 2. an sit necesse, quod Vasallus vtrunque faciat ad hoc, vt non amittat feudum, scilicet, petere inuestituram, & vltra hoc polliceri fidelitatem. Et respondet gloss. quod sic dicens, quod post petitam inuestituram, nisi etiam fidelitatem polliceatur, q, amittit feudum per c. 1. infrà de capi. Cora. Et est ratio, quia magis cognoscitur, quod specialiter pollicetur, quàm quòd generali promissione concluditur, vt no. glo. sup. qual. Vasal. iurare debeat fideli. c. 1. Et hoc vult ista gloss. in sui prin. Sed aduerte, quoniam dominus And. de Iser. tenet, & sequitur hîc istam glo. videlicet, quod vtrunq; exigatur. Sed contrarium tenuit sup. per quos fiat inuesti. in c. fi. per c. 1. suprà, quo tempore miles. Et hoc verius. Primò, quia gloss. ibidem hanc partem tenet, videlicet, quod sufficiat solùm petere inuestituram. Secundò, quia in ista petitione inest, vt fidelitatem præstet. Et ideò non est necessarium verbis exprimi. l. non rectè. in fin. C. de fideiussori. Sufficit enim facto habere, licet non exprimatur verbis, vt ibi dixi. Secùs autem, si polliceretur tantùm fidelitatem, vt dixi in c. 1. suprà, quo tempore miles. Nunc descendo ad tertiam gloss. hîc signatam super verbo pollicendo, quæ iudicio meo debuisset signari potius in §. sequen. super verbo pollicendo, cùm non possit adaptari ad intentionem huius literæ. Et ideò ipsam seruabo expediendam in d. §. sequen. vbi benè cadit. Fuit enim, vt puto vitium scriptoris.

Quæro ab extra, quia suprà dictum est, quòd iste text. non includit minorem. 14. annis, qd in minore. 25. annis, si incidat in pœnam hîc traditam, an poterit in integrum restitui, & gloss. hanc quæstionem format in d. §. præterea. & respondet sub dubio forte, quod sic, sed de hoc ibi dicam latè, vbi videas, de qua quæstione tangitur etiam per Ioan. Andre. in titu. de feudis. in §. quoniam. versic. 27. & per Hostien. in Summa in §. quibus. ver. sed nunquid.

6 † Quæro quid si Vasallus, non inueniat dominum à quo petat, & labatur istud tempus, an amittere debeat feudum? dic quòd non secundum Iacobum Ardizo. per l. pecuniæ. in §. fin. ff. de vsuris. & in l. 1. §. dies. ff. quando appel. sit dummodò coram testibus protestetur, quod per eum non stat. vt in l. 2. C. de his qui per met. iudi. non appella.

Quæro an Vasallus debeat ire ad locũ, vbi est dominus, si non reperiat præsentem ad habitationem solitam, & respondet idem Iacob. quod sic, nisi esset nimium in remotis. l. sed & hæc. in §. 2. ff. de procura. & in l. 4. in §. si tam vitium. ff. de dam. infect. Qualiter autem intelligatur esse locus vicinus [a] vel remotus dicit Iacob. de Ard. quod tũc dicitur vicinus, cùm potest de facili adiri. arg. in l. fi. ff. de iudi. & quãdo de facili possit adiri, arbitrabitur iudex secundum locorum, & temporum, & personæ qualitatem. l. continuus. in §. item si ita. ff. de verbo. obliga. & in l. 2. §. si quis. ff. si quis caus. & de hac quæstione dixi suprà, quo tempore miles, &c. in c. 1. super textum.

** mum de quo quæritur. in 7. col. in 1. vo. Et quid si sunt tres fratres, vn⁹ petit inuestiturã suæ partis. infr. annũ & diẽ, alij verò sunt cõtumaces, & partẽ suã perdiderunt, an accrescit fratri inuestito. an consolidetur dño. vide per Bal. in c. quæ in ecclesiarũ in vers. quæro pater vel auo de constitu.*

a Qualiter aũt intelligatur esse locus vicinus. Adde glo. in c. fœlicis. de pœnis. lib. 6.

Quæro quare tale tempus fuerit ita limitatum, & dixit Specul. in titu. de feudis, in §. quoniam. versi. 27. quod quidam dixerunt, quod sicut est duplex bonorum possessio, scilicet, ædictalis & decretalis, vt in l. 1. §. decretalis. ff. de succes. ędict. Ita sit duplex successio feudi, scilicet, ædictalis, qua quis succedit in feudo, & decretalis, qua debet infra certũ tempus dominum agnoscere, & fidelitatem facere, & sicut bonorum possessio decretalis nil operatur sine ædictali, & ædictalis anno finitur. l. emancipata. C. qui amitti ad bono. posses. po. Ita à simili fuit statutum anni & diei. Sed ego puto, quòd non possit assignari aliqua ratio concludens, sed solùm ea sit ratio, quia ita placuit latoribus legum, & consuetudinum feudalium, vt eo. gloss. in l. 1. in §. pueritiam. ff. de postulando, & suprà, si de inuesti. inter dom. & Vasal. lis oriatur. in c. 1. in gloss. 4. & Bal. in fin. suæ lec. post tractatum conclusionum glossarum.

Quæro quid si Vasallus iurauerit fidelitatem Prælato. & successoribus suis canonice intrantibus, vt quotidie fit, vel domino laico pro se, & successoribus suis recipienti, an habeat locũ iste tex. dic quòd inuestitura benè est recipienda, prout est de more, vt in §. præterea. de prohi. feud. alie. per Fede. in c. per tuas. extra de dona. sed fidelitas non est præstanda secundum Iacob. Ardiz. in tit. quib. mod. feud. acqui. sub rubricela, quando iurare debet Vasall. & quando non & idem sentit hîc Iac. de Belui. & Bald. & Specul. in titu. de feudis.

in §. quoniam. ver. hîc etiam nota in vltima columna. & in versic. sequen. & seq. & est ratio, quia ex quo semel sub hac forma iuratum est, non tenetur amplius iurare, cùm dictum iuramentum sit perpetuum, quo ad filium, qui iurauit, vt no. gloss. in c. veritatis. in fin. extra de iureiuran. & in c. ego Episcopus. eo. tit. & idem tenet idem Iac. Ardizo. in Summa de successione feudi sub rubricella, si verò est facta consignatio, an omnes hæredes domini succedant, & in ti. quib. mod. feud. amit. sub rubricella, quando iurare debet Vasal. & dicit Iac. de Belu. quod ita fit per Episcopum Paduę multotiens. Secùs autem, si simpliciter iuraretur, quia tunc teneretur iurare etiam successori, per istum text. de quo per dictum Iac. de Bel. sup. qui succes. tene. in fi. & dixit etiam hîc. Facit ad prædicta, quod no. gl. in c. ne Dei. extra de Symonia.

7 †Quæro an Vasal. possit iurare pro se, & successorib⁹ suis? dic quod non, vt tenet Ioan. Andr. extra de iureiur. in c. veritatis. & probatur in isto tex. de quo per Butrium & Doct. ibidem.

Quæro an Vasallus elapso tempore inuestituræ, petendo possit purgare moram, & dixit Iac. Ardiz. in Summa in titu. quib. mo. feu. acqui. sub rubricella, ex iusta causa Vasall. excusatur, &c. tenendo quod sic, dummodò celeri satisfactione sibi consulere studuisset. arg. extra de loca. in capitu. fina. extra de rebus eccles. non alienan. si quis patronorum. & ff. de alie. iudi. mutã. causa fac. in l. ex hoc. in §. si quis. Sed dominus Bal. dicit, quòd quanquam ista opinio sit æqua, tamen non probatur per aliquam legem, vel consuetudinem feudorum. Ideoque non debemus esse clementiores lege, vt in Auten. de iudi. in §. oportet. Et sufficit, quod ita sit statutum, vt ff. qui & à qui. in l. prospexit. Et hæc opinio probatur in capi. 1. suprà, quo tempore miles. Et suadet ratio multiplex. Primò, quia contra statutum legis non purgatur mora. l. 2. C. vt intra certum tempus. l. 3. C. qui accusa. non pos. & in l. 2. C. de iure emphi. Secundò, quia iste contractus habet quandam temporalitatem, cui si non obtemperetur, non purgatur, vt ff. de pact. l. epistola. in §. fin. & ff. loca. in l. quæro. milit. §. inter locatorem. Tertiò, quia quando per moram fit retro translatio dominij, non debet purgari mora, vt tenet Dyn. in l. si seruum. in §. sequitur. ff. de verbor. obligatio. Item quia vbi fit resolutio contractus, ibi non est tractandum de purgatione morę, nisi consentiat altera pars, vt C. de pact. inter empto. in l. commissorię. Et ita tenet Bald. in dicto capitu. 1. suprà quo tempore miles. Facit quia terminus legalis interpellat Vasal. l. magnam. C. de contrahen. & commit. stipula. sic quando ponitur per iudicem, vt in l. Celsus. ff. de arbitris. Secùs si apponeretur à parte, vt ibi nota. Facit. l. si ita quis. in §. Seia. ff. de verbo. obligat. & ad prædicta. vide quod dixi in c. 1. sup. de feu. sine cul. non amit.

8 †Quæro Vasallus qui debebat petere inuestituram inf. annum & diem, decessit infra dictum tempus non petita inuestitura, an filius Vasalli qui in feudo succedit, habeat tantum residuum temporis, q̃ superat defuncto, vel integrum annum & diem, dic secundum Iac. Ardi. quòd habebit integrum tempus anni & diei. arg. ff. de iudi. l. si iudex. de verbo. obliga. l. & ideò in fin. cum si. de quo plenè per ipsum in dicto titu. quib. mod. feud. acqui. sub rubricella, ex quo tempore currit annus. Et hoc idem tenet Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de feud. in §. quoniam. versi. 27. & de hac quęstione latius dixi sup. quo tempore miles. in c. 1. vbi videas super glo. 5.

9 †Quæro quid si in testamento sit præteritus posthumus, & filius natus est institutus, quid erit interim de feudo, cùm pręteritio suspendat interim ius adeundi, vt ff. de acqui. hæred. in l. ventre. & de liber. & posthum. in l. si filius. & dicit Bald. infrà in titu. an agnatus, vbi hanc quæstionem format, quòd non propterea debet differri inuestitura filij iam nati, quæ in omnem casum fienda venit. arg. ff. de acqui. hære. in l. quòd si dubitet.

10 †Quæro quid si elapso tempore anni & diei, dominus postea acceptauit beneficium Vasalli, an videatur sibi tacitè remittere moram. Et dominus Bald. tenet hîc quod sic. l. post diem. ff. de lege Cora. Et dicit, quòd vidit quosdã libros habere in tex. ista verba, videlicet, nisi seruierit domino in concordiã, quia tunc feudũ retinet, &c. Sed ista verba cõmuniter non sunt de tex. Sed de hac quæstione latius dixi in dicto c. 1. sup. quo tempore miles. super glo. 3. in fi. quæ hanc quæstionem formauit.

11 †Quęro quid si Vasallus petijt, sed dominus inf. dictum tempus nolit inuestire, an priuabitur ꝓprietate? dic q̃ sic, secundũ q̃ tenet gl. sup. per quos fiat inuesti. in fi. & And. de Iser. in c. 2. in §. 1. inf. de lege Cora.

Quæro qd si Vasallus nõ possidebat feu. inf. dictũ tẽpus anni & diei, sed alter tertius possi-

possidebat, & sic Vasallus non petijt inuestiturã infr. dictum tempus, nec fidelitatis iuramentũ præstitit, an isto casu sit priuatus iure suo, secundũ formã huius text. Et Gul. de Cu. posuit hanc quæstionẽ. in l. solennibus. C. de rei ven. & determinat, q̃d Vasallus nõ amittit ius suum primò per l. forma. in §. si cum ego. ff. de censibus. Facit etiam. l. quisq;. ff. de acqui. rerũ do. Itẽ, ratione, quia ad hoc, vt Vasallus amittat feudũ, requiritur, q; sit in dolo inf. de ꝓhi. feu. alie. per Lotha. in c. fi. Sed non potest sibi ascribi dolus non possidendo, quia ex quo non habet commoda feudi, non tenetur subire onera. Item quia non debet sibi imputari tempus istud, quandiu litigat cũ possessore. l. quandiu. C. qui amitti ad bono. possessio. po. quod est valde notabile, secundum ipsum Gul. quem sequuntur etiam Doct. Moderni, videlicet, Bal. & Saly. & Rapha. Fulgo. in dicta. l. solennibus. Et pro hac sententia adduco gl. fi. in c. Titius filiꝰ. inf. si de feu. fue. cõtro. vbi vsq; ad 30. annos, non excluditur à reuocando feudũ alienatum extraneo, secus autem si esset alienatũ agnato, quia tunc habet solũ annum: vt ibi. Item, similiter reperio And. de Iser. infrà de capi. Cora. in c. 1. in prin. esse in hac sentẽtia, videlicet, q; solùm ille, qui possidet priuatur feudo, ex eo, q; nõ petijt inuesti. infr. tempus debitũ. Et primò probat per tex. infr. ꝑ quos fiat inuesti. in prin. qui loquitur de possidẽte. similiter adducit §. præterea, infr. de prohi. feud. alie. per Fe. qui similiter præsupponit Vasallũ possidere. Item, adducit etiam ratiõem, quia per contumaciam perditur, quando possidet. vt not. in d. c. 1. supr. quo tẽpore miles. Item, quia culpam suam priuatur sua possessione, vt in c. fi. in d. ti. quo tempore miles. Ex quibus concludit, q; est necesse, quod possideat. Nam minus est habere actionem, quàm rem. vt ff. de regu. iur. in l. minus. Idem tenet d. Fran. Zab. in c. 2. extra de feud.

12 † Quæro quid si Vasallus ignorauit esse feudum, & non petijt inuesti. infr. tempus debitum, an priuandus veniat. & Bal. in l. fi. C. si pen. appel. mouet quæstionẽ. & dicit q; non, quia ætas cõsuetudinis feudalis conseruat Vasallum illæsum ad q; facit. c. Vasallus. inf. si de feu. fue. cõtro. & q; dixi in c. si Vasallus in eo ti. & per Iac. Ardiz. in ti. quib. mo. feu. amit. sub rubricella, si nõ petierit Vasallus inuestit. infra annum & diem, &c. Facit inf. de contro. inter do. & empto. in c. 1.

13 † Quæro vtrum filio Vasalli currat istud tempus, antequam se immisceat in hæreditate, & Bald. infrà de capi. Cora. in princi. sentit, quod non per illum textum, qui dicit hæres, &c. quod verbum quantũ ad onera hæreditaria significat immistionem: vt C. si vt se ab hære. absti. in l. 1. ergò qui dicit filium priuandum per lapsum temporis, debet probare immistionem præcessisse, vel q̃d maliciosè distulit immistionem. vt C. ad Sil. in l. pen. Item, debet probare scientiam, quia in facto alieno præsumitur ignorantia, vt. ff. si cer. peta. in l. eius qui. in fi. & in l. fi. ff. pro suo. & non solùm debet ꝓbare scientiam feudi, sed etiam scientiam paternæ mortis. vt C. de captiuis. l. necnon. licet enim filius etiã ignorans sit suus & necessarius de iure ciuili: non tamen quantũ ad onera hæreditaria. vt. ff. de lega. 1. l. nam nec emancipatus. & pro hac opinione facit tex. in d. c. 1. supr. quo tempore miles. dũ dixit cui succedere debet, &c.

14 † Quæro an Vasallus possit compelli per dominum infr. annũ & diem, ad renouandum inuestitu. & fidelitatem prestandam? dic q; nõ. l. siue pars. C. de dila. & inst. de verbo. oblig. in §. in diem. & est ratio, qa istud tempus videtur esse in fauorem ipsiꝰ Vasalli. arg. ff. de verbo. obliga. l. eum qui kalendis. in §. quotiens. & ff. de reg. iur. in l. cum tempus secundum Nic. de Neap. & tenet etiam And. de Iser. hic & Iaco. Ardi. sub dicta rubricella, ex quo tempore currit annus.

Quod intellige verùm in casu nostro, quando Vasallus erat in possessione, sed vbi dominus adhuc est in possessione, & non Vasallus, tunc aliud est. vt statim dicã in §. sequen.

15 † Quæro an infra istud tempus cogatur Vasallus præstare seruitium, vel si infr. istud tempus offendat dominũ, an amittit feudum? & dic secundum Iac. de Bel. quod sic. argumentum infrà. c. 1. in §. nec alia. & in §. prædictis. & tenet etiam Nicolaus de Neapolis.

Vltimò de materia præsenti, vide q̃d dixi in d. c. 1. suprà quo tempore miles. & quod tangitur infrà, de capitul. Cora. in prin. & de prohi. feu. alie. per Loth. in fi. & in d. §. præterea. & q; no. per glo. in c. si minori. infr. si de feu. fue. controuer. & extra de feudis. in c. 2. & 12. q. 2. in c. longinquitate. & in Specul. de feud. in §. quoniam. ver. 27. & quod ibi per Ioan. Andr. & plenè

per Iaco. Ardiz. in tit. quib. mod. feud. acqui. sub rubricella, infrà quod tempus inuesti. pe. de. cum quinque rubricellis, ibidem sequentibus, & vide in ti. quibus mo. feud. amit. sub rubricella, si non petijt Vasallus inuestitu. infra annum & diem cum pluribus rubicellis sequentibus, & quod tangitur infrà in §. sequenti, & quod nota. extra de iureiurand. in c. veritatis, & vide per Bald. in l. 1. ff. de rerum diuisio. in quæstione 4. & per Hostien. in Summa titul. de feud. §. vtrum.

SVMMARIA.

1 *Vasallus de feudo verbaliter inuestitus, domino realem inuestituram offerenti, contumaciter fidelitatem denegans, vt ingratus feudo carebit.*

2 *Pares inter dominum & Vasallũ in causa feudi noui, & inuestituræ realis sunt iudices.*

3 *Vasallus contumax etiam feudi non adepta possessione priuabitur suo iure.*

4 *Feudum pacto absq; fidelitatis pollicitatione constituitur quandoq;.*

5 *Vasallus inuestitura reali absq; fidelitate inuestit⁹, domino eam petenti quãdo præbebit.*

6 *Feudi essentialia quædam sunt & naturalia aliqua.*

7 *Dominus Vasallo abusiuam inuestituram, si largiatur veram inuestituram tradere cogetur.*

EST ET ALIA. Suprà proximè visum est, qualiter Vasallus, qui est in possessione feudi, amittit illud propter eius contumaciam, & ingratitudinem, in non petendo renouationẽ inuestituræ infra annum & diem: Nunc verò ponit aliam causam ingratitudinis, & contumaciæ, quando ipse Vasallus inuestitus, non vult iurare fidelitatem, & diuide istum §. in tres partes. In prima dominus possidens interpellabat Vasallum, extra iudicialiter, vt præstet fidelitatem offerendo se traditurum possessionẽ feudi, & facturum inuestituram realem. In secunda interpellatur Vasallum iudicialiter per curiam trina citatione ad instantiam domini. In tertia limitat præcedẽtia. Secunda ibi, & illo. Tertia ibi, si tamen.

CASVS.

1 † Vasallus verbaliter inuestitus de feudo, & interpellatus licẽtiæ, vt præstet fidelitatem domino suo offerenti realẽ inuestituram, si cõtumax extiterit tanq̃ ingratus, feudũ amittit, dummodo illud feudũ sit eius naturæ, vt fidelitas præstari debeat. hoc dicit. Præmitte pro euidẽtia quod iste §. intelligitur in feudo nouo, in quo Vasallus erat abusiuè inuestitus, non autem erat inuestitus propriè per traditionẽ possessiõis. Nam inter istas inuestituras sit differentia. vt sup. quid sit inuesti. in prin. Item, præmitte ea, quæ præmisi suprà, de contro. inter Vasallum & Episc. in prin. In tex. ibi, ingratitudo, scilicet, vltra procedentẽ. Ibi, notanda, subaudi, propter quã Vasallus feu. amit. Ibi, inuestituram, scilicet, propriã & realem, postq̃ fecerat abusiuam secundum Iac. de Bel. & Bal. Ibi, fidelitatem, id est, iuramentum, vt suprà, quid præcedere debe. inuesti. an fideli. in fin. & statim sequitur. Ibi, interposito, subaudi, ad arbitrium curię secundum determinationem traditam supr. ti. de milite Vasallo, qui contumax est. in c. 1. in prin. & hoc vult gl. hîc posita in sui prin. quæ per hoc in dicto princ. remanet expedita vsque ad ver. intelligo, &c. Ibi, curiam, quid hoc sit, vide in §. pe. inf. de prohi. feu. alie. per Fed. Ibi, proclamauerit, id est, quęrelam exposuerit. Ibi, citatus. de forma autem & materia huius citationis, plenè dictum est, in c. 1. in princi. de milite Vasallo. Ibi, iurare, quod iuramentum suprà appellauit fideli. quia idem est, vt supr dixi. Ibi, beneficiũ, id est, feudum. Ibi, fidelitas, id est, iuramẽtum. Ibi, præstandi, vt sup. per quos fiat inuestitura. in c. fin.

2 † No. quod pares sunt iudices competentes inter dominum & Vasallum, etiam si quęstio sit de feudo nouo, & super inuestitura reali, ad quod facit, quod dixi supr. de cõtro. feu. apud pa. termi. c. 1. & de hac materia iurisdictionis plenè scripsi. in c. 1. suprà apud quem vel quos.

3 † Nota. quod Vasallus potest ex contumacia priuari iure suo, etiam ante sibi traditam possessionem feudi, & eo modo sicut priuatur, quando haberet integrum feudum, & possessionem. vt supr. de milit. Vasallo. in c. 1. in prin.

No. quod feu. regulariter datur propter fidelitatem, & ideò si denegatur fidelitas domino per Vasallum, denegabitur sibi feudum per dominum, quoniam frangenti fidem [a] fides frangatur eidem, l. cũ proponas. C. de pact. & per gl. in §. nullas. suprà per quos fiat inuesti.

4 † No. feudum posse per pactum siue fidelitate constitui, vt hîc, & in d. c. fi. supr. per quos fiat inuestitura. & infrà de capi. Cora. in princi. & infra quali. do. propriè priue. c. 1. in fin. & de controuersia feud. apud pa. termi. & in capitulis extraordinarijs. in §. 3. Vtrum autem dominus posset alterare exactionem fidelitatis, dixi in c. 1. suprà de forma fideli.

[a] *Frangenti fidem. Adde. l. si institut. ff. de inof. test. l. qui fidẽ. ff. de transact. l. si cõuenerit. ff. p so. c. si infidelis. 28. q. 2. c. peruenit. el. 2. de iureiuran. Pet. de Anc. in c. statutum. de rescrip. libro 6. Cardi. Zab. in c. suam. de pe. Abbas. in c. quemadmod. de iureiuran.*

Quæro

Quæro cum glossa 1. quæ debet esse signata hîc super isto verbo pollicendo, quanquam quidam habeant eam signatã, suprà proximè in princi. capituli & malè. An iste §. intelligatur de inuestitura fienda, an de inuestitura facta? Et respondet gl. quod de fienda, quoniam si semel esset facta inuestitura, & possessio esset tradita, non esset opus amplius eam tradi. Et hoc vult ista gl. Sed tu intellige clarius, vt dixi super textu. vt intelligatur iste §. de feudo nouo, de quo dominus iam inuestiuerat Vasallum verbaliter, & abusiuè, verùm antequam faceret inuestituram realem, tradendo possessionem corporalem, volebat quod Vasallus iuraret fidelitatem, prout tenetur. vt in c. si facta. inf. si de feudo fuer. contro. dixi supra in tit. quid precedere debe.

5 †Quartò cum gloss. fi. in ver. & intelligo, &c. Si dominus iam fecit inuestiturã realem, absq; fidelitate, verùm postea dominus vult eam sibi præstari, sed Vasallus eam facere recusat, an priuari debeat feudo? Et respondet gl. arguendo secundum practicã Lombardorum sumptam, vt puto ex lege si cuiuscunq; allegatam p text. supr. de mili. Vasall. in dicto c. 1. post prin. videlicet, q dominus per libellum debeat dictam fidelitatem à Vasallo petere, quo casu, Vasallus expectatur per annũ & diẽ, ad dictam fidelitatem præstandam, interim possidẽdo feudum, quo tempore elapso, priuabitur dicto feudo. Et ex hoc infert gloss. quod est longa differentia inter istum, qui iam habuit possessionem feudi, quoniam expectatur per annum & diem, & illum, qui nondum habuit possessionẽ, quoniam non expectatur tanto tempore, sed solùm donec ter citatur, quæ citatiões poterunt fieri multò breuiori tempore & causa expediri. Et hoc colligitur etiam per principium huius capituli, vbi inuestitus realiter habet terminũ anni & diei, & interim possidet quiete, sed in §. nostro quia non possidebat realiter molestatur incontinenti, & expeditur causa etiam ante dictum tempus anni, quod patet, quia non requiritur, nisi tempus trium citationum, de quibus suprà in dicto titulo, de milite Vasallo. in capitulo primo. in princ. quæ multò breuiori tempore expediri possunt. Et hoc vult tota ista glo. vsq; ad finem. Sed aduertendum, quia ista gl. præsupponit, quod si dominus iam fecisset inuestituram realem sine fidelitate, quod habeat necesse expectare annum & diem, & fidelitatem sibi præstandam, quod non amittit Bald. dicens, quod immò erit arbitrarium secundum formam huius §. & l. mancipiorum. ff. de opt. lega. Et hoc videtur mihi æquum, ne dominus videatur esse deterioris conditionis, quando magis liberalis existit, & maius beneficium contulit tradendo possessionem feudi, quàm quando non fuit ita liberalis faciendo solummodò inuestituram abusiuam. argumen. in l. sed & si lege. §. consuluit. cum ibi nota. ff. de petitione hæred. & extra de testa. in c. cum in officijs. Item, quia iste Vasallus non videtur exaudiendus, cum dolo, vel fraude velle videatur istam dilationem. vt in c. fina. infr. de prohi. feud. alien. per Lotha. Item, quia sicut dominus facta fidelitate, posset compelli omninò ad tradendam possessionem, vt suprà de noua forma fidelitatis in fi. Ita & eodem modo Vasallus habita possessione, potest compelli omninò ad præstandam fidelitatẽ, cùm parem vicem inter se habeant: vt suprà de forma fidelitatis in fin. Et pro hac opinio, facit, quod no. per glo. in dicto capi. fi. per quos fiat inuestitu. & quod ibi dixi.

Oppo. ab extra, contra istum text. in fi. quod immò feudũ non possit dari, absq; fidelitate, quoniam omnis diffinitio debet conuerti cum suo diffinito. l. 1. ff. de dolo. sed feu. dicitur à fidelitate. d. c. fi. supr. per quos fiat inuesti. igitur, &c.

6 † Solutio dicendum secundum Iac. de Bel. quod quædam sunt essentialia feudi, vt seruitium, & sine illo feudo esse non potest, nec remitti per pactum. arg. suprà de mili. Vasal. qui arma belli. depo. in fine. Alia sunt naturalia feudi, vt iuramenti pstatio, licet, ipsa fidelitas sit essentialis in feudo: iuramentum tamen est naturale, & non essentiale, ideò remitti potest. vt ff. de damno infecto. l. qui bona. in §. pen. sicut dicimus in venditione, in qua precium est essentiale, & sine eo esse non potest. vt. ff. de contrahen. emptio. in l. 1. sed quædam sunt naturalia, vt euictio, & illa remitti potest. vt. ff. de actio. emptio. l. ex empto. in princ. & in §. fin. & licet, non sit verùm feudum, tamen illis modis amitteretur, quibus & verum feudum inf. de feu. non ha. propriam naturam feu. in c. 1.

7 †Quæro an dominus, qui fecit Vasallo inuestiturã abusiuam, possit cõpelli per Vasal. ad faciendũ & tradendũ realẽ inuesti. an liberetur præstando interesse? dic q tenetur possessionẽ præstare vt infrà. si

de feud.

de feud.fuer.controuersia.in c. si facta.& ad hoc vide quod dixi suprà de noua fidelitatis forma. in fi.

Vltimo ad materiam huius §.vide remissiones quas dedi supr. in d.tit.de mili. Vasallo,qui contumax est. in fi.princip.vt suprà per quos fiat inuesti.in §.fi.

SVMMARIA.

1 *Vasallus dominum præliantem deserens, feudo priuatur, sed & nonnunquam capite minuitur.*
2 *Vasallus dominum in prælio campestri morantem relinquens feudo priuandus.*
3 *Vasallus salutem propriam domini saluti præferet.*
4 *Vasallus dominum iuuare non valens, non punietur.*

ITEM QVI DOMINVM. Vasallus amittit feudum, si dominum in filio non adiuuit,cùm potuit, sed eum periclitantem dimisit. h. d. In tex.ibi,iuuaret,subaudi,prout tenetur ire causa ipsum adiuuandi,quãdo facit guerram licitam,aliàs secùs. vt infrà hîc fi. lex. in c.1.in prin.Ibi,dimiserit, subaudi, cùm posset adiuuare ipsum:vt supr.de feu. sine cul.non amit.in c.2.in fi.& no.gl.supr.qui mod. feud.amit.c.1. in prin.Ibi,iudicauit, subaudi, quia priuabitur feudo per sentẽtiam.vt no.glo.infrà de prohi.feu.alie.per Fede.in §.callidis.

1 † No.quod Vasallus deserens dominum in acie pugnantem, feudo priuatur, quinimmò si fuisset primus,qui aciem fugiendo deseruisset, deberet capite puniri. l.omne delictum. in §. qui in aciem. ff. de re mil.Itẽ,tales fugientes sunt infames.6. q.1.infames. Facit.l.3.ff.ad l.Iul.maiesta.

2 †Quæro cum glo.quid si Vasallus reliquit dominum morantem in prælio cãpestri,an priuetur feudo? Et respondet gl. quod sic,dummodo dominus adhuc non sit mortuus, vel mortifere vulneratus, vt est casus supr.quibus modis feudum amit. in c.1.in prin.Et hoc vult tota ista glos.remittendo se ad ibi plenè notata.& ibi plenè dixi.

3 † Quæro ab extra,an Vasallus debeat præponere salutem domini sui saluti propriæ?dic quod non. vt habes gl.notabilem infrà de alie.feu.pa.in c.fi.& quod no. gl. suprà quibus modis feudũ amittatur. in princip.& ibi dixi.Nec isto casu intelligetur dimisisse dominum, qui causa salutis propriæ dimisit argumentum,ff.de acqui.posses.in l.interdum.in §. 1. in fi.& tenet Iac.Ardi. de qua quæstione dic per gl. & Doctor.in l.3.in §.eo.autem recto.ff.ad Sil. & dixi infrà eo. in §.porrò. vbi glossa tangit. & vide optimam gloss. infrà hîc finitur lex.in §.fi.

4 †Quæro pone,quod non erat possibile,quod Vasallus potuisset ipsum dominum adiuuare,an puniatur? Et responde secundum Iaco.Ardi. quod non. arg. in l. omne delictum. in final. ff. de re milit. & probatur infrà eo.in §. sed nec est alia. & quod ibi dixi suprà.de feud.sine culp.non amit.in c.2.in fin. Quęro quid si Vasallus deseruit dominum non turpi de causa,sed fortè timendo crudelitatem Tyranni,an punietur? Et respondet idem Iacob.quod non. ar.ff.qui ex caus. §. in poss.eatur.in l. Fulcinius,in §.quid sit.

Vltimò de materia huius §. vide q̃d dixi in dicto c.1.in princ.suprà quibus modis feudum amittatur.& in dicto c.2.supr. de feud.sine cul.non amit. & quod tangitur in dicto c. 1. infrà hîc fin.lex.& plenè per Iaco.Ardi.in Summa in titulo quibus modis feudum amittatur. sub rubricella, si in prælio dominum dimiserit,cũ quinq; rubricellis sequentibus. Et quod tangitur infrà de prohi.feud.alie.per Fede.in §.firmiter.& in dicto c. fin. infrà de alie.feud. pa.Et vide in Specu.de feu.in §.quoniam. ver.15.& ver.16.& ver.23.vbi ponũtur plures quæstiones,qualiter Vasallus debeat se habere, quando dominus guerram facit, vel facere intendit, & quod dixi suprà de no.fi.forma. in prin.& in titulo suprà hic potest esse ti.quibus modis feudum amittatur.& tex.infrà in titulo quot testes sint necessarij ad proband.feud.ingra.& vide in c.is qui de homicidio.lib.6.

SVMMARIA.

1 *Vasallus sciens periculum, vel graue damnũ domino imminere, ei notificabit.*
5 *Filius Vasalli ob ingratitudinem feudo priuati,an priuetur feudo paterno,*

PRAETEREA SI. Diuiditur in duas partes. In prima inuitat Vasallum ad certificandum dominum de periculo sibi imminenti. In secunda ipsum punit, si non facit. Secunda ibi,quod si.

CASVS.

1 †Vasallus sciens periculum imminere domino,

domino, siue circa ipsius personam, siue circa graue iacturam bonorum suorum, debet quàm primùm potest, ipsum certiorare, aliàs priuabitur feud. h.d. In tex. ibi, quemlibet, scilicet, molientem quod est infr. Ibi, assaltum, & dicitur assaltus .i. ad alium saltus, & potest fieri pedes & eques in solo, & in aqua. l. 1. §. cùm arietes. ff. si quadru. pau. fe. di. coniuncta. l. quemadmodum. in §. si nauis. ff. ad l. Aquil. vt dixi suprà, quibus mo. feu. amitt. in §. similiter Et de hac materia plenè per Bar. ff. de pœnis. in l. respiciendum. in §. delinquunt. Ibi, molientem, id est, tractátem. Ibi, quàm citius potest, quod intellige cum aliquo moderamento temporis, nõ ad vnguem. vt nota. gloss. singularis. in l. Emilius. ff. de mino. facit. l. quod dicimus. ff. de solu. & dixi suprà de no. fi. forma. super text. Ibi, certiorare, aliqui habent in text. denunciare, & tunc dum textus dixit dominum deberet dicere domino, vt sit bona grammatica secundum quandam glo. antiquá hìc recitatam. Ibi, declinare, id est, euitare. Ibi debuerit, id est, ipse Vasal. Ibi, agnoscat. Sed an ipso iure, vel per sententiam, dic vt no. infr. de prohi. feu. alie. per Fe. in §. callidis. & dixi suprà in §. præcedenti. Nota. quod ex sola negligentia potest Vasallus priuari feudo. Et ita colligit glossa fin. hìc posita, quæ allegauit. §. si vnum. in au. vt cum de appella. cogno.

2 † Not. quod Vasallus debet manifestare domino omnia, quæ sciet machinata aduersus ipsum, vel eius bona, vt hìc. Et hoc cauetur etiam in forma suæ fidelitatis & iuramenti. vt supr à de no. fide. forma. in c. 1.

3 † Quæro cum glossa prima, quid si Vasallus intellexit aliquid de damno domini, quod non erat multùm graue, an habeat locum iste textus? Et dicit quod non, argum. huius literæ, quæ dixit grande, &c. Et hoc probat à simili, videlicet, de donationibus, quæ non reuocatur ex omni iniuria, sed solummodo quando est atrox. l. fi. C. de reuocan. dona. Et hoc vult ista gloss. quando autem intelligatur esse grandis iactura, & quando leuis, puto quod hoc sit arbitrarium iudicis consideratis circumstantijs, vt probatur infrà eodem. in §. sed quia. & infrà hìc fi. lex. post princip.

4 † Quæro cum glossa tertia, quid si Vasallus nullo modo potuit certiorare dominum, an tunc puniatur? Et respondet quod non, nisi fortè potuisset resistere & non fecit, vt probatur in l. Item, quæritur in §. exercitu veniente. ff. locati. Et assignat rationem primò per textum 86. distinct. capi. 3. vbi dicitur, quod ille tacitè videtur assentire, qui negligit obuiare peruerso. Secundò per regulam positam. in l. semper. ff. de regulis iuris. Tertiò per textum in l. 2. C. de commer. & mer. vbi plenè nota. & similis glossa habetur in l. non alias. ff. de his qui no. infamia. Et ista glossa optimè loquitur, quam etiam Doctores sequũtur. Ex qua conclude, quod aut Vasallus potuit denunciare, & non fecit, & tunc punitur, vt in isto textu & no. in gloss. sequenti. Aut non potuit denunciare, neq; resistere, & tunc non punitur. Aut non potuit denunciare, sed tamen potuit resistere. Et tunc punitur, vt in hac gloss. in princi. & de hac materia plenè in dicto §. exercitu. Vbi bonus text. & in capi. generali de electio. libro 6. Vtrum autem quis teneatur se interponere tam de iure ciuili, quàm Canonico, ne aliquis offendatur [a] vel iniuriam patiatur, dic per glossam & Bartol. in l. culpa caret. ff. de regulis iuris. & plenè per Baldum. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. per Cynum. in l. 1. C. vnde vi. per Canonistas. in c. quante. de sententia excommuni. Dyn. in regula non est. de regulis iuris. libro 6. & 23. quæstione 3. in glossa summæ. & per Dy. in capi. non est sine culpa. extra de regul. iur. lib. 6.

[a] Ne aliquis offendatur. Bart. in l. 2 in §. si eo. ff. ad Sil.

Limita 1. nisi ille qui potest defendere, & non defendit, est subdit^9, quod tenetur illum defendere ita tenet Bart. in l. verũ. ff. ad l. Pompon. de parricidijs. idem no. Pau. de Cas. in l. fi. C. de his qui vt indi.

Secundò limita, nisi essemus in atrocibus, tũc si non obuio tenerer, maximè si sum subditus. ita tenet Bald. in c. 1. de offici. dele. alle. l. fi. C. ne sanctum baptisma reiter. tu vide Barto. in d. l. verum.

5 † Quæro cum glossa tertia in fin. quid si iste Vasallus, qui tanquam ingratus priuatur feudo, eò quia non certiorauit dominum: vt in isto textu habeat filium, an similiter priuabitur feudo. Et respondet glossa quod non de iure Communi. l. adoptiuum. in §. patronum. & ibi nota. ff. de in ius vocandi. Sed secùs est de consuetudine feudi, vt probatur in capitul. Vasalli, infrà si Vasallus feud. priue. cui defer. debe. Et de hac questione ibi dicam. & in capi. si Vasallus infr. si de feu. fuer. contro. & infr. hoc ti. §. penultimo. & plenè dixi sup. de succes. feu. in c. 1. & suprà quibus modis feu. amit. in §. aut si libellario. Et tangitur per glo. infrà, de prohi. feud. alie. per Fe. in §. insuper.

Opponi. ab extra, quod immò iste Vasallus nõ puniatur ex eo, quod nõ certiorauerit dominum, cùm nemo appellatur de iure ciuili iudicare malefactorem. vt l. ciuile. cum ibi no. C. de fur. So. iurisdictio, quam habet dominus in Vasallum, hoc operatur secundũ Andr. de Iser. Facit

etiam

etiam ipsa fidelitas præstita ꝑ ipsum Vasallum, cuius virtute hoc fieri debet suprà de forma fide. & de noua forma fide. Simile videmus, quod quis tenetur indicare proditorem. l. Metrodorus. ff. de pœnis. De hac materia, an quis teneatur indicare maleficum de iure ciuili. & de iure Canonico, dic per glossam. & Cynus in d. l. ciuile. & in l. 3. in §. final. de condi. ob tur. causam. & ibi per Ray. & Baldum. per Canonistas. in c. qui cùm fuer. extra de fur. & extra de exces. prælato. in c. dilectus. & per no. 1. q. 1. quod quidam in §. ex his verbis. & Bal. tangit plura circa istam materiam. in l. vt vim. ff. de iusti & iu.

Vltimò de materia huius §. habetur suprà in tit. de no. fi. for. In text. & gloss. & quod ibi dixi. facit etiam quod dictum est suprà de forma fidelitatis. & per Iaco. Ardizo. in Summa. in titu. quibus modis feudum amitta. in prin. & in d. §. exercitu veniente. per glo. & Doctor. & in locis suprà alleg.

SVMMARIA.

1 *Iniuria maior fit domino ex persona filiæ, & nurus, quàm sororis.*

2 *Puellæ non maritatæ capite reuelato debent incedere.*

a Ex concubitu celebrato. Adde an priuetur feudo, si adulterauit vxorē domini sui. vide Io. An. in addi. Spe. in ru. de adulte. & per Alexā. de Imo. post Paulum de Cast. in l. sororem. C. de his. qui vt in dig.

RVRSVS SI DOMINI. Si Vasallus cōcubuerit cum filia, aut nuru domini, vel etiam cum sorore nōdum nupta, adhuc in domo stante priuatur feudo. hoc dicit. In tex. ibi. Rursus. Hoc ideò dicit, quia ponit aliam causam perdendi feudum. Ibi, vel nomine. Est casus genitiui. Ibi, filiæ. Est casus datiui. Ibi, manenti. hoc referas solùm ad sororem supra nominatam. Non autem ad filiam vel nurum, quia in quocunq; loco Vasallus cōcubuerit cum istis etiam extra domum domini habitantibus priuabitur feudo. Sed quando cum sorore, est necesse, quod adhuc maneat in domo sub generatione domini: Secùs autem si esset in domo mariti, quia tunc committitur custodię viri sui, & ista fuit mens huius literæ, vt probatur supra, quib. modis feudum amittatur. in §. 1. quem titulum allegare voluit gloss. hîc posita, dum dixit istud expositum est suprà in ęquipollenti titulo. Ibi, in capitulo dicitur loquitur secundum vulgare Lombardorum secundum Andr. de Iser. Nam puella quæ in capillo apud ipsos appellatur, nuncupatur apud nos domicella, apud aliquos pucella. Verùm ista denominatio Lombardorum de qua in isto textu fit ab eo, quod communiter accidit, quoniam puellæ nondum nuptæ cōmuniter incedunt in capillis, quinimmò etiam hoc satis est consonum iuri, vt ne dum nuptæ incedere debeant capite discooperto. Nuptæ verò velatæ, vt not. gloss. insti. de patria pote. in princi. & 33. q. 5. hæc imago. & ita est cōsuetudo apud plures nationes, scilicet, in Alemania alta. Et super hoc dixit Iaco. de Bel. se vidisse iam vnam arduam quæstionem in curia Regis Caroli, quæ dicatur esse in capillo. Nostra autem denominatio qua ipsas domicellas appellamus, fit ab allusione vocabuli, vt dicatur domicella, quasi in domo cælans, quia stat cælata in domo. Ibi, carere debeat, scilicet, per sententiá, vt dixi in paragraphis præcedentibus.

1 † Not. quod maiori iniuria afficitur dominus ex persona filiæ & nurus, quàm ex persona sororis, quod patet, quia Vasallus indistinctè priuatur feudo ex concubitu celebrato, a cum filia vel nuru, sed si fiat cum sorore, tunc exigitur, quod in domo domini sit commissus ad hoc, vt perdatur feudum, quasi locus aggrauet delictum. vt. ff. de pœnis. lege aut facta. in §. locus. Item, quia tunc erat sub tuitione domini vt dixi super tex.

2 † No. quod iuuenculæ non maritatæ, debēt stare in capillo, & nō velatæ. Quod autem hîc loquatur de non maritata, patet, quia adhuc erat in domo ꝓpria. Nam maritatæ communiter transducuntur in domum mariti. vt. ff. de dona. inter virum & vxo. l. Seya.

Opp. ab extra, quia hîc dicitur quod Vasallus committens delictum in personá sororis domini sui, quod priuatur feudo. Sed contra de. c. 1. inf. an ille qui interfecit fratrē domini, &c. vbi dicitur, ꝙ etiā occidendo fratrem domini, nō amittit feudū, Sol. plus videtur peccare & cum ignominia, quàm occidendo. Meritò hîc priuatur. arg. in l. isti quidem. §. 1. ff. quod metus causa, & tenet Iac. Ardi.

Quęro quod si ista soror domini erat maritata, sed adhuc stabat in domo fratris vna cum marito suo, vt multotiens accidit, an isto casu habeat locum iste text. & puto quod sic, ꝑ tex. in d. §. 1. sup. qui. mod. feu. amit. qui solùm considerasse videtur delictum esse commissum in domo domini. Nam maiorem iniuriam putauit legislator in domo domini fieri, quàm alibi. vt. ff. ad l. Iul. de adul. l. ꝙ ait. & ita dixit gl. super verbo sciens. sup. in d. ti. quibus modis feud.

feudum amitt. in §. 2. Idem dicerem per prædicta in sorore domini, quæ remansisset vidua, & postea esset reuersa in domũ dicti domini. Idem dicendum esset, si esset sponsa, & nõdum transducta. Ad quod facit insti. de nupt. in §. si vxor. & ff. de sponsalibus. l. tutor.

Quæro, an iste §. habeat locum, si Vasallus fecerit etiam cum voluntate istarum mulierum? & respondeo quod sic, quia non consideratur voluntas earum, argu. ff. de iniur. l. 1. §. vsq;. & l. si quis seruum. & tenet Iac. Ardi. Quæro quid si Vasallus hoc fecit cum voluntate domini? Respondeo, quòd non priuabitur feudo. argu. in c. 1. in §. & si Clientulus. supr. de feu. & tenet idem Iaco.

Vltimò ad materiam huius §. vide plures quæstiones, quas formaui supr. in d. ti. qui. mo. feu. amit. in §. 1. & supr. hic potest esse tit. quib. mod. feu. amit. in c. 1. per Iac. Ard. in d. tit. quib. mod. feud. amit. sub rubricella. Idem de filia domini, quod de vxore & in pluribus remissionibus rubricellis ibidem præcedentibus & contiguis.

SVMMARIA.

1 *Vasallus in personam domini insultum faciens feudum perdet.*
2 *Vasallus cum hostibus domini amicitiã contrahens feudo priuandus.*
3 *Hæres domini Vasallum non molestabit, de quo dominus viueret, nõ fuit conquestus.*
4 *Vasallus animo se defendendi morti domini insidiatus, feu. non est priuandus.*
5 *Vasallus si absque insidijs dominum offenderit, an puniatur.*
6 *Vasallus per alium verberans dominũ feudo priuatur.*
7 *Vasallus contra dominum leuans manum, nõ tamen percutiens, feudum perdit.*
8 *Vasallus morti domini insidiatus pœna, legis Corne. de sicca tenetur.*
9 *Vasallus dominum se occisurum iurans, si vltrà non processerit, feudo non priuatur.*
10 *Libellus à domino contra Vasallum qualiter formandus.*

PORRO SI DOMINVM. Vasallus cõmittens aliquam ex causis hîc expressis amitt. feud. hoc dicit. In textu ibi, porrò, pro sed, vt Cle. ne Romani. in §. porrò. de elec. Ibi, vt ita loquar, assalierit, dic, quòd autor taliter locutus est ex eo, q̃a legislator nõ solet vti isto verb. assalierit. l. capitaliũ. in §. crassatores. ff. de pœnis. & in l. 1. §. cùm arietes. ff. si quadrupau. fe. dica. sed tamen est propria & directa locutio, vt dicatur assalierit, quasi in alium salierit, vt dixi supr. e. in §. præterea, Et intellige, quòd hîc assalierit dominum in personam, vt differat à sequenti, vt dixi supr. qui. mod. feu. amit. in §. similiter. Ibi, vicum, id est, burgum vel villam. & hoc intellige, hoc idem esse in castro, vt in d. §. similiter. Ibi, iniecerit ipsum vulnerando, vt no. in l. fi. C. de reuo. dona. & in Auten. vt cùm de appel. cogno. in §. causas. vnde iste textus sumptus est. Ibi, graues. ideò dixit graues, quia non ex omni causa ingratitudinis, sed solùm ex magna amittitur feudum, vt infr. eo. §. illud. & dixi supr. tit. proxi. in notabilibus. & cõsideratur, an sit grauis ex tribus, quæ habentur insti. de iniurijs. in §. atrox. Et aduerte, quia etiam iste textus sumptus est ex d. l. fi. & ex dicto §. causas. Ibi, insidiatus fuerit, subaudi, & sic peruenit ad actum, meritò puniri debet. l. propter insidias. C. qui accu. non poss. Et scias, quòd iste textus similiter sumitur ex d. §. causas. & ex l. consensu. C. de repu. & in Auten. de nup. in §. minores. Ibi, amittat, scilicet, per sententiam, vt sæpius dixi in §. præcedentibus. & non solùm ipse Vasallus, sed etiam successores sui, vt infrà. e. in §. fin. & ibi dicam in conclusionibus. & extra de pœnis. c. in quibusdam. vbi de hoc.

1 †Not. quòd Vasallus amittit feudum ꝓpter insultum factum per ipsum in personam domini, vt hîc, & supr. quibus mod. feudum amitt. in §. similiter. & in titu. hic potest esse titu. quib. mod. feud. amitt. c. 1. Idem dicẽdum, si fiat in locum, in quo est, vt hîc, & in d. §. similiter. Idem dicendum, si dominum verberauit, vel grauiter & inhonestè sibi iniuriatus fuerit, vel cum veneno, aut gladio, seu aliter morti eius insidiatus fuerit vt hîc, & in dicto §. causas. & in d. l. fi. & in dicta l. consensu. Nam sicut Vasallus ex istis causis priuatur feudo. Ita filius priuaretur successione & bonis patris, vt in d. §. causas. & donatarius priuaretur dona. & bonis sibi donatis dicta l. fi. quoniam circa has ingratitudinis causas æquiparantur, vt dicit text. infr. eod. in §. prædictis modis.

2 †Quæro cum glossa prima, quid si Vasallus contraxit [a] amicitiam seu parentelam cum inimicis domini, an intelligatur ex hoc insidiari domino, adeò, vt priuetur feudo? Et respondet gloss. prima indistinctè, quòd sic, per l. primam. in §. cùm patronus. ff. de offi. præf. vrb. Et probat etiam ratione, quia etiam accusator non recipitur de domo inimici, tanquam suspectus. 3. quæstio. 5. accusatoribus. Secundò

[a] *Contraxit inimicitias. Ad de text. in c. 1. quot test. sint neces. ad proban. ingrati. glo. in c. 1. in verbo concubuerit. quib. modis feudũ amit. gl. in l. 1. in §. cùm patronus. & ibi Bal. ff. de off. præfe. vr. gl. in l. liberti. C. de inoff. test. Spe. in tit. de donat. in §. 1. versi. quid si aliquis Baro. Oldr. cons. 71. inc. nunquid Christianus. Ioan. de Ana. consi. 2. incip. visis & ponderatis ad fi. limita dicta iura, quando facit amicitiam in damnum domini, aliàs non, nec potest priuari feudo, hoc modo limitauit Iac. Alua. in c. 1. quibus mod. feudum amit.*

eundò respondet gloss. & melius, quod tunc demùm priuatur, si isti duo concurrant, videlicet, quod conspiret cum inimicis domini, & contra dominum per text. in d. §. cùm patronus. & remittit se ad no. suprà hic potest esse titulus, quib. mo. feu. amitt. in c. 1. Et ibi amplissimè disputaui hanc quæstionem, & tenui istam secundam partem, quæ vera est, vt, videlicet, vtrumque exigatur. & dic vt ibi. Et pro hac opinione videtur casus. infr. quot testes sint necess. ad probandum feu. ingrati. Quis autem probabit, an Vasallus vel dominus, dic, vt habetur in l. liberi. in fin. C. de inoff. testa. quod dixi in dicto capit. 1. supr. hic potest esse titul. quibus modis feudum amit.

3 † Quæro cum eadem glo. in versi. istud autem, &c. quid si dominus, dum vixit, non fuit conquestus de Vasallo, qui contra ipsum commisit aliquam de causis hîc descriptis, an postea, mortuo domino poterit hæres domini inquietare dictum Vasallum occasione dicti delicti? Et respondet quod non, allegando plura iura vsque in fine. Idem tenet gloss. infr. de prohibi. feud. aliena. in §. insuper. hoc idem tenuit supr. quibus modis feudum amitt. in §. 1. & ibi dixi. & tenui istas glo. procedere, nisi dominus celeritate mortis præuentus, vel iusta ignorantia non vendicauit, quia tunc transmitteretur ad hæredem. Et hoc etiam tenet hîc dominus Bald. de quo per Iaco. Ardizo. in summa in tit. quibus modis feudum amit. sub rubricella, si dominus conquestus in vita. & rubricella seq. Et per Canonistas in c. fin. extra de dona. Et ita tenet etiam Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de feudis. in §. fin. vers. sed quare. Quid autem iuris esset econtrà, si Vasallus delinquens moriatur, an filius sit puniendus, vide quod dixi suprà eodem in §. præterea. & dicam infrà eod. in §. deniq;. & in Spe. de feud. §. fin. vers. 1. & in l. fi. C. de reuo. donat. & per Ioan. Andre. in loco suprà allegato. & plenè dixi suprà de succ. feu. in §. 1.

4 † Quæro cum gl. 2. q̃d si Vasallus fuerit insidiatus morti domini, gladio animo se defendendi, cùm aliter periculum suum non posset euitare, an habeat locum iste text. vt feudo priuetur? Et respondet quod non, per l. vt vim. ff. de iusti. & iure. hoc idem tenet glossa 1. de pace te. in §. si quis hominem. & dixi suprà eodem in §. idem qui dominum. de quo etiam infr. hîc finitur lex. capitulo primo, in fine.

5 † Quæro cum gloss. fin. quid si sine insidijs Vasallus vellet offendere dominum, an priuabitur feudo? Et respondet quod non, per c. si voluerit in prin. infr. de capi. qui cur. vendi. Sed tu dic de hoc latius, q̃a aut Vasallus solùm cogitauit offendere dominum, sed non laborauit, neque insidias posuit, & tunc non punitur, vt in l. cogitationis pœnam. ff. de pœnis, & ita intelligatur ista gloss. Aut vltra cogitatum etiam laborauit sine insidijs, sed non perduxit ad aliquem actum: & tunc si ipsum pœnituit, est dignus venia, & non punitur, vt not. gloss. in d. c. si voluerit. Aut laborauit cum insidijs perueniendo ad actũ offerendi, vt quia ambulauit cum telo, vel alios fecit ambulare ad offensionem domini: & tunc punitur, vt hîc & in d. c. si voluerit. De qua materia plenè per Cyn. & Doct. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episc. & Cler. & videtur esse de mente And. de Iser. licet non ita clarè.

Oppo. ab extra de superfluitate huius §. quoniam satis erat prouisum domino aduersus Vasallum, per sacramentum fidelitatis, in quo continentur sex capitula, videlicet, incolume tutum, &c. vt in c. 1. supr. de form. fide. Solut. hîc vltra dictam prouisionem etiã additur de conatu, cum actu aliquo non completo delicto, & istud non benè colligebatur ex forma iuramenti. Item quia melius intelligitur materia per expressa exempla, quàm per intellectum tacitum, vt not. gloss. magna. in fin. in l. de rebus. ff. de arbitris. De qua materia plenè per Barto. in l. 1. ff. si penden. appella. mors interue. & in l. nonnunquam. ff. de conditioni. & demon. & ad prædicta facit, quod dixi supr. de no. fin. for. in c. 1.

6 † Quæro ab extra, quid si Vasallus facit dominũ verberari atrociter per alium, etiam sine telo, an priuetur feudo? Et dicit Andreas de Isern. quod sic. argumen. in l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi ar.

7 † Quæro quid si Vasallus manum eleuauit contra dominum, sed non percussit, an ex hoc solo priuatur feudo? & videretur quod sic per l. item apud Labeonem. §. primo. ff. de iniurijs. Item, quia sufficit terror armorum, licet non percusserit, vt ff. de vi & vi ar. l. 3. §. qui armati. cum §. seq.

Sed puto veritatem esse in contrarium, quia talia non videntur habere vim, nisi producantur ad effectum, nec verba sufficiunt, vt ff. de fur. in l. si quis vxori. in §.

neque

neque verbo. Item, quia hæc pulsatio videtur fieri sine dolore, non verberatio. ff. de iniurijs. in l. lex Cornelia. in §. inter pulsationem, vnde talis conatus non debet nocere Vasallo, vt infr. de Capita. qui cur. vendi. in capit. si voluerit. Item, quia non nisi ex magna causa feudum perditur, vt infr. eod. in §. illud enim. neq; omnis occasio sufficit, vt supr. titulo proximo. in §. 1.

Nec obstat dictus §. primus, quia ibi tenetur actione iniuriarum, nō lege Cornelia, quia teneretur, si percusisset, vt ibi not. in gloss. quicquid ibi dicat Iacobus de Are.

8 †Quæro, an Vasallus, qui est insidiatus morti domini, vt hic teneatur etiam l. Cornelia de siccarijs? & dicit idem Andr. de Iser. quod sic. per l. 1. in princip. in §. diuus. & in l. diuus. ff. ad l. Corne. de sicca.

Quæro qualiter probabuntur istæ causæ ingratitudinis, de quibus in isto §. ad hoc, vt Vasallus feudo priuetur? & respōdeo, quòd per quinque testes, vt infr. quot testes sint necess. ad proban. feud. ingra. in capitulo primo. Verùm, quia gloss. in dicto capit. si voluerit, dubitat, an dictum c. sit extrauagans, vel lex approbata: ideò dic, vt ibi dicam.

9 †Quæro quid si Vasallus iurauit de occidendo dominum, sed vltrà non procedit, an ex hoc puniatur? & dicit Andre. de Isern. quod ex hoc solo non venit priuandus feudo per dictum capitulum si voluerit: quoniam istud iuramentum, licet sit de se malum, vt extra de elect. in c. significauit, tamen non videtur addere, nisi ad alium actum peruenerit per dictam l. si qs non dicam rapere. Secùs autem dicit ipse, si cum alijs iurat vel ordinat, quia tunc priuaretur. arg. infr. de pace iuramen. firman. in §. conuenticulas.

10 †Quæro qualiter formabitur libellus per dominum aduersus ipsum Vasallum? dic vt in Spec. de feudis. §. 1. in princ. & de offic. or. ver. eodem modo. & tetigi infr. e. in §. fin. in primo notabili. & vide Bart. in l. prætor ait, in principio. ff. de iniurijs. & Bald. supr. quibus modis feud. amit. in §. primo, &c.

Vltimò de pertientibus ad materiam præsentem, vide in locis suprà allegatis, & maximè quod dixi in dicto §. similiter. in titu. quibus modis feudum amittatur. & in c. 1. hic potest esse tit. qui. mod. feudum amit. & quod not. gloss. instit. de donat. in §. sciendum. & per Iacob. Ardiz. plenè in titu. quib. mod. feud. amitt. sub rubricella 1. & in titu. de feud. & benefi. in prin. alterius compilationis. & per Bal. in l. 1. ff. de rerum diuisio. in quæstione 152. Et per Canonistas in c. ad aures. & in c. in quibusdam. extra de pœnis.

Si autem scire vis de materia veneni, vide in l. 1. & in l. 3. ff. de sicca. & in l. 1. C. de maleficijs. & instit. de publi. iudic. in §. eadem lege. & 23. q. 5. homicidas.

De materia autem insultus, vide Doct. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & quod dixi supr. in §. præterea.

De insidijs verò & conspirationibus satis remisi suprà in d. c. 1. hic potest esse titulus, quib. mod. feud. amit.

SVMMARIA.

1 *Vasallus dominus de re feudali iustitiam denegans ea destituetur.*

2 *Dominus Vasallo in re feudi iustitiam facere recusans, eius priuabitur proprietate.*

3 *Vasallus domesticum domini offensorem, requisitus non tradens, feudo priuatur.*

4 *Vasallus potestas existens ciuitatis domino de crimine accusato iustitiam denegans non acceptando ipsius fideiussiones, feudum amittet.*

ITEM QVI DOMINO. Non potest iste §. breuius summari, verùm loco summarij, quantum ad intellectum ipsius præmittam aliqua exemplificando ipsum. Intelligitur itaque §. iste in vero contumace, videlicet, quando Vasallus requisitus ad instantiam domini, vt compareat coram iudicio occasione feudi, & ipse Vasallus expressè & apertè dixit, quòd non volebat venire, vel quòd non volebat parere iuri, vel quòd non volebat nec pmitteret iustitiam fieri domino de dicto feudo. Nam tunc statim perdit feudum, vt hic. Secùs autem si fuisset solus factus contumax in non respondendo, quia tunc fuisset opus trina citatione, quo casu, veniret priuandus sola possessione ipsius feudi. Sed si vltra hoc laberetur etiam annus, tunc priuaretur etiam ꝓprietate, vt dixi satis plenè supr. de mili. Vasal. qui contumax est, in princi. Et nunc habes intellectum istius §. In textu ibi, item domino. Quidam libri habent in principio huius §. ista verba, videlicet, illud te non lateat, quòd qui domino. &c. quidam verò libri non habent, sed in hoc non est vis, quia non mutatur intellectus literæ. Et hoc vult etiam glossa hic posita, quam videas, quia per hoc est

expedita. Ibi, iusti, facere noluerit. ex hoc colligitur expressa cõtumacia, cùm apertè dixi, noluerit, id est, noluerit fieri iustitiam per iudi. pertinaciter nolendo parere iuri. Nam & alibi in simili exponitur, condemnauero, id est, condemnari fecero. l. fur. in §. manda. cum ibi not. ff. de his, qui no. infa. Et per hoc remanet sublatum argu. quod potuisset ex isto textu elici, videlicet, quòd Vasallus esset iudex in causa propria. Ibi, perdit, dic, id est, perdere debet, & ipso feudo spoliandus est, vt hîc dixi gloss. quod intellige, scilicet, per sententiam. Oportet enim, quòd cõuincatur de culpa, vt not. inf. de prohibi. feu. alie. per Fede. in §. insuper. & dixi suprà de feu. sine cul. non amit. in c. 1. Et posteà contra ipsum feratur sententia, pro qua exequenda si nolet obtemperare: tunc manu militari spoliabitur d. feudo, vt dixi suprà in d. titu. de mili. Vasal. in §. 1. in fi.

1 †Not. quòd Vasallus recusans facere iustitiam domino de re feudali, illam perdit, sicut alibi dixit textus de Vasallo recusando facere seruitium domino. infr. hîc finitur lex. in §. 1. & inf. eodem in §. sed nec est alia.

Quæro cum glossa secunda, an determinatio huius §. habeat locum, vbicunq; Vasallus denegat iustitiam domino, etiam si conueniatur super re non feudali. Et respondet gloss. quod non, quia solùm intelligitur, quando Vasallus est conuentus super re feudali, quo casu, benè priuatur ipso feudo. Secùs autem si cõuentus super alia re denegat iustitiam, quia tunc non præiudicat sibi in feudo, quoniam iudicium super vna re, non parit præiudicium in alia. argu. ff. de pactis in l. si vnus. in §. ante omnia. & ff. de except. rei iudic. in l. si mater. in §. eandem. & C. in quibus caus. res iudi. non nocet. per totum. & est text. in proposito nostro. infr. si de feu. fuerit controuersia. in c. Vasallus. el. 1. in fi. licet glos. non alleget. Et per hoc habes expeditam gloss. vsque ad versicu. istud ergò, &c. quæ benè loquitur secundum Doct.

2 †Quæro subsequenter cum eadem glo. quid econtrà, si dominus denegat facere iustitiam Vasallo suo super re feudali, an similiter dominus priuetur proprietate? Et respondet, quod sic, per c. 1. infr. quali. do. propriè priue. Et ex hoc infert gloss. q, soluta remanet quæstio posita supr. in tit. quid sit inuestitura in §. 1. in glo. fin. in fin. videlicet, quod dominus, qui denegat facere iustitiam ipsi Vasallo volendo compellere pares ad testificandum, quod priuatur proprietate feudi, sed de ista quæstione dic, vt ibi dixi. Et intelligas, q, ista proprietas applicabitur ipsi Vasallo, vt not. gloss. in d. c. 1. quali. do. propriè priue. De qua materia habetur suprà de forma fide. in §. fin. & per gloss. supr. per quos fiat inuestitura. in §. fin. & supr. de milite Vasallo, qui contumax est. in §. primo. & quod ibi dixi.

3 †Quæro ab extra, quid si dominus sit offensus à filio, vel ab aliquo alio, qui sit domesticus ipsius Vasalli, qui Vasallus requisitus à domino, deducat ipsum offendentem ad satisfaciendum ipsi domino de offensa, recusauit hoc velle facere, an priuari debeat feudo? & dic, quod sic, vt est casus in §. insuper. infr. de prohi. feu. alie. per Fede. Et hoc modo posset etiam exemplificari iste §. secundum Andr. de Iser.

4 †Quæro: Pone, quòd Vasallus est potestas huius ciuitatis, & dominus de aliquo crimine hîc commisso accusatus fuit, & ipse Vasallus potestas nõ fecit iustitiam domino suo accusato, vt quia fortè noluit recipere fideiusiones à domino in casu, in quo debeant recipi, vtrum ipse Vasallus priuabitur feudo? Et tenet dominus And. de Iser. quod sic, per istum text. qui generaliter loquitur. l. de precio de publici. & hoc modo etiam poterit exemplificari iste §. & tunc litera stabit propriè. Et probatur ista determinatio per gl. inf. in §. sed & qui, vbi Vasallus pronunciando cõtra dominũ, contra formã iuris priuat feu. Ergò multò magis dicendum erit in hac causa criminali. argu. in l. absentem. ff. de pœnis. Facit §. deniq;. infr. e. & dixi in d. §. sed & qui delator. Et intelligo prædicta, quando in hoc iudicio criminali expressè constat, q, Vasallus spontè denegat sibi d. iustitiam per prædictam. Secùs autem in iudicio ciuili, super alia re, quam feudali, per eã, quę hîc no. in glo. & per d. c. Vasal. in fi. infr. si de feu. fue. contro. & circa hoc vide, quod dixi infr. in d. §. sed & qui delator, in q. vlt. Et de hac materia extra de Iudæis. c. Iudæi. l. 2. & extra de hæreti. in c. excommunicamus. 22. q. 2. dominus. & Bal. in Auten. statuimus. C. de Epis. & Cleri.

Vltimò de materia huius §. dixi in d. c. 1. in prin. supr. de mili. Vasal. qui contumax est. & vide in remissionibus, quas ibi dedi. & supr. in ti. quid sit inuesti. in §. si enim. & quod habetur in d. Auten. statuimus. & 23. q. 5. administratores. & Bald. & in l. obseruare. ff. de off. proconsul.

SVMMARIA.

1 *Vasallus domino seruitium, ob quod sibi datum est feudum denegans ipso priuandus est.*
2 *Pactum conuentum qui fregerit, ipsius commodo carebit.*
3 *Impotentia excusat obligatum.*
4 *Dominus vtili rei vendicatione contra Vasallum aget seruitium debitum negligentem.*
5 *Vasallus domino censum pro feudo debitum non soluens ipsum amittit.*
6 *Vasallus vt feudo possit priuari ad seruitium conuentum debet interpellari.*
7 *Vasallus sua culpa ad seruitium præstandum impotens factus feudo priuandus.*

1 SED NEC ALIA. †Si Vasallus sponte recusat domino exhibere seruitium, pro quo feudum fuit sibi datum, amittit ipsum feudum, secùs si per impotentiam illud exhibere nō valet. h. d. Et ponit author in isto §. aliam causam amittendi feudum, quam sumpsit ex l. fin. C. de reuo. do. & diuiditur in duas partes. In prima parte Vasallus non seruiuit, quia noluit. In secunda, quia non potuit. secunda ibi, aliud. Et præmitte pro euidentia, quòd feudum potest dari ad certum seruitium, vt infr. de capi. qui cur. ven. in c. fi. & dixi supr. tit. proxi. in fi. super tex. & in vltimo notab. & supr. quid sit inuestitura, in §. præterea. In textu ibi, iustior causa. hoc ideò dixit, quia nihil est tam congruum humanæ fidei, quàm seruare conuentionem, vt in l. 1. ff. de pact. Item, quia graue est fidem fallere. l. 1. ff. de consti. pec. Ibi, beneficij, id est, feudi. Ibi, quod si, d. l. seruitium. Ibi, amittit, dic, scilicet, per sententiam, vt not. glos. si quis in tantam. C. vnde vi. & dixi supr. in §. præcedenti.

2 †Not. quòd qui non seruat fidem conuentionis, priuandus est eius emolumento. Sicut in simili videmus in donatione, quæ reuocatur, si nō adimpleatur modus vel conditio, vt in l. 1. & in l. 3. C. de dona. quæ sub modo. facit supr. de for. fi. in fi. & quod ibi dixi. & infr. de pace tenen. in §. quicunque.

3 †Not. q, impotentia excusat, vt hic. sup. de feu. sine cul. non amit. in c. fin. 1. .. & ibi latè dixi. & not. glo. supr. quib. mo. feu. amit. in princi. & ibi etiam dixi, sicut alibi dixit Innoc. quòd qui non potest soluere, non est periurus. extra de offi. dele. in c. P. & G. & not. glo. in c. quærelam. & in c. breui. extra de iureiu. Et ad prædicta vide glo. 33. q. .. latorem, Nam licet sit periurus, quo ad actum, nō est periurus, quo ad reatum, quod est no. dignum. Inopia enim quandam exceptionem præstat, vt not. ff. de procu. in l. Titius, secundum Bal.

Quæro cum gl. an determinatio huius §. habet locum, etiā si in inuestitura non fuit expreßè dictū, quod Vasallus amittere debet feudum, si nō præstiterit seruitium? & respondet quod sic, quia hoc tacitè subintelligit, sicuti in simili videmus de colono & inquilino, qui si cessant soluere per biennium pensionē possunt repelli, quanquam in locatione non fuerit hoc expressum. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Item videmus in donatario, qui priuatur donatione, si non adimplet pactum adiectum in donatione, quanquam in ipsa donatione hoc nō fuerit expressum, quoniā donans nihilominus vtiliter vendicabit, vt probatur in l. 2. ff. de condi. ob causam. & in l. 1. C. de dona. quæ sub modo. Et hoc vult tota ista gl. vsq; ad fi. se remittendo ad ea, quæ in dictis locis notata sunt. Sed aduerte, quia dum glo. se remittit ad no. in l. 2. ff. de cōdi. ob causam. voluit se remittere ad no. in l. 1. & de hac materia tacitum habeatur pro expresso, & quando tacitè subintelligatur, habetur per glo. & Doct. in l. cùm quid. ff. si cer. peta. ff. de regu. iur. in l. expressa. & in l. actus legitimi. & ibi ꝑ Dy.

Opp. ab extra. q, imò impotentia non excuset de l. cōtinuus. in §. illud. ff. de verb. obli. Solu. Ibi loquimur in pœna conuentionali: hic autē in pœna legali, q̄ infligitur à lege vel consuetudine, quando nō fit seruitium, vt hic, quæ pœna legalis remittitur ꝓpter impotentiam. l. illicitas. in fin. ff. de officio præsidis. & in l. eos. in fi. C. de modo mul. & in simili no. glo. in l. fi. ff. qui satisda. cogan. & in d. c. breui. extra de iureiur. de qua materia tam in contractibus, quàm in iudicijs. dic vt per Doct. in d. §. illud. & in prædictis locis.

4 †Quæro ab extra pro intellectu prædictorum, quam actionem intentabit dominus contra Vasallum ad repetendum feudum, quia non facit seruitium conuentū. Et hæc gloss. videtur sentire, quod habeat vtilem rei vendicationem, per d. l. 1. C. de dona. quæ sub modo. Sed aduerte, quod ibi est speciale, fauore alimētorum, vt ibi not. in gloss. quare dixit Iacob. de Belui. quod dominus poterit agere directa rei vendicatione, cùm semper remanserit penes eum dominium directum feudi, vt sup. de inuestitu. de re alie. in fin. Vel posset agere publiciana, secundum Nicol. de

Neapo. si non posset probare de dominio directo, vel conditione ob causam, tanquam causa non secuta. Et hanc sequitur Andre. de Iser. Vel conditione sine causa, tanquam causa deducta ad non causam. Vel scriptis verbis, vt C. de rerum permut. in l. in rebus vel cōditione ex l. si quis conductionis. C. locati. Vel ex stipulatu, si stipulatio intercessit. Vel conditione ex moribus feudorū. Vel actione in factum subsidiaria. C. de sacrosanct. Eccle. in l. sanci- 1 ...is, secundum Iacob. de Bel. Sed tu dic, quòd aut sumus in casu, in quo Vasallus esset priuatus ipso iure, quando sit, dixi in d. c. 1. supr. de feu. sine cul. non amit. & tunc non est dubium, q. dominus habet plenum dominium, & per consequens plenam rei vendicationem. Aut sumus in casu, in quo venit priuandus per sententiam, prout est in casu nostro, vt dixi super text. & in hoc sunt opiniones diuersæ, de quibus suprà dixi. & isto casu dominus Bald. videtur sequi Iacob. de Belui. quòd adhuc dominus habeat directam rei vendicationem, quasi directum dominium sufficiat sibi ad vendicandum. argu. ff. ad Trebel. in l. si hæres institutus, nec poterit Vasallus excipere de vtili dominio, quasi replicabitur de culpa, & in hunc modum priuabitur iure suo. arg. ff. de inoff. testa. in l. Papi. §. si filius. ff. ex quib. cau. maio. in l. nec non. in §. exemplo. Si autem ageretur contra tertium possessorem, certum est, quòd non posset excipere de iure Vasallus, tum quia elisum est, tum quia sua non inter est. arg. in l. 2. ff. si ager. vect. vel emphi. pe. & ff. qui po. in pig. ha. in l. creditor. in §. 2. Putat tamen idem Bal. quòd Vasallus posset conueniri etiam triticaria, tanquam prædo. vt in l. 1. in fi. coniuncta. l. 2. ff. de triticaria. Item cōdictione ex moribus, vt supr. dixi. arg. ff. de contrahen. emp. in l. Celsus. in §. si fundus. & de act. emp. in l. exempto. in §. si quis virginem. & hoc plenè disputatur per gl. in c. fi. infr. de capi. qui cur. ven. Qualiter autem dominus formare debeat libellum, vide in Specu. de feu. in §. fi. & in tit. de off. or. in ver. eo. modo. Sed q̃d econtrà, si Vasallus vult agere cōtra dominum, quid facere debet, vide gl. & quod ibi dixi. infr. de mili. Vasall. qui contumax est. c. 1. in §. 1. & in Spec. de censibus. in §. tunc dicendum. vers. sæpè quoque. & in titu. de na. ex libe. ven. Quæro quid si ex feudo non debetur aliquod seruitium ex pacto, an amittatur feudum. & responde, vt dixi supr. tit. proxi. in q. fina. &c.

a Quid si ex feudo debeat solui census. Ad de Cardi. Zaba. cons. 92.

5 a †Quæro quid si ex feudo debeat solui census, & Vasallus non soluit, an priuabitur feudo? dic vt in Specu. de loca. in §. nunc aliqua. vers. 85. vbi tenet quod non. Et ita cōsuluit dominus Fran. Zaba. Cardinalis, prout ipse scribit in c. potuit. extra de locato. Et in hoc dicit differre ab emphiteota, qui cadit non soluendo. & respondet ad istum, quia dicit quod loquitur, quando ex illa tantùm causa datur. Secùs si fidelitas promittatur, & vltra hoc pensio, quia tunc non dicitur datum propter pensionem, sed est quasi causa impulsiua, secundum ipsum. Facit, quod dixit Andr. de Iser. in c. de contro. inter mas. & fœmi. vbi sic ait, quod est differentia inter dare in emphiteosim, & dare in censum soluendum, quia in censu nō perditur res, si non soluatur. Sed in Canone iuris emphiteotici sic. Et allegat c. consti. extra de religio. do. cum ibi no. Et ita etiam in facto cōsului simul cum domino Paulo de Castro.

6 †Quæro, an sit necesse, quòd Vasallus interpelletur ad præstationem seruitij, ad hoc, vt ipse possit priuari feudo? Et dic quod sic, vt infrà si de feudo fue. contro. in c. licet. & inf. de prohi. feu. alie. per Fed. in §. firmiter. & inf. in titu. an ille, qui interfe. fra. do. in c. fin. & inf. de pace iuramen. firman. in §. fi. & infr. hîc finitur lex. in §. 1.

Quod intellige verum, nisi Vasallus sciret dominū periclitantem, quia debet præbere seruitium, non expectata interpellatione, vt suprà e. in §. præterea. Et ita tenet glo. infrà hîc finitur lex, quoniam qui scit, non debet certiorari secundum Andre. de Iser. vt ff. de actio. empt. in l. 1. in fi. & probatur infr. in §. seq. vel nisi seruitium deberetur certo die, quia tunc dies interpellat pro homine, vt in l. magnam. C. de cōtrahen. & committen. stipu. cum ibi no. & in l. si mora. ff. solu. matrim. & tenet idem Andre. de Iser. Et de hac quæstione plenè etiam tetigi supr. de no. fide. forma. per Iacob. Ard. in ti. quib. mod. feud. amit. sub rubricella, an tenetur Vasallus seruitium offerre domino, & sequen. vbi plura dicit pertinentia ad materiā. Et vide circa prædicta, quod dixi in d. c. licet, in 3. nota. & in prima oppositione.

7 †Quæro quid si Vasallus fuit in culpa, vt non possit seruire, an priuabitur feudo? & dicit Andr. de Iser. quod sic. argumen. in l. de accessionibus, in fi. ff. de diuer. & tempo. præscrip. & in regula dam. ff. de regulis iuris, & probatur d. §. firmiter dum dixit temerè,

temerè, &c. Quæro, in quo loco teneatur Vasallus ad præstandum seruitium, & an teneatur exire ciuitatem propriam, & vagari cum domino, & cuius [a] expensis? dic vt dixi supr. de no. fid. for. in princ. & infr. de pace iura. fir. in fin. & plenè hîc per Andream de Iser. & per Bald. inf. de capi. qui cur vendi. in c. 1. Quæro quot modis excusetur Vasallus, si non præstat seruitium? dic plenè per Iac. Ardi. in d. titulo sub rubricella, excusatur Vasal. propter æta. &c. cum quindecim rubricellis sequen. vbi videas ad plenum. & dixi supr. quid sit inuestitura. in §. fin. Quæro an possit seruire per substitutum, dicam in c. si quis decesserit. infr. si de feudo fuerit controuersia. & tangit gloss. in c. qui Clericus. in eodem titu. & de prohib. feud. alie. per Fede. in §. firmiter. de qua per Cy. C. de Epi. & Cle. in l. quisquis censibus. & per Barto. ff. de verborum obligationibus. in l. continuus. in §. si ab eo.

Vltimò de materia præsenti, vide plenè in Summa Iaco. Ardizo. in titu. quibus modis feudum amittatur sub rubricella. excusatur etiam varijs ex causis, & sub rubricella, si Vasallus non faciat id, pro quo datum est feudum. & in dicta rubricella, an teneatur Vasallus seruitiū offerre domino. & in d. l. fi. C. de reuo. dona. & quod dixi suprà de feu. sine cul. non amit. in c. 2. & in c. fi. infrà de capi. q cur. vend. & quod not. gloss. infr. de prohibitione feudi alie. per Lotha. in princ. & quod dixi infr. si de feudo fuerit controuersia. in c. & si Vasallus facit in capitulis extraordi. in §. penul. & de feudis & beneficijs. §. 2. & vide in Specu, de loca. §. nunc aliqua. vers. 89.

[a] *Et cuius expensis. Adde Bar. in l. Meuia. in §. 1. ff. de annu. leg. Bald. in l. qui manu mittitur. ff. de ope. liber. Lu. Ro. in l. recusare. in §. si qs à filio. ff. ad Trebel. Bal. in c. cùm ex officij. in 2. col. de præscript. & per Ol. cons. 234. inci. factum tale est quidā miles.*

SVMMARIA.

1 *Delator quis dicatur, & quot modis capiatur.*
2 *Vasallus deferens vel accusans dominū, perdit suum feudum.*
3 *Vasallus dominum detentum vltrò se offeres ad liberandum.*
Verbum indignationis importat priuationē feudi.
4 *Vasallus fideiubens pro domini accusatore priuabitur feudi iure.*
5 *Vasallus accusans dominum in Principem vel Rempub. peccantem, non punietur.*
6 *Vasallus contra dominum si aduocauerit suo feudo statim carebit.*
7 *Vasallo pœnitenti quod dominum accusauerit, quando ignoscatur.*
8 *Vasallus iudicans contra dominum in causa ipsius domini feudo priuatur.*
9 *Vasallus agens actione iniuriarum cōtra dominum in Rempublicam conuiciantem, nō punitur.*
10 *Vasallus in dominum committens, causa sui iuris seruandi non punietur.*
11 *Vasallus vxorem domini alteri adulterandam tradens feudo priuabitur.*
12 *Affectus non sequuto effectu, qualiter puniendus.*
13 *Vasallus minor si fuerit accusando dominum, feudum non amittit.*

SED ET QVI DELATOR. In hoc §. author adhuc prosequitur adducendo ad materiam alias causas, ex quibus feudum amittitur. Et diuiditur in duas partes, prout duas causas ponit amittendi feudum. secunda ibi, vel si cognouerit.

CASVS.

Vasallus deferens dominum amittit feudum, si ex delatione graue damnum sustineat. Idem si sciens dominum inclusum non liberauit, cùm potuit. hoc dicit. Et attende, quia prima pars huius §. est sumpta ex Autent. vt cùm de appellatio. cogno. in §. causas. versi. si delator. Secunda verò pars est sumpta ex dicto §. in versi. si qualibet, &c.

1 †Et pro euidentia huius literæ scias, q istud nomen, Delator, capitur pluribus modis in iure, vt no. gloss. C. de delatoribus. super rubricel. lib. 10. Sed quantum ad text. nostrū potest capi dupliciter. Primo modo pro accusatore, put in simili habemus in l. iubemus. C. ad l. Iul. repetundarum. Secundo modo pro denunciatore, qui defert, id est, denunciat aliqua bona in fiscum, vt probatur in l. inter quatuor. ff. de diuer. & tempo. præscript. & in l. 1. ff. de iure fisci. Quod autem vtroque modo possit intelligi & exemplificari iste §. tam in accusatore, quàm delatore, probatur per d. §. causas. vers. si eos. & in dicto vers. si delator, vbi pariter punitur accusator & debitor. In textu ibi, delator, potest capi propriè, quando Vasallus detulit bona domini in fiscum, quo casu, punitur, si non probat, vt in l. non tantùm. ff. de iure fisci. Vel potest intelligi de accusatore, quando Vasallus accusauit dominum criminaliter, vt in d. §. causas. & ff. de bo. liber. l. q cum maior. in §. his demùm. Ibi, graue. ideò dixit graue. quia secus si esset leue, vt no. supr. eod. in §. præterea. in glo. 1. Ibi, dispendiū, id est, damnū, vt no. glo. in c. 2. extra de cōsti. & in Cle. dispendiosam de iudi. Ibi, sustinere fecerit. i. pcurauerit, vt sustineret, si pbasset delationem vel ac-

 cusatio-

a Similem causam ingratitudinis. Adde glo. magistra. in c. Quintauallis. de iureiuran.

b Indignationẽ Apostolorum Pet. & Paul. Adde Clem. exiui de Paradyso de verborum signi. Phil. de Frã. in c. 1. in 2. nota de sepul. lib. 6. Bald. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & Bar. in extrauagã. q̃ sint rebelles. in verbo indignationẽ. & per Felin. in c. quod olim in 2 nota. de Iudæis.

c De denũciatione. Adde per Barto. in Autẽ. adhæc. C. de vsur. Bart. in l. diuus. ff. de custo. re. Inn. in c. super his. de accu. Doct. in c. nouit. de iudi. Archi. in c. hoc iure. 22. q. 5.

cusationem, & ideò, quia non probauit, debet feudo priuari. Non autem intelligas, quòd dominus fuerit passus istud dispendium ex sententia condemnatoria, aduersus ipsum lata, ex probationibus factis per Vasallum, quoniam tunc Vasallus iustè accusando vel deferendo, nõ veniret priuandus feudo, vt statim videbitis in gloss. Potest etiam iste textus intelligi propriè secundum And. de Iser. videlicet, quia dominus fuerat passus graue dispendium, quia multum expenderat in dicta lite pro se defendendo. Vel intellige graue dispendium, videlicet, respectu famæ suæ, vt quia erat diuulgatum apud multos, dominum commisisse tale crimen, de quo accusabatur. argu. in l. isti quidem. in fin. ff. quod me. causa. & in l. in seruorum. in fi. ff. de pœnis, & extra de testi. in c. fi. cum ibi not. Ibi, cognouerit, id est, sciuerit, nec requiritur, quod interpelletur, vt dixi sup. §. proxi. Ibi inclusum, id est, incarceratum vel detentum siue sit in vinculis, siue non, quia in hoc nõ est vis. Sufficit enim, quòd non sit in libera potestate abeundi, vt prædicta probantur in l. succurritur. ff. ex qui. caus. maio. secundum Andre. de Isern. Ibi, cùm potuit. impotentia enim ipsum excusaret, vt dixi supr. in §. proximo.

2 †Not. quòd Vasallus accusans, vel deferens dominum, priuatur feudo, si nõ probatur, qa calumniari videtur. De calumniante enim solùm intelligitur iste §. vt not. glo. in l. qui cùm maior. in fi. ff. de bo. lib. & tenet Andr. de Iser. hîc. & etiam glo. sensit. Nam si probaret crimen, non priuaretur feudo, quia peccata nocentium debent esse nota, vt in l. cum. qui nocentem in prin. ff. de iniurijs, licet Dy. videatur tenuisse contractum. d. l. qui cùm maior. in fin. per l. fi. C. de dela. lib. 10. sed ibi loquitur in seruo, cuius temeraria præsumptio refrenatur, de quo in Spec. de accu. ver. item quod est libertus.

3 †Not. quòd Vasallus, cùm sciet dominum detentũ, debet vltrò se offerre ad ipsum liberandum, si potest, aliàs priuatur feudo. Facit c. licet. infr. si de feudo fue. contro. Vtrum autẽ hoc intelligatur, siue sit iustè detentus, siue iniustè, vide quod dixi supr. quibus mod. feud. amit. in princ. §. 1. & infr. hîc finitur lex in prin.

Quęro cum glo. de intellectu huius tex. in fin. Et respondet, quòd ista litera habetur diuersimode. Nam quidã habent feudum perdit, quidam habent amittit: quidam indignationem non euitabit, quasi dicat à feudo priuari potest, sicut videmus in simili in filio, committente similẽ causam ingratitudinis [a] contra parentes, quia priuari poterit hæreditate, vt in d. §. causas. Idem videmus in paterno accusante libertum suum capitaliter, vt priuari possit in totum hæreditate sua. d. l. qui cùm maior. & hoc vult ista gloss. vsque ad vers. idem, &c. Ex qua not. quòd ista verba indignationem domini nõ euitabit, &c. important priuationem feudi, quod inducit Bald. in ar. ad literas Apostolicas, in quibus dicitur, alioquin indignationem Apostolorum Pet. & Paul. [b] se nouerit incursurum, &c. q̃ ista verba cõminantur priuationem beneficij Ecclesiastici, quod est menti tenendum secũdum ipsum, de quibus verbis fit mentio in Cle. exiui. in fi. de verbo. sign. Sed tamen Bar. in tractatu, qui sit rebelles. in fi. in gl. super verbo indignationem, dicit quod nescit videre, quòd ista verba aliquid operẽtur, nisi quod sonant, vt Imperator de cætero non exhibebit se gratiosum in illum. Tu autem, quantum ad textum nostrum non recedas ab expositione huius glo. vt ista verba important priuationem feudi. Ad quod facit text. in §. item qui dominum. supr. eo.

4 †Quæro subsequenter cum dicta glo. quid si Vasallus fideiussit pro eo, qui accusabat dominum, quod prosequeretur appellationem, an priuetur feudo? & respõdetur quod sic, per l. post legatum. in §. sunt qui putant. ff. de his, qui, vt indi. Idem dicit, si Vasallus inducit accusatorem ad accusandum, vel perhibuit testimonium adiuuando accusantem. d. l. cùm maior. in §. sed & si. & hoc vult gloss. vsque ad vers. sed licet.

Quando autem & qualiter accusator teneatur fideiubere, habetur in l. 1. C. ad turpil.

De renunciatione [c] verò habetur in l. ea quidem. C. de accusa. & in c. super his. & in c. qualiter & quando.

De submittente autem alium ad accusandum, habetur in l. polla. C. de his, qui, vt indig.

De delatore verò dic, vt in l. senatus, in §. 1. ff. de iure fisci. quod autẽ dixit gl. de Vasallo phibente testimonium intellige, quando spontè id fecit. Secùs autem si fuisset coactus per iudicem, quia tunc excusaretur, vt infr. tangit gloss. & tenet etiam gloss. accur. in d. l. post legatum, in §. is verò. & gloss. in dicto §. similiter. infr. de consuetudine recti feudi. Testis enim regula-

a regulariter[a] potest cogi. l. si quando. C. de testi. In proposito tamen Vasallus non debuisset cogi, sicut dicimus de liberto contra patronum. l. inuiti. ff. de testibus. vnde iste Vasallus debet resistere, ne perhibeat testimonium, & si non resistat, videtur volens, ita potest intelligi. d. l. qui cùm maior. in §. sed non. Si tamen non obstante repugnatione sua iudex eum coëgisset, nõ amitteret feudum, quia propter seueritatem iudicis excusaretur. d. l. qui cùm maior. in §. sed non. Nam iudex fortè compulit eum, quia dicebat, quòd non reperiebatur prohibitus per edictum de testibus. l. 1. ff. de testibus. De qua materia tamen dic, vt not. infrà de consuet. recti feudi. in §. similiter. & in d. l. post legatum. in §. is verò. Et posset induci ista gloss. in argumentum secundum Bald. quod valeat dictum testis non citati.

Quod est verum, dummodò iuret parte præsenti, vel citata, vel admonita per iudicem, quæ monitio vim citationis habet, vt not. C. quomodo & quando iudex. l. cessante, de quo per eundem Bald. in l. præsbyteri. C. de Epis. & Cle. & quod not. in d. §. is verò.

5 †Quæro subsequenter cum dicta gloss. quid si Vasallus accusat dominum ex delicto commisso in Principem vel Rempub. an tunc priuabitur feudo? Et respondet quod non, dicens: quòd regula istius §. fallit in illo casu, quia tunc excusatur per dictum §. causas.

Item similiter dicit gloss. quòd excusatur Vasallus, si non accusauerit criminaliter. d. l. qui cùm maior. in §. 1. Sed de hac dic, vt habetur in d. §. similiter.

Item fallit, si accusando prosequatur suam vel suorum iniuriam.

Item fallit, si probauit accusationem suam.

Item fallit, si de leui causa accusauit. Sed iudex contra ius exacerbauit pœnam.

Item fallit, si defendendo vel vlciscendo accusat, & prædicta probat per plura iura, quæ allegat vsque versicu. quid ergò. Et dic, vt in ea quæ benè loquitur.

6 †Quæro subsequenter cum prædicta glossa, quid si Vasallus fuit aduocatus cõtra dominum, an priuetur feudo? Et dicit quod videretur quod sic, per l. finalem. ff. de inofficio. testamen. tamen, vt tollatur omnis dubitatio distinguit. Quia aut fuit spontaneus, & tunc priuetur. Aut coactus, & tunc non, prout dictum est de teste. Potest namque aduocatus compelli lege prouidendum. C. de postulando. Et hoc voluit glossa vsque ad versicul. quid ergò si Vasallus. Et bona est distinctio huius gloss. per quam potes etiam limitare dictam l. finalem de inofficio. testamenti secundum Iacobum de Belui. & Nico. de Neapo. Vnde siue sit coactus per iudicem, siue ex necessitate officij hoc faciat, excusabitur. l. post legatum. in §. aduocatum. ff. de his, quibus vt indignis. Et ita etiam potest intelligi dicta lex, qui cùm maior. in §. si patroni. secundum Andream de Isernia. Et not. etiam in dicta l. fin. de inofficio. testamenti. & quod not. extra de postulan. in capitulo finali. Facit ad prædicta, quod habetur in capitulo, grauamen. extra de excess. præla. & in Spec. de aduoca. in §. 1. versic. item quod postulat.

a *Testis. n. regulariter potest cogi. Ad. de Spe. tit. de teste. in §. de testium compulsiõe. vers. sed qualiter cogũtur Doct. in c. dilectorũ. de testi. cogen. & an possunt cogi in causa hæresis. vide per Arch. & Domi. de sancto Gemi. in c. vt officiũ. in §. verũ. de hæred. lib. 6.*

7 †Quæro subsequenter cum dicta gloss. vtrum Vasallo, qui accusauit dominum, liceat pœnitere ante sententiam? Et dicit quod si ideò pœnitet, quia probare non potuit: cùm tamen fecerit suum posse, vt probaret, non parcitur sibi. Aliàs si re integra destitit, sibi ignoscitur, ne in totum videatur sublata humanitas plenitudinis, vt ff. de in ius vocando. l. quamuis. cum similibus. Et hoc vult glossa ad versiculum, sed quia erit. Sed in hac quæstione dicit Baldus, quòd posset distingui, an iustam habuerit causam deserendi: & tunc potest pœnitere. Aut non, tunc secùs, quando intelligatur, habuisse iustam causam, declaratur in l. nostris. C. de calumnia. De qua materia vtrum accusanti liceat pœnitere. dic vt in l. destitisse. ff. de iudicis. & in l. si ea. C. qui accusare non possunt. & in dicta l. qui cùm maior. in §. accusasse, vbi etiam declaratur, quid iuris sit in causa appellationis, de quo etiam per glossam. in l. Papinianus. in §. meminisse. ff. de inofficio. testament. & per Cy. in l. finali. C. de accusa. & per Bartolum, in l. Attalus. & in l. qui falsam. ff. ad legem Corneliam. & de fal. & per Canonistas. in capitulo licet. extra de accusat.

8 †Quæro subsequenter cum dicta glo. quid si Vasallus in causa domini sui, iudicauit contra ipsum, & hæc talis sententia ex eisdem actis, tanquam malè lata rescissa est in causa appellationis. An ex hoc venit feudo priuandus? Et respondet quod sic, per legem post legatum. in §. quidam. ff. de his, qui, vt indi. Et hoc vult Glossa vsque ad versiculum,

Item

Item adhuc super hac quæstione dicit Andreas de Isern. attendendum, quod si detegatur, Vasallum habuisse malum animum, quia perperam iudicauit, vt tunc puniatur.

Quod intellige, quando est grandis causa & graue dispendium, vt in hoc text. secundum Nico. de Neapo. Si verò iudicauit per imperitiam, quia credidit benè iudicare: & tunc fuit in culpa, vt ff. locati. in l. si quis fundum. in §. si quis. Debebat enim consulere peritiores, quod quia non fecit, fuit insoluta negligentia, quæ est prope dolum, vt in l. quod Nerua. ff. depositi, vnde debet puniri. Ad quod facit. §. præterea. sup. eodem. Alioquin si consuluisset peritos, non esset, quid sibi imputaretur. argumen. in l. si ignorans. ff. locat. & tunc non deberet puniri.

Sed ego puto, quòd ista gloss. & supradicta sint intelligenda de causa criminali, quoniam in causa ciuili, si Vasallus nõ faciat iustitiã domino in alia re, quàm feudali, non priuetur feudo, vt not. gloss. sup. eodem in §. item qui domino. Vel si vellemus intelligere in ciuili, est necesse dicere, quòd ideò hoc contingit, scilicet, propter delictum ipsius Vasalli, malè iudicantis, vt institu. de obli. quæ ex quasi deli. in prin. C. de pœna. iudi. per totum. Secùs autem quando non per delictum denegat iustitiam domino, tanquam iudex, vt in d. §. item qui duo. & quod ibi dixi.

9 †Quæro subsequenter cum dicta gloss. quid si dominus fecit conuitium aduersus hãc Rempublicam, vt quia dedit operam, vt vociferaretur cõtra bonos mores in infamiam huius Reipub. & Vasallus, vt tueretur & veneraretur hanc Rempublicam, egit cõtra dominum actione iniuriarum, an ex hoc priuandus sit feudo? Et respondet quod non, quia cùm in ipso conuitio nõ sit specificata persona certa, sed solùm vniuersitas & Respublica in genere non debet fieri ex tali conuitio aliqua executio. l. item apud. §. cui. ff. de iniurijs. Sicut in simili non tenetur quis de conuitio non deducto ad actum, licet curauerit & consuluerit, vt fieret, vt habetur in d. l. 1. in §. si curauerit.

Quod intelligit glossa esse verũ, quando Vasallus non deduxit ad actum, quia destitit sponte ab eo proposito, & ipsum pœnituit. Secùs autem esset, si non stetit per ipsum, sed tamen non potuit ad actum conuitij perducere conuitiato, quia debet puniri ac si fecisset. Et hoc vult gloss. vsq; ad versic. item adhuc. Sed tu adde, quia in hoc vltimo membro, quando non deduxit ad actum, etiam per impotentiam nõ putarem, quòd ex hoc Vasallus veniret feudo priuandus, per c. si voluerit. infr. de capi. qui cur. ven. & per ea, quæ dixi supr. in §. porrò. & quod statim inf. dicam. de qua materia, an in delictis puniatur affectus, licet non sequatur effectus. dic per glos. in dicto c. si voluerit. & per Doct. in dicta. l. si quis non dicam rapere. C. de Epis. & Cle. Quid autem sit cõuitium, & qualiter fiat, habetur in dicta l. item apud. in §. secundo, & seq.

10 †Quæro subsequenter cum gloss. prædicta, quid si Vasallus commiserit aliquam ex suprascriptis culpis, causa solùm cõseruandi ius suum.

EXEMPLI GRATIA.

Pone, quòd Vasallus emit dominum suum, tanquam seruum: dominus autem ꝓclamat in libertatem, sed Vasallus dicit ipsum seruum causa sui iuris conseruandi, vt possit agere de euictione, an amittet feudum, & dicit quod non per l. si quis. ff. de bo. liber. quinimò etsi obtinuisset contra ipsum sententiam, & postea fuit detectus liber, & pro libero dimissus, nihilominus non amitteret feudum, vt ff. de bo. libe. l. in seruitutem. in §. si petierit. & hoc voluit gloss. vsque ad versic. adhuc. & de hac quæstione dic per Dyn. in l. qui cùm maior. in §. si patris.

11 †Quæro vltimò cum dicta gloss. in fi. quid si Vasallus, per Lenocinium conatus fuit tradere vxorẽ domini sui alteri adulterandam, an priuetur feudo? Et respondet quod sic, quia etiam ex simili causa vxor posset diuertere à marito, & allegat Auten. sed nouo iure. C. de repudijs, quæ nihil facit, sed debuit potius allegare. l. consensu.

Et intellige hanc glossam secundum Andream de Isernia, quando per Lenocinium Vasalli peruentum est vltra colloquium ad aliquem actum inhonestum, videlicet, vel quia turpiter lusit, vel osculatus est, vel aliter amplexatus, vel tangendo eam inhoneste ad pectus, vel in aliquo loco pudendo. Vt ergò priuetur feudo ex dicto Lenocinio, est opus, vt aliquid fiat in personam mulieris. Ex solo enim colloquio non priuaretur, per ea, quæ dicta sunt supr. quibus modis feudum amitt. in §. 1. & hoc videtur etiam esse de mente istius gloss. dum istam ingratitudinem appellauit egregiam, quasi habuerit respectum

ctum ad ipsum conatum, cum facto subsecutum, per ea, quæ dixit text. sup. titu. 1. in versic. si quis enim, &c. & huic sententiæ videtur eam assentire Cyn. in l. si quis nõ dicam rapere. in 7. oppo. & Barto. in l. 1. ff. de extraor. cri. & d. Bald. in l. si quis non
12 dicam. in penultima colum. † vbi tenent, quòd illa regula, qua disponitur, quòd punitur eadem pœna affectus, licet non sequatur effectus non locum habeat, quando affectus solùm stetit in finibus colloquij & verborũ. Sed est opus, quòd sit pertinentum ad aliquem actum facti. Item, qa vbicunque lex punit affectum non secuto effectu, quod non debet adeò æqualiter puniri affectus, nisi expressè lex hoc diceret, vt probatur in l. quisquis. C. ad l. Iuliam maie. & tenet Cy. in d. l. si quis non dicam. in 9. oppositione. in fine quod dicit posset trahi ad multa, quæ quotidie de facto contingunt. Probatur etiam ratione, quia si ipse Vasallus voluisset adulterare vxorem domini, sed non tamen peruenit ad alium actũ, nisi ad turpe colloquiũ, nõ esset priuandus feudo ex hoc solo colloquio, vt tenent Doct. & Bald. & ibi dixi supr. quibus mod. feudum amitt. in d. §. 1. Ergò & idem, si fuerit leno pro alio, quia videntur ista æquiparari. l. qui domum. ff. de adul. & not gloss. in l. is cuius. in princ. ff. de adult. & in l. neganda. C. qui accu. non pos. & in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. Et pro hac determinatione facit etiam dictum c. si voluerit. infr. de capi. qui cur. vendi. Facit. ff. de seruo corrupto. l. 1. in fi. & l. 2. Sed aduerte, quia licet concludatur, quod ex solo colloquio sine aliquo alio actu subsecuto, Vasallus leno non priuetur feudo, tamen benè poterit puniri alia pœna. d. l. 1. ff. de extraor. cri. & in l. sed est quæstionis. in fine cum l. sequen. ff. de iniurijs. & in Auten. de lenonibus. colum. 2. & in l. 1. ff. de seruo corrupto. & tenet Andreas de Isern. supr. in dicto §. primo, quibus mod. feud. amit. & Bald. in d. l. si quis non dicam rapere.

Oppo ab extra contra supr. proximè dicta, quòd imò Vasallus leno etiam per solum colloquium subsecutum, veniat feudo priuandus, quia facit contra formam sacramenti sui circa tertium capitulum de honesto, vt suprà de for. fi. in capitulo primo. Et illud videtur mihi fortè cõtrarium. Verùm tuendo suprascriptam determinationem oportet nos soluere, & intelligere istud contrarium secundũ prædicta, videlicet, quia nõ omnis occasio est sufficiens ad feudi amisionem, sed est necesse, quòd ingratitudo sit egregia, & magna. d. c. 1. supr. titu. proxi. Item, quia cùm iste casus nõ reperiatur expressè determinatus, & comprehensus cõsuetudine feudorum, stabimus determinationi iuris Communis, vt suprà de feud. cogni. in c. 1. De iure autem Communi non tantùm operatur colloquium simplex, quantum actus subsecutus, vt dixit Bart. in d. l. 1. de extraordi. cri. licet gloss. ibi videatur innuere contrarium. Facit quod not. gloss. in l. quod ait lex. in prin. ff. de adul. Item, quia in dubio pœnę potius moliendę sunt, quàm extendendæ & asperandæ. l. interpretatione. ff. de pœnis, & ad prædicta facit. d. l. 1. in fin. de extraor. cri. & l. 1. in fi. ff. quod quisque iuris.

13 † Quæro quid si Vasallus accusans dominum, sit minor, an debeat priuari feudo, secundũ formam huius §. Et dic quod non, secundum Iaco. Ardi. in l. posth. in §. ætati. ff. de his qui, vt indi. & d. l. qui cum maior. 2. responso. de bo. lib.

Vltimò de materia huius §. in prima parte, vide infr. de consue. recti feu. in §. similiter. & in l. 1. in §. cùm patronus. ff. de offi. præ. vr. & in c. grauem. extra de exces. præla. in l. fin. C. de reuo. do. & in locis suprà in prin. alle. & per Iac. Ardi. in tit. qui. mod. feud. amit. sub rubricella, si dela. extiterit Vasallus, &c. & sub rubricella, si cõtra dominum accusatum testimonium dixerit, &c. & in directoria iuris titu. de feudis. in §. sed nunquid Vasallus. De pertinentibus autem ad secundam partẽ huius §. vide quod dixi supr. eodem in §. item qui dominum. & in §. præterea. & Iacob. Ardiz. in dicto tit. sub rubricella, si sciat dominum inclusum, &c. & in remißionibus adductis supr. in 2. notabili.

SVMMARIA.

1 *Priuatio feudi eisdem causis fit, quibus exhæredatio diuortium & donationis reuocatio.*

2 *Leges ob ingenij nostri tenuitatẽ non ita scribuntur, vt omnes casus contineantur.*

3 *Iudex iustus æquitatis sectator.*

§ PRAEDICTIS MODIS. Postquã autor supr. in præcedentibus declarauit causas in specie, ex quibus feudum amittitur. Nunc verò intendens declarare alias causas in genere facit duo, quia primò probat per similitudinem & per rationem

quare

quare cauſæ ſupr. ſpecialiter enumeratæ fuerunt, & ſint iuſtæ & rationabiles ad feudi amiſsionem. Secundò ſubijcit & declarat alias cauſas in genere, ex quibus ſimiliter feudum amitti debet. ſecunda ibi, ſed quia natura.

CASVS.

Ratio tam naturalis quàm ciuilis ſuadet, vt ex cauſis ſuprà enumeratis feudum amittatur ad ſimilitudinem cauſarum, ex quibus filij, ſi exhæredantur matrimonia diſſoluuntur, & donationes reuocantur, & ſi vltra dictas cauſas enumeratas reperiatur alia ſimilis, aut maior, debebit eodem modo feudum amitti. h.d. In text. ibi, prædictis modis, ſcilicet, ſpecificatis. ſuprà à principio huius tituli huc uſq;. Ibi, naturalis, ſubaudi, quæ obligat naturaliter, vt benefacienti benefacere debeamus. l. ſi nō ſortem. in §. libertus. & ibi no. ff. de condi. indebi. Et qui facit contrariū, offendit naturam. l. ſed & ſi lege. in §. conſuluit. ff. de peti. hære. Ibi, ciuilis, ſubaudi, quæ ſtatuit idem in ſimilibus caſibus, vt ſequitur ſtatim per exempla. Ibi, enumerantem, ſubaudi, quæ eſt in Auten. vt cùm de appella. cogno. in §. cauſas. Ibi, conſtitutiones veteres, ſubaudi, in l. conſenſu. cum l. ſeq. & ſequē. C. de repudijs. Et ideò appellauit veteres, quia cauſæ ibi inſertæ, ex quibus matrimonia diſſoluebantur, abbreuiatæ ſunt, ſecundum conſtitutiones nouas, vt in Auten. de nup. in §. per occaſionem, cum ſequentibus. & §. minores. Hodie de iure Canonico ex nulla cauſa poteſt diſſolui matrimonium, vt not. in l. diuortio. in princip. ff. de nego. geſt. quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, vt in c. gaudemus. extra de iudicijs. De qua materia hodie dicatis, vt ibi in c. per venerabilem, qui filij ſint legitimi. Ibi, repudij. quid autem ſit repudium, habetur in dicta l. conſenſu. in prin. Et [a] differt à diuortio, vt not. gloſſ. in l. quod ſeruius. ff. de cōdi. ob cauſam. Ibi, reuocantur, de quibus habetur in l. fi. C. de reuocan. dona. Ibi, ſciſcitatus, id eſt, perſcrutatus, vt in c. ſciſcitatus. extra de reſcript. Ibi, formas. Iſte textus ſumptus eſt ex l. 2. in §. ſed quia. C. de vete. iure enucle. Et vult dicere, quod quia conditio humana nunquam eſt perfecta, cùm quotidie natura producat nouas formas. Nam quotidie de nouo peccatur, quotidie Vaſalli nouas ingratitudines committuntur. Vnde non potuerunt omnes cauſæ ingratitudinis, quæ poſſent occurrere, exprimi, vt ſupr. tit. primo in prin. Et ideò, ſi committeretur alia ingratitudo, quæ non reperiatur ſupra expreſſa, debet bonus iudex animaduertere, an ſit ſimilis, vel maior, quo caſu, iudicabit feudum eſſe amittendum, an non? & tunc iudicabit feudum eſſe retinendum, vt ſequitur. Ibi, emergant cauſæ, ſcilicet, quæ ſuperius non ſunt expreſſæ. Ibi, vbiq; ſolers, id eſt, qui in quacunque cauſa debet eſſe ſollicitus. l. congruit. ff. de offic. præſi. Ibi, æquitati obſecundare, id eſt, ſequi æquitatem, quæ in paribus cauſis & culpis, paria iura deſiderat, vt infr. de pace iuramen. firman. in fin. Ibi, diſpenſans, id eſt, ponderans & determinans cuncta ſubtiliter, vt in l. 3. C. de ſen. ex peri. recitan. & in l. 3. in §. eiuſdem. ff. de teſtibus. Ibi, ſi qua, id eſt, aliqua cauſa ingratitudinis de nouo emergens, quæ non ſit de ſpecificatis ſupr. Ibi, antiquioribus cauſis, ſcilicet, ſuprà ſpecificatis, & appellat antiquiores, videlicet, reſpectu cauſarum, de nouo emergentium. Ibi, amittendū, ſubaudi, quod eſſe debet, quando cauſa eſſet ſimilis aut maior. Ibi, retinendū, dic quod eſſe debet, quando cauſa non eſt ſimilis, nec maior, &c.

[a] Et differt à diuortio. Ad de c. quod autem. & in §. ecce impoſſibilitas. 27. q. 2. & gloſ. in verbo diuortium. in l. quot. filius. ff. de condi. ob cauſam.

1 †Not. quòd ex eiſdem cauſis, ex quibus fit exhæredatio, matrimonij diſſolutio, & donationis reuocatio, ſit etiā feudi priuatio. Et eſt ratio, quia eadem æquitas, quæ cadit in illis, inſurgit etiam in hac feudi priuatione meritò vniformiter iudicari debent, vt in dicto tit. de pace iur. firman. in §. fin. Nam vbi eſt eadem ratio, debet ſtatui idem ius, vt in l. à Titio. ff. de verborum obliga. & in l. illud. ad l. Aquil. & C. ad l. falci. l. fi. dicit tamen Iacob. de Belui. quòd iſte textus non dicit hoc, ſed probat cauſas ſpecificatas præmiſſas fore iuſtas & rationabiles. Sed tamen benè eſt bonum argumentum à ſimili, vel de maiori ad minus, quia cùm in dictis caſibus, qui maiores cenſentur hoc ſtatutum ſit, multò magis in cauſa feudali, quæ minor reputatur. Igitur magis feudum ex eiſdem cauſis debet amitti ſecundum Iacob. de Belui. Facit quod dixit ſuprà de feudi cogni. in c. 1. Vtrum autem filius exhæredatus priuetur feudo, latè dixi ſuprà de his qui feudum dare poſſ. in §. 1. & infrà an agna. vel fi. re. hære. in c. 1.

2 †Not. quòd propter hominum ingenij exiguitatem, non poſſunt leges & deciſiones ita ſcribi, vt omnes caſus, qui incidere poſſunt, comprehendantur, ſed ſufficit contineri ea, quæ plerunque accidunt,

dunt, vt in l. neque leges. cum ibi not. ff. de legi. & ideò bonus iudex procedit de similibus ad similia, vt hîc. & in l. non possunt. ff. de legi. Nam quotiens lege aliquid inductum bona occasio est, & cætera, quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel iuris interpretationem suppleri, vt dixit text. in l. nam vt ait Pedius. ff. de legi. Vtrum autem & quando in materia feudali procedendum sit de similibus ad similia, dixi in dicto capitulo primo, de feudi cognitione.

3 †Not. bonum iudicem debere sequi æquitatem, vt hîc. Imò semper debet habere ante oculos, vt in l. quod si Ephesi. in fin. ff. de eo, quod cer. loco.

Et intellige prædicta, quando non reperiretur rigor scriptus in contrarium. l. prospexit. ff. qui & à qui. De qua materia dic per Doct. in l. placuit. C. de iudi. & l. 1. C. de legibus. de quo vide, quod dixi suprà de controuer. inuesti. in §. 1. & in titu. an marit. suc. vxo. in c. 1.

Not. bonum text. ibi similis aut maior, per quem dixit Guliel. in Auten. non licet. C. de libe. præteritis, quod si inueniretur aliqua causa, q̃ esset maior, quàm illæ, quæ sunt numeratæ in d. §. causas. in Auten. vt cùm de appel. cogno. quod posset nihilominus fieri exhæredatio, quod est menti tenendum secundum ipsum. Et tenet hîc Nicol. de Neapo. & idem tenuit bonæ memoriæ genitor meus in sua solenni repe. Auten. ex causa. C. de libe. p̃te. vel exhæred. Respondendo ad text. in §. aliud quoque capitulum. in fin. in eodem titul. in quo disponitur, quòd præter illas causas enumeratas, non liceat opponere aliam, nisi quæ in dicta constitutione continentur, &c. Sed dicit ipse, quòd non obstat, qa si causa est maior, ergò est eadem. l. à Titio. ff. de verbor. obligat. Item per not. in l. ob es. C. de præsidijs minorum. Item per l. cum his, in §. in causa. ff. de transact. & ff. de arbi. in l. si qua. & ff. ex quibus causis maio. in l. 1. in fin. & quod not. ff. de lega. 2. l. cùm ita in fin. magnæ gloss. & de manu. vindicta. in l. etiam, in §. 1. & per dictam legem non possunt. ff. de legibus. Faciunt notata per Docto. in l. consensu. C. de repudijs.

Oppo. ab extra, quòd imò non sit bona similitudo de donatione ad feudum, quoniam ille, qui donat purè, nil retinet, vt in l. 1. ff. de donat. In feudo autem retinet dominus directum dominium, vt sup. de inuestitu. de re. alie. fac. in §. primo. Item, quia propter ingratitudinem donatarijs, nõ reuocat donatio ab hærede ipsius donatarij. l. fi. in fi. C. de reuoc. dona. Sed feudum benè reuocabitur ab hærede Vasalli, vt not. est suprà eodem in §. porrò. Solutio: Ego fateor contrarium, quòd in hoc non sunt similia, quantum in reuocatione fienda ab hærede, & contra hæredes. Et est ratio diuersitatis, quam suprà dixi, quia in donatione nil retinetur, & ideò ab hæredibus non reuocatur, sed in feudo, quia dominus semper habet ius in re. ideò etiam ad hæredes transit reuocatio, de quo dixi in d. §. porrò.

Vltimò ad materiam huius §. facit, quod dixi supr. hic potest esse titulus, quibus modis feudum amit. in vltimo notab. & suprà titulo proximo in primo & tertio notabili.

Et vtrum fieri debeat extensio de similibus ad similia, & qualiter, & quãdo, vide plenè per Bal. in l. 2. C. de patri. q̃ fili. distra. & in l. fin. C. de inter. ma. inter pu. & tu. & in l. humanitatis. C. de impu. & alijs substi. & Cyn. in l. illud. C. de sacrosanc. Eccle. & per Canonistas, extra de confir. vtili vel inutili, in c. cùm dilecta. & ibi gl. & quod plenè dixi in dicto capitulo primo, de feudi cognitione. & per Iacobum Ardizo. in Summa, quibus modis feudum amittatur, sub rubricella, generaliter feu. Vasal. amittit, si facit contra ea, &c.

SVMMARIA.

1 *Ingratitudo non quælibet feudo amittendo sufficiet.*
2 *Infamia non omnis Vasallum feudo priuabit.*
3 *Periurus an sit infamis habendus.*
4 *Vasallus, alienans rem feudalem, inscio domino auersatur fidelitatem.*
5 *Feudi portio alienata à Vasallo, ad dominum remeabit.*

ILLVD ENIM. Continuat se iste §. ad præcedentem, hoc modo: Quia suprà dictum est, quòd si Vasallus committat aliquam causam ingratitudinis, quæ non sit de specificatis. supr. quod amittere debet feudum, dummodò dicta causa sit, aut similis, aut maior, specificatis. Nunc verò in isto §. infert ex prædictis, videlicet, quod non omnis causa esse sufficiens ad priuationem feudi, licet Vasallus videatur peccasse. Et hoc probat per exemplum, & in summa vult.

Vasallus non amittit feudum ex omni causa, ex qua opinione grauatur, quia interdum

terdum deierat partem feudi alienando, & tamen retinet beneficium. hoc dicit. In textu ibi, grauatur, vt quia eius opinio est grauata apud bonos & graues viros, vt in simili dixit text. in l. ea, quæ. C. ex qui. cau. infa. irro. Ibi, deierat. Nam iuramento fidelitatis iurat vtilitatem domini, vt supr. de for. fid. in verbo vtile, &c. Sed alienando facit contra vtilitatem domini, vt infrà de prohib. feud. alie. per Lotha. in l. 1. in fi. & quod istud contineatur in iuramento tenet Iaco. Ardizo. in titu. qualiter iura. debet Vasal. in §. 6. Ibi, portione. intelligitur de dimidia in dubio. l. nomen filiarum. in §. portionis. ff. de verborum significat. de quo dixi plenè supr. de controuersia inuestituræ. in §. cùm autem. & de alie. feud. in prin. Ibi, promissum, scilicet, in iuramento fidelitatis, vt sup. quid præce. debe. in fin.

1 †Not. quòd non omnis causa ingratitudinis est sufficiens ad feudi priuationẽ, vt hîc, & suprà titulo proximo. in versicu. si quis enim dixerit, &c. Et per hoc est expedita gloss. 1. hîc posita. De modicis enim non curat prætor, vt in l. in rebus. in §. possunt. ff. de commodati. & l. 3. ff. de in integrum resti.

2 †Not. quòd non omnis infamia, ex qua opinio Vasalli grauata est, sufficit ad feudi priuationem. Nam licet deierauerit, non tamen per hoc efficitur infamis, vt not. in l. Lucius. ff. de his, qui no. infa. Sufficit enim, quòd Deum habeat vltorem, vt in l. 2. C. de iureiuran. Et ita tenet Iacob. Ardizo. in titul. in quibus modis feudum amitta. sub rubricella, si feloniam commiserit.

3 †Et quanquam periurus non habeatur inter [a] infames, tamen re ipsa & opinione hominum non effugit infamiæ notam, vt hîc. & ff. de obse. ali. præstan. l. 2. Et ita no. gloss. extra de testi. in c. cùm tu. De qua materia dic plenè, vt in dicta l. Lucius. & in l. si quis maior. C. de transactio. Nam ex ista alienatione non priuatur præsentia domini, & curia sua, quia solùm si ex causa ignominiosa feloniam committit, vt infr. an ille, qui interfe. frat. dom. Et de hoc dic per Iacob. Ardizo. in titul. quibus modis feudum acquiratur, sub rubricella, vnde dicatur feudum, & in titu. quib. mo. feu. amitt. sub rubricella, Vasallus tenetur dominum adiuuare.

[a] Periurus nõ habetur inter infames. Adde gl. in l. Lucius. ff. de his qui no. infa. glo. in c. querelam. de iureiuran. gl. in c. venerabilem. de elect. gl in c. si quis cõiunct[9]. 22. quæ. 2. Doct. Cle. 1. de iureiu Arch. in c. authoritatem. 15. q. 6. & an perdit feudum, vide per Bal. in c. 1. de forma fide. & an priuatur beneficio Ecclesiastico & dignitate, vide per Bal. in l. 1. C. de rebus credi. & Bal. in l. 2. C. de dignitat. & an pdit causam, vide Sali. in l. si quis ius. C. de bon. au. iudic. po.

4 †Not. quòd Vasallus alienando rem feudalem sine scientia domini facit cõtra fidelitatem, & ideò punitur in eo, in quo delinquit, quia si alienat totum feudum, debet totum perdere. Si verò alienat partem, debet solùm illam partem perdere, & aliam retinere, vt infr. de Vasal. qui cõtra consti. Loth. feu. ali. in c. 1. Et per hoc est expedita gloss. 2. in prin. Et de hac materia dixi supr. quib. mod. feud. amit. in §. aut si libellario. & de alie. feud. in prin. & infr. in §. proximo.

5 †Quæro cum dicta glossa 2. in fin. ad quem spectabit ista portio alienata, an ad dominũ, an ad agnatos Vasalli alienantis? Et respondetur quod ad dominum, quia ipsum contemnere videtur per alienationem, vt infr. statim patebit in §. sequenti. Et per hoc voluit glo. vsque ad finem. Sed tu circa hoc dic melius, vt statim dicam in d. §. sequenti. & scripsi in d. §. aut si libellario. supr. quib. mo. feu. amit.

Oppo. ab extra, quia hîc dicitur, quòd Vasallus, licet non seruet fidem, nihilominus beneficium retinet, sed contrà, quia frangenti fidem, &c. vt dixi suprà eodem in §. est & alia. & probatur in d. l. si quis maior. Solue, vt dixi suprà in vltimo notabili, quia punitur in ea parte, in qua rupit fidem. & sic concordat.

Oppo. de no. per glo. supr. quib. modis feud. amit. in §. similiter. Solue, vt ibi no. quoniam iste textus loquitur de periurio commisso in contractu. Secùs autem si ex delicto.

Vltimò de materia huius §. vide no. infrà de alienatione feudi paterni. in c. 1. in fin. & infrà si de feudo fuerit cõtrouersia. in c. licet. & in locis suprà allegatis.

SVMMARIA.

1 *Priuatio feudi duplici ingratitudine consurgit.*
2 *Feudum debet ad dominum reuerti, si ipse offendatur reatu Vasalli.*
3 *Parricida Vasallus est feudo priuandus. Et quid sit parricida.*
4 *Vasallus in personam domini delinquens feudum tam nouum quàm paternum perdet.*
5 *Vasallus fratrem suum proditoriè occidens, an succedat ei in hæreditate.*
6 *Feudum Ecclesiasticum an poßit alienari sine consensu prælati vel capitu. Iura Decimalia an poßint vendi, locari, & obligari. Remißiuè.*
7 *Prælatus solus feloniam in se commissam remittere an poßit.*
8 *Feudum ad quem deuoluatur, si ius Vasalli in eo perdatur.*
9 *Feudũ non reuertetur ad dominum, qui culpæ in se commissæ à Vasallo fuit in causa.*
10 *Pater delinquens filio non præiudicat in feudo, quod commune habet cum ipso.*

11 Feu-

11 *Feudum semper ad Vasalli agnatos deuoluitur, vbi eius culpa non reperitur.*
12 *Vasallus delinquens grauiter in alium, quàm in dominum feudo priuatur.*
13 *Agnati ad feudum vocati, propter delictum Vasalli delinquentis mortem, nō præsto labuntur.*
14 *Communitatis parte in dominum delinquente, nō priuabitur feudo tota communitas.*
15 *Feudum Vasalli occidentis seipsum non reuertetur ad dominum.*
16 *Filius feudo semper priuatur, vbi ex culpa ipsum amittitur.*
17 *Filio non præiudicatur, si feudum acquisitū à Vasallo de consensu domini alienatur.*
18 *Feudum ob non petitam inuestituram amissum, ad quem deuoluatur.*
19 *Feudum illicitè alienatum reuertitur ad dominum.*
20 *Feudum propter imperfectionem à Vasallo ablatum ad filios vel agnatos mittetur.*
21 *Alienatio feudi inter agnatos permittitur.*
22 *Filius certis agnatis & domino præfertur, in feudo antiquo consuetudine permittente alienato.*
23 *Feudum antiquum de licentia domini sine agnatorum consensu ab agnatis reuocatur.*
24 *Agnatus Vasallo feudum alienanti consentiens, filijs non præiudicabit.*
25 *Alienatio feudi necessaria domino, etiā ignoranti erit nociua.*
26 *Feudum ad agnatos deuoluetur, si Vasallus in capite maximè diminuatur.*
27 *Vasallus feudi vtilitatem pro tempore poterit vendere.*
28 *Vasallus redimens feudum iam alienatū, non releuatur à pœna priuationis.*
29 *Feudum ab alienante recuperatum, non minus regredietur ad dominum.*
30 *Vasallus feudum alteri sibi æquali potest sine fraude largiri.*
31 *Tacens consentire videtur.*
32 *Vasallus alienans feudum, eo non priuatur, nisi traditio sequatur.*
33 *Vasallus si ad Clericatum promoueatur, ad quem feudum deuoluetur.*
34 *Feudum ad dominum reuertitur, si à Vasallo vocato pro re necessaria non associatur.*
35 *Alienatio feudi noui legitimè facta, neq; per filios, neq; per agnatos reuocanda.*

DENIQVE SAEPE. Postquam author hucusque declarauit causas, tam in specie, quàm in genere, ex quibus feudum amit. nunc verò declarare intendit, ad quos feudum amissum debeat deuolui & reuerti. Et diuide in duas partes principales. In prima loquitur de Vasallo delinquente peccatū cōmittendo. In secunda loquitur de Vasallo contemnente dominum feudū alienando. secunda ibi, si Vasallus. Prima subdiuiditur in duas. Quoniam in prima delictum fuit commissum in persona domini. secunda ibi, si verò.

CASVS.

Vasallus delinquendo in dominū amittit feudū, quo casu, ad ipsum dominum, & non ad agnatos reuertitur. Sed vbi Vasallus delinquit in alium, tunc ex ipso delicto bene amittit feudum. Sed isto casu transit ad agnatos. Vbi autem Vasallus contemnit dominum feudi alienando, tunc similiter amittit feudum, sed ad dominum reuertitur. hoc dicit. In textu ibi, iustā causam, quæ multæ sunt, vt patet supr. hoc eo. titu. Ibi successores. intellige text. secundum veram lecturam, vt habeat respectū, nedum ad descendētes, sed etiam ad quoscunque agnatos, qui aliàs fuissent successuri in dicto feudo. Ibi, ratione, subaudi, tam naturali quàm ratione iuris ciuilis, sicut est dare exemplum secundum glo. 1. hîc positam, de donatione, quæ reuocatur per similem ingratitudinem. Et de liberto, qui reuocatur in seruitute, vt patet in legibus hîc in gloss. adductis, quæ glos. per hoc remanet expedita. Ibi, moribus, id est, consuetudine feudorum, vt infrà titulo 2. in c. moribus. & dixi suprà in præambulis libri. in princi. Ibi, peccauerit. puta ipsum acriter verberando, vel ipsum curcurbitando, aliàs sibi graues iniurias inferendo, vt suprà eodem in §. porrò. & supr. quibus mod. feud. amitt. in §. 1. Ibi, ad proximos, subaudi, etiam agnatos, nedum filios & descendentes, vt suprà dixi secundum veram lecturam. Ibi, beneficium, id est, feudum, & subaudi etiamsi sit paternum secundum verum intellectum. Ibi, fratrem suū, scilicet, ipsius Vasalli, vt infr. an ille, qui interfe. fra. domi. in c. 1. in 2. responso. Ibi, parricidij, vt quia interfecit filium fratris sui, vel alias personas. ex quibus intelligitur committi parricidium, quæ numerantur in l. 1. 2. & 3. ff. ad legē Pompeiam. de parrici. Ibi, ad proximos, scilicet, agnatos, non autem ad filium, vt in c. 1. infr. si Vasal. feud. priue. & hîc in gloss. neque ad cæteros descendentes, vt infrà tit. 2. in c. si Vasal. Ibi, paternum, subaudi, quia nouum semper reuertitur ad dominum, vt hîc in glo. & infr. si Vasal. feud. priuet. in c. 1. Ibi, scio, scilicet, ego Obertus de Horto, vt suprà de feu. cogni. in prin. Ibi, constitutionem, quæ est infr. de prohi. feud. alie. per Lotha. in l. 1. Ibi, bonæ memoriæ. quare hoc dicatur dixi supr. quali. feud. po. alie. in prin. Ibi, contemnere, id est, despicere alienando feudum sine consensu suo. Ibi, beneficium, id est, feudum, quod intellige, si sit nouum, aliàs si essent paternū, deberent

berent admitti agnati, si sunt, vt not. gloss. supr. de suc. feu. in §. hoc quoque. in gloss. magna. in fi. & tenet Py. & Iaco. de Bel. & Andre. de Iser. Nico. de Neapo. Iac. Ardi. Bal. quandoque licet contrarium. quandoq; idem Bal. tenuerit sequendo Pet. de Cer. Ibi, scriptum est enim, subaudi, in l. 1. in fin. infrà de prohi. feud. alie. per Lotha. Ibi, precio, subaudi, quod illud preciũ tenebitur, restituere emptori bonęfidei, vt not. gloss. in d. l. 1. in fin. Ibi, cariturum, scilicet, ipso iure, quantum ad alienantem, vt tenet glo. in §. callidis. infr. de prohi. feud. alie. per Feder. & Innoc. in c. ex parte. de feud. & Bald. hîc.

1 †Not. Vasallum dupliciter priuari feudo, videlicet, per ingratitudinem delicti, vel per ingratitudinem contractus. Primo casu, aut deliquit in dominum, & tunc dominus præfertur quibuscunq;, & descendentibus, & agnatis Vasalli, siue feudum sit nouum, siue antiquum. Si verò Vasallus deliquit, & tunc feudum reuertitur ad dominum, si est nouum, sed si est antiquũ, pertinet ad agnatos, exclusis tamen descendentibus. Secundo casu principali, quando Vasallus committit ingratitudinem alienando, & tunc, si est nouum, reuertitur ad dominum, si est antiquũ, transit ad agnatos. & hoc vult in effectu iste §. Qualiter autem debeat concipi, & formari libellus circa istam materiam priuationis, vide plenè in Spe. de feu. in §. nunc dicamus. & dixi supr. eo. in §. porrò. in vlt. q.

2 †Not. regulam, q; vbicunque dominus principaliter offenditur per reatũ Vasalli, ibi ad dominum reuertitur feudũ, vt habeat saltem suæ iniuriæ vltionẽ, quasi dicat, q; hoc modo satisfit domino de iniuria sua. Facit l. sed si vnius. in §. si ante. ff. de iniurijs. sicut alibi satisfacit in solatium tristitiæ, vt patet in l. raptores. C. de Epis. & Cle. & ff. de iure. do. in l. iure. & in gl. 3. hic posita. quæ prędicta declarauit exemplificando, & dic vt in ea.

3 †Not. aliam regulam, q; omnis parricida est priuandus feudo, de quo tamen dic, vt infr. an ille, qui interfe. fra. do. in c. 1. Et intelligitur esse parricida, siue secuta sit mors, siue tractata cũ perseueratione, licet non habuerit effectum, vt ff. ad l. Pompei. de parricidijs. in l. si sciente. & tenet Bal. idem dixit Bal. si ꝓcurauit malã captionẽ fratris sui Vasalli ipsum detrudi faciendo in carcerẽ Tyranni. Nam cùm ex hoc fiat iniuria domino, poterit priuare ipsũ feudo. & allegat Inno. in c. dilectis. extra de appella.

4 †Quæro cũ gl. 2. an iste §. in 1. parte dum dixit, q; Vasallus amittit feudũ ꝓpter delictum comissum in personam domini habeat locũ, siue feudum fuerit nouum, siue fuerit paternum? & respondet q; sic, duabus rationibus. Et primò, q̃a distinctio, quã facit iste tex. debet aliquid operari, vt videlicet, magis puniatur delinquens in dominũ, quàm in alium. Secundò, q̃a si intelligeremus solùm in feudo nouo, vt quidã voluerunt, & malè, non haberet iste §. aliquam dubitationem, cùm in feudo nouo agnati nullũ habeant ius, vt infr. si de feu. fue. contro. in c. si Vasal. culpã. & infrà, an ille, qui interfe. fra. do. in c. 1. Et secundum hũc intellectũ omnes ꝓximi ipsius Vasalli, tam descendẽtes, quàm agnati, excludunt per dominũ, licet aliqui voluerint intelligere istũ text. & malè, q; solùm proximi, id est, descendentes excludantur, non autem agnati. & hoc voluit ista glo. vsq; ad vers. & ita habes, quæ benè loquitur intelligendo isto modo, vt supr. dixi, & statim latius dicam in conclusionibus.

Opp. cum d. glo. in illa parte, q; imò ex delicto Vasalli comisso in personã domini, non debeant excludi agnati per regulã, q̃ disponit, q; ex delicto vnius, nõ debet alter puniri l. emancipatum in fi. ff. de senato. cum si. Sol. enormitas criminis cõmissa in personã domini hoc operat. Sicut alibi videmus in l. quisquis. C. ad l. Iul. maie. cũ si. hîc allegatis in glo. de quo per Dyn. in c. nõ debet. de regu. iur. lib. 6. & quod no. in d. c. 1. infr. si Vasall. fue. feud. priua. & ibi latè dixi.

5 †Quæro cũ gl. 4. quid si Vasallus interfecerit fratrẽ suum ꝓditoriè, ad hoc, vt cõsequeretur totã hæreditatẽ, quæ cõmunis erat inter eos, an habeat locum iste §. in secunda parte, vbi disponitur, q; agnati admittuntur ad feudũ, excluso domino? Et respondet quod sic, dicens, q; etiã si ex tali delicto ipse Vasallus non posset amplius cõuersari in curia domini, nolentis habere proditores in curia sua, q; nihilominus ipse dominus non capit d. feudũ, sed ipsi agnati, vt ꝓbatur inf. an ille, qui interfe. fra. do. in c. 1. sæpius allegato, vbi videas.

6 †Quæro ab extra, quid in feudo Ecclesiastico, an Vasallus possit vendere feudũ sine cõsensu [a] prælati vel capituli? Et Iac. de Bel. format istam quæstionem, supr. qui feu. da pos. in prin. & arguit multipliciter ad partes. & primò dicit ipse, videtur quod possit ꝓximo agnato, qui successurus est in feudo, vt suprà de alie. feu. in §. & si Clientulus.

a Sine consensu prælati. Adde Innoc. in c. fi. de his. quæ fi. à præla.

entulus, & per quos fiat inuesti. in §. sed & res. Econtrà videtur, q̃ nõ posit sine consensu prælati vendere alicui, quia rerum Ecclesiæ prohibetur alienatio, vt in Auté. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. Eccles. & extra de re. Eccle. non alie. & de prohi. feu. alie. per Fede. & de decimis. in c. prohibemus. & de constitu. quæ in Ecclesiarum. Sed cum consensu prælati videtur, q̃ posit fieri venditio, & maximè, quia precium conuertitur in locum rei, vt ff. de peti. hære. l. si & rem. & Vasal. videtur durare, sicut prius, vt supr. de alie. feu. in §. & si Clientulus. simile in emphiteota, vt C. de iure emphiteo. in l. 2. & fin. Sed videtur q̃ non posit vendere, etiam cum consensu prælati, sine consensu capituli, per dictam Auten. hoc ius porrectũ. 12. q. 2. fine. & extra de his, quæ fiunt à præla. sine con. capi. c. cum Apostolica. & de rebus Eccle. non alie. in c. fi. Sed videtur, q̃ etiam cum consensu prælati & capituli non posit vendere, quia p̃ venditioné talem Ecclesia perdit directũ dominium, vt C. de rebus alie. non alie. in l. penul. & extra de rebus Eccl. non alie. p̃ totũ. Preterea resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris d. c. & si Clientulus. Ité, quia precium non potest conuerti in feudũ, vt inf. si de feu. Vasal. inter. fu. c. 1. Et ideò videtur feudũ totaliter extinctum, quia non cõsistit in rebus immobilibus, vt supr. de feu. cogni. in c. 2. Et Vasallus videtur absolutus à sacraméto fidelitatis, & Ecclesia omni iure priuata, & enormiter læsa. Quare ex prædictis cõflictatiõibus idem Ia. de Bel. traditur duplex cõsilium, cùm Vasallus Ecclesiæ vult vendere. Primum est, vt vendat cum consensu prælati & totius capituli, & vendat eadem lege, qua ipse habet, & æquali personæ, vt inf. de lege Cora. in c. 2. Hoc actu in contractu, & post cõtractum, quod emptor debeat cognoscere feudum ab Ecclesia, & sibi seruire pro eo, & venditor refutare. ar. supr. quali. olim feu. po. alie. in §. 1. & secundum hoc emptor erit successor, & venditor tenebitur de euictione, & Ecclesia non erit læsa. Secundum consilium est, & hoc in vsu magis frequétatur, quòd Vasallus, qui vult vendere, nõ vendat, sed refutet feudum p̃la. vt ipse inuestiat eum, qui empturus est, prælato consentiente. & tunc post refutationé Vasalli, prelatus ipse inuestiet eum, qui empturus est, & ipse recognoscere debet feudũ ab Ecclesia, & fidelitaté facere, & si timet, nouiter inuestitus casum stipulationis, stipulari potest à Vasallo, qui védidit de indemnitate sua, prout fuerint concordes. Et ista consilia possunt trahi etiam ad Vasallos laicorum, & secularium personarũ, secundũ ipsum Iac. de Bel. Vtrum auté talis venditio seu refutatio p̃iudicabit filijs vel agnatis, statim patebit in cõclusionibus, quid autem in iuribus decimalibus, an posint vendi, locari & obligari, vide quod dixit Spec. in tit. de pignoribus. §. 1. ver. quid de decimis. & quod dixi suprà, qui feudum dare poss. in prin. in distinctione.

7 †Quæro an solus prelatus posit remittere [a] feloniam sibi commissam? dic quod collatio spectat ad ipsum solum, & felonia ipsum locum respicit, quod potest remittere. Secùs si collatio feudi esset cõmunis argu. no. in l. 2. C. de liber. & eorum libe. & C. de auto. præstã. in l. fi. facit quod notat Ioan. An. in c. cùm desideres. extra de sententia excom. & tenet Bald. supr. qui feud. dare poss. in prin.

[a] Posit remittere feloniã. Adde glo. in c. quamuis. de rescrip. lib. 6. Bar. in l. Aurelio. in. §. Gaius. in 6. q. ff. de libe. leg. Ang. in l. qui Romæ. in §. duo plures. ff. de verb. oblig.

8 †Quæro pro intellectu huius materiæ, quando Vasallus cadit à feudo, vel propter delictum, vel p̃pter alienationé, ad quem debeat deuolui feudũ. Vtrum ad dominũ, an ad filios, vel ad agnatos? Et quoniã ista materia est multùm intricata, & semper sit tractata à Doctoribus in diuersis locis, super qua glo. & Doct. frequenter variasse reperiuntur. Ideò pro elicienda veritate, subijciam infrascriptas conclusiones, quas puto veras, & tenendas in ista materia, secundum cõmunem opinioné, ab ipsis glo. & Docto. nobis traditam. Et prima conclusio sit ista: Vasallus cõmittens delictũ in personam domini, cadit à feudo. Quod feudum si est nouum, reuertitur ad dominum, exclusis omnibus descendentibus, & agnatis Vasalli. Hæc conclusio p̃batur in prima parte huius §. secundũ vnam lectu. & no. in c. 1. infr. si Vasal. feu. priue. & ibi Bal. & supr. de suc. feu. in §. 1. in gl. magna. in fi. Et in hac cõclusione cõsentiunt omnes Doct. p̃batur in l. 1. C. de bo. libe. Secunda cõclusio: Vasallus committens delictum in personam domini, cadit à feudo, quod feudum, si est paternũ, reuertitur ad dominum, exclusis omnibus descédentibus, & agnatis Vasalli. Hæc conclusio p̃batur in 1. parte huius §. secundum vnam lect. glo. Intelligendo text. dum dixit p̃ximos, id est, agnatos. Et probatur per text. in d. c. 1. in fi. infr. an ille, qui interfe. fratré domini. Hanc conclusioné tenet expressè glo. 1. de pace iur. fir. in §. fi. in vlt. glo. in fi. & Iac. de Bel, Nico. de Nea. & Bal. in isto §.

 & supr.

& supr. quib. mo. feud. amit. in §. aut si libellario. & infrà in tit. 2. in c. si Vasal. culpam. & ibi glo. & quod habetur in c. grauem. extra de senten. excommunica. Facit etiam c. ad aures. & quod nota. in c. in quibusdã. extra de pœnis. Hanc cõclusionẽ secuti sunt Iac. de Aret. & Odoffredus, vt dixit Bal. in d. tit. si Vasal. feu. priue. Et videtur etiam esse de mente Bartoli. in l. eum qui. ff. de interdic. & relega. & eam etiam sequitur Iaco. Ardi.

Quidam tamen non tenent istam conclusionem, dicentes, quòd quando feudũ est antiquum, & Vasallus committit delictum in personam domini, quòd excluduntur solùm descendentes. per istũ text. exponẽdo proximos, id est, descendentes, sed agnati benè admittuntur, excluso domino. Et hanc partẽ tanquam æquiorem videtur tenere gloss. in d. titu. si Vasal. feu. priue. & in d. glo. magna. in fi. supr. de suc. feu. Hanc eandem partem sequitur hìc Andr. de Iser. & infr. in titu. si Vasal. feudũ priue. & in §. firmiter. infrà de prohib. feu. alie. per Fed. & per Hostien. in Summa de feudis. Sed circa istam quæstionẽ seu conclusionem alia fit determinatio. in c. extraordi. in §. fin. vbi eligitur media, videlicet, quod reuertitur ad dominũ, donec extant descendentes aliqui masculi, ex ipso delinquente.

a Tertia conclusio. Filius [a] priuatur feudo etiam antiquo, propter delictum patris cõmissum in personam domini. Hæc conclusio probatur in d. c. si Vasallus feu. pri. & in d. c. ad aures. & in d. c. si Vasall. culp. & tenet Bar. in d. l. eum qui. ff. de inter. & relega. Nicol. de Mata. & Bald. in l. 2. C. de libe. & eorum libe. & Iacob. Ardizo. in tit. de succe. feu. sub rubricella, si Vasallus committit culpam.

a Filius priuatur feudo. Adde gl. in l. adoptiuũ. ff. de in ius vo. glo. in c. fi. de do. Bart. in l. eũ qui. ff. de interdi. & rele. Spe. in tit. de feu. in §. fi. ver. 1. & ibi Ioan. Andr. in addi.

Quarta conclusio. Nepos succedat in feudo auito, non obstante patris delicto commisso viuente adhuc ipso auo, secùs si mortuo auo dictum delictum fuisset commissum. Ista conclusio probatur in c. 1. extra de feudis. & in d. c. si Vasall. si de feu. fue. contro. & tenet Bal. in l. emancipatũ. in fi. ff. de sena. & Barto. in d. l. eum qui. & Bal. in d. c. 1. si Vasal. feudum priue. & in §. hoc quoque. supr. de succes. feu. & Iacob. Ardi. in tit. quib. mod. feu. amit. sub rubricella, si filius repellatur, an nepos ex eo ad. & Spec. in tit. c. de feudis. in §. fin. versi. 1. Idem tenet Io. de Blono. in Summa sua. Et refert Bal. in d. c. 1.

Limitat tamẽ, nisi ipse nepos nondum fuisset conceptus tempore vitæ aui, quia tunc nepos non veniret ad successionem feudi, vt ff. de iniusto rupto & irrito testa. l. si quis filio. ver. cæterùm. & ff. vnde cogna. in l. 1. in §. si quis.

Item limitat & alio modo, scilicet, si pater adiuit hæreditatem aui ipsius nepotis, aliàs ipse nepos succederet auo, & ex persona aui haberet feudum, vt C. vnde libe. in l. qui se patris.

9 † Quinta conclusio. Si Vasallus studiose domino assentiente cõmittat delictum in personã domini, vt priuet agnatos feudo, non debet feudum ad dominum reuerti. Hanc conclusionem tenet Bal. supr. quib. mod. feu. amit. in §. aut si libellario. argu. l. fin. in princ. ff. de eo, per quem factum est. ff. solu. matrimo. in l. filiæ meę. & in c. 1. de renuncia. lib. 6. Idem tenet Iaco. Ardizo. in titu. quibus modis feud. amitt. sub rubricella. Si Vasallus ex cogi. culpam. argu. ff. de lega. primo. in l. si seruus plurium. in §. si quis. 28. quæst. fi. §. cùm ergò. ff. de quæstionibus. in l. prima. §. si seruus.

Sexta conclusio. Vbi culpa domini Vasallus incidit in casum amisionis feudi, non debet feudum ad dominum reuerti, sed ad agnatos. Hanc conclusionem tenet idem Iacob. in d. loco, per d. iura, & per l. si opera. ff. de doli. except.

Septima conclusio potest esse inuestitura taliter concepta, quod attentis verbis inuestituræ, non priuarentur descendentes, vel agnati feudo propter delictum Vasalli etiam in personam domini commissum.

EXEMPLI CAVSA.

Si inuestitura dicat: Concedo de vno in alium: Vel, concedo omnibus principaliter: Vel, concedo attentis meritis singulorum. Hanc conclusionem tenet Bal. in d. titul. si Vasallus feudum priuetur. & in tit. de Vasal. qui contra consti. Loth. feu. alien. & tangit etiam in isto §. exemplificando in feudis regalibus, dicens, pro & contra. & idem tenet Iacob. de Rauen. in Summa sua. Ad quod facit, quod habetur in c. penul. infr. si de feu. fue. controuer. & supr. qui feu. da. po. in §. sin autem. & sensit etiam And. de Iser. in d. tit. si Vasall. feu. priue. & Iac. Ard. in tit. quibus modis feudum amitt. sub rubricella, potest alienari feud. si ab initio, &c.

10 † Octaua cõclusio. Vbi datum est feudũ patri & filio nominatim, vt habeat partem filius in feudo, etiam viuo patre, si pater delinquat in dominum, non fit præiudicium

cium filio in parte sua. argu. in l. si quis Titio. ff. de vsufru. accre. & ff. si quis aliquem testa. prohi. in l. 2. in §. fratris. Facit quod no. in l. ex facto. in fi. ff. ad Trebel. & tenet Andr. de Iser. in dicto titulo, si Vasall. feudo priuetur per dicta iura. & Ioan. And. in addi. Specu. de feu. & fin. vers. 1. & Cy. in l. 2. C. de liber. & eorum libe. & Barto. in l. eum qui. ff. de interdic. & relega. & Andr. de Iser. quod præsumitur in dubio cõtemplatione filiorum nominatorum, vt C. de vsufru. l. fi. Secùs si nominauit, sed dixit filijs Titij, quia tunc in dubio intelligitur contemplatione patris, vt ff. de iniurijs. in l. sed si vnius. in §. fi. & in l. auia. in §. Titio. ff. de condi. & demon.

11 †Nona conclusio. In omnibus causis, vbi non sunt culpæ, vt puta, si decesit Vasallus sine liberis, vel feudum vel hæreditatem repudiauit filius, aperitur feudum agnatis. Hanc conclusionẽ firmat Odof. in Summa, quem recitat, & videtur sequi Bal. in dicto c. 1. si Vasallus feudo priue. & probatur per c. 1. infr. de Vasal. qui contra constitu. Lotha. feu. alie.

12 †Decima conclusio. Vasallus grauiter & enormiter delinquẽs in alium, quàm in dominũ priuatur feu. Quod feudum, si est nouũ, reuertitur ad dominũ, exclusis descendentibus & agnatis omnibus. Hæc cõclusio probatur in isto tex. in secunda parte. & infrà de prohi. feu. ali. per Fede. in §. illud. & infrà in dicto tit. si Vasallus feudo priuetur. & ibi glo. & in tit. an ille, qui interfe. frat. domi. Hanc conclusionem sequuntur Andr. de Iser. Pet. de Cer. Iacob. de Belui. Bal. Nic. de Neap. & omnes DD. hîc. Et idem And. in d. titu. si Vasal. feud. priue. & infrà de pace tenen. in §. si verò pacis.

Vndecima conclusio. Vasallus grauiter & enormiter delinquens in aliũ, quàm in dominum priuatur feudo, quod feudũ, si est paternum, transit ad agnatos proximiores, excluso domino à communibus descendentibus Vasalli. Ista cõclusio probatur in isto text. & est casus non cauillando literam in dicto c. an ille, qui interfecerit fratrem domini. Istam conclusionem tenet Andreas de Isern. hîc & in dicto titu. si Vasal. feu. priue. & in dicto titu. an ille, qui interfec. &c. Et probat per capitulum primum, infrà de natura succesionis feudi. Cum hac conclusione transit hîc Nicolaus de Neap. & Bal. & in d. titu. si Vasallus feudo priue. & est de mente glo. suprà, qui feudum dare poss. in §. fin autẽ. & in dicto c. si Vasall. culpam. & Odoffre. in Summa, quem refert Bald. in dicto capitulo 1.

Quidam tamen intellexerunt istã conclusionem fatendo, quòd tale feudum benè transit ad agnatos, dummodò non sint infra tertium gradum, dicentes, quod ad hoc, vt agnati admittantur ad tale feudum sit necesse, quòd sint in quarto gradu, vel abinde, suprà ipsi delinquenti, quia quemadmodum descendẽtes excluduntur, ita debeant excludi transuersales, vsque ad dictum tertium gradum inclusiuè, propter proximitatem sanguinis ad delinquentem. Et ita intelligebat Iaco. de Belui. per c. si Vasal. culp. infrà titulo secundo, vbi videtur casus. Et probatur in dicto titu. si Vasallus feudo priuetur. Hoc idem tenet Bal. in dicto capitulo, si Vasal. culpam dicens, quòd istud idem tenet & sequitur Iacobus Ardizo. in Summa, quibus modis feudũ amittatur, sub rubricella, quãdo feudum reuertitur ad agnatos. Ad quod adducit c. in quibusdam. extra de pœnis. Facit quod dixit Specu. in titulo de dispen. §. iuxta versiculum, est etiam. Sed cum reuerentia ipse Iacobus Ardizo. hoc non tenet, sed imò simpliciter dicit, quod reuertitur ad agnatos, & incontinenti nõ expectata morte delinquentis.

Nec obstat dictum capitulum, si Vasallus culpam, quia puto intelligendum, vt habeat respectum ad iura antiqua, secundum quæ agnati admittebantur vsque ad quartum duntaxat gradum, quod postea fuit vsurpatũ vsq; ad septimum gradum, vt suprà, qui feudũ dare possunt. in §. hoc quoque. & de succesione feudi. in §. hoc quoque. Sed hodie extensum est, vsque in infinitum, vt notat glossa suprà de feudo Marchiæ. in capitulo si Capitanei. & ibi dixi. & probatur in l. secunda in fi. de prohibita feudi alienatione. per Lotharium. & in dicto capitulo primo, de natura succesionis feudi. & quod notat gloss. in dicto capitulo, si Vasallus culpam. Et ita videtur ibidem sentire Andream de Iser.

13 †Duodecima conclusio. Vbi agnati vocantur ad feudum, propter delictum Vasalli, non habent necesse expectare mortem delinquentis, sed incontinenti venient, tanquam eo mortuo. Hanc conclusionem tenet Iacobus de Arena. & Baldus videtur sequi in capitulo primo, infrà si Vasallus feudo priuetur, per illum textum.

14 †Tertiadecima conclusio. Vbi com-

munitas aliqua recognoſcit feudum à domino, & pars cõmunitatis delinquat contra dominum: nõ tamen priuabitur communitas feudo. Et hanc concluſionem tenet Bal. ſupr. quib. mo. feud. amit. in prin. per notat. in c. in noſtra. extra de iureiur. & vide, quod dixi in d. principio.

15 †Quartadecima concluſio. Si Vaſallus occidat ſeipſum, non reuertitur feudũ ex tali delicto ad dominum, cùm nõ ſuperſit perſona delinquens, quæ pati poſsit ſententiam. Hæc concluſio firmatur per Baldum in dicto titulo, an ille, qui interfecerit fratrem domini. l. 2. C. qui teſta. fa. po. & l. ſi pœna. ff. de pœnis.

16 †Quintadecima concluſio. In omnibus culpis ex delicto prouenientibus, propter quas perdit pater feudum, ſiue ad dominum redeat, ſiue non, ſemper filius priuatur. Hæc concluſio infertur ex ſupradictis, & probatur in dicto tit. ſi Vaſal. feu. priue. Et eam expreſsè firmat ibidem Andre. de Iſern. & hîc. Et eſt de mente glo. hîc poſitę ſuper verbo proximos. Et tenet Iaco. Ard. in dicta rubrica, quandoq; feudum reuertitur ad agna. in fi. & ſub rubricella, ſi alienauerit feudum, &c. & Bald. in d. §. hoc quoque. de ſuc. feu.

Sextadecima concluſio. Vaſallus per alienationem feudi, factam ſine conſenſu domini, cadit à iure ſuo, quod feudum, ſi eſt nouum, reuertitur ad dominum. Hæc concluſio probatur in hoc §. in fin. ſecundum vnam lecturã. & in c. 1. in princ. infrà de Vaſall. qui contra conſtit. Lotha. feud. alie. & ſupr. quib. mod. feud. amit. in §. ſi fuerit. Et hanc concluſionem tenet gloſſ. magna circa medium. in §. hoc quoq;. ſuprà de ſuc. feud. & ibi Bal. eam ſequitur, & alij Doct. vt dixi ſuper text. Et excluduntur filij & agnati, vt tenui ſuprà. & dixi in d. §. ſi fuerint.

Decimaſeptima concluſio. Vbi Vaſallus alienat feudum paternum ſine cõſenſu domini, & non habet agnatos, vel ſi habet, non ſunt de linea primi acquirentis, debet dictum feudum reuerti ad dominum, ſecùs ſi haberet agnatos, quia tunc tranſiret ad agnatos. Hæc concluſio probatur ſupr. de ſuc. feu. in §. hoc quoque. & ibi glo. hoc firmat reſpondendo ad iura contraria, quã ibi ſequitur Bal. & ſupr. qualiter olim feudum poteſt alie. in §. penult. & in titu. de Vaſal. qui contra conſtitu. Loth. feu. alie. & eam tenet Iac de Bel. Andr. de Iſer. Nic. de Neapo. Iac. Ardizo. in dicta rubricella, quandoque feudum reuertitur ad agnatos. & Bald.

Licet in contrarium teneat Pet. de Cer. dicens, quòd reuertitur ad dominum, per l. 1. de prohi. feu. alie. per Fede. in §. callidis. in fin. & infr. in ti. quid iuris ſit, &c. in c. 1. & per iſtum text. quem etiam interdum videtur ſequi Bal. Et pro hac opinione facit c. ex parte. extra de feu.

Ex quibus iuribus iſta concluſio videtur eſſe ſatis dubitabilis, & ideò, vt tollatur omnis dubitatio, dat Bald. conſilium, quòd filij & agnati Vaſalli alienantis pro eorum intereſſe opponant ſe, ne poſſeſsio tradatur, & ſuper hoc etiam requirere dominum feudi, quòd prohibeat emptorẽ in poſſeſsionem ingredi. argu. ff. de contrahen. emp. in l. ſi quis ſciens, aliàs dominus eſſet in dolo, & ſic de dolo ſuo nõ debet lucrari. Vnde impedita poſſeſsionis traditione, non perderetur feudũ, vt probatur in l. alienatum. ff. de verbo. ſigni. & quod ibi per Dyn. & Doct.

Prædictus tamen dominus Bald. tenet expreſſè ſuprascriptam concluſionem. in l. eum qui. in §. ſi libertus. ff. de iureiurando.

17 †Decimaoctaua concluſio. Vbi feudũ eſt acquiſitum, & Vaſallus illud alienat cum conſenſu domini, non præiudicatur filio Vaſalli. Iſta cõcluſio probatur per gl. 3. in §. hoc quoq;. ſup. de ſucceſ. feud. & eam firmat Bald. ibi. & in titu. de feu. alie. in §. & ſi Clientulus. & Andre. de Iſer. in c. ſi Vaſal. culpam. inf. ſi de feu. fue. cõtro.

Decimanona concluſio. Vbi Vaſallus alienat feudum domino, aperitur agnatis per ſupradicta. Et hanc concluſionem videntur ſequi Doct. vt refert Bald. in dicto c. 1. in fine.

18 †Vigeſima concluſio. Si Vaſallus amittat feudum propter inueſtituram non petitam. inf. tempus debitum, ſi dictum feudum erat nouum, tunc reuertitur ad dominum, etiam filijs excluſis. Si verò eſt antiquum, tunc ad filios, ſi extant, aliàs ad agnatos, quibus non extantibus, reuertitur ad dominum. Et hæc concluſio eſt de mente Andr. de Iſer. in c. 1. ſupr. quo tempo. miles. & ibi eam firmaui, vbi videas.

19 †Vigeſimaprima cõcluſio. Vbi Vaſallus alienat feudũ nouũ illicitè, reuertitur ad dominum, excluſis omnibus filijs Vaſalli. Hæc concluſio probatur in §. ſi fuerint. ſuprà qui. mo. feu. amit. & ibi eam tenet Andreas de Iſer. & infr. ſi de feud. fue. cõtro. in c. ſi Vaſallus culpam. & in iſto text. in fi.

Vigeſimaſecunda concluſio. Alienatio feudi paterni non valet etiam de domini vo-

ni voluntate, nisi consentientibus agnatis ad quos feudum est reuersurum. Ista conclusio ꝓbatur infr. de alie. feu. pat. in prin. & ibi eam sequitur Bal. & in §. hoc quoq;. supr. de succe. feu. per l. per fundum. ff. de serui. ru. prædi. & Iac. Ard. in tit. qui. mod. feud. alie. sub rubricella, consensus etiam agnatorum, &c.

20 †Vigesimatertia conclusio. Si Vasallus priuatur feudo paterno propter imperfectionem, vt quia [a] mutus vel surdus, &c. & tunc feudũ non reuertitur ad dominũ, sed ad filios & agnatos. Secùs autẽ si feudum esset nouũ, quia tunc reuertitur ad dominum, exclusis omnibus secundũ Andre. de Iser. in §. mutus. in tit. Epis. vel Abba. & latius dixi in titulo, an mutus vel aliter imperfectus. in c. 1.

21 †Vigesimaquarta conclusio, licet ꝓhibeatur feudi alienatio sine consensu domini: tamen inter agnatos, ad quos feudũ est reuersurum, tenet. Ista conclusio probatur infr. de alie. feu. pa. post prin. & in c. Titius. inf. si de feu. fue. controuer. & eam firmat Bal. in titu. de Vasal. qui cõtra consti. Loth. & in d. ti. de alie. feu. pa.

22 †Vigesimaquinta cõclusio, vbi Vasallus alienat antiquũ feudum iure & consuetu. permittente: tunc filius præfertur omnibꝰ agnatis, & domino in reuocando. secùs si alienatio esset facta iure, vel consuetudine refragante, quia tũc agnati præferrentur, excluso filio. Hæc conclusio ꝓbatur in d. §. hoc quoq;. & de alie. feu. in §. & si Clientulus. & si de feu. fue. cõtro. in c. Titius. Et eam tenet Iaco. de Bel. & Bald. in d. §. hoc quoq;. & ibi dixi. & idem Iac. de Bel. in d. c. Titius. & dicit ibi, hoc esse casum singularem.

Vigesimasexta conclusio. Alienatio feudi antiqui facta per Vasallũ sine licẽtia domini: tunc demùm nocet filio Vasalli, si est habiturus aliquid de hæreditate patris, aliàs secùs, qa tunc reuocaret feudũ alienatum. Hæc conclusio probatur inf. in tit. an agnat. & in d. c. Titius. & eam firmat Bald. in d. §. hoc quoq;. de succ. feu. & ibi gloss. 3. videtur sentire. & sentit Barto. in d. l. eum, qui. ff. de interdic. & relega. & isto casu præferetur agnato in reuocando. vt dixi in d. c. Titius. si de feu. fue. contro. in quæstione 1.

23 †Vigesimaseptima conclusio. Alienatio feudi antiqui facta legitimè cum licẽtia domini, sine consensu tamen agnatorum, reuocatur per agnatos demùm morituo alienante, & non in vita. Sed per filios reuocatur incontinenti refuso precio. Si verò alienatio sit facta non legitimè, tunc reuocatur etiam in vita. Hæc conclusio ꝓbatur infr. de capi. Cora. in fi. & in d. c. Titius. & tenet glo. Bald. in d. §. hoc quoque, vbi videtur casus. & Iac. Ard. in ti. qui. mod. feu. amit. sub rubricella, quid si coactus vendat. Et ibi etiam determinat conclusionẽ, ꝙ Vasallus coactus per iudicẽ ad venditionem, nõ cadit in pœnam huius §.

Vigesimaoctaua conclusio. Tunc demùm Vasallus per alienationem feudum amittit illud, si sciebat esse feudũ, quia secùs si ignoraret. Hæc conclusio probatur in c. 1. infr. de contro. inter do. & emphi. feu. Hanc conclusionẽ firmat Iac. Ardi. in d. ti. sub rubricella, si alienauerit feud. Vas. in §. sciens. & probat ipsam per istum tex. & per l. si ignorans. ff. locati. & Bal. in d. §. hoc quoq;. de suc. feu. Et de hac cõclusione videtur casus in c. si Vasal. feu. inf. si de feu. fue. contro.

Vigesimanona cõclusio. Si agnati ꝓximiores, ex quo sciuerunt alienationẽ factam per Vasallũ, agnato remotiori tacuerunt per annum, perinde est, ac si consensissent alienationi. Hæc conclusio probatur in d. c. Titius. in fi. & eam firmat ibi gl. & Bal. in d. §. hoc quoque. & Iac. Ardi. sub d. rubricella, quandoq; feu. reuertitur ad agnatos. Secùs autem si alienatio fieret in extraneum, quia nõ excluderentur agnati, nisi post annos triginta, vt not. in d. c. Titius. & ibi dixi.

24 †Trigesima conclusio. Agnatus consentiens Vasallo alienanti, non præiudicat filijs suis. Hæc conclusio firmatur per glo. 3. in §. hoc quoq;. & ibi etiam per Bal. sup. de succe. feud. per ea, quæ habentur in l. si vnus. in §. pactus. ff. de pac.

Trigesimaprima conclusio. Etiam si duo fratres de nouo benef. inuesti. sint cũ pacto, vt inuicem succedant, si tamẽ vnus eorum illicitè alienauerit, nihilominus ad dominum reuertitur, altero excluso. Hæc conclusio probatur sup. qui. mo. feu. amit. in §. si fuerint.

Trigesimasecunda conclusio. Per alienationem factam sine domini voluntate, fit præiudicium solum in parte alienata. Hæc conclusio probatur inf. de Vasal. qui contra consti. Lotha. in c. 1. & supr. in §. proximo. & ibi glo. eam tenet, & similiter eam firmat glo. penultima hìc posita. & Dy. eam sequitur. & Bal. in §. aut si libellario. supr. quibus modis feu. amit. & Ioan. And. in addi. titulo de feu. super rubrica. ver.

[a] *Vt quia mutus vel surdus. Adde Card. Zab. & Car. Alex. in c. cùm apud de spon. Bald. in extraua. de pace Cõstã. in verbo libellario. & in verbo feudorũ. & per Alex. de Imo. consi. 136. inci. viso & examinato processu. in 1. volu.*

ver. Roffr. q. 53. in charta 2. & Canonistæ in c. 2. extra de senten. & Bal. in dicto c. 1. & Iaco. Ardi. in d. titu. sub rubricella, si alienauerit feud. Vasallus, &c. §. vnde quod dictum est, licet idem Bal. videatur velle contrarium in §. 1. supr. qualiter olim feudum potest alien. & Pet. de Cer. idem sentiat supr. de aliena. feud. in prin.

Trigesimatertia conclusio. Vasallus etiam necessitate vrgente, nō potest alienare feudum sine consensu domini. Hæc conclusio probatur supr. quali. olim feud. po. alie. post prin. & ibi dixi. Eam sequitur Andr. de Isern. & Bal. in §. aut si libellario. supr. quib. modis feu. amit. & vide in Spe. de feu. §. quoniam. vers. 30.

25 †Trigesimaquarta conclusio. Licet alienatio voluntaria non admittatur sine consensu domini: tamen secùs est in necessaria, quæ fit per sententiam latam contra Vasallum conuentum, quæ præiudicabit etiam domino ignoranti, si velit venire ad aduocandum ex persona Vasalli, vt determinat Andr. de Iser. in titu. si de feu. fue. controuer. in c. si Vasal. de feud. & ibi dixi, & ille, in quem perueniet, retinebit, donec viuet Vasallus, vt plenè dixi infr. de prohib. feud. alie. per Fed. in prin. in quæstione antepenultima.

26 †Trigesimaquinta conclusio. Vbi Vasallus patitur maximam capitis diminutionem, ex quo bona veniunt publicanda, non reuertitur feudum ad dominum, sed ad agnatos. Ista conclusio probatur hîc in dicto titulo, an ille, qui interfecit fra. dom. & eam sequitur Bald. supr. qualiter olim feud. po. aliena. in §. si verò. licet And. de Isern. teneat, quod ad dominum, donec viuit delinquens in dicto titulo, si Vasallus feudo priuetur. per l. si quis presby. C. de Episc. & Cleri. & de bo. dam. in l. si filius. & l. fin. §. si in libertinum. sed Specu. in titu. de feu. in §. quoniam. versi. 40. tenet, quod interim spectet ad illum, qui publicauit. & ibi per Ioan. And. & per Bar. in l. si finita. in §. si de vectigalibus. ff. de dam. infec. & per Cy. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & ita tenet Bald. quod interim spectet ad fiscum. in titul. per quos fiat inuestitura. in §. fin. in fine. per §. 1. in Auten. de alie. & emphi. & l. statius. in §. Cornelio. de iure fisci. Sed in l. 1. ff. de rerum diui. in quæstione 40. tenet contrarium, videlicet, quòd redeat ad proprietatem. Non autem ad fiscum, per l. si finita. in §. si qua. ff. de damno. infe. & l. correptionem. C. de vsufruct. Et hoc videtur æquius facit, quod dictum est supr. in conclusione vndecima.

27 †Trigesimasexta conclusio. Vasallus potest impunè vendere commoditatem feudi ad tempus. Hanc conclusionem firmat Bald. in d. §. aut si libellario, per not. in l. 1. C. si pignus pi. da. sit. & Iacob. Ard. in titu. quib. mod. feu. amit. sub rubricella, an possit vendere ius percipiendi.

Trigesimaseptima conclusio. Si Vasallus refutauerit feudum paternum domino, non fit præiudicium agnatis, nisi donec viuit refutans, & sui descendentes. Hæc conclusio probatur in d. §. hoc quoque. supr. de succ. feud. Et ibi eam firmat Bald. per c. beneficium. de cap. extraordi. & in d. c. 1. de Vasall. qui contra constitu. Lotha. & gloss. in c. 1. de alie. feud. pater. & ibi Bald. & Iac. Ardizo. in titul. quibus mod. feu. amit. sub rubricella. Si Vasallus domino feudum refut. & in titu. de succe. feud. sub rubricella, quando Vasallus refutat feudum, &c. licet Iac. de Bel. in d. c. 1. de aliena. feud. credat, quod agnati reuocent statim.

28 †Trigesimaoctaua cōclusio. Licet Vasallus redimat feudum iam alienatum, nō iuuatur à pœna priuationis. Hæc conclusio probatur in c. 1. inf. quid iuris sit, si post alie. feud. Et eam firmat Bald. in d. §. hoc quoque. & Iac. Ard. in d. tit. qui. mo. feud. amit. sub rubricella, si alienat feudum. & postea recuperat. Quid autem si redimat incontinentis, vide quod dico in d. c. 1. in titu. quid iuris sit, &c.

29 †Trigesimanona conclusio. Vbi Vasallus alienat feudū, & recuperat nihilominus feudum, reuertitur ad dominum, si est nouum, vel ad agnatos, si est antiquum. Hanc conclusionem firmaui in d. c. 1. & in d. §. hoc quoq;. licet glo. ibi indistinctè videatur tenere quod ad dominum.

30 †Quadragesima conclusio. Licet Vasallus non possit feudum alienare, & sine consensu domini: potest tamen illud in feudum alteri sibi æquali dare syncerè, & sine fraude, & eadem lege. Hæc conclusio probatur in c. 2. in §. similiter. infr. de lege. Cora. Et eam firmat gloss. in §. præterea. infr. de capi. Cora. & Bald. in §. si verò. & ibi dixi supr. quali. olim feud. potest alie. & gl. 5. in l. 1. de proh. feu. alie. p Loth.

Quadragesimaprima conclusio. Etiam per pignorationem feudi cadit Vasallus à feudo, dummodò sit sequuta traditio. Hanc conclusionem firmant ferè omnes in titulo de prohibit. feud. alienat. per Fede.

Fede. in princi. & in titulo de aliena. feud. in princ. licet ibi gloss. & Py. videantur tenere contrarium.

31 † Quadragesimasecunda conclusio. Scientia domini sine contradictione in alienatione feudi facta per Vasallum operatur consensum. Hanc conclusionem firmat glo. in l. 1. de prohi. feud. alien. per Lotha. quam etiam ibidem sequitur And. de Isern. & allegat l. 2. C. de rei pigno. & glo. supr. de feudo dat. in vicem legis commiss. in fi. & Iaco. Ardi. in titu. quibus mo. feu. amitt. sub rubricella, si dominus consenserit alienationi.

32 † Quadragesimatertia conclusio ad hoc, vt Vasallus per alienationem priuetur feudo, est necesse, quòd sequatur traditio. Ista conclusio probatur in §. callidis. de prohib. feu. alie. per Fede. Eam firmare videtur glo. super verbo excogitare in l. 1. de prohib. feu. alie. per Lotha. Eam sequitur Andr. de Iser. ibidem. & in c. si inter. in princi. de lege Cora. & in c. 1. de Vasal. qui contra consti. Lotha. feud. alienat. & in c. 1. infr. quid iuris. & Bal. in d. §. aut si libellario. & in d. §. callidis. & probatur in l. alienatum. & quod ibi per Dyn. & Iac. de Are. ff. de verborum signi. & in c. si voluerit. infr. de capi. qui curi. vendi. & quod dixi in d. §. aut si libellario. vbi etiam tetigi, quòd simplex hypothecatio sine traditione, non priuat Vasallum. Facit pro hac conclusione, quòd dixit Spec. in tit. de loca. in §. nunc aliqua. in vers. 95.

33 † Quadragesimaquarta cõclusio in feudo, quòd amisit Vasallus per Clericatum superuenientem, prout disponitur in c. qui Clericus. si de feudo fuerit controuer. vocatur dominus, & non agnati si feudũ erat nouum, nisi essent filij, quia tunc filij vocarentur, excluso domino. Secùs autem si feudum esset antiquum, quia tunc vocarentur agnati, excluso domino. Et hanc conclusionem firmaui in c. 1. de mili. Vasall. qui arma belli. depo. super text. & in c. 1. in fi. de benef. fe. vbi glo. tangit.

34 † Quadragesima quinta conclusio, vbi Vasallus citatus, non associauit dominum pro suscipienda corona Imperij, vel aliter non satisfecit, priuatur feudo, quod feudũ reuertitur ad dominum, siue sit nouũ, siue antiquum, siue extent agnati, vel non. Hanc conclusionem firmant omnes in §. fi. inf. de pace iura. fir. vbi videas.

Quadragesimasexta conclusio, licet Vasallus possit feudum suum alteri infeudare sine voluntate domini, vt sup. dictum est. Ista tamen infeudatio non præiudicabit agnatis, nisi eo viuente. Hanc conclusionem tenet Specu. & Andre. de Isernia. & Iaco. Ardi. vt latè scripsi supr. per quos fiat inuestitura. in §. 1.

35 † Quadragesimaseptima cõclusio, alienatio feudi noui facta legitimè, non reuocatur, neque per filios, neque per agnatos alienantis. Hanc conclusionem firmat Andr. de Isern. & de ea plenè scripsi in c. 1. in prin. in quæstione fin. infr. de alienatione feudi paterni.

Vltimò de pertinentibus ad materiam huius §. in qualibet sui parte. Et circa ea, quæ supr. tacta sunt, vide, quod dixi supr. quib. mod. feudum amit. in §. aut si libellario, & de succ. feud. in §. hoc quoque. & in allegationibus, quas adduxi ad fundandas suprascriptas conclusiones, & per Canonistas. in d. c. 2. extra de feud. per gloss. & Doctor. & in c. ad aures. & in c. in quibusdam. extra de pœnis. per Hostien. in titu. de feudis. in §. quibus modis. & in directoria iuris. in titul. de feud. in §. quot modis, vsque ad §. quæritur. & per Iaco. Ardi. in titu. quibus modis feudum amitta. sub rubricella, quandoque feudum reuertitur ad agnatos, quandoque ad dominum. & in titu. de successione feudi, sub rubricella, si Vasallus committit culpam, an filij ex eo succedant cum duabus rubricellis sequentibus. per Bar. in d. l. eum qui. ff. de interdic. & rele. & per Cyn. & Bald. in l. 2. C. de libe. & eorum libe. & per Bal. in l. placet. C. de liberali causa. & in l. 1. C. de bo. libe. & l. qui se patris. C. vnde libe. & in l. emancipatum. ff. de senatoribus. & C. de Epis. & Cleri. in l. si quis presbyter, & plenè in l. executorem. C. de execu. rei iudi. Quando autem dominus debeat proprietate priuari, & ad quem proprietas vadat, vide quod dico infr. si de feud. fuerit controuer. in c. domino. & quod dixi in titu. si Vasallus feudo priuetur, cui defe. debeat in c. 1. & in remissionibus ibi adductis.

SI DE FEVDO VASALLVS FVERIT INTERpellatus.

RVBRICA.

Continuatur hæc rubrica ad præcedentem, hoc ordine, quia suprà pxime visum est, qualiter succurratur domino, quando feudũ amittitur culpa Vasalli, vt suprà proximè. in fine. §. fin. Nunc verò ecõtrà tractare intendit, qualiter succurratur Vasallo, quando feudũ amittit culpa domini,

domini, ex eo, quod inuestiuit Vasallum de re aliena, nec ipsum defecit.

SVMMARIA.

1 *Vasallus de euictione contra dominum agens in re feudali ipsum vocabit.*
2 *Vasallus agens de euictione non ad duplum, sed ad tantundem aget.*
3 *Protestatio domini, Vasalli protestationem non dirimit.*
4 *Res vna pro alia non soluitur.*
Res pro re, an possit per iudicem dari insolutum. Remissiuè.
5 *Non negans an fateri dicatur.*
6 *Pecunia non potest in feudum dari.*
Iuramentum fidelitatis non obligat, quando feudum consistit in pecunia.
Pecunia data in feudum, an possit repeti.
7 *Dominus concedens feudum cum pacto, quod pro facto proprio non teneatur de euictione, an teneatur pro facto authoris.*
Vasallus alienans feudum, an remaneat Vasallus, si propter pactum feudum à domino non potest reuocari.
8 *Vasallus domino denunciare debet litem sibi motam, etiam si ipse dominus hoc non ignoret.*
9 *Dominus dubitans, an sit feudum, super quo denunciatur sibi lis, an litem contestari debeat.*
10 *Vasallus in possessorio inquietatus de euictione agere debet.*
Vasallo qualiter succurratur, si tantùm pars feudi sit euicta.

NEGOTIVM. Diuide totum capitulum in duas partes principales. Quoniam in prima parte declarat, quando Vasallus cõuentus in iudicio super re feudali interpellat dominũ, vt ipsum defendat, sed domin⁹ recusat venire ad iudicium, & tandem sententia lata est contra Vasallum. In secunda, quando dominus interpellatus, comparuit ante sententiam allegando causas, quare nõ teneatur ad defen. secunda ibi, sed si dominus. Prima subdiuiditur in tres. Quoniam primò ponit ꝓcessum ventilatum, & sententiam superinde latam inter extraneum vendicantem rem feudalem, & Vasal. se defen. Secundò ponit processum ventilatum inter Vasallum agentem de euict. & dominum se defenden. Tertiò subijcit consilium mediante, quo casu, ipsa terminatur. secunda ibi, nunc verò. tertia ibi, super. Secunda pars principalis similiter subdiuiditur in duas. Quoniam primò declarat, q̃d iuris, quando Vasallus plenè probat intentionem suam. Secundò, quando non plenè. secunda ibi, alioquin.

CASVS.

Dominus recusans defendere Vasallum, conuentum in iudicio super re feudali tenetur ad aliud feudum eiusdem extimationis, cuius fuerat feudum euictum tempore sententiæ, vel ad dandũ tot nummos in feudum conuertendos, quod similiter fiendum erit, etiam domino comparente in iudicio ante sententiam, dũmodò Vasallus plenè probet intentionem suam. Secùs autem si nõ probaret, quia tunc staretur sacramento domini. hoc dicit.

In textu ibi, negocium tale est, quasi dicat, casus talis est. nam narrat factum. Ibi, de quo, scilicet, de feudo. Ibi, ab alio, scilicet, vendicare volente. Ibi, vocauit, subaudi, ipse Vasallus. Ibi, renuente, id est, recusante. Ibi, cambium, id est, tantundem, & eiusdem bonitatis feud. quantum erat euictum. Et est vulgare proprium loquentis. & est similis loquutio, suprà de controuersia inuestitu. in §. cùm autem. Ibi, contra quem, scilicet, dominum. Ibi, ab eodem, scilicet, domino. Ibi, nec ille, scilicet, dominus. Ibi, inficiabatur, id est, negabat. Ibi, nostræ ciuitatis, id est, Mediolani, vt suprà tit. proximo in princi. & dixi suprà titulo secundo in princ. Ibi, consilium. intellige, quòd ista causa fuit determinata de consilio horum Sapientum, quibus sæpè committebantur huiusmodi causæ, vt suprà de feudi cognit. in princi. Hoc ideò dico, ne videatur tibi incongruum, quod hîc loquatur in tertia persona, cùm ipse Obertus fuerit compilator huius operis, vt ibi dixi. Nam inseruit ipsum factum & decisionem emanatam de eorum consilio, prout in eius scriptis & consilijs reperit. Omnes enim sententias & decisiones, quæ fiebant in materia feudorum, redigebat in scriptis ad futurorum memoriam, vt dixi super rubrica, supr. qui feudum dare possunt. & per Iacob. Ardiz. in prin. Summæ suæ. Ad quod facit, quod habetur infr. qui testes sint necess. ad proban. inuestitu. illi in c. 1. & infrà de capi. qui curi. vendi. in pluribus capitulis. Ibi, victus fuerit, scilicet, per sententiam condemnatus ad restituendum feudum, tanquam rem alienam, de qua erat inuestitus, vt sequitur. Ibi, quòd fuerat, id est, vt fuerat. Ibi, restituat, hoc est, dicere, quod dominus tenetur dare Vasallo aliud feudum eiusdem extimationis, prout fuerat feudum euictum tempore sententiæ latæ ar. 7. q. 1. præsentium latoris. & extra de præbendis. in c. cùm secundum. Ibi, dandos,

dos, subaudi, cōuertendos in emptionem alicuius rei immobilis, vel quæ immobilium nomine censeatur, quæ valeat tantundem, prout valebat feudum euictum, quæ res sit empta, retineatur nomine feudi, prout fiebat prima euicta.

Non autem intelligas, quòd nummi retineantur in feudum, cùm hoc esse non posit, attenta consuetudine feudorum, vt probatur supr. de feudi cognitione. in c. 2. Et hoc totum sensit glossa tertia hîc posita, quæ per hoc est expedita, vsque prope finem. Ibi, vitium fore, scilicet, per sententiam iudicis. Ibi, sed si dominus, subaudi, comparens in iudicio ante latam sententiam. Ibi, vt hoc, videlicet, quòd imò ipse Vasallus tenuit ipsum feudum à dicto domino, & de ipso petijt inuestiturã. Ibi, pares, id est, conuasallos, vt dixi suprà, si de inuestitura inter dominum & Vasallũ. in c. 1. in princ. Ibi, dominus, subaudi, tanquam conuictus. Ibi, tenebitur, videlicet, ad tãtundem, vel ad pecuniam, vnde tandem emi posit, vt suprà dictum est in alio casu. Ibi, alioquin, videlicet, si ipse Vasallus non plenè probaret, sed solummodo induceret pro se aliqua iudicia, & nõ probationes plenas. Ibi, illum, qui in causa est dic. scilicet, Vasallus, qui in iudicio se defendit ab euincente.

8 †No. quòd ad hoc, vt Vasallus succumbens in d. causa feudali sibi mota posit agere euictione contra dominum, est necesse, quòd vocet ipsum ad eum defendendum. Aliàs nullum haberet regressum aduersus ipsum dominum. l. si fundo. in §. fin. ff. de euict. & hîc in glo. 1. quæ per hoc est expedita.

Quod intellige, nisi ipsa denunciatio fuisset remissa per pactum, vt in l. Hærennius. in princi. ff. de euict. &, scilicet, quod statim dicam in seq. nota.

9 †Not. istam regulam, q. Vasallus agens de euictione, non agit ad duplum, sed ad tantundem eiusdem bonitatis & quantitatis, vel ad precium conuertendum in tantundem, vt hîc. & in c. 1. in princ. suprà de inuestitu. de re alie. facta.

I. Quam regulam intelligas esse veram, si Vasallus ignorauit dictam rem sibi infeudatam fuisse alienam. Secùs autem si sciuisset, quia tunc non ageret de euictione.

Quod est verum secundum Iac. de Bel. nisi isto casu esset stipulatus, vel pactus, vt sup. de inuesti. de re alie. facta in prin.

II. Intelligas & secundò, hanc regulã esse veram, quando Vasallus denunciauit domino, vel eius procuratori ipso domino præsente, & sciente, vel dicto eius procuratori ipso domino absente, & etiã ignorante, vt in l. si dictum. in §. si præsente. cum ibi no. ff. de euict.

Item & tertiò intelligas istam regulam esse veram, vt agatur de euictione, videlicet, si sententia fuit lata per iudicem ordinarium. Secùs autem si fuisset lata per arbitrum, vt in d. l. si dictum. in §. si compromisero. III.

Item & quartò intelligas hanc regulam, dummodò sententia fuerit lata contra ipsum Vasallum præsentem, & se defendentem. Secùs autẽ si fuisset lata contra ipsum absentem, & contumacem, quia non ageretur de euictione, vt in l. si emptor. C. de euict. & in l. si ideò. in princip. ff. de euict. IIII.

Item quintò limita hanc regulam, vt Vasallus interdum agere posit de euictione, etiam non præcedente denunciatione, videlicet, quando dominus dedit operam, vt sibi non posset fieri denunciatio, vel etiam sine opera domini Vasallus non potuit dominum reperire, vt in d. l. si dictum. in §. simili modo. V.

Item subsequenter limita regulam, q. tunc demùm agi poterit de euictione per Vasallum, si non fuit in culpa per d. l. si dictum. in §. si cùm posset. ff. de euict. VI.

Et postremò intelligas prædicta, quod quando est aperta via, Vasallo ad agendũ de euictione poterit deduci totum interesse ipsi Vasalli, & omnes meliorationes factæ in dicto feudo per ipsum. l. si contro. C. de euict. Et per hoc habes modò totam gloss. 2. hîc positam expeditam, quam sequitur Iacob. de Belui. Pet. de Cer. & Bald. & Doct. VII.

Verùm addas alium casum, in quo non agitur de euictione, quem etiam sensit gl. licet non declaret, dum allegauit. l. si per imprudentiam, videlicet, quando per iniustitiam iudicis Vasallus succubuit. Ad quod facit. d. l. emptor. Item secundum Iacob. de Belui. intellige, quod etiam si denunciauit, non agit de euictione, si denunciatio non fuit facta debito tempore, vt ff. de euict. l. si ratio. §. fin. Item similiter non agit, si non appellauit, vel non denunciauit, quod appellauit. l. Herennius. §. fi. ff. de euict. Et de hac materia denunciationis in casu euictionis, dic plenè per gloss. & Docto. in l. si rem. in fin. ff. euic. Aduerte tamen ad vnum, quod dictum est

ſuprà, videlicet, quando Vaſallus non poteſt reperire dominum, cui denunciare poſsit, quod excuſatur, &c.

Sed intelligas iſtud verum, dummodò ipſe denunciet amicis, vel ad domum ſuam, quia aliàs non excuſaretur, prout dixit glo. notabilis. in l. aut qui aliter. in §. & ſi fortè. ff. quod vi aut clam.

Item & aliud, quod dictum eſt, videlicet, quod abſens, contra quem eſt lata ſententia, non agat de euictione, debes limitare & intelligere, niſi fuiſſet abſens iuſta & probabili cauſa.

Item, niſi ſententia fuiſſet iuſtiſsima, attenta veritate, ſuper qua iudex motus eſt, & non fundauit ſe ſuper abſentia, quia tunc ipſe abſens poſſet agere de euictione, ſecundum Bal. & allegat glo. ſingularem. in l. 2. C. de contrario iudi. tu. Animus autem iudicis cognoſcet ex verbis ſuis inſertis in ſententia, vt not. glo. in l. ſi prætor. ff. de iudi. quod eſt notatu dignum.

3 †Not. quòd proteſtatio domini non tollit proteſtationem Vaſalli, quia dominus non habet ius proteſtandi: tunc enim proteſtatio tollit proteſtationem, quando tractatur de inducendo conſenſum alterius, vt in l. fin. in principio. ff. nau. cau. & ſtabu. Vel de aliquo ꝓiudicio generãdo ratione taciturnitatis, vt ibi, & ff. locati. in l. cùm in plures. §. ſi locator horrei. & ff. ad Mace. in l. ſi filius. & ff. de exercitoria. in l. 1. in §. magiſtrum. Et de hac materia proteſtationis dic plenè per Bart. in l. non ſolùm. in §. morte. ff. de operis no. num. & ꝑ Canoniſtas. in c. cumana. extra de elec. & de conſti. in c. cum. m. & per Bald. in l. clarum. C. de fideicommiſſ.

4 †Not. ex hoc textu ſecundum Bald. iſtum libellum procedere, peto cambium feudi euicti, & eſt ſpeciale. Nam regula eſt in contrarium, vt vna res pro alia ſolui non poſsit, vt in l. ſecunda. in §. mutui. cum ibi not. ff. ſi cer. peta. vtrum autem poſsit per iudicem dari inſolutum res pro re. ponit Bal. in l. 1. C. de rerum permu. & per Barto. in l. non amplius. ff. de lega. 1. & quod dixi in dicto capitulo primo. in prin. ſupr. de inueſti. de reb. alie. facta, in vltimo notabili.

5 †Not. quòd ille, qui non negat, non videtur ꝓpterea fateri, & ideò poteſt poſtea negare. Facit c. is, qui tacet, & quod ibi per Dyn. & in c. qui tacet de re. iu. in 6. & ff. de re. iur. in l. qui tacet.

6 †Quæro cum gloſſ. 3. iuxta fin. in ver. ſed ſi quis, &c. quid ſi aliquis ſimplex, dominus dedit pecuniam in feudum alicui Vaſallo, & iſte tanquam Vaſallus credens eſſe feudum, iurauit fidelitatem ei tanquam domino, an cenſeatur eſſe feudum? Et vtrum dictum iuramentum obliget ipſum, & in quantum non ſit feudum, an ipſe dominus amittere debeat pecuniam? Et hæc gloſſa non reſpondet, vnde tu dic ſecundum dictum Andr. de Iſer. quòd non eſt feudum cẽſendum, quia eſt contra regulas iuris conſuetudinarij, vt in d. c. 2. ſuprà de feudi cognitione. Et eſt ratio, quia ꝓprietas feudi debet remanere apud dominum: & vtile dominium tranſit in Vaſallum, vt in d. c. 1. de inueſti. de re alien. fac. ſed quando datur pecunia in feudum, & conſumitur per acceptorem, deſineret eſſe proprietas apud dantem, & ſic deſineret eſſe feudum. Nam in ipſo vſu extinguitur, vt inſti. de vſufr. in §. conſtituitur. ſed ſi non conſumeret, ſed in arca teneret, tunc eſſet inutile acceptanti, nec haberet vſumfructum, nec commoditatem aliquam, quod eſſet contra naturam feudi, vt ſupr. tit. 2. in §. fin.

Et ex hoc ego reſpondeo ad ſecundum quæſitum, videlicet, quod dictum iuramentum non teneat, nec obliget iurantem, quia eſt interpoſitum ſuper re impoſſibili de iure. Et ſic cùm nulla fuit obligatio, quæ cauſam habuit impoſsibilem à iure vel à natura, vt inſti. de inutilibus ſtipu. in §. impoſsibilis. Meritò & iuramentum, quod ſequitur ex eo, vel ob id erit nullum, vt in l. non dubium. C. de legibus. Non ergò videtur legatus iuramento continente impoſsibilitatem naturæ, & rationis naturalis, nec pactis, & conuentionibus partium poteſt alius mutari. l. ius publicum. cum ibi not. ff. de pact. & quod habetur in l. nemo. ff. de leg. 1. Poſſet etiam ipſe Vaſallus contradicere obligationẽ, qua ſe per ſacramentum aſtrinxit, cùm non poſsit eſſe cauſa, per quam ſit præſtitum. argu. ff. de condi. ob cauſam. in l. ſi quis accepto.

Ad tertiam autem quæſtionem, videlicet, an dominus poſsit repetere dictam pecuniam? Reſpondeo quod ſic ſecundum Docto. per conditionem ſine cauſa argu. in l. 1. in fine. ff. de condi. ſine cauſa. & in l. ſi & me. & Titium. ff. ſi cert. peta.

Quod intellige verum, quando dominus, qui dedit iſtam pecuniam in feudum, credebat poſſe dare, alioquin, ſi ſciens non valere dederit, nõ poſſet repetere, quia

quia videretur donasse, vt ff. de condi. indebi. in l. 1. & de operis libe. l. Campanus. & de reg. iur. l. cuius, per errorem. & tenet Andreas de Isern. & Nico. Subiungit etiam idem Andr. quod si vterque sciuisset, quod adhuc erit potior causa posidentis. l. 3. ff. de condi. ob. tur. causam.

Limitat etiam supradicta, quod tunc demùm habeat locum repetitio, nisi ipse recipiens vellet esse Vasallus, & seruare fidelitatem, & facere quod conuenit, quia tunc quanquam non sit feudum, tamen ratione conuentionis poterit ipse recipiens retinere, nec isto casu haberet locum repetitio, per ea, quæ not. in l. eleganter. in principio. ff. de dolo. Et hoc etiam sequuntur nonnulli alij Doctores. argu. ff. de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consu. l. 1. & l. postquam. & ff. de iureiur. in l. sed si possessori. in §. iurauero. ad quod facit. ff. communia prædi. l. 2. & l. venditor. in prin.

Oppo. cum glossa quarta & quinta contra ea, quæ hic dicuntur, videlicet, q. est necesse, quòd Vasallus probet per pares curtis, vel per publicum instrumentũ contra dominum negantem, Vasallum tenuisse ab eo dictum feudum, quoniam etiam per extraneos testes, debet posse fieri dicta probatio. argu. infr. qui testes sint necessarij ad proban. no. inuestit. in c. 1. Solut. dicit gloss. quòd prædicta sunt intelligenda secundum hanc distinctionem, videlicet, quòd aut loquimur de inuestitura antiqua, & tunc est verum contrarium, vt per quoscunque etiam extraneos posit fieri probatio. Aut loquimur de inuestitura noua, quando feudum primò fuit acquisitũ, & tunc debet fieri probatio per pares curtis, & non per extraneos, vel per instrumentum publicum à duobus vel tribus paribus cõfirmatũ. licet secundum Mediolanenses sufficeret, etiã si tale instrumentum esset confirmatum ab extraneis, prout declarat text. in d. c. 1. & plenè not. per glo. supr. quid sit inuestitura. in prin. & in §. 1. Et modò habes has duas glo. expeditas, quæ ad hoc simul tendunt.

Oppo. cum glo. fi. contra text. hîc in fi. positum, vbi quod si vasallus non probat, quòd dominus debet absolui, dummodò iuret. Sed contrà de l. qui accusare. C. de edendo, vbi actore non probante, reus debet absolui, etiam absque aliquo iuramento. Solut. dicit gloss. intellige, quòd in isto text. aliqua præsumptio erat pro Vasallo, siue velis intelligere, quòd dominus à prin. non negabat, sed tamen non diffidebatur, neque confitebatur, quo casu, ex quo ipse dominus non negat esse feudum, quando fuit sibi denunciatum, insurgit præsumptio contra ipsum, vt videatur esse feudũ. Et ideò ad tollendam istam præsumptionem, est necesse quòd iuret. Si verò dominus expressè negasset, & tunc intelligas istum text. quòd ipse Vasallus induxit aliquas ꝓbationes pro se, sed non plenas, quo casu, ipse dominus similiter est absoluendus, mediante sacramẽto suo, vt probatur in §. sacrametum. infr. de consue. rect. feu. Si verò à principio ipse dominus fuisset confessus esse feudum, & Vasallum ab ipso domino tenuisse, & dictam inuestituram fecisse, tunc non posset dicere cõtrarium, etiam per iuramentum suum, quia non posset venire contra propriam scripturã, nec cõtra propriam confessionem, vt in l. generaliter. in fi. C. de nõ nu. pecu. Et hoc vult tota ista glo. vsque ad finem. Et concludе, quod interdum dominus negat, & nulla præsumptio seu probatio militat cõtra eum, & tunc debet absolui absque aliquo iuramento d. l. qui accusare. Interdum confitetur, & tunc debet condemnari ex sola d. sua confessione. d. l. generaliter. Interdum tacet, quia neque negat, neque confitetur, & tunc est præsumptio contra ipsum, & ideò absoluitur mediante iuramento, si nil aliud cõtra ipsum probatum est, vt dicit gloss. interdum negat, sed plenè probatur contra ipsum, & tunc debet condemnari, vt in isto text. in vers. sed si dominus. Interdum similiter negat, sed sunt solùm aliquæ probationes seu præsumptiones non plenè contra ipsum. & tunc debet absolui mediante iuramento, vt hîc in fin. & probatur in d. §. sacramentum. Ad quod facit, quod dixi de controuersia inuestituræ. in princ. & in §. item si Vasallus. & si de inuestitura inter dominum & Vasallum lis oriatur. in c. 1. in fin. Insuper collige ex dictis huius glo. bonum argumentum secundum Nicolaum de Neapo. quòd si emptor denunciauit venditori, vt defenderet eum in causa euictionis, & venditor dixit, vade defende te, quia benè tibi vendidi, quod postea re euicta non admittitur volens probare se non vendidisse. Secùs si nihil dixit, qa debebit se saltem purgare per sacramentum, vt probatur in hoc text. coniuncta glo. quod est notatu dignum, &c.

7 † Quæro ab extra, quid si dominus con-

cessit feudum alicui hoc pacto, quòd non teneatur de euictione, nisi pro suo facto & dicto tandem contingit, quod conuincitur ex facto sui authoris, quæritur, vtrum teneatur? & Bald. mouet hanc quæstionem, in capitulo 1. supr. hic potest esse titulus, qui success. tenea. & dicit Barto. determinare quod sic. in l. si seruus. ff. de condi. fur. de quo tamen vide no. per Cy. in l. fine. C. de neg. gest.

Quæro quid si dominus non potest reuocare feudū alienatum, obstante pacto, an alienans remaneat Vasallus. In pecunia videretur quod sic, quasi precium succedat loco rei. ff. de peti. hære. in l. si rem & precium. & ff. de vsufru. qui precio. & C. de operis liber. l. fi. Et hoc videtur sequi Ioan. Andr. in addi. Specula. in titulo de feud. super rubrica, versicu. adeat, vbi videas.

8 †Quæro, an domino sciente, quæstionem esse motam, Vasallo sit denunciandum. Et dic, quod sic, secundum veram opinionem, quæ tutio reputatur, & quam sequitur glo. in l. emptor. C. de euict. & ibi per Doct. licet Dy. in c. qui certus. de regulis iuris videatur innuere contrà. Nam denunciatio non solùm fit propter scientiam authoris, sed propter defensionem fiendam, & grauandam ipsius authoris contumaciam, vt probatur in l. denunciasse. ff. de adul. & tenet Specu. de empt. vendi. in §. fi. vers. fi. & idē tenet Pe. Iac. de Ra. Iac. Bu. Ray. Bar. & communiter DD. omnes. in d. l. emptor. & Roffre. in tit. de act. ex stipulatu, quæ interponitur pro vitio & morbo. Forma autem denunciationis est, vt defendat, vt dixit gloss. & ibi per Doct. in l. authore. C. de euict. & ff. de procura. in l. qui absente. & est text. hîc.

9 †Quæro, quid si dominus dubitat, an sit feudum, vel non, super quo sibi est facta denunciatio, an cogatur litem contestari, & dicit Bald. quòd primò videretur quod non, per l. primam. in §. is, qui nescit. ff. de libe. ho. exhiben. & C. de iure delib. in l. fin. in §. sed quia.

Quod est verum secundum ipsum, non dato spacio ad deliberandū. Secùs autē si detur spacium ad deliberandum, quia tūc cogitur litem contestari, vt in Autent. offeratur. C. de lit. contesta. Etsi non posset se informare, fiet contestatio per verbum non credit, vt probatur in simili. in c. cùm ad sedem. extra de resti. spo. Ad quod facit no. per gl. in c. quosdā. extra de præsum. Et ad hoc adduco bonū tex. in c. Vas. infr. tit. proximo.

10 †Quæro quid si Vasallus inquietetur solùm in possessorio, an tunc habeat locū iste tex. vt agatur de euictione, & ad quantum si succumbit? Respondeo quod sic ad interesse, vt not. gloss. in l. ratio. in princi. ff. de act. emp. & probatur in l. si duo. in fi. ff. vti posidetis.

Quæro, quid si solùm euincatur pars feudi à Vasallo, qualiter tunc sibi succurratur, dic vt habetur plenè in text. & in gl. & per Doct. in l. 1. ff. de euict. & per Cy. in l. 2. C. eod. tit.

Vltimò ad materiam huius titul. vide quod dixi suprà in dicto titulo de inuestit. de re alien. fact. in princi. & in remisionibus, quas ibi dedi. & quod tangitur infr. an apud iudi. vel dom. quæstio feud. termi. in capitulo primo. & quod not. infr. de prohibitione feud. alie. per Fede. in §. primo. & per Cy. & Bal. in l. fin. C. de act. empt. & in l. 2. C. de euictione. & quod habetur in l. libera. C. de sen. & interlo. om. iud. & per Bald. super rubrica. C. de periculo & commo. rei vendi. & per Bart. in l. aut qui aliter in prin. & in l. non solùm. in §. morte. ff. de operis noui nunc. & Ioan. Andr. in addi. Spec. in §. generaliter.

SI DE FEVDO FVERIT CONTROVERSIA.

RVBRICA.

SVprà in titulis præcedentibus in pluribus locis, & etiam in tit. prox. determinati sunt plures casus, in quibus erat controuersia occasione feudi. Verùm, quia nō est nouum, vt quibusdam specialiter enumeratis, subijciatur clausula generalis, specialia plura comprehendens. l. si seruus seruum. in §. inquit lex. ff. ad l. Aquiliam. Idcircò post titulos præcedentes subijcitur ista rubrica generalis, quæ talis est, videlicet, si de feudo controuersia fuerit. Et hoc modo semper allegatur, & est communis rubrica secundum Doctores, licet quidam habeant rubricam aliter, & non benè, videlicet, si de feudo defuncti mili. controuersia fuerit inter dominum & agnatum Vasalli, & ita habeat Andræas de Isernia. sed tu non recedas à Communi rubrica, vt dixi.

SVMMARIA.

1 *Feudum præsumitur antiquum, cuius nō apparet initium.*

2 *Agnati*

2 *Agnati Vasalli in feudi possessione decedentis, in eadem conseruandi sunt.*
Agnatis magis fauetur quàm domino.
3 *Possessio feudi facit, vt in dubio causa possidentis iuramento expediatur.*
4 *Feudum à quo debeat possideri lite super eo pendente.*
5 *Dominus feudum esse nouum se probaturum asserens impedit possessionem tradi agnatis.*

SI DE FEVDO. Diuiditur in duas part. Quoniam in prima parte determinatur quæstio in possessorio. In secunda verò in petitorio. secunda ibi, eo facto.

CASVS.

Si contentio est inter dominũ & agnatos Vasalli defuncti, debent agnati interim ante litem finitam, constitui in possessione. Vtroque autem in causa principali non probante, debet iuramentum deferri ipsis agnatis. hoc dicit. Præmitte pro euidentia, quod dicatur feudum [a] nouum, & quod dicatur [b] paternum seu antiquum. Et quod in feudo nouo non succedunt agnati, sed solùm descendentes ab ipso primo inuestito. In paterno autem succedunt etiam agnati collaterales Vasalli defuncti, dummodò veniant & descendant ab eo primo parente, qui fuit agnationis communis, vt hæc declarantur in titu. de grad. in §. his verò. & dixi in præambulis libri. In textu ibi, militis, id est, Vasalli, quia non est fienda differentia, siue Vasallus sit miles, siue non, vt notat glo. supr. de feudo sine culpa non amit. in c. 1. & dixi supr. Imperator Lotha. in c. 1. Ibi, defuncti, qui tenuerat feudum ab ipso domino. Et intellige, quòd defunctus sit sine descendentibus masculis ex linea masculina, qa aliàs isti tales admitterentur etiam si feudum esset nouum, excluso domino & agnatis, vt supra, qui feudum dare possunt. in §. & quia. & supr. de gradibus. in c. 1. & infrà de natura successione feudi. in c. 1. Ibi, nouũ feudum, & ideò esset sibi apertum. Ibi, de quo quæritur, id est, super quo pẽdet causa & controuersia principalis. Ibi, constituendi sunt, id est, ponendi, etiam pendente lite secundum Iaco. de Belui. Et hoc ideò, quia constat Vasallum defunctum agnatum suum fuisse in possessione. Ibi, eo facto, id est, agnatis in possessione constitutis. Ibi, principali quæstione, id est, super causa proprietatis. Ibi, cognoscendũ erit, scilicet, iudicio ordinario, quo dominus consequetur ius suum vendicando, tanquam feudum nouum. In quo non probante, deferre debet iuramentum agnatis, vt sequitur. Ibi danda est. Et ideò est, videlicet, propter præsumptionem, quæ est pro ipsis agnatis ratione possessionis, vt infrà de consuetudine recti feudi. in §. sacramentum.

1 †Not. ex isto text. quod ibi non constat de origine feudi ꝓpter antiquitatem temporis, an sit antiquum vel nouum, respectu agnatorum succedere volentium, debemus in dubio potiùs p̄sumere esse antiquum, quàm nouum ratione antiquitatis, cùm ab antiquo Vasallo possederit. Facit l. in finalibus. ff. fini. regun. & quod traditur in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. & sentit Iaco. de Belui. Nic. de Neap. & Bald. Magna enim est præsumptio pro factis antiquis, vt dixit Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. Possibile tamẽ esset, quod esset nouum, respectu agnatorum, nunc comparentium, quãquam etiam per centum annos fuisset possessum per Vasallum mortuũ, & eius lineam potuisset esse antiquum, quantũ ad ipsum Vasallum mortuum, licet esset nouum, quantum ad istos agnatos, qui nunc admitti desiderant, vt suprà de gradi. succe. in feu. in §. his verò. Verùm in dubio propter antiquitatẽ temporis, non debet præsumi nouum, sed potiùs antiquum, quod est notatu dignum. Facit supr. de inuestitura in mari. facta. in §. 1. & de gradi. in §. fin. & quod dixit idem Bald. suprà de controuersia. in §. cùm autem. & in capitulo secundo, suprà de feudo Marchiæ.

[a] Quod dicatur feudũ nouũ. Adde glo. in c. Acacius. 24. q. 1. & per Doct. in c. ex parte. de feu.

[b] Et quod paternum. Adde Bal. in c. 1. de succ. feud.

2 †Not. quod vbi Vasallus defunctus reperitur esse in possessione feudi tempore mortis, debent similiter agnati ad feudum venientes conseruari in possessione ipsius feudi, donec cognoscatur, an sit feudum antiquum vel nouum. Ex quo infertur, quod magis fauetur agnatis, quàm domino. Et est ratio, quia dominus non negabat feudum, sed qualitatem feudi confitendo feudum, cõfitebatur Vasallum possedisse tempore mortis. Vnde dominus nõ potest intercipere istam possessionẽ, cùm sit quædam continuatio naturalis inter ipsum Vasallum mortuum, & agnatos. ar. ff. ex quib. ca. ma. in l. cùm miles. in prin. secundum Bald. Item suadet etiam ratio antiquitatis, vt suprà dictum est. Item, qa ipse dominus est actor. argu. l. qui accusare. C. de edendo, secundum Iacobum de Belui. Et probatur à simili per casum. in l. fin. C. quorum bo. hîc allegata in gloss.

circa medium. & quod not. ſuprà de contentione inter dominum & Vaſallum. in prin. & quod ibi dixi.

3 †Not. quòd poſſeſsio feudalis inducit præſumptionem, vt in dubio debeat cauſa expediri per iuramentum poſsidentis, vt hîc in fin. & ſupr. de controuerſia inueſtituræ. in prin. & in §. item ſi Vaſallus. & ſuprà ſi de inueſtitura inter dominum & Vaſallum lis oriatur. in fine. Et ſentit hîc gloſſ. ſe remittendo ad diſtinctionem, quę habetur in dicto §. ſacramentum. infrà de conſuetudine recti feudi, ſecũdum quam diſtinctionem debet intelligi iſta litera, & benè. Nam præſumptiones erant pro ipſis agnatis, vt ſuprà proximè dictum eſt, ex quibus apparuit, iudici eſſe deferendum ſacramentum ipſis agnatis. Et eodem modo præſumptiones fuiſſent pro domino, & non pro agnatis potuiſſet iudex dare electionem domino iurandi, vt dixi ſupr. de gradi. ſucceſ. in feu. in fin. & probatur in dicto §. ſacramentum. & tetigi etiam ſup. titu. proxi. ſuper glo. fina.

Oppo. cum glo. quòd deciſio huius capituli non ſit benè fundata in eo, quod determinatur, quòd agnati tũc demùm poſſint obtinere huiuſmodi feudum, ſi iurauerint eſſe antiquum, quoniam ex hoc videntur ſubire anceps periurium, cùm veriſimiliter ignorare debeant. & ſic eſt cõtra regulas iuris. l. videamus. in prin. ff. de in litem iuran. cum ſi. Solut. dixit glo. quòd iſti agnati admittuntur volentes ad iurandum, vt hîc: non autem inuiti, vt ibi. Et intellige, quòd nõ erit anceps periurium, poſtquam lex feudalis præſumit hoc, vt in dicto §. ſacramentum. & ſentit Bald. de quo dic, vt in dicto §. ſacramentum. Et nunc eſt expedita gloſſ. vſque ad verſi. ſed quid ſi ſtatus, &c.

4 †Quæro ſubſequenter cum dicta gloſſa iuxta fin. quid ſi huic agnato Vaſalli mouetur quæſtio ſtatus, quis poſsidere debet interim feudum. & dicit gloſſa, quòd dominus per l. 1. C. de carbo. edict. & l. 2. C. de ordi. cog. cùm ſi. Et hoc voluit gloſſa vſque ad finem ſui. Sed tu dic melius ſecundum Iaco. de Belui. & Nico. quod ſi ex poſſeſsione libertatis prouocatur in ſeruitutem, & tunc poſsidere debet Vaſallus. Aliàs autem poſsidebit dominus, vt in hac gloſſ. argu. C. de aſſe. tol. in l. 1. & C. quibus ad liber. procla. non licet in l. 2. Et eſt ratio ſecundum Bald. quia in dubio non debemus priuare Vaſallum cõmodo poſſeſsionis, vt in l. ſi putas. C. de pet. hære. & C. de edic. diui. Adria. tol. in l. 2. Et de hac materia plenè habetur per gloſſ. & Doct. in l. 1. C. de ordi. iudi. Nec obſtat huic quæſtioni. ſuprà in tit. per quos fiat inueſtitura. §. perſonam vbi patet, quòd ſeruus poteſt de feudo inueſtiri. & ſic videretur, quòd hæc quæſtio non poſſet præcedere, ſed dicas, quòd illud habet locum, quando ſciebat ipſum eſſe ſeruum. Secùs autem quãdo ignorabat, vt ibi patet. Et hoc modo procedere poteſt quæſtio iſta ſecũdum Nico. de Neap. Poſſet etiam intelligi ſecundum Andr. de Iſer. quòd fiebat quęſtio ſtatus ipſi domino, videlicet, ꝙ non fuerat filius veri domini, ſed ipſe ſumma im ꝓbauit ſe filiũ. vnde interim ſtabit in poſſeſsione, vt patet in iuribus allegatis in gloſſa.

5 †Quæro ab extra, quid ſi dominus vult incõtinenti probare feudum eſſe nouum, an ex hoc poſsit impedire, vt interim non tradatur poſſeſsio ipſis agnatis? Et videretur quod ſic, per regulam dolo facis, &c. ff. de exceptio. doli. & ff. de regulis iuris. in lege dolo. & per legem, ſi is, à quo. ff. vt in poſ. legatorum. & tenet Andreas de Iſern. inf. in c. ſequen.

Quod intelligas verum, niſi iſta cognitio exigat, & requirat altiorem indaginem, vt probatur in dicta lege fina. in text. & gloſſ. C. quorum bonorum. Et ibi hoc tenet Barto. facit quod not. in l. ſi de vi. & in dicta lege, ſi is, à quo. De qua materia tamen dic, per Cyn. in l. 2. C. de edicto diui Adria. tol. & per Barto. in l. ſi ſocer. in §. Lucius. ff. de ſolut. matrim. & quod traditur in lege, ſi quis conductionis. C. locati.

Vltimò de materia præſenti habetur in capitulo ſequenti. & ſuprà de gradi. in fine. & quod ibi dixi. & quod not. ſuprà de controuerſia inueſtituræ. in capitulo primo. in §. cùm autem. & ſupr. de contentione inter dominum & Vaſallum. de inueſtitura. in principio. & in titulo de contentione inter me & dominum. de portione fratris mei. in capitulo primo. & in titulo, ſi de inueſtitura inter dominum & Vaſallum lis oriatur. in principio. & fin. & quod dixi ſuprà de inueſtitura in marit. facta. in §. item placet. & per Iacobum Ardizo. in Summa. in titulo de contentione feudi, ſub rubricella, decurritur ad ſacramentum Vaſalli, & ſub rubricella finali, circa medium. & vide ad materiam poſſeſſorii infr. de pace tenenda. in §. ſi tres.

SVMMARIA.

1 *Filia prædium dicente hæreditarium, contra agnatis*

agnatis feudale illud asserentibus interim possidebit filia.
Hæres defuncti in possessione rei hæreditariæ, quam defunctus possidebat tempore mortis, manebit, donec discutiatur de iuribus aduersarij.
2 *Filia in re emphiteotica succedere potest.*
Libellum Ecclesiæ an transeat ad extraneos hæredes siue successores. Remissiuè.
3 *Filia, etsi in allodialibus & patrimonialibus bonis succedere possit in feudalibus, tamē succedere nequibit.*
4 *Filiæ prædium asserenti allodium tandem dicenti esse feudale fœmineum, an obstet exceptio rei iudicatæ.*

INTER FILIAM. Diuiditur in duas partes. In prima determinatur causa possessorij. In secunda causa petitorij. secunda ibi, deficiētibus.

CASVS.

1 †Si contentio est inter filiam defuncti asserentem, prædium esse hæreditarium, & agnatos asserentes illud prædium esse feudale, debet interim possessio remanere apud filiam. Verùm si vterque in probatione deficiat, decidetur causa principalis per iuramentum agnatorum. hoc dicit. Et pone casum in terminis, prout ponit gloss. in capitulo 1. infrà de controuersia inter masculum & fœminam. de beneficio. In textu ibi, quæstio mota est. Nam quilibet ipsorum dicebat illud prædium ad se spectare, sed diuerso respectu, vt sequitur. Ibi, allodium, id est, liberū & proprium, quod à nullo recognoscitur, nisi à solo Deo, vt patet infrà de pace iura. fir. in §. ad hæc. secundum Iacobum de Bel. Nicol. de Neapo. & Bald. Et allodium propriè dicitur res hæreditaria, quam vendere vel donare possunt, tanquam meam propriam secundum vgutionem. Ibi, libellario, id est, emphiteoticum, vt dixi suprà, quibus modis feudum amittatur. in §. aut si libellario. Ibi, interim, scilicet, donec cognoscatur de principali. Ibi, probationibus, subaudi, super proprietate. Ibi, per iusiurandum, subaudi, ipsorum Vasal. & etiam aliorum duorum sacramentaliū, vt patet in dicto capitulo 1. de controuersia in masculum & fœminam. in text. & gloss. & sequitur Pet. de Cer. Andr. de Iser. & Bal. Ibi, causa cognita. Quæ autem veniant in ista causæ cognitione, dixi suprà de gradi. in fin. vbi est similis text. & probatur in c. sacramentum. infr. de consuetudine recti feudi. Ibi, agnatis, subaudi, ꝑ quibus erat præsumptio, vt in dicto §. sacramentum. secùs si esset præsumptio pro filia, quia tunc daretur filiæ electio iuramenti, vt infr. §. proximo. & dixi supr. c. proximo. Et ista est ratio diuersitatis inter istum casum & sequentem, secundum gl. hîc positam. in fin. & statim super ea dicam.

Not. quòd hæres defuncti debet conseruari in possessionem rei hæreditariæ, quam defunctus possidebat tempore mortis, donec discutiatur de iuribus aduersarij. Et est ratio secundum glos. quia ista filia habet fundatam istam suam exceptionem: cùm enim defunctus censebatur dominus, ergò & ista filia, quæ est hæres. l. siue possidetis. C. de proba. cum ibi not. Et hoc sensit gloss. hîc posita in sui prin. quæ per hoc remanet expedita, vsque ad versic. sed quid est, &c. Et adde etiā aliam rationem secundum Bald. videlicet, quòd hoc operatur qualitas possessionis paternæ, quæ qualis fuit in patre, talis præsumitur in filio, vt not. insti. de hæredi. ab intesta. in §. sui.

2 †Not. quòd filia potest succedere in re libellaria seu emphiteotica, vt probatur in isto text. & infrà in c. seq.

Quod intellige verum, etiam si ab Ecclesia defunctus recognouisset talem libellum seu emphiteosim, vt in Auten. de non alie. in §. emphiteosim. col. 1. secundum Andre. de Isern. Vtrum autem libellum [a] Ecclesiæ transeat ad extraneos successores, vide per Bal. in Auten. si quas ruinas. C. de sacrosanct. Eccle. & in l. de iure emphiteo. & per Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de loca. in §. nunc aliqua. versic. 7. & vers. 113. & in c. in præsentia. extra de proba. & per gloss. & aliquos Doctores in l. etiam. in prin. ff. solu. matri.

[a] Vtrū autē libellum Ecclesiæ. Adde Io. de Imo. in repe. c. potuit. de loca. & an sit differētia inter libellū & feudū. vide per Bal. in præludijs feudorum, & qd inter emphiteosim, vide gloss. magnā. & ibi Doct. in Auten. ingressi. C. de sacrosan. Eccle. glo. in c. præcariè. 10. q. 2. Io. And. in c. fi. de feu. Bar. in l. si finita. in §. si de vectigalibus ff. de dā. infecto.

3 †Not. quod licet filia in bonis patrimonialibus & allodialibus succedere posit, tamen in feudo non succedat. Et quæ sit ratio, habetur suprà in titu. qui feud. dare poss. in §. hoc autem. Et ista erant fundamenta, quibus in isto capitulo filia vtebatur, & agnati vicissim litigantes.

Oppo. cum gloss. in versiculo sed quid, &c. quòd imò ista litera non benè dicat, dum vult, quod vtroque deficiente in probatione, debeat deferri sacramentum agnatis agentibus. Quod est contra regulam in l. qui accusare. C. de edendo, vbi actore nihil probante, reus debet indistinctè absolui. Solutio: Dicit glossa, ista regula debet intelligi secundum distinctionem, quæ traditur in

dicto §. sacramentum, videlicet, quia aut nihil est inductum pro agnatis, quod habeat inducere iudicem ad deferendum sacramentum. & tunc procedat contrariũ. Aut pro agnatis sunt inductæ aliquæ præsumptiones, & tunc debet eis deferri sacramentũ, vt hic, & in l. in bonefidei. C. de iureiuran. & dixi super text. Et per hoc est expedita ista gloss. vsque ad versi. huic autem, &c.

Oppo. subsequenter cum dicta gloss. in dicta parte de c. defuncto, qui mediante sequitur, vbi expressè patet contrariũ, videlicet, quia iuramentum datur filiæ. Solutio: Intelligas istud contrarium secundum supradictam distinctionem in dicto §. sacramentum, quia si præsumptio est pro filia, & tunc datur filiæ, vt ibi. Si pro agnato, & tunc datur agnato, vt hic. Et hoc est, quod voluit dicere glossa vsque ad finem, quæ benè loquitur, vt dixi super text. in fine. & notat glossa etiam in dicto c. sequen.

4 † Quæro ab extra, quid si ista filia litigans, primò dixit istud prædium esse allodium, & succubuit. Postea vult dicere, quod est libellarium, vel etiam feudale fœmineum, in quo potest succedere per §. filia, suprà de suc. feu. an sibi obstabit exceptio rei iudicatæ? Et gloss. quæ est singularis secundum Bald. in l. penult. C. de inge. ma. tenet, quod non per l. si mater. in §. si quis autem. ff. de excep. rei iudi. Sed tu habes aliam glo. quæ hoc idem sensisse videtur. in l. & si quis. in §. sed interdum. ff. de religiosis. Et super hac quæstione: tu dic secundum Iacobum de Belui. & Ray. in d. l. penult. distinguentes, quod aut Vasallus litigat cum domino feudi, aut cum extraneo.

Primo casu aut fuit sciens, & non debet audiri, aut ignorans: & tunc dic, vt infrà eodem in c. Vasallus feudum.

Secundo casu, aut est reus, & non debet audiri, vt ff. de except. in l. nemo. aut est actor: & tunc aut litigat cum alio, & debet audiri, vt ff. de inoff. testa. in l. Pap. in §. sed nec impuberis. & in Auten. de trien. & semis. in §. illud quoque. cum ibi no. Aut cum eodem, & tunc aut in primo iudicio expressit causam, & debet audiri. in d. §. si quis. & ff. de euict. in l. minor. in §. 1. Aut non expressit, & nõ debet audiri tanquam sibi contrarius. ar. in l. 1. C. de furtis, & de codicillis. in l. fi. nisi probaret errorẽ, vt in l. habebat. ff. de institoria cum si. Et vide circa istam quæstionem, quod dixi in c. Vasallus. el. 1. infr. eod. in quæst. tertia.

Vltimò de materia pertinente ad istud capitulum, vide similem text. & quod ibi no. in c. si contentio infr. de capi. qui curi. vendi. & in d. c. 1. de contro. inter masculũ & fœminam. & in d. c. seq. & in remissionibus, quas dedi supr. in c. præcedenti. & de capitulis extraordinarijs. in c. si qua contentio. & per Ioan. And. in addi. Spec. in titulo de feudis. §. quoniam. versi. 21.

SVMMARIA.

1 *Filia defuncti de beneficio interim gaudebit, si dominus ei super illo litem mouerit.*

DEFVNCTO. Prosequitur eandem materiam, de qua suprà in duobus capitulis p̃cedentibus. Et aduerte, q̃a quidam habent pro §. Quidam habent pro capitulo, sed communiter habetur pro capitulo. Et ita allegatur per glos. quotienscũq; facit mentionem de isto textu. Et continuatur cum superioribus, quia suprà in capitulo 1. erat controuersia inter dominum & agnatos defuncti. In capitulo autem secundo erat cõtrouersia inter filiam defuncti, & agnatos eius. Nunc verò in isto capitulo est cõtrouersia inter dominum & filiam defuncti. Et diuide in duas partes, quia primò determinat causam possessorij. Secundò causam petitorij. secunda ibi, probatione.

CASVS.

1 †Si contentio est inter dominum & filiam defuncti de beneficio, filia interim debet manere in possessione: nemine autem in proprietate probante, terminabitur causa per iuramentum filiæ. hoc dicit. In textu ibi, milite, id est, Vasallo, vt dixi suprà in capitulo primo. Ibi, feudo, aliàs est fundo. in hoc non est vis. Ibi, allodium, quid hoc sit, dixi suprà in c. p̃cedenti. Ibi, libellarium, id est, emphiteoticum, vt declaraui suprà in dicto capitulo præcedenti. Ibi, feud. aliàs est fundi non curo. Ibi, manere, subaudi, nisi tunc dominus haberet in promptu probationes, quod esset feudum, vt dixi suprà in capitulo. Ibi, iusiurandi, subaudi, cum duodecim sacramentalibus, prout dixi in capitulo præcedenti super text. Ibi danda est. Et est ratio, quia præsumptiones erant pro ipsa filia. Secùs autem si essent contra ipsam, quia tunc daretur iuramentum parti aduersæ, vt suprà in capitulo præcedenti. Et hoc

hoc modo ista duo capitula ad concordiam reducuntur, quæ videbantur omninò cōtraria secundum glossellam hîc positam, quæ nihil aliud fecit, de quo etiam ibi dixi.

Notabilia eadem colligere potes ex isto textu, quæ collecta sunt suprà in dicto capitulo pręcedenti, quia conformitatem habent. Insuper & remissiones, quas ibi dedi, adducas ad materiam præsentis capituli.

SVMMARIA.

1 *Dominus laicus, quo casu feudo per Vasallum possesso alium inuestire possit.*
2 *Dominus laicus, si quem feudo verbaliter inuestierit, non curatur, quando dies cesserit.*
3 *Dominus laicus feudo non adhuc sibi aperto alium inuestire potest.*
4 *Successor Clerici prædecessoris gesta habere rata non compellitur.*
5 *Consensus extranei non quæritur, vbi de iure proprio disponitur.*
6 *Pactum, quod super successione futura improbatur iuramento, quando refirmetur.*
7 *Inuestitura de feudo eius, qui putabatur mortuus cùm viueret, an valeat ipso postea moriente.*

MORIBVS. Diuiditur in tres partes. Quia primò ponit vnum dictum cum determinatione in laico infeudante. In secunda aliud dictum in Clerico. In tertia reuertitur ad primum dictum. secunda ibi, secùs. tertia ibi, in tali.

CASVS.

1 †De feudo per Vasallum possesso, potest dominus laicus alium inuestire, etiam absque consensu Vasalli, dummodò conferatur in tempus, quo feudum erit apertum domino, vel hæredi suo. Si verò dominus esset Clericus: tunc demùm talis inuestitura haberet effectum, si ipsum feudū aperiatur in vita ipsius Clericis inuestientis. hoc dicit. In textu ibi, moribus, id est, consuetudine feudorum, vt dixi in §. fina. super text. suprà, quæ fuit prima causa benefic. amitt. Ibi, dominum, scilicet, laicum. Ibi, militis, id est, Vasalli, vt dixi suprà in capitulo primo. Ibi, ipsius, scilicet, militis. Ibi, speratur, quia nullos habet agnatos, nec successores, neq; sperat habere. Aliàs autem si haberet, non teneret inuestitura in eorū præiudicium, vt in capitulo secundo in fin. suprà de feudo dato in vicem legis commissoriæ. Ibi, militem, scilicet, Vasallum. Ibi, ipsius, scilicet, Vasalli possidentis. Ibi, inuestituram, scilicet, verbalem, quæ abusiua nuncupatur. Ibi, effectum, scilicet, vt possit adipisci possessionem, quia tunc censetur vera & propria inuestitura, vt habetur suprà in titu. quid sit inuestitura in principio. Ibi, apertum, id est, reuersum, vt suprà de gradibus. in §. his verò. in fin. Ibi, faciat inuestituram, dic, scilicet, de bonis Ecclesiæ, quia secùs esset, si de suis proprijs, vt infrà de Cleri. qui inuestitu. fac. capitulo primo. Ibi, sibi, scilicet, inuestienti. Ibi, aperiatur, subaudi, quia est successor, non tenebitur adimplere dictam inuestituram factam per prædecessorem, vt suprà, qui success. tenea. in capitulo primo. Ibi, in tali, istum versiculū referas ad primum dictum de laico inuestiente. Ibi, feudum sit, scilicet, illius Vasalli viuentis, & feudum possidentis. Ibi, non oportet, vt suprà de feudo dato in vicem legis commissoriæ. in d. c. 2. secundum veram opinionem Mediolanensium ibi positam.

2 †Not. quòd in laico verbaliter inuestiente, non refert, quando cedat dies ipsius inuestituræ, quoniam etiā, eo inuestiente mortuo, tenetur eius successor, si tunc cedat dies ad præstandam corporalem possessionem dicti feudi, vt hic in prima parte. Idem intelligas, si inuestitus esset mortuus, & dies cederet eius successori, vt in capitulo 1. suprà, hic potest esse titulus, qui success. tenea.

3 †Not. quòd laicus de feudo nondum sibi aperto, potest alium inuestire, etiam absque possidentis consensu, hoc modo, videlicet, post mortem possidentis, vel cùm aperietur. Nam ex tunc habebit dicta inuestitura effectum, vt hîc. Secùs autem, si dicta inuestitura fieret purè, quia tunc nulla esset. Licet Iacobus de Belui. intellexerit etiam de inuestitura purè facta, & malè, vt infrà de Cleri. qui inuestitu. facit. in capitulo primo. & dixi in d. ti. hic potest esse titu. qui success. tenea. Vbi verò possidens esset contentus, quod alter purè inuestiretur, & sibi traderetur possessio, tunc benè posset hoc fieri, vt dixi infrà de Cleri. qui inuestituram facit super text.

4 †Not. quòd successor Clerici [a] non tenetur habere ratum factum prædecessoris. Et est ratio, quia non succedit tanquam hæres, extra de inuestitura in c. ad decorem. & de præbendis. in capitulo 1. & not. gloss. in capitulo 1. supr. qui suc. tene. Et hoc, nisi illud factum iam sit consummatum

[a] *Successor Clerici. Adde gl. in verbo cùm factum. in c. literas. de rescript. in c. 2. 42. distin. c. si Episcopus. 6. q. 3. Bal. in l. emptores. C. loca. in l. iubemus. C. de sacrosan. Eccles.*

matum de iure. Et est ratio, quia tunc gratia iam est sortita effectum, ideò non expirat per obitum concedentis, vt in c. si super gratia, de offi deleg. lib. 6. & not. in capit. ex tua. extra de filijs presby. & dixi in dicto capitulo primo, hic potest esse titulus, qui succes. te.

5 †Not. quòd vbi quis disponit de iure suo, non est requirendus consensu extranei. Quod verum est secundum Bald. si disponit de iure suo libero, tunc vel in tempus, quo liberum erit, vt hîc. Secùs si esset in alterius pręiudicium, vt ff. de aqua pluuia. argu. in l. in concedendo, & communia prædi. l. in diem. & l. receptum. & ff. de seruitu. ru. prædi. l. per fundum, cum similibus.

Oppo. cum glos. contra determinationem huius capituli, in eo, quod disponit, vt valeat pactum seu inuestitura facta per dominum de feudo Vasalli adhuc viuentis, absque consensu ipsius Vasalli. Et sic videtur præsupponere, quod teneat pactum de futura successione, etiam sine cõsensu illius, de cuius hæreditate agitur, quemadmodum videmus in simili, vt teneat venditio rei alienæ. l. si quis alienan. ff. de actio. emp. & teneat cessio & donatio iuris futuri. C. de donat. in l. 3. cum similibus, quæ omnia videntur esse contra bonos mores, & per consequens non debent valere. l. finali. C. de pactis, cum similibus. Et pro solutione huius contrarij hæc glossa se remittit ad ea, quæ tractauit suprà, qui succes. te. in capitulo primo. & melius in capitulo secundo. supr. de feudo dato in vicem legis commissoriæ. & ibi plenè declaraui in secundo notabili, videlicet, quòd hîc loquimur de iure consuetudinario, vbi tales conuentiones valere possunt, cùm non regulentur secundum regulas iuris communis, vt in capitulo 1. suprà de feudi cognitione. & infr. eodem in c. filij. & tenet Specu. in tit. de feudis. in §. 2. versic. 35. & est ratio, quia feudũ multis alijs modis, quàm per mortem potest amitti, vt suprà in titu. quib. mod. feudum amit. Item, quia iste contractus in capitulo isto celebratur super ipsius domini concedentis, qui nullo modo est obligatus primo feudatario ad non infeudandum secundo, in casu caducitatis ipsius feudi. argu. in l. si ita quis. in §. ea lege. ff. de verborum obligationibus. Sicut dicimus de vsufructu. in l. qui fructus. & in l. fundi. ff. de vsu. & vsufruct. lega. & ideò in hac inuestitura facta per laicum, non refert, an consentiat possidens, vel non consentiat, postquam iuri suo non præiudicatur. Nam dominus non dat ius ipsius possidentis, vt dixi, sed dat suum ius futurum, quando sibi aperietur. Sed quando fit pactum super successione futura, tunc benè requiritur consensus illius, de cuius hæreditate tractatur, vt in dicta lege finali. & sentiat Andræas de Isernia. & per hoc videtur posse responderi ad capitulum secundum & tertium. extra de concessione præbenda, Eccles. non vacantis, quia ibi expressè reprobatur talis poscessio Ecclesiæ non vacantis, quia frequenter petebantur. Et ideò ad illam frequentiam importunam processit prohibitio consilij Lateranensis, argumentum in l. nam ad ea. ff. de legibus. Sed in feudis non sic, vt dixit Andręas de Isernia, qui successſ. tenea. in capitulo primo.

6 †Quæro ab extra, an tale pactum, quod est improbatum super futura successione, possit firmari iuramento. Et dixit Bartolus in l. stipulatio, hoc modo. ff. de verborum obligatione, quod aut est negatiuum de non succedendo: & tunc firmatur, & iuramentum ligat. Secùs si sit affirmatiuum de succedendo. Et est ratio, quia primùm non inducit votum captandæ mortis. Secundùm sic. argum. in l. si quis pro eo. de fideiussoribus. Sed Baldus hîc non putat, hanc distinctionem recipi per Canonistas, cùm quodlibet [a] sacramentum, quod non vergit in dispendium salutis æternæ sit seruandum, vt in capitulo cùm contingat. extra de iureiuran. & super hoc fundamentum est capitulum secundum. extra de pactis, libro sexto. Et si dicatur, quòd inducit votum captandæ mortis, hoc ignoramus. Sed benè certi sumus, quòd tale iuramentum potest obseruari sine interitu salutis æternæ. Et per hoc dicit ipse, quòd putat, quòd Episcopi cogerent iurantem ad obseruantiam talis pacti. Et pro hac sua opinione adducit Petrus de Cert. qui idem videtur tenuisse super hoc capitulo, per dictum capitulum secundum. Et probat etiam ratione, quia pactum, quòd non succedat filia, habet in se tacitum pactum, quod succedant filij per exclusionem ipsius filiæ. argu. in l. cùm prætor. ff. de iudi.

[a] *Cùm quodlibet sacramentum. Adde diffuse per Ant. Corse. de Sicilia, olim auditor sacri Palatij. in repeti. Rubric. extra de iureiuran.*

Sed tu aduerte, quia reperio eundem Bal. tenere contrarium. in l. pactum. C. de colla. dicentem, ꝙ pactum de succedendo est contra ius diuinum, quia per fas & nefas induceretur votum captandæ mortis,

tis, vt in c. 2. extra de concessi. præben. Meritò etiam cum iuramento non firmari, vt in Auten. quod eis. C. de nup. & in c. nõ est obligatorium de regulis iuris, in 6. Item idem Bald. dixit in l. si ad excludendam. C. de iureiuran. quod vbi iuramentum est inductum ad firmandum actum, qui est contra bonos mores, quod non est seruandum, neque super eo requiritur aliqua absolutio Episcopi. Hoc idem sensisse videtur in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Ex quibus non recederem à Communi opinione, vt tale pactum de succedendo etiam firmatum iuramento non astringat iurantem. Et ita tenent Doctores moderni, & Rapha. Ful. in pactum, quod dotali. C. de pactis. & Paul. de Castren. ibidem per dictum capitulũ non est obligatorium. & Butri. in dicto capit. cùm contingat.

7 †Quæro, si dominus inuestiuerit Titium de feudo Sempronij, putans ipsum Sempronium esse mortuum, qui viuebat, an si postea moriatur, vtrum inuestitura prædicta habebit effectum? Respondeo q. non, secundum Andre. de Isern. nisi inuestitura dixisset, tanquam de feudo deuoluto, vel deuoluendo. Et est ratio, quia inuestitura est restringenda ad casum suum, tanquam ambitiosa, vt in c. quamuis. & in c. cùm non de sacerdotali de præben. lib. 6. & ff. de auro. & ar. lega. in l. si ita. Item, quia error imperitiam consensus detegit. l. si per errorem. ff. de iurisdi. om. iudi. Eodem modo dicit ipse, si inuestisset tanquã de feudo vacaturo, vel quod vacauit per mortem, quoniam si reperiatur alio modo vacasse, & non per mortem, vt non debeatur, quia ex vna causa donauit, quæ nõ reperitur esse vera. Et probatur in c. susceptum. extra de rescript. lib. 6. & ff. de contrahen. empt. in l. ruptilia. & ff. mandati. in l. si mandauero. in §. eis cuius. & ff. de libe. & posthu. in l. placet.

Vltimò ad materiam huius capituli, vide plura, quæ dixi suprà in titu. qui succ. re. in capitulo primo, & in titu. hic potest esse titulus, qui succe. te. in capitulo primo. & in dicto capit. 2. supr. de feudo dato in vicem legis commissoriæ. & vide quod tangitur infr. tit. de Cleri. qui inuesti. fac. in c. 1. & supr. de inuestitu. de re alie. fac. in prin. Et per Canonistas in c. 1. & in c. accedens. extra de concess. præben. & in c. detestanda. de concess. præben. lib. 6. & in c. consultationibus. extra de donat. & plenè per Iaco. Ardizo. in Summa. in titu. quibus mod. feud. acquir. sub rubricella, de inuestitura prælatorum, & in remissionibus, quas dedi. in §. ex eadem. infrà de lege Cor.

SVMMARIA.

1 *Vasallus feudum vel illius conditionem negans, mendacij conuictus, ipso priuatur, & num. 3.*

2 *Scire quis dicatur.*

3 *Vasallus scienter negans qualitatem feudi, perdit totum feudum.*

4 *Negare mendaciter, & rem ab alio negatam non manifestare differunt.*

Facta negatione, an requiratur libellus ad executionem pœnæ.

5 *Vasallus iniustitiam faciens domino in re non feudali, feudum non perdit.*

6 *Vasallus, qui feudum negauit, pœnitere non valebit.*

Negatiua responsio iuramẽto firmata, an possit retractari, vt euitetur pœna.

7 *Vasallus feudum negans iuramento domini, si conuincatur feudo, non priuabitur.*

8 *Feudum petens, si succubuerit, vt allodium petere valebit.*

9 *Dubitans dubitanter respondere debet.*

10 *Vasallus longißimo tempore domino obsequutus, si seruitium consuetum denegauerit feudum diffidens, rem ob quam seruiebat, ostendere cogetur.*

11 *Responsio infra terminum, à iudice datum, facta non potest reuocari.*

VASALLVS SI. Istud capitulum diuiditur in tres partes. Quoniam in prima declarat, quando Vasallus denegauit rem, quam tenet esse feudalem, vel quando denegauit conditionẽ feudi. In secunda declarat, quando Vasallus non manifestauit feudum denegatum ab alio Vasallo, cum quo dominus habebat controuersiã. In tertia, quando Vasallus celauit rem domini non feudalem. secunda ibi, alius autem. tertia ibi, aut si aliam.

CASVS.

1 † Vasallus scienter inficians feudum, vel cõditionem ipsius, illud perdit, si conuincatur de mendacio. Secùs autem si non patefaciat mendacium alterius Vasalli negantis, vel celauerit rem domini, quia ex his feudum non amittit. hoc dicit. In textu ibi, conditionem, vt quia dominus dicat feudum esse conditionatũ. ex quo fortè debebatur aliud seruitium, & Vasallus neget, sed dicat rectum. Ista enim inter se differunt, vt infr. de capi. qui curi. vend. in c. fi. & ibi gl. Ibi, ex certa scientia, quasi dicat, secùs si per ignorantiã, qa tunc non

non puniretur, nisi illa ignorantia esset crassa & supina, vt qa ignorat illud, quod omnes de ciuitate sciebant, vt not. glo. suprà, quo tempo. mil. in c. 1. & infrà de controuersia inter domin. & empto. & in glo. 1. hîc posita in prin. quæ per hoc in d. prin. est expedita. Ibi, eò quòd, id est, ideò, quod secundum Bal. Ibi, spoliabitur, id est, priuabitur feudo, quod abnegauit, vt infr. eo. in c. Vasallus.

Et intellige ordine iudicario, & non violento, vt dixi infr. de lege Cor. in c. fi. Ibi, Vasallus, subaudi, qui videbat conuasallum suum negare suum feudum domino, & sciebat, quòd mentiebatur, & tamen hoc nō manifestauit domino, vt sequitur. Ibi, aliam rem, scilicet, non feudalem.

2 †No. ex isto text. in prin. quod quis non dicit [a] scire, nisi qui certitudinaliter scit, Facit c. de fur. l. manifestissimi. in §. fin autem. Idem tamen intelligendum est de eo, qui debuit scire, quoniam habetur pro sciente, vt dixi super text. & probatur in l. quod te. in fin. ff. si cer. pet. & quod no. in l. penul. C. de periculo tutorum. Idem etiā esset in eo, qui dolosè refugit scientiam, vt in d. l. quod te. & ff. qui. ex cau. in pos. eat. in l. Fulcinius. in §. quid sit latitare secundum Bal. Aliquando tamen quis dicitur scire, per vehementem opinionem consonantem substantiæ veritatis, vt not. ff. de acqui. hære. in l. quidā. in §. quod dicitur. Item & per locum à cōmuniter accidentibus, vt not. C. de proba. in l. neq; natales.

3 †Not. quod scienter negans feudum, amittit illud, quod intelligas etiam totū, si negauit totum, vt hîc, & in c. Vasallus. infr. eo. Si verò conuincatur de mendacio solùm in parte, tunc priuabitur in ea parte feudi tantum, vt non vltra. ar. inf. de Vasal. qui contra consti. Lotha. feud. alie. in c. 1. Et hoc tenet hîc d. gloss. infr. in secunda sui parte. in vers. quod postea. Et est ratio, quia pœna non debet excedere metam delicti. l. sancimus. C. de pœnis, quam gloss. sequuntur DD. Communiter omnes, excepto Petro de Cer. qui voluit quòd per negationem partis priuaretur in totum. Quæ opinio non est vera: imò videtur esse contra istum text. Ibi eo, quod negauit. Sufficit enim puniri in eo, quod contra legem fecit, vt ff. de vulg. & pup. in l. ex facto. in §. Iulianus Largius. Vtrum autem iste text. habeat locum in libellario negante, dixit Bal. quod non, per not. in §. item mixta insti. de act.

Not. quod Vasallus, qui scienter negat qualitatem feudi, perdit totum feudum, vt hîc secundum omnes Doct. & est ratio, quia ista negatio respicit totam rem, nec respicit diuisionem. arg. in l. si is, qui quadraginta. in §. 1. ff. ad l. fal. Sed negatio feudi benè potest recipere diuisionem, si cōuincantur de mēdacio in parte, & ideò solùm pars amittitur, vt dixi supr. arg. in l. rescriptum. ff. de his, qui, vt indignis.

4 †Not. quod aliud est negare per mendacium, aliud est tacere, & non manifestare rem negatam mēdaciosè per alium. Quod patet, quia in primo casu amittitur feudum, in secundo non. Et potest esse ratio, quia fortior est vera contumacia in expressè negando, quàm ficta in tacendo, vt dixi supr. quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. item qui domino.

De qua tamen materia, videlicet, vtrū eodem modo delinquat tacens veritatē, sicut expressè negans. dic vt not. in l. eum, qui celauit. C. de fal. & in l. presbyteri. in glo. fi. C. de Episc. & Cle. & in Auten. ad hæc. C. lati. liber. tol.

De pœna autem mendacij, & quando & qualiter puniatur mendax, se remisit d. glo. in fin. ad libellum disputatorium Py. Sed tu de hac materia dic, vt not. in l. cùm de indebito in princi. ff. de proba. & in l. inde Neratius. in §. penul. ff. ad l. Aquil. & & in l. penult. ff. de rei ven. p Cy. C. communia vtriusque iudi. in l. si cum patrono. plenè per Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. publi. & in Auten. contra qui propriam. C. de non nu. pecu. & in l. 1. C. de furtis. & not. 22. quæst. 2. primum & per totum. & per Dy. in c. nullus pluribus, de reg. iur. in 6. &c.

5 †Not. ex isto text. in fine, quòd Vasallus, qui facit iniustitiā domino, de alia re, quàm feudali, non perdit feudum secundum Bald. & de hoc dixi suprà, quæ fuit prima causa benef. amit. in d. §. item qui domino.

Oppo. cum glossa final. contra finem huius capituli, quòd imò Vasallus celans rem domini, debeat amittere feudum. Quod probatur sic: nam ex forma fidelitatis iurauit facere vtilitatem domini. Item & non facere rem difficilem, quæ erat facilis domino, vt habetur suprà de forma fidelitatis. in c. 1. Sed celando rem ipsius domini facit contrarium, quoniam celando facit rem esse difficilem domino in probando, quæ esset facilis, si manifestaret. Item esset vtile domino, vt manifestaret, & celando facit sibi rem inutilem. Igitur

[a] Quis non dicitur scire. Adde c. hoc videtur 22. q. 5. Car. Zaba. in c. cum nobis. in 13. no. de electio. idē Card. l. c. cœnobijs. in 1. notab. de Cleri. peregri. Philip. Franchus in regula præsumitur de reg. iur. lib. 6. & qs dicatur scire pro certo. vide per Archi. in c. in domo de pœni. d. 3. & per Domi. in c. de capitulis. 10. disti. vbi dicit, quod dicitur scire p certo, quando est certificatus ab vno fide digno. & pro isto dicto Do. est text. & ibi Anto. de But. in c. 1. de scruti. Ant. de But. in ca. quoties. in vlti. colu. de testi. idem Ant. in c. per inqsitionē de electio. idem Ant. in c. ex literis de iureiuran. Arc. et Io. de Fantu. in c. testes. 3. q. 9. Ioan. de Imol. in l. repudianda. ff. de acquir. hær. & p Pau. de Cast. in l. si posthumus. in §. fi. per illum text. in versi. quem scio. ff. de libe. & posthu.

Igitur ipse Vasallus deierat, cùm faciat contra ea capitula fidelitatis, quæ semper debet habere in memoria, & per cõsequẽs debet amittere feudum, vt ibi. Solu. dicit ista gl. intellige istum tex. quod iste Vasallus cælabat simpliciter, & per ignorantiã: & ideò excusatur, quia non amittit feudũ. Secùs autem si scienter & dolosè seu fraudulenter hoc faceret, quia tũc procederet contrariũ, & priuaretur feudo, vt est casus inf. de lege Cora. in fi. & hoc vult tota ista glo. vsq; in fi. quam sequuntur omnes Doctor. Limitantes tamen istud, quod istud, q dictum est de ignorante, nisi talis ignorans esset in supina & crassa ignorantia, quia tunc æquipararetur dolo, nec esset excusabilis per ea, quæ dicta sunt suprà. & not. benè istam gloss. secundum Bal. quia per eam possumus limitare multa iura, q̃ loquũtur de pœna negantis, sicut patet in eo, q negat relicta pijs locis, vt inst. de acti. in §. Itẽ mixta. Item in eo, qui negat res remansisse in hæreditate, vt. ff. ad legem falci. in l. hæreditatem. in fine. Item in eo, qui negat se possidere. d. l. fi. ff. de rei ven. Item in eo, qui negat feudum, vt hîc. Nam omnia ista iura, & similia debent intelligi, quando negat per dolum vel latam culpam, secundum ipsum Baldum, quod est no. dignum. Et ad hoc facit glo. in d. l. fi. Vtrum autem facta negatione, requiratur libellus ad executionem pœnæ. vide gl. in Autentic. de trien. & semi. in §. illud. & Doctor. in d. l. fi. & Bal. in Auten. contra qui propriam. C. de non nu. pecu.

Oppo. ab extra, quod immò per negationem nõ debeat priuari Vasallus feudo, sed solummodo possessione ipsius feudi, de d. l. penul. aliàs est. l. fi. ff. de rei vendi. Solutio: ibi, quis negabat se possidere. Hic verò negabat esse feudum, nec à domino tenere secundum Andr. de Isern. Et potest esse ratio, quia magis offenditur dominus in ista negatione, cùm in totum excludatur à iure suo per istam negationem, & maius onus probandi incumbit sibi, quàm quando Vasallus simpliciter negasset se possidere, quia tunc facilis est probatio possessionis, vt dixit gl. in l. stipulatio ista. in §. hoc quoq;. ff. de verb. ob. & ibi per Bar. Facit. l. cùm res. & l. siue possidetis. cum ibi no. C. de probatio.

Oppo. dupliciter & fortiter secundum Iaco. de Bel. Et primò si Vasallus succedat in ius alteri, potest licitè negare sine pœna. l. qui in alterius. ff. de regul. iur. Item, si est factum recens, cur Vasallus cogitur contra regulam. l. actor. C. de proba. Et dicit ipse, q ad hæc fortis est responsio, nec aliter respondet. Sed tu soluas primũ contrarium, per ea, quæ dixi supr. in primo & secundo notabili, quoniam exigitur quod sciat. Ad secundum autem dic, q Vasallus ideò cogitur, quia debet ostendere rem, cuius gratia præstitit seruitiũ, ar. ff. de cõfes. in l. certum. & 12. q. 2. c. longinquitate, & infrà tangam.

6 †Quæro ab extra, an postq̃ Vasallus negauit, possit pœnitere, & postea confiteri ad hoc, vt euitet pœnam hîc positam? Et dixit And. de Iser. q non, etiam re integra, quia iam est acquisitũ ius domino ex negatione, q non potest sibi auferri eo inuito: tum quia delictum est consumatũ: tum quia contempsit etiam iudicẽ. vt. ff. de cõtra Tab. in l. si post mortem. §. fi. ff. de pac. in l. fin. & in l. qui ea mente. ff. de furtis. & in l. si quis sit fugitiuus. in prin. ff. de ædili. edict. nisi vellet Vasallus probare errorem vel ignorantiam suã, per dictũ tex. de lege Cor. in fi. Iac. autem de Bel. dixit, q vsq; ad litem cõtestatam, potest pœnitere, postea non, vt in Autẽ. de trien. & semis. in §. studiũ. & ff. de condi. ob causam. in l. si pecu. & ff. de rei vend. in l. is qui se obtulit. cũ l. seq. idem tenet Iac. Ard. Subiunxit tamen Bal. q si dominus esset passus aliquas expẽsas, vel damnũ, q eo inuito, etiam ante litem contestatam, non admitteretur confessio ad pœnam euitandam. per l. eũ, qui. ff. de iureiurã. Nisi Vasallus vellet reficere dictas expensas & damna. ar. C. de iudi. in l. sancimus. & in l. de ætate. in §. fi. ff. de interroga. act.

Et intellige prædicta, quod etiam post litem contestatam posset pœnitere semp, si ætas, vel alia iusta causa patrocinaretur per dictam. l. de ætate. in §. ex cau. & §. seq. & sequen. tenet idem Iac. Ardi. & Bal. ar. in l. destitisse. ff. de iudi. & C. de iudic. in l. rem non nouam. in fin. Quid autem si sua responsio negatiua fuisset iurata. Vtrum postea possit eam retractare, vt euitet pœnam, vide per Inno. in c. cùm dilecti, extra de accusa. & Doct. & Bal. in Auten. contra qui propriam. de nõ nu. pecu.

7 †Quæro quid si Vasallus negans, conuincatur de mendacio, per iuramentum domini, an [illegible] tietur istã pœnam, vt amittat feudum? Et dic quod non, secundum Iac. de Bel. & Bald. per l. eum qui. ff. de iureiur. & in Autenti. de trien. & semis. in §. studium quoque. & §. sequen. Intelligitur enim iste text. quando dominus probat

i feudum

feudum per testes secundum ipsum.

8 †Quæro si petij feudum & succubui, an potero postea petere, vt alodiũ? dic vt no. in l. pe. C. de inge. manu. & tenet Bald. quod sic. in l. 1. ff. de re. diui. in q. 29. de qua quæstione tamen latius vide, per Doct. in d. l. penu. & hanc quæstionem latè examinaui suprà eo. in c. 1. in fine.

9 †Quæro quid si Vasallus dubitat? dic quod potest respondere dubitanter, vt inf. in c. Vasallus, debet tamen habere terminum ad deliberandum. vt in l. qui interroga. act. & C. de iuramento calum. in l. 2. in §. q; obseruari. & si postea non respondeat aliter poterit fieri litis contestatio. vt dixi supr. si de feu. Vasallus fue. interpel. in c. 1. in fine, &c.

10 †Quæro si Vasallus præstitit seruitium domino longo tempore, vel longissimo tanquã Vasallus, & postea incipit seruitium domino denegare, & denegat se tenere in feudum, an teneatur ostẽdere rem, cuius causa p̃stabat seruitium, vel an præsumatur prẽstitisse de omnibus bonis, vel an debeat probare dominus? Et super hac quæstione Azo. Ia. de Bel. & Nic. de Neap. determinant contra Vasallum, vt cogatur ostendere, rem, cuius gratia præstabat seruitium. arg. in l. certum. ff. de confessis. & 12. q. 2. c. longinquitate. & ff. de interroga. act. l. non alienum. & ff. de aliment. & ciba. le. in l. penultim. & in Auten. de manda. prin. in §. coges. & C. de dona. in l. si qs argentum. Aliàs videatur pro toto patrimonio præstitisse seruitium: vt ff. de iudi. in l. si fideicommissum. in §. 1. dummodo non habuerit iustam causam ignorantiæ. ar. in l. qui in alterius supra allegata. Dicit tamen do. Bal. quod in istis factis antiquis, vbi non apparent instrumenta, nec testes, recurritur ad communem hominum memoriã & famam. vt ff. de proba. in l. si arbiter. & de neg. gest. in l. at qui natura. & C. de rei vendi. in l. iudicia. Quoniam fama, quæ diu viguit, inducit præsumptionem, & super hoc etiam domestici poterunt interrogari. ar. no. in l. 2. C. quãdo & quibus quarta pars de. & in l. si in rem. in prin. ff. de rei vendi. & in l. subsignatum. in §. fi. ff. de ver. sig. Et ad hanc q̃stionẽ vide, quod dixi suprà eo. in c. 1. & in c. 2. supr. de feu. Mar. & infrà, de contro. inter masc. & fœm. in c. 1. & ibi plenè per Andr. de Isern. & per eundem And. plenius inf. de prohi. feu. alie. per Fed. in §. illud quoq;. & q̃d ibi tãgitur. & q; ibi dixi. Facit c. cùm causam. de proba. 2. q. 1. legum. & extra. vt ecclesi. bene. vt nostrum. & q̃d no. in c. ex frequẽtibus. extra de insti. & in c. 1. de reg. iur. lib. 6. & per Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de feudis super rubrica ad fidem. & hîc per Iac. de Bel. In beneficijs autem ecclesiasticis. an quis teneatur ostẽdere iura sua, habetur in c. 2. extra de consue.

11 †Quæro quid si per statutum, vel per iudicem est stabilitus, & præfixus certus terminus ad respondẽdum, an elapso termino, poterit reuocare suam responsionẽ factam infra terminum, & sentit Bal. quod non in dicta Autent. contra qui propriam arg. ff. de adulte. in l. accusatò. & quod no. ff. quod metus causa. in l. si cum exceptione. in §. hæc autem actio.

Quæro si Vasallus priuetur feudo, per suum mendacium, prout disponitur hîc, ad quem debet redire feudum, & vtrũ etiam filij sint exclusi, vide q; dixi suprà, quæ fuit prima causa benefi. amit. in fi. & quod dicam infrà eo. in c. si Vasallus culpam.

Vltimò de pertinentibus ad materiam istam, vide in c. si Vasallus infrà eo. & infr. in ti. de controuer. inter do. & emptor. & in d. ti. de lege Cora. in fi. & Iaco. Ardiz. in Summa. in ti. quib. mod. feu. amit. sub rubricella. si sciens Vasal. feu. fuerit inficia. amittit & in directoria iuris. in tit. de feu. §. 7. & Hosti. in Summa. in tit. quibus mod. & per d. Fran. Zaba. in cæterum. extra de iudi. in quinta quæstione.

SVMMARIA.

1 *Res feudalis esse quæ dicatur.*

2 *Feudum vt præscriptione acquiratur quæ ad hoc requirantur.*

Possessio continua qualiter probari possit. Remissiuè.

3 *Seruitium non inducit feudum.*

Præscriptio 30. anno. an habeat locum in feudo, an Vasallus fuerit in mala fide.

4 *Vasallus non habens titulum se tuetur etiam contra dominum.*

Vasallus cadens à possessione, an possit dictam rem vendicare.

Præscribens & dominus si simul concurrant, quis in vendicando debeat præferri.

5 *Vasallus permittens ius suum præscribi si dominus illud auocauerit ipse Vasallus non recuperabit.*

Decima possessa iure feudi, an possit præscribi.

Vasallus sicut præscribit rem sibi datam in feudum: ita econtra dominus præscribit ius petendi seruitium.

Res de iure præscripta, an possit etiam in foro conscientiæ tuta teneri.

Statutum an possit tempus præscriptionis 30. anno. abbreuiare.

6 *Feudum per præscriptionem acquisitum an transeat ad hæredes.*

SI QVIS PER TRIGINTA annos. Si res sit possessa tanquam feudalis per annos triginta, & ex ea tanquam feudali sint præstita seruitia, censetur feudalis, dato quod non appareat alia inuestitura. hoc dicit. Vel sic secundum Andræ. de Isernia. Si Vasallus posidet feudum, de quo seruiuit domino, & seruitium præstitit per triginta annos, licet, non probet se inde inuestitum fuisse, tutus erit præscriptione. hoc dicit. In text. ibi, per triginta annos, scilicet, cõpletos, cùm hîc ponatur dictio: per quæ [a] denotat perfectionem [a] temporis, vt in L. vrbana. in §. pernoctare. in fin. ff. de verb. sig. & not. ff. de vendi. in poss. mit. in l. 1. §. penultim. Ibi, in feudo, id est, tanq̃ feudalem. Ibi, exhibuerit, scilicet, quando dominus voluit & requisiuit secũdum quod traditur. in c. licet infr. eo. Ibi, se tueri potest, subaudi, quia habebit exceptionem paratam ad se defendendum in dicta re, tanquam feudali. Et est ratio, quia omnis actio tollitur tanto tẽpore, vt in l. omnes. C. de præscriptione 30. an. Et hoc voluit gl. hîc posita in sui prin. quæ in dicta parte per hoc est expedita.

2 [b] † Not. quod feudum potest acquiri præscriptione, [b] dummodo ista interueniant, videlicet, & primò, quod quis possederit rem tanquam feudalem, per spacium 30. anno. continuò, qui anni 30. debẽt esse integri continui, & non interrupti, vt no. suprà de feu. da. in vicem legis commisso. in c. final. in gloss. magna. in fine. & ibi dixi. Secundò quod ex dicta re sint pręstita seruitia, tanquam de re feudali dicto tempore.

Quod intellige verum, etiam si nõ fuisset præstitum seruitium, nisi post q̊d seruitium iam fluxi sunt anni 30. Sufficere enim debet semel præstitisse, & ex tũc triginta anno. elapsos, q̄ dominus nõ habuit necesse habere seruitium, per ea quæ dicuntur extra de causa pos. & propriè. in c. cùm ecclesia. in fi. secundum And. de Iser. Fuit tamen ipse Vasal. semper parat⁹ obedire, & seruire domino tanq̃ Vasall⁹. vt in d. c. licet, infr. eo. Tertiò reqritur q̄ possessio ista 30. ann. fuerit formis. i. habita semper tanq̃ feudalis, prout alibi dicimus. in l. fin. ff. quemadmod. seruitus amit. Et hoc modo loquitur etiã. l. cùm de in rem verso. ff. de vsuris, quæ intelligi debet in præstatione formi, & causa inserta, secùs si possessio, vel præstatio esset informis, scilicet absq; causa, quia tunc non operatur plus quàm stipulatio sine causa, vt in l. 2. in §. circa. ff. de doli except. Qualiter probari debeatur ista possessio continua. vide Bar. in l. Celsus. ff. de vsucap. & Cyn. C. de longo tempore præscripti. in l. super. & Bal. in l. post sententiam. C. de sen. & Spe. in ti. de proba. in §. ad fin. & quod habetur in l. Meuia. ff. de manu. testa. & in l. 1. in §. 1. ff. de iti. actuq; priua. & per eundem Bal. in l. non idcircò. C. de fide instru.

3 † Not. quod per receptionem solam seruitiorum, non inducitur constitutio feudorum, nisi sit præscripta longissimo tempore, scilicet, triginta annorum, quo casu feudum intelligitur constitutum, vt hîc.

Quod intellige verum, etiam absq; aliquo iuramento Vasalli, vt no. glo. infrà de consue. rect. feud. in c. 1. in princ. & hoc ideò est, quoniam in hac re possessa, nunq̃ fuit habitus per Vasallum alius tit. præcedens, nisi quia semper possessa est, tanquã feudalis. Si verò à principio ipsam possedisset aliquo alio titulo, vt fortè loco pignoris, sed post dictum tit. pignoris, ipsam possedi per spacium triginta annorum, tanq̃ rem feudalem, tunc vltra dictam p̃scriptionem triginta annorum esset necessarium iuramentum ipsius Vasalli, cũ 12. sacramentalibus ad hoc, vt probaretur feudum. Iste est casus. in d. c. fi. supr. de feu. da. in vicem legis commissor.

Sed aduerte, vt benè & funditus intelligas istum textum, quod omnia prædicta habent locum, quando nulla est facta inuestitura, nec aliquid probat Vasallus de ipsa inuestitura, vt præsupponit iste text. quoniam si fuisset facta inuestitura, quam allegat Vasallus, sed eam plenè non potest probare, tunc si mediante ea asserta inuestitura, ipse Vasallus steterit in possessione ipsius feudi, per annum sciente domino, & non contradicente. tunc stabitur sacramẽto Vasalli de dicta inuestitura facta, & per suum sacramentum probabitur dictum feudum, vt est casus suprà in titulo, si de inuestitura inter dominum & Vasallum lis oriatur. in c. 2. in fi. Et in isto casu sufficeret sola possessio anni: vt ibi. Et per ista habes soluta plura contraria. Et hoc modo potest intelligi etiam §. similiter, suprà de controuer. inuestituræ. Quid autem in iuribus incorporalibus, quæ non propriè posidentur, sed quasi, dic vt dixi supr. quid sit inuestitura. in §. si verò Vasallus. Quæro cum

[a] Dictio per quæ denotat perfectionem Adde Bar. in l. quinquaginta. ff. de excu. tu. in l. placet. C. de sacrosan. eccl. per Car. Zab. in l. licet. in §. ex p̃missis. de proba.

[b] Quod feudũ p̃t acquiri p̃scriptio. Adde Doct. in c. ad audientiã. de præscript. Ioan. Andr. in addi. Spec. super rubrica. de p̃scri. Spec. in ti. de feudo. super rubr. Bald. in c. ex part. ad de. de testib. Bal. in proœ. secundi lib. Decretaliũ.

glossa de quatuor quæstionibus, de quibus breuiter se expedit remittēdo. ad l. si quis emptionis. C. de præscriptio. triginta annor. & prima quæstio est ista, an iste textus habeat locum, etiam si iste Vasallus possidens fuerit in mala fide? & respondeo q̄d sic, quia se defendit, & est tutus exceptione præscriptionis, cōtra omnes etiam cōtra dominum, vt hîc: & est de mente huius glos. Tamen Iacob. de Bel. quem sequi videtur Nico. de Neap. dicit, quod in feudo oportet, quod habeat bonam fidem ad hoc censeatur feudum.

Ego autem non recederem à mente gl. in quæstione proposita, nec in hoc cōtra dicit etiam ipse Iacob. vt iste Vasallus etiam in mala fide habeat exceptionem, argumentum. in l. fina. in fi. C. de edict. di. adri. tol. & tenet Andræ. de Isern. & etiam Azo sentit in Summa.

De iure autem Canonico, dic vt per Dynum. in capitulo secundo. de regulis iuris. in vi. & extra de præscriptione, si diligenti, de quo per Bartol. plenè in l. sequitur. in §. si viam. ff. de vsucapio. Et ibi tenet, quod lex. ciuilis & statutum potest disponere, vt male fidei possessor præscribere posit in odium negligentis, vt in l. finali in fine. C. de edictio. di. adri. tol. & Baldus hanc opinionem sequitur. hîc dicens ita debere obseruari in foro nostro, propter libertatem subditorum, ne de iure suo semper dubitent. vt nota. glossa singularis in Autentic. de tempore non solu. penul. in §. 1. Et intelligitur esse quædam pœna legalis. argum. ff. qui ex causa mag. licet. l. sed si per prætorem. in §. sed si dum. Et ad prædicta facit, quod nota. in capitulo primo de præscription. & in l. 1. in princip. ff. de edendo. & per Innoc. in c. curia. extra de iure patro. Et de hac materia plenè per eundem Baldum in Autentic. ad hæc. C. de vsur. vbi videtur sentire cōtrarium, & ibi plura ponit ad hanc materiam, & virum, & qualiter posit denunciari ecclesiæ, ibi videas, & in Speculo de præscri. ad finem, & quod no. in c. fi. extra de præscriptione.

4 † Secunda quæstio est, an habeat locum etiam in Vasallo nullum habente titulum? Et dic quod se defendit aduersus omnes etiam contra dominum. Et casus est hîc, & probatur in dicta l. si quis emptionis. in §. 1. & tenet Andræas de Isernia.

Tertia quæstio est, quid si iste Vasallus caderet à possesione, an posset dictam rem vendicare tanquam dominus? Et ad hanc quæstionem respondeo, quod aut bona fide præscripsit, aut mala fide. Primo casu habet vtilem rei vendicationem cōtra quemlibet, præterquam contra dominum secundum Communem opinionem. Pet. tamen dixit, quod etiam contra dominum posit vēdicare. vt ibi dicit Cy. Secundo casu, quando mala fide, tunc nō potest vendicare, nec habet actionem nisi contra eum, qui sibi abstulit vel surripuit, & contra eum, qui missus est in possesionem ex primo decreto, propter contumaciam ipsius præscribentis, qui nō comparuit, vt patet, in dicta l. si quis emptionis. in §. penultimo.

Quarta quæstio est, quid si prior dominus & iste præscribens concurrant in vendicando, quis eorum præferatur? Et respondeo, quod si p̄scribens fuit bonæ fidei, cū habeat actionē virilem debet p̄ferri ipsi domino habēti actionē directā. arg. in l. 1. & 2. ff. si ager vectigalis vel emphi. peta. & tenet. Iac. Ardiz. quem sequi videtur Cy. in dicto loco. & Andr. de Isern. hîc. Facit quod no. infrà de lege Cora. in §. similiter licet, alij consenserint: vt ibi patet. Si verò præscribens fuit malefidei, tunc dominus deberet præferri, vt puto, nisi ageretur contra eas personas, de quibus suprà proximè in alia quæstione dictum est. Possent etiam plures aliæ quæstiones ad istum propositum facientes adduci, quæ ibi tanguntur, quas hîc recitare superfluum videtur, sed sufficiat remittere ad dictam l. si quis emptionis. vbi videas.

Opponitur ab extra, quod immò talis posidens per annos triginta non præscribat, sed requirantur anni 40. l. fina. C. de fun. pa. libro 11. & C. ne rei do. vel templo. in l. 2. & C. de præscriptio. triginta annorum. in l. omnes. & in l. comperit. Solu. hîc loquimur de pręscriptione, quæ currit aduersus priuatum, dicta verò iura loquūtur de pręscriptione, aduersus Rempu. vel templorum, quibus præscribitur solùm p̄ spacium. 40. annorum. Facit l. fi. & Autē. quas actiones. C. de sacrosanctis eccle. & tenet And. de Iser. hîc. Sed Nico. de Neap. in dicta lege final. de fun. patri. tenet indistinctè in feudis currere pręscrip. 30. anno. per istum textum.

Opponitur quod immò in feudis nulla habeat obstare præscriptio. vt in l. 1. in §. 1. infr. de prohi. feu. alien. per Federicum. & infrà de ca. Cora. in §. præterea. Solutio; intelligas illa iura, vt tollant omnem

mnem præscriptionem in feudis, excepta præscriptione longisſima, de qua loquitur iste textus ita nota. glossa soluendo istud contrarium. in d. §. præterea. Vel possumus dicere, q dicta iura loquuntur, quando per præscriptionem tolleretur feudum de medio, hic verò non præscribitur contra feudum, sed p præstationem seruitij factum tanto tempore, inducitur præsumptio, quod sit feudum. Sicut videamus in simili de contractu emphiteotico, qui præsumitur per solutionem longisſimi temporis, vt notat. glossa magna in fine. in l. 2. C. de iure emphiteotico. & Specul. in titulo de loca. in §. nunc aliqua. versicul. 142. Item, similiter videmus, si quis permanserit tanquam homo meus, reddendo mihi per spacium triginta annorum, quoniam intelligitur præscriptū, vt ponit Specu. in ti. de feudis. in §. 2. versi. 3. quæritur.

Oppo. quod immò iste Vasallus, non potuerit pręscribere, quia à principio non habuit, nisi naturalem possesſionem solam, mediante qua non procedit præscriptio. l. acquiritur in fin. ff. de acqui. re. do. Solutio: hic videbatur habere etiam ciuilem coherentem illi naturali, pter præstationem seruitiorum, & sic præscribit, vel hic potuit præscribere vtile dominium. De qua materia dic vt per Doctor. ibi & per Dyn. in c. sine possesſione de regul. iuris. in 6.

5 †Quæro ab extra, quid si Vasallus permittat præscribi ius suum à tertio, dominus verò auocauit ab isto tertio, an posſit postea idem Vasallus auocare à domino, & dicit Py. quod nō, quia per suam negligentiam videtur renunciasse iuri suo. arg. C. de his qui à non dominis ma. in l. fin. & q̃d nota. ff. de neg. ge. in l. si ego. Item, quia dominus non potest conueniri actione psonal. p l. corruptionē. C. de vsuf. Nec vtili, quia iam est absorpta p pscriptiōem, vt in l. si quis emptio. C. de pscri. 30. an. & ita determinat etiam Bald. inf. de prohi. feu. alie. per Fed. in §. penu. Et subiungit quod ipse dominus vendicans à possessore, non potest ab eo petere fruct⁹ pteritos p ipsum perceptos. arg. in l. fi. in §. penul. ff. quæ in fraudem credi. & quod not. in l. fructus. ff. de rei vendi. & de condi. indebi. l. indebiti. in §. sed & si nummi. Et circa hanc quæstionem vide plenè per Ioan. And. in addi. in titulo de feudis. super rubrica. versicul. 28. Quæro an decima possessa iure feudi posſit præscribi? dic vt in c. causam quæ. extra de præscriptione. & quod dixi suprà de his qui feudum dare posſ. in princ. & quod habetur in cap. dudum. extra de decimis. Quæro nunquid sicut Vasallus præscribit sibi rem in feudum, ita econtra dominus pscribat ius petendi seruitium? Respondeo quod sic secundum Bal. cùm ista sint correlatiua, qa dato vno, sequitur & aliud de necesſitate per contrarium. l. finali. C. de indict. vidui. & ff. de iureiurando in L. si duo. §. si quis iurauerit. & in §. Marcellus. Et pro hac sententia adduco autoritatem Specul. in d. §. 2. versicul. 3. quæritur in titulo de feudis. Idem dicit Bald. si posſideat dominus totam rem feudalem pro sua, & tanquam sua consolidando vtile dominium cum proprietate, ita quod per spacium triginta annorum posſideat integre contradictione Vasallus. quod posſidendo suam proprietatem sine adeptione alterius titul. præscribere consolidationem & amotionem vtilis dominij. & allegat. l. si hæres. ff. ad Trebel. & autoritatem Gul. de Cu. in l. si quis emptionis. & quod habetur in d. §. si viam. Quæro an feudum antiquū, q debet semp & imperpetuū transire ad agnatos, posſit pscribi in piudicium agnatorū nasciturorū, dixi suprà de succ. feu. in §. hoc quoq;. in quæstione fin. vbi videas. Quæro an quando quis est tutus ista vel alia præscriptione approbata à iure, posſit sibi tenere rem præscriptam etiam in foro conscientię, & sentit Innoc. quod sic in c. cùm pastoralis. extra de iure patro. & Bald. suprà de conten. inter do. & Vasal. de inuest. feud. in fi. & in l. cùm quis. C. de iuris & factis. igno. de quo etiam per ipsum in Autentic. ad hæc. C. de vsuris. Quæro an feudum Gastaldiæ posſit pscribi per annos triginta. dixi suprà de feu. Guar. in §. 1. Quæro quid si Vasallo accrescat aliqua portio acquisita per præscriptionem, & postea præscribens moriatur, an dicta pars resoluatur, dixi suprà de controuersia inuestitura. in fine. Quæro quid si seruitus sit præscripta contra feudum, an præiudicet domino, dic vt dixi suprà de inuestitura de re alien. facta. in §. quid ergò. Quæro an augmentum acquisitum per Vasallū posſit pręscribi iure feudi? dic vt dixi in d. §. quid ergò, de inuestitura de re alie. facta. Quæro vtrum per statutum posset abbreuiari tempus huius præscriptionis, de qua in capitulo isto? Et sentit Baldus, quod sic per regulam generalem, quod tempus subrogatum loco alterius temporis,

sapit eius natura.l.si eum.in §.qui iniuriarum.ff.si quis caus. & C.de tempor. in integrum resti.in l.superuacuam. & ad hoc adduco.l. in contractibus. & quod ibi dixit Baldus.C.de non nupt.pecun. & quod dixi suprà. qualiter olim feudum potest aliena.in §.porrò.

6 †Quæro an istud feudum acquisitum per præscriptionem transeat ad hæredes? Et formatur ista quæstio.& Bal. in l.liberti.C.de operis libe.Et tenet q, sic, scilicet, ad alios, qui veniebat ex natura feudi, cōcessi simpliciter.ar.in c.super quibusdam de ver.sig.in §.præterea. & q, no. in l.1.C. de serui. & aqua. & vide circa hoc, q, scripsi suprà de contro.feu.in §.si.in penul. & finali quæstione.

Vltimò ad materiam præsentis capituli vide, quod dixi suprà de inuestit. de re alie.fac.in §.quid ergò.&in §.econtrario, & quod dixi supr.si de inuesti. inter do. & Vasal.lis ori.in fi.& de feu.da.in vicem legis com. in c.fi.&in ti. quid sit inuestitur. in §.si verò Vasallus.& quod habetur supr. qualiter olim feud. potest alie.in §.porrò. & quod dicam infrà de feu.non ha. ꝓpriã naturam feu.in c.1.Et vide, Ioan. Andr.in additione Specu.in ti.de præscrip. sup rubrica.& plenè per Iac.Ardi. in Summa in ti.quibus modis feudum acqui.in §.fin.& rubricella fi.& in titu.de succ.feu. sub rubricella.In feu.regni Marchiæ, Duca.non successio. in §.fi. & quod dixit Bald.in l.1. ff.de rerum diui.in 4.q.& latius in q.31.& Cynus.in l.comperit.C.de præscriptione 30.anno.& Bald.in l.1.C.de fideicommis. circa medium.& plenè per Specul. in titulo de feudis.in §.2.versiculo tertio quæritur & de capitulis extraordinarijs.in §. in beneficijs.& in Specul. de locato.in §. nunc aliqua ver.43.& sequē. & seq. & per Ioan.in Summa de feudis.in §.qualiter & per Butr.& Canonistas.in c.ad audientiam.extra de præscriptione.

a *Feudatarius per superuenientem clericatum. Ad de Doctor. in Autenti. ingreßi. C. de sacrosanc. ecclesi. & per Docto. in c.in præsentia. de proba.*

SVMMARIA.

1 *Feudatarius si efficiatur clericus feudo priuabitur.*

2 *Feudatarius clericus, an poßit feudum retinere, & per substitutum seruire.*

3 *Feudum an per votum sine tamen ingressu religionis amittatur.*

Episcopus an poßit in voto dispensari.

4 *Filius ex clerico, auo non succedet in feudo.*

Vasallus clericus suscipiens ordines minores, an amittat feudum.

5 *Libellum vel præcarium clericatu superueniente amittitur.*

Clerico mortuo an agnati sui, an verò ecclesia præfertur in bonis.

6 *Clericus feudum à laico recognoscens ipsius iurisdictioni subesse dicitur.*

Clericus feudum à laico recognoscens, an teneatur sibi iurare, & fidelitatem facere.

Feudatarius ecclesiæ, tenetur iurare fidelitatem, ne dum ecclesiæ, sed etiam prælato.

QVI CLERICVS. Si Vasallus efficiatur clericus secularis, vel regularis, amittit feudum, hoc dicit. In textu. ibi, clericus, scilicet, secularis: vt differat à sequē. Ibi, assumpsit, scilicet, intrando religionem aliquam approbatam, vel expressam animo ibi remanendi, faciendo ibi professionem tacitam vel expressam. Nam hoc modo intelligitur votum religionis assumi & solennizari, vt in c.1.de vo.& vo.re.lib.6.& not. in c.porrectum.extra de regularibus, vbi ponitur forma, & dixi suprà de Vasallo mil.quia arma bellica deposuit.in c.1. Duplex namq; est votum, scilicet, simplex & solenne: vt no.in c.rursus.extra qui cle.vel vo.& in c. sicut 12.q.1.& c.nuptiarum. Ibi, eo ipso, id est, ipso iure absque aliqua alia sententia priuatiua, ex eo, quia mutauit statum secundum Bal.& dicit hîc esse casum notabilem, pro quo vide quod dixi in c.1.suprà, de feu.sine culp. nō amit.q.2.& per ipsum Bald. in l. si qua. C. de sec.nupt.& in l.sub conditione. ff. de condi. indebi.& in l.incestas.C.de secundis nupt.

1 †Not.quod feudatarius per superuenientem clericatum a amittit feudum, siue sit clericus, qui poßit habere proprium, vt sunt clerici seculares, siue sit clericus, qui non poßit habere proprium, sicut sunt regulares & reliqui. Et est ratio, quia postq̃ incœpit esse miles Dei, desinit esse miles seculi. Nec debet ꝑtinere beneficiū ad eū, qui nō debet gerere officiū, vt in d. c.1.suprà de eo, qui arm.bel.depo.Et hoc voluit glo.hîc posita in sui prin.quæ ꝑ hoc remanet expedita vsq; ad versi.sed nunquid.Et alia ratio, quia militans Deo, non debet se implicare negotijs secularib.extra nē cle. vel mo.in c.1.& 30.q.3. Apostolorum. Et hanc rationem asignauit gl.infrà de ben. fe.in c.1.

2 †Quæro cum gl.prædicta in dicto versicu.sed nunquid, an iste Vasallus effectus clericus, qui per clericatum amisit feudū, poßit illud retinere, donec viuit, & seruire per substitutum, Et ista glossa ad hanc quæstionem

quæstionem non respondet, sed remisit ad Brocarda Azo. quem appellat iuris prudétiam, sicut alibi facit de libello Py. vt suprà de controu. inter Vasal. & Episc. in c. 1. Alia tamen gl. infrà de lege. Cora. in c. 2. in §. 1. dicit quod ista quæstio est Pylei. Et aduerte, quia Azo. in brocardis suis, non determinat, sed solùm inducit in argumentum, quòd feudatarius per subrogatum posit seruire, & quem voluit loco sui subrogare potest. Ita dicit ipse in dicto libello sub rubricella, de feu. beneficijs & causis. Et ad hoc probãdum inducit dictam l. quisquis. C. de Episc. & Cleri. & insti. de rerum diui. in §. si quis autem. & ff. de sta. ho. in l. Paulus. & C. de legiti. hære. in l. ex libero. cum pluribus similibus. Tu autem in proposito considera, quòd quæstio nostra loquitur in Clerico, qui de se nõ potest feudo seruire, an poterit per alium. Et gl. infrà de be. Fe. tenet quod sic. Sed tu de hac quæstione dic, vt dixi latius in dicto c. 1. suprà de mili. Vasal. qui arma belli. depo. in oppsitione ibi formata, vbi distinxi conditiones feudorum seu genera seruitiorum, quæ si possunt æquè præstari, per Clericum seu monasterium, tunc posit fieri in per substitutum, aliàs secùs. Et hoc etiã tenet hîc Bal. quia non debet status obligationis variari, vt ff. de verb. obli. l. insulam. & non debet domino per Vasallum iniqua conditio afferri, vt ff. de reg. iur. in l. non debet. Et pro hac determinatione adduco textũ. & glo. inf. an mutus, vel aliter imperfec. in fi. & q. dixi inf. de benef. Fe. in §. 1. Et per hæc iura tradit Andr. de Iser. talem conclusionem, quod vbicunq; Clericus potest habere feudum, quod seruiet per substitutum. Et hoc dicit esse regulare, in omnibus feuda habẽtibus, & personaliter seruire non valentibus, vt inf. eod. in c. si minori. & in c. si quis decesserit. Et hanc conclusionem sequitur etiam Bald. in d. c. de Vasal. mili. qui arma belli. depo. Sed de his qui non sunt Clerici, sed tamen per se seruire nõ valent, an possint per substitutum seruire, dicam in d. c. si quis decesserit. Facit q. dixi sup. quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. sed nec alia in fi.

Op. ab extra, q. imò per clericatus seu monachatus susceptionem, non deberet quis priuari feudo cũ ex tali actu quis non debeat pati aliquam pœnam, etiam respectu bonorum, vt est casus in l. fi. in §. hac et iam. de Episc. & Cle. So. ipsa qualitas & natura feudi hoc operatur, vt effectus Clericus illud retinere non valet, dicto. c. 1. sup. de mili. Vasal. &c. & in d. c. 1. in fin. infrà an mutus vel aliter imperfectus.

3 †Quæro ab extra, quid si iste Vasallus nõ intrauit religionem, sed vouit intrare & in perpetua religione perseuerare, an ex hoc voto sine ingressu amittit feudum, & dicit Andr. de Iser. quod sic per istum text. vbi videtur esse casus non violando literã, probatur etiam ratione, quia obligatus est voto ad ingrediendum. l. 2. in §. voto. ff. de polli. Et si non implet votum, peccat mortaliter, cũ scriptura sacra præcipiat vouete, & reddite [a] domino Deo vota vestra. Et ex hoc non posset stare in curia domini sine dedecore. 22. quæstione. 2. faciat. & per cõsequens ipse dominus poterit ipsum repellere, vt inf. an ille qui interfec. fra. do. in c. 1. quando autẽ & qualiter votum obliget vouentem, & an posit cogi ad ingressum religionis, & similiter an monasteriũ posit compelli ad suscipiendum, vide in c. porrectum. extra de reg. & in c. pe. extra de voto. & per Innocẽ. extra de censi. in c. ex parte. Aliud enim est religionem intrare, aliud intrando vouere, & aliud profiteri religionem, vt in c. quid post votũ de reg. lib. 6. Vtrum aũt Episcopi posint in voto dispensare, dic vt no. extra de voto in c. 1.

[a] *Vouete & reddite. Adde 17. q. 1. in princ. & in c. magnæ devoto. originaliter. 23 & psalmo 75. incip. not⁹ in Iudæa.*

4 †Quæro an filius legitimus ex Clerico succedat auo in feudo. Et dicit Iac. Ardi. q. non, sicut nec eius pater ad similitudinem nati ex filio naturali, qui non succedit, put ipse refert in titu. de succes. feud. sub rubricella, an Clericus succedat.

Sed ego non puto hoc esse verum in filio nato ante clericatum, quem puto posse succedere auo in feudo. Probo ratione, quia si iste Clericus fuisset priuatus per delictum, non prejudicaret filio in feudo aui. Multò minus isto casu, prout dixit infrà, si Vasal. feud. priuetur cui differri debeat in c. 2. Quæro an istud capitulum habeat locum etiam in Clerico, qui suscepit ordines minores, vt amittat feudum, nec illud recuperare posit, dato, quod desinat esse Clericus, & glo. in c. naturales. inf. eod. videtur tenere quod sic, videlicet, vt amittat, nec recuperare posit. Idem videtur tenere Nico. de Neap. in d. c. 1. in fin. infrà de benef. Fede. Idem tenet dominus Bald. hîc si cum illo clericatu habuit beneficium ecclesiasticum, aliàs secùs, per ea quæ habentur in c. gratiæ. extra de rescrip. in Cle. Ad quod facit quod dixit Bart. in l. in concubinatu. ff. de concubinis. Et pro hoc adduco. c. si voluerit. infrà de capi. qui cur. ven. Facit Auten. si Clericus. C. de Episcop. &

Cle. & in Auten. quomodo oportet Episcopos. in §. semel autē. & de sanctis. Epi. in §. & generaliter. Sed aduerte quia ipse idē Bal. in d. c. 1. de benefi. feud. tenet expressè, quod per susceptionem ordinum minorum, non videtur quis renunciare feudo, neq; fieri inhabilis ad feudum, quia poterit seruire per substitutum. Et posset esse ratio satis vrgens pro hac parte, quam hîc Bald. allegat, videlicet, ne sit in potestate agnatorum circumuenire adultum habētem feudum. Et ideò dimittendo Clerica. posset recuperare & reintegrari ad dictum feudum, ope restitutionis, per not. in d. c. naturales. & in d. c. 1. de benefic. Fe. Et ista opinio videtur mihi satis æqua in isto casu huius suspicionis. Quinimò Iacob. de Bel. motus ex hac eadem æquitate, tenet quod talis Clericus in minoribus constitutus, non priuetur, per c. ei qui postea, quinquagesima di. & 27. q. 2. c. scripsit. prout ipse dicit in d. c. 1. in fi. de benifi. Fe. vbi formauit quæstionem & dicit vidisse de facto.

5 † Quæro an per clericatum vel monachatum superuenientem, quis amittat libellū, vel præcarium, seu vsumfructum, quem habebat in re aliqua, & dicit Bald. quod non, quia retinebit saltem donec viuet. l. peto. §. 1. ff. de le. 2. & C. de Episcop. & Cleric. in l. si quis presbyter. Et est ratio, quia in talibus non exigitur seruitium personale, sed reale, quod à Clerico vel monasterio poterit æquè persolui. arg. insti. de acqui. per arroga. in §. fin. Mortuo autem ipso Clerico, quis debeat præferri in bonis suis, an agnati sui, vel ecclesia. vide per Bal. in l. si quis presbyter. C. de Episc. & Cleric. Eo autem viuente, quis præferatur in feudo, dixi in d. c. 1. de milite Vasallo qui arma belli. depo.

6 † Quæro si ecclesia vel Clericus recognoscat feudum à Laico, an ratione talis feudi sit sub iurisdictione ipsius domini Laici? Respondeo quod sic, vt tenet gloss. 11. quæst. 1. in Summa. & Innoc. in c. ceterùm. extra de iudic. & Archi. in c. Clerici. de Cleric. coniuga. libro sexto. & Bald in l. fi. C. fine sensu vel reliquis. Et ad hoc vide infrà de capi. Cora. in fi. & quod dixi infrà de statu. & consue. contra liber. eccles. in §. statuimus. in 1. nota. vbi latè scripsi. Vtrū autem talis Clericus qui recognoscit feudum à Laico, teneatur sibi iurare & fidelitatem facere? dic quod sic, vt in c. nimis extra de iureiuran. de quo dicatis, vt ibi & quod dixi in c. qualiter iura. debeat Vasal. & suprà de controuers. inter Vasal. & Epis. in c. 1. Sed vtrum tenens feudum ab ecclesia teneatur iurare fidelitatem, nedum ecclesiæ, sed etiam Prælato. dic quod sic, vt no. glo. 63. dist. 1. c. tibi domino.

Vltimò de materia huius capituli vide plura quæ dixi suprà in d. tit. de mili. Vasal. qui arma belli. depo. & in remissionibus quas ibi dedi. & quod not. in c. naturales. infrà eo. & quod dicam infrà in titu. an mutus vel aliter imperfectus. in c. 1. & Iac. Ardi. in Summa in tit. quib. mod. feu. amit. sub rubricella, si Vasal. Clericus efficiatur. & in Specul. de locato. in §. nunc aliqua. versi. 253. & ver. sequen. & quod dixit Bal. in l. qui se patris. C. vnde liberi. & in Autē. nisi ad Trebel. & per Canonistas in c. statuimus. extra de regularibus. & in c. beneficium. de regula. lib. 6. & per Hostien. in Summa tit. de feud. in §. quib. mod. ad fi. & per Bart. de Py. in Summa sua in litera feu. & in l. 1. C. quæ sit long. consuet. per gloss. & per Docto.

SVMMARIA.

1 *Vasallus non tenetur se omni anno, nisi vocatus fuerit se præsentare.*

1 ET SI VASALLVS. † Vasallus non priuatur feudo, licet omni anno se domino non presentet. hoc dicit. Et ratio dubitandi poterat esse, quia videbatur quod deberet se præsentare, sicut statutum est in Episcopo, qui ex forma iuramenti sui semel in anno debet se præsentare, & visitare limina Apostolorū, nisi ex iusta causa excusetur. Aliàs punitur, vt extra de regulis iuris. in c. ego Episcopus. in fi. & 93. di. iusta ratio decidendi est in oppositū, quia hoc nō reperitur statutum in Vasallo, neq; in iuramento eius hoc continetur. Igitur nec nos debemus hoc dicere. l. si seruum. in §. nō dixit. ff. de acqui. hære. & probatur infrà eo. in c. licet. ad quod gl. hîc posita se remittit, & nihil aliud fecit. Sufficit enim quòd Vasallus sit paratus seruire domino petenti, licet non præsentet se, nec se offerat, vt ibi. Et de hac materia ibi dicam, & vide q. dixi suprà, quæ fuit prima causa benefi. amit. in §. sed nec alia. & in remissionibus quas ibi dedi. & quod dicam inf. in ti. hîc fin. lex. in §. 1. & per Iaco. Ardi. quib. mo. feu. amit. sub rubricella, an teneatur Vasal. seruitium offerre domino, cum seq. Facit quod habetur de sta. & be. in §. si autem aliqua.

SVMMARIA.

1 *Filij decedentis Vasalli feudum pro indiuiso retinentes fidelitatē domino præstabunt.*

2 *Fideli-*

2 *Fidelitas an pluribus fieri debeat, vbi sunt plures decedentis domini hæredes.*
3 *Ius patronatus est indiuisibile.*
4 *Ius Vasallorum si ad fidelitatem referatur indiuiduum reputatur.*
5 *Vasallus feudi retentione grauatus illud dimittere potest.*
6 *Vasallus fidelitatem omnibus domini hæredibus polliceri debet.*
Vasallus volens alienare feudum, an teneatur petere licentiam ab omnibus hæredibus domini.
7 *Seruitium propter feudum debitum qualiter ab hæredibus Vasalli illud pro indiuiso retinentibus sit præstandum.*
Idoneor inter plures hæredes Vasalli est eligendus ad præstandum seruitium.
8 *Procurator constitui an possit ad iurandam fidelitatem domino feudi.*
9 *Fidelitas qualiter præstatur vbi feuda dignitatum diuiduntur.*
10 *Seruitium qualiter pluribus domini hæredibus præstandum.*
11 *Vasallus nulli filiorum & hæredum domini inter se bellantium opem præstabit.*
Iudicium communi diuidundo, an habet locum in feudo. Remißiuè.
Vasalli an poßint diuidi inter numeros dominos.

OMNES FILII. Omnes filij superstites ex Vasallo mortuo retinentes feudũ pro indiuiso, debent iurare fidelitatem domino. Si verò dictum feudum, ex diuisione ad vnum peruenit, ille solus iurabit. h. d.

In text. ibi acquisiuit. Et sic loquitur in feudo nouo, in quo filij & cæteri descendentes succedunt, vt suprà qui feudum dari possunt. in §. 1. Idem intelligas in feudo antiquo, vt infrà de natura succe. in c. 1. & sup. de gradi. in princip. Ibi, fidelitatem, id est, iuramentum fide. quod à Vasallo præstatur domino, vt suprà quid præced. debeat vtrũ inuesti. an fide. in c. 1. in fi. Ibi, facere debent, scilicet, petendo inuesti. & fidelitatem iurando infra tempus debitum, de quo suprà, quę fuit prima causa benefic. amit. in princip. Et intellige si sunt puberes. Aliàs secùs, vt infrà eo. in c. si minori. & c. si quis decesserit. Ibi, maximè. Ista dictio maximè ponitur hîc declaratiuè, non autem intelligas, vt significet idẽ in casu cõtrario, quia esset contra id, quod statim subijcit, quasi dicat maximè, id est, tantum si indiuisum habent, non autem si diuisum, quia tunc ille solus, qui possideret esset censendus Vasallus & iuraret. Facit. l. 3. §. hæres. ff. commo. cum si. Et hoc voluit gloss. hic posita post sui princip. in ver. & intelligo vsque ad ver. sed quæritur. Et ita exponitur etiam alibi per gloss. in c. ad soluendum. extra de filijs presby. & in c. cùm contingat. extra de foro competen. Vel possumus dicere, quod abundet, prout alibi dixit gloss. in l. fin. de testam. manu. Quot autem modis capiatur in iura ista dictio maximè, ponit Bar. in extrauaganti ad reprimendam. in gloss. super verbo maximè & Specul. in titu. de disputa. in §. post hæc. & quod nota. in l. illud. ff. ad legem Aquiliam. & in l. 1. C. de rescind. vendi.

1 † Not. ex prima parte, quod feudum potest pro indiuiso simul teneri & possideri per filios Vasalli, quo casu omnes iurare debent fidelitatem. Et est ratio, quia dato, quod sint plures filij, tamen quia succedunt in locum vnius Vasalli debent reputari pro vna singulari persona, vt ff. de condit. & demonst. in l. cui fundus. & in gloss. hîc posita in princip. qui hoc voluit vsque ad versi. & intelligo. Et adde quod posset tamen secundum Andre. de Isern. committere vni, qui pro omnibus iuraret. l. iam tamen. in §. si plures. ff. iudi. sol. quia omnes videntur iurare, pro quorum parte iuratur. ff. de condit. & demonst. in l. municipi. & qui per alium iurat per seipsum iurare videtur. ff. de hæred. tu. l. postulare. & de admi. tu. l. ita. aut in §. gessisse.

Not. quod per diuisionem bonorum factam inter filios Vasalli defuncti, potest feudum ad vnum solùm insolidum peruenire, & ille solus iurabit. Et est ratio, quia ille solus possidens censendus est Vasallus. argumen. ff. commo. in l. 3. in §. hæres. Et hoc voluit gloss. hîc posita post princip. & probatur infrà de natura succes. feud. in c. 1. in fine. Vtrum autem possit fieri diuisio vnius feudi, vt quilibet filiorum habeat partem eiusdem feudi, & quilibet pro parte sua iurare debeat, dic quod sic secundum Andre. de Isern. quia quilibet iurabit insolidum, cùm iuramentum sit res indiuisibilis. Nam in rebus indiuisibilibus hæredes tenentur insolidum, vt ff. famil. hæred. in l. hæredes. in §. an ea.

Et prædicta intellige in omnibus feudis, excepto feudo Comitatus, Ducatus, Marchionatus, & aliarum similium dignitatum regalium, vt habetur infrà de prohi. feudi alie. per Fe. in §. præterea Ducatus. Et hac de materia vide in Spe. de feu. §. quoniam. vers. 31. & 33. & 34. quando verò Vasallus mortuus habebat plura feuda separata, an tunc inter filios possit fieri di-

uisio

a *Omnibus hæredibus fiēda fidelitas. Adde glo. in l. si cuius. in §. 1. ff de vsufru. An. & Ludo. Ro. in l. 2. ff. de ver. ob. to. de Im. in l. 4. ff e. Bal. An. in l. cōis. ff. de in ius vo. Alberi. de Rosa. in l. duo patroni. ff. de iure iur. & latius per Io. An. in addi. Spe. tit. de loca. in §. nunc aliquā. versic. 72. in quibus iuribus habetur, q debet iurare omnibus. Alij tenēt cōtrariam opinionē, vt est gl in c. 1. in §. præterea Ducatus. de prohi. feu. alie. p Fed. Eandem opinionem tenet Alber. de Rosa. in l. stipulatio. in §. quæsitū. ff. de noui op. nun. idem Alb. in l. cōis. in prin. ff. de alie. & cib. leg. idem tenet Iaco. de Belu. in c. oēs filij si de feu. fue. cōtro. inter dom. & agna. & ibi Bal. sibi contrarius. idem tenet Iaco. de Ardiz. Summus feudista. in Summa feudorum. tit. de succes. feu. in §. sed vbi dominus. idē tenet Hostiē. in Sūma in ti. de feu. §. fi. ver. sed nunquid tenebitur. idē tenēt Spe. & Io. An. in tit. de feud. in §.*

uisio feudorum, vt quilibet habeat vnum feudum integrum, & pro eo iuret fidelitatem, dic vt habetur infrà de prohi. feu. alie. per Lotha. in c. 2. & extra de priui. in c. ex ore. Sed quid si Vasallus in testō vult assignare feudū vni ex filijs, an possit, dic per Iac. Ardi. in Summa. in titu. quib. mod. feud. amitt. sub rubricella, an Vasal. possit vni ex filijs, &c. & ibi ponit varias opiniones, nec videtur firmare pedem. Similiter quærit idem Iac. Ard. in dicta Sum. sub rubricel. ius quod habet dominus in Vasallos, &c. an possit vni ex filijs assignare ius, quod habet in Vasallos, & similiter varia. Sed ad has quæstiones potest respondere p ea, quæ habentur sup. de succe. feu. in prin. & quod ibi dixi in secundo nota. & inf. an agnatus vel fil. &c. in c. 1. & vide no. in l. si familiæ. C. fami. hæred.

2 † Quæro cum gl. in versi. sed quare, &c. quid econtrà, si dominus decesit relictis pluribus hæredibus. Vtrum per Vasallum a sit omnibus hæredibus fienda fidelitas a an vni tantùm sufficiat iurare, & fidelitatem facere, & respondet glo. quòd ista quæstio fuit disputata per Pyleum, qui induxit plura argumenta pro & contrà, quæ argumēta plenè hìc tradit ista glossa. Et primò, pro ea parte, videlicet, vt sufficiat, quod vni tantùm iuretur, adducit septem rationes, quas prosequaris recitando, vt in glossa vsque ad versic. econtrà. Et in illa parte arguit contrarium, quod omnibus hæredibus domini sit iurandum, & hoc prosequitur vsq; ad versi. solutio. & in illa parte ponit determinationem quęstionis prædictę, secundum Py. videlicet, quod Vasallus debeat iurare omnibus hæredibus domini p hanc rationem. Quia ius quod habet dominus in Vasallos, est indiuiduum, sicut dicimus de iure patronatus, quod habetur in libertos, quod indiuiduum est. l. Carmelia. pia. ff. de iure patr. cùm ergò tale ius sit indiuiduum, sequitur quod debet præstari insolidum cuilibet hæredi. l. vię. ff. de seruitu. cum simi.

Nec habet obstare reductio ad inconueniens, vt quia possibile sit deuenire ad infinitos hæredes dominorum, quibus omnibus esset iurandum, quia respondet hoc non esse incōueniens, nec damnosum Vasallo, cùm faciat illud hęredibus insolidum, quod facere tenebatur defuncto, nec in plus damnificatur, quod patet, quia etiam ipsi hæredes possent ipsum Vasallū liberare iurando solùm vni pro omnibus. arg. in l. 3. ff. de his qui deie. vel effu. Item quia est in potestate ipsius relinquēdi feudum, si ex hoc grauari se sentiat, & hoc voluit gloss. vsq; ad ver. sed quicquid. & in illa parte redarguit suprascriptam determinationem Py. per text. infrà de prohib. feudi alie. per Fede. in §. præterea Ducatus. Vbi videtur hodie determinari contrarium, videlicet, quod non teneatur Vasallus iurare, nisi vnicum nō compellatur pro vno feudo plures dominos habere, vt ibi patet. Et hoc vult ista gloss. vsq; ad fi. Ex qua collige quatuor notabilia.

3 † Primò, quòd ius patronatus est indiuiduum. Similem glos. habes, quæ hoc firmat in l. sub conditione. in fi. ff. de assigna. liber. quæ solet allegari pro singulari per Ray. in l. quædam mulier. ff. fami. hære. & vide circa hoc plenè per Bald. in l. cum secundum. C. de fideicom.

4 † Secundò, not. quòd ius Vasallorum est indiuiduum.

Quod intelligas verum habito respectu ad ipsam fidelitatem, quoniam est indiuisibilis, vt no. gloss. in l. si vsusfructus. in §. 1. ff. de vsuf. Et est ratio, quia omne quod non est corpus hæreditarium actu vel habitu, reputatur indiuiduum, vt in l. fi. de iure patronat. & quod no. in l. 2. C. de liber. & eorum libe. Si autem haberemus respectū ad ipsum corpus feudale, tunc istud ius benè esset diuisibile, vt in isto text. & in d. §. præterea. de quo plenè per Bald. in l. si plures. C. de condi. insertis. & quod dixi suprà de fra. de no. benef. inuestit. in c. 1. & quod not. in l. 4. ff. de verb. oblig.

5 † Tertiò, not. quòd Vasallus potest relinquere feudum, si sentiat se grauari ex eius retentione. & hoc probatur per tex. in c. 1. inf. de Vasal. qui contra consti. Lotha. feu. alie. Sed quia circa hoc est magna disputatio, ideò dic plenè per gloss. in c. fi. infrà de capi. qui curi. ven. & infrà, de prohi. feud. alie. per Fede. in §. callidis. & de hac quæstione etiam tetigi sup. de Vasal. decrep. ætа. in c. 1.

6 † Quartò, no. quòd Vasallus debet iurare fidelitatem omnibus hæredibus domini. Et hoc secundum opinionem Pylei. quam gloss. Accur. sequitur in d. l. si vsusfructus, aliàs incipit. l. si cuius. in §. sed & si plures. ff. de vsufr. Et illam gloss. tenet Bal. in l. 1. ff. de rerum diui. in q. 22. Sed secundum opinionem Iaco. Columbi Glossatoris hìc positam, non tenetur iurare fidelitatē nisi vni per §. præterea. Quam opinionem sequitur Pet. de Cer. & Iacob. de Belui. & cum ea etiam pertransit Bal. hìc.

Sed tu

Sed tu clarius & plenius dicas, quod istud feudum deuenit ad vnum tantùm ex filijs vel hæredibus domini, quod tunc ille soli debeat iurari. Sicut in simili expressè videmus de iure patro. ff. iure patro. in l. fi. & ff. de operis liber. in l. fi. & ff. de asi. libe. in l. 1. in §. 1. & insti. de asi. liber. in §. 1. Et probatur etiam ratione, quia ęqualitas debet esse inter Vasallũ & dominũ, vt sup. de for. fide. in c. 1. in fi. Sed ita est, quod si feudum ad vnum Vasallum solùm peruenit, ꝙ ille solus iurabit, vt in isto tex. in fi. Ergò & eodem modo, quãdo ius domini ad vnum solum ex filijs vel hæredibus peruenit. Ad quod facit suprà in titu. de eo qui sibi hæredibusq; suis. Potest enim dominus facere, vt ad vnum solùm ex filijs feudum, perueniat. Vel etiam ex diuisione inter eos hoc potest fieri arg. in isto tex. & suprà, per quos fi. inuesti. in §. 1. secundum Andre. de Iser. & glo. est in l. si familiæ. C. famil. hær. Si verò feudum deuenit ad omnes filios siue æqualiter, siue non, tunc omnibus est iurandum, vt ff. de operis libertorum. in l. vt iurisiurandi in fine. & ff. de religio. in l. vel quod. Nec obstat §. præterea Ducatus, vez, quod pro vno feudo habeat plures dominos, &c. quia hîc fit diuisio ex necessitate suc. arg. ff. famil. hær. in l. hæredes. in §. antea. & §. illa. Item, quia omnes hæredes loco vnius sunt. s. illius cui successerũt. l. cùm fundum. ff. de condi. & demon. Sed in §. præterea. nulla subest necessitas, sed ex voluntate mera domini alienantis partem feudi, meritò non potest ex hoc induci Vasallus, vt habeat plures dominos, vt ibi. Possent tamen etiam isto casu ipsi hæredes domini, si voluerint eligere vnum, cui iuretur pro omnibus, vt ff. de ædi. edic. l. q si noluit. in §. si plures. & ff. de ope. noui nunc. in l. stipulatio. in §. quæsitum. & ff. famil. hær. & in l. hæredes. in §. pluribus. & ff. iudi. sol. in l. iam tamen. vbi latè ius indiuiduum potest vni committi. Et est bonus text. in l. 3. in §. adijci. ff. de fideicom. liber. de quo per Bald. in l. 1. C. quando lice. ab emp. recedere. Et ita, vt suprà reperio Do. Tolosanos distinxisse & consuluisse, à quibus etiam do. Andre. de Isern. non multum discrepat hîc in lectura.

Et per prædicta poterit saluari determinatio Pylei hîc posita, quia non est verisimile, quod determinasset contra casum legis. in d. §. præterea. Et hoc modo saluabitur etiam glo. Accur. in d. l. si cuius. ff. de vsufruc. De qua materia aliqualiter tangitur per Dyn. & Bart. in d. l. stipulatio. in §. quæsitum. & in l. de pupillo. in d. §. si plurium. ff. de ope. no. nun. & per Iacob. Ardizo. in Summa de suc. sub rubricella. Si verò est facta consignatio, an omnes hæredes domini succedant, &c. cum rubrica sequẽ. & est text. in tit. de feudis & beneficijs. in c. de negotio. in §. insuper. & vide in Spec. de feudis. in §. quoniam. in versic. 29.* Et ex prædictis potest determinari, vtrum Vasallus volens alienare feudum, teneatur petere licentiam ab omnibus hæredibus domini, an sufficiat ab vno tantùm.

*quoniã vers. 29. idẽ tenet Fran. de Are. l. 2. ff. de ver. oblig. vbi dicit quòd ista opinio est sequẽda in practica, tanquã opinio cõis. Tamẽ prima opinio est verior in puncto iuris, cũ qua tenent Dyn. Ray. de Forli. & Bart. in l. cùm vnus. in prin. ff. de bo. Autẽ. iud. & eã etiã sequitur Ang. l. loci corpus. in §. si fund°. ff. si ser. vendi. & istã primã partẽ tenuit & disputauit hunc casum. Pyleus Doc. antiquus.

7 † Quæro ab extra, quid si ex feudo Vasalli mortui debebatur certum seruitium, vt quia feudum erat conditionatum secũdum quod traditur in c. fi. infrà de capitu. qui cur. ven. qualiter præstabitur istud seruitium per hæredes Vasalli tenentes illud pro indiuiso? Respondeo quòd si seruitium est in dando, quod tunc quilibet præstabit pro parte, vt C. fami. Hercis. in l. ea. & C. quod si cer. pe. in l. 1. Facit quod dixit Bald. in Auten. cessante. C. de legi. hæredi. Si verò seruitium est indiuiduum, puta ire ad prelium, vel exercitum cum domino, tunc dabunt vnum æquè idoneum, sicuti erat pater eorum, & iste seruiet pro omnibus, quia omnes loco vnius sunt. d. l. iam tamen. in §. si plures. & l. cui fundum secundum Andre. de Iser. Sufficit enim domino habere vnum æquè idoneum, qui sibi seruiat, sicut erat prior Vasallus solus, vt ff. locati. in l. si quis domum. in §. 1. ff. de consti. pec. in l. qui autem. in §. 1. de qua quæstione vide plenè in Specul. de feud. in §. quoniam. in versi. 9. vbi latè eum prosequitur. & per Iacob. Ardizo. de succes. feu. sub rubricella, vbi à pluribus habet Vasall. feudum, &c.

Quæro iuxta prædicta, si sunt plures hæredes Vasalli obligati ad præstandum seruitium, an dominus poterit eligere idoneiorem? dicit prædictus An. de Iser. quod sic, arg. eorum quæ habentur in l. quod si plures. ff. de testa. tu. & ibi per Bald. Sed plus mihi placet dictum Specul. in dicto versi. 9. quæritur. iuxta fin. qui tenet, quod ipsi Vasallus debeant eligere vnum ex se ipsis, nec dominus poterit eos in plus grauare, quàm fuerat conditio partis ipsorum. Si verò essent plures domini habentes vnum Vasallum, tunc ipse Vasallus eligere potest quem volet, vt not. gloss. in d. §. præterea Ducatus.

Quod intelligo quando per concursum non poterat seruire, nisi vni, vt statim dicam.

† Quæro

8 † Quæro an isti filij possint constituere procuratorem ad iurandum fidelitatem? dic q. sic, vt in c.1.in §. sed vtrū. & q. ibi dixi sup. per quos fi. inuesti. Secùs autem in iuramento, quod præstatur à ciuibus, vt probatur de pace Constantiæ. & tenet Bald. in l.1. in §. ne autem. C. de cadu. tollen. Et similiter dominus vnus posset inuestire nomine omnium cōsortum, vt plenè per Bal. in l.1. C. quando lice. ab emp. rece. vel etiā omnes per procur. vt in d. §. personā. in fin.

9 † Quæro quid si feuda dignitatum ex priuilegio, vel consuetudine diuidantur, sicut videmus in Lombardia, in Alemannia, in Ferraria, in foro Iulij, & pluribus locis, in quibus omnes descendentes, dicuntur Marchiones Comites, &c. qualiter tūc præstabitur fidelitas? Respondeo secundum prædictum Andr. quod vel omnibus, vel vni pro omnibus [a] quod tātundem est, & tunc non videtur esse Vasallus vnus tantùm insolidum, sed omnium simul, sicut de liberto dicitur vniuersi. ff. de in ius vocan. in l. sed & si. iu. §. qui manumittitur. Potest enim ex longo vsu, cuius non extat memoria hæc diuisio dignitatum fieri. ar. ff. de aqua quoti. & æsti. in l. hoc iure. in §. ductus aquæ. secundum ipsum. d. an. De qua quæstione plenè tangitur per Io. And. in addi. Spec. super rubrica de feud. ad fi. in ver. non omittan. vbi videtur tenere idem & quod valeat talis consuetudo.

a Vel omnibus vel vni pro omnibus. Adde glo. in l. si cuius. ff. de vsufr. Bar. in l. de pupillo. in §. si pluriū. ff. de no. ope. nun. Ang. in l. 2. §. ex his. ff. de ver. ob.

10 † Quæro qualiter tunc in sup. proxima quæstione Vasallus præstabit seruitium pluribus hæredibus domini, qui dictū feudum pro parte tenent? Et respondeo, quòd si est in dando, tunc vnicuiq; dabit partem suam, pro qua est hæres, vel feudum tenet. Si verò seruitium est indiuiduum, vt suprà dixi, puta ire ad prælium cum domino. & quilibet filiorum domini habet de per se bellum diuersum, & in diuersis locis, ita q. non est possibile, q. adiuuet omnes, tunc potest eligere ipse Vasallus, quem ex dominis velit adiuuare. arg. ff. ad Syll. in l. si quis in graui. in §. si cùm omnes. & per no. in d. §. præterea, vt suprà dixi. Attamen dixit Bald. in l.1. ff. de re. diui. in 23. q. quòd benè faciet Vasallus, si gratificabitur digniori & seniori. arg. ff. de pact. in l. maiorem. & in l. fin. de fi. instru. Facit quod not. in l. ciues. C. de incolis. lib. 10. & quod dixit Innoc. in c.1. extra de maio. & obe.

11 † Quæro quid si isti filij domini mortui, committunt inter se bellum [b] an tunc Vasallus teneatur aliquem adiuuare vel gratificari? dicit Bald. in dicto loco, quòd non, quia inuicem sibi obstant. l. si quis in graui. in §. si cùm omnes. ff. ad Syll. Quid autem si vnus Vasallus recognosceret plura ac diuersa feuda à diuersis dominis, qui vicissim guerram faciūt, an & qualem, vel neutrum tenetur, tunc adiuuare, dic vt in Speculo. in d. §. quoniam. ver. 12. vbi plenè & diffusè prosequitur.

b Committunt inter se bellū. Adde Ang. in l. his qui fisci. in 1. col. ff. de postulan.

Quæro an Vasalli possint diuidi numeros inter dominos, quod sic cum sint in bonis. arg. C. com. vtriusq; iudi. in l. possessionum. & tenet Bal. in l. liber. de op. liber. in vlti. col. Vtrùm autem dominus possit diuidere feuda sua inter filios suos, dicam infrà de prohi. feu. alie. per Fed. in princ. Sed vtrum in feudo habeat locum iudicium communi diuidundo. vide in Spe. de feud. in §. quoniam. ver. 35.

Vltimò circa præsentem materiam diuisionis feudi, vide plenè & plura per Iac. Ardi. in Summa in tit. quib. mod. feudum amittatur sub rubricella, vtrum diuisio feud. prohibita sit. cum rubrica sequen. & quod habetur per glo. Doct. in l. si familiæ. C. famil. Hercis. & in l. communi diui. in princip. in gloss. magna. in fi. ff. communi diuidundo. & quod dixi suprà, quib. mod. feud. amit. in §. si fuerint. & per Bald. in l. si plures. C. de condi. inser. & quod dixit Bar. in l. de pupillo. §. si plurium. ff. de ope. noui nun. & quod dicam in d. §. præterea. & in locis supra allegatis in 2. nota. & per Canonistas in c. si hæredes, extra de testa. & ibi gloss. & extra de voto. in c. licet. & in Specul. de feud. §. quoniam. ver. 9. & ver. 20. & ibi Ioan. Andre. & versi. 31. & ver. 33. & versi. 34. & quod nota. extra de præben. in c. tue. & per Doct. in c. vacante. & in tit. de locato. in §. nunc aliqua. in ver. 72.

De materia autem iuramenti præstādi, vbi sunt plures hæredes Vasalli, vel plures domini, vide plenè in dicta Summa in titu. de succes. feu. sub rubricella vbi à pluribus habet Vasallus feudum omnibus tenetur iurare. & in rubricella an omnes filij Vasalli iurare debeant, cum sequen. & seq. & in titu. qualiter iurare debeat Vasallus. sub rubricella prima & secunda. In quibus locis plura tangit, & vide per gloss. & Do. in d. l. si cuius. in §. sed & si plures. ff. de vsufruct. & per Bal. in d. l.1. de rerum diui. in q. 24. 26. 27. & quæstione fi. & per Specu. in d. §. quoniam. ver. 29. & ibi per Ioan. An. & in versi. non omitta. sup. allegato. & vide quod dixi in tit. Imperator Loth. Euge. Papæ. in c.1. & quod not. Bal. in d. §. ne autem. Facit ad materiam nostram in capitulis

tulis extraordinarijs. in §. cùm plures fratres. & quod dixit Hostien. in Summa titu. de feud. in §. fin. ver. istud autem.

SVMMARIA.

1 *Filius adoptiuus in feudo non succedet.*
2 *Adoptiui naturalibus non in omnibus æquiparandi.*
Instrumenta arrogationis & adoptionis, qualiter concipiantur. Remißiuè.
Filij adoptiui an ex autoritate Principis, vel statuto poßint succedere in feudo.
3 *Feudum ea conditione dari potest, vt in eo succedat adoptiuus.*
4 *Filius emancipatus postea adoptatus an poßit in feudo succedere.*

1 ADOPTIVVS. † Filius effectus per adoptionem nõ succedit in feudo. hoc dicit. Et ratio dubitandi fuit, quia cũ appellatione filiorum a quãdoque soleant contineri etiam filij adoptiui, vt in l. 2. ff. de bo. pos. contra tab. & insti. de adopt. in §. in pluribus. Item qui filius adoptiuus etiam in dignitate succedit, vt in l. senatoris. ff. de sena. Videbatur quod similiter deberet admitti ad succesionem feudi. Sed ratio decidendi est in oppositũ, videlicet, quia feudum datur amore Vasalli, vt in c. 1. suprà de feud. da. in vicem legis com. & propter fidelitatem ipsius, vt suprà, per quos fiat inuesti. in §. fi. Sed eadem fidelitas & amor reputatur & præsumitur esse in filijs eiusdem sanguinis, vt in l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. Non autem ita in alijs extraneis. l. cùm vnus. in princip. ff. de alimen. & ci. lega. Meritò ipse dominus non compellitur habere alium Vasallum alterius sanguinis, quàm voluerit à principio, vt suprà in c. 2. de duo. fra. de no. benefic. inuesti. & infrà de lege Cora. c. fin. in fi. & suprà de alie. feud. & in §. & si Clientulus. & ideò filius adoptiuus non admittitur. In text. ibi adoptiuus. quid sit adoptio, vide gloss. 3. insti. de adopt. & quando teneat vel non? dic vt habetur in l. non aliter. ff. de ado.

No. quod non sufficit ciuiliter fieri id, quod etiam naturaliter fieri debeat. consor. l. si ita quis. in fin. cum ibi no. ff. de leg. 2. & ff. de condi. & demon. in l. fideicommissum, vbi conditiones sub nomine filiorum, non adimplentur mediantibus adoptiuis.

2 † Not. quod non per omnia adoptiui æquiparantur naturalibus, vt hîc & in Auten. quib. mod. na. effi. legitimi. in §. adoptionis. & no. glo. in d. l. fideicommissum. facit insti. de excu. tu. in §. 1.

Oppo. cum gloss. quòd imò filius adoptiuus admittatur ad succesionem de l. 2. C. de adopt. & de l. si arrogator cum si. ff. de adoptio. vbi adoptans de necesitate tenetur omninò relinquere quartã filio suo adoptiuo. Solu. intellige de alijs bonis non feudalibus, hîc verò loquimur in bonis feudalibus, in quibus secundum consuetudinem feudorum non succedit. Nec ipse filius arrogatus ex hoc habet causam querelæ, cùm retineat integra iura patris sui naturalis. l. cùm in adoptiuis. C. de adopt. Et hoc vult tota ista glo. vsq; ad fi. Sed aduerte ne erres, quoniam tex. loquitur in filio adoptiuo, & gloss. declarat exemplificando de arrogato, dum facit mentionem de quarta, quæ de necesitate debetur filio arrogato in bonis arrogantis. Sed dum subiunxit, quod filio adoptato remanent integra iura sui patris naturalis, adaptatur istud exemplum ad filium adoptiuum, nõ autem arrogatum. Quod patet, quia filius adoptiuus est ille, qui habebat patrem naturalem tempore, quo datus est in adoptionem, nec transit in potestatẽ adoptantis, sed remanet in potestate sui patris naturalis, & retinet omnia sua iura. Filius verò arrogatus est ille, qui erat sui iuris, & transit in potestatem arrogantis. Vnde versus:

Arrogo qui suus est, sed meus habet esse necesse.
Patris adopto natum, sed patris permanet idẽ.

Vt not. glo. insti. de adopt. in §. sed hodie. Præterea, vt dixi, est & alia differentia, quia adoptans non necesitatur ad relinquendum aliquid in testamento filio suo adoptiuo, vt in d. l. cùm in adoptiuis. in §. sed ne articulum. Sed arrogans benè necesitatur ad relinquendum filio suo arrogato, vt in d. l. in fin. quia saltem quartam, vt in hac glo. in l. 2. & ibi per Cy. de adop. & ff. de inof. test. in l. Pap. in §. sed nec impu. Ex his patet quòd ista gloss. intellexit promiscuè istũ tex. tam in adoptiuo, quàm in arrogato. Ex qua secundum supradicta potest inferre, quòd istud capitulum habet locum tam in filio adoptiuo, quàm in filio arrogato. Et hanc conclusionem sequitur etiam Bal. hîc, licet Pet. de Cer. dubitauerit. Et probatur ista conclusio etiam ratione, quia ista cadit fictio iuris ciuilis in arrogato, sicut in adoptiuo, & veritas naturæ, ita obumbratur in vno, sicut in reliquo, vt in l. filio quem patri. ff. de li. & post. Meritò idem ius censendum est in vtroq;, vt in l. Titio. ff. de verbo. oblig. Qualiter autem

a *Appellatione filiorũ. Adde l. 4. in § parẽtes. ff. de in ius vo. iuncta l. adoptiuus. e. ti. gl. in l. si quis posthumos. de li. & post. & an tales veniant in dispõne testatoris. vide in l. fideicommissum de cõdi. & demon. & in l. si ita quis. in §. fin. de lega. 2.*

autem concipiantur instrumenta arrogationis & adoptionis si velles scire, vide in Spec. de cogna. legali.

3 †Quæro ab extra, an feudū posit concedi eo pacto, vt in eo pacto succedant etiam filij adoptiui, puto quod sic, quia pacta apposita seruanda sunt, licet sint contra naturam communem feudi, vt inf. de feu. non ha. propriam naturam feudi. in capi. 1. & inf. e. in c. si filij. & sup. quid sit inuesti. in §. pe. & in fi. Quæro an autoritate Principis, posit derogari huic capitulo, vt videlicet, filij adoptiui succedere posint, & tenet Bald. quod sic, per no. in c. naturalis. infra eod.

Idem intelligas per statutum, vel contrariam consuetudinem, vt sup. de succes. feud. in princip.

4 †Quæro si pater emancipauit filium, sed postea ipsum adoptauit, an tunc succedet in feudo? & dic quod sic secūdum An. de Iser. Et est ratio, quia poterat succedere etiam absq; adoptione, vt dixi suprà, de his qui feud. da. pos. in §. penul. Vnde adoptio isto casu nihil auget, neq; diminuit respectu feudi. Idem dicendum in auo materno, qui sibi adoptauit in filium nepotem descendentem ex filia. Nam si auus habebat feudum fœmineum, poterit iste nepos adoptatus succedere. Quoniam absq; eo succedebat, & nunc cōcurrit vtrunq; vinculum, vt prædicta probantur in d. l. cùm in adoptiuis. in §. 1. & insti. de adopt. in §. sed hodie. Et hoc etiam tenet Iaco. Ardiz. Vtrū autē filius emancipatus succedat in feudo, dixi plenè sup. de his qui feu. da. pos. in §. hoc quoq;. in quæstione fi.

Vltimò de materia præsentis capituli, vide plenè per dictū Iac. Ard. in Summa in ti. de succe. feu. sub rubricella de adoptiuis filijs, an succedant in feudum. Qualiter autem filij adoptiui & arrogati succedant de iure Communi, vide plenè per Cyn. in Auten. itaq;. C. de communia de succes. & vide Spe. de loca. in §. nunc aliqua. ver. 68.

SVMMARIA.

1 *Leges de succeßione feudorum tractantes quæ reperiantur.*

2 *Pactum de non succedendo à iure reprobatū, ex consuetudine admittendum.*

MVLIER HABENS. Istud capitulum exorbitat ab omni iustitia & æquitate. Et ideo intelligendum est, vt loquatur solùm secundum consuetudinem localem & specialem in eo loco, vbi dispositio huius capituli vigebat. Non autem vt ponat consuetudinem generalem in omnibus locis. Virtus ergò huius capituli est propter consuetudinem loci, in quo viget, quæ non debet extendi ad alia loca secundum And. de Iser. & Bal. & communiter Docto. hîc & inf. de filijs natis de ma. ad mor. contracto. & probatur inf. eo. in c. filij. Et ista consuetudo erat in ciuitate Mediolani, vt dicit text. in d. titu. de filijs natis, &c. in fine. quam consuetudinem Obertus de Horto qui fuit de Mediolano, vt patet sup. tit. proximo. & scriptor huius operis, vt dixi sup. tit. 3. in princ. interseruit in hoc opere ista capitula, faciendo mentionem de dicta consuetudine, prout etiam alibi facit sup. tit. 2. in princi. & inf. qui testes sint neces. ad proban. no. inuestit. in c. 1. Idem & similiter facit Ia. Ardi. in Summa, qui sępius adducit statuta & consuetudines Veronæ. Disponebat namq; ista cōsuetudo, seu statutum Mediolani, quod matrimonium posset contrahi ad morganicam, id est, secundum eam solennitatē & cōsuetudinem, quæ ibi vigebat, quæ appellabatur morganica, quod interpretatur promisio, quæ fit in contractu sponsalitio, aliquid habendi post mortē alterius per superuiuentem, vel per filios. Est enim vulgare Lombardum, vt patet in Lombarda. de his quæ à viro in vxo. dantur in l. 1. Aliquando appellatur lex Salica, quasi solùm primi filij capiant & admittantur, de qua lege habetur in Lombarda. de capitulis legis Salicæ, in vltima charta. & per hoc modo intelliges text. in d. tit. de filijs natis ex matrimonio ad Morga. contracto. Vel dic vt ibi etiam dixi vltra iam dicta.

1 †Erant enim plures & variæ leges diuersorū locorum, disponentes vario modo circa succesiones, de quibus Iac. Ard. facit mentionem in Summa sua in tit. de succe. feud. sub rubricella 3. videlicet, lex Romana, lex Lombarda, lex Salica, lex Barbara, lex Rubricaria, &c. & lex Alemanorū, de qua idem Iac. facit mentionem in tit. de contentione feudi, sub rubricella decurritur ad sacra. Vasalli. Item & lex Vandalica, de qua per Iacob. Ardi. in Summa qualiter iurare debet Vasallus, sub rubricella, de his qui non debent iurare. Item & lex Franca. de qua no. in §. receptoribus infrà de pace iur. fir. Et in Sūma hoc vult istud capitulū.

Ex speciali consuetudine locali pôt induci, vt in eo loco filij secundi matrimonij non succedant matri, cum filijs primi matrimonij tam in feudo, quàm in cæteris bonis, h. d.

nis.h.d. Et pone casum in terminis secundum quod colligitur ex d.c.filij. inf.eo. & ex dicto tit. de filijs natis ex ma.ad mor.cõtracto. & vt in dictis locis no. per gloss. eo excepto, quod ibi tractatur de successione patris, hîc verò de successione matris, videlicet, quòd mulier habens filios ex primo matrimonio, contraxit matrimonium cum secundo marito, eo pacto & conditione, quòd filij nati ex dicto matrimonio, non debeant sibi succedere, post hoc moritur ipsa mulier relictis filijs etiam ex secundo matrimonio, versa fuit quæstio inter hos filios ex secundo matrimonio, cum filijs primi matrimonij, quis eorum debeat succedere tam in feudo, quàm in cæteris bonis, vnde quæritur qui sint præferendi, & respondetur quòd filij ex primo matrimonio mediante tali pacto & consuetudine, quæ in dicto loco vigebat. In text. ibi obtinuit, id est, obtentum fuit per sapientes, vel in contradictorio iudicio attenta consuetudine loci, quæ in eo loco debet seruari, licet ratione non subsistat, vt infrà eo. in d. c. filij. in fin. & in dicto tit. de filijs natis ex ma. &c. in fi.

2 †No. q. licet pactum de non succedendo, sit improbatũ à iure, vt in l. pactũ. C. de col. & in l. fi. C. de pactis tamen ex speciali consuetudine loci admittitur, vt hîc & in dictis iuribus sup. allegatis. Facit q. no. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. & q. dixi in c. moribus. sup. eod. No. quod super iure succedendi, potest prouideri per consuetudinem vel statutum in loco. Facit. c. Rainutius. extra de testa. Et ex hoc patet in simili de consuetudine, quæ admittit primogenitum, exclusis omnibus, quæ quanquam videatur dura, nihilominus tamen seruat in loco vbi viget. Et de hoc plenè per Ioan. And. in addi. Spe. super rubrica de feu. circa medium. & per Bald. in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. & in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. Facit quod dixi sup. qui feud. da. po. in §. & quia in oppositione antepenul.

Opp. cum gl. quòd imò non sit fienda differentia inter hos filios, quia pariter debent admitti, vt in l. fi. ad orficia. & in l. fi. ff. de legi. hære. Solu. dicit glo. fateor contrarium de iure Communi, hîc verò loquimur de iure speciali continente istam iniusticiam & iniquitatem. Vel possumus dicere, quod istud capitulum loquatur de filijs natis ex matrimonio contracto ad mortem, videlicet, vt filij nati ex dicto matrimonio, non succedant ad fi. quam declara, vt suprà dixi in euidentialibus, vel possumus dicere secundum Iacobum Aurelianensem quod hîc loquatur in feudo, & alijs bonis acquisitis contemplatione primi matrimonij, & ideò primi filij tantùm succedere debeant. argu. ff. de vul. & pup. in l. sed si plures. in §. in arrogato. & ff. de colla. bo. in l. 1. in §. id q. Quæ opinio corroborari posset, prout in simili videmus in lucris nuptialibus, vel alijs bonis prouenientibus ex primo matrimonio, in quibus solùm filij primi matrimonij succedunt, vt in l. fœminæ. cum si. C. de secũ. nup. & quod ista opinio sit vera, reperio q. de ea est casus in capitulis extraordinarijs alterius compilationis feudorum, super rubrica de feudo & beneficijs. in c. mulier. Sed tamen quantum ad intellectum huius capituli, non recedas à Communi opinione, videlicet, quod istud capitulum loquatur secundum specialem consuetudinem loci, quæ in dicto loco tantùm attendenda est, cùm contineat iniquitatem. Vbi enim non viget ista consuetudo, filij æqualiter succedere debent, etiam secundum generalem consuetudinem feudorum, vt patet suprà de gradi. suc. in feud. & inf. de natura succes. feu. in c. 1.

Oppo. ab extra contra ea, quæ supra dicta sunt, quòd imò specialis consuetudo disponens super contractu matrimonij, contra iuris dispositionem, non sit obseruanda, vt est casus in c. 1. extra de sponsalibus. Solut. illud capitulum loquitur de his, quæ pertinent ad substantiam matrimonij, hîc verò loquimur de his, quæ sunt extrinsecus, & non in substantia, sicut super dote super bonis, & successione bonorũ, ad quod facit. l. auus. ff. de pact. & quod suprà dixi.

Vltimò de materia præsentis capituli, & consuetudinis specialis habetur in locis suprà allegatis, videlicet, in d. c. filij inf. eo. & in dicto titu. de filijs natis, &c. & in pluribus remissionibus ibi adductis. & in d. c. mulier. de capi. extraordi. & plenè per Iacob. Ardi. in Summa in titu. de succes. feu. sub rubricella, an naturales succedant matri in feud. in fi. & sub rubricella sequen. in fi. & in l. fi. C. de pact. & in d. l. pactum. & in l. si quando. C. de inoffi. testa. & vide Bald. in l. 1. C. de priuilegio dotis. & quod not. per gloss. & Docto. in l. etiam. ff. sol. ma. & quod dixi in c. moribus. suprà. eo. & suprà, de his qui feud. da. pos. in §. hoc autem. in oppositione prima. & sup. de inuesti. de re alie. fac. §. fi. in quæstione 1. in fine

SVMMARIA.

1 *Confirmari non potest ex postfacto, quod non valuit ab initio.*

2 *Naturales filij etiam si legitimentur, ad feudum non admittentur.*

3 *Imperator dicens in naturalium legitimatione, quod sint legitimi, & quod in feudo succedere possint, an reddat eos habiles ad successionem. & quomodo procedat. nu. 2.*

4 *Imperator de absoluta sua potestate legitimare, & ad successionem habilitare potest.*

Filij naturales qui & quotuplex.

Imperator an possit alicui auferri ius suum.

Læsus per Principem, an possit consequi iustitiam implorando misericorditer officium. Remissiuè.

5 *Imperator in legitimatione, an debeat clausulam non obstante, &c. exprimere.*

6 *Clausula non obstante, an in rescriptis Imperatoris debeat apponi.*

7 *Legitimatus ante natiuitatem legitimorum an succedat cum illis in feudo.*

8 *Naturalis per subsequens matrimonium legitimatus, an in feudo sit admittendus.*

Natus ex concubina, quam postea desponsauit, an possit succedere.

Filius naturalis an succedat in feudo materno.

9 *Natus ex Clerico in minoribus cõstituto subsequenti matrimonio non legitimatur.*

Natus ex Iudæa, an fiat legitimus per subsequens matrimonium, & vtrum possit fieri dispensatio.

Filius ex concubina natus excluditur à successione feudi per filium postea ex legitimo matrimonio natum, non obstante statuto, quod primogenitꝰ succedat in feudo.

10 *Matrimonium in articulo mortis contractũ, an legitimet prolem prius susceptam.*

11 *Filij nati ex matrimonio nullo, sed per Papæ dispensationem validato, an sint legitimi.*

Dispensatio per Papam facta, vt quis accipiat suam consanguineam in vxorem, donec habeat liberos, qui succedãt in regno.

12 *Filius ex matrimonio nullo, quod tamen validum putabatur, an succedat in feudo.*

13 *Naturalis in feudo succedet, si dominus sciens eum naturalem, non excluserit.*

In legitimatione, an sit nomine, vt exprimatur qualitas illegitimatis.

Legitimatio an possit fieri per procuratorem.

14 *Papa ad feudum temporale, nec Imperator ad ecclesiasticum legitimare potest.*

Imperator an possit legitimare in terris ecclesiæ, vel Papa in terris imperij.

Filius natus ex legitimato, an auo succedat in feudo.

NATVRALES. Filius naturalis tantùm, licet postea legitimus fiat, non succedit in feudum, nec solus, nec cum alijs. hoc dicit. Et in text. ibi, naturales. Ideò sic appellati, quasi eos sola natura genuit, non honestas matrimonij, vt dixit text. 32. q. 4. liberi. Nam propriè naturales filij a sunt illi, qui nascuntur ex cõcubina libera, vt nota. super rubrica. C. de naturali. libe. & in c. per venerabilẽ. extra qui filij sint legitimi in gloss. 4. & in c. tanta. Interdum filij dicuntur adulterini, quãdo sunt nati ex adulterio, vt in c. consuluit. extra de seruis non ordi. Qui quandoq; appellantur nothi, prout nota. gloss. in c. nisi cùm pridem. extra de renunciatione. Sed tamen secundum Isidorum. 9. Ethimolo. in fine. Nothi propriè sunt illi, qui sunt nati illegitimè ex nobili patre, & ignobili matre. Interdum incestuosi, quando nascuntur ex linea transuersali infra gradum prohibitum, vt extra de eo, qui co. com. in c. veniens. Interdum nefarij, qui nascuntur ex linea descendenti. Interdum spurij, quando habent patrem incertum, vel talẽ, quem nominare non licet, vel nati ex seruo & libera. Et isto casu appellantur quandoq; mãzeres, vt in d. c. nisi cùm pridem. per gloss. Sed tamen secundum Isidorum, vbi sup. dicuntur propriè manzeres nati illegitimè ex nobili matre, & ignobili patre. Et de prædictis no. glo. in l. qua illustris. C. ad Orficia. Et probatur. 36. q. 1. lex illa. & in d. c. nisi cùm pridem. & in c. tanta. Et ista volui declarare, quia multotiens in rescriptis legitimationum fit mentio de prędictis. Et isti omnes possunt legitimari per Principem, vt not. gloss. in Auten. qui. mo. naturales effi. sui. in fine. & per Papam, vt in d. c. per venerabilẽ. Nam nasci de adulterio, non est eius culpa qui nascitur, sed illius qui generat, vt dixit tex. in c. nasci, 56. dist. & c. accedens de purga. cano. de quibus tangitur etiam per Bar. in l. fi. ff. de his qui. vt indig. & per Bald. in l. filium. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iuris. Facit extra de seruis non ordi. in capitu. consuluit. & nota. in c. tanta. qui filij sint legitimi. Ibi, subaudi, per rescriptum Principis, secùs autem si per subsequens matrimonium, vt in dicto c. tanta. extra qui filij sint legitimi. Quod tamẽ intelligas, vt statim dicam. Ibi, vocantur, subaudi, & sic sublata est cõtrouersia, quæ super hoc orta erat, vnde congruenter facit ad titulum nostrum.

a *Nam propriè naturales filij. Adde quot modis dicatur filiꝰ naturalis. vide per Barto. cons. 344. inci. pro veritatis indagine. in 4. volum.*

1 † Nota regulam, quòd ab initio non valet, non confirmatur ex postfacto. Et hoc collegit glo. hîc posita in sui princip. remittendo ad glossam primam, post principium. infrà de prohi. feud. alie. per Fede. Et probat istam regulã per simile de Clerico, qui ab initio dum est Clericus, non succedit in feudo, qui licet postea deponat clerica-

clericatum, non tamen recuperat feudũ, vt infrà de benefic. feud. in c. 1. Et per hoc remanet ipsa glo. expedita, vsq; ad ver. hîc autem, &c. Tu verò de hac regula, quę tamen est via brocardica. dic plenè per gloss. pro & cõtra. in l. per fundũ. ff. de seruit. rusti. prædio. & ff. de regulis iuris. in l. quod ab initio. & per Dyn. in c. non firmatur. de reg. iur. in 6. De similitudine autem, quam facit glo. de Clerico, dic vt plenè dixi in c. qui Clericus. suprà eo. & supra de mili. Vasal. qui arma belli. depo. in c. 1.

2 †Not. quòd naturales filij etiam legitimati, non succedunt in feudum. [a] Et est ratio, quia solùm agnati [b] admittuntur ad feudum, vt infrà de succes. feud. in c. 1. isti autem taliter nati, non sunt agnati, sed cognati, vt ff. vnde cogna. in l. in hac parte. & insti. de succes. cogna. in §. vulgo. Et quanquam per legitimationem subsecutam, videantur agnasci, vt in Auten. de incestis nup. in §. dubitatum. & perinde esse ac si nunquam fuissent naturales. arg. in l. imperialis. C. de nup. & in l. 1. C. de iure annul. aureo. fatendum quòd Imperator hãc legitimationem potest facere, vt in l. qui in Prouincia. in §. 1. ff. de ritu nup. & not. in gloss. Sed tamen simpliciter concedendo, non videtur hoc facere, & concedere tale priuilegium, cum præiudicio alterius, vt in l. 2. §. si quis à Principe. ff. ne qd in loco publi. & C. de emanci. libe. in l. nec auus. Non extantibus enim illis naturalibus, veniebant legitimi agnati, vt suprà de gradi. succe. in feud. in c. 1. & suprà, qui feudum da. pos. in §. cùm verò Coradus. Et sic tale ius erat quæsitum agnatis, & eis deficientibus, domino, vt suprà de alie. feud. in §. & si Clientulus. Ideò Princeps sine illorum præiudicio videtur legitimasse. Et per cõsequens talis legitimatio ita generaliter, & simpliciter sumpta, non debet eis auferre præiudicium, vt in Auten. quib. mo. naturales effi. sui. in §. filium. colum. 7. Et ita intelligatur iste tex. Et ideò dicit Iacob. de Bel. quòd si Imperator legitimat quem, vt sit legitimus, & quod succedat in feudo, quòd hoc potest facere, non extantibus legitimis & naturalibus, aliàs secùs putat, per §. & generaliter. in Auten. qui. mo. naturales effi. sui. de quo statim dicam latius.

3 †Quæro cum gl. in ver. hic autem, &c. quid si Imperator in legitimatione expresse dixit, quòd essent legitimi, ita quod in feudo succedere possint [c] an tunc taliter legitimati succedant in feudo? Et respondet gloss. quod sic, quia Imperator in rescripto expressè & nominatim hîc concedendo, facit licitum, quod aliàs non liceret, vt in l. quotiens. C. de pcibus impera. offe. Et ita dicit gloss. fuisse obseruatum in quadam quæstione de facto in ciuitate Mutinæ, & signa istam gloss. quæ est notanda, & eam tenet Iacob. de Belui. Pet. de Cer. Andre. de Isern. & Bald. & Communiter scribentes, licet interdum ipse idem And. de Iser. senserit contrarium, vt statim dicam.

4 †Ex qua gloss. not. quòd Imperator de potentia absoluta, & ex certa scientia, potest legitimare aliquem, vt ex tali legitimatione succedat simul cum legitimis [d] Et hoc ideò est propter supremam Imperatoris potestatem, vt in l. fi. in fi. ff. de consti. prin. qui ex certa scientia potest tollere legẽ, & positiua minuere, vt ni l. idem Vlpianus. in fi. ff. de excu. tuto. Vnde & spurios, non obstante legẽ, legitimat. vt in Auten. qui. mod. natu. effi. sui. in §. fi. & ibi no. in gloss. fi. Et potest quem facere de inhabili, habilem, vt in l. quidam consulebat. in fin. ff. de re iudic. facit. l. quæris. de natalibus restitu. Scias tamen, quòd licet Imperator hoc possit facere de plenitudine potestatis, tamen non consueuit in præiudicium aliorum, nisi per raro, & ex causa. d. l. nec auus. C. de emancipa. libe. & probatur in l. 2. in fi. ff. de natalibus resti. & tenet Bal. in l. nam ita diuus. ff. de adop. Facit quod traditur in l. digna vox. C. de legibus.

Sed in contrarium fortiter arguitur, quòd Imperator non possit aliquo modo legitimare naturalem, quantum ad successionem, vbi extant filij legitimi, quoniã per talem legitimationem, aufertur debitum ius legitimis, & datur naturalibus, quod videtur esse cõtra ius diuinum, quod non potest per Principem mutari, vt C. si contra ius vel vtili. pub. in l. fi. cum ibi not. Nam filius legitimus est ex matrimonio instituto à Deo in Paradiso, dum dixit, quos Deus coniunxit, homo non separet. Item quia est excommunicatio diuini iuris, vt in l. 1. de ritu nup. Item quia dixit scriptura sacra, quòd filius ancillæ nõ succedit cum filio liberę, de qua transumptiuè fit mentio. 32. quæst. 4. c. dicat aliquis. Item quia Imperator non est dominus bonorum meorum, nisi quantũ ad protectionem, vt in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. Item quia filius legitimus nõ potest priuari, etiã si portio sua daretur Deo, l. si quis ad declinandã. C. de Epis. & Cler. & ibi not. Multominus, vt detur alteri, qui

[a] *Non succedunt in feudum. Adde Bar. in l. ex facto. in § si quis rogatus. ff. ad Treb. Bar. in Autẽ. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccl. & per Bal. in c. quæ in ecclesiarum. de cõsti. & an succedit in emphiteosi vide per Ab. in c. lator. qui fi. sint legi. & per Abb. in c. tanta. eod. tit.*

[b] *Quia solùm agnati. Adde Bal. & Pau. de Cas. in l. vnica. vnde liber.*

[c] *Ita quod in feudo succedere poßint. Adde Anto. de Roselis & Lod. de Sardis in suis tractatibus de legitimatione.*

[d] *Succedat simul cũ legitimis. Adde per Cardi. Alex. in repet. c. per venerabilem qui fi. sint legit.*

in tantum non est priuilegiatus. Et ex istis omnibus dixit Andr. de Isern. quod aliqui tenuerunt istam partem, & non malè.

Sed ego considerabam, quod ista quæstio incidit in aliam quæstionem, vtrū Imperator posit auferre ius meum, & alteri dare, de qua plenè per Cyn. in l. rescripta. in quarta quæstione. C. de precibus impera. offe. vbi ipse dicit, quòd est periculosè ad decidendum. Et tandem secundum Vltramontanos ipse sic distinguit, quod aut vult mihi auferre cum causa rationabili, aut sine causa. Primo casu potest, vt in l. item si verberatum. in §. vltimo. ff. de rei ven. & probatur à simili in vsucapione, quæ ex lege ciuili aufert dominum à me cum causa, ne dominia diu stent in incerto, vt ff. de vsucap. in l. 1. Igitur & Imperator qui est lex ciuilis in terris, vt in Auten. de consulibus. in fi.

Secundo casu quando sine causa, & tunc ex potestate sibi attributa de iure non posset, vt insti. de legi. agna. tu. in §. fi. Sed tamen quantum ad obseruantiā, qualitercunq; scribat debet seruari. Nam semper rescriptum suum supponimus ex iusta causa, & talis præscriptio est violentia in persona Principis, quod iustè faciat, ita q̄ non admittatur probatio in contrariū secundum Iac. de Ra. pro quo facit, quod habetur in l. 1. ff. de consti. princ. de quo per Bal. in l. qui se patris. C. vnde, libe. Negari tamen non potest, quod isto casu ipse peccaret auferendo mihi rem meam sine causa. Et ista fuerunt verba Cyn. Et intelligas quòd quælibet ratio motiua ipsius Principis, haberi debet pro causa, vt ibidem tenet Bal. in l. si priuatus. ff. qui & à qui. Qui etiā sequi videtur supradictam distinctionem. Et infert ad quæstionem, quòd si Imperator facit aliquem Comitem Palatinum, & dat sibi potestatem legitimandi spurios, etiam post mortem parētum, quòd si ante legitimationem alij consanguinei adiuerint hæreditatem, & per contraneos erant effecti domini, quod ista legitimatio non præiudicat eis, quia cum dominiū sit de iure Gentiū, per rescriptū Principis non potest auferri sine causa. Et hîc nulla suberat causa, nisi fortè pater hoc præordinasset, vt no. Bar. in l. Gallus. in §. & quid si tantùm. ff. de libe. & posth. vbi videas. Vtrum autē ratione talis peccati, tam respectu impetrātis, quàm ipsius Principis concedentis, læsus posit consequi iustitiam misericorditer officiū implorando, vide per Innoc. compost. & Doct. in c. quæ in ecclesiarum. extra de consti. & per Bal. in d. l. rescripta. Patet itaq; ex p̄dictis determinationē huius gl. esse verā intelligendo, vt suprà dixi.

Nec obstant argumenta suprà formata per Andre. de Isern. quia intelligo ea circa legitimam debitam filijs de iure naturali, quæ non potest eis tolli, vt per Docto. in l. sancimus. C. de nup. Nam ius naturale ipse Imperator non potest rescribendo tollere, vt no. in l. fin. C. si contra ius, vel vtili. pub. & in d. l. 1. ff. de consti. princip. de qua tamen quæstione, vide etiam per Bar. & Iac. Butri. in dicta l. fi.

5 † Quæro ab extra, an in legitimatione sit necesse, quòd Imperator apponat clausulam non obstante, & c. Et dicit Bal. quod non, quando ipse rescribit specialiter ex certa scientia, & hoc verbum ex certa scientia sit expressum in literis. Secùs si daret alicui generalem autoritatem legitimandi, quia tunc clausula prædicta est necessaria. arg. no. in dicto §. fi. in Auten. qui. mod. natu. effi. sui. & quod dixit Ioan. Andre. in c. 1. in 6. in nouella. Alij dicunt quod semper requiratur clausula derogatoria, qua non adiecta Princeps potius videtur per importunitatem indulsisse, quàm ex deliberatione, per nota. in l. 1. C. de natu. libe. & C. si nup. repeta. in l. 1.

Sed prima opinio est magis consona iuri per dictam l. qui in Prouinciam. in §. 1. ff. de ritu nup. vbi est casus notabilis, licet salubrius esset ponere, vt statim dicā.

6 † Quæro vtrum dicta clausula debeat apponi, quando Imperator rescribit ad priuatam vtilitatem alicuius, an sufficiat dicere, non obstante aliqua lege, vel debeat specificari lex, & dicere non obstante tali lege. capi. naturales. si de feudo fue. controuers. cum similibus? Respondeo quòd in hoc variant gloss. Nam in Auten. hoc inter. C. de testa. tenet, quod debeat specificari lex, cui intendit derogare per l. si quis in princip. ff. de leg. 3. Alia gloss. in dicta l. 1. C. de natu. lib. tenet quòd sufficiat dicere non obstante aliqua lege. Sed Bartō. in dicta l. fin. C. si contra ius. ita determinat, quòd non sufficiat dicere, non obstante aliqua lege. Item quod non sit necesse exprimere legem eam nominando hoc modo, videlicet, non obstante tali lege, sed sufficiat quod dicatur, non obstante aliqua lege, quæ in contrarium loqueretur, vel aliqua lege derogatoria, vel aliqua lege, quæ hoc fieri prohiberet, vel similia verba. Et ita intelligit istam materiam, de quo per eundem in tractatu

adrepri-

ad reprimendum.in gloss.super verbo non obstan. & in l.si quis in princip. ff. de lega.3.& per gloss.Odoff. in tractatu de pace Constantiæ.in §. si libellarij. Ad quod facit.l.libertus.ff.de ali. & ciba.lega. Dixit tamen do.Bald.in d.l.1.C.de natura liber.quod ad cautelam bonum est specificare legem, & dicere non obstante. l.1.C. de natura liber. & in §.finali.in Autentic. quibus modis natura effi.leg. &c. naturales,si de feud.fue.controuersia.cum simili. Et ex prædictis quantum ad propositũ nostrum, circa materiam præsentis capituli,pro clariori noticia puto posse sic distingui,quod interdum Imperator legitimat aliquem simpliciter,non facta aliqua mentione in rescripto de feudo, nec de succedendo,& tunc ex tali legitimatione quis non admittitur ad successionem feudi, quia casus est in isto capitulo, & rationem dixi suprà in secundo notabili. Interdum Imperator legitimat exprimendo in rescripto etiam ad succedendum, sed tamen nullam mentionem facit de feudo, & adhuc talis legitimatus non admittetur ad successionem feudi, cùm de feudo nulla sit facta mentio, neque in genere,neque in specie,per ea, quæ supradicta sunt, & probatur in hac glossa à contrario sensu. Et facit etiam ratio,quia sicut in alienatione generali omnium bonorum,non intelligitur accedere feudum vt infrà e. in c. in generali. Ita & eodem modo in ista legitimatione generali ad succedendum, in quo non est facta mentio feudi, non debet intelligi feudum.

Interdum Imperator legitimat, & in legitimatione specialiter nominatim fit mentio, quod legimatus succedat in feudo,& tunc aut ex certa scientia hoc fit, & in isto casu, talis legitimatus veniet ad successionem feudi, etiam dato, quod in rescripto non sit dicta clausula non obstante,& ita intelligatur ista glossa. Melius tamen esset etiam isto casu apponere clausulam, vt statim dicam. Aut non apparet aliter de certa scientia, & tunc aut fit rescriptum cum dicta clausula non obstãte,quo casu,ipse legitimatus admittetur ad feudum, aliàs secùs,per ea, quæ suprà dicta sunt. Et hoc modo habes intellectum huius materiæ. Dixit tamen Dynus & Baldus, hic quid quando Princeps legitimat ad feuda, quod ista non est gratia communis, sed exuberans, & ideò exuberans solennitas requiritur, vt dicatur non obstante. c. naturales. si de feudo fuerit controuersia. Sed vbi est gratia communis, sufficit dicere non obstante aliqua lege in contrarium argumentum. no.in l.2.ff.de regulis iuris. Et per hoc tutius est,& consulo,quod semper in rescripto gratiæ feudalis,apponatur dicta clausula in specifica forma. Et de hoc,an Imperator legitimans, vel alius habens potestatem ab Imperatore,sicut sunt Comites Palatini, debeat apponere in legitimatione dictam clausulam. vide plenè per Bald. in l. eam quam. C. de fideicommisso.

De his autem Comitibus Palatinis, qui habent autoritatem à Principe legitimandi,dixi in capitulo primo in principio. in vltimo notabili suprà quis di.Dux, Comes vel Marchio.

7 † Quæro pone, pater non habet nisi filium naturalem, quem legitimari fecit ad feudum secundum formam suprascriptam, postea idem pater suscepit filios legitimos ex vxore, an legitimatus ante, succedat in feudum cum cæteris filijs,puto quod sic.argu.in l.cùm quis. & in l.nuper. C. de natura liber. Item quia illud q̃d legitimo factum est, non debet vitiari per alios superuenientes. vt in l. 2. ff. de iti.a-ctuq; priua.

Non obstat l.si vnquam. C. de reuo. donati. quia ibi loquitur in extraneo,quo non est verisimiliter, quod pater voluerit ipsum præponere suæ soboli. Hic autem quilibet eorum erat filius, & de suo sanguine. Facit quod ibi notat. in glossa & in l.si totas.C.de inofficio.dona. Et videtur esse de mente Andræ.de Isernia. licet, non ponat exemplum in feudo. & Cynus in dicta l.si vnquam. C.de reuo.donati.& Bartol. in l. ex facto. ff. de vulga.& pupil. vbi latè quæstionem examinat,& Specul. de successione ab intesta. versicu. item si sint legitimati. & ibi Ioan. Andræ. de quo per ipsum.in c.sine culpa. de regulis iuris. libro 6.

8 † Quæro quid si filius naturalis efficiatur legitimus per subseques̃ matrimonium, prout disponitur, in c.tanta. extra qui filij sint legitimi.an talis effectus legitimus per matrimonium subsecutum succedat in feudo? dic quod sic secundum Andræ.de Isern.quia dictum.c.tanta.non distinguit inter bona feudalia & allodialia.Neq; est dare rationẽ diuersitatis,quare aliud debeamus dicere in feudo, vnde in vtroq; debet dici idẽ ius.l.à Titio. ff.de

verbo.obliga. Et probatur ratione, quia si Princeps ex certa scientia hoc potest facere, multò fortius matrimonium, quod est de iure diuino & cõmuni. Et tenent etiam Doc. in d.c. tanta. licet in contrarium videatur facere. c.1. infr. de filijs na. ex ma. ad mor. cõtracto. Sed illud est irrationabile & exorbitãs, q̃ nõ est extendendũ. vt dixi supr. c. ꝓximo. & licet Bar. in l. ex facto. in §.1.ff. ad Treb. videatur tenere cõtrarium. Intellige tamen, q̃ quando filij legitimantur ꝑ subsequens matrimoniũ, debet interuenire solennitas q̃dam. s. instrumẽtũ matrimoniale atq; dotis. Aliàs quantũ ad succedendũ, nõ sunt legitimi. licet sint legitimi, quo ad ordines ecclesi. vt in d.c. tanta, & ita tenet Bal. in l.1.C. ad Orficianũ, & ꝓbatur. in §. insti. de nupt. & in l. impialis. C. de nu. & posset opponi de simulatione cõtra tale instrumentũ matrimoniale. vt ꝓbatur in l. neq;. C. de nu. & tenet Bald. hic. & vide circa ꝓdicta ipsum. in l. & si cõtra. C. de nup. & in l. neq; fine. Ipse tamen idẽ Bal. videtur tenere cõtrariũ. in l. cũ quis. C. de naturali. lib. Quæro qd si inuesti. diceret, ꝑ se & heredibus suis, ex suo corpore legitimę descendentibus, an tunc legitimat⁹ ꝑ subsequens matrimoniũ admittatur ad feudũ. Et dixit idem Andr. q̃d sic, quia matrimoniũ subsequens, omnem maculam purgauit, & est factus legitim⁹, quantum ad omnia. vt in d.c. tanta. nisi aliud constaret de mẽte concedentis. vt ff. de regulis iuris. in l. super.

Sed dominus Bald. in hoc tenet contrarium, quia secundũ verba inuestituræ debemus attẽdere principiũ genituræ, & non est nostrũ extendere scripturas. l. cõtractus. C. de fide inst. facit. l. quid ergò in prin. ff. de his qui no. infa.

Sed ego concordarem istas opiniones, quia aut tempore matrimonij filius erat iam conceptus & nat⁹, & tunc habeat locum opinio Bal. Aut tempore matrimonij erat concept⁹, sed nõdum natus, & habeat locum opinio. And. de Iser. per dictã l. nuper. C. de natu. lib. Et pro hac concordantia facit, quod dixit Vincen. Hostiẽ. & Paulus de Elea. in c. tanta. Quid autem si aliquis habet filium ex concubina, quam postea desponsauit, ex qua habuit alium filium, qualiter succedant, dic per Bal. in l. neque. C. de nuptijs. vbi dicit, quod si dicta desponsatio est facta sine suprascripta solennitate, q̃ primogenitus non succedit. Quæro an filius naturalis succedat in feudo materno? dic q̃ non, per capitulum istud, quod indistinctè loquitur, nec distinguit feudum paternum à materno, vnde nec nos distinguere debemus, vt in l. de precio. ff. pub. Et licet factus sit legitimus, non debebit matri in feudo succedere, nisi prout dictum est suprà in feudo paterno. & ita tenet Iacob. Ardizo. & Andrę. de Isernia. Et circa prædicta, vide Bal. in l. eam quam. C. de fideicom. vbi plura ad materiam illegitimitatis adducit, & dixi in capitulo primo sup. an maritus succed. vxo. Quæro si conceditur feudum cuidam existenti in sacris, pro se & suis hæredibus, qualiter intelligatur, collige ex dictis suprà, de alien. feud. in §. & si clientulus. & suprà de mil. Vasallo, qui arma belli. depo. in c.1.

a Nat⁹ ex clerico in minoribus. Adde Bar. & Bald. in l. & si contra. C. de nu. Sal. in l. quæ contra. C. de incip. nupt. Bald. in §. fin. insti. de nup. in recolle.

9 † Quæro an natus ex clerico in minoribus [a] constituto, legitimetur subsequens matrimonium, & Ri. Malum. disputando tenuit quod non, quia est natus ex damnato coitu. ff. de statu ho. l. Paul. Ioan. Andræ. tangit in addi. Specul. qui filij sint legitimi. in princi. & se remittit ad no. per ipsum. in c. fine culpa. de re iur. in mercurialibus, vbi tenet contrarium, quem sequitur Bald. hic. quia contrahere matrimonium ab initio erat in potestate patris, & ideò legitimatio trahatur retro. vt in d.c. tanta.

Bart. autem in l.1.ff. de concubi. videtur dubitare. Sed pro opinione Ri. Malum. fortiter facit, quia tempore natiuitatis non tenuisset matrimoniũ 28.q.1.c. caue. Item, quia tanta non fingit super impossibili de iure. Impossibile autem fuisset, quod ille clericus dum est in ordinib⁹, potuisset contrahere. vt in Auten. de sancti Episcopi. in §. clerico. & in l. eũ qui. C. de Epis. & cleri. Item probatur in dicto c. tanta in fin. vbi spurij non legitimantur ꝑ subsequens matrimonium. Et putarem istam partem esse veriorem, quàm videtur sequi Bald. in l. & si contra. §. de nupt. & in l. benignus. ff. de legibus. & in Auten. præterea. C. de natu. lib. Nam simile videmus, quod si quis contrahat ex dispensatione, cum sua cõsanguinea, cum qua habuerat primò filium. Vel contrahat cum Iudæa nũc effecta Christiana, cũ qua primò habuerat filiũ, q̃ per tale matrimoniũ subsecutũ, nõ fit legitimus filius primò natus, vt dicunt Docto. in dicto c. tanta. & Bald. in l. Paulus. ff. de statu homi. Vtrum autem possit talis fieri dispensatio, vide per Ioan. Andræ. in cap. legitimi. de regulis iuris. in mercuria. Quæro pone, quod quis suscepit

pit filium ex concubina, contrahit cum alia, & suscepit prolem, illa mor. cum prima concubina, & sic legitimatur proles & filius primò suscepit ex illa, quis debet succedere in feudo, stante statuto vel cõsuetudine, q. primogenitus in feudo succedat, & Ioan. Andr. in dicto c. sine cul. in mercu. tenet, q. succedat natus ex vxore. Et est ratio, quia filio nato ex concubina deferebatur hæreditas, si legitimaretur. Si ergò ante conditionem purificatam nascitur alter filius legitimus, ille succedit p c. quamuis. & c. si pro te. de præben. libr. 6. cum primo huic filio, secundo ius quæratur. Et ita tenent Doctor. in dicto c. tanta. Et de hac quæstione per Iacob. de Aret. & Doctor. in l. cùm decem. ff. solu. ma. & Bald. in l. cùm quis. C. de natu. liber. & ita determinatur in directoria iuris. in titulo de filijs legitimis & illegitimis. in §. quidam. & allegat Hu. & Bartol. Brixien. hoc tenere.

10 † Quæro quid si in articulo mortis [a] contrahit [a] quis matrimonium cum sua concubina, ex qua habebat filium, vel econtrà ipsa erat in articulo mortis, & contrahit cum eo, nunquid proles legitimatur ad successionem feudi? dic quod sic, quia hîc omnia sunt ad matrimonium requisita. Facit quod nota. de sponsa. commissum. & tenent Doctores in dicto capitulo tanta. & Baldus hîc. & Ioan. Andræ. in dicto loco in mercurialibus. & idem Baldus. in l. eam quam. C. de fideicommisso.

11 † Quæro si per dispensationem Papæ validetur matrimonium, quod non tenebat, an filij iam intelligantur legitimi, dic quod non, sed oportet quod fiat mentio de ipsis. l. Paulus. ff. de statu hominum. & ibi per Cynum & Baldum. Sed [b] vtrum Papa dispenset [b] cum aliquo, vt possit accipere consanguineam in vxorẽ, donec habeat liberos, qui succedant in regno, dic per Ioan. Andr. in c. legiti. de reg. iuris. in mercurialibus.

12 † Quæro quid si nascatur filius ex matrimonio, quod non tenebat, putabatur tamen tenere per contrahentes errantes in facto? an talis filius succedet in feudo. & dicit Bald. quod sic, per no. in l. qui contra. C. de incestis nup.

Quod intelligerem verum, quando matrimonium esset improbatum alia de causa, quàm ratione consanguinitatis, puta quia vir habebat aliam vxorem, vel econtrà: vel pater erat sacerdos, vel mater monacha, & alter ignorabat: quo casu, natus ex tali matrimonio erit legitimus, etiam respectu vtriusq;, quãquam alter ipsorum sciuerit. ff. de statu libero. l. si duobus. facit quod notat. in c. ex tenore. extra qui filij sint legitimi. & Baldus in dicta l. qui contra. Sed quando matrimonium esset improbatum ratione consanguinitatis, tunc filij nati non essent legitimi neque succederent, nisi esset seruata forma capituli cum inhibitio. extra de clan. desponsa. & quod ibi no. per gloss. & Doctores. Et ita determinauit Ioan. de Deo.

13 † Quæro dominus concessit feudum Vasallo, pro se & suis filijs natis & nascituris: & tunc dominus sciebat, quod Vasallus habebat, nisi solum filium naturalem, nũquid talis naturalis succedet in feudo, dic quod sic, quia scientia sua domini cõcedentis hoc importat. argumentũ. in l. si quis ita. ff. de testatu. Nam quilibet potest inuestiri etiam seruus, & quicunq; si placet domino, vt in capitulo primo. in §. personam. suprà per quos fiat inuestitura. & tenet Bald. in l. eam quam. C. de fideicommisso. & probatur. in l. hæredibus. in §. fin. ff. ad Trebel. Quæro an in legitimatione sit necesse, quod exprimatur qualitas illegitimitatis: vt puta si est spurius, quod dicatur quia natus ex monacha, vel ex adulterio? Et dixit hîc Baldus, quod non allegando Ioan. Andræ. qui hoc tenet in c. fina. extra de filijs Presbyterorum. Tu dic de hoc latius, & melius per eundem Baldũ. in d. l. eam quam. C. de fideicommisso. & in dicta l. Paulus. Et de hac quæstione per Ioan. Andr. in addi. Specu. qui filij sint legitimi. in prima charta. Vtrum autem legitimatio possit fieri per procuratorem. vide Bart. in l. Gallus. in §. forsitan. ff. de liber. & posthumi. & per Ray. in l. 2. C. de his qui veniam ætatis, &c. Quæro an Imperator possit legitimare ad feudum ecclesiasticum, vel Papa ad feudum temporale? Et dic quod non, quia vnus non potest aliquid subtrahere de iurisdictione alterius. l. consulta diualia. C. de testament. & in c. nouit. extra de iudi. & tenet Baldus in dicta l. eam quam. & Bartolu. in dicta l. qui in prouinciam. de ritu nupti. & in Authen. ex complexu. C. de incestis nuptijs. & vide 10. dist. in c. 1. in gl. & in c. quoniam. & quod not. in c. 1. di. c. 1. & in Spe. de dispen. §. si. versi. illud. Vtrum [c] autem Imperator possit legitimare [c] in terris ecclesiæ, vel Papa in terris imperij, tangitur

a Si in articulo mortis cõtrahit. Adde Cy. & Alex. in l. nuper. C. de natu. libe. de priui. de Ang in l. sed est quæsitum. ff. de li. & posthu. Ioan. de Imolen. in l. si quis posthumus. in princ. ff. de libe. & posth. Ab. in c. cõmissum. despon. Ab. in c. 2. de coniu. lepro.

b Vtrum Papa dispẽset. Adde gloss. in c. quæritur 22. quæst. 2. Doc. in c. non debet de consan. & aff. Doct. in c. literas de resti. spo. Doct. in c. gaudemus de diuor.

c Vtrum autẽ Imperator possit legitimare. Adde Pau. de Cast. consi. 22. inci. an legitimatio Papæ in terris imperij. & p Ant. de Rosel. & Lu. de Sardis. in suis tractatibus de legitimatione.

tangitur per prędictos in dictis locis & per Bald. plenè in l. 1. C. de iure aureorum annulorum. & Bartol. in l. 1. C. de ſumma trinitate. & per gloſſam & Doctor. in c. 1. per venerabilem. extra qui filij ſint legitimi. plenè in directoria iuris in titulo, de filijs legitimis & illegitimis. in §. fin. & per Bal. in d. l. eam, quam. Quæro an filius legitimus natus ex legitimato, ſuccedat in feu-
a do [a] aui, ponit Ioan. Andræ. in c. lator. extra qui filij ſint legitimi. de quo per Barto. in l. Gallus. in §. quidam rectè. & in §. quid ſi is. ff. de liber. & poſthu. & in Specul. de ſucceſſ. ab inteſta, verſi. ſed ex facto. & ibi Ioan. Andr. & Bald. in l. ſi quis inceſtas. C. de inceſtis nupt. vbi videas.

a Succedat in feu. Adde qd de legitimato per ſubſequens matrimonium. vide per And. de Butr. in c. tanta. qui filij ſint legiti.

Vltimò de materia pręſenti, vide plenè Iacob. Ardizo. in Summa in titulo, de ſucceſsione feud. ſub rubricella. Naturales filij non ſuccedunt, &c. cum ſequentibus. & in Speculo de loca. in §. nunc aliquam verſic. 67. & per Bartol. in d. l. ex facto. in §. ſi quis rogatus ad Trebel. & per Canoniſtas. extra de inſtitu. ad decorẽ. & per Archi. in c. 1. de teſta. lib. 6. & plenè videas per Baldum. in d. l. eam quam. vtrum autem poſsit legitimare, & per quẽ & qualiter, plenè traditur. in d. c. per venerabilem. & Hoſtien. in Summa qui filij ſint legitimi. §. fin. & in Specul. de diſpenſatione. in §. poſtremo. verſic. ſed illud. & in titulo, qui filij ſint legitimi. ver. vtrum. & in c. 1. de filijs Presbyterorum. libr. 6. & per Ioan. Mo. & Ioan. And. in Nouella. & in directoria iuris. & in dicto ti. de filijs legitimis, & illegitimis.

Qualiter filij naturales & ſpurij ſiue ſint legitimati, ſiue nõ, ſuccedere poſsint. vide plenè in Speculo de ſucceſsione ab inteſta & per Cynum in Autentic. itaque. C. communia de ſucce.

De forma autem legitimationis, vide per Azo. in Summa de naturalibus liber. & in Autentic. quibus mod. naturales effi. legi. & Bald. in l. fi. C. de operis libe. & in l. 1. C. de iure annulo. aureorũ. vbi plura ponit de legitimatione.

SVMMARIA.

1 *Impubes fidelitatem polliceri non compellitur. & num. 3.*
2 *Feudum aliquo caſu retinetur quamuis iuramentum fidelitatis non præſtetur.*
Pupillus doli capax an poſsit præſtare iuramẽtum fidelitatis.
3 *Dictio donec deſignat tempus perfectum.*
Maior 14. anno. qui non petijt infra dictum tẽpus, an poterit reſtitui.
4 *Minor quatuordecim annis ad iurandum, an compellatur.*
5 *Minor quatuordecim annis domino feudi per ſubſtitutum famulabitur.*
6 *Tutor an poſsit pro pupillo minore quatuordecim annis iurare.*
7 *Minor quatuordecim annis an poſsit inueſtiti vel inueſtire ſine tutoris authoritate.*

SI MINORI. Impubes cui datum eſt feudum, nõ tenetur iurare fidelitatẽ, donec non eſt pubes factus: tamen interim retinet feudum. h. d. ſecundum gloſ. In text. ibi, ſi minori, ſcilicet, 14. annis. ſecundum gloſ. Ibi, datũ, ſcilicet, propriè, quia poſſeſsio feudi tranſlata eſt in ipſum Vaſal. vt ſupr. quid ſit inueſti. in prin. Et loquitur in feud. nouo, cùm tex. dicat datum ſecundũ And. de Iſer. Nã dare eſt accipiẽtis facere, vt in §. ſic itaq;. inſti. de actio. Idẽ tamen intelligas de antiq. vt infr. in c. ſeq. & ſtatim dicam. ibi, fidelitatem. i. iuramentum pſtare. vt ſup. in tit. quid præcedere debeat inueſti. an fidelitas. in fin. Ibi, maiorem ætatem, ſcilicet, annorum 14.

1 † No. quod impubes non tenetur iurare fidelitatem. Et eſt ratio, quia in illa ætas quicqd videt, ignorat. vt l. 1. C. de falſ. moneta. Item, quia in tali ætate, quis non intelligitur fallere, & deierare. vt in l. qui iuraſſe. ff. de iureiuran. Et ideò ſi talis impubes inueſtitus non iurauerit infra annum & diem, ſecũdum quod facere conſueuerunt Vaſalli, non priuabitur feudo, q aliàs priuandus veniſſet, vt ſuprà in ti. quo tempore miles. & in c. 1. & ſup. ti. 2. in prin. Sed ſtatim cùm eſt factus pubes, incipiet currere ſibi dictum tempus. vt in d. c. 1. Nota. ex textu, ibi, datum fuerit feudum, &c. qd non tantùm in veteri feudo, in quo ppriè non eſt inueſtitura, ſed renouatio inueſtituræ antiq, vt dixi ſup. p quos fiat inueſti. in prin. & ſupr. ti. ſecundo. in prin. Vaſall' habet annum & diem. vt ibi, & in dicto. c. 1. quo tempore miles. Sed etiam in nouo acquiſito debet peti inueſtitura, & fieri fidelitas inf. dictũ tempus. vt in §. pterea. infrà de prohi. feu. alie. per Fe. ſecundũ Andræ. de Iſer. q, qualiter intelligatur, dixi in c. 1. ſuprà quo tempore miles. ſup gl. quinta, vbi videas. & ſupr. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. in prin. ſup tex. vbi declaraui, quod in petendo inueſtituram realem de feudo nouo, non eſt ſtatutum ſeu limitatũ certum tempus. Et ideò ſupra ſuper tex. dicebam, quod iſte Vaſallus impubes iam erat in poſſeſsione feudi.

Prædicta

Prędicta ergò quæ suprà dixi procedunt in maioribus. Sed minor 14. annis, siue sit de nouo inuestitus, siue succedat in feudo antiquo, non necessitatur ad petēdam inuestituram, vel reuocationem infra dictum tempus, & si non petierit, non propterea cadit à feudo. Et hoc voluit glossa hîc posita, in prima sui parte, quæ per hoc remanet expedita, vsq; ad versic. illud autem, &c.

Idem intelligas, si non petierit renouationem inuestituræ à successore domini defuncti, quam pubes maior facere tenetur, vt in dicto titulo 2. suprà in princip. probatur infrà. in c. sequen. & tenet Bald. in l. 1. ff. de rerum diuisi. per l. mulier. ff. de verbo. oblig.

2 †No. casum, in quo quis retinet feud. licet iuramentum fidelitatis non præstet, & fidelitatē facere recuset. Et hoc est fauore ætatis. Regulariter autem contra, vt supr. per quos fiat inuestitu. in. c. nulla. Et hoc est, quod voluit glo. in dicto ver. illud autem. quę p hoc remanet in totum expedita vsq; ad finē. Quæro ab extra, quid si iste pupillus erat doli capax, an tunc iurabit? Et dixit Andr. de Isern. quod sic. de. l. iurisiurandi. §. dabitur. & l. final. §. fi. ff. de libe. causa.

Ego tamen non putarem, quod etiam isto casu, si non petierit inuestituram infra dictum tempus, quod deberet cadere à feudo per beneficium huius tex. Nam ex consuetudine feudorum ita cautū est, vt hîc, vnde non debemus venire ad determinationem legis communis. vt suprà de feu. cogni. in c. 1. Ad quod facit quod not. gl. 2. infr. de pace iura. fir. in §. item sacramenta. & quod ibi dixi.

3 † Quæro quid si est proximus pubertati, an teneatur facere fidelitatem? Et dicit idem Andr. quod sic. hoc etiam tenet Odoff. in Summa quod ego non admitterem per prædicta. Item, quia dictio donec [a] hîc posita, designat tempus perfectum: vt no. in l. fœminæ. ff. de senato. & videtur esse de mente Ia. Ard. Quæro quid de maiore 14. annis, qui non petijt infra dictum tempus, an poterit restitui? gl. in d. §. præterea. infrà de prohi. feu alien. tenet, quod sic, & ibi dicam.

4 †Quæro an minor 14. annis, admittatur volens ad iurandum, & dixit idem And. quod non. per l. videamus. in prin. ff. de in litem iuran.

Ego puto contrarium, per istum tex. qui dixit, non cogitur. & probatur infr. in c. pximo. Item, quia istud tale iuramentū est voluntarium, in quo pupilli volentes admittuntur. l. qui iurasse. ff. de iureiurā. Sed in dicta l. videamus loquimur de necessario seu iudiciali. In infante autem benè fateor, q̄ etiam volens non admittetur, quia iuramentum desiderat verba, vt in Autentic. de manda. princip. in §. sed neq;. quæ verba non potest infans proferre, vt in l. 1. in princ. ff. de verb. oblig. Facit tex. in dicto c. 1. suprà quo tempore miles. & quod dixi in dicto §. sacramenta puberum. & prædicta declara per ea, quæ dixi suprà per quos fiat inuesti. in §. personam. in penultima quæstione.

5 †Quæro an iste minor, qui iurare non tenetur donec venerit ad ætatem 14. ann. an interim debebit seruire per substitutū? Et dicit Bal. quod sic, quantum ad cōpulsionem. Non autem quantum ad punitionem amissionis feudi, de quo statim dicam infrà. c. seq. vbi videas.

6 †Quæro an tutor huius pupilli poterit infra dictum tempus, pro pupillo iurare? Et dicit Iacob Ardizo. in Summa. quod sic, si velit, licet, non cogatur, si nolit. arg. ff. de noxa. in l. quotiens. si tutor. & C. de iuramento. calum. in l. 2. in §. 2. & ff. de in litem iuran. in l. videamus. in §. 1.

7 † Quæro an minor 14. annis possit & teneatur Vasallum inuestire, & vtrum exigatur autoritas tutoris, vel non, dic vt dixi suprà, per quos fiat inuesti. in prin. & Bald. in l. 1. ff. de rerum diuisi. ver. 18. Quid autem econtrà, an possit accipere inuestituram, dixi suprà, per quos fiat inuestiturā. in §. personam. in dicta quæstione penultima.

Vltimò ad materiam præsentis capituli, vide quod dixi in dicto capitu. primo, suprà quo tempore miles. & supr. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in prin. & in §. 1. de prohi. feud. alien. per Federicum. in §. præterea supra allegato. & infrà in c. sequē. & quod habetur in tex. & glo. 22. q. 5. paruuli. & c. pueri. & plenè per Iac. Ardizo. in Summa in titu. qualiter iurare debet Vasal. sub rubricella, de his qui non debent iurare fidelitatem. in tit. quibus modis feudum acquir. sub rubricella, infrà quod tempus inuestitur. peti debet, cum sequentibus. & Baldus. in l. 1. ff. de rerum diuisio. in versicul. 20. & per Hostien. in Summa titulo. de feudis. in §. quid sit fidelitas, versiculo 4.

[a] ***Dictio donec** Adde quod dictio donec est suspensiua. & habet temporis reuolutionem, & non inducit conditionē perpetuā extinctiuam. secundū Ioā. de Imo. in Cle. 2. de vita & bone. cle.*

Sum-

SVMMARIA.

1 *Vasallus fidelitatem iurare non compulsus, volens tamen est amittendus.*

2 *Pupillus an cogatur per substitutum domino feudi famulari.*

SI QVIS DECESSERIT. Si Vasallus in quem puenerit feudum per successioně sit impubes, non tenetur fidelitatem facere, neq; seruitium personale præstare. Si tamen quisq̃ pro eo dictum seruitium facere voluerit, admittetur. h. d. Et continuatur ad capitulum supr. proximum: Quia ibi declarauit, quid iuris sit in feudo nouo, hîc verò determinat in feudo paterno & antiquo. Et pro euidentia pręmitte, quia interdum Vasallus pro feudo, q̧ à domino recognoscit, tenetur ad præstationem seruitiorū: vt inf. de cap. qui cur. ven. in c. fi. Quæ seruitia quandoque sunt realia, quia sunt in dando aliqd domino. puta. 10. omni anno. Quandoq; personalia, quia sunt in faciědo, puta ire ad plium, vel ad exercitum cū domino, vt dixi in c. omnes. supr. eo. & de hoc tali seruitio psonali loquitur iste tex. In text. ibi, impubere, scilicet, minore. 13. annis. vt dixi supr. c. proximo. Ibi, fidelitatem. i. iuramentū fidelitatis. vt declaraui in. d. c. supr. pximo. No. casum in quo Vasallus nō compellitur iurare fidelitatem, neq; p se, neq; per alium. Et hoc colligit etiam glo. hîc posita. in sui prin. quæ p hoc est expedita, vsq; ad versic. si tamen, &c. Et adde rationem, quia hoc operatur pupillaris ætas. Nam regula est in contrarium, vt dixi suprà. c. proximo. in tertio notabili.

1 † Nota. quod pupillus qui non tenetur iurare fidelitatem, tamen volens admittitur. Nam & alibi pluries hoc accidit, q̃d q non compellitur, tamen volens admittatur, vt nota. p glossam. in l. 1. in §. 1. ff. de ferijs. Et hoc etiam collegit glossas nostras, in dicto versiculo, si tamen. vsque ad versiculum, illud autem, &c. quod notabile postea iterato recapitulauit in fine sui. in versiculo & notabis, &c. quæ p hoc in dictis partibus remanet expedita. No. tertiò ex isto textu in fine, secundum eandem glossam, quod alius p alio potest feudo seruire, & seruitium præstare. Et hoc collegit ista glossa in tertia sui parte. in versiculo, illud autem, quæ ad hoc allegauit plures concordantias, vsque ad versiculum, hoc autem, &c. Et de hac quæstione tetigi suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. sed nec alia. & supr. eo. in c. qui clericus.

2 † Quæro cum dicta gl. in dicto versic. hoc autem, &c. an hodie hoc seruetur ex consuetudine curiarum, quod pupilllus volens, admittatur ad seruiendum, non autem compellatur seruire per substitutum, & respondet glossa quod non, quando domini hodie inuestiunt Vasallos impuberes, petunt alium sibi substitui ad seruiendum, & Vasallus præstat nulla excusatione adiecta. Ex quo concludit ista glo. quod impubes benè tenetur hodie ex vsu curiarum seruire per substitutum, sed tamen si hoc non facit, non ꝓpterea priuabitur feudo, per text. nostrum. & hoc voluit tota ista glossa, vsque in fine. Ex qua no. quod ex consuetudine curiarum, non scripta, Vasallus impubes hodie potest compelli ad dandum substitutum, qui seruiat.

Quod intellige verum, quantum ad compulsionem. Non autem quantum ad punitionem amissionis feudi, vt in hac glo. & ita etiam intellexit Bald. ita declarans. in c. suprà ꝓximo. Et hoc vt dixi operatur fauor pupillaris ætatis, vt hîc. aliàs est regula in contrarium, quod vbi Vasallus non adimplet ea, quæ in sua inuestitura continentur, quod priuatur feudo, vt suprà, in quibus causis feudum amittatur. in fine. & quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. est & alia. & suprà de feu. sine cul. non amit. in c. 1. Et circa istum articulum distingue latius, & sic, quod aut Vasallus, quod debet seruire est impubes: & isto casu potest seruire domino per substitutum, si vult, sed non cogitur. vt hîc in isto textu. Hodie autem secundum vsum curiarum non scriptum compellitur cautiuè. Sed tamen non priuatur, si non facit, vt in glossa, & quod suprà dixi. Nisi esset tale seruitiū, quod per pupillum posset præstari, vt ff. de operis liber. in l. vt iurisiurandi. in §. dabitur. & ff. de liber. causa. in l. fin. in §. fina. & ff. ad Sille. in l. excipiuntur. & tenet Iacobus Ardizo in Summa. Aut Vasallus est maior, vt quia est pubes, & tunc aut non est capax feudi ab initio, neque ex post facto, & non potest seruire domino per substitutum, vt suprà qui feudum dare poss. in §. hoc autem. & supr. eo. in c. qui clericus. & quod ibi dixi. & infrà de bene. fe. in c. 1. Nisi esset de nouo inuestitus, vt suprà Episcopus vel Abbas, in capitulo primo. Aut ab initio est capax feudi,

feudi, sed factus est ex postfacto non capax, post feudum susceptum, & tunc aut seruitium potest per alium explicari, & poterit seruire domino per substitutum, aut non, & tunc non, vt infrà de prohib. feu. alie. in §. firmiter. vbi de hoc. & per gloss. & Doct. in l. quisquis censibus. C. de epis. & cleri. vbi Ray. ita distinxit. & Iac. Butr. in l. ad similitudinem. in eo. tit. & Iaco. de Belui. in hoc capitulo, aliquibus per me additis. Cætera ad hanc materiam vide, prout scripsi in d. c. qui clericus. in prima quæstione, & quod statim dicam in oppositione seq.

Oppo. ab extra, quod imò Vasallus nunquam possit seruire per a substitutũ, quoniã in feudo est electa industria personæ certæ, vnde dominus non debet compelli inuitus habere alium, qui sibi seruiat quàm illum, quem ex inuestitura elegit, vt probatur in cap. 2. in fi. suprà de fratribus de no. be. inuesti. Sol. ego fateor contrarium, quando Vasallus substitueret aliquem loco sui, qui non esse acceptabilis domino, aliàs autem si substitueret personam acceptabilem domino: tunc hoc potest fieri, vt infrà de prohib. feu. alie. in §. firmiter. Et intelligitur esse acceptabilis domino, si æquè bonũ substituat, prout ipse est, vt ibi not. per text. infrà de lege Cora. in §. similiter. Sufficit enim si sibi similem, vel æqualem substituat, vt no. in c. beneficium. infr. eo. Vbi autem esset dissimilitudo, non valeret substitutio. l. inter artifices. ff. de solu. & tenet Specul. in tit. de feu. ver. 30. & vide quod dixi in §. firmiter. de prohib. feud. alie. per Feder.

Intelligas tamen prædicta vera, nisi dominus expressè dixisset in inuestitura, quod deberet per se tantùm seruire, & non per alium, quia tunc non posset aliquo modo seruire per substitutũ domino inuito, vt in l. si ita fuerit seruis. ff. de manu. testa. & tenet Bald. & probatur in l. 1. in §. ne autẽ. C. de cadu. tol. de quo ibi plenè per Docto. Si tamen etiam isto casu Vasallus ad seruiendum nõ esset habilis, adhuc putarem, quod posset seruire per substitutum per dictam l. quisquis. & l. ad similitudinem. & est de mente And. de Isernia.

Idem si dignitas esset aucta ipsi Vasallo, ita quod non esset decens dignitati suę præstare seruitia debita, cum sua persona, quia poterit ea præstare per substitutum, vt in l. interdum. ff. de ope. liber. Idem si alia necessaria causa per quam Vasallus cum sua persona nõ potest seruire, vt in l. filius. in §. fi. cum l. seq. ff. de procu. secundum prædictum An. & tenet etiam Iacob. Ardiz. in Summa. in tit. qui. mo. feu. amit. sub rubricella excusatur si dignitas & in pluribus rubricellis ibi proximis. In quibus possint colligi plures alij casus, quos ibi videas. Quod etiam sentit Iac. de Bel. in isto c. Et vide circa istam materiam, quod dixit Cy. C. de epi. & cle. in l. si quis censibus. & Bar. in l. continuus. §. si ab eo. ff. de verb. obli. & per Ioan. Andr. in addi. in ti. de feudis. sub rubrica. vers. 24.

Vltimò de materia huius capituli, quantum ad principium, vide quod dixi in c. præcedenti. & in remissionibus ibi adductis.

a *Seruire per substitutum. Adde glo. in l. si qui ex cõsensu. C. de epis. & cler. & ibi Cynus Bar. in l. continuus. in §. si ab eo. ff. de verb. oblig. Bal. in l. 1. in §. ne autẽ. C. de ca. tol. Archi. in c. episcopus. 88. di.*

Quantum verò ad materiã, quæ spectat ad finem, vide in locis quos suprà ad propositum allegaui. & plenè per Iacob. Ardizo. in Summa in tit. quib. mo. feud. amitt. sub rubricella. an per alium possit seruire Vasallus domino. Facit de iure Canonico id, quod traditur per Canonistas in c. mulieres. extra de sen. excom. & extra de rapto. in c. in archiepiscopatu. & vide no. per gl. in l. 2. in §. 1. ff. de admi. rerum ad ciui. pertinen. & per Dy. in c. potest quis per alium. ff. de regu. iuris. & q̃d dixi suprà, per quos fiat inuesti. in §. sed vtrum. & in Spe. de aduoca. in §. 1. versi. sed pone.

SVMMARIA.

1 *Feudum antiquũ etiam si licitè alienetur, per hoc Vasalli hæredibus non officitur.*
2 *Alienatio feudi inter agnatos licita.*
3 *Alienatio feudi reuocabitur à filijs Vasalli viuentis.*
4 *Alienationi consentiens iure suo priuabitur.*
5 *Filius agnatis exclusis ad feudum à patre illicitè alienatum cum beneficio inuentarij admittitur.*
6 *Filij post feudi alienationem nati eandem reuocabunt.*

TITIVS FILIOS. Istud capitulum habet materiam notabilem, & subtilem, & intelligitur varijs modis per Doctor. Ego ipsum legam, diuidam & summabo secundum intellectum quem iudicio meo puto verum. Ipsum itaq; diuido in duas partes, Primò, quoniam in prima parte Vasallus alienans feudum non habebat filios: quo

casu, suus agnatus proximior, in quem dictum feudum erat recasurum, recuperare vult dictum feudum alienatum. In secunda parte Vasallus alienans habebat filios, quo casu, filius ipsius alienantis est ille, qui recuperare vult dictum feudum alienatum. secunda ibi, quod si Titius.

CASVS.

Feudum antiquum licitè alienatum per Vasallum potest eo mortuo, si non reliquit filios, recuperari per eius proximiorem agnatũ, etiam nullo precio restituto. Si verò reliquit filios, tunc per dictos filios non consentientes alienationi, poterit reuocari, dummodo precium restituant acquirenti, nec est opus isto casu expectare mortem alienantis. hoc dicit. Et præmitto pro euidentiã, q̃d istud capitulum totũ intelligitur in feudo antiquo. Nam in feudo nouo, non potest intelligi, quoniam tale feudũ alienatum licitè non posset reuocari, neq; per filios, neq; per agnatos alienantis, vt dixi infrà de alie. feu. pater. in princip. in vltima quæstione. Item præmitte quod Vasallus intelligitur alienare feudum licitè, quando adest consensus domini, Illicitè verò quando non adest consensus domini, vt infrà de prohib. feudi aliena. per Lothar. in l. 1. in fine. & de prohib. feu. aliena. per Feder. in princ.

1 †Item præmitte quod si Vasallus alienat feudum antiquum licitè, non præiudicatur filijs Vasalli, neq; agnatis, qui dictæ alienationi non consenserunt, vt infrà de alie. feu. pater. in c. 1. in princ. & dixi supr. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. final. in conclusionibus. Differunt tamen filij à cæteris agnatis in recuperando in duobus.

Et primò, quia filij possunt recuperare feudum alienatũ, & in vita, & post mortẽ alienantis. Sed agnati solum post mortem alienantis.

Secundò, quia filij non possunt reuocare, nisi restituãt precium. Sed agnati reuocant absq; aliqua precij restitutione. Et hoc induxit iste textus de nouo. Et rationẽ diuersitatis infrà dicam. Item præmitte, quod istud capitulum intelligitur, quando alienatio fuit facta licitè, scilicet cum consensu domini, quoniam si fuisset facta non legitimè, reuocaretur indistinctè feudum alienatum, etiam per agnatos in vita alienantis, vt dixi suprà de successione feudi. in §. hoc quoque.

Quod intelligas verum, nisi essent heredes alienantis, quia tunc haberet locum titulus infrà, an agnatus, &c. Iacobus tamen de Belui. intellexit istud capitulum, vt loquatur de alienatione illicita, & non benè: vt infrà patebit. Item præmitte quod expressè consentiens alienationi, priuatur iure reuocandi. Idem si tacitè, quando scienter patitur emptorem possidere per annum, vt suprà, si de inuestitura inter dominum & Vasallum lis oriatur, capitulo secundo, in fine. & in isto text. in fine, quando annale silentium habet vim refutationis. vt dixi suprà, qualiter olim po. feudum alienare, in §. penultimo, quod qualiter intelligatur infr. dicam.

2 †Item præmitte, quod licet sit prohibita feudi alienatio: tamen inter agnatos ad quos dictum feudum est recasurum est permissa. vt in dicto titulo, infrà, de alie. feu. pater. capitulo primo, secundo responso.

Subsequenter scias, quod Andræas de Isernia timore iuris noui, videlicet, infrà de prohibitione feudi alie. per Lotharium. & de prohibitione feudi aliena. per Fed. intellexit istud capitulum procedere de iure antiquo, de quo supr. qualiter olim feudum poterat alienari, in §. primo. & de feudi alienatione. in §. & si clientulus. cum ibi not. quo iure Vasallus poterat alienare feudum vsq; ad medietatem, etiam absq; domini voluntate, quod hodie correctum est, per dictam legem Lotharij & Federici. Vel etiam dixit ipse, quod potest intelligi & exemplificari iste textus in Vasallo infeudante feudum suum alteri sine consensu domini, quod etiam hodie licitum est. vt in dicto §. primo. qualiter olim feudũ poterat alie. & in titulo, quibus modis feudum amittatur. in §. aut si libellario. Tu autem exemplifica in alienante, vt sonat litera, & quod dicta alienatio fuit facta, videlicet, cum consensu domini, & mediante precio, quæ alienatio tamen non habet præiudicare filijs, & cæteris agnatis, ad quos feudum erat reuersurum, quia poterunt reuocare, quoniam feudum erat antiquum, vt suprà dixi. Et hoc modo non obstant contraria. Dominus autem Bald. benè exemplificauit in alienante. Sed intellexit similiter istũ textum, vt habeat respectum ad ius antiquum, dicens; quod Titius primò alienauit

nauit partem dimidiã Seio. Et istud poterat facere de iure antiquo, & tenebat alienatio, nec reuocari poterat, vt in dicto §. porrò. & in §. & si clientulus. Postea alienauit alteram dimidiam agnato remotiori, & super hac parte vertebatur dubium, an potuisset alienari, & dicit q̃d sic, cum hac tamen distinctione, quia aut Vasallus alienans nõ habet filios, & tunc proximior agnatus, reuocat demum vasallo mortuo, nullo precio restituto. Aut Vasallus alienans habet filios, & tunc proximior agnatus statim reuocat: tenetur tamen precium restituere.

Et iste est intellectus Baldi, sed iste intellectus quanquã in se possit esse verus, tamen non congruit literæ hîc in fine positæ, in qua expressè patet, quod filius alienantis erat ille qui reuocabat. Et sic prædicta sua distinctio non benè adaptatur ad textum, vnde intelligo, quod in prima parte Vasallus alienans, nõ habebat filios, quo casu, proximior agnatus potest reuocare nedum partem alienatam Seio extraneo. Et de hac parte iste textus nullam facit dubitationem, sed etiam potest reuocare aliam partem alienatam agnato possidenti. Et super hac parte fuit exorta dubitatio, an possit reuocari? Nam videbatur quod non, quia alienatio erat facta in agnatum. Sed tamen determinatur contrarium, quia non erat proximior ille possidens, in quem erat facta alienatio. Meritò per proximiorem, in quem dictum feudum erat recasurum potest reuocari, vt probatur infrà de alienatione feudi pater. in principio. Nec proximior tenetur restituere preciũ, vt hîc in prima parte. Postea subijcitur in secunda parte, quod si alienans reliquit filios, quod tunc ipsi filij reuocabunt etiam incõtinenti, dummodò restituant præcium. Et istum puto esse intellectum huius capituli, lege literam. In textu ibi, masculos. Ideò fecit mentionem de masculis, & non de fœminis, quoniam filiæ fœminę non succedunt, vt suprà de successione feudi, in §. filia. Ibi partem, intelligitur de dimidia, quoniam est simpliciter prolatum à lege. l. nomen filiarum. in §. portionis. ff. de verborum significatione. de quo dixi de controuersia inuestituræ. in §. cùm autem. Ibi, feudi, scilicet, antiqui. Ibi, Seia, scilicet, extraneo. Ibi, possidenti agnato, scilicet, in remotiori gradu constituto: vt patet infrà. Et aduerte, quia hîc exorta est dubitatio in capitulo nostro, tum quia agnatus possidebat illam partem de consensu domini: tum quia alienatio fuit in ipsum facta, tanq̃ in agnatum Vasalli. Ibi, concessit, subaudi, licitè & precio, & non gratis, vt infrà sequitur.

Et intellige per alienationem venditionis quicquid dixerit Andreas de Isernia, vt suprà dixi. Vtrum autem feudum possit per precium seu pecuniam acquiri, dixi in capitulo primo, supr. de benef. frat. Ibi, partem illam, scilicet, quæ fuit concessa possidenti agnato, de qua erat maior dubitatio. Nam ex alia concessa Seio extraneo, non declarat, quia de ea non dubitatur, cùm sine dubio multò magis reuocari possit hodie, cùm feudum sit antiquum, vt suprà dixi, sed secundum Doctor. ideò de illa non facit mentionem, quia absq; dubitatione aliqua non poterat reuocari secundum iura antiqua, cùm vsq; ad medietatem fuisset permissa alienatio, dicto §. & si clientulus, & sic intelligunt istum textum de iure antiquo. Fatentur tamen, quod secundum iura hodierna posset reuocari. Ibi, viuo Titio, scilicet, alienatore, subaudi, reuocabitur alienatio per ipsos filios, vt probant sequentia. & est de mente Andr. de Isernia, quicquid dicat Baldus. Ibi, consensit, scilicet, expressè. Ibi, sciuit. Secùs autem si ignorauerit, vt in dicto capitulo secundo suprà, si de inuestitura inter dominum & Vasallum lis oriatur, in fine. Ibi, tacuit, & sic consensit tacitè, quod idem est, vt notatur suprà, quibus modis feudum amittatur. in §. præterea. & hîc in glossa textuali.

3 †Nota. ex isto textu secundum glossam primam hîc positam in principio sui casum notabilem, quod vbi Vasallus alienator habet filios, quod etiam eo viuente reuocabitur alienatio eius, sed si non habet filios, reuocabitur demum eo mortuo. Et quæ sit ratio diuersitatis, glossa ista non assignauit, sed reliquit vobis inuestigandum. Quare tu assigna rationem secundum Andræam de Isernia, quia istud feudum erat auitum, & priorum antecessorum ipsorum filiorũ. Et sic ipsis filijs debebatur ex pacto, & prouidentia priorum: vnde ipse filius etiam viuente patre, erat quasi dominus, vt ff. de libe. & posthum. in l. in suis. & instit. de hæredum qualitate & differentia, in §. sui. Et ex hoc, cùm pater abdicauerit

uerit

uerit à se ius suum in alium transferendo, quod potuit: vt in l. qui tabernas. ff. de contrahen. emp. admittitur filius in continenti, etiam eo viuo, & emptor tenetur sibi restituere incontinenti, nec persona patris sui adhuc viuentis habet sibi obstare, cùm eo viuente censebatur dominus. Verùm quia ipse emptor grauatur in hoc, vt incontinenti restituat, alleuiatur in alio, scilicet, vt rehabeat precium suum, arg. ff. de iureiurando. in l. eum qui. Sed quando ipse Vasallus alienator, non habet filios, sed solum agnatos, tunc ipsi agnati non admittuntur ad reuocandum incontinenti, quia non intelliguntur domini viuente ipso alienãte, & sic reuocabunt solum post mortem. Sed quia in hoc grauantur in expectando mortem alienantis, alleuiantur in alio, quia reuocant absq; precij restitutione. Interim autem donec viuit alienator, ipse emptor lucrabitur fructus. Et dicit Baldus, quod si facta alienatione non viueret ipse Vasallus nisi per vnam diem, quod nihilominus agnatus proximior reuocabit ab emptore absq; aliqua precij restitutione, nec videatur hoc absurdum, quia potuisset etiam accidere, quod vixisset alienator longissimo tempore in damnum ipsius agnati, argumentum, in l. sancimus. in §. finali. C. de dona.

4 †Nota secundò ex isto textu secundum eandem glo. in ver. & no. quod qui consensit vasallo alienanti, perdit ius suum, & ad hoc gloss. allegauit plures concordantias vsq; ad versi. alibi, de quo dic vt dixi plenè in §. pręterea. supr. qui. mo. feu. amit.

Et intelligas siue iste consensus sit tacitus, siue expressus, prout dixit glossella secunda hîc posita, quæ per hoc est expedita. Nota tertiò secundum eandem gloss. in dicto ver. alibi, &c. quod ad hoc vt proximior agnatus succedat in feudo alienato, inspicitur mors alienantis, de quo plenè not. suprà, de successio. feu. in §. primo. Nam viuo alienante, possidebit acceptor. argum. ff. de iure fisci. in l. Statius Florus. in §. fin. Et postea resoluto iure datoris, resoluetur ius acceptoris, vt not. in d. c. §. & si clientulus. Nota quartò per præscriptionem annalem, induci tacitum consensum, vt hîc in fine suprà, si de inuestitura inter dominum & Vasallum lis oriatur. in dicto capitulo 2. Oportet ergò agnatos esse multum sagaces secundum Bald. ne patiantur labi tempus anni, alioquin silentio confirmabitur contractus sic. C. de his qui à non domino manu. l. fi. & suprà, qualiter olim feu. po. alie. in §. penul.

Et intellige prædicta quando fit reuocatio ab alio agnato remotiore, secùs autem si fieret ab extraneo, vt infrà dicam. Quare autem terminus anni inducat istum tacitum consensum. dicit Bald. quia infra tale tempus debebat peti inuestitura, vt suprà quæ fuit prima causa beneficij amittendi, in principio. Nota. vltimò ex textu ibi concessit, quod per verbum concedo, transfertur ius concedentis.

Quod intelligas verum, præcedente titulo, sicut fuit hic. Secùs si deficiat titulus, vt in l. Lucius. ff. de dona. & not. in l. fi. in eo. ti.

Oppo. cum gloss. prima. in versi. sed quod est, quod imò feudum alienatum, non reuocetur per filios, vel agnatos vasalli, sed reuerti debeat ad dominũ, prout est casus suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi, in fine. Cuius contrarium hîc dicitur. Solutio: hîc loquimur quando Vasallus alienat feudum antiquum licitè, scilicet, cum consensu domini, quo casu, etiam filius non excluditur. Ibi autem loquitur, quando alienauit illicitè, id est, sine licentia domini, quo casu reuertitur ad dominũ, quia videtur ipsum cõtemnere. Verùm isto casu, an filij excludantur, & vtrum agnati præferantur filijs, & habeat locum in feudo antiquo remittit se gl. ad no. infrà si Vasal. feu. pri. cui deferri debe. & hoc voluit ista gl. vsq; ad fi. Sed tu dic latius, de his quæstionibus, vt dixi in d. §. fina. quæ fuit prima causa benef. amit. in conclusionibus, præsertim in conclusione 25. & 26. & dicam etiam in dicto titulo, si Vasal. feu. priue. Sed aduerte, quia Iaco. de Bel. intelligit istum text. quod alienatio fuit facta non legitimè, quo casu, dicit hîc esse casum singularem, & non alibi in toto isto libro: videlicet, quod si Vasal. alienat feudũ non legitimè, quod filij non succedunt. Sed agnati proximioris gradus. Sed circa hoc vide, quod dixi in dicta conclusione 26. Postremò quantum ad contrarium suprà formatũ per gl. de dicto §. fi. supr. quæ fuit prima causa benef. amit. dic melius vt ibi dixi in 1. notabili. & in conclusione 17. & 16.

Oppo. cum gl. fi. quod imò filius, vel proxi-

proximior reuocans feudum alienatum per Vasallum non excludatur anno. Sed requirantur anni triginta ad tollendum ius suum in reuocando, vt in l. sicut. C. de præscrip. 30. anno. & in Auten. male fidei. C. de præscrip. longi tempo. Solu. dicit gl. intellige istum text. solum respectu illius partis alienatæ agnato posidenti, ad quem tale feudum erat recasurum, nisi fuisset exclusus, per reuocantem agnatum proximiorem, quia ipsum præcedebat in aliquo gradu vnde ipsa agnatio, & proximitas ipsius posidentis, & scientia proximioris agnati reuocare volentis coniuncta cum isto transcursu anni, operantur istud, videlicet, q̃d iste proximior videatur tacitè consentire alienationi factæ agnato suo, vt sic elapso anno à tempore scientiæ computando, non audiatur vlterius ad reuocandũ: Vbi verò alienatio esset facta in extraneum qui non est agnatus, non excludentur anno, sed exigerētur anni triginta, vt in contrario. Et hoc voluit tota ista glo. vsq; ad finem quæ notabiliter limitauit istum text. Et tenetur per Andr. de Iser. & Bald. & per Doct. Cōmuniter. Vnde & ego cum ea pertranseo, & referas prædicta ad vnum casum huius capituli, siue sit agnatus, qui reuocare velit, vt in prima parte, siue sit filius vt in secunda. & ita tenet Andr. de Iser. Et faciunt prædicta ad quæstionem Doctorum positam, in l. solennibus. C. de rei vendi. de qua tetigi suprà, quæ fuit prima causa benefi. amit. in princ. vbi videas.

Op. ab extra contra istum text. in eo quod filius est deterioris, quàm agnatus in reuocando, cùm filius restituat precium, agnatus non. Et tamen in materia feudali melior est conditio filiorum, vt supr. de gradi. succe. in feu. in princ. Sol. ibi loquimur quando peruenitur ad feudum per mortem & successionem: hîc verò quando per alienationem. Præterea filius in isto casu, quanquã in ista parte videatur esse deterioris conditionis, tamen releuatur in alio, quia reuocat incontinenti. Vbi agnatus nō reuocat, nisi solum mortuo alienante, vt supr. dixi, de qua materia infrà si Vasallus feud. priuetur. cui deferri debe. in c. 1.

Opp. de. §. sed & res. supr. per quos fiat inuesti. Solu. vbi dixi supr. qualiter feu. po. alie. in §. porrò. vbi videtur probari, quod etiam post mortem non posit recuperari absq; precio. Sol. intellige secundũ quod hîc dicitur. Vel dic quod sic, succedit etiam in hæreditate quod reddit precium, aliàs secùs secundum Iacob. de Belui.

5 †Quæro ab extra, quid si pater alienat illicitè feudum, & filius ei succedat cum beneficio inuentarij, & nihil ad eũ perueniat de bonis, quia nihil superest, an isto casu filius admittatur ad feudum, exclusis agnatis. Et dicit hîc Iaco. de Bel. quod sic de æquitate, per §. in computatione. & in l. cùm à matre. C. de rei vendi. licet de rigore videretur contra per titulum infrà an agnatus. Idem dicit ipse, si pater alienãs nihil relinquat in bonis, quod filius potest vendicare feudũ, exclusis agnatis, per prædicta. Quoniam dicit ipse, quod dictus titulus, an agnatus, &c. debet intelligi, quando aliquid de bonis & hæreditate paterna peruenit, & peruenire potest ad filium. Sed quando nil peruenit, nec peruenire potest, tunc credit ipse, quod filius recuperare posit feudum, & præferatur agnato.

6 †Quæro quid si tempore alienationis iste Titius, non habebat filios, sed postea inde ad aliquod tempus suscepit filios, vtrum isti filij poterunt reuocare secundũ formam hîc traditam in secunda parte, & puto quod sic, per istum text. & quia cadit eadem ratio. Facit quod not. suprà de succes. feu. in §. hoc quoq;. infrà de alie. feu. pa. in princ.

Vltimò ad materiam huius capituli vide Iac. Ardizo. in Summa. in titulo de succes. feu. sub rubricella quarta. & in titul. quib. mo. feud. amit. sub rubricella. si annum tacent agnati, & quod dixi in d. §. & si clientulus. & in d. §. hoc quoq;. & plenè in d. §. fi. suprà, quæ fuit prima causa benef. amit. & vide in capitulis extra ordinarijs. in §. si alter ex fratribus. & q̃d tangitur infr. si Vasal. feu. priue. in c. 1. & infrà de aliena. feud. pa. c. 1. & quod dixit Bal. in l. qui se patris. C. vnde libe.

Et de materia annalis præscriptionis dixi suprà, qualiter olim po. feu. alie. in §. pen. & in remissionib. quas ibi adduxi.

De præscriptione autem 30. annor. dixi in cap. si quis per triginta, suprà e. & Bar. in l. 1. in fi. ff. de priui. cre. & ff. de aqua q̃ti. vel æsti. in l. 1. in §. permittitur.

SVMMARIA.

1 *Inuestitura à domino facta de feudo nullatenus retractabitur ab ipso.*

2 *Dominus feudi possessionem tradere tenetur vbi à Vasallo fidelitatis sacramentũ præstatur.*

3 *Inuestitura verbalis cum annulo facta possessionem feudi non confert.*
4 *Possessio feudi vasallo tradenda à domino quales esse debent.*
5 *Obligatio inter dominum & Vasallum mutuo consensu dissolui potest.*
6 *Dominus abusiuè inuestiens ad interesse tenetur, quod si soluerit liberabitur.*
7 *Cautela quod dominus possessionem feudi tradere non possit cogi.*
Vasallus qui cecidit à vacua possessione, an possit eam iterum à domino recuperare.
8 *Dominus ex nuda promissione, an teneatur feudi possessionem Vasallo conferre.*
9 *Reseruatio iuris prius inuestiti non præiudicat secundo in possessione feudi.*
Dominus an teneatur præcisè ad tradendum: vel an succedat obligatio ad interesse. Remissiuè.
10 *Vasalli duo de feudo eodem successiuè si inuestiantur, vter eorum præferetur.*

1 SI FACTA DE. †Dominus nõ potest retractare inuestituram feudi factam per eum, nec liberabitur volendo p̃stare interesse, sed præcisè compellitur ad tradendum possessionem ipsius feudi. hoc dicit. Præmitte pro euidentia quod duplex est inuestitura, scilicet, ꝓpria quæ est acquisitio possessionis, & abusiua quæ non consistit in substantia possessionis. sed fit verbis interueniente, quodam actu corporeo.

EXEMPLI GRATIA.

Vt si dominus dicat inuestio te cum annulo, vt quotidie fit, vel cum baculo, vel ense, vel alia re corporea, prout dictat consuetudo inuestiendi: & ista est abusiua inuestitura, vt ꝓbatur suprà, quid sit inuestitura, in princip. & per huiusmodi inuestituram non intelligitur translata possessio rei infeudatæ, sed solum Vasallus iurat fidelitatem. Verùm facta tali inuestitura abusiua, cogitur dominus inuestitum mittere in vacuam possessionẽ, vt suprà de no. fi. for. in fi. & in c. nostro. & tunc habita possessione, intelligitur ipse Vasallus propriè inuestitus, & appellatur tunc propria inuestitura: vt in d. c. 1. in princ. quid sit inuestitura, & ibi latè declaraui. In textu ibi, inuestitura, scilicet, abusiua, vt suprà dixi, in qua vasallus iam præstitit sacramentum fidelitatis. Ibi, condemnatione, subaudi, super interesse. Nam non condemnabitur ad interesse, vt volebat ipse dominus, sed ad possessionẽ tradendam, vt sequitur. Ibi, possessionem feudi, scilicet, noui, quia in veteri nulla traditur possessio, cùm iam Vasallus illam habeat, sed potius dicitur confirmatio, dixi supr. de feu. cogni. in c. fi. Intelligitur ergò istud capitulum in feudo nouo. & dixi etiam in d. c. 1. Ibi, inuestiturã fecit, subaudi, & fidelitas præstita est, vt dixi.

2 †Not. post præstitum sacramentũ fidelitatis à Vasallo, teneri dominũ præcisè ad tradendũ Vasallo possessionẽ feudi vt hîc, & in d. c. 1. in fi. de no. fidel. forma.

3 †Not. quod per inuestituram verbalem etiam cum annulo factam, quis non adipiscitur possessionem, vt hîc, & in c. per tuas. extra de dona. & in c. ex ore. extra de his quæ fiunt à maiori parte capi. cum ibi not.

Intelligas tamen quod feudum benè est acquisitum, cùm dominus præcisè teneatur ad tradendum, vt hîc, & Vasallus habet ius in re, vt in d. c. 1. in fi. de noua for. fide. & ibi dixi.

4 †Quæro cum gl. 1. qualis debeat esse ista possessio, quam dominus tradere debet Vasallo? Respondet glo. quod debet esse vacua, & dictam possessionẽ incontinenti recepto sacramẽto fidelitatis tradere debet Vasallo, nisi de consensu partium fuisset remissa dicta fidelitas, & inquantum ipse dominus differat tradere ipsam possessionem, tenebitur præstare ipsi Vasallo omnem vtilitatẽ ipsius feudi, vt supr. de no. for. fideli. in fi. Et hoc vult ista glos. vsq; ad ver. & intelligas. ex qua glo. no. tria.

Et primò quod possessio quæ traditur per dominum Vasallo debet esse vacua, id est, non impedita, nec occupata per aliũ, sed vacua ab omni impedimento, vt no. in l. cùm res. C. de proba. & in l. improba. C. de acqui. pos. & probatur in l. 2. & in 3. ff. de act. emp. & quod no. in c. 2. vt lite penden. lib. 6.

5 †Secundò not. quod facta inuestitura, & præstito iuramento fidelitatis, possunt partes per pactum, & per contrarium consensum dissoluere, & adiecta obligatione se vicissim liberare, vt Vasallus non teneatẽ ad fidelitatẽ, & dominus non teneatur ad dictã possessionem tradendam, cùm nihil sit tam naturale, quàm vnumquodq; dissolui, &c. vt in l. nihil. ff. de reg. iur. Et quia fides inter eos est hincinde seruanda mutuo consensu, vt suprà de forma fideli. in fi.

Tertiò not. quod si dominus factã inuestitura, differat tradere Vasallo possessionem

sessionem feudi, quod tenebitur præstare omnem vtilitatẽ, hoc est omne illud, quod habuisset ipse Vasallus, si ab initio fuisset sibi tradita dicta possessio, prout dixi, & latè declaraui in d. c. 1. in fi. de no. forma fideli.

Oppo. cum dicta glo. in ver. & intelligas quod iste tex. non possit procedere dum præsupponit, quod facta inuestitura, dominus teneatur ad tradendam possessionem, quoniam propriè loquendo tũc demum intelligitur inuestitura propria & vera, quando possessio est iam translata, vt expressè ꝓbatur supr. quid sit inuestitura. in princip. Vnde cùm iste tex. præsupponat, quod iam fuerat facta inuestitura. Ergò de necessitate infertur, quod possessio fuerat iam tradita, & per consequens non compellatur amplius dominus ad tradendum. Sol. intelligas istum tex. vt loquatur de inuestitura abusiua, in qua solum interueniunt verba cum aliquo signo corporeo, & non consistit in substantia possessionis, vt suprà dixi. Sed cõtrarium loquitur de propria & vera inuestitura, quæ est ipsa possessio, & substantia possessionis. Et de ista non loquitur hoc capitulum, neque posset exemplificari, quia esset de indubitabili, quoniam si Vasallus iam habuisset possessionem, nõ est dubium aliq̃d, quod non teneretur interesse recipere, postquam iam esset in possessione. Sed in abusiua inuestitura, cadit dubitatio huius capituli, quia videbatur quod dominus posset liberari, præstando interesse, postquam nondum Vasallus erat possessionem adeptus. Et hanc talem dubitationem remouet istud capitulum. Et per hoc est expedita ista glo. vsq; ad versic. sed quid, &c.

6 †Quæro cum dicta glo. in dicta parte. Si dominus inuestiuerit vnum primo abusiuè, & postea inuestiat secundũ propriè tradendo possessionem, an liberetur à primo soluendo sibi interesse? Et respondet gl. arguendo quod sic, quemadmodum dicimus in eo, qui vendit rem duobus diuerso tempore. Vbi si seruus prius nanciscatur possessionem, præferri debet primo emptori. Veruntamen primus emptor agit ad interesse, contra vendentem, cùm res vendita non tradatur, vt in l. 1. ff. de act. emp. Et hoc voluit ista glo. vsq; ad finem. Sed aduerte, quia melius allegaret. l. quotiẽs. C. de rei vendi. vbi est casus de vendente. Et concludo secundum veritatem, quod dominus inuestiendo plures diuerso tempore, ille præferri debet, qui prior possessionem adeptus est, licet in titulo sit posterior. Hanc conclusionẽ videtur sequi ista glo. & tenent Doct. per d. l. quot.

Et intellige hanc conclusionem veram, quoniam constat cui prior sit tradita possessio, quoniam si vterq; probaret de traditione, nec constaret de tempore, videlicet cui prior fuisset tradita, tunc præsumeretur res tradita priori habenti titulum tanquam iustiori, vt nota. Iacob. de Are. & Cy. in dicta l. quot.

Quod admittit Bald. in venditione quando vterq; probaret de numeratione precij, sed si vnus probaret, & alter non, tunc præsumeretur possessio prius tradita illi, qui numerauit. arg. insti. de re diui. in §. vendite. & ita dicit se consuluisse. Et circa prædicta vide ipsum super rubrica. C. de reuocan. his quæ in fraudem, &c. & quod notat. in capitulo qui prior. de reg. iuris. libro sexto. & Andr. de Isern. in c. 1. hic potest esse titulus, qui succes. tene.

Oppo. cum glos. fi. de. l. 1. in princ. ff. de act. em. vbi agitur contra venditorem ad interesse, si non tradit rem, quam vendit. Cuius contrarium hîc dicitur. Solu. dicit glo. quod aliud est in venditione vt ibi, quæ nõ procedit ex liberalitate vendentis. Et in hanc liberatur venditor soluendo interesse, secundum suam opinionem, licet in hoc sint variæ opiniones. de quibus in dicta l. prima. ff. de actione empto. Hîc verò loquimur in infeudatione, quæ procedit ex liberalitate concedentis. Sicut in simili videmus in donatione inter viuos, quæ procedit similiter ex liberalitate, & tamen donans necessitatur ad tradendum, vt instit. de do. in §. perficiuntur. Et hoc vult tota ista gl. vsque ad finem. Ex qua glossa intellige tria.

Primùm, quòd dominus inuestiens vasallum compellitur præcisè ad tradendum possessionem. Et in hoc benè loquitur gloss. quia casus est hic.

Secundùm, quòd donans similiter compellatur præcisè ad tradendum. Et in hoc similiter glossa benè loquitur secundum Doctores, dummodò habeat facultatem rei tradendæ, per nota. in §. precium. institut. de emptionibus & venditio. Et dicit Baldus, quod ista est bona similitudo de feudo ad donatio-

nem, quia in vtroque cadit liberalitas, vt suprà dixi. Sed aduerte quia imò potest cadere dissimilitudo. Nam feudum solum cadit in re immobili, vt supr. de feudi cognitione, in capitulo finali. Sed donatio etiam in rebus mobilibus, vt l. si quis argentum, in principio. C. de donationibus. vnde in feudo habet dominus semper facultatem rei tradendæ, cùm sit immobilis, nisi fortè inuestiuisset de re aliena, quo casu, haberet locum titulus suprà de inuestitura, de re aliena facta. Sed in donatione cùm sit mobilis, potest esse quod non habeat facultatem ita de facili. Est & alia dissimilitudo, quia donatio procedit ex mera liberalitate solius donantis: vt in l. prima. ff. de donationibus. Sed feudum gratia vtriusque, vt suprà in quibus causis feudum amittatur. in §. in primis. Item potest esse dissimilitudo, quia donatio æquiparatur venditioni, & regulatur secundum naturam venditionis, vt dixit textus in dicto §. perficiuntur. In venditione autem non tenetur venditor præcisè ad tradendum rem. prout glossa ista in tertio passu hîc concludit licet non benè: ergò similitudo videtur bona. Verùm ista opinio de vendente, vt liberetur præstando interesse, & quod non compellatur præcisè ad tradendum, nõ tenetur communiter hodie per Doctores. Quoniam si venditor habet facultatem rei restituendæ, compellitur præcisè ad tradendũ ipsam rem. Et ita determinauit glos. notabilis, quam cõmuniter Doctores Moderni sequuntur in hac materia in dicto §. præcium. quicquid dicat ista gloss. De qua materia plenè per gloss. & Doctores in dicta l. prima, in principio. ff. de act. empt. Et si venditori nolit tradere, debet manu militari sibi auferri, & si dolo ipsius non posset res ipsa haberi, iurabitur contra eum in litem. vt in l. qui restituere. ff. de rei vendi. & per Bart. in l. si cùm dos. ff. rerum amo.

Opponitur ab extra de c. si Vasallus feudum infrà. e. vbi Vasallus alienans alteri feudum suum, ignoranter tenetur ad interesse emptori, non autem ad tradendum. Solutio: ibi loquitur in Vasallo alienante ignoranter, qui ideò non tenetur tradere possessionem præcisè, quia non potest de iure: tenetur tamen ad interesse ratione rei non traditæ. Et hoc contingit propter culpã suam, quia vendidit ignoranter, & sine consensu domini, vt notatur in capitulo primo, infrà de controuersia inter dominum & empto. Si autem vendidisset cum consensu domini, tunc emptor succederet in feudo ex persona domini, & venditor cõpelleretur præcisè ad tradendũ secundũ Bald.

Quod intelligerem verum, nisi esset feudum antiquum, & extarent filij vel agnati alienantis qui reuocare possent, vt supr. in c. proximo dictum est.

7 †Quæro an sit dare aliquam cautelam vel remedium, quod dominus non compellatur præcisè ad tradendum possessionem? Respondeo quod sic, videlicet, inuestiendo secundum, cui tradatur etiam possessio, quia tunc prior erat exclusus per d. l. quotiens. vt suprà dictum est. & tenet Bald. Quæro pone quod dominus inuestiuit, & tradidit vacuã possessionem, vt dicitur in c. isto. deinde vasallus cecidit à possessione, & dicta possessio peruenit ad dominum, nunquid tenetur iterum eam tradere Vasallo? Et dicit Bal. quod sic, per l. corruptionem. C. de vsufruct. Item quia dominus tenetur ad duo. s. ad tradendum, & ad patientiam præstandam in futurum, & sub prima inuestitura cõprehendatur etiã tempus futurum. arg. in l. plotiana. ff. de iure codicil. & in l. verbũ oportebit. & quod ibi per Dy. ff. de verb. sig.

Ego limitarem istam sententiam nisi nunc denuo esset exorta aliqua exceptio aduersus ipsum Vasallum, qui posset excludere ius ipsius, sicut præscriptionis & similium, vt probatur in d. l. corruptionem circa medium, cum ibi not.

8 †Quæro quid si dominus non inuestiuit Vasallum neque propriè, neque abusiuè, sed solum promisit feudum dare, an ex tali promissione teneatur dominus præcisè ad tradendum possessionem? & dixit Andr. de Isern. quod non, quia non est feudum nisi præcedat inuestitura, vt supr. qui. mo. feu. consti. po. in c. 1. Sed benè tenebitur isto casu ad interesse. arg. ff. de ac. emp. in l. 2. dic tamẽ de hac quæstione, vt latius dixi in d. §. fi. supr. de no. fide. for. & supr. per quos fi. inuesti. in §. fi. in quæstione 2. vbi hæc quæstio melius explicata est.

9 †Quæro quid si dominus inuestiendo & tradendo secundo dicat, & protestetur, quod tradit ipsi secundo saluo iure primi, an tũc isto casu ipse secundus sit potior in retinendo feudo? Et dicit An. de Iser. quod sic, quia ista reseruatio iuris primi

primi inuestiti, nihil operatur contra ipsum secundum inuestitum, contra quem nullum ius habebat. ar. in l.1. ff. communia prædio. Sed solum operatur aduersus ipsum dominum inuestientem, vt teneatur ad interesse, & contra ipsum iuretur in litem, per supra dicta. Idem & fortius dicit ipse, quod si dominus dixisset volo, quod si primus petat à te secundo, quod tradas ei possessionē, vt si primus peteret à me, volo quod mihi restituas possessionem, vt tradā illi primo, quod ex istis propterea non teneretur secundus præcisè restituere possessionem tradenti, vel tradere primo, sed veniret interesse, sicut in omnibus faciendi obligationibus, vt in l. si quis ab alio. in fi. ff. de re iudi. Secùs autem dicit ipse, si in tradendo secundo dixisset dominus, trado tibi hoc feudū cum hoc, quod si primus inuestitus illud petat, volo quod ex tunc dominium sit illius. Nam isto modo benè valeret, & secundus teneretur restituere. arg. in l.1. C. de dona. quæ sub modo. & in l. quotiens. Et quoniam possessio potest tradi sub conditione. vt ff. de acqui. pos. in l. qui absenti. in §.1. Et sic facit magnam differentiam in vi verborum. De hac tamen materia, an quis teneatur ad tradendum præcisè, vel succedat obligatio ad interesse. vide diffusè per Bar. in sua repetitione. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. & per gloss. in dicta l. si quis ab alio. ff. de re iudi.

10 †Quæro quid si primus inuestitus, etiam fuit adeptus possessionem, sed tamen hoc non obstante, dominus inuestiuit secundum ignorantem, & sibi tradidit possessionē sciente primo, qui primus tacuit per annum, quis præferatur? Et dicit Ia. Ardi. quod secundus, & quod prima inuestitura pro nulla debet reputari, prout ipse dicit in ti. qui. mo. feu. acqui. in rubricella: quando duo inuestiti sunt separatim. & in titu. de conten. feu. in §. fi. & allegat in Lombarda. l.1. de eo qui alie. po. Ad hoc adduco tex. in c. præcedenti. in fi.

Vltimò de materia præsenti vide in c. per tuas. extra de dona. & per Ioā. Mo. in c. detestanda. de concessio. præben. libr. 6. & in c. si tibi absenti. de præben. lib. 6. & plura quæ dixi in d. §. fi. de noua fide. for. & in remissionibus quas ibi adduxi. & per Bal. C. de contra. emp. sub rubrica in quæstione 17. & per Iac. Ardi. in Summa. in titu. quib. mo. feu. acquir. sub rubricella, quid iuris si dominus rem non tradat, cum quinque rubricellis sequentibus, & quod no. suprà de contro. inuesti. in princ. Et in directoria iuris in titu. de feudis. in §. quid debet facere dominus. & per Hostien. eo. titu. in §. quid si fidelis. & vide per Bal. in l. eam quam. C. de fideicommiss.

SVMMARIA.

1 *Conditio turpis contractui matrimonij adiecta ob loci consuetudinem ferenda est.*
Pactum vt filij nati ex secundo matrimonio non succedant, an valeat & quando.
2 *Pactum de non succedendo à iure reprobatum loci consuetudine toleratur. Limitatur.*
Filij qui lege Salica dicuntur nati, in feudo non succedunt, sed nec in proprietate, prioribus extantibus.
Pactum vt filij secundi matrimonij excludant priores an valeat, & an hoc possit speciali consuetudine induci.
3 *Pater an possit filios secundi matrimonij à successione repellere.*
Imperator an possit legitimare spurios ad hoc vt succedant pro virili.
Lex Salica an possit per contrahentes mutari, ita vt filij succedant.

FILII NATI. Ex consuetudine locali, potest induci, vt valeat pactum appositum in contractum matrimonij, quod filij nati ex eo matrimonio succedant, quo pacto apposito, prædicti filij exclusi nō succedent etiam in feudo, hoc dicit. Et diuiditur in tres partes. Nam in prima ponit dictum. In secunda respondet. In tertia tollit obiectum. Secunda ibi, & in feudum. Tertia ibi, nam quamuis. Et præmitte pro euidentia ad intellectum & casus positionem huius capituli id, quod dixi suprà eodem in capitulo mulier, in euidentialibus & notabilibus, vbi videas. In textu ibi, contractum est, subaudi, ex speciali consuetudine loci, quæ hoc permittit. Ibi, & in feudum, quasi dicat nedum in alijs bonis proprijs, vt in gloss. licet Baldus dixerit quod istud capitulum non habet locum in emphiteosi, nec in alijs bonis proprijs, & no. benè, quia est contra istum textum dum dixit, & in feudū, quasi velit implicare per istam copulam. Et quod idem sit in alijs bonis. Et hoc etiam tenet hic gloss. vt statim patebit, & est casus in d. c. 1. infrà de filijs natis ex

matri-

matrimo. ad morga. contracto. Ibi, talis conditio, scilicet, quod filij non succedant parentibus, vt in l. pactum. C. de colla. & in l. si quando. C. de inoffi. test. Ibi, ex vsu tamen, id est, ex consuetudine speciali, quæ viget in eo loco, vbi tale matrimonium contrahitur. Neq; extendenda est ista iniquitas huius capituli, ad alia loca, vbi non esset ista specialis consuetudo, vt dixi in d. c. mulier.

1 †Nota. quod ex speciali consuetudine loci, toleratur in eo loco conditio turpis apposita a in contractu matrimonij, vbi aliàs deberet reijci de iure, & matrimonium purè conseruari propter fauorem matrimonij, vt in cap. fin. in fi. extra de condi. apposi. Ista namq; conditio nõ est contra substantiam matrimonij, licet turpis. Et ideò non vitiat matrimoniũ. Secùs autem si esset contra substantiam matrimonij, vt si cõtrahens diceret: contraho tecum matrimonium, donec inueniam aliam nobilitatem, vel facultatibus digniorem. Nam isto casu matrimonium caret effectu, vt in dicto cap. finali. in principio.

a *Conditio turpis apposita. Adde an cõditio apponitur in spiritualibus. vide per Car. Zaba. in c. olim causã. in verbo. de restit. spo. & an conditio turp. vitiat stipulationem. vide per Paul. de Ca. in l. reprehendenda. C. de institu. & subslit.*

2 †No. quod licet pactum de non succedendo improbetur de iure, vt in l. pactum. C. de colla. & in l. si quando. C. de inoffi. testa. tamen de consuetudine speciali admittitur in eo loco, vbi est consuetudo: vt hîc & in dicto capitulo, mulier. Et ratio istorum, qui obseruabant dictam consuetudinem, sicut erant Mediolanenses, fuit quia quando ex prima vxore nobili & generosa habeant filios, si postea cõtrahant secundum matrimonium cum secunda ignobili, vel cum illa, quæ fuerat iam concubina sua, poterant ex consuetudine apponere pactum istud, vt filij oriundi ex isto secundo matrimonio, non succederent, vt in d. c. 1. infrà de filijs natis ex matrim. ad morga. contracto. Et appellabatur dictum matrimonium contractum ad morga. vel lege Salica, vt ibi. Et sic ista consuetudo habebat aliqualem rationem in se. Et isti tales filij nati ex isto secundo matrimonio ignobili, non succedunt patri neque in feudo, neq; in cæteris bonis paternis, donec extãt filij prioris matrimonij. Nõ extantibus autem prioribus, tunc isti secundi succedunt patri in cæteris bonis paternis, & non in feudo. Si autem priores extarent, & postea moriantur sine sobole, tunc isti benè succederent prædictis fratrib. suis ab intestato, in bonis propriјs, non autem in feudo, prout ista determinata sunt in dicto c. 1. Et per hoc habes expeditam totam gloss. hîc positam.

Quæro ab extra, quia istud capitulum & dictum c. mulier. intelliguntur & exemplificantur per gl. & Docto. quando dictum pactum & conditio sunt apposita, pro excludendo filios oriundos ex secundo matrimonio per d. c. 1. infrà de filijs natis, &c. Quid si tale pactum apponatur pro excludendo filios ex primo matrimonio, vel simpliciter, an talis consuetudo specialis trahatur ad istum casum? Et videtur quod sic, per istum textum, qui loquitur indistinctè, & in eo simpliciter concluditur, quod filij nati ex matrimonio contracto cum tali conditione, vt filij non succedant, vnde dicta consuetudo specialis & iniqua, videtur posse operari in quocunq; casu apponatur talis cõditio, permittente dicta consuetudine, ac ea præsupposita per istum textum, & videtur innuere Bald. dum ponit vnum exemplum. Si marchio, qui tenet feudum ab Imperatore accipit in vxorem quandam filiam Regis, quæ ei non nuberet, nisi hoc pacto, quod filij succedant in marchionatu, & non alij de alio matrimonio. Et super hoc dicit vidisse maximas inconuenientias. Videmus & hoc nostro tempore, qualiter dominus Mantuæ, qui nunc est marchio, tradidit nuptui vnam suam filiam legitimè natam filio marchionis Ferrariæ nõ legitimè nato, cum hac conditione, vt dictus filius succedat in marchionatu, quia aliàs ei dictam sibi non tradidisset. Ipse quoq; marchio Ferrariensis accepit in vxorem marchianissam Salucij cum conditione, vt filij oriundi non succedãt in marchionatu suo Ferrariæ. Quod an sit æquum & iustum, non existente speciale consuetudine, me pro nunc aliter non intromitto. Sed in huiusmodi casibus benè esset considerare iustitiam publicè honestatis, & quod per solas nuptias conseruatur elegans genus humanum, vt in Authen. de nup. in prin. facit l. 1. ff. sol. matri.

3 Quæro an non existente ista iniqua & speciali consuetudine, posset pater aliquo casu ꝓuidere, vt filij oriundi ex matrimonio, nõ succedant sibi cum alijs ex alio matrimonio? Respondeo quod in feudo antiquo, non potest aliquid ordinare in præiudicium filiorum, vt suprà de suc-

de successione feudi, in principio. quia in successione feudi nō fit differentia inter filios, vt suprà de gradibus, in principio. In cæteris autem bonis non possunt priuare legitima aliquem ex filijs suis sine causa, abinde autem suprà posset disponere emancipando filios primi matrimonij iam natos, & donando eis substantiam suam reseruata legitima alijs nascituris. Et sentit Andræas de Isernia. Ad quod facit dicta l. si quando. & l. si totas. C. de inoffi. dona. de qua materia in l. prima. & in l. si liqueat. in eo. titulo per gloss. & Doctores. Quæro ego accepi in vxorem quandam nobilem, quæ mihi amplam dotem dedit, sperans filios suos successuros mihi, & aliter non consensisset se nupturam mihi, ex ea suscepi vnum filium, & ex quadam meretrice habui plures spurios, quos feci legitimari ab Imperatore, ita vt succedant pro virili, an Imperator potuit hoc facere. Et dicit Baldus quod sic: licet Imperator non debeat esse ita facilis ad inducendū tales inconuenientias. & allegat no. per Doctores, in l. Gallus. ff. de liber & posthum. Et dic circa prædicta: vt dixi latè suprà eodem in capitulo naturales.

Quæro quid si contracto matrimonio cum pacto & conditione, vt filij nō succedant secundum formam & consuetudinem huius capituli, an postea contrahentes possint mutare voluntatem, & per contrarium pactum conuenire vt succedant? Et puto quod sic, per ea quæ nota. suprà capitulo proximo, in prima glossa, & quod ibi dixi. Facit quod not. in l. si propria. in §. versum, ff. de in rem verso.

Vltimò de materia huius capituli vide in dicto capitulo mulier, suprà eo. & in remissionibus quas ibi adduxi. & in dicto capitu. primo, de filijs natis ex matrimo, ad morga. contracto.

SVMMARIA.

1 *Offerre non compellitur qui duntaxat ius suum iam quæsitum conseruare nititur.*
Vasallus recusans præstare seruitia, nunquam præscribit contra dominum.
2 *Vasallus domino se offerre quando debeat.*
3 *Periurium incurritur si ob paupertatem quod iuramentum non impletur. Limitatur.*
4 *Vasallus à periurio si dominum non liberauerit non propterea feudum amittit.*
Necessitas an excuset à periurio. Remissiuè.
5 *Vasallus qui multis annis domino non seruiuit an postmodum ad seruitium admittatur.*
6 *Vasallus an animam domini adiuuare & an corpus teneatur alimentare.*
7 *Vasallus dominum à vinculis ipsius debitum soluendo liberabit. Et quid sit dicendum si esset captiuus.*
8 *Vasallus interpellatus seruitium præstabit, & numer. seq.*

LICET VASALLVS. Istud capitulum facit tria. Nam primò ponit vnam regulam vt sufficiat, quod vasallus sit paratus seruire domino petenti, nec arctatur ad offerendū. Secundò excipit à dicta regula vnum casum, in quo Vasallus tenetur nedum offerre, sed etiam præbere seruitium suum sponte, nō expectata interpellatione domini. Tertiò determinat vnam quæstionem. secunda ibi, si tamē. tertia ibi, idem quæsitum.

CASVS.

Licet Vasallus nunquā domino seruiat, neq; seruitium offerat, non amittit feudum, si tamen semper sit paratus seruire domino petenti, nisi sciens magnū periculū imminere domino ipsum sponte non adiuuerit. Vbi verò pro domino impotente non soluat debitum, ad quod dominus tenebatur sub pœna periurij, non amittit feudum. hoc dicit. In textu ibi, seruitium, scilicet, incertum. Secùs autem si certum secundum Nico. de Neapo. quod an sit verum, & qualiter intelligi debeat, statim dicam. Feuda enim possunt dari ad certum seruitium, vt in capitulo fina. infrà de cap. qui cur. ven. Ibi, beneficium, id est, feudum. vt suprà in quibus causis feudum amittatur. in §. in primis. Ibi, periculum, puta quia mortis periculum imminebat domino, vel obsidebatur vt exemplificat gloss. & benè. Ibi in periuriū incidat, & ex tali periurio venit puniendus, vt in l. si duo. in fine. ff. de iureiurand. quid autem sit periurium, & qualiter describatur, vide per glossam. in c. tua nos. extra de iureiuran. & dixi in §. illud. quæ fuit prima caus. benefic. amit.

1 † Nota. quod quando quis non vult aliquid consequi, sed intendit ius suum iam quæsitum conseruare, non necessitatur ad offerendum.

Quod intelligit Bald. nisi esset apposita dies, quia tunc teneretur offerre, ne in pœnam incideret. ff. de constitutione

pet. in

pet. in l. item illa, in princip. Vbi autem vult aliquid consequi, ad quod consequendum oblatio est necessaria, & tunc debet offerre, vt in l. si residuum. C. de distra. pign. Nec sufficeret offerre verbo, sed deberet offerri realiter, & de facto, l. acceptam. C. de vsuris. nisi esset talis res quæ non posset offerri, nisi verbo, prout est res immobilis, in qua non cadit oblatio realis, nisi in ipsa re, argumen. in l. prætor. in §. si quis paratus. ff. de op. noui nun. Nota. quod Vasallus qui est paratus præstare seruitia, quod præsumitur, nisi interpellatus negauerit, nunquam præscribit cōtra dominum suum, quia videtur dominus esse, in quasi continua possessione seruitiorum, vt ff. de vsufruct. l. in arboribus, in §. idem tractat.

2 †Nota, quod Vasallus non tenetur se offerre domino, nisi sciat ipsi domino magnum periculū imminere, quia tunc debet suum adiutorium sibi exhibere, cùm potest, nec debet expectare nuncium domini, qui ipsum interpellet, aliàs priuatur feudo, vt hîc in secunda parte, & infrà, hîc finitur lex. in §. ad hoc. Et hoc etiam voluit glossa prima hîc posita, quæ per hoc expedita remanet.

Et intellige quod ad hoc vt Vasallus constituatur in tali mora, exigitur scientia sua, vt hîc, vel quod scire debeat, vt in l. quod te. ff. si cer. pe. & ibi plenè de materia moræ. Vtrum autē talis mora currat iacente hæreditate, habetur in l. ea quæ. in fi. C. de temp. in integrum resti.

3 †Nota. quod qui non potest adimplere promissa iurata propter paupertatem, incidit in periurium, vt hîc, & in d. l. si duo. in fi. ff. de iureiur.

Quod est verum, si ei potest imputari culpa, aliàs secùs, vt quia casu fortuito lapsus est facultatibus, argum. ff. de nego. gest. in l. diuortio. Vbi autem à principio tempore promissionis sciebat se non esse soluendo esset in culpa, vt ff. de priuileg. credit. in l. si venditores. & ff. de iure dotium. in l. penult. secundum Baldum.

4 †Nota. quod quanquam Vasal. non liberet dominum à periurio cùm potest, non propterea priuabitur feudo. Non enim quælibet causa est sufficiens ad iudicandum Vasallum ingratum, vt amittat feudum, vt suprà, in quibus causis feudum amittatur, in principio. & suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. illud. & hoc voluit glossa secunda, hîc posita, quæ per hoc remanet expedita.

Opponitur ab extra, contra primam partem huius capituli, quod imò Vasallus non debeat expectare interpellationem domini in seruitio præstando, sed debeat sponte se offerre, & si non facit puniatur ad instar liberti, qui ad operas tenetur à die interpositæ stipulationis, vt in l. quotiens. ff. de oper. lib. Solutio: illud est verum secundum Nicol. de Neapolis, quando opere sunt, quia tunc requiritur interpellatio domini, vt hîc, & in l. cùm patro. in eodem titulo. Sed ego non admitterem istā distinctionem, circa priuationem feudi fiendam, per istum textum, qui indistinctè loquitur de quocunq; seruitio, nec excipit ab illa regula, nisi vnum casum, valet quando immineret magnum periculum domino. Igitur in omni alio casu non exceptuato, qui numerantur infrà, hîc finitur lex. in §. primo, debet admitti determinatio literæ, vt in l. nam quod liquide. ff. de penu. legat. Præterea in isto casu debemus potius absoluere ipsum Vasallū quàm condemnare, vt dixit text. in dicto §. ad hæc. infrà, hîc fin. lex.

Oppo. quod imò dominus, qui non potest soluere, non incidat in periurium, cùm imposibilitas excuset à periurio. l. finali. ff. qui satis. cog. Solutio: potes dicere vt suprà dixi, quod dominus hîc fuit in culpa, se reducendo ad dictam necessitatem. Vel secundum Andream de Isernia contrarium loquitur, quando nullo modo posset satisfacere. Hîc autem poterat satisfacere, cùm posset vendere ius Vasallagij. & quanquam iste textus dicat, dare non valeat. Subaudiendum est commodè de quo, an necessitas excuset à periurio? dic vt notatur per gloss. & Doctor. in dicta l. finali. & per Canonistas in dicto capitulo, quærelam. & per Innocent. in capitulo, debitores. de iureiurando. & dixi in capitulo finali, de alienatione feud. pa. & de noua for. fidel. in c. 1.

5 †Quæro ab extra, quid si Vasallus stetit per 20. vel triginta annos, quod nō seruiuit, an si postea velit seruire, vtrum admittatur, & non perdat feudum? Et respondeo, quod si ideò nō præstitit seruitium, quia domino non fuit necesse, non propterea perdit, vt hîc. Sed tunc perdit quando recusauit seruire, quoniā non ne-

non negligenti, non currit præscriptionis tempus, vt in l. prima, in fin. C. de anna. excep. & ita tenet Andr. de Isern. supr. de feu. sine cul. non amit. in c. 1.

6 †Quæro, hîc dicitur, quòd Vasallus nō tenetur adiuuare animam domini sui, sed an teneatur alimentare corpus [a] domini egeni? Et iste textus facit quod non. argu. C. de sacrosanct. Eccle. in l. sancimus. in fi. Idem tenet Iac. Ardizo. in Summa, quib. modis feud. amit. sub rubricella, an Vasallus tenetur dominum egenum alere, per l. 3. in §. penultimo. ff. de admini. rerum ad ci. per tit. Nisi dominus pro facto Vasalli consumpsisset sua bona, argu. ff. de decur. in l. decurionibus. idem tenet Ray. quòd non teneatur alere per istum textum. Hæc quæstio tangitur per Specu. in tit. qui filij sint legiti. in §. primo, versic. sed nunquid dominus. & arguit ad partes, & non determinat. Ibi autem Ioan. Andr. in additi. recitat dictum prædicti Iac. Ardizo. & videtur eum sequi. Idem probat gloss. in l. in condemnatione. ff. de regul. iur.

Sed in contrarium facit alia gloss. in l. fin. C. de reuocand. donatio.

Ego non recederem à Communi opinione dicti Iacobi Ardiz. quod non teneatur alere, quia hoc non reperitur cautum, nisi prout ipse dicit, dominus fuisset factus egenus facto Vasalli. Vel quia vniuersa bona infeudasset. Vel maximum esset feudum, quo casu teneatur. Aliàs secùs, quia non est verisimile, quod pro modico feudo voluisset se obligare ad alimētandum dominum. Et ad hoc facit gl. multum singularis in ratione sui. 17. q. fina. vãicunq;. Et ita videtur tenuisse Dyn. Ray. & Bald. in donatario. in dicta l. fin. C. de reuocan. donat. & videtur ęquum. Pro qua æquitate facit suprà Episco. vel Abba. in §. fina. quoniam sicut ibi ex feudo, in quo non succedit mutus, & tamen si est magnum sibi debet relinqui pro alimentis. Ita dicendum in domino à pari ratione. argum. suprà de forma fideli. in fine. Consilium itaque est secundum Andræam de Isern. vt dominus in inuestitura apponat pactum, vt alimentetur, si perueniret ad inopiam. Pacta enim etiam si sint præter communem feudi rationem sunt seruanda, vt suprà quid sit inuestitura. in §. penultimo, quæ si non seruantur, amittitur feudum, vt supr. quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. sed nec alia.

7 †Quæro, quid si dominus pro debito sit in vinculis, an Vasallus, si potest, teneatur soluere pro eo, & ipsum liberare? & dicit Iacobus Ardizo. quod sic. argumen. ff. de libe. agnoscen. in l. si quis à liberis. in §. parens. C. ne filius pro patre. in l. fina. & C. de actio. & obligat. in l. ob causas.

Ego non putarem hanc sententiam procedere per ea, quæ dixit Gul. & Doct. in l. si pater. C. qui bonis cedere poss. Vbi determinant de filio, vt non teneatur soluere debita patris, & ipsum eximere de carcere. argumen. in l. curatores. in §. filium. ff. de admini. rerum ad ciui. pertinen. Vnde multò minus in Vasallis respectu patroni. Nam potest cedendo bonis se liberare. Si verò esset captiuus, qui non posset cedere, tunc esset maior dubitatio. Sed ego distinguerem, vt dixi nunc in alimentis ad similitudinem donatarij. Ad quod facit Autenti. si captiui. C. de Episcopis & Clericis. Et puto, quod dictus Iacobus Ardizo. in supradicta quæstione, aut errauit, aut fuit vitium scriptoris, qa dicta sua determinatio affirmatiua est expressè contra leges, quas allegat.

[a] *Domini egeni. Adde Bal. in c. quod in Ecclesiarum. de consti.*

8 †Quæro, quid si ad interpellationem domini Vasallus non exhibuit seruitium. Verùm postea dominus spontè suscepit seruitium, vtrum Vasallus tunc amiserit feudum? Et dicit Iacobus Ardizo. quod non. argumen. infrà de prohibitione feu. alien. per Lotharium. in l. fina. ff. de arbitris. in l. sed celsus. & ff. de eo, quod cer. loco. in l. fina. & C. de pact. inter emptorem & venditorem. in l. fideicommissoriæ. Nisi dominus suscipiendo seruitium protestatus fuerit ius suum fore saluum aliqua causa adiecta. argumen. ff. ad l. Iuliam. de adulte. in l. qui vxori. in princip. & §. quid ergò. & extra de regulis iuris. in capitulo consulti. in fine. & de censibus olim. in §. primo. & ff. ad l. Aquil. in l. si seruus seruum. in §. si calicem. Et vide ad prædicta, quòd dixi in capitulo primo, suprà, quo tempore miles. in quæstione secunda. & suprà, quid sit inuestitura. in princip.

9 †Quæro, an incontinenti facta interpellatione debeat Vasallus incontinenti seruitia præstare? Et dicit idem Iacobus, quod bonus iudex debet hoc diffinire ex varietate personarum causarum seruitiorum, & ex loco propinquo, vel remoto, vt in dicto §. primo. infrà hîc finitur lex. arg. ff. de annuis leg. in l. Meuia. in fi.

Vltimò de materia pertinente ad primam partem huius capituli, vide not. per gloss. & quod ibi dixi in capitulo primo.

ſuprà de noua fide. for. & text.cum ibi no. in dicto capitulo primo. infrà hîc finitur lex. & infrà, an ille, qui interfecerit fratrem domini. in capitulo finali. & plenè per Iacobum Ardiz. in titulo, quibus modis feudum amittatur, ſub rubricella, an teneatur Vaſallus ſeruitium offerre domino?

De pertinentibus verò ad ſecundam partem, vide in d. §. primo. infr. hîc finitur lex. & ſupr. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. in §. ſed & qui delator. & in remiſſionibus ibi adductis.

De pertinentibus verò ad tertiam partem, vide infrà de alienatione feudi paterni. in fin. & per eundem Iac. Ardi. in dicto tit. ſub rubricella, ſi potuit facere Vaſal. ne dominus incideret in periurium.

Qualiter Vaſallus debeat vocari & interpellari per dominum, & ipſe offerre, habetur infrà de pace iura. fir. in fin. per gloſſ. & quod ibi dicam. & in §. firmiter. infr. de prohib. feud. alienatio. per Feder. & in dicto §. hîc finitur lex. & quod dixi ſuprà, quæ fuit prima cauſa benef. amit. in §. ſed nec alia, vbi omninò videas.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus ob feloniam feudum perdens deſcendentibus præiudicabit.*

SI VASALLVS I. Iſtud capitulum de ſe ſatis clarum eſt, eo modo, quo infr. declarabo. licet Bald. & nonnulli Scribentes ipſum intricauerint. Pro cuius noticia ſcias, quòd olim antiquitus inter collaterales, non extendebatur ſucceſsio ſeu progreſsio in feudo, niſi vſq; ad quartum gradum. Poſtea fuit hoc extenſum, vſque ad ſeptimum. Hodie verò obtinet vſque in infinitū, vt probatur ſupr. de ſucceſsione feudi. in §. hoc autem quoque. cum ibi not. in gloſſ. & ſuprà, qui feudum dare poſſ. in §. hoc quoq;. & de hoc tali gradu antiquo loquitur iſte text. & hoc probatur per alium tex. infr. ſi Vaſallus feudo priuetur, cui deferri debe. in c. 1. in fi. Vel poteſt loqui etiam ſecundum iura hodierna, ſed ita accidit de facto. in c. iſto, quòd non extabant aliqui agnati. infr. dictum quartum gradum.

Item ſcias, quòd iſtud capitulum loquitur in feudo antiquo: nō autē in nouo, vt de ſe patet in fine. & ita etiam intellexit gloſſa hîc poſita. Et in hoc etiam concordat Iacobus de Belui. & ſuadet etiam ratio, quia ſi eſſet nouum, non tranſiret feudum ad agnatos, per culpam Vaſalli delinquentis, ſed reuerteretur ad dominum, vt ſuprà titulo ſecundo, in §. deniq;. Cuius contrarium vult iſte textus, videlicet, vt reuertatur ad agnatos.

Item ſcias, quòd Vaſallus priuatur feudo ſuo ex culpa ſua dupliciter, videlicet, per ingratitudinem delicti, vel per ingratitudinem contractus.

Primo caſu habetur duplex conſideratio, quia aut deliquit in dominum, & tunc dominus præfertur ad id feudum quibuſcunque & deſcendentibus, & omnibus agnatis ipſius Vaſalli, ſiue feudum ſit nouum, ſiue antiquum. Et de hoc tali delicto & culpa non loquitur iſte text.

Interdum Vaſallum deliquit in alium, quàm in dominum: & tunc ſi feudū eſſet nouū, reuertitur ad dominum: ſi verò eſt antiquum, tunc pertinet ad agnatos, excluſis deſcendentibus. Et de hoc tali delicto ſeu culpa loquitur iſtud capitulum. & in hoc benè concordat Bald. & prædictus Iac. de Bel.

Quando verò Vaſallus priuatur feudo, per ingratitudinem contractus, non eſt noſtra materia, ſed de his omnibus pleniſſimè declaraui in d. §. deniq;. in notabilibus. & in concluſionibus, vbi videas pro intellectu iſtius capituli.

Item ſcias, quòd ſecundum verum intellectum huius capituli, quem ſequor, & qui etiam elicitur ex gloſſa hîc poſita, ſi ſubtiliter conſideretur, agnati iſti, de quibus loquitur iſte textus, nedum admittuntur, ſi ſint in quarto gradu, ſed etiam ſi ſint infra quartum gradum, vt puta vel in primo, vel in ſecundo, vel in tertio gradu. Imò & hodie admittuntur, ſi ſint vltra quartum, & etiam in infinitum, vt ſuprà dixi.

Quidam autem alij, vt Iacobus de Bel. & Bald. voluerunt intelligere iſtud capitulum, quod in tali feudo non admittantur dicti agnati, niſi exiſtentes in dicto quarto gradu, vel abinde ſuprà. Non autem infra quartum gradum, & mouentur per iſtum textum. Item ratione, quia quemadmodum omnes deſcendentes ex dicto ſanguine excluduntur: ita & pari ratione debeant excludi collaterales, vſque ad dictum quartum gradum, propter ſuſpicionem, quia ſæpè ſolet eſſe ſimilitudo & audacia eadem in talibus coniunctis. argumen. C. ad l. Iul. maie. in l. quiſquis. & in

& in Auten. de referen. in §. fin. Sed iste talis intellectus non est consonans, nec placet mihi. De quo latè dixi in dicto §. denique. in decima conclusione, vbi omnes Scribentium authoritates adduxi. & ibi vide. His præmissis, nunc de facili intelliges. Et in summa hoc intendit.

Feudum, quo Vasallus priuatur ex sua culpa per ipsum commissa, in personam alterius quàm domini, aperitur agnatis, excluso domino, ac descendentibus ipsius Vasalli. hoc dicit. In textu ibi, committat, scilicet, delinquendo grauiter in alium, quàm in dominum, prout exemplificatur in dicto §. denique. versicu. si verò non in dominum. Ibi, feudum, scilicet, antiquum. Ibi, quarto gradu, ideò facit mentionem de quarto gradu, quia fortè non extabant aliqui in ꝓpinquiori gradu. Vel potes intelligere, vt habeat respectum ad ius antiquum, in quo non admittebantur agnati, nisi vsque ad quartum gradum, & tunc expone quarto gradu. i. infrà quartum gradum, hodie verò vsque in infinitum, vt suprà dixi. Sed secundum intellectum Iacobi de Belui. & Bald. ista verba propriè stant, ꝓut sonant, videlicet, quòd agnati existentes in quarto gradu, admittantur ad dictum feudum, quasi dicat, nõ autem si dicti agnati essent infrà dictum quartũ gradum, quòd videtur absonum. Et ideò teneo primam vel secundam. Ibi, pertineat, vt quia est antiquum, & fuit agnationis communis, vt suprà de gradi. in §. 1.

1 †Not. quod Vasallus per suam culpam, id est, feloniam, propter quam feudũ perdit, præiudicat etiam filijs descendentibus suis, vt hìc, & infrà, si Vasallus feudo priuetur. in capitulo primo. Secùs autem esset, si caperemus culpam pro alienatione facta per Vasallum, sine licentia domini, de feudo antiquo, quia tunc non præiudicaretur filijs, neque descendentibus suis, vt suprà eodem in c. Titius. in fin. & dixi in dicto §. denique. & tenet hìc Andr. de Isernia. Intelligitur ergò istud capitulum de culpa; id est, de ingratitudine proueniente ex delicto: non autem de proueniente ex contractu.

a Oppo. cum gloss. 1. quòd imò culpa seu delictum[a] patris, non debeat præiudicare filijs, vt ff. de decur. in l. 2. in §. nullum. & ff. de in ius vocando. in l. adoptiuum. cum similibus. Et glossa ista non soluit. Vnde tu dic, vt dixi suprà de success. feudi. in §. quoque. & dicam infrà, si Vasallus feudo priuetur. in c. 1. & per glo. & Doct. in l. adoptiuum. & quod no. ff. de senatoribus. in l. emancipatum. in fi. & per Dy. in regula, non debet in fin. de regu. iur. in 6. & vide quod dixi in d. §. deniq;. & vide quod dixi suprà eod. in c. Titius. & ad prædicta vide in Specu. de feu. in fi. versi. 1. & ibi Ioan. An. & plenè per Bald. in l. placet. C. de libe. causa. & in l. 1. C. de c. pe. li. & in l. quisque patris. C. vnde liberi. & infrà de prohibi. feud. alie. per Fed. in §. insuper. & in l. si in personam. C. de fideicom.

Oppo. cum glo. 2. q. imò agnati nullo modo admittant, extantibus descẽdẽtibus, quia vbi Vasallus propter aliquam iustam causam à feudo cadit, non debet feudum reuerti ad agnatos, sed ad filios, vt probatur in d. l. emancipatum. in fin. ff. de sena. Solu. dicit gloss. quòd quidam fatentur contrarium, quando feudum esset antiquum, ab auo acquisitum. Hìc verò loquatur de feudo acquisito à patre. Sed hanc solutionem immediatè reprobat gl. & benè, quoniam iste textus de directo loquitur in feudo acquisito, vel auo, vel proauo, cùm dicat, quòd isti agnati erant in quarto gradu. Ex quo necesse est inferre, quod feudũ fuerat acquisitum à proauo, vel superioribus, & sic antiquum.

Nec est verum dicere, quod aliud sit in feudo acquisito ab auo, & aliud in feudo acquisito à proauo, vel superioribus. Quia eadem est ratio in vno, quę in reliquo: imò si non deberet quis amittere feudum acquisitum ab auo, multò minus à proauo, & superioribus, cùm sit antiquius, quàm acquisitum ab auo. Quare glo. dat alium intellectum ad istud capitulum, videlicet, quod loquatur in feudo antiquo, & quod Vasallus cõmiserat tale delictum, ex quo etiam filius veniebat priuandus ex delicto patris sui, Nec poterat admitti ad dictum feudum, nisi de nouo ex gratia illud à domino acquireret, non existentibus agnatis, quibus esset apertum, quoniam si extarent agnati, tunc ipsi admitterentur vsque ad quartum gradum secundum iura antiqua, vt hìc. Hodie verò vsque in infinitum, vt prædicta omnia probantur in d. capitulo primo. infr. si Vasallus feudo priuetur. Et hoc voluit ista glossa vsque ad versiculũ imò quod plus est, &c. quam declarabo statim in oppositione sequenti.

a Delictum patris. Adde an propter delictum in crimine læsæ maiestatis filius perdat legitimã, vide per Card. Zab. in Cle. pastor. in 7. q. de re iud. vbi alleg. plures concordantes.

Opponitur itaque cum dicta glossa in dicta parte contra supr. proximè dicta, & contra istum textum, videlicet, quod imò

nedum filij & descendentes, sed etiam omnes cæteri agnati transuersales remoueantur à petitione talis feudi, quod amisit Vasallus propter delictum suum, vt in dicto §. deniq;. supr. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. Solut. dicit gloss. fatendo contrarium, quando illud delictum fuit cõmissum in personam domini, quo casu, feudum reuertitur ad dominum, vt habeat suæ iniuriæ vltionem, & tunc omnes tam descendentes quàm agnati collaterales excluduntur, etiam si feudum sit antiquum, vt ibi, licet quidam intellexerint illum textum solum in feudo nouo, & non benè. Hîc verò loquimur, quando delictum non fuit commissum in personam domini, quo casu, filij & cæteri descendentes excluduntur, sed agnati admittuntur. Et hoc vult ista glossa vsque in finem. Ex qua glossa manifestè colligitur verus intellectus, quem suprà declaraui ad capitulum istud, videlicet, vt loquatur in feudo antiquo, & quod delictũ non fuerat commissum in personam domini, sed in alium. Et quod agnati proximiores admittantur etiam infra quartum gradum, si extant, & si non extant, possunt admitti etiam existentes in quarto gradu, vt hîc, & vlteriores vsque in infinitum, vt suprà dictum est, quicquid dixerit Iaco. de Belui. & Bald.

Vltimò de materia huius capituli, vide infrà in titulo, an ille, qui interfecit fratrem domini. in capitulo 1. infrà in dicto titulo, si Vasallus feudo priuetur. in capit. primo. & quod dixi in dicto §. denique. & supr. quib. mod. feud. amit. in §. aut si libellario. & per Iacobum Ardizo. in titulo, quibus modis feud. amitt. sub rubricella, quando feudum reuertitur ad agnatos. & in titulo de successione feudi, sub rubricella, si Vasallus committat culpam cum duabus rubricellis sequen. & per Bald. in l. qui se patris. C. vnde lib. & in Spec. de loca. in §. nunc aliqua. versic. 144. & per Canonistas. in capitulo in quibusdam. extra de pœnis.

SVMMARIA.

1 *Venditio generalis quo specialiter non venderetur, non includit.*
Concessio generalis an comprehendat ea, quæ quis verisimiliter in specie non fuisset concessurus.
2 *Dans castrum, an dicatur ius patronatus Ecclesiæ conferre.*
3 *Dominus habitationes suas cõcedens, an Vasallos conferre dicatur.*
4 *Feudum in generali restitutione fideicõmissi non computandum. Et quid in emphiteosi Ecclesiæ vel laicorum dicendum.*
Feudum an veniat in vniuersali petitione hæreditatis.

IN GENERALI. Istud capitulum exemplificatur varijs modis per Doct. Nam And. de Isern. exemplificat in domino vendente generaliter omnia bona sua, vt sub ista generali venditione, non veniant iura suorum Vasallorum seu directum dominium, quod habet in feud. dictorum suorum Vasallorum. Quod exemplum, etsi in se verum sit, quia casus est de eod. infr. de capi. qui cur. vendi. in capitulo primo: tamen non benè adaptatur ad istum textum. Et ideò dominus Bald. exemplificat in Vasallo, generaliter alienante omnia bona sua, vt sub ista generali alienatione non contineatur feudum suum, nisi nominatim sit dictum. Et istud exemplum magis congruit literæ, dum dixit in generali alienatione Vasalli, &c. Et ideò sequendum. Vnde in summa hoc vult.

Vasallus alienando bona sua non intelligitur alienasse feudum, nisi de eo specialem mentionem faciat. hoc dicit. In text. ibi, alienatione Vasalli, id est, alienatione facta per Vasallum de omnibus bonis suis. Ibi, feudum, subaudi, quod tenet ab alio, secundum Bal. & benè.

1 †No. quòd in generali venditione, quis non intelligitur vendere, quod non fuisset specialiter venditurus. Nam in dubio non debemus præsupponere, quod voluerit vendere feudum, cùm ex ipsa venditione incidisset in pœnam perdendi illud, vt infrà de prohibitione feudi alieni, per Fede. in §. primo. Et ideò ista generalis transactio bonorum, non extenditur ad ea, quæ exigunt specialem concessionem, vt in capitulo, quod translationem. extra de offic. dele. Et quæ quis verisimiliter, non fuisset specialiter concessurus, vt in l. obligatione generali. ff. de pignoribus. Et de hoc an in generali concessione veniunt ea, quæ quis non fuisset verisimiliter in specie concessurus? dic plenè per Dyn. in capitulo in generali. de regulis iuris, in 6. An autem in generali renunciatione veniat legitima? dic per Bald. super rubrica. ff. de iureiurando, vbi tenet, quod non. per l. si quando. in §. fin. C. de inoffic. testamen. de quo per Gul. in l. de his. ff. de transact.

Oppo-

Opponitur ab extra, quòd imò in alienatione generali veniat ius feudale: nam in alienatione vniuersorum bonorum veniunt iura patronatus, nisi specialiter exceptuentur, vt in capitulo cùm seculum. & in capitulo ex literis. extra de iure patronat. & not. gloss. in l. si operarum. ff. de operis libe. Solut. quædam sunt, quæ transeunt cum vniuersitate bonorum, de quibus in l. quædam. ff. de acquiren. rerum do. & ius patronatus est de illis, vt no. in dicta l. si operarum. Feudum autem non intelligitur transire in dubio, vt hîc, cùm alter etiam habeat ius in re. vt notatur in capitulo cùm Bertoldus. extra de re iudi. Et quia non est verisimile, neque præsumitur, vt sibi præiudicet in feudo ex tali alienatione, vt suprà dixi. Videmus quoque in decimis & iuribus spiritualibus, si aliquis vendat [a] villam, vel donet cum omnibus iuribus suis, quæ ibi habet, non tamen intelligitur sensisse de decimis, quia sunt propria, sed alterius iuris. & ita dixit Innocen. in dicto capitulo ex literis. & quod not. 16. quæstione septima, piæ mentis. Vel possumus dicere secundum Andræam de Isernia, quod ideò hoc est statutum in feudo, fortè propter dignitatem hominum & feudorum, quæ faciunt hominem nobilem, quia paradogium faciunt. vt supr. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. in capitulo primo, in fine.

Opponitur ad idem, & sic ille, qui generaliter vendit omnia bona sua, nihil excipit. Ergò totum comprehendi videtur, vt C. de euictione. in l. si fines. & ff. de censi. in l. forma. Aliàs sequeretur, si diceremus contrarium, quod venditor posset semper dicere, se nō vendidisse, nisi vnum cespitem terræ. Solut. eodem modo, quia hîc loquimur in feudo, in quo non est præscriptio, neque verisimilitudo, quod quis vendidisset, si sciuisset, cùm alienari nō posit inuito domino, sine pœna amissionis, & ideò non continetur sub generali alienatione secundum Baldum. dixit tamen Andræas de Isernia, quòd istud capitulum non videtur rationabile. & ideò secundum ipsum non habebit locum, nisi in loco, vbi talis consuetudo obseruatur. Ego non recederem à Communi intellectu Doctorum, qui similiter cum decisione huius capituli pertranseunt. Et maximè, quia ratio potest assignari, quam suprà dixi. Item quia etiam in pluribus alijs casibus, quædam non transeunt cum vniuersitate, nisi specialiter exprimantur, vt suprà dixi. & notatur in dicta lege quædam.

Opponitur de textu in pace Constantiæ. in §. cùm autem nos. vbi patet, quòd in generali alienatione, quam fecit Princeps, continentur Vasalli. Solut. vt ibi not. glossa, quoniam ibi satis constat expressum in ipsa alienatione generali etiam de ipsis Vasallis. Et vide quod ibi notatur in Glossa super verbo recipientis.

2 †Quæro, quid si dominus mihi dat totum castrum, vel villam, an intelligat dedisse mihi etiam ius patronatus [b] Ecclesiæ, quæ erat in dicta villa, vel castro? Et dic quod sic. secùs si dedisset mihi in feudo quendam fundum, in quo erat sita dicta Ecclesia, vt tenet Innocen. in dicto capitulo cùm seculum, & per ea, quæ suprà dixi.

3 †Quæro, quid si in quodam castro, vel villa, omnes homines erant mei Vasalli, & ego concedo tibi omnes habitationes meas, quas habeo in illo loco, an veniant Vasalli? Et dicit Baldus quòd non, quia dicti Vasalli sunt pars, & non totum. vnde non videtur concessum, quod est separatum corpore & significatione. Ad quod facit. l. qui tabernas. ff. de contrahen. emptio.

4 †Quæro, an feudum veniat in generali restitutione fideicommissi? Et Iacob. de Are. in l. si patroni. ff. ad Trebell. sentit, quòd non, quia quod non cadit in recipientem, remanet penes dantem, vt ibi. Bald. autem in l. cùm virum. C. de fideicommiss. vbi latè prosequitur hanc quæstionem. Similiter concludit, quod feudum, quod non cadit in recipientem, remanet penes hæredem rogatum. Sed si cadit in recipientem, venire debet in restitutionem fideicōmissi. Possibile enim est, vel ex natura inuestituræ, vel ex iure agnationis, quod ille, in quem debet fieri restitutio, sit capax illius feudi, quo casu, fiat restitutio, aliàs secùs. Idem sentit ipse in emphiteosi Ecclesiæ, vt veniat in restitutione fideicommissi de liberis ad liberos, non de liberis ad extraneos, per ea, quę singulariter not. in l. etiam. ff. solu. matrim. In emphiteosi verò laicorum dixit venire in fideicommisso, quia per vltimam voluntatem alienando, non incidit in commissum, vt ff. de leg. 1. in l. si domus. in §. fin. de quo vide in Spec. de locat. in §. nunc aliqua, versiculo 113. & versiculo

a *Si aliquis vēdit villā. Ad de qd de vendente fundū vel palatiū, in quo sit ius patronat⁹, an includatur iuspatronat⁹. vide per Ab. in disputatione. inci. augurio. & p Docto. in l. monitis. ff. de contrahen. empt. Abb. in c. cū Bertoldus. de re iudi. Domini de Rota decis. 10. in ti. de iure patr. in nouis.*

b *Etiam iuspatronatus. Ad de domi. in c. vnico. de iure patro. lib. 6. & Abb. in c. quærelam. de simo.*

ſiculo 106. & verſiculo 158. & cætera.

Quæro, an veniat feudum in vniuerſali petitione hæreditatis? dic vt per gloſſ. in l. item videndum. in §. nunc videamus. ff. de peti. hæred. & quod dicam infrà, an agnatus vel filius. in capitulo primo. & in dicto verſiculo 158. cum ſequen. & per Bartol. in l. ſi patroni. ff. ad Trebell.

Vltimò de materia præſentis capituli, vide plenè per gloſſ. & Docto. in dicto capitulo primo. infrà de capi. qui cur. vendi. & ideò gloſſa hîc poſita ſe remiſit ad ibi no. Vide ad materiam Cy. in l. 1. C. quæ res pigno. obliga. poſſ. Iacobus Ardizo. in titu. quibus modis feudum amittatur, ſub rubricella, cum curia. licet domino alienare Vaſallos, & rubricellæ ſequen. & in locis ſuprà allegatis. Ad materiam, & quod not. Bald. in l. ſi quis prioris. in §. cæterùm. C. de ſecund. nupt. & in l. procuratore. C. mandati. & in l. de bonis liber. & ſuper rubrica. C. de contrahen. empt. per Canoniſtas. in dicto capitulo ex literis, & in Specu. de pigno. in §. primo. ver. ſed nunquid feud. & plenè in directoria iuris. in titulo de iure patronatus, vbi plures quæſtiones ad propoſitum pertinentes adducit.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus à pœna in dominum ignoranter commiſſa, excuſatus ad emptoris intereſſe tenebitur.*

2 *Emptor ignoranter deceptus ad intereſſe aget contra venditorem.*

3 *Emptor feudi illud retinebit, donec venditor precium reſtituerit.*

4 *Ignorantiam allegantiquando credendum.*

SI VASALLVS II. Iſtud capitulum eſt notandũ, quoniam limitat totam materiam de Vaſallo, alienante feudum ſine licentia domini, vt, videlicet, tunc demùm priuetur, quando ſcienter illud eſſe feudum fecit. Secùs ſi ignoranter, vt hîc, & in ſumma hoc intendit.

Feudum venditum ignoranter à Vaſallo, tanquam proprium, eſt ſibi reſtituendum, ſed tenetur emptori ad hoc intereſſe. hoc dicit. In textu ibi, ignorans illud eſſe feudum, & erat probabiliter ignorans, quia fortè ſucceſſerat illi, qui multo tempore non ſeruierat, quia non fuerat requiſitus à domino, vt ſuprà eodem in capitulo. licet ſecundum Andræam de Iſer. & infrà dicam. Ibi, ignoranti: ſecùs autem ſi ſciuiſſet, vt in l. venditor. C. de reſcin. vendi. Ignoranti enim ſubuenitur, vt infrà capitulo proximo.

Not. ignorantiam facti excuſare Vaſallum alienantem à feudi priuatione, vt infrà de controuerſia inter dominum & emptorem. in capitulo primo. Et ſic non vendicabunt ſibi locum iſto caſu, conſtitutiones Lotharij & Federici de prohibita feudi alienatione, vt probatur hîc, & in dicto capitulo primo. Hoc idem extendit Bald. ad emphiteotam, qui ignoranter vendit rem emphiteoticam, vt non cadat à iure ſuo, vnde dominus reuocare volens, habet probare eius ſcientiam, prout ipſe dicit hîc. Ad quod vide in Specu. de locato. in §. nunc aliqua. verſic. 18. & verſi. 96. Barto. in l. ſequitur. in §. idem labeo. ff. de vſucapio. & quod dicit Bald. in l. 1. C. de Epiſ. audi. & per Gul. in l. iuris gentium. in §. Labeo. ff. de pact. & per eundem Bar. in l. 1. in §. ſi rem. ff. de poſi.

1 †Not. quod quanquam Vaſallus per ignorantiam excuſetur à pœna in dominum commiſſa: tamen non excuſatur ab intereſſe ipſius emptoris, vt hîc. Facit l. venditor. ff. de euictione. licet gloſſa hîc poſita allegauerit. l. 2. quæ nihil facit. & in capitulo primo. infrà de controuerſia inter dominum & empt. allegato hîc in glo. quæ per hoc eſt expedita.

2 †Not. quòd tunc demùm emptor deceptus agit ad intereſſe, ſi fuit ignorans, quia ſecùs ſi fuiſſet ſciens, quoniam ſcienti & volenti non fit iniuria, neque dolus, vt in l. cùm donationis. C. de tranſactio. & in regula ſcienti. & per Dyn. de regulis iuris. in 6. & quod habetur in d. l. venditor. de reſcind. vend. & probatur infrà de prohibitione feudi alieni, per Fede. in §. primo.

Oppo. ab extra de l. fina. in §. vltimo. ff. de lega. 2. qui allegari ſolet pro ſingulari, vbi patet, quòd per ignorantiam firmatur venditio, quæ aliàs non valuiſſet. Solut. Ibi loquitur de re, qui de ſui natura eſt alienabilis, hîc non præterea alienans tempore alienationis potuit alienare, hîc ſecùs. Et de materia ibi poſita traditur plenè per Doct. in Auten. res quæ. C. communia. de lega.

Oppo. quòd imò Vaſallus non admittatur ad reuocandum feudum alienatum, prout hîc dicitur. Quoniam non poteſt venire contra factum ſuum proprium, & reuocare, quod iam à ſe abdicauit. in l. cùm

cùm confitearis. C. de reuoc. donat. Solut. ibi alienauit dolosè, hîc ignoranter.

Opponitur, iste Vasallus vendicando tenetur de euictione. Igitur reuocando, poterit per exceptionem repelli per regulam l. vendicantem. ff. de euictione. Solut. secundum Bald. contrarium habet locum, quando emptoris intererat excipere ad obuiandum, ne res aduocaretur. Hîc autem non poterat excipere, quia venditio fuerat impoßibilis de iure, vt infr. de prohibi. feudi alieni. per Lotharium. in l. 1. in fin.

Opponit. quòd imò venditori non sit feudum restituendum, sed sit in electione emptoris dare illud, aut emptori, aut domino, vt est casus in dicto capitulo primo de cõtrouersia inter dominum & empto. Solue, vt ibi not. in gloss. Quæro ab extra, quid si per ignorantiam non petijt Vasallus inuestiturã infra tempus debitum, an excusetur? dic vt dixi suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in princ. & in capitulo primo, quo tempore miles.

3 †Quæro, an emptor poterit retinere feudum emptum, donec Vasallus ibi restituat precium? & dicit Bald. quod sic, quantum respectu Vasalli agentis, vt in l. si domino. vt in l. non sortem. in §. si centum. cum ibi not. ff. de conditione. inde. Sed respectu domini reuocare volentis, in contumaciam Vasalli secùs, vt in lege 1. in §. primo. in fin. infrà de prohibit. feudi alie. per Fede.

4 †Quæro, an huic alleganti ignorantiam credatur, an sit necesse quod probetur, & qualiter? Et respondeo, quod si successit in ius alterius. ff. de reg. iur. & ff. de iu. & fac. ig. in l. si plurimum. & ff. de ac. empti. in lege si sterilis. & maximè, si bonus vir existimetur, vt ff. de re mili. in lege non omnes. in §. à Barbaris. & ff. de excusa. tuto. in l. scire. in §. sufficit. Secùs autem si essent præsumptiones contra ipsum, vt quia ipse idem aliàs fuisset inuestitus, vel illud aliàs dedisset domino per scriptum, vel tanquam agnatus successisset in eo, & non in cæteris bonis, quia tunc istis casibus & similibus, sua ignorantia non esset tolerabilis. argumentum. ff. ad Vellei. in l. quanquam. & de acquirendis hæred. in l. cùm filiam. & ff. locati. in l. item quæritur. in §. si full. Et ita determinat Iacobus Ardizo. in titulo, quibus modis feudum amittatur, sub rubricella, an alleganti ignorantiam credatur.

Et prædicta videtur extendere etiam ad personam filij hæredis, quanquam videatur esse eadem persona cum defuncto. quod probat per l. cum falsa. C. de iur. & fac. ign. & rerum amotarum. in l. Marcellus. in §. 1. & per l. nihil. ff. de contrahen. empt. Et ad prædicta vide in Specu. in dicto versiculo decimooctauo, suprà allegato. & sequen. & extra de consti. in capitulo vt animarum. lib. 6. per Canonistas. & quod dixi in dicto capitulo primo, hic potest esse titulus, quibus modis feudum amittatur.

Vltimò de materia præsenti habetur in dicto capitu. 1. infr. de controuersia inter dominum & emptorem. & ibi plenè traditur. & quod dixi supr. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. denique. in conclusionibus, & per Iacobum Ardiz. in titulo, quibus modis feudum amittatur. sub rubricella, si alienauerit feudum Vasalli. in §. sciens. & in §. ibidem sequenti. & sub rubricella de scientia domini, vel ignorantia emptoris. & vide l. si ignorans cum sua materia. ff. locati. & infrà capit. seq. & in remißionibus adductis. in quæstione suprà proxima. in fin.

SVMMARIA.

1 *Domino quærenti, an res feudalis sit, fideliter Vasallus respondebit. Et quid si nolit omninò respondere.*

2 *Vasallus feudum falso negans, de mendacio conuictus feudo priuatur.*

3 *Ignorantia à mendacij pœna Vasallum excusabit.*

4 *Dubius dubium præstabit responsum.*

Ignorans sicut non videtur renunciare iuri, ita nec dubitans.

Confessus non est, qui dubitanter respondit.

Cõfeßio dubia quid operetur, & quis sit modus practicandi vide. Remißiuè.

5 *Respondens obscurè interrogata creditur negare.*

VASALLVS II. Intellectum huius capituli satis exemplificaui supr. eodem in capit. Vasal. si. Et in summa hoc vult.

Vasallus scienter negans feudum, amittit illud: vbi verò dubitat, an sit feudum, debet dubitanter respondere. h. d. Casum in terminis figura secundum formam. c. fi. inf. de lege. Cora. vbi gloss. hîc posita te similiter remisit, & nihil aliud facit. & sic est expedita. In textu ibi, abnegauit, subaudi, dum dominus diceret eum Vasal. & ipsum tenere feudum ab eo, & ipse hoc

negabat. Ibi, amit. scilicet, per sententiam, vt suprà, quæ fuit prima causa bene. amit. in §. porrò. & not. gloss. in §. callidis. infrà de prohibitione feudi alieni, per Fede. Ibi, ignorantia sit probabilis & tolerabilis, vt dixi suprà in capitulo proximo. Ibi, respondere debet, subaudi, dicendo nescio, vel similia verba, vt in dicto capit. finali. de lege Cora. Quod intellige verum, si verè dubitabat. Secùs autem, si verè sciebat, sed tamen dubitanter respondit, quia tunc benè priuaretur feudo, vt ibi not. in gloss.

1 †Not. Vasallum debere respondere domino interroganti, an res, quam tenet, sit feudalis, vel non, prout in simili videmus. in l. 3. & 4. ff. de interro. actio. Quid autem, si nullo modo vellet respondere, sed omninò esset contumax in non respondendo, quia vel tacet, vel non vult venire ad respondendum: tunc dicas, vt dictum est in capitulo primo. in princip. supr. de milite Vasallo, qui contumax est. Et de materia tacentis & nolentis respondere, habetur in l. de ætate. in §. qui tacuit. ff. de interrogatoria actione.

2 †Nota. quòd Vasallus mendaciosè, ac per dolum negans feudum, debet dicto feudo priuari, si conuincatur de mendacio, vt hîc, & in dicto capitulo finali. de lege Cora.

Et intelligas, quòd priuabitur toto feudo, si totum negauit. Si verò solùm partem negasset: tunc solùm ea parte priuaretur, vt dictum est suprà eodem in capitulo Vasallus, qualiter autem puniatur mendax, & quando non? dic vt in remissionibus, quas dedi in dicto capitulo Vasallus.

3 †Not. ignorantiam excusare Vasallum à pœna mendacijs, vt hîc, & suprà capitulo proximo, dummodò non sit crassa & supina, sed tolerabilis, vt ibi dixi. & not. gloss. infrà de controuersia inter dominũ & empto. feud. in capitulo primo. Et est ratio, quia ad inducendum delictum exigitur scientia, vel saltem ignorantia non excusabilis, vt in l. fin. ff. de decre. ab ori. faci.

4 †Not. quòd qui dubius est, potest dubitanter respondere, vt hîc, & in d. c. fin. & not. gloss. in l. si debitor. ff. de peti. hæred. Dabitur tamen sibi terminus ad se informandum & deliberandum, vt ff. de interroga. act. in l. qui interrogatus, & in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. 1. ff. de iureiuran. de quo plenè per gloss. & Doct. in l. 2. in §. quod obseruari. C. de iura. calum. Et si postea non respondit, tunc poterit lis contestari aduersus ipsum, vt dixi supr. tit. proximo. in fi. & in d. c. Vasallus. Et ex prędictis ego infero duo notabilia.

Primum, quòd sicut ignorans, non videtur renunciare iuri, ita nec dubitans, vt est casus singularis secundum Ray. & Bar. in l. manifestissimi. in §. sin autem nescius. C. de furtis.

Secundum, quòd ille, qui respondet dubito, non habetur pro confesso, quod qualiter intelligendum sit hodie circa responsiones, qui fiunt passionibus, & an requiratur sententia iudicis vel ipso iure habeatur pro confesso, vel negante, habetur plenè in c. 2. in fin. per glos. & Doct. de confessis. lib. 6. per Doct. iuris ciuilis in d. §. qui tacuit. & in d. §. quod obseruari. Et quid operetur talis ficta confessio, & de modo practicandi circa prædicta habetur per Bart. in l. eius, qui delatore. ff. de iure fisci. & per Dy. in l. 1. ff. quando ex facto tu. & per Cy. in l. 2. in §. quod si actor. C. de iura. calum.

5 †Quæro, quid si Vasallus respondeat, sed obscurè aliquibus extraneis verbis, quę non intelliguntur vel lingua Græca vel Hæbraica. Respondeo quod habetur pro scienter & malitiosè negante d. l. de ætate. in §. nihil. cum ibi no. in glo. ff. de interroga. act. quod intellige verum nisi declaret, vt no. glo. in d. c. 2. in fi.

Vltimò de materia præsentis capituli, vide in locis suprà allegatis, & in remissionibus, quas dedi in d. c. Vasallus. supr. eod. & in c. supr. proximo, & specialiter, quod in d. c. dixi. Vbi plures q̃stiones formam, quæ trahi & recitari possunt. & per Iacob. Ardiz. in tit. quibus mod. feu. amit. sub rubricella, si sciens Vasal. feudum fuerit inficiatus. & quod dicam in d. c. fina. de lege Cora. vbi plena materia.

SVMMARIA.

1 *Vasallus feudum æquali sine fraude & eadem lege infeudare potest.*
2 *Alienare feudum volente tria requiruntur.*
3 *Infeudatio facta pro medietate precij in fraudem legis an dicatur fieri.*
4 *Infeudatio facta inuito Vasalli hærede, an resoluatur Vasallo decedente.*

BENEFICIVM. Vasallus potest feudum suum alteri sibi æquali infeudare, dummodò sine fraude faciat. hoc dicit.

In textu

In textu ibi, beneficium, id est, feudum, vt suprà, in quibus causis feud. amit. in §. in primis. Ibi, in fraudem legis, scilicet, infrà de prohib. feud. alie. per Fed. in §. callidis, vt quia sub calore inuestituræ vendat ipsum, quod non licet in fraudem, vt ibi dicitur. Ibi, dari potest, subaudi, alteri secundæ personæ, vt infrà de lege Cora, in §. similiter. Ibi, militi, subaudi, & æquali sibi & eadem lege, & forma, qua ipse habet, vt hîc in gloss. quoniam si Vasallus est miles, infeudabit militi: si non est miles, sufficit quod infeudet æquali sibi, vt in dicto §. similiter.

1 †Not. quòd Vasallus, qui non potest alienare feudum sine domini voluntate, potest tamen infeudare, dummodò infeudet æquali, & sine fraude, & eadem lege, vt hîc, & supr. per quos fiat inuestitura. in §. 1. & supr. qualiter olim feudum po. alie. §. 1. Syncerè ergò, & bona fide dabit in feudum etiam hodie. Et est ratio, quoniã non est damnum domino, q habebit in Vasal. illum, cui dabitur, qui erit æqualis primo, vt supr. dictum est. Not. quòd si Vasallus acquirere potest alium Vasallum loco sui, etiam domino inuito, quod videtur esse contra text. in c. 2. supr. de fra. de no. be. inuesti. Sed solue, vt latè dixi in c. si decesserit. supr. eod.

2 †Quæro cum glo. quæ requirantur ad hoc, vt Vasallus possit alteri infeudare? Et respondet gl. quod tria. Primum, quòd infeudetur æquali, adeò, quod si primus Vasallus infeudans, qui modò per infeudationem suam est effectus dominus respectu secundi, vt infr. de prohibit. feud. alie. per Fede. in §. illud. Si esset miles, tunc est necesse, quod similiter seruus, in quem infeudat, sit miles. Secundum, quod requiritur, est, quòd non infeudetur, nisi eo modo & forma, prout ipse Vasallus infeudans habet à domino. Tertium, quod requiritur, est, quòd infeudet sine aliquo precio, ne videatur fieri in fraudem legis, vt in dicto §. callidis. Et hoc voluit ista glos. vsq; ibi. In fraudem enim, quæ benè loquitur & probatur in dicto §. similiter. & ibi dixi & no. in §. præterea. infr. de capi. Cora. in glo. magna. in fin.

3 †Quæro cum glossa in illa parte, quid si Vasallus infeudans secundò, accipiat minus medietate precij ꝑ toto dicto feudo, an tunc isto casu talis infeudatio intelligatur esse facta in fraudem legis? Et respondet hæc glossa sub dubio fortè quod non, dicens, quòd tunc demùm intelligitur fraudulenta, quando pro toto feudo ipse Vasallus infeudans, habuit vltra medietatem veri precij. Et dicit glo. quòd multi hoc tenent, & ita intelligunt istum passum. Sed tu aduerte, licet Doct. super hoc nihil dicant, & simpliciter pertranseant, quoniam videtur mihi, quòd ista talis determinatio non fundetur aliquo iure, sed potius videtur esse contra mentem text. in §. primo. suprà qualiter olim feudum potest alien. qui dixit, quòd Vasallus tunc demùm potest alteri infeudare, si hoc syncerè faciat, &c. quasi dicat, quòd ex liberalitate nullo interueniente precio hoc fiat. Similiter videtur esse contra text. in l. 1. in fine. de prohibitione feudi alieni, per Lotharium, vbi litera dicit, quòd nullum commercium potest facere. Similiter videtur esse contra text. in §. callidis, vbi indistinctè determinat, quod precio accepto non potest alteri infeudare. Et in hanc meam sententiam reperio esse Iacob. Ardizo. in titulo, quibus mod. feudum acquiratur, sub rubricella, an precio dato feud. in feudo dari possit. Vbi notabiliter dixit, quòd Vasallus potest dare in feudũ, scilicet, sine precio, & sola liberalitate. Cæterùm, si accepto precio & non liberalitate in feudum concedat, intelligitur in fraudem facere, vnde non valet, &c. Et ista sunt verba sua ad literam. Et vltra dicta iura adducit l. apud Celsum. in §. si quis autem. & in §. si quis ex vnica. ff. de except. doli. & in l. fin. ff. qui ex causis in pos. habeatur, cum similibus.

4 †Quæro, an iste Vasallus possit dictum suum feudum alteri infeudare, etiam inuito agnato suo, ad quem dictum feudum erat recasurum, sicut potest inuito domino, & in casu, in quo possit: quæro an talis infeudatio resoluatur eo mortuo, an duret in præiudicium agnatorum? dic de his quæstionibus, vt dixi infrà, per quos fiat inuestitura. in §. primo. & præsertim in quæstione finali. & tangit Speculat. & ideò, an in titulo de feudis, versiculo trigesimooctauo. Qualiter autẽ & quando intelligatur fieri in fraudem agnatorum, dixi in dicto §. primo, vbi gloss. tangit, &c.

Quæro, an dominus poterit compellere istum secundum Vasallum, ad præstandum sibi seruitia solita? Et si præstare nolit, qualiter succurratur domino, & de forma agendi, vide quod notatur per Glossam. in dicto §. finali. suprà de controuersia inuestituræ, & quod dixi latè

latè supr. quæ fuit prima causa bene.amit. in §. sed nec alia.

Quæro, an Vasallus Ecclesiæ possit suum feudum alteri infeudare, secundum formam huius capituli, ita quod capitulum nostrum habeat locum etiam in Vasallo Ecclesiæ? Et de hac quæstione te remitto ad ea, quæ dixi suprà, qui feudum dare possunt. in prin. in distinctione.

Vltimò ad materiam præsentis capituli, vide plura alia, quæ dixi in dicto §. fin. de controuersia inuestituræ. & in §. 1. per quos fi. inue. & in remissionibus, quas ibi plenè adduxi, & plura, quæ etiam dixi in dicto §. primo. qualiter olim potest feudũ alienari, in remissionibus. & in dicto §. similiter. de lege Cora. & plenè per gloss. in dicto §. præterea. infr. de capi. Cora. & de prohibitione feudi alieni, per Feder. in §. callidis. & in §. illud quoque. & per Iaco. Ardizo. in titulo, quibus modis feudum acquiratur, sub rubricella, quando Vasallus feudum in feud. dare cum octo rubricellis sequentibus. & in capitulis extraordinarijs. in titu. de feudo & beneficijs. in capitulo nullus.

SVMMARIA.

1 *Vasallus legitimam habet personam pro rē feudali in iudicio comparendi.*

2 *Vasallus si in causa feudali non obtineat, non transactionem sibi consulat.*

Transactio an habeat locum in iuribus decimalibus. Remissiuè.

3 *Transactionis nomine si quid suscipiatur locō rei succedere non creditur.*

4 *Vasallus etiam nō vetatur experiri proprium ius.*

Sententia an præiudicet agnatis, sicut præiudicat domino.

5 *Vasallo viuente excludentur agnati.*

6 *Transactio quando agnatis sit præiudicio.*

Feudum nō est, quod recipitur nomine transactionis in feudum.

SI VASALLVS III. Istud capitulum continet materiam valde vtilem, & habet contraria, quæ multum vrgent aduersus decisionem ipsius, vt infrà patebit, quorum contrariorum timore reperio ipsum legi duobus modis. Vno modo secundum Bald. quòd Vasallus fecit totum suum posse, vt dominus sciret ea, quæ agebantur per ipsum Vasallum, ita quod dominus sciuit, vel scire potuit absq; aliqua fraude Vasalli, quo casu dato, quod ignorauerit, nihilominus sibi paratur prę-iudiciũ, vt hîc, & hoc modo possunt solui contraria. Alio modo legitur secundum Andr. de Isern. quod tunc demùm fit præiudiciũ domino ignoranti, scilicet, quando vult venire ex persona Vasalli, & ita intelligit istum text. Secùs autem si vellet venire ex persona propria, quia tunc non præiudicaretur sibi, vt in contrarijs. & infrà latius declarabo. Et diuide in tres partes. Quoniam in prima declarat, an iudicium ventilatum per Vasallum debeat haberi ratum per dominum. In secunda, quod de transactione per ipsum facta. In tertia, an id, quod receptum est nomine transactionis, censeantur feudum. secunda ibi, nam. tertia ibi, nec quod.

a Compare͂di in iudicio. Adde Bald. cons. 495. incip. ad euidentiã. in 4. volum.

CASVS.

Illud, quòd fit per Vasallum de suo feudo, siue per iudicium, siue per transactionem, debet haberi ratum per dominum, & id, quod sibi datur nomine transactionis, non censetur feudum. hoc dicit. Pone casum in terminis secundum formam traditam in c. 1. infr. de contro. inter Vasal. & alium, vbi etiam te remisit gloss. prima hîc posita, quæ nihil aliud fecit. In text. ibi, agat, subaudi, contra possessionem dicti feudi, vtili rei vendicatione, vt supr. de inuestit. de re alie. fact. in §. 1. Ibi, licet ignorante, hoc est, siue dominus sciuerit, siue ignorauerit, dummodò Vasallus fecerit suum posse, vt ipse dominus sciret secundum Bald. vt statim dicam. Ibi, iudicium, subaudi, dummodò fraudulenter non litigauerit, vt in d. c. 1. de controuersia inter Vasallum & alium.

Et intellige quod erit firmum tale iudicium, etiam in præiudicium domini volentis, postea vendicare dictam rem feudalem ex psona ipsius Vasalli, aliàs secùs, si viueret ex persona propria, & iure proprio, secundum Andr. de Iser. vt statim declarabo. Ibi, feudum erit, subaudi, si illud, quod accepit, sit penitùs separatum ab ipso feudo, & de per se possit stare, secùs autē si esset connexũ, & de per se stare non posset, sicuti est seruitus, quia tunc retineret iure feudi, & censeretur res feudalis, vt in d. §. 1. supr. de inuesti. de re alie. fact. & hîc in glo. 2. quæ per hoc expedita, &c.

1 †No. ex prima parte, quod Vasallus habet legitimã personam comparendi in iudicio a pro re feudali, & in agendo, & in defendendo, & tale iudicium & sententia inde secuta, erunt valida, & proderunt & nocebũt domino, siue sciat dominus, siue ignoret, siue sit psens, siue absens, dũmodò non fiat fraudulenter, vt suprà dixi. Et non psumitur fraus, nisi pbet, vt ff. de pba. in l. quotiens.

Quotiens.in §. qui dolo. Ad quod facit suprà, quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. præterea.

Præsumitur enim processu & sententia propter authoritatem iudicij, & ff. de re iudic. in l. res iudicata, secundum Andræam de Isernia. Si tamen Vasallus potuit denunciare domino, & non denunciauit, tunc dicit Baldus, quod eo ipso videtur, & intelligitur esse fraus commissa, per l. creditor Hypothecas. C. de distra. pigno. quod est notatu dignum. Secundum autem Andræam de Isernia, ad hoc, vt præiudicet domino ignoranti, est necesse, quòd dominus veniat ex persona Vasalli, vt dixi.

2 †Not. ex secunda parte, quòd Vasallus, qui non potest obtinere in causa feudali, potest per transactionem sibi consulere, vt hîc, & in dicto capitulo primo, de controuersia inter Vasall. & ali. quod qualiter intelligi debet, statim dicam. An autem super iuribus [a] decimalibus possit trãsigi? dic vt in c. statuimus. extra de transact.

3 †Not. ex tertia parte, quòd illud, quod transactionis nomine percipit, non succesit loco rei. Ad quod facit l. cõtro. cum ibi no. ff. de transact.

Quod verum est, quando percipitur aliquod extrinsecum. Secùs si aliquod extrinsecum, puta pars ipsius feudi, quia tũc quod retinet, non intelligitur nouo titulo acquiri, vt C. de transact. in l. si pro fundo, secundum Bal.

Opp. nunc ab extra contra istum tex. & contra ea, quæ supra dicta sunt pluribus modis, & fortiter. Et primò contra primam partem, quòd talis sententia lata in personam Vasalli, non debeat extendi ad personam domini per regulam, res inter alios acta, &c. l. sæpè. ff. de re iudic. Et timore huius contrarij dixit Bald. breuiter se expediendo, quod Vasallus hîc denunciauit domino, vel saltem fecit, quod potuit, vt dominus sciret, vt suprà dixi. Et hoc modo videtur euitare contrarium. Et hæc solutio est notabilis, & potest esse vera, quia imputet sibi dominus, si fuit negligens, per ea, quæ dixi suprà titulo proximo, in secundo notabili. Sed tamen qa videtur diuinare, quantum ad istum text. Idcircò Andreas de Isernia, subtilius intelligendo dixit, quòd debemus considerare, quod interdum Vasallus agit ad rem feudalem contra alium possidentem, & vterque dicit ipse ad se spectare iure feudi, & ab eodem domino, tunc quia causa ista ventilari debet coram domino feudi, vt infrà de prohibi. feud. alie. per Federi. in §. penultimo. quod tamen intelligas, vt ibi not. & dixi suprà de controuersia feudi apud pater. Et isto casu, cùm dominus non posit prætendere ignorantiam, tunc siue sciat, siue ignoret, sibi fiet præiudicium, adeò quòd si dominus in futurum vellet venire ad vendicãdum dictum feudum à vincente ex persona illius, qui succubuit, quia fortè vel commisit aliquod delictum, vel decesit sine hærede masculo, vnde dicat dominus sibi apertum feudum ex illius persona. Vnde ipse possessor, qui vicit, poterit repellere dominum per exceptionem rei iudicatæ. argumen. in l. si hæreditatem. in §. Iulia. ff. de except. rei iudi. Sicut potuisset repellere victum. l. quod ipsis. ff. de regulis iuris. Et in hoc etiam suadet ratio, quia Vasallus victus vinceret dominum, vt in lege secunda. ff. si ager vectigal. vel emphi. pe. Ergò multò fortiùs ipse Vasallus vincens. argu. in l. de accessionibus. ff. de diuer. & tempo. præscript. Sed interdum Vasallus agit ad rem suam, quam dicit feudalem, contra alium possidentem ipsam rem, qui se defendendo dicit dictam rem esse suam propriam, & non feudalem: tunc Vasallus agens habet necesse, probare duo, videlicet & primò, quòd ille, qui sibi infeudauit, est dominus. Item, quòd dedit sibi in feudum. Quæ duo, si non probauerit, pronunciabitur pro possessore, qui absoluetur à petitione ipsius agentis. Vnde si isto casu vellet postea venire dominus ex persona victi, tanquam Vasalli, dicens, quòd erat Vasallus, & decesit sine hærede, vel quòd commisit delictum, ex quo feudum est sibi deuolutum, per consequens velit vendicare ab ipso posidente, qui per sententiam iam obtinuit contra dictum Vasallum, tunc etiam isto casu dominus agens repelleretur per exceptionem rei iudicatæ, siue sciuerit, siue ignorauerit de primo processu & iudicio, vt in isto capitulo. Et est ratio, quia victus potuit ligare de iure suo, quod prætendebat, vt in dicto §. 1. de inuestitura de re alie. facta. Sed si dominus vellet vendicare iure proprio, non veniendo ex persona Vasalli prædicti iam victi, sed simpliciter vendicare velit dictam rem, tanquam suam, tunc non præiudicaretur sibi, quia agit nunc de iure suo.

4 †Non enim potuit prohibere Vasallum victum, quin ius suum experiretur. Ergò

[a] *Super iurib. decimalibus. Adde text. in ca. ex multiplici. de deci. Paul. de Cleaz. in Cle. 2. de deci. Card. Zaba. in c. veniens. in 3. notabili. de trãs. Barb. in c. vt super. in 1. notabili. de rebus Eccle. nõ alienan.*

Ergò non debuit sibi nocere, etiam si fuisset sciens dictam l. sæpè. in §. cur autem. Nec istud capitulum in hoc dicit contrarium, sed tantùm loquitur, quando diceret sibi apertum dictum feudum, & vtile dominium ex persona Vasalli victi. Et ideò notanter dixit text. omni tempore firmum erit illud iudicium, scilicet, respectu iuris Vasalli, non autem respectu iuris domini, quod non potuit deduci per Vasallum victum in præiudicium domini per dictam l. sæpè.

Et prædicta procedunt secundum prędictum dominum Andr. quando Vasallus non possidet, sed ageret contra alium possidentem, vbi Vasallus possideret, & conueniatur in iudicio per alium non possidentem, qui dicit, & allegat dictam rem spectare ad se iure proprio, & non ad Vasallum, neque ad dominum Vasalli: tunc isto casu dicit ipse, quòd si agens obtineat, fiet præiudicium domino scienti. Et vigore huius sententiæ poterit iste, qui obtinuit semper repellere ipsum dominum agentem, siue velit venire ex persona propria & iure suo, siue velit venire ex persona sui Vasalli victi. Et est ratio, quia ista causa principaliter erat ipsius Vas. Debebat enim dominus sciens defendere causam, & probare rem suam esse. Secùs autem si fuisset ignorans, quia tunc non pateretur præiudicium per dictam l. sæpè. Ex prædictis itaque patet, quod istud capitulum cum similibus tantùm locum habent, quando dominus ex persona Vasalli victi, vel vincẽtis vellet venire, q̃a siue sciuerit, siue ignorauerit iudiciũ ventilatũ, semper erit firmum, etiam in præiudicium ipsius domini, quia Vasallus de iure suo agere potuit, nec potuit per dominum impediri, vt suprà dictum est.

Opponitur secundò contra dictam primam partem, quòd imò domino ignoranti non fiat præiudicium ex sententia lata contra Vasallum, quoniam Vasallus conuentus debuit dominum suum nominare in iudicio, vt notat glossa prima in l. secunda. C. vbi in rem actio. vnde sententia lata contra Vasallum, non debet posse parere præiudicium contra dominum absentem & ignorantem, vt in toto titulo. C. qui res indi. non no. Solut. potest parere ex prædictis fatendo contrarium, vt non fiat præiudicium aliquod domino absenti & ignoranti. Quinimò etiamsi fuisset facta executio adhuc posset ipse dominus comparere, & vti iure suo, non obstante dicta sententia, vt in l. final. C. si per vim vel alio modo. & tenet Innoc. in capitulo quoniam frequenter. extra de lite non conten. & Doct. in d. l. 2.

Non obstat modò istud capitulum, quia vel soluamus secundum intellectum Bald. quòd hîc Vasallus denunciauit domino, vel non stetit per ipsum, ita, quòd apparet, quòd Vasallus non est in aliqua fraude. Et isto modo concordat istud capitulum cum dictis iuribus. Vel possumus soluere secundum Andræam de Isernia. quòd dominus non excludatur iure suo, si velit venire ex persona sua, vt in contrarijs. Secùs autem si vellet venire ex persona Vasalli, quia tunc quod obstabat Vasallo, obstabit sibi, vt suprà dictum est in præcedenti contrario. Vtrum autem Vasallus contemptus nominet dominum in iudicio, dixi in §. finali. infrà de notis feudi.

Opponitur tertiò contra dictam primam partem, quòd imò tale iudicium non possit præiudicare domino ignoranti, ex eo, quod feudum non potest alienare ipso ignorante, vt infrà de prohibit. feud. alien. per Lotharium, & de prohibita. feudo. alienatione. per Federic. Solutio: Ibi loquimur in alienatione voluntaria. Hîc autem in necessaria, quæ fit per sententiam, cùm iudicium reddatur in in aliuitum. vt in l. interstipulantem. in principio. ff. de verborum obligationibus. Voluntaria verò in volentem, vt in l. sicut. C. de actio. & obligat. Ad quod facit l. 1. ff. de fundo do. & l. si filio. in §. vltimo. ff. solu. matrimo. de quo suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. finali. in conclusione trigesima quarta. & dixi infrà de prohibitione feud. alie. per Feder. in princip. in quæstione antepenultima.

Opponitur contra secundam partem, quæ admittit transactionem factam per Vasallum, etiam in præiudicium domini. Et tamen ipsa transactio est voluntaria, vt in l. secunda. ff. de transact. & in l. si diuersa. & in l. cùm donationis. C. eodem titulo. Vnde per transactionem erit aperta via fraudandi & circumueniendi dictas constitutiones Lotharij & Federici, quæ prohibent alienationes, cùm partes poterunt fingere transactionem sub colore alienationis, quod esse non debet, vt in l. scire oportet. ff. de tu. & cur. da. ab his. Sol. Hîc loquimur de transactione, quæ fit timore litis, & iudicij futuri, q̃ verè fiebat,

fiebat, vel sperabatur fieri absque aliqua circumuentione. argu. in l. in Summa. in prin. ff. de condi. indebi. probatur infrà de contro. inter Vasallum & alium. Vel possumus dicere, quod istud capitulum intelligitur, quando Vasallus denunciauit domino, vel per ipsum non stetit, secundum lecturam Bal. Vel subtili⁹ quod ista transactio tenebit solùm, quando domin⁹ veniret ex persona Vasalli, non autem si velit venire ex persona propria, secundũ lecturam Andræ. de Iser. Vel possumus dicere, quod istud capitulum loquitur, quãdo per transactiõem retinet sibi feudum, & dat aduersario pecuniam, vel aliquid aliud, contrarium verò loquitur, quando vellet per transactionem transferre feudum in alium, & recipere pecuniam seu extimationem, quod non licet, quia tunc haberetur loco venditionis. vt in l. litis. ff. pro emptore. & tenet Iaco. Ardi. in Summa quibus modis feudum amittatur. sub rubricella, an litis extimationem posset suscipere.

Opponitur contra tertiam partem, q̃d immò id, quod accepit nomine transactionis, debeat esse feudum, vt probatur infr. quid iuris sit, si Vasallus post alie. feu. recu. in §. profectò. cum ibi notatis. in glo. Solutio: ibi loquitur de eo, quod accipitur pro alienatione feudi, facta voluntate domini, & sic casus sunt diuersi, secundum Andr. de Isernia.

Opponitur ad idem, quod immò sit feudum, quia successit loco rei, quam dedit lex Imperator. in fi. ff. de legatis secundo. & ff. de petitiõe hæreditatis. in l. si rem & precium. Solutio. istud datum nomine transactionis, non fuit datum, vt esset in feudo, neq; similiter receptum, & sic libera remanere debet. vt in l. altius. C. de serui. Quæro ab extra, iuxta primam partem, an tale iudicium, vel sententia præiudicet cæteris agnatis, sicut præiudicat domino? Et respondeo quod si in ipso iudicio fuit disceptatum de iure omnium agnatorum, & scientibus ipsis agnatis, præiudicabit. Aliàs non per dictam l. sæpe. Et est ratio, quia quando sciuerunt discuti de iure suo, potuerunt interesse liti, ne colluderetur, & probationes adducere. l. si per luxorio. ff. de appellationibus. & ff. de inofficioso testamento. in l. si suscepta. Idem namq; ius quod erat apud Vasallum victum, erat futurum apud alios agnatos sequentes, & non diuersum. Meritò semper si viuunt, est necesse quod veniant ex persona propria, & nõ ex persona victi, quod secùs est in persona domini. vt sup. ostensum est.

5 †Quæro si præsupponamus agnatos posse venire ad reuocandum, an saltem veniente ipso Vasallo sint exclusi, ita quod necesse habeant expectaret mortem ipsius Vasalli, & puto quod sic per ea, quæ no. in gl. pen. & quod ibi dixi. in §. hoc quoq; suprà de succes. feud.

6 †Quæro iuxta secundam partem, an transactio præiudicet alijs agnatis. Et dic quod non, cùm istud capitulum hoc non dicat. arg. in l. si seruum. in §. non dixit. ff. de acqui. hære. Quod intellige etiam si sciuissent cum isto casu non necessitentur ad contradicendum, prout facere tenentur in iudicio secundũ quod suprà ꝓximè dictum est secundum Andr. de Iser. Et potest esse ratio, quia etiã inuitis agnatis potuit Vasallus transire quantum in sui præiudicium per ea, quæ traduntur. in L. Gayus. ff. de pigno. actio. facit ad prędicta quod habetur. in c. veniens extra de transaction. & quod dixi in c. 1. in prin. infrà de feud. alie. pater. & supr. quibus modis feu. amit. in §. præterea. Quæro circa tertiam partem, quid si dans conuenit cum Vasallo recipiente, vt recipiens teneret in feu. rem receptam ab eo, à quo tenebat rem dimissam: an tunc censebitur feud. Et dic quod non, per regulam, quia alteri stipulari non potest. vt in l. stipulatio ista. in §. alteri. ff. de verbo. oblig. Quæro an Vasallus possit se compromittere [a] in arbitrum de re feudali? dic: vt in Spec. de arbi. in §. restat. versi. sed nunquid Vasal. & dicam infrà de l. Cora. in §. si inter. vbi plenè videas. & in c. 1. in prin. de inuesti. in mari. facta.

[a] An Vasallus possit se compromittere. Adde Hosti. in Sum. ti. de arbi. in §. potest. versi. sed nunquid Vasallus. An. de Butr. in c. cũ tempore. de arbi. Lu. Ro. in l. 1. in §. & post operis. ff. de ope. noui nunçia.

Vltimò de pertinentibus ad primam partem huius capituli vide remissiones plenas quas dedi sup. de inuesti. de re alie. facta. in §. 1. De pertinentibus verò ad secundam partem, vide in c. 1. infrà de controuer. inter Vasallũ & alium. & infrà de notis feu. in §. item sciendum. & ff. si quid in fraud. pa. in l. 1. in §. at si transigit. & per Iac. Ardiz. in tit. quibus modis feud. amit. sub rubricella, an transigere posit Vasall. super feud. & quod dixit Bald. infrà de ꝓhi. feu. alie. per Fedc. in prin. & per Canonistas. in c. de cætero. extra de transa. & in c. cùm deputati de iudi. De pertinentibus ad tertiã partẽ habetur in dictis locis proximè allegatis. & in d. §. profectò. inf. quid iuris sit, &c. quando autem Vasallus, qui

n succubuit

succubuit in iudicio feudali agẽdo vel se defendendo, possit agere de euictione cõtra dominum & qualiter. vide quod dixi suprà titulo proximo.

SVMMARIA.

1 *Dominus feudi in personam delinquens Vasalli poliatur proprietate feudi.*
2 *Dominus feudi eadem fide Vasallo, qua Vasallus domino, astringitur.*
3 *Aequalitas inter dominum & Vasallum seruanda.*
4 *Domino proditionis crimen perpetrande in Principem feudi proprietas in fiscum transferetur.*
5 *Domini eiusdem feudi duo si fuerint: altero in Vasallũ peccante, ad quem deuoluetur portio eius.*
Filius domini delinquens in Vasallum, si postea succedat patri, an priuetur proprietate.
Dominus decedens sine agnatis, an Vasallus possit feudi proprietatem lucrari.
6 *Prælatus in Vasallum committens feudi proprietatem quare non amittat.*
Vasallus quot modis & qualiter priuetur iure suo ad hoc, vt ex eo possit percipi similiter, qualiter dominus possit priuari proprietate feudi.

a Dominus eadẽ fide. Adde per eundem Iac. Alua. suprà. in c.1. de forma fideli. ver. no. ex 3. parte.

1 DOMINO CON. †Dominus ex culpa per eum cõmissa in personam Vasalli, vel alterius priuatur proprietate feudi, quæ applicari debet ipsi Vasallo, dummodo ex eadem culpa, Vasal. amissurus fuisset feudum, si eam cõmisisset. h.d. In text. ibi, feloniam, id est, cul. prouenientem ex delicto, & loquitur iuxta vulgare Lombardum, & est similis locutio infrà do. propri. priue. in c.1. infra an ille, quæ interfecit fra. do. in c.1. infr. de Vasal. qui contra consti. Lotha. in c.1. Interdum appellat culpam, interdum causam. vt sup. de feu. sine culpa non amit. in c.1. & quę fuit prima cau. bene. amit. p totum. Interdum ingratitudinem, vt in d. ti. quę fuit prima causa. in §.2. Ibi, vt ita dicã. Similis modus loquendi est, & habetur suprà, quæ fuit prima causa. §. porrò. & quare ita loquatur, ibi dixi. Ibi, pertinere, scilicet, per sententiam. Et est ratio, quia cùm in Vasallo hoc statuatur: vt no. glos. infrà de prohi. feu. alie. per Fed. in §. callidis. & dixi suprà, quæ fuit prima causa. in §.2. debemus. hoc idem seruare in domino p istũ tex. Ibi, in Vasallo, puta adulterando vxorem Vasal. vel ipsum acriter verberando, vel alias graues iniurias sibi inferendo: vt dixi suprà, quæ fuit prima causa. in §. final. & suprà quibus modis feudum amittatur. in §.1. Ibi, in alium, puta occidendo fratrẽ suum proprium, vel filium fratris ad hoc, vt totam hæredi. haberet, vel aliud graue perpetrauit, ex quo non possit morari sine dedecore in curia sua, vt supr. quib. modis feu. amit. in §. item si fratrem. & infr. an ille, qui interfe. fra. do. in c.1. Vel intelligas secundum And. de Isern. quod sit necesse, quod istud peccatum cõmissum in aliũ, tangat in consequentiã ipsum Vasallũ, vt quia verberauit seruum, vel famulum Vasalli, in opprobrium & suggillatiõem domini, vt in l. item apud. in §. si quis. sicut. ff. de iniurijs. Et quare sic dicat, statim declarabo. Vel intelligas similiter vt sonat, sed loquatur in feudo nouo, vt infrà dicam.

a 2 †No. quod dominus eadem fide a obligatus est Vasallo suo, qua Vasallus obligatus est ipsi domino. vt no. gl. in c. de forma. 22. q. 6. Nam sicut Vasallus ex delicto priuatur feudo. Ita & dominus proprietate, vt hîc & infr, qualiter dominus propri. pri. in c.1. hîc allegato, in glo. q̃ nihil aliud fecit, & dixi suprà de form. fide. in c.1. in fi.

3 †No. æqualitatem inter dominum & Vasallum esse seruandam, vnde æquũ est, vt paria iura desideret, prout dixit tex. inf. de pace iur. fir. circa fi. Nam sicut per delictum Vasalli in dominum cõmissum, cõsolidatur vtile dominium Vasalli cum ꝓprietate domini. d. §. fin. supr. q̃ fuit prima cau. bene. amit. Ita per delictum domini cõmissum in Vasallũ, cõsolidabitur directum dominiũ ipsius Vasalli, vt hîc & in d. c.1. qualiter do. propri. pri. Quod enim in vno correlatiuorum statuitur, in altero inesse intelligitur. l. fi. C. de indi. vide tol.

Oppo. ab extra, quod immò per delictum domini cõmissum in alium, quàm in Vasallum, non debeat proprietas feudi ꝑtinere ad Vasallum, sed ad agnatos proximiores ipsius domini delinquentis, sicut patet ecõtrà in Vasallo delinquente in alium, quàm in dominum, quoniam feudũ transit ad proximiores agnatos Vasalli, vt est tex. supr. quæ fuit prima causa benefi. amittendi. in §. deniq;. Soluti. dixit Bal. q̃ aliud est in delicto commisso per Vasallũ, quo casu distinguitur an sit commissum in domino, & tunc feu. transit ad dominũ, an cõmissum in alium, quo casu transigit ad agnatos, vt ibi. Sed in casu nostro, quãdo domin⁹ delinquit non distinguit, vtrũ delinquat in Vasallum, vel in alium, quia indistinctè ꝓprietas feudi transit in ipsum Vasal. vt est casus. in c. isto, secundũ ipsum q̃ ita simpliciter intellexit. Sed hoc nõ videtur

detur mihi rationabile, q. Vasallus magis beneficietur & fructũ consequatur ex delicto domini, quàm domin⁹ ex delicto Vasalli, tũ quia Vasallus iurat domino & recognoscit, ac tenetà domino, non autem econtrà. vt dixi suprà, de forma fide. in c.1. Tum quia quantũ ad effectum parem vicem inter se differunt. vt ibi. Simile videmus, quod si Vasallus stat per annũ, vt nõ petat inuestituram, quod priuatur feudo, Ita & econtrà, si dominus stat per annum, vt nolit inuestire, quod priuatur propriet. Et hoc ideò est, vt obseruetur ęqualitas inter eos. ita no. glos. suprà in ti. per quos fiat inuesti. in fine.

Et ideò horum timore, ego intelligerem istud capitulũ in feudo nouo, quo casu etiam ex delicto Vasalli commisso in alium, quàm in dominũ, semper reuertitur tale feudum ad dominum, exclusis omnibus descendentibus & agnatis ipsius Vasalli, prout latè dixi in d. §. deniq;. in cõclusionibus. ita & in casu nostro ex delicto domini commisso in alium quàm in Vasallum, semper reuertatur proprietas feudi in Vasall. exclusis omnibus agnatis & descendentibus domini. Et hoc modo intelligendo seruatur æqualitas, & egregiè tollitur contrarium, q. videbatur multùm obstare. Similiter in feudo antiquo erit æqualitas, quoniã sicut ex delicto tali cõmisso per Vasallũ in alium, quàm in dominũ, feudum nõ debet transire ad dominũ, sed remanere debet ad proximiores agnatos Vasalli, exclusis filijs, vt ibi dixi, ita ex delicto cõmisso p dominum in aliũ, quàm in Vasal. debet feudũ, si est antiquũ, remanere agnatos ipsius domini, exclusis filijs, & nõ ad Vasal. & ita videt sentire Ia. Ard. per l. communi liberto. ff. de bo. libert.

4 †Quæro quid si dominus habet Vasallũ, & committit crimen proditionis contra Principem, ex quo bona sua veniunt confiscanda, an tunc ex tali delicto commisso in alium debeat proprietas feudorũ cõfiscari, & applicari camerę fiscali, an debeat transferri in ipsos Vasallos p istum tex. Et dicit Andr. de Iser. q. confiscari debet proprietas, nõ autem applicari Vasal. tũ quia vsus ita se habet: tum qa videret inconueniens, q. Vasalli efficiantur domini ppries tatis illius proditoris, neq; hoc reperitur cautum, vt ipse dicit. Et respondet ad istũ text. vt intelligatur de felonia cõmissa in aliũ, quæ etiam continentiã tendat in iniuriam Vasal. vt dixi sup tex. Vel q. restringatur iste text. solũ ad causas expressas in sua materia, non aũt ad alias non expressas. ar. in l. Princeps. ff. de legibus. Idem videtur sentire Specu. in ratione sui. in ti. de feu. versi. 40.

Sed contrarium sentit Bar. in l. si finita. in §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. vt non confiscetur. Pro sententia multum benefacit. l. fi. in §. si in libertum. ff. de bo. dam. & infr. de prohi. feud. alie. in §. illud. Et puto hanc opinionem veram de iure, vt non confiscetur, licet fortè curia Principis de facto seruaret contrarium. Sed vtrum debeat proprietas puenire ad agnatos proditoris delinquentis, vel ad Vasal. tunc puto considerandũ, an sit feudũ nouum, vel antiquum, vt dixi supr. proximè, & per ea quæ dixi in d. §. deniq;. in conclusionibus. Facit multum benè, q. dixi secũdum Bal. supr. quali. olim feud. po. alie. in §. 1. in fi. & quod dixi infr. ti. proximo. in §. si quis aliquem.

5 †Quęro quid si sunt duo domini eiusdem feudi, & vnus delinquit in Vasallum, an eius portio deuenire debeat in Vasallũ propter eius delictum, an debeat remanere penes alium dominum, qui nõ deliquit. Quidam tenent istam partem, vt remaneat apud coniunctũ dominum per dictam l. communi de bo. lib. & ff. de iureiur. in l. si duo. in princ. & ff. de assigna. lib. in l. 1. §. sed si is. & ita videtur esse de mente Ia. Ar. in Summa. in ti. qui. mo. feu. amit. sub rubricella. Si vnus ex dominis faciat contra ius feudi. Pro alia parte, vt deueniat Vasallus, qui contra consti. Lotha. feu. alie. pro quo vide, quod dixi supr. qui. feu. dar. poss. in §. cùm verò. & suprà de fra. de no. benefici. inuesti. in c. 1. & de duo. fra. à ca. inuesti. Quæro quid si filius domini delinquat in Vasallum, an si postea succedat patri, priuetur proprietate? Et dicit idem Ia. vbi suprà, quod hæc quæstio determinari debet, sicut determinatur ecõtrà in filio Vasalli delinquente, prout est tex. infr. de phi. feu. alie. per Feder. in §. insuper. Quæro quid in alienatione, an sicut Vasallus alienando priuaretur per l. Lotha. & Federici: ita & dominus proprietate. dic vt dixi infrà de lege Cora. in c. 2. in §. 1. Quæro si dominus decedat sine agnatis, nunquid lucrabitur Vasallus proprietatem feudi, sicut fieret econtrà? Et dicit Iacob. Ardiz. in Summa quod non, quia periculosum & triste esset eius mortem expectare. arg. ff. de conditio. & demon. in l. cum tale. in principio, de qua quæstione dic latius per ipsum in titulo quibus mo. feudum amit-

tatur.sub rubricella, si dominus committat in Vasal.

Quæro an istud capitulum habeat locum in feudo ecclesiæ, si prælatus delinquat in Vasallum? Et dicit Bald. simpliciter quod non, per capitulum delictum personæ: extra de regulis iuris libro sexto. Et puto, quod dicat verum eo respectu, vt proprietas non applicetur Vasallo. Sed tamen in præiudicium ipsius prælati, donec erit intitulatus, vel vixerit putarem sibi fieri præiudicium, per textum infrà de capit. Corad. in fine. de hoc tamen dicam latius ibi. qui glossa ibi format quęstionem & nō soluit, vbi videas in quæstione penultima.

Quæro quot modis, & qualiter priuetur Vasallus iure suo ad hoc, vt ex eo possim percipere similiter, qualiter dominus priuetur proprietate. de hoc vide conclusiones, quas dedi in dicto §. denique. suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi.

Vltimò de materia huius capituli, vide quod dixi suprà per quos fiat inuestitura. in fin. & de forma fide. in fin. & infrà in d. ti. qualiter do. proprie. priue. & per Iaco. Ardi. in Summa. in ti. quibus modis feud. amittatur, sub rubricella, si dominus committat in Vasal. &c. Et sub rubricella. Si vnus ex dominis faciat contra ius feud. & quod dixi suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. item qui domino. & suprà de milit. Vasal. qui contumax est. in §. 1. & suprà quid sit inuestit. in §. 1. in fin. & quod dixi infr. de lege Cora. in §. ex eadem. & per Hostien. in Summa in titul. de feud. §. vtrum autem. in fine.

SVMMARIA.

1 *Pactum naturam superat.*
2 *Pactum amplificatiuum amplificationem operabitur.*
Verba, concedo rem tibi in emphiteosim, & cuicunq; dederis, important personam extraneam.
3 *Dominus inuestituram à se factam, non reuocabit.*

FEVDVM EA. Pro inductione, & noticia huius capituli, scias quod de propria natura feudi est, vt fœminæ non sint capaces, sed solùm masculi descendentes à primo acquirente ex linea masculina, vt infrà de natura succe. feud. in c. 1. Item, quod feudum non sit alienabile, vt suprà de Vasal. qui contra constit. Loth. feud. alie. in c. 1. & de prohi. feu. alie. per Loth. & per Fede. in princ. Et quanq; de propria eius natura sit interdicta alienatio: tamen de eodem feudo est permissa infeudatio: vt patet sup. qualiter olim feu. po. alie. in princ. Itē scias, quòd ista talis propria natura feudi potest per pactum alterari, vt hîc. & infrà de feudo non haben. propriam naturam feudi. in c. 1. de Natura succesi. feu. Nam pacta insolita possunt apponi in inuestitura, & seruanda sunt, vt sup. quid sit inuesti. in §. pe. & fin. Contractus enim ex conuentione legem accipiunt. vt in l. 1. in §. si conuenerit. ff. depositi. His præsuppositis in Summa hoc intendit.

Feudum concessum eo pacto, vt inuestit9 & hæredes sui tā masculi quàm fœminæ, & cui dederint habeāt: retinet naturā feudi, donec est apud eos, & amittitur ex eisdem culpis, quibus & alia feuda. Cùm verò fuerit alienatum, desinit esse feudum. hoc dicit. Pone casum secundum formam dicti cap. 1. infrà de feud. non haben. propriam naturam feudi. In tex. ibi, lege, id est, contentione, vt C. de pactis. in l. legem. Ibi, ipse, scilicet, Vasallus inuestitus. Ibi, dederint, per istud verbum insurgit tota dubitatio huius capituli, quoniam ex istius verbi virtute poterit tale feudum vendi, donari, & aliter pro libito alienari, etiam sine domini voluntate, in dicto capitulo primo. Ibi, culpis, de quibus habes suprà titul. 2. per totum. Ibi, alienauerit, scilicet, vendendo, vt sequitur. Ibi, apud emptorem, subaudi, & sic ex aliqua culpa non poterit ammodo perdi, dum est apud ipsum emptorem, quoniam ipse non tenet vt rem feudalem, sed vt propriam & patrimonialem secundum Nicolaum de Neapol. Nota, quod si Vasallus committat culpam, per quam meretur amittere feudum, amittit illud, siue habeat propriam feudi naturam, siue non. Et est ratio, qa donec est apud eum, est ligatus vinculo fidelitatis, vt suprà de forma fidelitatis. in c. 1. & regulariter tanquam feudum, licet sit contra communem feudi rationem, vt suprà quid sit inuestitura. in §. præterea.

1 †Nota. quod per pactum receditur à propria natura, & sic pactum vincit naturam, & qualitatem quæ erat, vt feudum alienari non posit, à qua natura siue substantia, potest per pactum recedi, vt ff. de pactis. in l. pacisci. secundum Dy.

2 † Not. quod pactum amplificatiuum debe*

debet amplificationem operari. Nam per ista verba, & cui dederint, &c. amplificatur contractus, vt quo tit. posit res transferri, non solùm iure feudi, sed etiam iure donationis & venditionis, & cuiuslibet alterius alienationis, vt in dicto c. 1. Ita q̃d per venditionem poterit transferri proprietas, & possessio tam naturalis, quàm ciuilis secundum Iacob. de Belui. Et postquam proprietas est alienata, nunquam culpa ipsius Vasalli nocebit emptori. Et est ratio, quia emptor non tantum habet causam à Vasallo, quantum à domino, qui dedit ei hanc potestatem, quod potuit cùm in re sua quilibet sit moderator & arbiter. vt in l. in re mandata.

Opponitur cum glossa, quia hîc dicitur, quod tale feudum, de quo loquitur istud capitulum censetur feudum, qua amittitur hisdem culpis, &c. tamen non habet propriam naturam feudi, quia potest alienari, & quoquo titulo transferri absque domini voluntate. Sed contra de. d. c. 1. de feudo non haben. propriam naturam feud. in fin. vbi dicitur, quod habet proprium feud. Solu. in isto capitulo fuerunt simpliciter adiecta in inuestitur. ista verba, videlicet, & cui dederit habeant, &c. Ibi autẽ non simpliciter, sed limitate, videlicet, & cui in feudum dederint, &c. quo casu est verè feudum, & habet propriam naturam feudi. Et est ratio, quia de natura feudi est, vt posit alteri infeudari, vt suprà qualiter olim posit feudum alie. in principio. Et hoc modo habes expeditam totam glossam. Ex qua glossa colligit Nicola. de Neapo. bonum argumentum, quod si dico, concedo rem in emphiteosim tibi, & cuicunque dederis, quod per ista verba transibit etiam ad hæredes extraneos, & ad quemcunque emptorem, & si transit ad emptorem non tenebitur amplius emphiteota. argumentũ huius text. & glossa. Facit quod not. Iacob. de Belu. in Autentic. de non alien. in §. emphiteosim. co. 2.

Oppo. ab extra, quod immò ista verba, & cui dederint, &c. non debeant importare personam extraneam, sed solùm personas eiusdem qualitatis, prout in prçcedentibus specificatum fuerit, quoniam quæ in præcedentibus dicta sunt, videntur repetita in sequentib. vt in l. Titia. in §. idem respondet. ff. de verbo obligatio. Solutio: dicta clausula fuit apposita causa ampliandi, & debet aliquid operari. Meritò includere debet alias personas, quàm specificatas, de quibus iam erat prouisum argumentum. in lege si quando. ff. de lega. 1. & ad hoc facit, quod traditur in lege Titius. C. de operis liber. secundum Bald. & probatur. in l. si stipulatus. ff. de vsuris.

3 †Quæro an facta tali inuestitura posset postea dominus reuocare per præsentiam? Et dicit Iac. Ardi. quod non. l. sicut de act. & obli. & ff. de diuer. & tempo. prçscrip. in l. de accessionibus. in fin. & ff. de regulis iuris. in l. nemo potest. Et circa hanc quæstionem vide, quod dixi supr. eo. in c. si facta.

Vltimò circa materiam huius capituli, vide alia quæ dicam infrà. in d. c. 1. de feud. non haben. propriam naturam feud. & per Ia. Ardi. in titul. quibus mod. feudũ amit. sub rubricella, potest alienari feud. si ab initio pactum interueniat. & quod no. per glo. in l. 3. in §. opus. ff. de alie iudi. mu. causa fact. facit. l. quæritur. in §. si venditor. ff. de ædil. edict. & in Specu. de feudis. §. 2. versiculo 25.

SVMMARIA.

1 *Pactum de non petendo feudum de personis expreßis intelligendum.*
2 *Hæres dictio in pacto de non petendo feudum, ab hæredibus ad filios extenditur. Idem dicendum in renunciatione.*
3 *Pactum secundum rei in eo deductæ naturam interpretandum.*

1 TITIVS CVM. † Pactum personale appositum de petendo feudum à certis p̃sonis, non extenditur ad p̃sonas nõ expressas. h. d. Et pro introductiõe tua ad casus portionẽ videre potes. c. 1. de eo q̃ fecit finẽ agnato, vbi etiam gl. hìc posita te remisit. In tex. ibi, Titius, subaudi, qui successerat patri suo, vna cum Sempronio & Seio fratribus suis, & sic fuerũt tres fratres. Ibi, posidente, quoniam ex diuisione facta inter eos fratres, dictum feudũ deuenit ad ipsum Sempronium, q̃ potuit fieri, vt sup. eo. in c. omnes. Ibi, pactum fecit, scilicet, personale, vt sequr. Ibi, hæredib⁹, scilicet, filijs masculis, quia in materia feudali ita intelligitur, vt sup. de feu. alie. in §. & si clientulus. & statim sequitur. Ibi, & Seium fratrẽ. Iste est tertius frater, qui venit ad successionem illius fratris sui Sempronij, licet, Ia. de Bel. dixerit, q̃ erat extraneus hæres Sempronij q̃ non placet, tum quia est contra hãc literam, tum q̃a si esset extraneus nõ veniret ad successionem feudi. vt suprà in titul. de succe. feu.

2 †No. quod in liberatione, quæ fit per pactum personale de non petendo feudũ ab hæredibus, hoc verbum hæres trahitur solùm ad filios masculos, non aũt ad alios hæredes, per istum text. quod est notandũ secundum Bal. Ad quod facit infr. de lege Cora. in §. profectò. Idem dicit ipse obseruandũ in renunciatione, quoniam renunciatio habet vim pacti personalis, quando fit contemplatione personæ. vt C. ad velleia. in l. iubemus.

3 †Nota. quod pactum interpretatur & declaratur secundum naturam rei, quæ in pactum deducitur. Nam feudum deducebatur in pactum. Meritò hæredes in pacto comprehensi, non extenduntur, nisi ad filios masculos, & est perinde, ac si fuissent expresi specialiter, & personaliter ꝓpter affectionẽ & contemplationem ipsorum. Vnde ad alios nõ extenditur pactum, nec debet alijs prodesse, vt in l. idem in duob⁹. in §. 1. ff. de pac. Secùs si pactũ fuisset reale, quia tunc extenderetur ad omnes, & omnibus prodesset, vt ff. de pac. in l. & hæred. in §. fin. & ita not. per glo. in d. c. 1. infrà de eo, qui finem fecit agnato. vbi de materia huius capituli plenius tractatur. Et vide per Iacò. Ardi. in titulo quibus mod. amit. sub rubricella. Si agnatus pactum fecit Vasallo, & quod dixi in c. moribus. & in c. mulier. & in c. filij. suprà. eo. & suprà qui success. tene. in c. 1. & suprà de feud. dar. in vicem legis com. in c. 2. vbi plenè examinaui de materia pacti de non succedendo. & vide per Baldum, in l. si liberti. C. de oper. liber.

DE PACE TENENDA.

RVBRICA.

Continuatur hæc rubrica ad præcedentem secundum Iac. Ard. in Summa hoc modo. Suprà dictum est de contentione & contro. orta occasione feudi. Nunc verò subsequenter ponit de composi. id est, de pace tenenda & componenda. Nam quod calamitas belli, & discordiæ ac contro. introduxi pacis lenitas sopire cupit. vt C. de cad. tol. in princ. Vel secundum Gof. in Summa. de treug. & pace potest sic continuari, quia ad offi. superioris spectat pacificare discordi. 90. di. discordantes. Ideò post tractatum de cõtrouer. feud. subiungitur ista rubrica de pace tenenda, vel potes continuare & alio modo. quia suprà visum est de contro. orta occasione feu. Sed quia sæpe in controuersijs veniunt partes ad pacta & transactiones quod licet, vt suprà ti. præcedenti. in c. si Vasallus. & in l. in Summa. ff. de cõdi. indebi. Ex qua pactione componunt pacem, cum pax à pactione descendat, vt in l. 1. ff. de pac. Meritò subiungit hîc de pace tenẽda: & quoniam lex conseruatur metu pœnæ. vt in l. 1. ff. de legibus. & in l. 1. ff. de iust. & iure. Idcircò subijcitur & eius violatoribus.

SVMMARIA.

1 *Federicus primus quo tempore & quot annis imperauit.*

2 *Alexandria Lombardiæ ab Alexandro Papa denominata.*

3 *Federicus secundus triginta annis imperans, multa priuilegia concessit ecclesijs, sed & leges bonas edidit.*

4 *Federicus tertius pauca narratu digna operatus est.*

5 *Pax tanquam necessaria ab omnibus appeti debet.*

6 *Lex non ligabit, nisi vbi promulgata fuerit.*

Proœmium legis vel statuti quid importet. Remissiuè.

7 *Imperatori pertinet ecclesias tueri.*

Iudex ecclesiasticus an possit cognoscere de pace violata. Remissiuè.

8 *Cõfœderationes & ligæ inter ciuitates, quãdo permissæ.*

Appellatione pacis, an contineatur treuga.

Pax violata, an debeat ab altera parte seruari. Remissiuè.

Pax promissa per alium, quàm per Imperatorẽ, an habeat locũ lex Federici de pace tenẽda.

Treuga quid sit. Et quotuplex. num. 14.

Lex de pace tenenda, an habeat locum in nouis discordijs, in quibus pax rumpitur.

9 *Homicidia voluntarius tempore pacis statutæ minuendus est capite.*

Pœna capitalis qualiter intelligatur in homicidio.

10 *Innocentia nonnunquam duello comprobanda.*

11 *Pugna locum non obtinebit vbi de delicto apertè constiterit.*

12 *Occidens alium, seipsum defendendo, non punitur.*

Vulnerans tantum, an poterit probare, se vulnerasse animo se defendendi.

13 *Homicidium patens pugna probari potest.*

14 *Treuga quid sit, & quotuplex reperiatur.*

15 *Casus in quibus inculpatur pugna se purgare tenetur.*

Moderatio inculpatæ tutelæ qualiter & quando intelligatur fieri.

16 *Occidens ex improuiso non punietur.*

Homicidium quando intelligatur fieri ex improuiso, vel casu, vel dolo.

Occidens ex improuiso an debeat puniri.

17 *Occidens alium ob defensionem suorum filiorum vel conseruationem bonorum non mulctabitur.*

Inqui-

Inquisitio an habeat locum in homicida, qui vult se excusare volendo probare pugnā.
18 *Occidens extra limites imperij, si in terra imperij accusetur an ibi puniatur.*

FEDERICVS. Imperator iste Federicus in hac sua constitutione intendit facere legē generalem, quæ omnes comprehendat, quod patet ex eo, quia vult, quòd ad omnes perueniat, vt hîc in princip. Et ita determinat gloss. infrà de pace iura. fir. in §. iniuria. vbi gloss. 1. hîc posita te remisit, quæ per hoc est expedita. Item, quia sub nomine ædicti emanauit, vt infrà eo. in §. si quis alium. Igitur est lex generalis, plures namque sunt modi condendi legem, inter quos sunt isti duo modi, vt probatur. C. de legibus. in l. 3.

1 †Et scias quòd iste Imperator stetit in imperio annis 37. & incœpit eius imperium 1153. Et fuit primus Imperator, qui hoc nomine Federicus nuncupatus sit. Hic destruxit funditus ciuitatem Mediolani, & in cinerem vertit. Multas bonas leges nobis tradidit, & reliquit, vt patet in hoc titulo, & infrà de pace iura. fir. & infrà de prohi. feud. alie. per Fede. & infrà in titu. quæ sunt regaliæ. & in titu. de pace Constantiæ, vt expressè ibi dixit gloss. super verbo criminalibus. Plurimum tamen afflixit ecclesiam tempore Alexandri Papæ in fauendo quibusdam scismaticis. Qui tandem per ipsum Papam Alexandrum reconciliatus est in ciuitate Venetiarum, & pro emenda præfatæ persecutionis assumptio crucis charactere per terram, non per mare, cum magna multitudine ad liberationem terræ sanctæ procedens, cùm esset in Armenia in paruo fluuio submersus est. Filius autem eius, qui tunc secum erat, corpus eius detulit vsque Tyrum. Ibi sepeliuit, vt de prædictis patet in Chronicis & annalibus Imperatorum, & summorum Pontificum, & in aula solenni ciuitatis Venetiarum, vbi hæc historia mirabiliter picta est, ex eo, quòd in dicta ciuitate præfata reconciliatio inter ipsum Papam, & Imperatorem facta est, qui Papa Alexander in præmium tanti beneficij, tunc ipsos Venetos, & ciuitatem Venetiarum multis priuilegijs decorauit, atque insigniuit, quibus & hodierno die prædicta ciuitas ornata est. Patet præterea dicta historia satis diffusè, in aula ciuitatis Senatum, ex eo, quòd dictus Papa Alexander fuit natione Senensis.

2 †Ab isto etiam Papa Alexandro ciuitas Alexandrina in Lombardia nuncupata est, vt famosior esset, vt ex dictis Chronicis patet.

3 †Sed aduertendum, quòd post istum Imperatorem Federicum primum, fuit alter Federicus Imperator secundus, cuius imperium incœpit 1211. Et imperauit annis 33. Et iste Federicus Imperator secundus fuit ille, qui multa priuilegia contribuit ecclesijs, & personis ecclesiasticis, & super hoc bonas leges ædidit, quæ habentur infrà hoc eo. libro de statu. & consuet. contra liber. ecclesi. tol. Licet Andre. de Isern. in hoc errauit attribuens dictas leg. Federi. primo. patet per text. & gloss. in c. acquisitionis. extra de hæred. libro sexto. Et licet iste Fede. tunc fuerit deuotus ecclesiæ, tamen postea pluribus annis persecutus est ecclesiam intantum, quod à Gregorio Papa nono, fuit anathematis vinculo innodatus. Et tandem ab Innocentio Papa quarto, fuit ab imperio depositus, & priuatus, vt patet in c. ad Apostolicæ. de re iudic. libro 6. quem postea dum in Apulia graui infirmitate opprimeretur, Manfredus filius suus naturalis timens, ne conualesceret cussino suo super facie posito suffocauit. Et sic sine sacramentis & pœnitentia in anathematis vinculo defunctus est. Hęc omnia percepi ex Chronicis, & ex supradictis capitulis. Et declarare volui, ne fiat æquiuocatio inter hos Imperatores. Nam primus fuit coronatus sub Eugenio tertio in 1153. Et stetit in imperio annis 37. Et tandem mortuus, sub Alexandro tertio, vt dictum est. Secundus verò coronatus fuit ab Honorio tertio. 1211. Et stetit in imperio annis 33. Et mortuus est sub Innocentio quarto. Ita quod à coronatione primi vsque ad creationem secundi fluxerunt anni 58. vt ex prædictis colligi potest.

4 †Vltra istos reperio insuper, & alium Federicum tertium, de quo in iure nostro nulla habet̃ mentio, cùm regnauerit, postquam omnia iura etiam nouissima emanauerunt, paucaque de eo à scriptoribus mentio fiat, cùm pauca memoratu digna reliquerit. Nisi quod reperi libellū quendam ædictum per recolendæ memoriæ dominum Rolendinum de Platiola compatriotam meum sibi intulatum, prout dixi suprà, quis dicatur Dux, Co. vel Marchi. Et vide insuper ad intellectum prædictorum id, quod dico infrà, quot testes sint necess. ad proban. feud. ingra. & inf. de statutis & consuetudinibus contra lib. eccle.

ſuper rubrica. His itaque prælibatis, nunc deſcendo ad text. noſtrum. Et diuido iſtud principium vſque ad §. ſi quis hominem in partes quatuor. Quoniam primò dictus Imperator omnibus mittit ſuam gratiam, dilectionem, & pacem. Secundò exordiẽdo, dicit eſſe condignum ſequi diuinam clementiam in opere, videlicet, quia cùm diuina clementia nobis pacem reliquit, ita quoque congruum eſt, vt etiam ipſe Imperator nobis pacem præbeat. Tertiò narrat, & indicit omnibus perpetuam pacem. Quartò concludit, qualiter dicta pax ſit tuenda & conſeruanda. ſecunda ibi, quoniã. tertia ibi, inde eſt. quarta ibi, qualiter autem.

a Quare appellatur Epiſcopus. Adde Bertachinum de firmo in tractatu de Epiſcopo.

b Imperium à Deo eſt. Adde Bart. in 1. parte ff orum. Canoniſtæ habẽt gl. in verbo ad rẽ in c. cauſam quæ. el. 2. qui filij ſint legi. Car. Za. in c. venerabilẽ. in 6. q. de elec. Pe. de Mõte in trac. de poteſtate Papæ. in 3. parte. Ant. de Roſelis in ſua monarchia. Dantes poëta in ſua Monarchia li. 3. inci. concludit ora leonum & per Ang. in conſi. 275. incip. an ſententia reſtitutionis.

c Pacẽ meã do vobis. Adde originaliter Ioan. An. 14. & pax eſt hæreditas Ieſu Chriſti. vide per Barba. cõſi. 1. inci. magnus. in 3. volum.

CASVS.

5 † Pax namq; neceſſaria ab omnibus eſt deſideranda, ſeruanda, & cuſtodienda. h. d. In text. ibi Romanorum Imperator. hoc dicit ad differentiam Imperator. Cõſtantinopolitani, vt in c. fundamenta. de elect. lib. 6. quare autem dicatur Imperator & Auguſtus, vide per gloſſ. in procœmio. ff. ſuper rubrica. Ibi, Epiſcopis, quare appelletur Epiſcopus [a] dixi ſuprà, qui feu. da. poſ. in princip. Ibi, Marchionibus, quæ ſint iſtæ dignitates, dixi ſuprà, quis di. Dux, Co. vel Marchi. Ibi, omnibus, per iſtud verbum patet, quod eſt lex generalis, vt ſuprà dixi per dictam l. 3. de legi. Ibi, ad quos literæ iſtæ, id eſt, conſtitutiones, nec intelligas quod ſit neceſſe ſingulorum auribus patefieri, ſed per ædicta, vt extra de poſtu. præla. in c. 1. Nam ordo publicandi legem eſt, vt factæ conſtitutiones tranſmittantur ad capita Prouinciarum, hoc eſt, ad ciuitatem Metropolitanam, & ibi publicetur. Et exinde per iudicem Metropolitanum tranſmittatur ad certas ciuitates, eiuſdem Prouinciæ, vt patet in Auten. de hæredi. & fal. in fin. & de non eli. 2. nu. in fin. & communiter patet in omnibus conſtitutionibus Autenticorum. Nec dictæ conſtitutiones habere debent vigorem, neque ligant, niſi quando ſunt publicatę, vt ſuprà. Quinimò etiam poſt publicationem earũ poſt duos mẽſes tantùm ligare debẽt, vt in Auten. vt factæ nouæ conſtit. col. 5. & plenè per gloſſ. Ioan. And. ſuper data ſexti libri. Ibi, clementia, hoc ideò dixit quia imperium à Deo eſt [b] vt in Auten. de inſtr. cau. & fideli. in §. 1. & per Docto. in l. digna vox. C. de legibus. & in l. benè à Zenone. in fin. C. de quadri. præſcript. & eſt ſimilis text. in c. nouit. extra de iudi. Ibi, Regiæ Maieſtatis. Interdum iura noſtra aſcribunt Imperatori Maieſtatem regiam, vt hîc & in l. 1. C. ne quis vela regia. Interdum Maieſtatem imperatoriam, vt in procœmio inſti. & in l. fin. in fin. C. de legibus. Nam Imperator etiam quandoque ſe appellat Regem, vt dixi ſuprà, quis dicitur Dux, Comes, vel Marchi. Ibi, cuius, ſcilicet, Dei, à quo Imperialis Maieſtas dependet, vt ſup. dixi & facit in Auten. de armis. in princip. Ibi, opere, ſubaudi, quia ſicut nobis pacem reliquit, dum in eius teſtamento dixit: pacem meam do vobis [c] pacem meam relinquo vobis, & in decre. 23. quæſtio. 1. ſi bella. Ita & iſte Imperator Federicus intendit omnibus pacem dare. Ibi, cupientes, quaſi profiteatur ex hoc ſe velle colere iuſtitiam, vt in l. 1. ff. de iuſti. & iure. & habere notitiam tam legum diuinarum quàm humanarum. Cùm iuris prudentia ſit diuinarum atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia, vt in l. iuſtitia. in §. iuris præcepta. ff. de iuſti. & iure. Ibi, defenſare benè dicit iſte Imperator, cùm ad Imperatorem ſpectet, & pertineat tale ius defenſandi. 63. diſtinct. Adrianus. Ibi, conſeruare volumus, & benè, ſubaudi, cùm iſta ſint præcepta iuſtitiæ. d. l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iure. Ibi, deſideratam, quod patet ex his, quæ in præmiſsionibus dixi, quoniam huius Imperatoris Federici tempore tota Italia & Allemania fuit quaſſata, per longa tempora multis guerris & tribulationibus. Ibi, neceſſariã, ideò dixit neceſſariam, quia per Guerras præcedentes erat adeò exinanita, & debilitata virtus omnium ſubditorum, vt neceſſarium eſſet reſtaurare, iuxta illud quod legitur, in l. 1. in princip. C. de cad. tol. vt quod belli calamitas introduxit, hoc pacis lenitas ſopiret. Ibi, regni partes, propriè regnum Imperatoris appellatur Italicum & Teutonicum, vt 81. di. ſi qui presbyteri in ſupraſcriptione ibi poſita. & 63. di. tibi domino. & infrà de prohi. feud. alie. per Federi. in §. firmiter. & dixi ſuprà de no. fi. for. Vigorem tamen ſuum extendit iſta pax in quacunque terra fuerit indicta, poſtquam eſt lex generalis, vt patet ſup. ibi toti terrę, &c. quanquã hodie parum vtilitatis habeat, & ſeruetur, cùm videamus quotidie totam Italiam quaſſari guerris & calamitatibus, vtilitas tamen huius legis remanet in ratione ſui ſecundum And. de Iſer.

6 † Not. quòd lex non arctat, neque ligat, niſi in loco, vbi eſt promulgata, de quo dic plenè per gloſſ. & Docto. in capi. 2. extra de conſti. & per gloſſ. in procœmio Cle. in fi. &

ſi.& quod dixit ſuper textum. No. Imperatoré debere ſtatuere legem congruentem operibus Dei, quoniam omnis Chriſti actio noſtra debet eſſe inſtructio. 20. quæſtio. 1. Deus omnip. & extra de elec. ſignificaſti. Et hoc colligitur ex hoc procemio. Quid autem importet procemium legis vel ſtatuti, dic per Bald. in §. quibus, de nouo codice componendo. Not. ex text. ibi inde eſt, &c. quod lex noua, quantumcunq; pœnalis poteſt reſeruare etiam pœnam legis antiquæ. Facit l. quotiens. C. de actio. & obli. de qua materia dic plenè per Docto. in l. ſenatus. ff. de accuſa. per Cynum in l. 3. de ſepul. violato. & per Bald. in l. non eſt nouum. ff. de legibus. Facit quod dixi infrà de pace iura. fir. in §. iniuria.

7 † Not. quod ad officium imperij ſpectat defenſare eccleſias a & perſonas eccleſiaſticas, vt hîc. & de ſta. & conſue. contra liber. eccle. tol. in princip. & in c. venerabilem. de elect. & ius ſuum vnicuique conſeruare, vt hîc & in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris. Non enim ex præceptis iuris eſt. d. l. iuſtitia. in §. iuris præcepta. ff. de iuſti. & iure. Not. pacem eſſe deſiderandam.

Quod intellige ſecundum Tullium officiorum primò, dummodò talis pax nihil ſit habitura inſidiarum, & vt pax fiat, debēt Rectores eſſe ſolliciti, vt no. in Auté. de manda. princ. in §. deinde. Facit. c. petitio extra de homicidio. An autem iudex eccleſiaſticus poſſit cognoſcere de pace violata, dic vt in c. nouit. extra de iudi.

Oppo. cum gloſſ. 2. quòd imò iſte Imperator faciat contrarium eius, quod dixit quia non ſeruat leges humanas, vt patet infra hac eadem. l. §. ſi quis quinque ſolidos, vbi mandat quòd fur moriatur, quod tamen ſecundum alias leges humanas nō licet, vt in Autent. ſed hodie. C. de furtis. Soluit gloſſ. fatendo contrarium eſſe verum, & nihil aliud dicit. Sed tu aduerte & primò, quòd iſta gloſſa non benè allegat, quoniam debet allegare Auten. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis. Et nunc reſponde ad contrarium, quod non obſtat, quia in dicto §. ſi quis. 5. ponit caſum ſpecialem in fractore pacis, qui per tale furtū 5. ſolidorum ſuſpendi debet, prout in ſimili videmus, in l. fi. ff. de rerum diuiſi. Vnde ex hac ſpeciali prouiſione in iſto caſu violatę pacis, propterea non intendit iſte Imperator derogare legibus humanis, in quibus non tractaretur, q per furtum violaretur pax. Facit quod not. gloſſ. in §. iniuria. infrà de pace iura. fir. in fi. gloſſ. magnæ. Quæ tamen pœna ita aſpera hodie ex conſuetudine non ſeruaretur, vt ibi dixit gloſſ. & Docto. in dicta Auten. ſed nouo iure. Sed de hoc dicam latius in d. §. ſi quis. ver. vbi videas.

Oppo. ab extra, quia Imperator hîc dicit, quod vult leges diuinas remanere in ſuo vigore, ergò à contrario ſenſu infert, quod ſi voluiſſet, potuiſſet eas tollere. Sed contrà, quia ipſe tanquam inferior non poſſet tollere legem Dei, tanquam ſuperioris, vt in l. nam & magiſtratus. ff. de arbitris. Solue vt plenè not. per gloſſ. & Docto. in l. fi. C. ſi contra ius vel vti. pub.

Quæro ab extra, an iſta lex haberet locum, ſi pax eſſet mihi dicta per aliū, quàm per Imperatorem, puta per aliquas ciuitates, vel dominos, & dicit Bal. quod ſic cùm generaliter loquatur, & patet, quia poſtquam eſt lex generalis, debet ſtringere omnes, vt in l. 3. C. de legibus.

8 † Quæro an ligę & confœderationes ſint permiſſæ inter ciuitates, dic per Bart. in l. fin. ff. de colle. illici. & in tractatu qui ſint rebelles. & per Bald. ſuper rubrica pro ſocio. An autem appellatione pacis, contineatur treuga, vide per Ioan. An. in Specul. de treuga & pace ſuper rubrica, vbi etiam declarat, ſi rumpatur ab vna parte, an altera pars debeat ſeruare. Sed quæ propriè ſit treuga, notauit gloſſ. extra de Iudęis. in c. ſignificauit. & extra de treuga & pace innouamus. & in c. treugas. Nam idem eſt effectus pacis & treugæ, licet pax ſit perpetua, & treuga temporalis, vt probatur in d. c. ſignificauit. & dicam ſtatim in §. ſequenti. & aliquid tetigi infrà hîc finitur lex. in §. 1. in ſecundo notabili.

a Defendere ecclesias. Adde tex. & ibi Do. in c. ecclesiæ meæ. 97. dist. Cle. ne Romani. de elect. Cle. 1. de iureiu. in §. dudū. & ibi Car. in 10. no. Inn. in c. 1. licet ex suscepto. de foro cōpeten. l. de præcario. ff. ad l. Rodi. de Iac. Augustinus de Anch. in tract. de pace. Pa. q. 35. arg. 6.

Quæro quid ſi facta pace, oriantur nouæ diſcordiæ, ex quibus pax rumpitur, an habebit locum iſta lex? Et dicit Bal. & Doctores quod non, quia de hoc non videtur fuiſſe cogitatum, per ea quæ not. per Docto. in c. fi. extra de immunita. eccle. Secùs autem ſi abſque diſcordia noua exorta committatur delictum per alteram partium per ea quæ dixi infrà c. in §. penultimo.

Vltimò de materia & de pertinentibus ad pacem, vide extra de treuga & pace. & ibi per Summiſtas vide plenè per Iacob. Ardiz. in titulo de pace tenenda cum octo rubricellis ſequentibus per gloſſ. in dicto c. ad Apoſtolicæ. de re iudi. libro ſexto, in tractatu de pac. Conſtantię. in gl. fi. vbi

vbi enumerat multa bona quę ex pace proueniunt, similiter multa mala ex Guerris proueniunt, vt not. gloss. in Auten. de armis. in princ. Item vide infrà titulo de pace iura. fir. & in Specul. de treuga & pace. in princip. & ibi ponit instrumentum & formam pacis & concordiæ. In decretis. 80. di. per totum per aliquos Docto. tractatur de materia in l. 1. ff. de pact. per Bald. in l. 1. in §. quies. & sequen. ff. de offic. præfe. vrbis. & in Auten. de armis. in princip. colum. 6. & in l. 4. ff. ad l. Iul. Maiest. si quis hominem, si quis voluntariè alium occiderit infra pacem, debet decapitari, secùs si ex necessitate causa se defendendi, & hoc per Duellum probauerit. hoc dicit. In text. ibi occiderit, subaudi, & constat de homicidio, sed non constat, an fecerit necessariò vel voluntariè. Ibi, manifestum, a id est, notorium. Ibi, necessariò, scilicet, animo se defendendi, vt suprà. Ibi, voluntariè, quod in dubio pręsumitur secundum Bald. arg. eorum quæ no. in l. si quidem. C. de excep.

a Manifestum, id est, notorium. Adde gl. magistrã & ibi Anto. de Bu. in c. vestra. de coha. Cleri. & mulie.

9 †Not. quòd voluntarius homicida infra pacem constitutam decapitandus est. Et ratio est literæ, quia dat causam perturbationi pacis, prout in simili videmus in l. fi. ff. de re milita. & hîc in gloss. 1. in prin. quæ hoc sensit vsque ad ver. sed aliàs, &c. Homicida verò de iure Communi, illud q, fecit semper expectet, vt dixit text. in l. 3. C. de Epis. audi. Qualiter autem talis pœna capitalis intelligatur in homicidio. vide gloss. insti. de publi. iudi. in §. Item lex Cornelia. & per Docto. in l. eiusdem. in §. pe. ff. ad l. Cor. de Sicca.

b Se defendendo potest. Adde Doct. in c. significasti. extra de homi. & p Doc. in Cle. 1. eo. ti.

10 †No. casum in quo quis purgat suam innocentiam per Duellum, putauerunt enim antiqui, quòd Deus sit auxiliator iustorum, veruntamen quia multotiens accidit contrarium, vt quis sub iusto clipeo pereat, vt not. gloss. in l. qua actione. in §. si quis in colluctatione. ff. ad l. Aquil. Ideò an hodie Duellum sit licitum. inf. dicam.

11 †No. q, vbi delictũ est manifestũ, nõ habet locũ pugna. Nam vbi est clara ꝓbatio, non habet locũ pugnę declaratio secundũ Iac. de Bel. quod enim patet expressè, non est ꝓbare necesse, vt in l. ea quidem. C. de accusa. & no. in l. ciues de appella. Et super hoc tali manifesto, nõ debet iudex amittere friuolas ꝓbationes, neq; immorari sup ambagibus, quæ allegarentur per homicidã secundũ Bal. de quo te remitto ad ea q̃ habent in l. qui sententiã. C. de pœnis. & in l. fi. C. de ꝓba. & in l. additos. C. de appella.

12 †Not. quod quis se defendendo potest b alium impunè occidere, vt vitam suam defendat, de quo tamen dic, vt not. per gloss. & Doct. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & in c. dilecto de sen. excom. lib. 6. & in c. suscepimus de homicidio cum ibi not.

Oppo. cum gloss. prima in ver. sed aliàs, &c. contra istum tex. & contra primum notabile, quòd imò talis homicida non decapitetur, sed debeat ei manus amputari, vt casus est in Lombarda. in l. qui verò infra treugam. in tit. de homicidio liberorum hominum. Solu. hîc constabat apertè de homicidio perpetrato, Ibi verò non, nisi per pugnam, quo casu mitius punitur, quia casum in amputatione manus, quæ homicidium commisit. Et est ratio, quia pugna non semper infert veritatem, imò multi iam sub iusto clipeo periêre, vt in dicto titulo. in l. recolimus enim quod, &c.

Quęro cum gloss. 2. quid si iste non occidit infra pacem, sed vulnerauerit tantùm, & hoc cùm stat, an poterit probare se vulnerasse animo se defendendi? Et respondet gloss. quod sic eodem modo, sicut dictum est de occidente, quia casus est infrà eod. in §. si quis alium. Et hoc vult glo. vsque ad versic. si autem.

13 †Quæro in illa parte cum dicta gloss. quid si constat de homicidio, sed non constat, quòd occidens fecerit, an cõtra ipsum poterit per pugnam probari? Et respondet quod sic, siue illud homicidium sit factum infra pacem, siue infra treugam, vt probatur in d. l. qui verò. infra treugam. & hoc vult ista gloss. vsque ibi poteris, &c. Et qua gloss. notare potes, quod ea quæ hîc statuta sunt in violatore pacis, possunt habere locum etiam in violatore treugæ. Et est ratio, quia sicut per pacem imponitur finis discordiæ, ita & in eo modo treugæ operantur tuitionem & securitatem vsque ad tempus, quo stabilitæ sunt, vt in c. 1. de treuga & pace.

14 †Nam treuga est securitas præstita personis, & rebus ad tempus concessa, nõdum finita discordia, & vocatur fœdus, vel induciæ, vt ff. de capti. & postlimi. reuer. in l. non dubit. & in l. postliminium. in §. inducię. Pax verò imponit finem discordiæ. Et est duplex treuga, vna legalis siue canonica, alia conuentionalis, de quibus habetur in d. c. 1. & 2. extra de treuga & pace. & dicatis vt ibi.

15 †Quæro subsequẽter cum dicta gl. in ver. poteris, an sit dare alios casus in quibus fiat Duellum, & in quibus inculpatus teneatur

teneatur se per pugnam defendere, si vult euadere pœnam? Et respódet gl. quod sic, videlicet, si aliquis est inculpatus de crimine læsæ maiestatis, vt in Lombarda de publi.iudi.in l.fi. Item si aliquis acclamauerit vocando me argam, id est, cucurbitam, hoc est, becho iuxta vulgare nostrum. Et volo contra ipsum agere de iniuria poterit me per pugnam conuincere, vt in l.1.in Lombarda de conuitijs. & hoc vult gloss. vsque ibi quod erit. Ex hac ergò gloss. collige quatuor casus, in quibus fit pugna, & compellitur inculpatus per pugnam se defendere, si vult euadere pœnam & infamiam delicti. Sunt præterea vltra istos casus plures alij, in quibus fit pugna, qui collecti & positi sunt in Summa, quam composuit Roffre. super dicto libro Lombardæ, prout dicit gloss. de qua Summa Roff. Beneuentani, etiam facit mentionem Iacob. Ardizo.in titu.de pace tenen. sub rubricella qualiter puniantur violatores pacis.in fin. Sed tu aduerte, quia dicta Summa non fuit illius Roffre. Beneuentani, qui composuit libellos, sed fuit alterius Roffre. Beneuentani, qui fuit discipulus illius primi Roffre. prout ipsemet narrat, & scribit in dicta sua Summa in tertia quæstione. Neque est verum quod sit composita super dicto libro Lombarda, licet sit fundata, vt plurimum super legibus Lombardorum. Sed est intitulata hoc modo, videlicet: Incipit tractatus de pugna, in quo tractatu ponit 12. quæstiones distinctas per 12. rubricas & titulos, in quibus omnia pertinentia ad materiam pugnę cóprehenduntur, qui tituli sunt isti, videlicet, & primò:

In quibus casibus fiat pugna.

Secundò, quando pugna admittatur per campionem, & quando per principales personas.

Tertiò, qualiter sacramenta præstentur in pugna.

Quartò, an liceat alteri parti dare cápioné, si alteri parti fuerit à lege cócessum.

Quintò, quis possit esse campio.

Sextò, in cuius electione sit pugna.

Septimò, qualiter pugna dz ordinari.

Octauò, quæ arma sint à legibus & per consuetudinem concessa in pugna.

Nonò, si ceciderint arma vel frangantur, vtrum debeant alia dari.

Decimò, quis alium primò percutiat.

Vndecimò, si vna die pugna non fuerit finita, vtrum debeant campiones in eadem possesion e restitui.

Duodecimò, qualiter victus in pugna debeat condemnari. Vnde quia multotiens videmus de facto in curijs dominorũ, & Principum admitti tales pugnas & Duella. Idcircò qui in hac materia pugnę plenè cupit instrui, recurrat ad dictam Summam in qua prædicta plenè declarantur. Verùm, qa talis pugna regulariter hodie, & ista Duella prohibita sunt de iure Communi tam canonica quàm Ciuili. Ideò dic hodie, vt habetur in c. 1. extra de purga. vulga. & in c.1. & 2. extra de Cle. pugnam. in Duello. & 2. q. 5. Monomachiá. & in c. petitio. extra de homicidio. & extra de torneamentis in c. 1. & 2. & per Raynu. in Summa sua in tractatu de Duello. & in l.1. C. de gladiatoribus. libro vndecimo. & ff. ad l. Aquil. in l. qua actione. in §. si quis in colluctatione. & quod not. inst. de succes. ab intesta. in §. per contrarium. & C. vt armorum vsus. in l.1. lib.11. & in Auten. de armis in princ. & in alijs remissionibus, quas statim in fi. istius §. subijciam.

Oppo. cum eadem gloss. in versi. quod erit speciale contra præcedétia, quòd imò sit in electione actoris, velle causam expedire per pugnam, vt probatur in l. si quis anno. in l. si quis alium asto. & in l. de prædijs in Lombarda. in titu. qualiter quis se defendere debet. Cuius contrarium suprà dictũ est, videlicet, quod sit in arbitrio rei conuenti. Solu. gloss. fatetur contrarium, vt ista sit regula, videlicet, quod sit in electione actoris, dummodò prius iuret, quod non petit istam pugnam animo irato, & causa fatigandi aduersariũ. Sed ipsam petit ex certis præsumptionibus, quas aduersus ipsum habet. Quæ regula fallit in casibus quatuor expressis, in quibus est in electione rei. Vnde ergò vbicunq; reperitur in omnibus alijs casibus, quod reus debeat se per pugnam defenderi, debet intelli hoc procedere, si actor voluerit istam causam per pugnam expediri, vt suprà dictum est. Et per hoc habes totam gloss. expeditam vsq; ad finem.

Oppo. cum gloss. fi. quòd imò iste occidens nó debeat excusari alium occidendo, etiam si fecit animo se defendendi, si cum aliqua moderatione potuit se, & vitam suam aliter tueri, quàm occidendo, vt in l.1. C. vnde vi. Soluit gloss. fatendo contrarium, vt iste tex. intelligatur secundum illum, videlicet, quòd hîc iste occidens aliter non poterat defensare vitam suam, nisi occidendo illum, quo casu, sibi licitum fuit, vt in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Et hoc vult

vult gloss. vsq; ibi. Idem puto, qualiter autem, & quando intelligatur fieri cum moderatione inculpatæ tutelæ, & quando nõ, dic plenè per gloss. & Docto. in dicta l. 1. C. vnde vi.

16 †Quæro cum dicta gloss. quid si aliquis occidat ex improuiso, an habebit locum pœna huius legis? Et respondet quod non per l. 1. C. ad Cor. de sicca. & quod not. gl. infrà de pace iura. fir. in §. iniuria. quando autem homicidium intelligatur fieri ex improuiso vel à casu, vel dolo seu culpa, vide in l. respiciendum. in §. penultimo. ff. de pœnis. & ibi per gloss. & Docto. Vtrum verò occidens ex improuiso, debeat in aliquo puniri, dic vt in d. l. 1. Et per hoc expedita est dicta gloss. vsque ad versic. idem etiam.

a De materia autẽ Duelli. Adde l. 1. C. de gla. lib. 11. Cy. & Bal. in l. negãtes. C. de actio. & ob liga. Alberi. de Rosa. in l. qua actione in §. si quis in collatione. ff. ad l. Aquili. Itẽ bellum & duellũ æquiparantur. vide per Saly. in l. ꝙ magno. in primo. no. C. cõmuniones epistolas.

17 †Quæro subsequenter cum dicta glo. quid si iste occidens fecit ob tutelã filiorũ coniunctorum suorum, vel ob tutelam bonorum suorum, & non poterat aliter eos, vel dicta bona conseruare, nisi mediante dicto homicidio, an sit excusandus à pœna huius legis? Et respondet gloss. quod sic, per iura quæ allegat vsque ad fin. Et de his quæstionibus & similibus dic plenè per gl. & Docto. in dicta l. vt vim. ff. de iusti. & iure & plenè per gloss. 23. q. 1. in c. 1. extra de homicidio significasti. & ff. de regulis iur. in l. culpa est. & vide quod dixi suprà, q̃ fuit prima causa benefi. amit. in §. porrò. in gl. secunda.

Oppo. ab extra de no. in c. 1. extra de purga. vulg. Solu. ibi not. in glo. Quæro ab extra, quid si ex præcepto superioris, vel ex forma statutorum inquiratur ex officio contra talem homicidam. Vtrum poterit se excusare volendo probare per pugnam. Et dicit Andre. de Isern. quod non? nisi inquisitio prædicta esset facta ad denunciam alterius, quia tunc denunciator haberetur pro accusatore, vt in c. 2. extra de calum.

Quod intelligerem verum, nisi dictus denunciator veniebat tanquam officialis publicus, quo casu, non teneretur. ar. eorũ quæ traduntur in l. ea quidem. C. de accusa.

18 †Quæro quid si iste occidens commisit tale homicidium extra fines imperij. Et postea dum esset in terris imperij accusatur, an habet locum pœna huius legis, & dicit Andre. de Isern. quod non, quia debet puniri pœna, quæ erat statuta in loco delicti. arg. ff. quod cuiusq; vniuersi. in l. item eorum. in princi. & in l. si fundus. ff. de eui. Facit q. dixit Bart. in l. 1. C. de summa tri.

Et intellige prædicta, quando iste occidens non poterat declinare forum, quia aliàs non procederet quæstio parti. C. vbi de crimi. agi oportet. Vltimò de materia huius §. vide infrà in §. seq. & seq. & in §. si miles rusticus. & in §. si miles aduersus. & per Iacob. Ardi. sub dicta rubricella qualiter puniãtur violatores pacis. & in dicta l. fi. de re mili.

a De materia autem Duelli a dic, vt in locis suprà allegatis in gloss. 2. q. 3. ad fi. & infrà de alie. feud. pa. in c. non est consuetudo. & infra eo. in §. si quis alium. & in §. si miles per Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & in l. fi. C. de proba. & in l. si penes. C. depositi. & in l. 1. C. de ædi. li. tol. & aliqua etiam quæ idem Bald. in hoc §. scribi quæ subtraxit ex dicta summa prædicti Roffredi, licet non alleget. & per Canonistas in tit. de Clericis pugnantibus in Duello, qui in eorum Summis istum text. allegant præsertim in directoria iuris. Et vide casum notabilem ad materiam præsentem in extrauaganti Io. Papæ. 22. quæ incipit, quia in futurorum, &c. vbi dispensatur per Papam super constitutionibus, quę pœnam imponebant ex torneamẽtis.

SVMMARIA.

1 *Bona mobilia de ipso territorio esse creduntur in quo reperiuntur.*
2 *Bona cõtumacis non fisco, sed applicanda sunt proximis.*
3 *Modus sententiæ appositus sicut conditio est obseruandus.*
4 *Filius patrem bannitum vel hostem non alimentabit.*
5 *Banno quis priuatur eo, quod sibi iure naturæ debebatur.*
Bona damnati, vtrum hodie & qualiter & quando confiscanda. Remißiuè.
Fructus separati à terra, an debeant censeri inter bona immobilia, proscriptorum & damnatorum.
6 *Pensiones inter mobilia bona computandæ.*
7 *Nomina debitorum nec inter mobilia nec immobilia sunt computanda.*
8 *Bona occasione generalis arbitrij quando possint publicari.*
Bona conditionalia an veniant in confiscatione.

SI VERO PACIS. Iste §. cõtinuatur cum præcedẽti hoc modo, quia sicut ibi tractatur de occidente, ita & hîc. Sed differunt in hoc. Quoniam in d. §. præcedenti occidens remansit præsens ad iudicium. Hîc verò aufugit à iudicio, & absentauit se, & in Summa hoc intendit.

Si com-

Si committens homicidium infra pacem, & fugiat, bona eius mobilia publicãtur. Immobilia verò hæredibus relinquuntur, præstito ab eis iuramento, quod nullũ inde præstabunt emolumentum homicidæ, quod si contra fecerint, priuantur dictis bonis, & fisco applicantur, quibus confiscatis Princeps dabit cui voluerit. hoc dicit. In text. ibi, violator, subaudi, ex homicidio per ipsum perpetrato. Ibi, à facie, id est, à conspectu. Ibi, fugerit, & sic non remansit præsens in iudicio ad se defendendum, prout fecit in §. præcedenti. Ibi, in populo publicentur, id est, in præsentia populi palàm, & publicè confiscantur ad hoc, vt alij terreantur. arg. in l. 1. C. ad l. Iul. repe. Ibi, & dispensentur, id est, vendantur sub hasta fiscali, & plus offerenti dentur, vt C. de fide instru. & iure hastæ fisc. in l. 1. & in l. si tempora & per totum lib. 10. Quidam autem intelligunt istum text. vt ista bona mobilia publicentur, & dispensentur in populo, id est, ad vtilitatem illius populi, vbi homicidium fuit perpetratum, dummodò illa talis ciuitas habeat ius fiscale ex priuilegio, sicut patet in pace Cõstantiæ, prout etiam not. gloss. in Auten. de defenso. ciuita. in §. nulla. Regulariter enim de iure Communi ciuitates non habent fiscum. l. 1. C. de bonis vacan. lib. 10. Ibi, hæredes, dic, quòd ideò hîc appellat hęredes illius homicidæ, quia adhuc viuit ex eo, quia per publicationem bonorum suorum, ex tali delicto, habetur pro mortuo, vt in l. actione. in §. publicatione. ff. p socio. Nam regulariter hæreditas non est viuentis, vt in l. 2. in §. interdum. ff. de vulg. & pup. Ibi, hæredes autem sui, scilicet, qui venissent ad successionem, si ille homicida verè mortuus esset. Aduerte tamẽ quia Bald. non extendit, nisi solùm ad hæredes, q sint de ascendentibus, vel descendẽtibus vsq; ad tertium gradum secundum formã. Auten. bona damnatorum. C. de bo. dam. arg. in l. sed & posteriores. ff. de legibus. & in l. sciendum, qui satisda. cogan. Et idem etiam per expressum tenet Iacob. Ard. Ibi, hæreditatem, id est, bona immobilia. Ibi, ille. s. homicida fugitiuus. Ibi, recipiant. s. à iudice eo modo, qui sequitur. Ibi, inde. s. de illis bonis. Ibi, iuris rigore, id est, neglecto dicto iuramento quod erat rigorosum, vt quis non deberet pstare alimenta illi homicidę fugitiuo, q fortè erat pater, vel frater, vel alio modo cõiunctᵘ. Ibi, dimiserint, permittendo fortè per se, vel per aliũ dicto fugitiuo percipere fructus ex dictis bonis. Ibi, Comes, id est, dominus vel Baro, in cuius terra ista bona erunt sita. Ibi, Regiæ ditioni, id est, fisco regio. Ibi, assignet. i. possessionem tradat, vt exponitur per glo. in c. proposuit. extra de conces. præben. in fi. Ibi, & à Rege, id est, Principe, in cuius iurisditione dicta bona sunt translata per cõfiscationem. Ibi, iure beneficij, id est, donationis secundum And. de Isern. vel melius, vt puto iure beneficij, id est, feudi, vt suprà in qui. feud. amit. in §. in primis. Ibi, accipiant, subaudi, omnes illi, quibus Princeps seu Rex voluerit dare. Ex quo enim sunt confiscata, cõcedere potest cui vult, vt C. de peti. bo. subla. in l. 1. secundum Andr. de Iser. Licet quidam voluerunt dicere, quòd debeat dare hæredibus, per istum tex. quod non puto verum, cùm iam essent periuri, per ea quę dixi suprà tit. proximo. in c. Vasal. el. primo & secundo. Erit ergò in arbitrio iudicis dandi, cui vult, vt dixi.

1 † No. quòd bona mobilia censentur esse de eius territorio, vbi reperiuntur, quia illi populo, seu fisco illius loci confiscantur, vt in hoc text. qui in hoc singularis est secundum Bal. Ad quod facit, quod habetur in l. forma. in §. si verò. ff. de censibus.

2 † Not. hîc tex. not. secundum Iaco. de Bel. & Bal. quod propter cõtumaciam delinquentis, bona immobilia hodie non applicantur in fiscum, sed reseruantur proximis, quod secus erat de iure veteri, vt in tit. de requirendis reis. C. & ff. Hodie idem esset si delinquens sit condemnatus, vt bona non auferantur hæredibus regulariter, vt in Auten. bona damnatorum. C. de bonis dam. & in corpore vnde sumitur. & in Auten. de manda. princi. in §. oportet. Ex quo patet secundum quosdam quod ti. prædictus de requirendis rei, sit hodie correctus in bonis immobilibus. & de hoc no. glo. in l. 1. ff. de iure fi. super verbo leges. & infrà dicam.

3 † Not. quòd in sententia potest apponi modus, qui modus debet obseruari sicut conditio, vt hîc & in l. cùm eorum. cum ibi no. C. de sen. & interlo. om. iudi.

No. quod in sententia potest arctari pars ad iurandum, vt hîc & in l. cùm iudex. C. de sen. & interlo. om. iudi.

4 † Not. hic text. quòd filius non potest alimentare patrem bannitum, vel hostem, quòd si facit, punitur in amissione bonorum, quæ sibi erant concessa, ne patrẽ aleret, de qua materia plenè per Bart. ff. de libe. agno. in l. si quis à liberis. in §. sed vtrũ.

5 † No. ex text. quem priuari debito iure

naturæ, propter Bannum, de quo per Docto. in l. 1. C. de hæred. insti. ad quod facit infrà tit. proximo in prin. & quod not. in l. fi. C. de iure fisci. lib. 10.

Oppo. ab extra, quia hîc nullæ sunt gl. contra istum text. & contra duo proxima notabilia, quòd imò quamuis pater sit cõtemptor legis, & ipsius, attamen quia pater est, nihilominus est alendus per filios, prout dixit tex. ad literam in Auten. de incest. nup. in §. 1. Solu. ibi Respub. de delicto commisso per patrem iam receperat pœnam, & vindictam, quia fuerat condemnatus, & plenè fuerat Reipubli. satisfactū. Hîc autem nondum est satisfactum Reipub. cùm ipse pater sit in fuga. Ad quod facit. l. fi. in fin. cum ibi not. ff. de requir. reis. Vnde ex delicto enormi contra primam, nedum alimenta patribus denegantur à filijs, imò ipse filius posset isto casu, licitè occidere patrem. l. minimè. ff. de relig. de quo per Docto. in l. quisquis. C. ad l. Iuli. Maiest.

Oppo. quòd imò iste homicida absens & fugitiuus, nedum amittere debeat bona mobilia confiscanda, sed imò omnia bona si stetit absens per annum, à die quo petitus fuit ad iudicium, vt est casus in l. 2. C. de requir. reis. & ff. eod. titu. per totum. Solu. illa iura sunt correcta, quia hodie regulariter non debent bona præscriptorū, & damnatorum confiscari, vt in Auten. vt nulli iudi. in §. fi. hîc verò loquimur de iure nouo. Sed potuit esse ratio, quare mobilia hîc confiscantur, quia iste violator pacis, commisit quasi crimen læsæ maiestatis contra Rempub. taliter violando. Nam si verè commisisset dictum crimen, non est dubiū quod fuissent omnia eius bona confiscata, etiam secundum iura hodierna, vt in d. §. fi. vnde cùm etiam in isto casu non verè commiserit, sed quasi cõmiserit, quia adhuc est dubium an commiserit delictū, cùm sit in fuga. Ideò non est mirum si capitur media via, vt, videlicet, solùm mobilia confiscentur, sed immobilia remaneant apud hæredes, vt hîc. Ad quod facit. l. si captiuus. in §. expulsis. ff. de capti. De qua materia vtrum hodie qualiter, & quãdo bona damnati veniant confiscanda, & quando non, dic plenè per Bart. in l. interdum. in §. item diui. ff. de publica. & in l. 4. ff. de bonis damnat. per Cyn. in Auten. bona damnatorum. & in l. si filius. C. eodem tit. & quod habetur in l. fi. C. si reus vel accu. mor. fue. & Bald. hîc sequens communem opinionem, & etiam in l. 1. C. de secundis nup. & in l. 1. C. de hæredi. insti. & extra de foro competen. in c. si postulasti.

Et plenè de materia Bannitorum per Ioan. An. in addi. Spe. de accu. in §. fi vers. quid si aliquis. & in tit. de censibus. §. 1. ver. illud. & quod dicam inf. in ti. hîc finit lex.

Qualiter autem, & vbi intelligantur dicta iura antiqua de requirendis reis correcta. vide per Cyn. in dicta Autenti. bona damnatorum. per Rayn. in dicta l. 2. de requi. reis. & per Bart. plenissimè in dicta l. 4. ff. de bo. dam.

Quæro ab extra, an ratione pacis violatæ possit etiam iudex ecclesiasticus cognoscere, dic vt in c. nouit. extra de iudi. & dixi in §. Episcopos. infrà de pace iura. fir.

Quæro quid si in supradictis bonis immobilibus, erant bona aliqua mobilia, vel erant fructus separati à terra, an iudicabuntur inter immobilia vel mobilia, & dicit And. de Iser. & Bal. quod inter mobilia. argu. ff. de vsufru. in l. defuncta. & C. de bonis, quæ libe. in l. cùm oportet. in §. & si quidem. Secùs autem si essent pendentes, quia iudicarentur inter immobilia. Facit. l. fructus pendentes. ff. de rei vendi. & q no. in l. item veniunt. in §. fructus, de peti. hæreditatis.

6 †Quæro quid de pensionibus, & dicit Bald. quòd iudicâtur inter mobilia [a] & parificantur fructibus separatis à solo, si iam cessit dies pensionis soluendæ, aliàs secùs. Si verò pro parte cessit, debent tunc iudicari pro rata temporis, vt ff. de act. emp. in l. Iul. in §. si fructibus. & ff. de iure fisci. l. fi. & de regulis iuris. in l. qui act. secundum Bald. circa hoc vide, quod dixi infrà titu. pximo. in §. penultimo. quæstione prima.

7 †Quæro quid de nominibus debitorum [b]. Et dicit Bal. quod sunt de tertio genere de sui substantia, quia non sunt mobilia, neque immobilia, tamen in similitudine dicuntur mobilia, si debetur quid mobile. Si verò immobile, tunc censentur immobilia, vt in l. mouentium. ff. de verbor. signi. & ff. de peculio in l. quam tuberniones. §. in solo. Nam annuæ præstationes ad longum tempus, computantur inter immobilia, vt in Autē. de non alie. in §. 1. & C. de sacros. ec. in l. iubem⁹ nulli secundū Bal.

8 †Quæro an ratione generalis arbitrij, posset iudex omnia bona publicare. Et videretur quod sic, per ea quæ habentur insti. de iniurijs. in §. pœna. & quod not. in Auten. de amis. Sed in contrarium videtur sentire Bald. per l. 1. C. ne sine iussu Princi. lice. bo. pub. & dic, vt ibi per Cyn.

Vtrum

a Quod iudicâtur inter mobilia. Adde tex. in Cle. exiui. in ver. Itē q reddit⁹ annuos de ver. sig. Bal. in c. ad audientiā el. 2. de rescri. Do. in c. querelā de elect. Bal. in c. dño Guerrā in ti. hîc finitur lex. Bald. in l. hac edictali. C. de sen. nu. Fe. Senis cõs. 12. & 13.

b Quid de nominibus debitorū. Adde Io. An. in addi. Spe. ti. de fructibus & interesse. vers. sed quid si debea.

Vtrum autem in confiscatione bonorum, veniant iura conditionalia, dic per Bald. in l.1.C.de bo.liberto.

Vltimò de materia & intellectu huius §. vide gloss. infrà de pace iura. fir. in §.iniuria.super verbo homicidium. & Bart.in dicta l.1.ff.de bo.dam.& Iac.Ardi.in tit.de pace tenen. sub rubricella, ad quos successio homicidiæ pertineat.

De violatore autem pacis, vide in remissionibus quas dedi suprà §. proximo.& infrà §.proximo.

De confiscatione verò bonorum, & de Bannitis satis remisi suprà in secunda oppositione,& dicam infrà, hîc finitur lex. in princip.& vide infra eo. in §.si iudex. & Ioan.And.in addi.Specul.in tit.de feud.in §.quoniam.versi.40.quæritur.

SVMMARIA.

1 *Vulneranti voluntariè tempore pacis manus abscindatur.& num.4.*
2 *Vulnerans animo se defendendi excusatur, alter autem punietur.*
3 *Rigor iustitiæ in maleficijs puniendis, quomodo sit seruandus.*
4 *Animus in maleficijs quomodo cognoscatur.*
Manus cum qua delictum impetrauit, amputanda est,& quid sit dicendum quando dubitatur cum qua fecerit delictum.
5 *Vulneranti vel vulnerata an incumbat probatio.*
Bona violatoris pacis, an sint confiscanda.
6 *Violator pacis particularium personarum, an sit puniendus.*

SI QVIS ALIVM VVLNERAVERIT. Continuat se cum præcedentibus hoc modo. Quia suprà tractauit de eo, qui violat pacem homicidium committẽdo, hîc verò, quando vulnerat violando. Et diuide in duas partes, quoniam in prima vulnerauerit, & remansit præsens in iudicio ad se defendendum. In secunda si absentauit à iudicio. secunda [illegible].

CASVS.

1 † Vulnerans aliquem voluntariè infra tempus pacis amittat manum, secus si probaretur per [illegible] hoc fecisse necessariò, ad sui defensionem, vbi verò talis vulnerans aufugerit, tunc contra ipsum procedatur secundum formam suprà præcedentis.h.d. Pone casum in hoc §.in prima parte secundum formam. §. si quis hominem. sup.eo.excepto quod ibi loquitur de occidente, in quo ponitur alia pœna. hic verò loquitur de vulnerante. In secunda verò parte pone casum secũdum formam §.præcedentis, dum loquitur de fugiente à facie iudicis. Nam iste §.includit vtrunque casum. In text.ibi, ædictum. & hoc colligitur quod ista est lex generalis, vt in l. 3.in princip.C.de legibus.& dixi suprà, in princip.titu, Ibi, vulnerauerit, subaudi, præsens remansit ad se defendendum. Ibi, amputetur,& sic punitur in eo, in quo deliquit, sicut in simili probatur, in l. si fugitiui.C.de seruis fugiti.Ibi, superius.l.1.§.si quis hominem.Ibi, iudicetur, subaudi, quia si est manifestum, quòd voluntariè vulnerauerit, tunc absque aliqua defensione amputabitur ei manus ibi iudex. Nunc declarat, quando vulnerans se absentauit à facie iudicis.Ibi, ipsum, scilicet, vulnerantem. Ibi, persequatur. Aliàs est in tex.consequatur. Et subaudi, quia si fugiat, tunc sua bona mobilia publicabuntur. Immobilia remanebunt proximioribus, cum conditione & iuramento, prout suprà §.proximo dictum est secundum Doctor. Et ideò notanter dixit strictus, vt puto cùm eodem modo bona huius vulnerantis debeant iudicari ratione huius vulneris, quemadmodum iudicantur in superiori §. ratione homicidij, vbi est maius delictum. Vnde secũdum æquitatem hoc non esset rationabile. Sed tamẽ hoc expressè mandat, quod secundũ rigorẽ procedatur, qui rigor debet attendi & obseruari, cùm sit scriptus.l.prospexit. ff. qui & à quibus, quid autẽ importet iste rigor iustitiæ, dixi in sup.præcedenti,&c.

2 † Not. quod quis non potest alium vulnerare impunè, nisi faciat necessario animo se defendendi, vt hîc, quando autẽ dicatur vulnus ponit Bar.in l. Prætor ait.in fi. ff.de iniu.& Bal.in l.fi. C.de ædil.act.qualiter verò decernatur qualitas vulneris, vtrum sit mortale, vel non, & qualiter probetur, dixi suprà, quib. mod. feud.amitt.in princip.

3 † Not.in maleficijs seruandum esse rigorem iustitiæ, quod intellige secundum existentiam causæ, quando maleficia exacerbantur & seuerius puniuntur, sicut fuit hîc, propter pacem violatam,& probatur in simili in l. si vendicati. C. de pœnis.& in l. aut facta.in fi.ff.eo.tit.Et est ratio, vt vnius pœna possit esse metus multorum a vt in l.1.ad l.Iul. repe. Regulariter autem pœna non deberet excedere suos terminos, vt in l.sancimus.C.de pœnis.& iudex debet habere moderationem, vt in l.hodie.cùm ibi not.ff.de pœnis. Quinimò in dubio sanctius est absoluere, quàm condemnare, vt in l.absen-

a Vnius pœna possit esse metus multorũ. Adde gl. fi. in c.ad liberandam. deinde glo.in verbo pertimescat. in c.cùm quidam de iureiuran.& per Arch.in c.q.& humanis. in fin.12.q.3.

l.absentem.ff.de pœnis. & in l.interpretationem in eo.tit.

4 †No.pro vulnere illato tempore pacis, manum amputari. Simile videmus in notario, qui fecit instrumentum super illicita alienatione feudi, vt infrà de prohi.feu. alie.per Fede.in §.scriba. Similiter habes alios casus in Auten. de Consule. in §.titu. in Auten. vt nulli iudi.in §. fi.in Auten.de manda.princi.in §.coges.& in Auten.sed nouo iure.C.de seruis fugi.

Op. ab extra, quia hic nullæ sunt glo. quòd imò iste vulnerans debeat puniri capitaliter tanquam occidens de l. 1. in §.diuus.ff.ad l.Cor. de Sicca.Solut. interdum quis habuit animum occidendi, sed tantùm vulnerauit, & tunc punitur tanquam homicida,& ita loquitur contrarium. Interdum quis habuit propositum tantùm vulnerandi, & non occidendi,& tunc punitur tantùm de vulnere, vt hîc. Qualiter autem cognoscatur animus, & propositū, circa prædicta, vide in d. §. diuus.per Iaco. de Are.Bart. & Docto. ibi plenè traditur.

Quæro ab extra quæ manus debeat sibi amputari?Respōdeo quòd illa,cum qua delictum perpetrauit secundum Iaco.Ardi.& Andre.de Isern.arg.in Auten.omnes peregrini.in fin.C.communia de succe.& in Autent.Cle.non alie.in §. quis autem per dona. Quid autem si dubitatur, cum qua vulnerauit, tunc recurre ad ea, quæ traduntur per gloss.& Docto.in dicta Auten.sed nouo iure.C.de seruis fugi.

5 †Quæro cui incumbat probatio, an vulneranti asserenti,si fecisse ad sui defensionem, an vulnerato dicenti illum fecisse pensatè?Respondeo quòd vulneranti,cùm velit probare defensionem suam, in qua reputatur actor, vt in l.ei qui.cum ibi not. ff.de proba.secundum Andre. de Iser.

Quæro quid si iste violator pacis, decapitetur ex homicidio per ipsum perpetrato, vt suprà in §.præcedenti,vel ei manus amputetur ex vulneris delicto, vt in isto §. an tunc bona sua debeant confiscari. Et sentit Bald. quod non. Facit quod dixi suprà in præallegato.§.præcedenti.

6 †Quæro an pœna huius §. & quæ ponitur in §. præcedenti contra violatores pacis, & turbatores huius pacis communis habeat locum etiam in pace speciali & singularium personarum.

EXEMPLI GRATIA.

Si duo inimici fecerint pacem, vel dederunt sibi fidem faciendo saluum conductum, vel iudex statuerat terminum, vt se non offenderent.Et dixit Andre.de Iser, hîc & in §. præcedenti quod sic. Idem tenet hîc Nicol. de Neapolis. Idem tenet Gul. de Cu.in l. illicitas. in §.ne potentiores.ff.de offic.præsi.Et est ratio, quia tales affidantiæ, vel salui conductus sunt seruādi inter eos,vt not.glo. in Auten. de man. prin..in §.sed neque colla.3.

Vltimò de pertinentibus ad materiam huius §. vide in remissionibus, quas dedit suprà in §. præcedenti. & quod tangitur infrà in §.sequenti per Iacob. Ardizo. sub rubricella, de pace tenen. sub rubricella, vbi quis manum amittat.

De spectantibus autem ad materiam vulneris, vide plenè per Bart. ff. de dam. infect.in l. damni. in §.Sabinus. & in Specul. de accusatore. in §. sed pone. & ibi Ioan.And.

SVMMARIA.

1 *Percutiens sine sanguinis effusione, pecuniaria pœna corrigetur.*

2 *Pœna parti soluenda nomine compositionis fieri intelligitur.*

3 *Iniuria maior irrogatur, si pili vel barba detrahantur, quàm si manu quis verberetur.*

4 *Pœna pecuniaria iuxta delicti qualitatem augenda vel minuenda.*

Pœna pecuniaria à lege vel statuto taxata in forma librarum, an debeant solui secundum tempus legis conditæ, vel secūdum tempus hodiernum.

5 *Offendens parti læsæ pro eodem delicto condemnatur & reipublicæ.*

6 *Pœnæ pecuniariæ ad quem pertineant. Fallit. Condemnatus in pecunia non soluens, an possit puniri in corpore.*

SI QVIS ALIQVEM. Isto §.eget declaratione textuali, cùm multa vocabula sumat ex Lombarda, quæ nobis multum familiaria non sunt, circa etiam decisionem suam maximam conformationem habet, cum iure Lombardorum faciam ipsum clarum.

Et continuatur cum superioribus,quoniam suprà dixit,quando violatur pax per homicidium, vel per vulnus perpetratū. Nunc verò declarare intendit,quando violatur sine vulnere & sanguinis effusione. Et diuiditur in tres partes. In prima ponitur,quando violat percutiendo cum fustibus,vel pilando barbam vel crines. In secunda, quando violat percutiendo cum manu. In tertia declarat formam tenendam,quando violans dedit pignus pro cōdemnatione sua, quam soluere debet. secunda ibi,si verò,tertia ibi,quicunq;.

CASVS

CASVS.

1 †Si quis percutiat alium infra pacem sine sanguinis effusione, siue cum fustibus, siue barbã vel crines pilãdo, vel aliter manu percutiendo punitur pecuniariter pœna, hîc descripta, quam pœnam si non soluat, vel pignus pro dicta pœna traditum luat, proceditur contra eum modo & forma hîc descriptis. h.d. In text. ibi, cœperit, scilicet, personam tenendo ibi fustibus percusserit. Et ista est atrox iniuria [a] vt insti. de iniurijs. in §. atrox. ibi, quòd crines. Aliàs est in tex. vel crines, & tunc plana est litera. Aliqui habent quòd crines, & tunc, subaudi, vel ibi barbam, suprascripta sunt ista vocabula ex Lombarda in titu. de his qui insidiando. in l. si quis hominem. & in l. sequen. Ibi, expilauit, id est, valdè pilauit. Nam alibi expilare [b] propriè capitur pro subtrahere, vt in titu. de crimine expilatæ hæreditatis. Ibi, per compositionem, scilicet, factam per legem istã. Et ideò dicitur componi cum iniuriato, quasi ex hoc intelligatur iniuria remissa, vt habetur in Lõbarda de plagijs liberorũ hominũ. in l. in omnibus. Et est vocabulum Lombardũ, prout ibi patet, & in Lombarda. in titu. de scandalis & compositionibus, ad regem pertinentibus. Ibi, temerarius, id est, audax quem ideò appellat temerarium, quoniam videtur esse temeritas aggredi absq; armis, & fustibus, prout fecit iste. Ibi, absque percussione, subaudi, facta cum fustibus, vel cũ expilatura facta de barba, vel crinibus, vt differat à præcedenti. Ibi, inuadat ipsum assaliendo. Ibi, steros, subaudi, sed nõ apud nos. Nam apud nos appellatur assaltus, vt suprà quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. præterea. Alibi etiam appellatur appetitus, id est, inuasus, vt ff. ad Syl. in l. & si in §. fin. Ibi, ac pro & ibi callida, id est, astuta, quoniã magna astutia ipsum cũ manu verberabat, vt insti. de iniurijs. in §. penultimo. Ibi, contumelijs. Contumelia propriè [c] dicitur iniuria, vt ff. de iniurijs. in l. 1. in princip. quæ iniuria potest fieri pluribus modis, vt ibi patet. Ibi, malè tractauerit. Intellige siue fustibus, & quod dicta cõtumelia non erat in pilando barbam, vel crines, vt differat à præcedentibus, vt suprà dixi. Ibi, processu, id est, pro delicto proprio specificato. Ibi, componat.

2 †Not. quod semper dum facit mentionem de pœna soluenda parti, præsupponit quod soluatur nomine compositionis, quasi velit dicere, vt fiat sibi talis solutio pro emenda iniuriæ sibi illatæ. arg. in l. pro hærede. in fin. ff. de acqui. hæred. Ibi, inuadiauerit, id est, promiserit & obligauerit. Et est vulgare Lombardum, vt in l. fin. in titu. de scandalis & composi. & in titu. de debitis & vadimonijs. Ibi, prædium suum. Idem si aliam rem, quia istud ponit gratia exempli secundum Andre. de Isern. Ibi, tradat, scilicet, realiter post promissionem verbalem. Ibi, inuadiatam, id est, promissam. Ibi, quod si intra quatuor, subaudi, alias. Ibi, soluere. i. liberare. Ibi, hęredes sui, scilicet, futuri, prout expositum est suprà. in §. si verò. Ibi hæreditatem, id est, bona istius delinquentis, perinde, ac si esset mortuus. Ibi, Comiti, subaudi, vel Barono, in cuius iurisdictione erat. Ibi, sin autem, scilicet, si prædicti hæredes non soluerint infra sex septimanas. Ibi, eandem hæreditatem, id est, bona huius delinquentis. Ibi, Regiæ potestati, id est, cameræ fiscali Regis seu Principis. Ibi, proclamatori, videlicet, suprascripto iniuriato. Ibi, damnum, hoc est, suprascriptam emendandam, quæ nomine compositionis sibi taxata est. Ibi, & prædium, scilicet, suprascriptum. Ibi, beneficiali iure, scilicet, iure feud. vt dixi suprà, in §. si verò. Ibi obtineat, scilicet, ipse Comes. Et intellige, quòd nedum prædiũ prædictum, sed etiam totam dictam hæreditatem poterit prædictus Comes obtinere iure feudi, si Princeps voluerit, vt ibi dixi.

3 †Not. quòd maior iniuria reputatur, cùm quis barba & crinibus expilatur, quã quando pugillis & manu percutitur, quod patet, quia hîc imponitur maior pœna. Et est ratio, quia iniuria censetur magis atrox ex loco vulneris. l. prædixit, in fi. cum l. sequen. ff. de iniurijs. & insti. de iniurijs. in §. nonnunquã. An autem quis debeat portare comam, vt barbam, dic vt in c. Clericus neq;. extra de vita & honest. Cle. & quod dixi suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. rursus. iste enim text. habuit respectum ad consuetudinem Lombardorum, qui portant longas barbas. Et ideò secundum quosdam appellati sunt Lombardi, vt dixi in præambulis libri. in q. 4. in fi.

4 †Not. quòd pœnæ pecuniariæ crescũt & decrescunt secundum qualitatem & enormitatem delictorum, vt hîc & in l. fi. C. de modo mulctarum. Vtrum autem istę tales condemnationes, quæ sunt taxatę à lege, vel statuto in forma librarum, prout hîc dixit text. debeant solui secũdum tempus legis conditæ, vel secundum tempus hodier-

[a] *Est atrox iniuria. Adde c. tanta. & ibi Do. de exces. præla. gl. in c. si. de dona gl. in c. cùm illorum. de ser. ex Spe. tit. de lega. in § nũc dicamus. ver. quæ autem dicatur.*

[b] *Expilare. Adde quid sit crimen expilatæ hæreditatis. vide per Io. ã. de Fan. in c. aut facta de pœni. dis. prima.*

[c] *Contumelia ppriè. Adde an sit peccatũ mortale. vide per sanctum Tho. secunda secũdæ. q. 72. artic. primo.*

hodiernum, quòd dictæ libræ currunt, dixit Specul. quòd secundũ tempus hodiernum, de qua quæstione plenè dic per eum in titu. de solu. & obli. in §. nunc aliquam. versi. fi. per Bald. in l. illud. C. de sacrosanc. eccle. & per Canonistas in c. conquerente. extra de offi. ordina.

5 † No. quòd ex eodem delicto quis non solùm condemnatur parti læsæ & iniuriatæ pro emenda sua, sed etiam Reipublicæ ad pœnam, vt hîc & in c. 1. cùm ibi no. extra de iniurijs & dam. dato. & ff. de iniurijs. in l. Prætor edixit. in §. 1. & quod no. in l. si pro fure. ff. de condi. fur. & per Docto. in l. 1. C. quando ciuil. actio. præiudi. cri. & not. in l. qua vulgo. ff. de ædil. edicto.

6 † No. quod condemnationes pecuniariæ, quæ fiunt in terra alicuius Comitis, vel Baronis spectant ad ipsum Comitem, vel Baronem, non autem ad Principẽ. Secùs autẽ, si bona alicuius publicarẽtur seu confiscarentur, quoniam tunc alia bona confiscata spectarent ad fiscum Principis, non autem ad ipsum Comitem vel Baronem, vt in isto tex. & probatur inf. eo. in §. si rusticus.

Quod intellige verum, si ea bona quæ confiscata sunt, non erant feudalia ipsius Comitis vel Baronis, sed erant propria ipsi° delinquentis, si verò erant feuda spectantia ad mensam ipsius Comitis, vel Baronis, tunc talia bona redirent ad ipsum Baronem vel Comitem, non autem ad Principem, vt inf. de prohi. feu. alie. in §. illud.

Et prædicta procedunt, quando iste Vasallus, qui delinquit non habet agnatos, nam si reliquisset agnatos, & feudum fuisset antiquum, tunc tale feudum rediret ad agnatos, vt dixi sup. tit. proxi. in c. domino. & suprà quæ fuit prima causa benef. amit. in §. denique in conclusionibus. & vide in Specu. de feudis. in §. quoniam. versi. 40.

Item intelligas etiam prædicta vera, nisi ex iurisdictione vel consuetudine approbata per Principem, dicta bona confiscata spectarẽt ad ipsum Comitem vel Baronem, quia tunc fiscus Principis se non impediret, vt probatur de pace Constantiæ, in prin. & statim dicam in oppo.

Opp. ab extra, quia hîc nullæ sunt glo. contra sup. proximè dicta, quòd imò tales condemnationes pecuniariæ spectant ad fiscum Principis, non aũt ad ipsum Comitem vel Baronem de l. mulctarũ. C. de modo mulctarum. Sol. hîc loquitur de pœna, quæ applicatur parti. Ibi verò de mulcta. Vel melius ibi loquitur in terris, quæ immediatè subsunt iurisdictioni Principis. Hîc verò loquimur in terris, quæ subsunt immediatè iurisdictioni Comitis vel Baronis, qui de voluntate Principis sunt effecti iudices ordinarij in illa terra. Facit infrà de prohi. feud. alie. in §. penul. quam iurisdictionem ordinariam Imperator potest his Baronibus concedere, vt patet in titu. de pace Constantiæ, & per Innocen. in c. cæterùm. extra de iudi. Videmus enim in forma priuilegiorum in similibus concessorum tales ciuitates, & terras concedi ipsis Comitibus & Baronibus cum omnibus iurisdictionibus, & fructibus prouenientibus, vnde omnia, quæ proueniunt ex re ipsa, erunt ipsorum Comitum vel Baronũ, non autem si extra rem, per ea quæ dixit Innoc. extra de resti. spo. cùm ad sedem, de qua materia, dic vt in l. certa forma. C. de iure fisci. libro decimo. & quod ibi per Docto. & inf. in titulo quæ sint regaliæ. & per Inno. in c. verùm. extra de foro compe.

Quæro quid si iste condemnatus in pecunia, non posset soluere, dic quod in corpus puniendus est, vt infrà de pace iura. fir. in §. qui verò inopia.

Vltimò de pertinentibus ad materiam pręsentis. §. vide infrà de pace iura. fir. in §. 1. & in §. iniuria. & quod ibi dicam, & quod dixi sup. eo. in §. pręce. & in §. si quis alium. & per Iaco. de Ardiz. in tit. de pace tenenda sub rubricella, quibus sit præstandum quod emendationis causa soluitur. Possem etiam remittere ad Lombardam in pluribus locis, quod inutile mihi videtur, & ideò omitto.

SVMMARIA.

1 *Clericus pacem frangens in decem libras Laico præsidenti: Episcopo autem iuxta statuta sua punietur. intelligitur tamen, vt num. 3. sequen.*

2 *Violator pacis & receptator frangẽtis eandem similem pœnam subibunt. Fallit.*

Receptare quis dicatur.

Sciens aut ignorans, quando quis intelligatur & incidatur.

3 *Clerici dominis ciuitatũ fidelitatẽ seruabũt.*

Imperator põt legem statuere cõtra Clericos delinquentes, & potest eos de suo territorio bannire.

Clericus priuandus feudo, quis an Prælatus an verò dominus feudi auferri possit.

SI CLERICVS. Diuiditur in duas partes. Nam in prima Clericus erat pſens, & se defendebat. In secunda erat absens & contumax. secunda ibi, si autem.

CASVS.

1 † Clericus in iudicio conuictus de pace violata,

ce violata, vel quod violatorem receptauit, punitur pecuniariter in decem libris persoluendis præsidenti laico: Episc. verò secundum sua statuta. Si verò contumax & inobediens extiterit, tunc acrius puniri debet. hoc dicit. In tex. ibi, notatus, quasi dicat, quod fuit diffamatus, & accusatus. Ibi, proscriptus, id est, in edicto seu albo prætoris scriptus, & annotatus cum bonis suis, & citatus, vt compareat ita, quod publicè innotescat secundum formam traditam. in l. 1. in §. 1. ff. de requi. reis. & no. in l. 1. C. eo. tit. Et sic isto casu iste clericus nõ paruit, volens se purgare, sed tamen fuit conuictus, vt infrà patet. Aliter autem capiatur proscriptus, quod est infrà in fine. quia capitur secundum formam traditam in titulo de bo. proscriptorum. Ibi, contubernio, id est, consortio, sodalitio, quia ipsum receptauit in societate sua, alibi capitur contubernium pro matrimonio cõtracto inter seruos. vt in l. cum ancillis. C. de incestis nuptijs. Ibi, conuictus fuerit, quia per testes contra ipsum probatum est. Nã comparuerat coram iudice animo se purgandi. Ibi, Comiti, dic de tali Comite, vt declaraui suprà §. proximo. Ibi, inobediens, quia fuit cõtumax, & comparere noluit. Ibi, proscriptus, id est, damnatus, vt patet in dicto titulo de bonis proscriptorum seu damnatorum. & in Autent. bona damnatorum ibi posita, & dixi supr. eo. in §. si verò pacis.

2 †Not. quod violator pacis, & receptator violatoris, pari pœna puniri debet. vt hîc & in l. 1. ff. de recepta. Et dicitur receptare non solùm per cohabitationem, sed etiam per contubernium sodalitium.

Quod intellige, quando fuit sciens. Secùs autem si erat ignorans: vt ibi nota. Quando autem intelligatur & iudicetur sciens, & quando ignorans, dic vt ibi per Doctor.

Item intellige prædicta, nisi fuisset receptatus sibi coniunctus sanguine, quia tunc mitius puniretur. vt in l. 2. in eodem titulo.

Not. clericum violatorem pacis duplici pœna puniri, vna secundum statuta ciuilia. Alia in foro suo secundum statuta quibus subest. Et hæc erit propriè pœna. Sed præcedẽs sibi infertur à Principe tanquam indignato secundum Bal. Ad quod facit. l. 2. C. de pœna iudi. & Autent. licentiam. C. de Episcop. & cle. an ratione sui. No. quod Imperator potest legem statuere contra clericos ª delinquẽtes, & potest eos, de suo territorio bannire. Facit l. 2. C. de priui. scola. lib. 12. & in Auten. de manda. prin. in C. festinabis. quod an hodie ꝓcedat statim dicam. Nota. contra inobedientes, qui puniri debent, vt hîc in fin. & in Auten. de hære. & fal. in §. si quis autem non implens. & ff. de re mili. l. 3. §. si in bello. Et patet ex hoc text. vbi, si iste clericus comparet in iudicio, punitur pœna pecuniaria: vt hîc in prima parte. Si verò est inobediens, tunc punitur pœna maiori, vt hîc in secunda parte. Vnde secundum Bal. aut iste clericus comparebit, & tunc corã Episco. est fienda probatio. Aut non comparebit, & tunc absq; alia probatione est beneficio ecclesiastico priuandus, & bona eius propria debent in publicum annotari. Et hoc vult iste tex.

Op. ab extra, quia nullæ hîc sunt glos. contra determinationem huius §. & contra ea, quæ suprà dicta sunt, quod immò neq; Imperator, neq; Rex, neq; Comes, neq; aliquis Iudex laicus, possit aduersus clericum aliquid statuere, neq; aduersus eum citationem, vel processum, vel sententiam formare, nec pœnam indicere, siue ciuiliter, siue criminaliter. vt in c. cùm non ab homine. & in c. at si clerici. extra de iudici. & in capitulo primo de cle. coniuga. libro sexto. Soluti. dicunt Doct. Andræ. de Iser. & Bal. fatendo contrarium, ꝙ decisio huius capituli hodie non tenet ꝑ prædicta, quia ista fuerunt facta à iudice incõpetenti & prohibito. Ergò nulla sunt censenda, vt in dictis iuribus patet. Facit quod not. gloss. in l. si accusatoribus. C. de accusa. Et sic iste §. seruit nobis de truffis secundum prędictum An. Sed hoc videtur mihi satis absonũ assentire, quod ista Imperator fuerit ita supinus, quod voluerit statuere contra dicta iura sine aliquo colore, cùm suprà in princ. huius legis dicat, quod vult leges tam diuinas, quàm humanas manere in suo vigore, & subleuare ꝑsonas ecclesiasticas. Item, quia etiam sciebat, quod à iure ciuili hoc est cautum, vt laici contra clericos nihil possint statuere. vt in Auten. statuimus. C. de Episcopis & cleri. Et ideò possumus soluere istud contrarium. prout alibi soluit gl. in Aute. quomodo oportet Episcopos, in §. 1. Videlicet, & primò, quod hic iste Imperator nõ statuat istud de nouo, sed recitet quasdã sacras regulas & Canonica statuta, quæ hoc dictabant.

ª *Imperator potest legẽ statuere contra clericos. Ad de in c. in ꝑsentia de proba. ver. ego in hoc dubito. & vide concilium Ang. cons. 29. incipiẽ. actus existens.*

3 †Nam clerici debent ita esse fideles dominis ciuitatum, in quibus habitant sicut laici;

laici: vt dixi suprà, qualiter iurare debet Vasall.in c.1.quęstio.4.in fine. Vel dic hoc fecit pro salute vniuersali, cum licentia Papæ, vt pax ab omnibus conseruaretur. Facit quod not.in c.perpendimus. extra de sen.excommunica.& quod dixit Inno. in c.2.extra de maior.& obedi. Et in hoc videtur residere Iacob.de Belui. & Nicol. de Neapolis per c.ecclesia sanctæ Mariæ. extra de constit. Facit ad prædicta, quia clericus reputatur de vniuersitate [a] ciuium, vt dixi suprà de milit. Vasal.qui arma bellica deposuit.in §.fina. Quæro ab extra, quid si de crimine clerici fuit lata sententia per suum prelatum, ex quo crimine veniret feudo priuandus, an dominus feudi qui est laicus, posit sibi suum feudum auferre, quod sic per c. postulasti. de foro compe. Et si fuisset absolutus de dicto crimine, non poterit amplius ex dicto crimine sibi auferre. & ita tenet Cardinalis.d. Franci.Zaba.in c. verũ.de foro cõpe. q.7.

a Clericus reputatur de vniuersitate. Adde Oldra. consi.32. incipi. quæst. est. Petr. de Ancha. in repe.regu. eaq; de regul. iur. lib.6.in 20.q. idem Pe.cõsi. 150. incipi. optimus.

Vltimò de ista materia vide infrà de pace iura.fir.in §. Episcopos. & in §. receptatorib9, quod dicam in §.iniuria. in eodem titulo.

SVMMARIA.

1 *Domini terrarum malefactores in suis terris non fouebunt.*

Domini an poßint reducere suos subditos discordantes ad pacem.

2 *Habitatio propria priuilegiatum facit habitantem.*

Quando quis poßit remitti ad locum delicti.

3 *Fugitiuus cuius expensis sit remittendus.*

Iudex an teneatur indicare fugitiuum latitantem.

4 *Delinquens criminaliter de domo propria nolens trahi potest.*

5 *Domus nomine quid intelligatur.*

SI IVDEX CLAM. Diuiditur in duas partes principales. Nam in prima ponit dictum cum determinatione in violatore pacis ad castrum fugiente.in secunda limitat prædicta.secunda ibi, quod si. Secunda subdiuiditur in duas, quia in prima fugitiuus prædictus habebat mansionem in castro. in secunda non.secunda ibi, si verò.

CASVS.

Dominus castri in quo violator pacis aufugit debet illum, si ibi non habet mansionem ad instantiam iudicis, ducere pro facienda iustitia. Secùs si ibi mansionem habet, quia tunc ipsum adducere non compellitur, sed solùm omnia bona mobilia ipsius præsentare de certo, tamen ipsum in domino suo non recitat, hoc dicit. In text. ibi, populi, scilicet, illius ciuitatis, vnde violator pacis aufugit. Ibi, secutus fuit, scilicet, per familiam suam, vt in l.1.cum ibi not.ff.de custo.reorum. Ibi, producat, scilicet, ad iudicium. Ibi, formidauit. Quid autem si formidasset solùm seuitiã iudicis, dic vt in Cle. pasto. de re iudici. Ibi, mansionem, id est, habitationem seu domicilium. Ibi iuramento, istud iuramentum appellatur iuramentum purgationis, vt in l. præsenti. in §. sicubi, C.de his qui ad ecclesiam confugi. vbi similis textus ibi proscriptum, quid hoc importet, dixi in §. præcedenti, super text. Ibi, eius, scilicet, castri. Ibi, securè, scilicet, vt de eius manibus non fugiat. Ibi, cũ populo, id est, cum deputatis nomine populi, prout fit in pluribus ciuitatibus in quibuscum iudice sedent aliqui ciues de populo. Ibi, persequi eum, scilicet, contemnando iustitia mediante, prout dictat statuta & iura, vt insti. de officio, iudic.in prin. Nam iudex debet persequi malefactorem legibus & armis ipsum puniendo, vt in proœmio insti. Et hoc voluit glo.ista hîc posita, quæ per hoc manet expedita.

1 † Nota. quod domini in eorum terris & castris non debent protegere malefactores, vel eorum bona, & maximè si sint violatores pacis. Nam congruit bona, & graui præsidi curare, vt pacata, id est, pacificata atque quieta Prouincia sit, vt dixit textus.in l.congruit.ff.de officio. præsi. Vtrum autem tales domini, & potestates possint reducere suos subditos discordantes ad pacem. Vide gloss. & quod ibi per Docto.in l.si vsusfructus. ff.de vsufruct.& quod habetur infr.eo.in §.si ministeriales, &c.

2 † Not.magis esse priuilegiatum habentem habitationem in loco, quàm non habentem. Quod facit ad statutum Venetorum, quo cauetur quod homicida non possit capi infra vnam horam, à tempore homicidij perpetrati, si habet domum propriam in ciuitate. Et potest esse ratio in casu nostro, quia iste qui habet habitationem, non est profugus, sed est reuersus ad domum suam, quæ debet esse sibi tutissimum refugium. l. plerique. ff.de in ius vocandi. Facit quod nota.in Cle. causam de elec. Differt enim dom9 habitationis, vbi qs habet domicilium, à domo vagabundi [b] & peregrini. vt dixit Bal.in l. ea.in fin.C.q̃modo & quando iu.p l.1.in §. domũ.ff.de aleato.& ff.de iniurijs.in l.lex Corn.in §.domũ.& in l.1.in §. habitare.ff. de his

b A domo vagabũdi. Adde quis dicatur vagabũdus. vide gl. in l.eius. qui in §.fin. ff. ad mun.gloss.& Bal. in l. 4.in §. prætor.ff. de dam.infec. Barto.in l.C. vbi de crim. agi opor. Ioã. in addi. Spec. tit.de compe. iudic.in §.1. versic.40.& an tales possint conueniri vbicunq; vide in Auten. vt nulli iudicium. in §.si quis not. Abb.in c.vl. de foro compe.Io. Cal.& Io.de Ana.in c.1.de rap.

de his qui deie. vel effu. Vnde in casu nostro sufficit, si iudex ex hoc mittatur in possessionem omnium suorum bonorum mobiliũ, vt hîc & in l. satis. ff. de in ius vocan. concordat suprà eo. in §. si verò pacis.

Op. ab extra, contra istum tex. & suprà scripta notabilia, vt contrarietatem in se contineant. Nam primò dicitur, q̃d dominus non debet protegere malefactores, postea dicit, quod non tenetur eos extrahere de domo, si ibi habent habitationem. Sol. aut malefactor est deprehensus in flagranti crimine, & tunc quoq; vadat est insequendus. vt hîc & in l. quod ait lex. ff. de adul. Sed tamẽ dominus loci, in quo malefactor habet habitationem, non tenetur ipsũ tradere petenti. vt hîc. Debet tamẽ ipsũ expellere à se, & de terra sua, nec dare sibi receptaculum. d. l. congruit. Interdum non fuit repertus in flagranti crimine, sed ex eo delicto fuit proscriptus, & condemnatus per Principem, & tunc adhuc idem dicendum, vt hîc. & in l. 3. ff. de offic. præsi. Interdum fuit inculpatus, solùm de delicto, sed non deprehensus, neq; proscriptus, & tunc dominus castri debet eum nedum conseruare, sed etiam tueri ipsum tanq̃ hominem suum ab impressione. Nam licet iste dominus huius castri sit sub Principe, vel Imperatore incontinenti, in cuius regno est, tamen homines huius domini seu baronis, non sunt homines ipsius Regis Imperatoris, vel Principis, sed ipsius domini seu Baronis. 2. q. 3. nullus primas, & extra de offici. ordi. pastoralis. & de hoc plenè vide in Spec. de feu. in §. quoniam. in versi. 14. & seq.

Oppon. quod immò iste delinquens potuit puniri in loco sui domicilij, vt l. 1. C. vbi de cri. agi. oportet. So. non petebatur puniri, sed petebatur remitti ad locum delicti. vt ff. de accusa. in l. si cui. in. §. fi. secundum Bald. Vtrum autem, & quando qs a debeat remitti a ad locum delicti. Vide per Doc. in Auten. qua in Prouincia. C. vbi de crim. agi oportet. & in §. si quis verò comprehensorũ in Autẽ. vt nulli iudic. & p gl. & Canonistas. in Cle. pastoralis. de re iud.

3 †Quæro cuius expensis, remittet dominus istud fugitiuum ad iudicem? Et dicit Bal. quod si aliquis priuatus pro suo interesse hoc peteret, tunc expensis petentis, vt est glossa singularis. in l. final. C. de ero. mili. annorum. libr. 12. Si autem iudex ex officio petebat, vt erat hîc, & tunc expensis publicis illius ciuitatis, & loci ad quem fit remissio. vt ff. de captiuis. in l. mulier. Quæro quid si iste fugitiuus stabat absconsus, ita quod ignorabatur de eius latitatione, an dominus teneatur ipsum indicare si sciat? Respondeo quod sic, per dictum §. iudices. & per ea. quæ nota. per gl. & Doct. in l. idem si. in §. 2. ff. de condi. ob. tur. causam.

4 †Quæro an iste delinquens posset trahi de domo suæ habitationis inuitus, & dic q̃d sic, cùm sit causa criminalis. vt in Autent. vt nulli iudic. in §. quoniam verò. col. 9. & not. glo. in l. nemo. de dolo. ff. de regulis iuris. & in Autenti. de sanctis. Epis. in §. si quando. de quo per Bal. in l. cum eo. ff. ad legem. Iul. pecu. & per Bald. in l. consentaneum. C. q̃modo & quando iudex. & in l. 3. C. de Epis. audi.

5 b † Quid autem contineatur appellatione domus. b vide per Bart. in l. qui domum. ff. de adulteri. & in l. nec in ea. §. 1. & ff. de iniurijs. in §. l. item apud. in §. conuicium. per Bal. in l. 1. C. qui testa. fa. po. per Canoni. de priuile. in c. 1. lib. 6. & in Spe. de iniurijs. ver. põe statuto. & ibi p Io. An.

Vltimò ad materiam vide, quod dixi in §. præceden. & in. §. si verò pacis. & infr. de pace iura. fir. in d. §. iudices. & in §. receptatoribus.

Vtrum autem ratione loci magis aggrauetur delictum in vno loco, quàm in alio, dixi suprà, quibus modis feudum amittatur. in §. primo.

a *Et quando quis debeat remitti. Adde glo. in c. fi. de foro cõpe. Io. Cal. in c. 1. de rap.*

b *Quid autem contineatur appellatione domus. Adde l. cætera in §. hoc senat⁹. de leg. 1. l. 1. ff de Carbo. edict. Ang. in l. plerisq;. ff. de in ius vocã. in c. inter alia de immu eccle. Spe. tit de iniurijs. in §. 1. ver. sed pone in statuto.*

SVMMARIA.

1 *Competitor maiores pro se habens præsumptiones prius ad probandum admittitur.*
Competitores qualiter & quando se impediant.
2 *Competitor competitorem ob delictum in se commissum infringere potest.*
3 *Inuasio facit quod inuadens Vasallus feudum perdit.*
Duplum an sit totum pœna, vel an in duplo contineatur res ipsa.
4 *Pœnarum duplicatio in delictis qualiter attendatur.*
Item quid in vltimis voluntatibus, contractibus, & statutis dicendum. Remissiuè.

SI DVO HOMINES. Iste §. est valde intricatus circa intellectum literæ. Et ideò pro notitia, & intelligenti ipsius præmittenda sunt aliqua. Et primò quod ad hoc, vt faciat ad titulum est præsupponendum, quod Imperator volens tollere omnem occasionem, mediante qua posset perueniri ad violationem huius pacis, considerauit, quod multotiens partes veniunt ad rixas respectu suorum feudorum, & inferunt sibi

bi violentias, & rapinas excusationem capientes, quia allegant se inuestitos. Ex quibus rapinis, & violentijs de facili posset violari ista pax: Vnde si tales discordiæ occurrerent, mandat Comiti, vel domino in cuius territorio ista fiunt, vt debeat cognoscere, determinare, & punire secundum formam huius §. Secundò præmittendum, quod casus positio in §. nostro variatur duobus modis. Vno modo, quod isti duo contēdentes de eodem beneficio agebant contra tertium posidentem feudi, ita quod quilibet pro iure volebat vendicare dictum feudum, & confundebant se vicisim asserentes, quilibet eorum ad se dictum feudum spectare, ex quo orta est quæstio inter eos agentes, quis eorum debeat præferri in illo iudicio ad vendicandum dictum feudum. Et hanc casus positionem sequitur Dynus. Petr. de Cer. Iacob. de Belui. Nicolaus de Neapolis. & Baldus. Alio modo intelligit Andræas de Isernia, videlicet, quod quæstio huius feudi, solùm erat inter hos duos Vasallos concordantes, quorum vnus posidebat dictum feudum, & alter agebat cōtra ipsum vendicando dictũ feudũ.

Sed prima positio mihi magis placet, cùm magis conueniat regulis iuris, quoniam quando duo Vasalli litigant vicisim de eo feudo, debet causa ventilari coram domino feudi, vt infrà de prohi. feud. alien. per Federicum. in §. penultimo. Sed hîc ventilabatur coram Comite, qui non erat dominus. Ergò, &c. Nisi fortè diceretur hîc, quod constabat istos esse Vasallos. per no. in dicto §. penultimo. Sed in primo casu ventilabatur causa inter Vasallos & alium posidentem, quo casu, licitum est coram alio iudice, quàm domino intentari iudicium. vt infr. de cōtro. inter Vasallum & alium. in c. 1. & dixi suprà titu. in c. si Vasal. de suo. Et quod ista casus positio sit melior, potes colligere ex hac lege. in prin. vbi ipse Imperator profitetur non velle derogare humanis legib᷒, vtraq; tamen positio potest habere bonũ sensum in se, ad hoc vt Comes puniat q̄scunq; volentes violare pacem.

Tertiò præmitto, quod versiculus, q̄, si de rapina. legitur tribus modis timore contrarij. l. si quis in tantam. C. vnde vi. & l. extat. ff. quod metus causa. Vno modo secundum gl. quod iste Vasallus, qui inuasit feudum, & in eo rapinam cōmisit, habebat iam dominium, & ius in dicto feudo eo tempore quo inuasit. Sed ex quo soluit duplum ꝓpter pœnam huius inuasionis & rapinæ, & quia caret possesiōe huius feudi, ꝓpter dictam inuasionem & rapinã: non tamen perdit dominiũ, quia in nouo iudicio poterit vendicare dictum feudum iustitia mediante.

Nec habebit sibi obstare violentia, per ipsum commissa, quia videtur purgata in alio iudicio, per solutionem dupli, quia cùm non debuisset condemnari, nisi ad simplum, & fuit condemnatus ad duplum, videtur transactum cum eo, vt propter aggrauatiōem pœnæ, admittat᷑ nunc ad agendũ non obstante violentia. ar. in l. quid ergò. in §. pœna grauior. ff. de his qui no. infami. nam cũ sit grauatus in vno, alleuiatur in alio. vt in l. 1. eum. qui. ff. de iureiur. Facit. ff. de fur. l. interdũ. §. qui furē. Et hoc modo euitatur contrariũ dictæ legis: si quis in tantã. Et hanc lectu. sensit gl. fi. in fi. Legitur & secundo mo. videlicet, q̄ tempore, quo inuasit & violentiã cōmisit, nondũ habebat ius & dominiũ in feudo, q̄a si nunq̄ fuerat inuestitus. Vnde si agēdo succumbat, & soluat duplũ, ꝓpter illã inuasionē, & postea de nouo requiratius in dicto feud. quia sit inuestitus à vero domino, poterit de nouo agere, & illud vendicare iustitia mediãte. Et hanc lectu. sensit And. de Iser. & nō habet contrariũ. Legitur & tertio mo. secundũ supr. ꝓximam positionē, videlicet, q̄d iste agens nunc de nouo debeat succũbere iustitia mediãte. per dictam l. si quis in tantã. vt semp dicta violentia habeat sibi obstare. Et secundũ hanc lect. intelligatur iste tex. in fi. q̄d iste agens succubuit.

Ego autem tenebo secundam lec. quę magis cōgruit literæ, & secundum quam nō obstabat contrariũ. Et diuiditur in tres partes, quoniã in prima parte cōstat de inuestitu. & nō de violentia, in secunda cōstabat de violentia, & non de inuestitu. In tertia declarat, an ex inuestitura nouiter acq̄sita posit de nouo agere. secunda ibi, quod si de rapina. tertia ibi, nisi.

CASVS.

Vbi inter plures vendicantes feudum oritur contentio, quis eorum debeat præferri, si vnus legitimè ꝓbauerit, se legitimè inuestitum, sine aliqua violētia debet obtinere. Si verò esset conuictus de violētia, debet succumbere. Sed si de nouo postea inuesti. acquirat, poterit de nouo ad dictũ feudum agere. hoc dicit. In text. ibi. contendant, subaudi, aduersus tertium posidentem feudũ, & contentio est inter eos agentes

agentes,quis eorum debeat primò admitti.Et hoc mod.debet figurari casus secundum Doct.Licet And.de Iser.intellexerit, quod esset contentio inter istos duos quorum vnus agebat, & alter se defendebat. Sed quorumque modo ponas casum semper intelligas, quod iste qui agebat, & allegabat inuestitorem,nõ poss.debat,postquam habet necesse probare, & ita dixit glo.3.in ver.& intelligas,& ibi dicam. Ibi, beneficio,id est,feud.vt supr.in quib. causis feu.amit. in §.in primis.Ibi,& vnus,scilicet,ipsorum duorum agentium, contra tertium possessorem. Ibi,producit,quem dicit se cognoscere in dominum, & intellige quod fiet ista productio ad informationem Comitis, non autem in forma iudicij secundum Baldũ,quod patet,quia fit ante litem contestatam,in principali, vel secundum Iaco.de Belui. fit in forma iudicij, quod ventilatur primò inter istos duos agere volentes. Et ad hoc vide quod dico infrà in §.sequen. Ibi,illius testimonium,scilicet,eius, qui ꝓduxit inuestitorem. q̃niam Comes debet primò respicere testimoniũ illud.vt sup.sequitur ibi Comes,&c.Et hoc mod.debes cõstruere tex. licet quidã exponant testimoniũ eius,scilicet,inuestitoris.vt hîc in gl.q̃ hoc declarat.in prin.sui.Ibi,recognoscit, hoc est,q̃a confitetur se dictam inuestiturã fecisse ex sua liberalitate, & domo, non autem precio.Et voluit glo.1. hîc posita, quæ melius staret signata super hoc verbo. Ibi,cõmunes,qui cognoscebat de tali controuersia, orta inter eos, cùm esset in eius terra, qui cões habita tali informatione ab inuestitore,debet istum inuestitum prius admittere ad iudicium.Ibi,recipiat, scilicet,testimonium illius,&c. quod est supr. Et subaudi antequam recipiat probatiões alterius,qui non docet de inuestitura producendo suum inuestitorem secundũ Pe. de Cer.Ibi,& si idem,scilicet, qui ꝓduxit inuestitorem.Ibi,idoneis testib⁹.s.qui sint pares curię si feud.est nouũ.vt sup.quid sit inuesti.in §.1. Vel intellige, idoneis, videlicet,secũdum formam. l.idonei. cum ibi no.ff.de testi. Ibi, rapina,id est,violentia, q̃niã res immobilis nõ dicitur rapi, sed inuadi,vt inst.vi bo.rap.in §. q. nõ solùm. & hoc voluit gl. fi. hîc posita in sui prin. Ibi, cõtrouersię materia, subaudi, ex qua dubitabatur, ne perueniretur ad violationẽ pacis,vt per hoc faciat ad tit. Ibi,conuictus fuerit,scilicet, per aduersarium reum contra quem agitur, videlicet, quod iste agens inuasisset dictum feudum per violentiam. Ibi,dupliciter soluat,scilicet,illi,cui rapinam commisit secundum glossam. Vel intellige, vt statim dicam. Ibi, careat,quia fuit prædo & inuasor.Vnde amisit ius suum per dictam l. si quis in tantam.Ibi,requirat, quasi dicat,si postea acquireret dictum feudum, à vero domino, posset pro eo agere. & secũdum iustitiam in iudicio illud acquirere. Nam cum primo egit non erat dominus, sed inuasor, ideò tunc perdidit & punitus fuit. Nunc verò inuestituram nouam est effectus dominus, & pro eo agere potest,nec obstabit sibi exceptio rei iudicatæ,quia ex noua causa habet dominium de nouo l. si mater.in §.eandem. ff. de except.rei iudi.Et hoc modo habes intellectum literæ, quæ obscurè locuta est.

1 †Notatur quod vbi sunt plures competitores in vicem se impedire volẽtes,ille primò debet admitti ad probandũ, qui maiores habet pro se pręsumptiones.vt in isto text.quæ præsumptiones & informatiões,omnes possunt sumi etiã à teste non iurato.vt hîc dicit gloss. in sui princi. quæ singularis est secundum Bald. Facit.C.de libe.causa l.iubemus.ff.de proba. l. etiam & l.cum proba.& quod dixit Inno.in cap. cùm in tua.extra de sponsalibus. Qualiter autem & quando competitores se impediant, vide per Inno.extra de testibus. in c.veniens.& per Docto.nostros.in l.is à quo.ff.de rei vendi.

2 †Notat.quod vnus ex competitoribus potest infringere competitorem suum ex delicto in se commisso, qui delinquens punietur ex quo delicto succumbere etiam debet in causa.vt hîc in fin.Ad q̃d facit.ff. solu. matri.l. Titia. & ff.ad Treb. l.hæres.

3 † Notatur quod per inuasionem amittitur feudum, quoniam propter suam furoris audaciam perdit ius, quod habet dicta. l. si quis in tantam. Facit quod dixi suprà quę fuit prima causa benefi.amittendi.in §.porrò. & suprà quib.mod. feud. amittatur.in §.similiter.

Opponit. cum glossa secunda, quod immò dominus posit gratificari, cui voluerit ex istis duobus competitoribus. vt inf. de lege Cora.in §.si inter.Sol.hîc vnus solus ex petitoribus allegabat & producebat inuestitorem.Ibi autem vterque, quo casu, dominus gratificat, dummodo hoc fiat sine fraude, & nihil probetur in contrarium per alium competitorẽ, vt ibi. & hoç

hoc voluit gloss. quæ benè loquitur. Pro qua facit l. Theopompus. ff. de dote præle. ff. de pactis. l. tale pactum. in princip. in §. qui prouocauit. & notat. glossa magna. infrà in §. sequenti. Et declara ipsam, quia aliqui libri habent in glossa guarentaret, &c. Vnde Iaco. de Belui. dicit, quod in contrario dominus idemq; inuestitor guarentauit possidenti. Et ideò ipse obtinet, nisi actor contrarium induxerit. Hîc autem actor iste non obtinet sine alia probatione, licet dominus velit sibi guarentare, quia non possidet neque aliam præsumptionem habebat. Et ideò assertio domini non multùm prodest, nisi tanquam dictum vnius testis, si in figura iudicij deposuit secundum Iacob. de Belui. Sed circa istud statim clarius dicam in sequentibus, & dixi super tex.

Opponit. cum glossa tertia in versicul. & intelligas, &c. Quia principium dictæ glossæ expediui suprà super textũ. & in notabilibus quod qui producit inuestitorem, non cogitur aliquo modo probare. vt C. de eden. in l. qui accusare. Soluti. dicit glossa, quod contrarium procedit, quando quis possideret. Hic autem non possidebat iste qui probat. Et hoc vult glossa vsque ad versiculum, sed quæritur, &c. Sed Iacobus de Belui. dicit, quod iste intellectus non conuenit huic literæ, in qua præsupponitur, quod ambo litigatores allegabant eundem inuestitorem, sed alter tantum produxit eum in iudicio ad testimonium, quo casu, post responsionem inuestitoris, probare cogitur idoneis testibus de iure suo secundum Iacob. de Belui. Sed ego puto glossam habuisse bonum respectum. Et ideò clarius dicas, vt statim patebit in sequenti contrario.

Opponitur cum dicta glossa in versic. Sed quare, &c. & oppo. sic. Nam iste producens inuestitorem, probauit se inuestitum. Ergò non habet necesse vlterius probare, se acquisiuisse illud absque rapina, quia probando se inuestitum videtur sufficere. Soluit glossa duobus modis, quoniam primò fatetur contrarium.

Nec obstat iste textus, quia debet intelligi, quod eo ipso quod probat se inuestitum, satis probat, quod non per rapinam, nisi in contrarium ostendatur per aduersarium; vt probatur in isto textu, dum statim subiunxit, quod si de rapina, &c. Facit in simili. l. dotem. cum si. ff. de iure doti. Vel secundò dixit glossa, quod hîc ideò exigitur vltra probationem inuestituræ ad hoc, vt tollatur omnis controuersiæ materia, vt dixit iste textus. Et hoc vult tota ista glossa vsque ad finem. Tu verò hanc secundam solutionem teneas ad hoc, vt verba hîc posita aliquid operentur. l. si quando. ff. de lega. 1. Item quia dictum inuestitoris, non fuit hîc deductum ad probationem principalem, sed solùm ad informationem Comitis, vt tolleretur discordia inter ipsos competitores, videlicet, quis eorum deberet prius admitti ad probandum. Præterea iste dominus inuestitor, non potest esse sufficiens testis de per se, cùm quia inuestitura debet probari pro pares curiæ, si est feudum nouum, vt suprà dixi: tum quia si esset antiquum adhuc teneretur de euictione, non videretur esse sufficiens argumentum. ff. de testibus. in l. omnibus. & ideò testes sunt recipiendi, vt detur plena fides, & tollatur omnis materia discordię, vt in isto tex.

Quæro cum glossa fina. in versicul. & ita habes. An istud duplum sit totum pœna, vel in isto duplo contineatur etiam ipsa res? Et respondet gloss. primo tenendo, quod in ipso duplo insit ipsa res. Quia hoc modo concordabit se cum dicta l. si quis in tantam. In contrarium postea arguit, quod immò istud duplum sit totum pœna, & quod vltra istud duplum etiam amittat ius suum, verùm propter tantam exuberantiam pœnæ, dicitur dispensatum secum, vt possit de nouo requirere dictum beneficium à domino feudi, qui verè est dominus feudi. Vnde in prima inuestitura sibi præiudicauit propter rapinam, quam fecit inuadendo possessionem ipsius, cùm possideretur per alium. Nunc verò ex noua inuestitura nouiter acquisita, poterit de nouo agere, postquam fuit primò ita acriter punitus. Et hoc vult ista glossa vsque in finem. Sed iste intellectus nõ videtur mihi posse stare, tum quia circumueniretur decisio dictæ legis, si quis tantam, tum quia si habebat dominium iure non priuatur, nisi in amisionem dominij, vt ibi. Facit quod dixit glossa magna vltra medium, in dicta l. extat. quæ amplificauit in feudatarijs, ex quo exemplo relato ad textũ, ibi positum, qui dixit ius crediti non habebit, &c. Videtur hoc satis probari, vt in futurum iste talis violator non possit amplius habere regressum. Et pro tanto

non

non recederem à lectura, quam suprà sequutus sum, secundum quam non obstabit contrarium, quia tempore violentię, non habebat dominium.

Oppo. ab extra, quòd imò in duplo insit ipsum simplum, ita quòd ipsum duplum nõ sit totum pœna de. l. si cum exceptione. in. §. quatenus. ff. quod metus causa. So. ibi tex. loquitur per verba simplicia, videlicet, duplum, triplũ, quadruplum, &c. hîc verò loquitur aduerbialiter dicendo: dupliciter soluat, quo casu, videtur significare merã pœnam secundum Bald. Sed ego puto quòd ista non fuerit intẽtio huius literæ, sed quòd ideò iste text. dicat dupliciter soluat ex eo, quòd qui commisit ipsam violentiam, & delictũ videbatur violare quodammodo pacem, per consequens tenetur soluere pœnam dupliciter, vnam videlicet parti læsæ, & alteram ipsi Comiti, vt probatur suprà eodem. in. §. si quis aliquem. & quod ibi dixi.

4 † Qualiter autem in delictis intelligatur duplicatio pœnarum: dic ple. per gloss. & Doctor. in l. penult. ff. ad l. Iuliam pecul. & insti. si quadru. pau. fecis. di. in fi. & in l. hoc edicto. ff. de publi. & per Bart. ff. de pœnis. in l. sanctio legum. & ff. si fa. fur. fe. di. in l. 1. in §. fi. per Bald. in l. cùm furti. de in litem iuran. & quod not. C. ad l. Aqui. in l. contra negantem. qualiter autem intelligatur in sententijs: vide C. de sent. quę pro eo, quod interest in l. fin. & insti. de act. in §. tripli. In vltimis autem voluntatibus, vide ff. de lega. 2. in l. Mæuius. in §. duorum. In contractibus verò, vide Specul. in tit. de empt. & vend. in §. 1. versic. non igitur. & ff. de verb. oblig. in l. stipulatio ista. in §. alteri. In statutis verò, vide Bart. in dicta l. sanctio legum.

Oppo. quòd iudex inquirere debeat à duobus hominibus boni testimonij veritatem: vt infrà proximo §. So. hîc eundem allegant inuestitorem. Ibi diuersis secundum Iac. de Bel.

Vltimò ad materiam huius §. vide infrà in dicto §. sequ. & in dicto §. si inter. infrà de lege Cora. & per Iac. Ardi. in Summa. in tit. de conten. feu. in rubrica fin. & §. fin. in fi.

De materia competitorum habes suprà in primo notabili: & in remissionibus ibi adductis.

SVMMARIA.

1 *Possessioni probandæ duo testes sufficiunt.*

2 *Probatio per eos qui sunt eiusdem regionis conuenienter fiet.*

3 *Possidens iustè possidere creditur, ni oppositum ab aduersario probetur.*

4 *Testes possessionis qualiter producendi & examinandi.*

5 *Testes extra prouinciam existentes ibidem an possint examinari.*

§ SI TRES VEL. Iste §. facit ad titulum nostrum hoc modo, quia cum ex cõtentione violentiæ orta inter plures super eo feudo, quis eorum esset potior in possessione, dubitaretur violatio pacis, de qua in isto titulo. Ideò vt tollatur talis occasio, annectit Imperator hîc istum §. prout etiã suprà dixi in §. præcedenti. Et diuiditur in duas partes, quoniam in prima declarat & determinat causam possessorij, in secunda prouidet in causa petitorij. secunda ibi, nisi.

CASVS.

Quando inter plures allegantes diuersos inuestitores oritur contentio super eo feudo, quis eorum possideat, ille debet obtinere & possidere, qui fuerit probatus pacificus possessor, sine violẽtia per duos testes eiusdem prouinciæ, reseruato iure aduersæ parti in petitorio. h. d. In tex. ibi, si tres, dic quòd idem esset si essent duo: vt sensit gloss. 2. hîc posita circa medium. Ibi beneficio. i. feud. vt dixi in §. præcedenti. Ibi vtrique, id est, quilibet eorum producebat. Ibi iudex. i. Comes, in cuius terra hæc discordia vertitur, vt hîc in glo. & dixi in d. §. pręcedenti. Ibi requirat ex officio suo, vel etiam in forma iudicij: vt infr. dicam. Ibi, boni testimonij, scilicet, qui non sint reprobati, sed sint idonei, vt dixi in §. præcedenti. Ibi commorantibus, hoc ideò dicit, quia vicini melius sciunt veritatem, vt statim dicam. Ibi quòd iurauerunt, id est, quod iuramentum pręstiterunt. Ibi absque rapina. i. violentia, prout exposui supr. in §. præcedenti. Ibi eripiat, videlicet, si probauerit in prætorio, postea se potiorem obtinebit, & manu militari iustitia dictante auferretur ab aduersario, si tradere noluerit. l. qui restituere. ff. de rei vend. Ad quod facit text. supr. de milit. vasal. in fin. & quod ibi dixi.

1 † Not. quòd in probanda possessione, sufficiunt duo testes. Hæc enim est regula, vt in quocunque actu, duo testes sufficiant a, nisi aliud à lege cautum re- *a In quocunque actu duo testes sufficiãt. Adde c. si pec cauerit 2. q. 1. c. nouit. de iu di. & in c. relatũ de testa.*

periatur, vt not. in l. vbi numerus. ff. de testi. & dixi supr. si de inuesti. inter do. & vasal. lis ori. in c. si quis in primo notabili, nec requiritur, quòd isti duo testes sint de paribus curię, vt colligitur ex isto text. qui indistinctè loquitur, & tenet Bal. de qua materia plenè tangitur, supr. quid sit inuesti. in §. 1.

2 † Not. probationem posse melius & congruentius fieri per eos de regione, quàm per alios: vt hîc, & in l. cùm de lanionis. in §. asinam. ff. de fundo instru. & ff. de flu. in l. 1. §. 1. Et est ratio, quia præsumuntur melius scire quàm remoti. vt in l. si vicinis. C. de nup. & in c. per tuas. extra de prob.

Opp. cum gl. 1. quod immò, quando vertitur quæstio de eodem feudo, dominus posit gratificari pro libito posidēti absq; testibus, dummodo per aduersariū nulla fiat probatio. vt infr. de lege Cora. in §. si inter. Sol. ibi litigantes producebant vnum solum inuestitorem, hîc autē producebantur plures & diuersi, & sic isti casus non sint contrarij, sed aduersi, & de hoc dixi etiam suprà in §. præcedenti, in prima oppo.

3 † Quæro cum glos. 2. quid fiet si non reperiatur aliquis testis, qui deponat istum possedisse absq; rapina, & respondet glos. quòd iudicabitur pro posidente, nisi aliud probetur in contrarium per aduersarium, iuxta illud dictum: beati posidētes, &c. Nam magnum est commodum possessionis, vt insti. de interd. in §. retinendæ. & in l. is qui destinauit. ff. de rei vendi. & quod plenè not. in l. sicut. in §. si quæratur. ff. si seruitus vend. & ff. si vsuf. peta. in l. vti frui. in prin. & in l. fi. C. de rei vend. Et per hoc habes expeditam gloss. vsque ad versicul. 1. §. ergò isto, &c.

Oppo. cum eadem glos. quod immò iste Comes siue iudex, de quo loquitur iste text. non sit competens iudex inter hos vasallos litigātes, cùm hæc causa deberet ventilari coram domino feudi, vt infr. de prohi. feu. alie. per Fe. in §. penul. Et hæc glos. non soluit, nisi quod remittit ad ibi not. & in summa. in titul. apud quem vel quos, &c. Et hoc voluit gloss. vsq; ad fin. Quare tu soluas, quòd ibi litigantes producebant eundem inuestitorem, & sic constabat apertè de domino. Hîc verò non constabat apertè de domino, quia dicti vasalli producebant diuersos inuestitores, Et ideò iudex ordinarius est iudex competens, vt hîc & ita sensit glo. in contrario, & Docto. hîc. Vel potes dicere, quòd ideò hic iste Comes cognoscebat de hac causa, quia asserebatur violentiam fuisse commissam. Vnde ne perueniatur ad violationē pacis, ipse Comes de tali discordia cognoscit in sua terra, vt dixi supr. in §. præcedenti de qua materia satis etiam dictum est supr. in tit. de inuestit. in mari. facta in

4 fine, & infrà an apud iudic. vel do. in capitulo primo.

† Quæro ab extra, in practica qualiter isti duo testes producētur, & examinabuntur, an in forma iudicij post litem contestatam secundum formam iuris, vt extra. vt lite not. contest. per totum, & in Aut. de testibus. in §. & hoc verò. An verò ex officio iudicis, pro inquirenda veritate? Ad hanc quæstionem respondet quidam, quòd isti tales testes debēt produci apertè, & in forma iudicij examinari, & secundum formam iuris, vt euitemus suprascriptas cōtrarietates. Alij dicūt, quòd etiam iudex ex officio suo hoc potest facere, inquirendo veritatem etiā si non sunt producti à parte in iudicio ad testimonium ferendum. Et probandum per l. fi. C. de bo. vac. Et pro hac opinione adduco text. infr. eo. in §. si miles rusticum. Sed melius secundū Bal. vt producantur à parte, si est causa ciuilis, quoniam iudex nō potest supplere de facto. vt C. vt quæ desunt aduoca. partium in l. 1. Item quia regulariter in ciuilibus non fit inquisitio. a vt per Innoc. in c. ad nostram. extra de iureiur. & not. in l. 3. in §. præterea. ff. de suspect. tut. Et ibi habens vnam gl. singularem, quæ vult, quòd cōdemnatus ex inquisitione, non sit infamis, de quo ibi plenè per Doct. & quod no. in l. 1. C. de modo mulctarum. Habēs etiam aliam gl. singularem. in l. 1. in prin. in eo. ti. secundum Bal. quod etiam in ciuilibus ratione pietatis, & pupillaris ętatis potest iudex inquirere absq; aliquo libello alicuius accusantis. Ego autem quātum ad quęstionem formatam, concordarem opiniones hoc modo, q; pars producat plures testes, vt in prima opinione. Sed postea iudex eligat ex illis, quos voluerit meliores, vt in secunda opinione. Facit c. inter solicitudines. extra de purg. ca.

5 † Quæro quid si isti duo testes, non reperiantur in eadē prouincia, sed in alia, an poterunt recipi tales testes extra prouinciam,

a *In ciuilibus non fit inquisitio. Adde Bart. in l. fi. in §. si publico. ff. de adul. Ange. in l. ea quidem. in 1. col. C. de accus.*

uinciam, & examinari, & dicit Andr. de Isern. quod sic secundum formam. l. iudices. & Autentic. apud eloquentissimum. C. de testib. de quo. in c. inter solicitudines. Et not. vnam gloss. singular. in l. fin. C. in quib. causa cessat long. tempor. præscript. quæ dicit quòd illud quod statuitur de prouincia, habet locum hodie in quacunque ciuitate, quæ de per se habet iurisdictionem, de quo dixi in c. 1. supra si de inuestitu. inter dominum & vasallum lis ori.

Vltimò ad materiam huius §. vide in remissionibus quas dedi suprà in dicto §. proximo. & quod dixi in c. 1. supr. apud quam, vel quos content. feud. esse debe. & Innocent. in c. cæterùm. extra de iudic. & per Cyn. in l. si nulla. C. de acquiren. possession. & in Specul. in prima parte. in tit. de petitorio & possessorio. §. 1. in vers. penult. & ibi Ioan. And.

SVMMARIA.

1 *Rusticus militem non accusabit, nisi se non calumniari iurauerit.*
Rusticus quis sit, Remissiuè.
2 *Miles à rustico diffamatus legitimè purgari potest.*
In purgatione qualiter procedendum, & quot testes sint necessarij. Remissiuè.
3 *Rusticus militem violatæ pacis accusans pugnam indicere valebit.*

§ SI RVSTICVS. Iste §. legitur tribus modis timore contrarij positi. infr. eod. in §. si miles aduersus. vbi dicitur, quòd militi non potest indici pugna, nisi per alium, qui similiter sit miles, & natione nobilis & legitimè natus. Ex quo videbatur quòd iste §. non posset procedere cùm videatur disponere contrarium. Et pro tanto, quidam intelligunt quòd in isto §. non dicitur, quòd miles iste accusatus habeat necesse pugnare, sed solùm se expurgare, & innocentiam suam per quatuor testes sacramentales, & ita intelligatur iste text. ibi dum dicit quarta manu, &c. Alij intelligunt, quòd iste miles interpellatus fuit ad pugnam, & quòd ipse per pugnam debeat se expurgare, scilicet, dando alium campionem, qui loco sui pugnam faciat, non autem personaliter teneatur illam facere: Et ita intelligatur iste text. Secùs autem si miles interpellasset rusticum ad pugnam, quia tunc ipse miles interpellatus, & similiter rusticus interpellatus, debent pugnam personaliter facere, nec possunt facere per campionem. Et ita intellexit glossa soluendo prædictum contrarium. infr. in §. sequenti. Legitur & tertio modo secundum Petrũ de Cer. videlicet quòd, quanquam iste text. appellet istum esse rusticum, non debet intelligi, quòd esset verè rusticus, scilicet, agricolas. Sed ideò appellat istum rusticum, quia habitabat in rure, prout faciunt interdum nobiles in multis locis. Isti enim tales habitantes in rure possunt appellari rustici: vt dixit Cyn. in l. final. C. de testa. Sed ego tenebo primam lecturam, quæ magis applaudet literæ, & eam sequi videtur Iac. de Bel. Et secundum eam in summa hoc intendit.

Si rusticus accusat militem de pace violata iurando, quòd non facit animo calumniandi, debet dictus miles se purgare per suum iuramentum, & per sacramentum aliorum quatuor testium hoc idem affirmantium. hoc dicit. Et diuiditur in duas partes, quia in prima ponit formam, qualiter rusticus se debeat habere in accusando militem. In secunda qualiter miles accusatus, se debeat excusare & purgare. secunda ibi, manu. In text. ibi, rusticus, quis dicatur rusticus, vide Cyn. in d. l. final. & quod dixi supr. eod. in §. si quis rusticus. Ibi, militem, quis dicatur & quare, vide quod dixi supr. Imperator Lothar. Eugen. Papæ. in capit. 1. Ibi, pulsans, id est, vocans ipsum ad iudicium, & accusans eum de pace violata, vt exponit gloss. infrà in §. sequen. Et exemplifica, vt quia ipsum verberauit, prout traditur supr. eod. in §. si quis aliquem. Ibi, manu sua, hoc est, corporaliter tangendo scripturam, super qua iurauit cum manu: vt not. glo. 1. infr. de pace iura. firmand. in §. sacramenta. Ibi, voluntariè, id est, non per calumniam, nec acri animo seu astor: secundum vulgare Lombardum: vt hîc dixit gloss. allegando aliquas concordantias in Lombarda, quæ per hoc est expedita. Ibi, necessariè, subaudi, quia non potest aliter secum in pace

viuere, nisi iustitia mediante ipsum ad iudicium vocando. Ibi, manu quarta, id est, cum quatuor sacramentalibus testibus, secundum Iacob. de Beluis. qui manu tactis scripturis corporaliter iurabunt, & deponent per eorum sacramentum credulitatis, & conscientiæ ita esse quemadmodum iste miles dicit & iurauit. Et isti tales testes appellabuntur testes expurgatores: vt dixi supr. si de inuestit. inter domin. & vasal. lis ori. in c. 2. super text. & probatur in c. quotiens. & in c. final. extra de purgat. canonica. Ibi, sese, id est, seipsum.

1 † Not. rusticum non admitti ad accusandum militem, nisi iuret, quòd nõ facit per calumniam, neque per iracundiam, facit l. non prius. C. de calumnia. & l. fin. C. de accusatio. Nam quòd calore iracundiæ fit, non repræsentat verum iudicium animi: vt in l. quicquid calore. ff. de regulis iuris. & in l. si non conuicij. C. de iniurijs.

2 † Not. militem diffamatum à rustico posse purgare legitimè. Et qualiter procedatur per iudicem in tali purgatione cum diffamato, plenè not. gloss. in c. inter sollicitudines. extra de purgat. canonica. Quot autem testes in quacunque purgatione requirantur regulariter, ibi traditur per Inn. & per glo.

Oppo. ab extra quinimò ista non fiat canonicè, per testes expurgatores, sed debeat fieri vulgariter per pugnã: vt supr. eod. in §. 1. & in §. si quis alium. Solut. Ibi loquimur, quando pax violatur per sanguinis effusionem, quo casu, est pœna corporalis, & nunc purgatio fit per pugnam, vt ibi. Hîc verò loquimur, quando accusabatur de pace violata sine sanguinis effusione, quo casu, est pœna pecuniaria, vt suprà eod. in §. si quis aliquem. quo casu fit purgatio à milite per testes sacramentales, vt ibi, de quo etiam dicam in quæstione sequenti.

3 † Quæro ab extra quid si iste rusticus, accusabat ipsum militem de pace violata ex sanguinis effusione, an tunc posit dicere pugnam militi, Et dicunt quidam quòd sic, per istum tex. vbi dicunt esse casum.

Nec obstabit tunc text. infr. eod. in §. si miles. vbi ignobilis non potest indicere bellum militi, quia respondent ipsi hoc esse verum, vt ipse miles teneatur purgare, vt ibi. Sed dabit campionem pro se ad pugnandum, cum rustico, æquè idoneum ipsi rustico, vt hîc, & sic intelligunt istum textum, vt pugna fiat ex parte militis per campionem, vbi verò miles interpellaret rusticum ad pugnam, tunc haberet necesse miles personaliter pugnare, nec posset dare campionem, vt in §. sequenti, quem ita intelligunt, vt suprà dixi.

Vltimò de pertinentibus ad materiam huius §. vide infr. in d. §. sequ. & per Iacob. Ardizo. in tit. de content. feud. sub rubricella decurritur ad sacramentum vasalli, & quod dixi suprà qui feud. dare pos. in §. hoc quoq; sciendum. & infr. eod. de consuetud. rec. feud. in §. sacramentum.

De rustico autem vide infr. eod. in §. si quis rusticus. cum ibi not. & in d. l. fin. de testa.

De materia verò pugnæ latè dixi supr. eo. in §. si quis hominem.

SVMMARIA.

1 *Purgationum alia vulgaris, alia canonica, & quot modis quælibet ipsarum fiat.*
Militi magis est credendum quàm rustico. Et quæ sit ratio.
Plebeius an & quãdo plus puniatur quàm miles. Remißiuè.
Rustici ecclesiarum, an sint de foro ecclesiæ.
Miles legitimus quis sit. Remißiuè.
2 *Rusticus diffamatus an ad pugnandum cum milite purgationis causa sit admittendus.*

§ SI MILES RVSTICVS. In præcedenti §. visum est quando rusticus accusat militem de pace violata, nunc verò in hoc §. declarat econtra, quando miles accusat rusticum, & in summa hoc vult.

Rusticus accusatus per militem de pace violata se expurgare tenetur, aut diuino vel humano iudicio, aut septẽ testibus legitimis eligendis per iudicem. hoc dicit.

1 † Et præmitte pro euidentia ea, quæ hîc tanguntur in gloss. in princ. sed

ſed clarius, quàm in ea dicatur, quòd alia eſt purgatio vulgaris, alia canonica. Vulgaris eſt illa, quam ſibi vulgus inuenit, & fit duobus modis, videlicet, aut diuino iudicio, aut humano. Diuinum iudicium fiebat pluribus modis, vno modo, quia diffamatus de crimine ſumebat ferrum ignitum in manu, ſeu tangebat, vel portabat de loco ad locum per nouem pedes menſuratos per iudicem, quo facto, ſi manebat aliqua aduſtio, puniebatur tanquam diuinitùs crimen eſſet probatum. Si verò non remanebat aduſtio abſoluebatur. Et de iſta purgatione fit mentio in c. final. extra de purga. vul. & 2. q. 4. c. mennam. & in c. ex literis. extra de exceſ. præla. Alio modo fiebat, cum aqua feruenti, vel cum aqua frigida, vt per manus impoſitionem cognoſceretur, an ex læſione manus, vel non fuiſſet commiſſum crimen. Et de hac fit mentio in d. c. mennam. & in c. conſuluiſti. & in §. iuramẽto in dicta cauſa & quæſtione. Alio modo fiebat, quia per iudicem mandabatur igniri nouem vomeres ferreos, & ponit ſucceſsiuè in terra vnum poſt aliud, & diffamatus volens ſe purgare de crimine, ſumebat primum vomerem ignitum manibus, & portabat vſque ad vltimum, quo caſu ſi remanebat aduſtio puniebatur tanquam delinquens, aliàs abſoluebatur. Et de iſta purgatione fit mentio in Lombarda in titulo de parricidijs. in l. fin. vbi interpellatus in ſeruitutem, & timens ne ad ſeruitutem redigatur, ſi interficiat patrem vel matrem, vel aliquem ſuum propinquum, per quorum diſpoſitionem timeat ſe recaſurũ in ſeruitutem, & negauerit ipſum occidiſſe ad nouem vomeres ignitos, ad iudicium Dei examinandum accedat, vt ibi dicit textus. Sed omnia iſta talia iudicia hodie ſunt reprobata, quia fabricante diabolo fuerunt inuenta, vt in d. c. mennam. & not. gloſſ. 2. quæſt. 3. in ſumma: & probatur in d. c. fin. de purga. canonica. & in d. c. ex literis. & de purg. vulgari. in §. cura. Et quia ſunt contra præceptum Dei: Non tentabis Dominum Deum tuum. & in d. c. fin. fiebat quoque iſta talis purgatio vulgaris, per humanum iudicium, videlicet, per pugnam & duellum, quoniam putabant antiqui, quòd pugnans vinceret, ſi dicebat verum, aliàs ſuccumberet. Et iſta ſimiliter purgatio eſt prohibita, quia ſæpe multi ſub iuſto clipeo pereunt, vt de iſta latè dixi ſupr. eod. in §. ſi quis hominem. & not. in d. c. cura. Alia autem purgatio principalis appellatur canonica, & eſt oſtenſio innocentiæ de obiecto crimine, vt probatur extra de purgat. canonica. in c. quotiens. & per totum. Fit enim per iuramentum ipſius diffamati ſe expurgantis, & per alios teſtes idoneos expurgatores, qui ſimiliter iurabunt ſe credere prædictum diffamatum verũ dicere, vt dixi ſuprà in §. præcedenti. Et de huiuſmodi expurgatione loquitur iſte textus, quem modò per prædicta de facili intelliges. Et de his dixi ſuprà qui feud. dare poſſ. in §. penult. & plenè ponit Roffenſ. in libellis iuris canonici iuxta finem, & alter Roffenſ. eius diſcipulus in fine ſui tractatus de purga. & duello. Et per prædicta nunc habes gloſſam magnam hîc poſitam expeditam in princip. ſui, vſque ad verſic. ſed quæro, &c. In text. ibi ruſticum quid ſit. [a] vide ſuprà in §. præcedenti. Ibi, pulſans, id eſt, vocans citando, & excuſando ipſum, vt in gloſſ. & dixi in §. præcedenti. Ibi, manu ſua, id eſt, corporaliter manu tactis ſcripturis, vt ibi dixi. Ibi, faciat, id eſt, quòd non facit animo calumniandi talem accuſam, vel iuramentum, vt hîc in gloſſ. Sed neceſsitate coactus, ſi vult perſeuerare in pace, & conſequi ius ſuum, vt dixi in dicto §. præcedenti. Ibi, iudicio, iſtud totum capitur pro vno ſolo de illis duobus, quos eligere debet, quoniam omnia iſta ſpectant ad iudicium & purgationem vulgarem, quæ purgatio vulgaris continet duas principales ſpecies inter ſe differentes, ſcilicet, per iudicium diuinum & humanum, vt ſuprà dixi ibi, Autent. ſeptem teſtibus. iſtud eſt ſecundum ex ſupradictis duobus, quos alternatiuè eligere debet, & ſpectat ad purgationem veram & canonicam. Ibi elegerit, qualiter hoc intelligatur, dixi ſuprà eod. in §. ſi tres. Quot autem teſtes regulariter requirantur in expurgatione dixi ſuprà in §. præcedenti. Nota. ex hoc §. coniuncto. §. præcedenti magis eſſe credendum militi, quàm ruſtico: Quod patet, quia ruſticus in expurgando

[a] Ruſticũ quid ſit. Adde an ruſtici eccleſiarum ſint de foro eccleſiæ. vide gloſſ. in c. eccleſiarum ſeruos. 12. q. 2. Car. Zaba. in c. ſignificantibus. in 6. q. de offic. dele. Barb. in c. nullus. de fo. cõpet.

gando se à crimine sibi obiecto, debet habere septem testes expurgatores, vt hîc. Sed in milite exigitur solùm quatuor, vt ibi. Et est ratio, quia magis creditur nobili, quàm ignobili, magis existenti in dignitate, quàm plebeio, & non existenti, magis diuiti, quàm pauperi, l. 3. in princip. & in §. 1. ff. de testibus. l. fin. ff. de fid. instru. Nam in multis iuris articulis est deterioris conditionis rusticus, quàm miles, quoniam acrius punitur corporaliter. l. nemo. in fin. C. de summa trinit. & fide catholica. Vbi autem tractatur de pœna pecuniaria, tunc mitiùs punitur. l. 1. C. de offic. præfect. vrbis. Multa quoque pri-
8 uilegia *a* sunt concessa militibus, qui non sunt concessa alijs, vt in l. 2. per gl. & Doctor. C. de iuris & facti ignorantia. An autem, & quãdo puniatur plus plebeius, quàm miles, dic plenè per Doctores in d. l. nemo. & in l. 1. C. vt nemo ad suum patrocinium susci. vicos vel rusti. lib. 11. & quod not. in l. 3. in §. 1. de re milit. & ibi Bart. & per Bal. in l. 2. in fin. C. qui bo. cedere po. & dixi infrà de pace iur. firman. in §. si quis verò temerario. Et per ista habes expeditam glossam hîc positam iuxta fin. Not. de expurgatione, quæ fit per diuinum vel humanum iudicium, vt in isto tex. qui ortum habuit à lege Lombardorum, vt hîc in glos. quæ se remittit ad dictum ius Lombardorum. Ex quo colligunt aliqui, quòd ista decima collatio feudorum, de qua dixi in proœmio huius compilationis comprehendat sub se ius Lombardorum, cùm in pluribus locis dictum ius alleget, vt suprà hîc potest esse titulus, qui succes. ten. in fin. & suprà qualiter olim feud. pot. alie. in princ.

a Multa quoque priuilegia. Adde Bar. in l. neq. enim. in §. 1. ff. de testa. mil. Bald. in l. si à fratre suo. C. eo. tit.

Quod intelligas verum, inquantum concordant, secùs si essent contraria l. si non est nouum, & l. sed & posteriores. ff. de legibus. secundum Nicol. de Neapol. Cætera notabilia colligere potes ex notatis. suprà in §. præcedenti.

9 † Quæro cum glo. in ver. sed quæro, quia principium expediui in euidentialibus, an iste rusticus diffamatus, qui habet electionem se purgandi, etiam per humanum iudicium, videlicet, per pugnam posit pugnare cum persona militis, an debeat pugnare cũ campione supposito per militem, & respondet gloss. arguendo ad partes, quoniam primò videtur, quòd cum persona militis, per regulam quæ dictat quòd per principales personas fit pugna nisi ratione infirmitatis, vel ætatis decrepitæ, vel iuuenilis, vel nisi sit ecclesia, vel vidua, vt probatur in Lombarda, quali. quis de defen. in l. si seruis, propter impetum libertatis. & in l. fin. cum similibus. In contrarium videtur, quòd non cum milite, per tex. infrà, in §. sequen. Sed cum campione simili dato per militem, per d. l. fin. vbi ecclesia pugnat per similem aduocatorem & campionem. Alij distinguũt & melius, aut miles indixit pugnam, vt fuit hîc. & tunc non posit dare cãpionem, sed de per se pugnare debet. Aut fuit inuitatus ad pugnam, & tunc sic, vt latè dixi suprà in §. præcedenti. vbi videas. Ex prædictis nũc habes totam glossam expeditam.

Vltimò de pertinentibus ad materiam huius §. vide in remissionibus, quas dedi sup. in §. pręcedenti. & quod no. per glos. infr. de alie. feud. in c. non est consuetudo. Et de materia purgationis. vide per Ioan. in Summa sua in tit. de purgatione, §. 2. & penult.

SVMMARIA.

1 *Ignobilis nobilem ad pugnam non prouocabit.*
2 *Nobilitas ex antiquitate generis originem trahit.*
3 *Nobilem qui se profitetur hoc probare tenetur.*
4 *Nobilis cum ignobili pugnare volens admittetur.*

6 SI MILES ADVERSVS. Continuatur cum duobus superioribus §. quia in illis primò est expeditus casus, quando rusticus vocat militem ad pugnam de pace violata. Secundus casus est, quãdo miles vocat rusticum. Nunc verò in isto §. ponit tertium casum, quando miles vocat alium militem, & in summa hoc vult.

Miles non potest interpellare aliũ militem ad pugnam, nisi primò doceat, se cum parentibus suis ex genere militari descendisse. hoc dicit. In text. ibi, aliqua capitali, subaudi, ex qua pugna

gna posit offerri, quoniam non ex qualibet causa offertur pugna. vt in gl. Ibi, pœna, alias est in tex. causa & quęlibet bona, quia semper intellige ex quacunq; pœna, seu causa ex qua pugna posit offerri, & non aliter, vt sup. dixi. Ibi, duellum quod hîc appellat duellum. Interdum appellat humanũ iudicium, vt supr. §. proximo. Interdũ appellatur pugna, vt infr. de alie. feud. pa. in c. non est consuetudo. Interdum appellatur monarchia. 2. q. 5. monarchiam. & idem importat, vt extra de cleric. pugnan. in duello. Ibi, pugnandi, id est, prouocandi eum ad pugnam. Ibi, antiquitùs, ideò sic dixit, quia ex tali antiquitate censetur nobilis, vt suprà, quis dicatur Dux, Comes vel March. in princ. & in §. 1. Ibi, legitimus miles, qui autem requirantur ad hoc, vt quis sit legitimus miles. not. per gl. ff. ex quibus causis maio. in l. pen. & per Cyn. in l. 1. C. de iuris & fact. ignorantia.

1 † Not. quòd ignobilis non potest prouocare nobilem ad pugnam. Et est ratio, quia pugna debet fieri inter æquales: vt notat gloss. supr. in §. præcedenti.

2 † Not. quòd ex antiquitate generis quis iudicãdus est nobilis: nam nobilitas attribuitur antiquitati. vt dixi in d. c. 1. sup. quis dicatur Dux, Comes vel Marc. Facit l. scemata. cum ibi not. ff. de gradibus.

3 † Not. quòd qui nobilitatem allegat eam probare debet. Ad quod facit quòd not. gloss. quæ solet allegari pro singulari in l. si verò. in §. qui per rei. ff. qui satisda. cogan. Not. legitimum militem dici illum, qui natus est ex genere militari & nobili. Facit l. 1. C. negotia ne mili. Et ex hoc voluerunt colligere quidam, quòd ignobilis nõ posit esse miles, quod non est verum, cùm iste text. inferat potiùs contrarium, & probatur, quia etiã serui possunt aspirare ad militiam. l. super seruis. C. qui milit. non pos. lib. 12. & ex hoc potest a inferri, quòd militia non est dignitas. a vt not. in l. 1. C. de equestri dignit. libr. 12. & probatur in l. fin. eod. titu. de quo dic vt ibi, & per Doctor. in l. fin. C. de iuris & fact. ignor. quotuplex sit militia: dic vt not. per gloss. & Gul. in l. omnino. in §. imputari. C. de inoff. testa. & in l. Diuus. ff. de ferijs. Oppo. cum gloss. contra istum tex. qui præsupponit, quòd de quolibet capitali delicto posit committi pugna. Cuius contrarium legitur in libro Lombardorum, in l. quibuscunq;. in titul. quali. quis se de. defen. & in l. 1. C. de homine ad iudicium non mitten. vbi dicitur, quòd non debet fieri pugna nisi in casibus à iure expresis. Et respondet gloss. soluendo duobus modis, & primò, quòd aliud sit secundum istam legem, vt hîc, aliud sit de iure Lombardo, vt ibi, quo iure regulariter prohibita est pugna, nisi reperiatur expresè in aliquo casu permissa. Et est ratio, quia odio habetur, cùm sæpe multi pereunt contra iustitiam. l. recolimus. de homi. liber. ho. in Lombarda. Et odia non debemus extendere, sed potius restringere, l. cùm quidam de liberis & posthumis. Vel secundò soluit gloss. & meliùs, quòd immò iste text. concordat cum dicto iure Lombardo, quoniam hîc non dicit, quòd de qualibet capitali pœna fiat pugna. Sed dicit aliqua capitali pœna, &c. & subaudiendum, scilicet, de qua pugna fieri solet, vt dixi super text. Et probat ista gloss. hanc subauditionem & intellectum per duo exempla in Lombarda. Et primò per l. de furtis & minoribus causis, &c. in ti. quali. quis se de. defen. vbi videtur æquiparari furtum ad minores casus, quod est contra regulas iuris. Et ideò vt tollatur ista contrarietas, intelligitur de furto à solidis sex, infrà vbi non fit pugna, vbi alias ratione delicti potuisset fieri pugna, vt probatur in alia lege eiusdem tituli, quæ incipit de furto. Similiter si quis inficiatus fuerit depositum à solidis 20. infr. non fit pugna, ex hoc quia intelligitur minor causa. Secùs autem si esset à 20. solidis, sup. quia tunc censeretur maior causa, & fieret pugna, vt in l. si quis per seipsum. in eod. tit. Vnde ne dictæ leges videantur sibi inuicem contrariari, intelliguntur per subauditum vna secundũ aliam, prout in dictis legibus commẽtatores eas intelligunt. Subsequenter adducit gloss. & aliud exemplum de l. si quis alium asto animo, &c. in d. titu. vbi dicitur, quòd quis potest interpellare alium ad pugnam pro furto & pro incendio, & subiungit ibi text. vel vn-

a Militia nõ est dignitas. Adde Bart. in repe. l. pe. C. de digni. lib. 12. Fallit primò in militibus vrbis Romæ, quippe equites dicuntur non ab æquitate, quia eorum officium erat æquitatẽ & ius tueri, præcipuè orphanorũ, viduarũ & similiũ personarum. vt in l. 1. C. de equestri dignit. lib. 12. & ibi Bar. in repet. Fallit secũdò in magistro, quẽ vulgariter appellamus cõductor armorum text. est in l. per armenias. C. de offi. magistr. mili. Fallit tertiò si militia iũgitur alij dignitati, puta si doctor efficitur miles, nam tunc militia est dignitas, & dicitur habere duplicẽ dignitatẽ. ita singulariter limitat Albert. de Rosa. in l. milites. C. loca. & sequitur Martinus Lodensis in tractatu de principibus. in rubri. de milite conel. 13. Fallit quartò, si militia esset adiuncta nobilitati, puta si vnus nobilis creatur miles. & tũc militia est dignitas, secũdum Alb. in d. l. militet.

de ipsa cōpellatio agitur, &c. Qui text. ne videatur inferre, quod ex quocunq; delicto, quis possit compelli ad pugnam, ideò exponitur intelligitur, ibidem per Commentatores. Vnde ipsa compellatio agitur, scilicet, de causa de qua pugna oriatur, & nō aliàs. Ex quibus patet, quòd etiam per istum text. non sit pugna in quocunq; delicto, sed solùm in casibus in quibus est permissa pugna. Et in hoc concordat cum iure Lombardo. Sed ex eo quod subiungit iste text. quòd contra militem non potest imponi pugna, nisi per militem qui sit de genere militari, &c. limitabũtur omnia iura Lombardorum in quibus reperiretur esse cautum & statutũ in contrarium, vt dictum ius Lombardum arctetur, & intelligatur secundũ istum tex. Et per ista nunc habes expeditam totam gl. quæ videbatur in tractatu, de qua materia vide, quod no. in c. non est consuetudo. infr. de alie. feu. pa. Opp. ab extra, quòd ignobilis admittatur ad pugnam contra nobilem, vt probatur suprà in §. præced. Solue vt ibi dixi. & in §. si rusticus. supr. eod. vbi videas ad intellectum huius §. dato, quòd iste miles interpellatus, non teneatur pugnare, cùm dabit campionem æqualem, vt ibi dixi.

4 † Quæro quid si iste miles interpellatus vult renunciare huic priuilegio, & vult pugnare personaliter cum ignobili interpellante, an admittatur, & puto quod sic, arg. in l. si miles. ff. de testa. mili. Et facit regula generalis in l. si quis in conscribendo. C. de pact.

Quæro an iste tex. habeat locum, quando vasallus qui non est miles, sed ignobilis vult prouocare dominum suum ad pugnam propter feloniã cōmissam, & dic quod non. vt dixi. infr. de alie. feu. pa. in c. non est in fi. gl.

Vltimò de materia ad istum §. pertinente vide quod dixi suprà eo. in §. 1. & supr. in duobus paragraphis præcedentibus, & quod dixi infrà de ali. feu. pa. in d. §. non est consuetudo. & vide quod tangitur in l. 2. de re militari. Et de materia militum, vide in Specul. de procu. in §. 1. vers. item quod est miles. & Cy. in l. 1. C. de iur. & fa. ign. per Bal. in l. 1. in fi. C. qui bo. ce. po. & quod no. in Aut. de mand. princ. & in d. l. pen. ex quibus causis maio. & quod dixi in c. 1. supr. quo tempore miles. & sup. quis dicatur Dux, Comes vel Mar. in prin. in quæstione penult.

a Quod hodie prouincia. Ad de Card. Ale. in c. ius Quiritũ. in 1. col. vers. tanquã in diuersis prouincijs. 1. dist. & an quando fit mentio de habitantibus in certa prouincia, an cōprehendũtur habitantes cũ finibus. vide per Doct. in c. 1. in 1. col. de temp. ord. lib. 11.

SVMMARIA.

1 *Victualia pro publici status terrarum & populorum tuitione quolibet anno taxanda.*

2 *Fraudantes annonam taxatam sunt puniendi.*

Precium, an & quando possit imponi rebus alienis.

3 *Vendere si quis cogatur precium iustum ei statuetur.*

Vendere inuitus an quis possit compelli.

4 *Gubernator ciuitatis vel patriæ subditorum vtilitati studere debet.*

5 *Vendere non cogar frumentum tempore caristiæ quod mihi est necessarium.*

6 *Venditor mensuram si fraudauerit vt pacis turbator pœnam subibit.*

Artifices & mercatores an possint metam inter se ponere rebus vendendis.

§ POST NATALE. Imperator in isto §. laborat pro vtilitate communi, & vniuersali circa victualia ad hoc, vt tollat omnem causam pacis violandæ, quæ posset oriri ex penuria & caristia victualium, iuxta illud: Nescit plebs ieiunia timere. Et diuide in duas partes. Quoniam in prima parte prouisionem tradit. In secunda contra facientes punit. Secunda ibi, quicunq;.

CASVS.

Post festum natiuitatis sanctæ Mariæ, debet fieri prouisio in qualibet terra super valore victualium. Et qui cōtra dictam prouisionem fecerit, debet puniri tanquam violator pacis secundum formam hic descriptam. h. d. In tex. ibi, natale, id est, post festum natiuitatis sanctæ Mariæ, quòd celebratur die octauo Septembris. De quo habetur in c. fi. extrà de fer. & in l. omnes. C. de fer. & in Spec. de fe. in prin. & fiunt ista isto tempore, quia tunc omnia sunt collecta ex agris, quæ pertinent ad victum & vitam hominum secundum Andr. de Isern. Ibi, Comes, id est, dominus ven. Baro cuiuslibet terræ. Ibi, prouincia, dic quòd hodie prouincia a capitur pro qualibet ciuitate, vt dixi supr. eo. in §. si tres. vbi allegaui glo. singularem, quæ hoc dicit. Ibi, disponat circa vbertatem victualium. Ibi, secundum qualitatem temporis, quia cùm

cùm in vno anno sit maior fertilitas q̃ altero, debet precium augeri, & minui secundum exigentiam temporis, l. fin. in princ. ff. ad l. Iul. de annona. Ibi, annona a sic dicta, quasi quolibet anno taxetur precium. Facit l. nõ debere. ff. ad municip. Ibi, altius, id est, plus. Ibi, modum, id est, mensuram. l. fi. C. de annonis ciuilibus. lib. 11. Ibi, violator pacis, id est, status pacifici. Ibi, persoluat, scilicet, nomine pœnæ. Ibi, conuictus, quasi dicat punietur pro quolibet modio vendito cariori precio in libris 20. soluendis dicto Comiti, nomine pœnæ, quæ pœna erit ipsius Comitis, vt dixi supr. eo. in §. si quis aliquem.

1 †No. quòd pro tuitione status publici, & terrarum & populorum, debẽt quolibet anno taxari victualia, vt debito precio vendantur, vt hîc, & in l. 1. in §. cura carnis. ff. de off. præf. vrb. & ff. de administ. rerum ad ciui. perti. in l. decuriones.

2 †Not. quòd fraudantes annonam taxatam, puniri debent pro qualibet mensura in libris 20. quæ pœna posset etiam excrescere secundum qualitatẽ & enormitatem delicti. l. annonam. ff. de extraor. cri. & in l. 2. cum ibi not. & in fi. ff. ad l. Iul. de annona. Not. casum in quo precium potest poni de publico rebus alienis. Et hoc operatur fauor publicus, quia regulariter contra. vt in l. venditor. in §. 1. ff. communia prædiorum. In his enim rebus necessarijs ad quotidianum vsum, & victum potest taxari precium, de qua materia plenè per glo. & Doct. in l. fi. in §. item hi qui. ff. de mune. & hono. & in l. 1. C. de epis. aud. & ibi per Bal.

3 †Vtrum autem quis inuitus compellatur vendere, dic vt not. per glo. & Docto. in l. inuitum. C. de contrahen. emp. & in l. nec emere. C. de iure delib. & per Cy. Ray. & Bal. in d. l. 1. C. de episco. aud. & vide Io. And. in addi. Spec. super rubrica de except. rei iudi. Not. tamen vnum, quòd quando quis compellitur rẽ suam vendere, debet habere iustum precium, vt in l. animalia. C. de cursu pu. li. 12. & probatur in isto text.

4 †No. gubernatorem ciuitatis, vel prouinciæ debere sagaciter prouidere, circa vtilitatem illius loci, quem regit & gubernat cum consilio ciuium & incolarum, qui sciunt conclusiones locorum, vt hîc, & in c. sicut olim. de accus. Facit quod dixit Bald. in l. hac edictali. in §. his. C. de secund. nup.

5 †Quæro ab extra, quid si tempore caristię habeo tantum frumentũ, quod mihi sufficit pro me & familia mea, an cogar vendere? dic quod nõ, vt in Auten. de trien. & se. in §. 1. Facit quia prima charitas debet incipere à se. l. præses. C. de serui. & aqua. Mat. 13. Ne fortè vobis & nobis nõ sufficiat, ite potius ad vendentes, secundũ An. de Iser.

a Annonæ. Adde an habentes annonam tempore caristiæ possint cõpelli ad vendendum, & viliori precio si sunt nobiles. vide per Bart. in l. annona. ff. de extraor. cri. Bartol. in l. 1. C. cura carnis. ff. de off. præf. vrb. Cyn. & Bald. in l. 1. C. de episc. audi.

6 †Quæro quid si vendens non facit contra regulã in precio taxato, verùm ipse fraudat mensuram, an tunc debeat puniri tãquam turbator pacis, per istũ text. Et putarem quòd sic, cùm magis delinquat, vt probatur in d. l. annona. in fi. de extraor. cri. & probatur in isto tex. ibi carius, &c. cùm suprà dixerit altius, &c. ne videatur repetere idem per idem. De qua materia dic plenè per gl. & Docto. in l. arbitrio. in §. de eo. ff. de dolo. & in l. Imperatores. ff. de contrahend. emp. & in l. in dardanarios. ff. de pœnis. Induci solet iste tex. in argumẽtum, quòd iudex durante suo officio potest facere statutum. de quo dic per Doct. in l. 1. C. de postu. & in l. 1. ff. de ferijs. & in l. 1. ff. de decre. ab or. faci. & in l. programa. C. comi. episto. Vtrum autem artifices & mercatores possint inter se ponere metam rebus vendendis? dic quòd non. l. 1. C. de monopolijs. de quo per Inno. in c. cùm accessissent. extra de constit.

Vltimò de materia istius §. tractatur dicto titulo. ff. ad l. Iul. de annona. & in d. §. cura carnis. & in locis sup. allegatis, & quòd no. in l. 2. ff. de ferijs. & vide l. nemo. la. 2. C. de Iudæis. & d. l. fi. ff. de muner. & honor. & C. de canone frumentario vrbis Romæ, & in ti. seq. & seq. lib. 11. & in l. vna. & ibi per Bar. C. vt nemini liceat. lib. 10. & per Canonistas in c. vt mensuræ. extra de empt. & vend. Facit C. si quis. extra de fur. in ratione sui.

SVMMARIA.

1 *Rusticis arma deferre prohibetur.*
Rusticitas an excusat rusticum sagacem.
Rusticus portans arma, an incidat in duplicem pœnam, scilicet, amißionis armorũ & solidorum 20.

2 *Iura super armorum delatione quæ sint.*
Forensis an teneatur pœna statuti disponẽtis super portatione armorum.

3 *Fustes nomine armorum quando intelligantur.*

Pœna armorum an confundatur cum vulnere subsecuto.

SI QVIS RVSTICVS. Rusticus deferens arma punitur ad arbitrium iudicis, aut in amissione armorum, aut in solidis 20. pro dilatione. h.d. In text. ibi, rusticus, & est propriè ille, qui habitat in rure, tanquam agricola, vt ff. ad munic. in l. eius qui. in fi. & dixi supr. eo. in §. rusticus. de quo per Cy. in l. fin. C. de testa. Appellatur etiam villicus, *a* vt not. ff. de insti. in l. si cum villico. Item & agricultor, vt infrà de statu. & consuet. cõtra libertat. ecclesiæ. in §. agricultores. & dixi suprà de feudo guar. in §. 1. Ibi, arma, scilicet, quibus homines solent vti in bello, siue sint ad offendendum, siue sint ad defendendum, sicut sunt galeæ, boricæ, cassides, & huiusmodi, quæ hodie sunt prohibita priuatis portare, vt in Autentic. de armis in §. penult. Ista enim omnia appellatione armorum *b* continentur, vt in l. armorum. ff. de verbor. signif. Secùs autem appellatione telorum, quia non comprehenduntur nisi offendibilia, vt dixit Bart. in l. pen. in §. telorum. ff. ad l. Iuli. de vi public. Ibi, lanceam, quæ & qualis sit lancea, not. gloss. ff. de vi armat. in l. 3. in §. armis. & de hac fit mentio etiam in d. §. pen. Ibi, gladium, subaudi, talem, qui in bello solet portari. Secùs autẽ si esset gladius paruus, qui non est in vsu nocendi, sicut sunt, cultelli ad incidendum panem, *c* vel ad tẽperandum calamum seu pennas, & similibus, quoniam de talibus non est facta prohibitio, vt not. gloss. in d. §. pen. & tenet Bart. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. Vbi tamen dixit esse benè aduertendum, ne fraus committatur, vt quis dicat se portare cultellum pro pane incidendo, cùm sit ad offendẽdum, quia tunc comprehenderetur appellatione armorum. l. armatos. & l. pen. §. telorũ. in eod. tit. Et in hoc puto bonum iudicem debere hoc arbitrari, consideratis circumstantijs, per tex. inf. ti. proxi. in §. 1. ibi accipiat. Et sic est hic text. quòd ista cõdemnatio pecuniaria sit, Comitis, & non fisci Imperatoris, vt dixi suprà eo. in §. si quis aliquem.

a *Appellatur etiam villicus. Adde c. qualiter & quãdo de accus.*

b *Appellatione armorũ. Adde glo. in Cle. ne in agro. in §. quia verò. de stat. mon. Bart. cons. incip. statuto castri plebis.*

c *Cultelli ad incidẽdum panem. Adde Bal. in c. clerici. vers. sed nunquid gladij. de vit. & hon. cler.*

d *Portatio armorum. Adde an tales puniuntur. vide per Barba. cons. 60. inci. à Ioue principium. in 6. colum. in 3. vol.*

1 † Not. quòd rusticis est interdicta portatio armorum, *d* quemadmodum enim non audent optare pecuniam. l. domini prædiorum. C. de agri. & cens. ita nec arma, vt hîc. Et hoc voluit gloss. hîc posita in sui prin. Quod tamen hîc dicitur de rustico, extendas etiam ad alium non rusticum, cùm indistinctè hodie nullus prorsus possit arma portare. l. 1. C. vt armorum vsus. lib. 11. Sed ideò de rusticis specialiter fecit mentionem, quia ibi hoc magis frequentare soliti sunt. ar. l. nam ad ea. ff. de legi. De materia autem rusticorum traditur in l. 1. C. de iu. & fact. ign. & in Autent. nullum creden. agr. Multa tamen priuilegia habent, prout tangitur infr. de statu. contra liber. eccl. in §. agricultores. & in d. l. fi. de testa. Vtrum autẽ possint infeudare, dixi supr. de his qui feu. da. po. in prin. Sed an possint emere dignitates, dixi de lege Cora. in §. ex eadem. Vtrum autem, quando rusticitas excusat aliquem habeat locum in rustico sagace, dic vt no. glo. in l. athletę. in §. fin. ff. de excu. tuto. De qua materia dic vt not. per glo. & Doct. in l. si quis id quod. in §. doli. ff. de iur. omn. iud. & per Cyn. C. de interdict. ma. inter tut. & pupillam. l. 1. & ibi per Bald. & per Canon. extra de rescript. in c. super literis. Quæro cum glo. in versi. & intelligas, an iste rusticus portans arma incidat solùm in hanc pœnam alternatiuè, vt sonat litera, an verò iudex possit ipsum punire in vtroque, videlicet, in amissione armorum, & in pœna solidorum 20. Et respondet glos. quòd alternatiuè, aut in amissione armorũ, aut in solidis 20. Et circa hoc iudex debet considerare, an iste sit rusticus, qui est ascriptus glebæ, qui non debet pecuniam, vt in d. l. domini prædiorum, & tũc debet sibi auferre arma. Aut est talis rusticus, qui habet pecuniã, & tũc debet sibi auferre solidos 20. licet quidam voluerint, quòd etiam isto casu debeat etiam auferre arma. Et hoc voluit gl. vsque ad finem. Tu tene primam, quia penè sunt potius moliẽdæ, quàm exasperandæ. l. interpretatione. ff. de pœnis. Et quia iste tex. loquitur alternatiuè, vnde sufficit, quod altera disiunctiuarum adimpleatur. l. hęc verba, ille aut ille. ff. de verb. sig. secundũ Doct. Et intellige, quòd electio sit ipsius iudicis,

dicis, vt probatur in isto textu, qui dixit iudex accipiat, qui arbitrabitur, prout sibi melius videbitur secundum mentem gloss. Secùs autem esset electio ipsius rustici. l. quicunque. C. de seruis fugit. & in l. plerunque. ff. de iure do. secundum And. de Iser.

Oppo. ab extra pro intellectu materiæ, quòd immò liceat portare arma, dum homo est in itinere, vt est casus in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi public.

2 † Et pro huius contrarij solutione est aduertendum, quòd in hac materia portationis armorum est reperire quatuor iura, quæ diuerso tempore emanauerunt. Licet Bartol. non faciat mētionem nisi de tribus. Primum fuit Digestorum, de quo in contrario. Et hoc iure statutum est, quòd si aliquis vult portare arma extra ciuitatem eundo per itinera, & tunc poterat, vt in d. l. 1. Aut vult portare per ciuitatem, vel in aliquo loco, vbi fit adunatio gentium, vel vbi fit forū iudicij. & tunc nō potest, vt in l. 3. in §. 1. & in l. qui dolo. in §. 1. in eo. tit.

Et prædicta procedunt dicit Bartol. in armis probabilibus, sed in armis defendibilibus, dicit ipse non reperiri dicto iure esse prohibita, quia etiam offendibilia possunt portari, si expedit. l. penult. in §. fin. eod. titu. Secundum est ius Codicis, quo indistinctè prohibita est portatio, nisi de Principis licentia, vt in d. l. 1. C. vt armorum vsus, &c. Tertium est ius Autenticorum, quo etiam plus disponitur, videlicet, vt non liceat etiam portare arma defendibilia, vt in d. §. penult. in Aut. de armis. Quartum est ius nouissimum, de quo loquitur iste textus, & infr. in §. sequenti. Et hoc iure statutum est, quòd itinerantibus liceat portare arma debito modo ad se defendēdum à prædonibus, non autem ad nocendum alijs. Et sic in itinerantibus concordat istud ius cum iure Digestorum, de quo in d. l. 1. Et ita hodie obseruatur in quibuscunque, vt statim dicam in §. sequenti. Quicquid dicat glo. in l. fin. C. de præpo sa. cu. libr. 12. Quæ gloss. ibi reprobatur in eo quod capit cingulum pro ense, sed capitur cingulum pro aliquo titulo dignitatis, vt ibi not. secundum aliam lecturam, quę vera est secundum quod ibi sentiunt Doctor. Vtrum autem forensis teneatur pœna statuti disponētis super portatione armorum, dic vt in specul. de constit. versic. pe. & ibi Ioan. Andr. & quod habetur in c. vt animarum. extra de constit. in 6. & dixi. infr. eo. in §. ad palatium.

3 † Quæro ab extra, an appellatione armorum in isto §. comprehendantur etiam fustes adeò, quòd rusticus sit prohibitus portare, & dixit Andr. de Isern. quòd non comprehenduntur, quantum ad istum tractatum, licet aliàs regulariter comprehendantur, vt in l. 3. in §. armis. ff. de vi & vi arma. Sed mihi videretur, quòd deberent comprehendi, si sunt apti ad nocendum, per text. in l. armatos. & in l. pe. in fin. ff. ad l. Iul. de publ. & per dictum text. in §. armis. Item quia etiam mediantibus fustibus violatur pax, vt supr. eod. in §. si quis aliquem. Vnde in hoc putarem iudicem arbitraturū ex qualitate fustium. Si enim esset vna mazia ferrata, vel aliud lignum corneum magistraliter fabricatum, non minus aptum ad nocendum, quàm vna daga seu sicha, quare non deberet puniri cùm eadem seu maior subsit ratio. Præterea si prohibitum est portare arma defendibilia, vt suprà dictum est, quare non magis ista, ad hoc adduco gloss. quæ hoc tenet 23. q. fin. in c. clerici. Vnde relinquerem omnia ista arbitrio, & discretioni boni iudicis: vt dixi super text.

Et intellige semper, quando non sunt itinerantes, quia in illis, dic vt suprà dixi. De qua materia per Bart. in l. pen. in §. telorum. ff. de publ. & quod not. in Autent. de armis. col. 6. Quæro an pœna armorum confundatur cum vulnere subsequuto, dic plenè per Bal. in l. aduersus. in fi. C. de fur. & per Iac. de Bel. in Aut. de armis. & per Doct. in l. qui de crimine. C. de accus.

Vltimò ad hanc materiam armorū, vide per can. in c. 2. extra de vita & hoc. cle. & 23. q. fi. in c. quicunq; ex clero. & extra de cler. percussore. in c. continētiam. in Aut. de mand. prin. in §. pe. In Spe. de const. vers. pe. Et in locis quos supr. allegaui ad materiam. & infr. in §. seq. & in §. ad palatium. & per Iac. Arc. in Sum. in tit. de pace ten. & compon. in princ.

SVMMARIA.

1 *Mercatoribus arma deferre permittitur.*
Appellatione mercatoris quis contineatur.
Viator an possit portare arma.
2 *Defendenti se multa conceduntur, quæ offendere volenti vetantur.*
3 *Arma portans quo animo deferat qualiter cognoscetur.*

MERCATOR NE. Mercatores itinerantes causa mercantandi, portare possunt ensem, dummodo non cinctum, sed alligatum sellæ, si est equester, vel vehiculo, si est in curru. hoc dicit. In text. ibi, mercator, subaudi, idem in alio nõ mercatore itinerante, vt statim dicam. Et dicitur mercator à merce, vt in l. mercis. la. 2. ff. de verbor. signifi. Quis autem contineatur appellatione mercatoris, vide in l. legatis seruis. in princip. ff. de legat. 2. Est enim mercantia à iure permissa in mercimonijs licitis & honestis, vt in c. per vestras, de do. inter virum & vxorem. Ibi, negotiandi, id est, mercantandi. Nam negotiari propriè spectat ad mercatorem, vt in l. 1. in §. 1. ff. de tribu. Ibi, gladium, subaudi seu ensem secundum Andr. de Isern. Ibi, sese alliget, subaudi, si equitat cum equo, vel quolibet alio animali vt Mulo, Camelo vel Asino, arg. in l. ædiles. la. 2. in §. iumentorum. cum se. & sequ. ff. de ædil. edict. & in l. 2. in fin. ff. ad l. Aquil. & sufficiet ligare etiam ad bardam, si non habet sellam, quia eadem est ratio, & probatur statim, dum dicit de vehiculo, secundum Andr. de Isern. arg. in l. cum de lanionis. in §. asinam. ff. de fund. instru. &c. Ibi, vehiculum, subaudi, si vadit cum curru. Ibi, non, vt quem dic, id est, non eo animo vt quẽ, &c. secundum gloss. & benè. Ibi, à prędone, qui etiam alibi appellatur crassator, id est, nitens ad malum: vt ff. de pe. in l. capitalium. in §. crassatores.

1 † Not. mercatoribus licere portare arma, dummodo debitè ea deferant, vt hic. Quid autem in non mercatore itinerante, qui per loca periculosa incedere habet, an possit arma deferre secundum intentionem huius literæ, & dicunt Doctor. Iacob. de Beluis. And. de Isern. & Nicol. de Neapol. quòd sic, quia eadem potest cadere ratio, quæ in mercatoribus, vt in l. illud. ff. ad l. Aquiliam, neque iste textus dicit contrarium. Vnde succedit. l. 1. ad l. Iul. de vi public. quæ indistinctè loquitur, & quæ secundum prædictum Andr. de Isern. non est correcta, cùm expressè, neq; per hanc legem, neq; per l. 1. C. vt vsus armorum videatur abrogata, vnde stare debet l. præcipimus, C. de appellat. & in Autent. quibus modis natur. effic. sui. in §. tribus. Vel possumus dicere quòd quanquam. d. l. 1. ad leg. Iul. de vi publi. esset correcta, per d. l. vnam. C. vt vsus armorum, &c. quæ indistinctè loquitur, tamen Imperator iste per hanc legem reuertitur ad vigorem dictæ l. 1. Ex quibus concludo secundum Nicol. de Neap. hîc esse text. expressum, quòd viator potest portare arma, quicquid dicat gloss. in l. fin. C. de præpo. sacri cubiculi, lib. 12. quia eã reprobaui prout latè dixi sup. in §. proximo, & dicatis vt ibi.

2 † Nota. quòd multa conceduntur ad sui defensionem, quæ non concederentur ad alterius offensionem, vt hîc, in fin. & in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. & in l. 1. C. vnde vi. & dixi sup. eo. in §. si quis hominem.

3 † Quæro cum gloss. in vers. ecce. de intellectu literæ iuxta finem, qualiter cognoscetur, quòd quis portet arma causa se defendendi, & non vt aliũ lædat? Et respondet Glossator fingens se loqui cum Imperatore conditore huius legis, & dicit, domine Imperator ex hac tua lege potes manifestè videre, & colligere, quòd eo ipso quòd quis portat arma, videtur habere animum maleuolum, & hoc vult ista glos. Et hanc conclusionem huius gloss. firmat Bald. post fi. sui operis in conclusionibus. Sed aduerte ne erres, quòd ista conclusio huius glo. habet locum, & intelligenda est quando non appareret, quòd deferens haberet causam, vel licentiam deferendi, sicut fuit in casu nostro, vbi Imperator dat licentiam itinerantibus, quo casu non præsumitur contra eos, immò pro eis. Et ideò, si quis vellet dicere contrarium, quòd dolosè portarent, deberet istum dolum, & malum animũ probare l. quotiens. in §. qui dolo. ff. de prob. secundum And. de Isern. licet non ita exquisitè declarauerit hanc glo. quæ aliàs de facili faceret te fantasticare.

Vltimò de pertinentibus ad materiam

teriam præsentem, vide plenè quod dixi sup. in §. præced. & in remissionibus quas ibi adduxi.

Si autem velles plenè informari de quibuscunque contractibus mercatorum, & de eorum libris & scripturis, & de literis cambij, & qui propriè intelligantur mercatores, & de omnibus alijs pertinentibus ad dictam materiam, vide plenè per Bald. super rubrica. C. de constit. pecu. & in l. penultima, in eod. titul. & super rubrica. & in l. 1. C. pro socio. & in l. 1. de confessis.

SVMMARIA.

1 *Venatio in agris ad animalia periculosa permissa est, ad cætera autem prohibita.*
Venari cum armis an licitum sit.
2 *Fera ab vno vulnerata, ab alio capta, ad quem pertineat.*
3 *Quod in laqueum alienum incidit, non est meum.*
Bestia fera quæ porcum meum rapuit, insecta & capta per alium, cuius erit porcus?

§ NEMO RETIA SVA. Iste textus videtur prima fronte continere in se extraneam decisionem, & ideò intelligitur varijs modis. Primò enim quidam ipsum intelligunt, vt loquatur solùm in possessionibus Imperatoris. In quibus prohibet venari, nisi secundum formam hîc traditam. Et hanc lecturam probant per l. 2. cum ibi nota. C. de noxalibus. vbi similia statuta possunt fieri, cùm de re sua quilibet possit pro libito disponere. l. in re mandata. C. mandati. Ista lectura non est bona, quia decisio non esset generalis, sed localis, cuius contrarium dictum est in principio huius legis, & quia diuinat. Alij intelligunt, quòd iste textus prohibeat solum venationes istas fieri in strata publica, qua publicè intersit. Et hanc lecturam probant, per l. hi enim. cum l. sequen. ff. de ædil. edict. Sed hæc lectura non est bona, per l. qui foueas. ff. ad l. Aquiliam. & etiam continet diuinationem. Item esset maior ratio. Alij intelligunt, quòd Imperator hîc statuat in priuilegium multum & nobilium, qui cum canibus & auibus venantur, vt habeant tale solatium, vt alij rustici inferiores non possunt venari, nisi ad Apros, Vrsos & Lupos. Ista lectura quanquam in se posit habere rationē, vt multotiens videmus fieri statuta, vt Qualeæ & Perdices non possunt capi cum retibus, ne impediatur paissa nobilium, prout est hîc Paduæ. Tamen diuinat, nec congruit literæ, quæ dixit nemo, &c. Præterea neutra istarum lecturarum congruit titulo nostro. Et ideò ego considerabam, quòd iste textus habeat alium intellectum, pro cuius notitia scias, & pro euidentia, quòd in agro alterius non possum aucupari, vel venari inuitò domino agri. l. Diuus. cum ibi notat. ff. de seruitut. rustico. prædior. & potest dominus agri prohibere me, ne ingrediar agrum suum etiam animo aucupandi. l. 3. ff. de acquirend. rerum dominio. & si ego ingredior suum fundum eo inuito animo aucupandi vel venandi, infero sibi iniuriam. Vnde teneor sibi actione iniuriarum, in fine. ff. de iniurijs. Hoc præsuppolito inferas modo ad intellectum textus nostri, quòd quia multotiens ex istis talibus venationibus oriebantur rixæ & iniuriæ, ex quibus de facili potuisset perueniri ad violationem huius pacis, de qua loquitur iste titulus. Idcirco, Imperator hîc prouidet expressè mandando, vt nemo in alienis agris posit venari inuitis dominis, nisi ad Apros, Vrsos & Lupos, quæ si ve it inferre, quòd si aliquis contrafaceret, debeat puniri tanquam violator, & turbator pacis pro tali excessu, vt supra in §. si quis aliquem. & in superioribus. Et secundum hunc intellectum hoc intendit in summa.

Nemo venetur in alieno agro, nisi ad Apros, Vrsos & Lupos, hoc dicit. Vel fortè, & non malè potest habere alium intellectum, videlicet quia cum suprà proximè induxerit prohibitionem armorum. Et quia in venando, vt plurimum portans arma dubitabatur, an licitū sit venari cum armis? Et dicit ꝙ non nisi ad ista animalia periculosa. Et quanquam dicat de laqueo vel rete, Intelligas tamen quòd in prædictis venationibus sint necessaria arma. Et videtur sentire, licet non apertè, Iacob. Ardizo. in Summa, in titul. de pace tenenda.

nenda. In tex. ibi, instrumenta, de quibus instrumentis habetur in l. quæsitum. in §. si in agro. in §. sequ. ff. de fun. instrumen. & instrument. legat. & in l. qui foueas. cum l. sequen. ad legem Aquiliam.

De instrumentis, etiam retiarum, habetur in l. quemad. in §. idemq;. ff. ad l. Aquil.

De instrumento laquei habetur, in d. l. in princip. & in l. laqueum. ff. de acquiren. rerum domin. Ibi, venationes, id est, bestias, quæ venationibus capiuntur. Nam ponit continens, pro contento, prout in simili fit in Proœmio Institutio. in princip. & facit text. in d. §. si in agro.

1 † Not. quòd propter pacem conseruandam, prohibita est venatio in agris alienis, præterquàm ad animalia periculosa, quæ damnum inferre possunt, quæ pro purganda prouincia venari licet, & ista potuit esse ratio huius literæ. & probatur in l. hic enim. cum l. sequen. & sequen. ff. de ædil. edict. vbi ista animalia nominantur, & alia his similia, sicut sunt Pantheræ, Leones, & huiusmodi quæ secundum diuersitatem regionum nascuntur. Et in his etiam haberet locum iste text. cùm sit eadem ratio. Et hoc modo intelligendo istum textum, erit hic casus notabilis, & benè, & eleganter faciens ad titulum nostrum. Et pro isto intellectu adduco in simili authoritatem Goffred. in Summ. extra de cleric. venatore, vbi concludit huiusmodi feras damnificantes patriam, posse venari ex speciali iure, vbi circa alias non liceret. Facit capit. quod non est licitum. extra de regulis iuris. Hoc idem firmatur in directoria iuris in dicto titulo.

2 † Quæro ab extra circa materiam venationis, quid si venando vulneraui feram bestiam, & eam alter capiat. vel pone quod moriatur in fundo alterius, cuius debeat esse, dic de hac quæstione vt habetur Institut. de rerum diuisio. in §. illud quæsitum. in l. 5. in §. 1. ff. de acquirend. rerum domin. Quæro quid si in laqueum tuum bestia fera incidit, & ego inde abstuli, cuius debet esse fera, dic de hac quæstione vt in l. in laqueum. ff. de acquirend. rerum domin. & ibi videas de similibus quæstionibus. Quæro, quid si lupus cœpit porcum meum, vel pecudem, & vi asportabat: Tu verò cum canibus tuis insequutus es lupum, & rehabuisti porcum seu pecudem, cuius erit dictus porcus seu pecus? & de hac quæstione dic, vt in l. Pomp. ff. de acquir. rerum dom.

Vltimò de pertinentibus ad materiam venationis si videre cupis, & informari etiam quotuplex sit venatio, vide quod not. in c. 1. extra de cleric. venat. & per Doctor. in c. 2. & in Decretal. 86. distinct. in c. qui venationibus. & in c. sequen. in Clementin. in agro. & in §. porrò. de statu regula. vide per nostros Doctores in locis suprà allegatis. & instit. de rerum diuisio. in §. ferè. & ff. de vsufruct. in l. item si. in §. aucupiorum. de vsuris. in l. venationem. per Bartol. in l. 3. ff. de acquirend. rerum domi. & vide in l. 1. cum ibi notat. C. de venat. ferarum. libr. 11. & per Ioan. in Summa sua sub rubrica de venatione.

a *Palatijs principum. Adde an arma principum sepeliantur cũ principibus. vide per Bald. in c. ad hæc. in fin. de author. & vsu pallij.*

SVMMARIA.

1 *Arma quare in palatijs principum dominorum vel communitatum portari vetentur.*

2 *Carontes seipsum interfecit, quod ense cinctus ad locum concilij accesserit.*

§ AD PALATIVM. Miles seu vasalli accedentes ad curtem domini, non debent portare arma, nisi cum licentia domini. hoc dicit. In tex. ibi, ad palatium, subaudi, nec alibi, vt dixi supr. eod. in §. si quis rusticus. Verùm de curte & palatio domini voluit facere specialem mentionem, tanquam de loco magis priuilegiato, argu. in l. item apud. in §. hoc edictum. ff. de iniurijs. Item quia palatia Principum, appellantur sacra, vt C. de priuil. eo. qui in sacr. palatio militant. libr. 12. Ibi, nullus miles, subaudi, neque alter non miles: vt dixi in d. §. si quis rusticus.

1 † Nota, quòd in palatijs principum, a dominorum, vel etiam communitatum, non licet portare arma, Et est ratio, vt tollatur omnis occasio, vbi de iustitia & quies Reipublicæ gubernatur, possit mediantibus

tibus armis disturbari.† & ideò Valerius Maximus in c. de iustitia. in fi. posuit exẽplum de Caronte, qui veniens de villa
2 cinctus ense, prout erat, accessit ad palatiũ, vt esset in concilio, quod tunc fiebat, admonitusq; quòd fecisset contra legẽ, qua cauebatur, quòd quicunq; ingrediẽs dictum locum cum armis, statim interficeretur, qui protinus ense, quem cinctũ habebat euaginato seipsum interfecit: cũ tamen sibi licuisset culpam, vel dissimulare, vel errore defendere pœnam: tamẽ representare maluit, ne qua fraus iustitię fieret. Quid autem si ex forma statuti aliquid disponeretur, circa portationẽ armorum, an forẽsis ligabitur statuto? dic & vide plenè per Doct. in l. 1. C. de summa tri. & fide cath. & Bar. ff. de publ. in l. interdum. in §. licet. & per Canonistas. 8. dist. quæ contra. & in c. fi. extra de const. Et hæc quæstio ad literam formatur in Spe. de consti. ver. pe. & ibi Ioan. And. & tetigi suprà eod. in §. si quis rusticus. in prima opinione.

Opp. ab extra de superfluitate huius §. cùm sufficere debuisset, generalẽ prohibitionem armorum esse factam, vt patet in d. §. si quis rusticus. Solue prout dixi super text. Vel possumus intelligere istum text. quod loquatur de fabricensibus, qui arma faciunt, qui aliàs fabricenij dicuntur, de quibus in Auth. de armis. fit mentio, qui tales fabricenij sunt prohibiti conducere arma ad palatium, & ideò notanter dixit iste tex. ducere, & non dixit portare. Et per istum modum non esset superflua ista litera, sed poneret casum nouum.

Vltimò de materia armorum, vide plenè prout dixi in d. §. si quis rusticus. & in remissionibus quas ibi dedi.

SVMMARIA.

1 *Latro publicus lege antiqua suspendendus in furcis.*
2 *Malefactor si per testes apertè conuincatur eius confessio non requiretur.*
3 *Malefactor famosus absoluetur nisi per testes de crimine conuincatur, vel tortus fateatur.*
Fur manifestus quis. Remissiuè.
Latro publicus quis? Remissiuè.

1 PVBLICI LATRONES. †Publici latrones furcis suspendantur, secundum formam legis antiquæ. h. d. Et ratio dubitandi fuit, quia videbatur, quòd deberent puniri tanquam violatores pacis, per hanc constitutionẽ, quæ videbatur comprehendere omnes. Sed Imperator hîc determinat, hoc non obstante, & vult quòd puniatur lege antiqua, ne videatur alleuiata, & mitigata eorum pœna ex violatione pacis, quę potius deberet augeri. Et hoc modo habes qualiter faciat ad titulũ. In tex. Ibi publici latrones. Alibi appellantur famosi latrones, vt ff. de pœnis. in l. capitaliũ. in §. famosos. Alibi appellãtur insignes. vt ff. de ap. in l. cõstitutiones. Alibi appellantur Isauri. l. prouinciarum. C. de ferijs. & dicũtur isauri quasi sint perfidiores alijs. vt not. in l. fin. C. ad l. Iul. de vi. Isti enim tales publici latrones sunt illi, qui violenter cum armis consueuerunt aggredi stratas & itinera publica, vel in domo, quos vulgariter assassinos nominamus, a vt probatur in Authent. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. Ibi conuicti, scilicet, testibus, & idem subaudi si essent confessi. l. qui sententiã. C. de pœnis. Ibi sententia, quæ est furca suspẽdantur in eo loco, vbi delictum fuit commissum, vt in d. §. famosos.

a Vulgariter assassinos nominamus. Ad de quis dicatur assassinus: vide per Bal. consil. 82. inc. Betonus in 3. volum.

2 †Nota hîc esse casum, quòd sufficiat malefactorem esse testibus cõuictum, & separatum, dato, quòd non propria voce confiteatur. Et sic potest inferri, quod non est necesse, quòd malefactor ponatur ad torturam pro confessione sua eruenda, si plenè & apertè probatum est per testes de delicto. l. Diuus. ff. de quæstionibus. Vnde alterum istorum sufficit, vel quòd sit conuictus vel confessus. l. qui sententiam. C. de pœnis. & not. in l. fin. C. de liber. causa. Licet quidam iudices, non obstante probatione, practicent contrarium volendo etiam confessionem malefactoris, quod superuacuum est, quia non debet reuocari in dubium illud, quod est certum, dummodo probationes sint apertissimæ, iuxta l. sciant cuncti. C. de probat. Fateor tamen, quòd propter appellationem tollendam, requiratur vtrumque, scilicet, quòd sit cõuictus & confessus. l. 2. C. quorum appellatio. non reci. & dicatis, vt ibi, & in dicta l. qui sententiam.

3 †Quærò ab extra, quid si per testes probatur, quòd iste est famosus, sed non probatur de crimine, neque etiam ipse tortus confitetur, & respondet Andr. de Iser. quod debet absolui, ar. in l. absente. ff. de

ff. de pœnis. Quid autem operetur fama probata, ponit Bart. in l. de minore. in §. tormenta. ff. de quæstionibus. & per Doctor. in l. ea qui debet. ff. de accu.

Vltimò de materia huius §. vide per Doct. & Bart. in d. §. famosos. & in Aut. vt nulli iudi. in §. penult. in d. Auth. sed nouo iure. & quod habetur. infr. eo. in §. si quis quinque. & infr. de pace iura. fir. in §. iniuria. & Bal. in l. 3. C. de Epi. audi. & Ioan. Andr. in Spec. de fur. super Rubr. & per Canon. 23. q. 3. si quis fortitudinem. & in c. pro humani. de homi. lib. 6. Quis autem dicatur fur manifestus, vide no. per glo. & Bart. in l. siue manifestus. ff. de condi. fur. & Cyn. in l. falsus. C. de fur. & Bart. in l. 3. ff. de fur. Quis verò dicatur publicus latro? & quis publicus fur? dic per Bart. in d. Authen. sed nouo iure. De raptore autem vide in l. si vendidero. in §. cum raptor. ff. de fur. & extra de rapto. per totum. & ibi per Summistas.

SVMMARIA.

1 *Vassallus re feudali malè vtens illam perdet.*
2 *Dominus vasallum de potestate absoluta feudo non priuabit.*

§ QVICVNQVE. Iste §. legitur varijs modis secundũ quod variatur intellectus in verbo aduocatiam, & in verbo beneficiũ, & in verbo inornatè tractauerit, posita in isto tex. Quoniam quidam vt Bald. & Nicol. de Neapol. intelligunt aduocatiam. i. præbendam, seu feudum, quod datur aduocatis, qui aduocati si inornatè tractauerint. i. destruxerint vel neglexerint, &c. Alij vt Andr. de Isern. intelligunt quod aduocatia capiatur hîc solùm pro officio aduocati, sine aliquo feudo. Et similiter alia verba, quæ sequũtur, vel aliud quodlibet beneficium, &c. intelligantur similiter de aliquo alio officio simili: vt quia fortè sit officium iudicaturæ, &c. Quæ quidem officia isti inornatè tractabant, vt quia aduocatus faciebat contra regulas traditas in l. quisquis. C. de postulando. Vel si erat Iudex, faciebat contra regulas traditas in tit. de sent. ex periculo reci. & in tit. seq. Tertij legunt, quòd dominus concesit feudum aduocato, vt præstaret sibi patrocinium & aduocationem in causis suis, vel aliud beneficiũ, puta procurationem, &c. si talis sit insolens, vt inornatè tractet tale officium exuetur prædictis. Et licet quælibet lectura procedere posit, & notabilis sit, tum quia quælibet earum violat in aliquo literam nostram, Ideò ego intelligerem, & quarto modo, vt istud verbum aduocatiam capiatur propriè pro officio aduocationis, vt quia fortè erat aduocatus fisci, seu cameræ alicuius Principis, vel domini, pro qua aduocatia erat assignatum certum feudum, quod appellabatur feudum aduocatiæ: Alia autẽ verba, quæ sequuntur, vel aliud quodlibet beneficium, &c. Intellige similiter, quod erat aliquod aliud feudum, quod erat deputatum pro aliquo alio officio, videlicet, procuratia, vel notaria, vel iudicatura, &c. Et hoc modo intelligendo omnia verba stant propriè. Et in summa hoc intendit.

Malè tractans officium suum, si monitus non se emendauerit, priuari debet dicto officio & beneficio. Et si post dictã priuationem, propria authoritate se in eo intromittat, puniri debet tanquam violator. h. d. In tex. ibi, aduocatiam, vt quia erat aduocatus fisci, vt patet in ti. C. de aduoc. fisci. & huic tali aduocationi, erat annexum feudum, vt in l. 1. C. de anno. ciui. li. 1. Ibi beneficium. i. officium. Puta quia habebat officiũ alicuius procurationis, vel iudicaturæ vel notariæ, cui similiter erat annexum beneficium aliquod, id est, feudũ aliquod. Pluribus enim modis capitur beneficium, vt dixi supr. in præambulis. & supr. in qui. cau. feudum amit. in fi. Ibi inornatè tractauerit, declara & expone, vt supr. dixi secundum varias lectu. vel declara secundum formam l. penultimæ. C. de aduoc. fisci. Ibi admonitus. i. charitatiuè correctus, vt amplius talia non agat, vt in c. licet hely. extra de simonia. De qua admonitione, an & quando habeat locum, dic vt ibi, & in l. debitores. C. de pigno. & per Innoc. in c. extirpandę, extra de præben. Ibi non resipuerit. i. non se emendauerit. Ibi insolentia, Simile habetur in c. nouit. extra de iudi. Ibi exutus. i. spoliatus. Et ex hoc patet quia in aduocatia inerat beneficium, & sic facit pro lectura quam posui. Ibi, ausu temerario. i. propria authoritate, prout habetur in simili in l. extat. ff. quod met. causa. Ibi habeatur. Subaudi & punietur, vt supr. eo. in §. si quis aliquem. vers. Si verò temerarius, vel arbitrio iudicis, si pœna non reperiretur determinata, vt in l. sanctio legum. ff. de pœ. secundum Andr. de Isern. No. quòd si vasallus non legitimè exequatur id pro quo datum est feudum, priuatur eo feu.

&

& dignitate feudali. vt hic, & suprà. quæ fuit prima causa benefic. amitten. in §. sed nec est alia. & per Inn. in c. Apostolicę. de re iudi.

1 †No. secundum lec. Bal. quod ille qui malè vtitur feu. deteriorando rem feudalem, perdere debet illam. Facit. C. de sacrosan. eccle. Autē. qui rem homini. & C. loca. l. eden. Ex qua lect. ipse infert, quod si habens castrum in feud. malè tractat homines dicti castri subditos suos, quod dominus potest eum admonere: vt eos debito modo tractet. Aliàs curia domini posset sibi auferre eius castrum, quod est no. dignū. Et est ratio, quia malè vtitur substantia domini. argu. ff. sol. ma. in l. si cum dotem. in §. si verò. & ff. ad Treb. in l. Imperator. & extra de accusa. in c. fi. Et quia debet eos benè tractare. Ad quod facit, q̊d dixi supr. eod. in §. si iudex. Et si dominus nō benè versatur in Vasallos, possunt adire maiorem potestatem, vt dixi suprà de milit. Vasall. in fin. Et ex prædictis potest colligi, qualiter facit ad titu. ista prouisio, vt tollatur omnis occasio, ne populi violent pacem, videntes se malè tractare. Facit quod habetur infr. eo. in §. si ministrales. & vide quod notabi. dixit Spec. in ti. de feu. §. quoniam. versi. fi.

2 †No. quod dominus non potest priuare Vasal. feu. de absoluta potentia, sed req̃ritur ordo iudiciarius & sententia, vt not. gl. inf. de prohi. feu. alie. per Fe. in §. callidis. & q̊d dixi suprà de mili. Vasal. qui contum. est. in c. 1. & supr. de feu. sine cul. non amit. in c. 1. Facit ad hanc materiam, quod no. in l. si vsufru. nomine. ff. vsufru. quemadmod. ca. & per Bal. in l. 1. ff. de rerum diui. in q. 21.

Vltimò ad materiam huius §. vide, q̊d dixi supr. in §. si quis aliquem. & supr. quæ fuit prima causa bene. amit. in d. §. sed nec alia. & vide. ff. loca. in l. qui opas. in §. aduocati, & q; dixi supr. de feu. Guar. in prin. in remissionib⁹ ibi adductis, & per Canonist. in c. quia clerici. & in c. præterea. extra de iurepa. & in Spec. de aduoca. in §. 1. in ver. quid si aduocatus.

SVMMARIA.

1 *Furtum modicū quandoq; grauiter puniēdū.*
Fures & latrones cuiuscunq; generis qualiter hodie puniantur.
Fur in foro pœnitentiali, an possit puniri in aliquo alio, quàm ad restitutionem rei.
Auxilium præstans in committendo furto, an & qualiter puniatur.
2 *Furans ei cum quo pacem fecit an dicatur illam violare.*

§ SI QVIS QVINQVE. Pro furto valoris quinq; solidorum, vel vltra quis suspenditur, pro furto verò infra dictam summā, verberatur & tondetur. hoc dicit. In text. ibi, quinq; solidos, dic, id est, quinq; aureos secundum Pet. de Cer. quoniam solidus legalis idem importat, quod aureus. & 72. faciunt vnā libram auri. vt no. glo. in fi. ff. de in ius vocan. Vel intelligas simpliciter de quinque solidis, vt litera sonat iuxta vulgare de quinq; solidis, qui tunc in curia huius Imperatoris currebant, qui quinq; solidi valebant, de moneta Veronensi solidis 30. ꝓut refert Iacob. Ardi. in Summa in eodem titul. de pace tenenda. sub rubricella, vbi quis verberatur. Et istum intellectum puto veriorem. arg. suprà eo. in §. si quis rusti. vbi æquiparat arma, quæ sunt prohibita portare, sicut est ensis ad solidos 20. Vnde non est verisimile, quod ibi intellexerit de aureis, quia tunc æquiparatio esset nimis exorbitans, & aduerte, quia habita relatione monetæ Veronensis ad nostram. Isti solidi quinq;, de quibus in isto text. essent solidi 40. de nostris. Ibi valens. Aduerte tu, quia ista litera dicit de furto commisso in re valente solidis quinq;, non autem dicit de furto facto in pecunia, & ideò quidam noluerunt extendere istum textum, nisi solùm in furto commisso in re aliqua, prout loquitur, non autem in pecunia. argumen. l. interpellatione. ff. de pœnis. Sed tu intelligas vtroque modo, quia non est aliquod dubium, quod si quis est furatus quinq; solidos in pecunia, quod videatur etiam furari rem valentem quinque solidos, neq; isto casu est necesse facere aliam extimationem, cùm de se pateat. vt ff. de lega. 3. & in l. ille. in §. 1. Quoniam appellatione pecuniæ, [a] omnes significantur & per pecuniam extimantur. l. 2. C. de consti. pecu. Vnde Imperator nō posuit exemplum de pecunia, quia semper eius valor est certus. Sed posuit exemplū de re, tanquam de eo casu, super quo magis dubitari posset. argum. in l. propric. ff. de ver. signi. secundum Andr. de Iser. Ibi, laqueo suspendatur. alibi dicitur furcis figatur. in l. capitalium. in §. famosos. ff. de pe. alibi dicitur lex furca suspendatur. l. sacrilegij. ff. ad leg. Iuliā. peculatus. & ff. de pœnis. in l. si quis aliquid. in §. 1. Alibi dicit furca tolluntur. dicta l. si quis aliquid. in §. 1. Alibi dicit furca damnatur. vt. ff. de re milita. in l. 3. in §. is qui. Ex prędictis

[a] Appellatiōe pecuniæ. Ad. de l. litigatores. in §. 1. & ibi Doct. ff. de arbi. Ange in l. singularia. ff. de re cre. Bart. in l. pen. ff. de Autentic tu Bar. in l. vouentium. de ver. sig. Pau. de Ca. in l. depositi. in §. in peculio. ff. de peculio.

ctis potest colligere casus, in quibus de iure quis furca suspendendus est. Ibi, scopis, subaudi, excorietur, quod est infrà, quia verberabitur cum scopis. prout etiam hodie fit Florentiæ, & per totam Alemaniam, & appellatur fustigatio, quasi castigatio, quæ fit fustibus: vt in l. fustibus. C. de his, qui notantur infamia. & in l. ictus fustium. cum ibi nota. ff. de his qui notantur infamia. Quæ fustigatio seu scopatio habet excoriare pellem, vt in isto textu, qui ita debet intelligi, quicquid dicant alij. Ibi, forpice, subaudi, tondatur, quod est infra singula singulis referendo: quia debent cum forpice tondi capilli capitis in vilipendium ipsius, ac opprobrium. argumentum. in l. quicunque. in §. si verò ignorante. C. de hæreti. Ista tamen talis pœna seu infamia, non habet ortum à legibus Romanis, sed à legibus Lombardorum. vt in Lombarda de damno & iniuria. in l. finali. & de eo, qui literas domini despexerit. in l. 1. & de aggressu in vico fact. in l. relatum. & sentit Iacobus Ardizo. in rubricella, vbi quis tondatur. Lombardi enim reputabant hoc ad maximam iniuriam, quia portabant longas barbas & crines. vt dixi suprà eodem. in §. si quis aliquem. sicut & hodie faciunt Græci.

3 † Nota propter modicum excessum commissum ex furto, quem acerbè & grauiter puniri, prout in simili videmus. in l. aut facta, in fine. ff. de pœnis. & in L. prima in principio. ff. de abigeis. & in L. 3. C. de Episcopa. audien. Et est ratio, vt propter pœnam vnius cæteri terreantur dicta l. capitalium. in §. famosos. ff. de pœnis. & L. prima. C. ad legem Iuliam. repetun. Imperator enim potius considerauit qualitatem & causam delicti, quàm quãtitatem excessus, vt quoquo modo conseruaretur pax per eum promulgata, per hanc legem, & non violaretur. argumen. in L. famosi. post principium. ff. ad legem Iuliam. Maiesta. & quod dixi supr. in principio tituli. Nam propter excessum factionis pœnæ ex causa extenduntur vsque ad mortem inclusiuè: vt dicit glo. notabilis, institutio. de iniurijs. in §. in summa. Et dicit Innocentius quod propter emergẽtes casus licitum est leges transgredi, prout ipse not. extra de constitutionibus, in capitulo primo. Vtrùm autem ista pœna tam grauis, hodie pro tam modico excessu habeat locum, statim dicam.

Opponitur ab extra, quod immò fures pro tam modico furto, non debeant suspendi, sed alia pœna minori puniri. vt in Autentica sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis. & infrà de pace iura. fir. in §. iniuria. Solutio aduertendum pro clara noticia, quod secundum Bartolum in hac materia habemus diuersa iura, vario modo disponentia circa pœnas furtorum. Nam primò de iure antiquo Digestorum pro furto erat pœna extraordinaria. L. finali. ff. de furtis. Nisi esset publicus & famosus latro, qui furca suspendebatur, d. §. famosos. Postea superuenit ius Autenticorum. de quo in Auten. vt nulli iudi. in §. pen. col. 9. & in dicta Auten. sed nouo iure quæ inde suprà scripta est. Postea superuenit ista decisio nouissima Imperatoris Federici. de qua in isto text. Postea superuenit alia decisio magis noua eiusdem Imperatoris Federici. de qua habetur infrà de pace iura. fir. in §. iniuria. Modò ad propositum circa solutionem contrarij dicunt quidam, quod iste §. debet intelligi, quod iste fur, de quo in text. nostro cõmiserat alia furta præcedẽtia, ita q; cõsueuerat furari, ex quo est effectus publicus, & per consequens debet suspendi: vt not. glo. in dicta Autentic. sed nouo iure. Hic Solutio licet in se contineat veritatem tamẽ diuinat ad text. nostrum. Et pro tanto soluunt alij, quod iste tex. loquitur in speciali casu ꝑpter violationem pacis. Et ista est vera solutio, quia non violat literam, & congruit titul. nostro. Facit l. fi. de rerum diuisio. Et ita intellexit glo. in dicto §. iniuria, dicens, quantumcunq; videatur hoc durum q, pro quinque solidis quis debeat suspendi, tamen quia lex ita scripta est, debet seruari. l. prospexit. ff. qui & à quibus.

Quod intelligas verum & procedere prædicta stantibus firmis terminis præsentis decisionis huius tex. Sed cùm ista decisio hodie sit abrogata & sublata, vt statim dicam, meritò stabit vera conclusio, quod pro tam modico furto non debeat quis suspendi. Nam dicunt quidam, quod est abrogata per contrariam consuetudinem. vt firmat glossa super verbo puniatur in fine. in dicto §. iniuria. Hoc idem tenet Bald. in dicta Autentic. sed nouo iure, vbi dicit, quod iste §. hodie non seruatur ex generali cõsuetudine. Et ideò de eo non est hodie curandum. argu. ff. de dolo. in l. id est, vsq; hoc idem tenet Iacobus de Belui. & Nico. de Nea. dicentes, quod non seruatur in Italia. Idem tenet And. de Iser. sequendo

sequendo dictam glossam, vt ista pœna per contrariam consuetudinem non seruatur hodie. Sed ego reperio Bar. in dicta Autent. sed nouo iure & clarius in dicto §. famosos, qui sentit, quod per §. iniuria. Imperator iste Federicus voluerit derogare ipsemet decisioni huius §. & redire ad alias pœnas legales antiquas, de quibus in dicta Autentic. sed nouo iure, quod probatur ex eo, quod ibi mandat, vt furtum legitimè puniatur, &c. Et hoc puto verum, argumentum l. non est nouum. & l. sed posteriores. ff. de legibus, quoniam non est verisimile, q̃d ipse Imperator dum dixit legitimè puniatur, &c. voluerit se referre ad pœnam, de qua in isto. §. tanquam ad pœnam legitimam, quia ista esset vna superfluitas illius legis, cùm ipse idem tā non multo tempore ante condidisset istā legem, quoniam dictus §. iniuria, nihil super hoc operatur, & sic lex ipsa esset superflua, quod non est credendum, vt in §. quibus. C. de no. co. di. compo. Similiter non est verisimile. quod se voluerit remittere ad ius Lombardorum, sed ad ius Cōmune, scilicet, legum Romanorum. Quod patet, quia dictam. l. mandat omnibus subiectis imperio. Non autem mandat omnibus subiectis regno, vt patet in princ. illius legis. Et ideò cùm fortè plures querelæ fuissent exortę de inhumanitate, ac crudeli decisione huius text. videlicet, q̃d pro quinque solidis quis debeat suspendi, mutauit hanc decisionem, & voluit quòd fures etiam infrà pacem punirentur legitimis pœnis, videlicet, secundum formam solitam iuris Communis. Et quod hoc sit verum, vt voluerit corrigere istum text. patet, quia consuetudo quæ est optima legum interpres. l. de quibus. ff. de legibus. hoc nobis ostendit, vt ibi dixit gloss. Præterea pœna istius text. non debet iudicari legitima ex eo, quia secūdum iustum tex. intantum puniretur furtum quinq; solidorum, inquantum puniretur publicus latro, vt iam suprà proximè determinauit in §. publici latrones. Inter quos tamē debet esse maxima differentia, vt in dicto §. famosos probatur. Ex quibus omnibus concludo, quod hodiè absq; dubio nō habeat locū determinatio huius §. etiam infra tempus pacis, siue velimus intelligere, quod sit correctus, vt sensit Bartol. quicquid dicat gloss. in dicto §. iniuria. siue velimus intelligere, quod sit per contrariam consuetudinem abrogatus, vt tenuit glos. in dicto §. iniuria. & communiter Doctor. quos suprà allegaui. Qualiter autem fures & latrones cuiuscunq; generis hodie puniātur de iure Communi, dic plenè per gloss. & Doctor. in dicta Autentic. sed nouo iure. & in dicto §. famosos. vbi glo. plenè tangit. & in l. 2. ff. arbo. fur. Cæsarum. & per glossam. & Cano. 23. q. 3. quisquis fortitudinem. In foro autem pœnitentiali, vtrum fur debeat in aliquo alio puniri, quàm ad rei restitutionem, dic quod non, vt nota. 12. quæsti. 2. fraternitas. & 6. quæst. 1. inuitare. Et ita etiam determinat Bald. in l. post decisionem. C. de furtis. sed de illo qui præstitit opem furto, an & qualiter puniatur, vide per Bartol. in l. his qui opem. & in l. qui seruo. in §. si duo. ff. de furtis.

2 † Quæro ab extra, duo fecerunt pacem ad inuicem, vnus facit furtum alteri, vel dat inorme damnum, nunquid ex hoc videatur frangere pacem, & dicit Bal. q̃d sic per istum text. & per ea quæ in hac cōstitutione dicta sunt referēdo ea ad rubricam nostram, tanq̃ congruentia ad tit. ꝓprium, quod facere debemus. vt in l. Imperator. ff. de indiem adiec. Secùs autem si ex discordia orta de nouo, quæ à princi. non fuit cogitata cōmitteretur iniuria, ꝑ ea quæ dixi suprà eo. in prin.

Vltimò ad materiam præsentem, vide plenam glos. in d. §. iniuria. & quod dicam & quod dixi suprà eo. in §. publici latrones, & in remissionibus, quas ibi dedi, & in locis supr. allegatis maximè. in §. famosos. & in Autenti. sed nouo iure, & per Iaco. Ardi. in ti. de pace tenend. sub rubricella, vbi quis verberatur, & rubricella, vbi quis tundatur, & rubricella, vbi quis suspēditur, & per Hosti. in Summa de fur. in §. & inquantum. & in §. fin. & in directoria iuris. in titu. de furtis. in §. si criminaliter.

SVMMARIA.

1 *Familiares principum iurisdictioni ordinarij loci in quo delinquunt subijciuntur.*
2 *Iudex subditorum discordias sedabit.*
3 *Familiares principum si per discordiam pacē violauerint punientur.*
4 *Domini an teneantur de delicto famulorum. Famulus quis.*

SI MINISTRALES. Familiares dominorum inter se rixantes sunt per iudicem sedandi, & corrigendi secundū formam iuris. hoc dicit. In text. ibi, ministrales. Aliàs est in tex. ministeriales

ſteriales & ſecundum vtranq; literam expone, id eſt, miniſtri ſeu familiares, vel ſeruitores, ſeu ſcutiferi. Nam varijs modis iuxta vulgare nũcupari poſſunt. Ibi, guerram, intellige, pro quolibet odio, rixa, vel diſcordia, ſeu crimine, vel exceſſu, ex quibus inter ſe non habent pacem. Non autem intelligas, propriè guerram pro bello, quia tunc haberet locum titulus ſequens domino guerram, & punirentur crimine læſę maieſtatis. vt ff. ad l. Iuliã. maieſtatis. l. 3. in §. eadem lege, ſecundum Andræ. de Iſern. Ibi, regimine, id eſt, iuriſdictione. Ibi, leges & iudicia, id eſt, legum iudicia. Ibi, proſequatur, ſubaudi, hortãdo ad pacem, & etiam cogendo, ſi ſibi videatur cõgruum. arg. in l. cùm affirmes. C. de liber. cauſa, & etiam puniendo poſt exceſſum iam cõmiſſum. vt ff. de vſufru. in l. ęquiſsimum, ſecundum Pe. de Cer. & Bal.

1 †No. quod familiares Principum & dominorum ſunt ſubiecti iuriſdictioni iudicis ordinarij illius loci, vbi delictum cõmiſerunt, adeò quod poteſt eos ex ipſorũ delictis punire, vt hîc & in Autenti. qua in Prouincia. C. vbi de cri. agi oportet.

2 † Nota. quod ad officium iudicis ſpectat ſedare diſcordias ſubditorum, & cõpellere partes ad pacem & concordiam, ne ad arma deueniant, & rixas. vt hîc & in l. ſi vſufruct. in §. ſi inter duos. ff. de vſufruct. & ibi nota. in gloſſ. Facit l. 1. §. quies, & quod ibi per Baldum plenè. ff. de offici. præfect. vrbis. & quod nota. in l. 1. C. vti poſſ. & 90. di. placuit. & in c. præcipimus. Et in hoc debent eſſe ſolliciti rectores terrarum. vt notat. in Auten. de man. prin. in §. deinde.

Quod intelligas ante perpetratum delictum. Non poſt perpetratum & iniuriam illatam, non cogitur quis inuicem facere pacem iniuriãti, niſi in foro pœnitentiali. vt inſti. de iniur. in §. fi. Et pro hoc non poſſent compelli partes ad compromiſſum ſecundum Baldum. in dicto §. quies. & in L. tranſigere. C. de tranſactione.

3 †Quæro ab extra, quid ſi ex prædicta diſcordia orta inter dictos familiares, violaretur pax, an puniri debeant tanquam violatores pacis, & dic quod ſic iuxta ea, quæ dicta ſunt ſuprà eodem. in §. ſi quis alium. & in §. ſequen. & ſequen. ſecundum Nic. de Nea. Et hoc modo adaptari poteſt ad iſtum titulum.

4 †Quæro an ex dicto delicto prædictorum famulorum teneantur domini ipſorum, dic plenè per Bart. in l. 1. in §. familiæ. ff. de publica. & ad legem Iuliam. repe. in l. 2. & ff. de incen. rui. nau. in l. ne quid. & p Bal. in l. obſeruar. in §. proficiſci. ff. de off. proconſul. & leg.

Vltimò ad materiam vide, quod dicam infrà in titulo ſequenti. Quis autem dicatur famulus, & miniſter, plenè vide per Bartolum. C. de præpoſi. cu. libro 12. & quod nota. in Autentic. de teſtimo. in §. ſi verò ignoret. & in l. præſenti. C. de his, qui ad eccleſi. confu. in d. §. familiæ.

SVMMARIA.

1 *Itineranti licet vti herba, ſylua, viis & ſimilibus ei neceſſarijs, quæ iuxta viam repetit.*
2 *Itinerans repertus in agro equum pabulans, an ſoluere debeat pabulum.*
Itinerans damnum faciens in pabulatione, an dominus agri poterit retinere equum, donec ſibi emendetur damnum.

QVICVNQVE. Diuiditur in duas partes. In prima prouidet tranſeunti per terram alienam, circa pabulum equi ſui. In ſecunda prouidet circa commoditatem, atque vſum neceſſarium ipſius tranſeuntis. ſecuinda ibi, licitum.

CASVS.

Quicunque tranſitum facit cum equo per terram aliquam, poteſt equum ſuum pabulo reficere iuxta viam, & poteſt etiam vti herba, & viridi ſylua, ſine vaſtatione & damno alicuius. hoc dicit. In tex. ibi, per terram, ſcilicet, alienã. Ibi, ſecundum viam, id eſt, iuxta viã, prout exponitur per glo. in l. martius. in prin. ff. de acqui. rerum do. vbi eſt ſimilis tex. Ibi, amplecti potuerit, dummodo non faciat animo nocendi, ſed ex neceſsitate pro reſpiratione equi ſui feſsi capiendo de herba, vel frondibus exiſtentibus ꝓpe viam, cui viæ quanto propinquius poteſt, debet ſe adhærere. Ibi, vſu neceſſario, fortè ibi prãdendo, vel dormiendo ad vmbram, vel ſuperfluum pondus deponendo, vel de equo deſcendendo, & ibi cum equo pauſando, vel aliter vtendo dicta herba, vel ſylua, ad aliquã aliam ſuam cõmoditatem & vſum in cauſa neceſsitatis, quo tempore, omnia videntur communia. l. 2. in §. cum ea ſem. & ibi not. in gl. ff. ad leg. rho. de iac. Item, quia neceſsitas facit licitũ, q alias eſſet illicitum, vt in regula q nõ eſt licitũ, de reg. iur.

iur. & dixi suprà quid sit inuesti. in §. si verò inuestitura. No. quod itineranti fas est transire per agrum alienum. Nam hoc est de iure diuino. vt in decr. dist. 1. c. licet secũdum leges, domino inuito non liceret ingredi. vt in l. per agrum. C. de serui. & ibi no. in gloss.

1 †No. quod pro vsu necessario, dummodo sine damno alterius licitum est itineranti vti herba, & sylua alterius, & pabulare equum iuxta viam. Nam de iure diuino licitũ est comedere vuas [a] in agro alterius, sed nõ exportare, & concedere spicas, sed non mittere falcem: vt in decre. de consecra. distin. quinta, discipulos. Item quia necessitas famis excusat à furto, [b] de iure diuino, vt extra de furtis in c. 3. quia necessitas non habet legem, [c] vt no. in l. itẽ quamuis. in §. 1. ff. Cõmuni diui. Cùm ex necessitate famis possit pater vendere [d] filium. vt in C. de patribus, qui fili. dist. in l. 2. Item, quia tempore necessitatis, omnia pabula videntur esse cõmunia 44. di. sicut hi. & in d. §. cùm in eadem. Item quod qs ex præcepto tenetur pascere esurientem, 86. di. pasce.

Op. ab extra, quod immò non liceat in agro alieno etiam iuxta viam pascere equũ suum, vt. in l. Quintus Mutius. ff. ad l. Aqui. So. huius timore contrarij And. de Iser. intelligit istũ tex. q. iste qui pascebat, non erat in agro, sed erat in via. Vnde se appropinquabat ad sepem separantem agrum à via, & recipiebat de herba, vel de frondib. pendentibus supra viã, vel amplexabat de herba ex sylua ibi ꝓpinqua iuxta viã, pro refectione equi sui fessi, q̃d licet dummodo sine aliquo damno faciat. Et est ratio, quia sibi ꝓdest, & alteri non nocet, vt ff. de euict. in l. euictiõe. Verùm ista lec. licet in se sit vera, tamen non videtur literæ conuenire, qu a iste text. ꝓsupponit q. transitus fiebat per terram, & non ꝑ viã. Item quia satis modicam dubitatiõem haberet. Idcircò alij legunt, vt summaui, & sup tex. declaraui, quod iste equitans pascebat equum suum in agro, iuxta viam, q. licet. tum quia sibi prodest, & alij non nocet. Itẽ, quia hoc facit ex necessitate. Itẽ, quia iustè credebat dominum permissurum, si hoc sciret. Vnde non videtur delinquere. vt insti. de obl. quæ ex delict. nascũtur. in §. furtum. Item, quia licet non videatur hoc iuridicum, tamen cum istud sibi ꝓmisit, & alteri non noceat, equitas suggerit, vt hoc amittatur, vt videmus in l. 1. in fi. in l. in Summa. in §. item varius. ff. de aqua plu. arcenda. & ita tenet glo. quæ hoc tenet. 22. q. 2. c. si.

2 †Quæro ab extra, quid si dominus agri, reperit istum pabulantem equum suũ iuxta formam huius §. & petat sibi solui, de tali pabulatione, quia pabulans est diues, & non fecit hoc necessitate paupertatis, sed necessitatis solũ, quia tũc nõ reperiebat hospitium propinquum, an iste pabulans teneatur soluere? Et videtur quod non, postquam necessitas suberat, quæ facit rem de equitate cõem, vt suprà dixi, ꝑ ut in simili dixit Baldus. in l. 2. de oper. liber. Et quia hic præsupponitur, q. non fuit datum damnum.

Quæro quid si ex tali pabulatione inferatur damnum, ita quod dominus equi est in culpa, an dominus agri poterit retinere equum, donec sibi emendetur damnum, vide de hac quæstione per Bart. in l. prætor. in §. de his. ff. de damno infecto. & ff. de incen. rui. na. in l. Ratis. in fine. & per Bald. in l. 2. de ser. fugi. & in Spec. de actore. ver. sed pone.

Vltimò ad materiam præsentem vide, quod principaliter tangitur de iure ciuili, in d. §. cùm in eadem. in d. l. per agrũ. & in d. §. item varus. De iure Canonico, vide, not. in d. c. 3. extra de fur. & q̃d in decre. 1. dist. in c. 1. & quod no. extra de ꝑieri. in c. 2. & per Host. in Sum. in ti. ver. nunqd ergò. & per Iac. Ardi. in Sũm. titu. de pace tenenda. sub rubricella, qui excusantur à pœna. & ex quibus causis facit extra de regulis iuris. quod non est licitum. & quod ibi nota.

Et de materia pasculationis plenè vide in Specu. de iniur. & dam. da. in §. sequitur. verũ. porrò. cum sequen. & seque. extra de iniur. & damno dato. in c. si læserit. & vide plenè ad materiam in directoria iuris. in princ. libri quarti. in titulo de iure. & in Summa Ioã. sub rubrica de furtis. quæsti. 8.

HIC FINITVR LEX, DEINDE CONSVETVDINES regni incipiunt.

RVBRICA.

ISTa est vera rubrica, videlicet, hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt. Et hoc probatur ex eo, quia cùm lex Federici Imperatoris, quæ suprà ti. ꝓximo de pace tenenda scripta est durauerit hucusq; amodò est finita. Ideò dixit hîc. finitur lex, videlicet, cùm non sit amplius de d. l. Sed incipiunt modò quædam constitu-

a *Comedere vuas. Adde gl. in verbo fas est. in c. oẽs leges. 1. disti. Bal in l. fi. in 2. colum. C. si cõtra ius vel vti publi.*

b *Excusat à furto. Adde c. sicut. 45. di. glo. & Doct. in l. 2. in §. cũ in eadem. ff. ad l. Rhod. de iact.*

c *Necessitas non habet legẽ. Adde l. 1. ff. de offi. cõsue. c. sicut nõ alij. de consp. dist. 1. c. quãto. de consue. & in c. nõ est. de reg. iuris. lib. 6.*

d *Possit pater vendere. Adde glo. in c. 2. de pignor. an autem filius possit agere contra patrẽ, si venerit in pinguiorẽ fortunam. vide per Bald. in c. ex rescripto. in fi. de iure iurand.*

ſtitutiones, quæ conſuetudines regni appellantur, & pro conſuetudinibus obſeruantur, ideò ſubiungitur in rubrica, deinde conſuetudines regni incipiunt, licet quidam aliter habeant iſtam rubricam & malè, videlicet, hîc incipit lex conſuetudinis regni. Et hoc voluit tota iſta gloſſa hîc poſita. Inſuper antiqui quidam aliter habuerunt rubricam hîc, videlicet, quemadmodum feud. amitta. vt nota. gloſſa 22. quæſtio. fina. c. de forma. Sed tu non recedas ab hac rubrica, quam ſupra poſui pro vera, quia ea Communiter vtimur, & lõgo tempore vſi ſumus, & conſuetudine obſeruauimus, à qua non licet recedere. l. ſed ea. ff. de legi. Et continuari poteſt ad præcedentes hoc modo, quia cum ſupr. ti. 2. ſi de feud. fuer. controuerſia. tractauerit de controuerſijs feudorum, ſuper quibus emanauerunt plures deciſiones, ſecundum varias conſuetudines, prout patet in d. tit. Verùm quia multotiens occaſione dictarum controuerſiarum partes deueniebãt ad rixas & guerras, quas Imperator Federicus abhorrens voluit eas de medio tollere, & pacem in toto ſuo regno inducere. Ideò poſuit titulum præcedentem. Sed quia interdum non obſtante dicta pace, oriebantur guerræ inter dominos, & dubitabatur an Vaſalli teneantur eos adiuuare, & ſuper hoc erant variæ conſuetudines in regno. Nunc verò autor vt prædictas conſuetudines declaret, annectit iſtã rubricam hîc finitur lex, &c. Nec mirandum quare ipſe autor non poſuerit rubricam formalem, prout in alijs titulis facere conſueuit, quando deciſiones ſuper hac rubrica poſitæ participant, aut cum materia tituli præcedentis, aut cum materia alterius tituli ſuperioris, ſi de feudo fuerit controuerſia, cùm omnes tam præcedentes, quàm ſequentes, poſsint dici conſuetudines regni, ſecundum Iacobum Ardizo. Et ideò cùm iſtæ deciſiones potius videantur includi, ſub titulis præcedentibus, quàm de nouo materiam nouam adducere, pro tanto talis rubrica hîc fuit inſcripta, & nõ per modum tituli formalis. Sed vt reſponderetur ſeparatio legis imperialis à cæteris conſuetudinibus. Et adde hîc, quod dicam infrà eodem. in §. ſi Vaſallus in princ. & infrà titu. ſequen. ſuper rubrica.

Oppo. ab extra, contra text. rubricæ in eo, quod dicit, quod hîc incipiunt conſuetudines, &c. quia immò non incipiunt hîc, cũ à princ. libri hucuſq; tractauerit de conſuetudinibus. Sol. intellige quod propriè nõ incipiunt, ſed reaſſumuntur, quia dicta lex præcedens fuit quædam interpoſitio, vt dixi in d. §. ſi Vaſal. & tenet Iacob. de Beluiſio.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus quot & quibus caſibus dominum in guerra iuuare neceßitetur.*
2 *Domini Prouinciarum & ciuitatum modernis temporibus bella indicere poſſunt, quod Romanis olim ſpectabat.*
3 *Iudex eccleſiaſticus an bellum indicere valeat.*
4 *Vaſallus excommunicato domino fidelitatem præſtare non tenetur, & quid ſit dicendum in bannito à ciuitatibus.*
5 *Domino bannito Vaſallus fidelitatem non ſeruabit.*
6 *Vaſallaticum ius delicto non confiſcatur.*
7 *Abſolutio ab excommunicatione in integrũ reſtitutiô dicitur.*
Excommunicatio an poßit ſuſpendi.
8 *Vaſallus domino bannito vel excommunicato non auxiliabitur in bello.*
Bannitus an poßit aliquid exigere à ſuis debitoribus.
9 *Domino à banno vel excommunicatione reſtituto omnia iura ſua ei reſtituuntur.*
10 *Venditio feudi ſine licentia domini banniti facta an valeat.*
11 *Bannitorum rebus impune damnum datur.*
Domus quando poßit deſtrui.
12 *Bannum non obligationem à Vaſallo debitã domino, ſed obligationis effectum tollit.*
13 *Banno domini pendente feudi ius non alienabit Vaſallus.*
Bannitus an poßit vendere ſua bona.
Excommunicationem contemnens, an ſit priuandus feudo.
14 *Perſona affecta ſi fuerit vt bona afficiantur conſequens erit.*
15 *Vaſallus dominum iniuſtè bellantem, vel quempiam offendentem volens iuuare poteſt ſi vult, ſecùs ni nolit, & quæ ſit ratio.*
16 *Vaſallus domino iniuſtè ſe defendenti poterit auxiliari.*
17 *Principi ſeculari ſecundum quod ordo iuſtitiæ exegi obediri debet.*
Tria ad bellum iuſtum requiruntur. & numer 21.
18 *Adiuuare non dicitur qui ad peccandum auxiliatur.*
19 *Caſtrum per Principem Comiti ablatum, & alteri venditum, an poßit à Comite reſtituto vendicari.*
Banniti quando poßint rebanniri.
20 *Condemnatus ad patibulum an gratia obtẽta recuperet etiam feudum.*
21 *Bellum qualiter cognoſcetur an iuſtè vel iniuſtè moueatur.*
22 *Vaſallus quando ſciet dominum iuſtũ bellum mouiſſe vt teneatur ei ſeruire.*
23 *Bannum quatuor modis acceptum in iure reperitur.*
24 *Excommunicationis duæ ſpecies in iure notantur.*

Domino

DOMINO. Iſtud principium diuiditur in tres partes, quoniam in prima ponitur dictũ cum determinatione vera ſecundum opinionẽ Oberti, & Giradi. In ſecunda ponitur opi. falſa & non vera. In tertia probat ſupraſcriptam veram determinationem per argumentũ à ſimili. Secunda ibi, alij verò. Tertia ibi, ſed Obertus.

CASVS.

Quando dominus facit Guerram iuſtam, tenetur Vaſallus ſuus eum adiuuare in offendendo, & defendendo. Idem dicẽdum eſt, ſi dubitatur an faciat Guerrã iuſtam vel non, quando verò facit Guerram iniuſtam, tunc tenetur ipſum adiuuare in defendendo, non autem in offendendo, nec propter hoc perdit feudum, ſi ipſum non adiuuat, quemadmodum dicimus ſi dominus eſſet excommunicatus, vel Bannitus, quo caſu, durãte excommunicatione vel Banno, eſt interim Vaſallus liberatus à ſacramento fidelitatis. h. d. In text. ibi, adiuuat ad defendendum & ad offendendum, vt infrà patebit. Ibi, palam, id eſt, certum & manifeſtum eſt. l. palam. in princi. ff. de ritu nup. Ibi, ſi non vult. Nam ſi vellet, tunc benè poſſet etiam iſto caſu ipſum adiuuare etiam ad offendendum ſecundũ And. de Iſer. alij contra & melius, vt ſtatim dicam. Ibi, non tamen feu. perdit. ar. 14. q. 6. c. 1. 17. q. 5. c. de forma. 23. q. 8. c. ſcire nos ſup. de no. fi. for. c. 1. §. & ſi cõtingerit. & §. & ſi ſciuero. Ibi, Girardus, ſcilicet, Cagapiſti, de quo fit mentio ſup. ſi de feud. Vaſal. fue. inter c. 1. Ibi, excõicatum. & dicitur ab ex, quod eſt extra, & cõicatio, quaſi extra cõionem poſitus, & per hoc ſignificat maior excõicatio, vt inf. dicam. de quo. 3. q. 4. Engeldrudam. Ibi, ad adiuuandũ, ſubaudi, etiam ſi bellum eſſet iuſtum ſecundũ An. de Iſern. quia interim eſt liberatus à ſacramento, vt ſequitur. Ibi, iuſtum. ſ. dominũ. Ibi, facientem, ſubaudi, dz adiuuare. &c.

1 †Not. quod in tribus caſibus neceſsitatur Vaſallus ad adiuuandum dominum ſuum in Guerra, videlicet, cum ius eſt pro domino, Item quando dubitatur. Nam determinatio iſtius dubij nõ pertinet ad Vaſallum, ſed debet parere domino ſuo, quoniam in dubio perſona domini ſui debet ſibi ſemper parere ſancta & honeſta. l. liberto. ff. de obſe. Tertius caſus eſt, vt indiſtinctè ad eius defenſionem ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè ſe defendat. Et poteſt eſſe ratio, quia tutela non videtur eſſe propriè maleficium, etiam ſi iniuſta ſit defenſio. ar. in l. 1. ff. de bonis eorum qui mor. ſibi conſci. ſecundum Bal. quod an & qualiter procedat dicam. inf. latius. Nam multa licet in bello iuſto, vt extra de ſagit. in c. 1. de quo plenè per Io. in Sum. ſua ſub rubric. de bellis.

2 †Not. ex hoc text. quòd hodie domini Prouinciarum & ciuitatum, poſſunt ex iuſta cauſa bella indicere, licet olim poſſent à ſolo populo Romanorum vel Imperatore indici, vt not. gloſſ. in l. ex hoc iure. ff. de iu. & iu. Et eſt ratio, quia olim erat vna ſolùm Monarchia, hodie autem ſunt dominia diſtincta, & diuiſa p membra, vt patet ex pace Conſtantiæ. Item quia hodie ita non benè poſſet haberi recurſus ad populum Romanum vel Imperatorem, ſicut olim, vt dixit Gul. de Cu. in d. l. ex hoc iu. & Nicol. de Neapol. hîc & ad prædicta facit quod not. in c. treugas. extra de treu. & pace.

3 †Vtrum autẽ iudex eccleſiaſticus poſſit indicere bellum [a] vide quod no. 15. q. 6. autoritatem. §. fi. & extra de hære. c. excõicamus. & 23. q. 1. quid culpatur. & in c. olim cauſam. de re ſpo. & in c. petitio. de homi. & de materia vide plenè per Bart. in l. hoſtes. ff. de cap. & poſtli. re. & ff. de acq. poſ. in l. 1. & per Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iu. & iu. & extra de pe. in c. quod in dubijs.

a Poßit indicere bellũ. Adde Bar. in l. 3. C. de ſer. & aqua. Innocẽ. in c. ſicut de iureiu. Ho. in Sum. titu. de pœni. & re. in §. quibus & qualiter. & per Bar. & Io. de Lig. in tracta. de bello. S. Tho. ſecunda ſecũdæ. q. 40. articu. 1. & quotuplex ſit bellũ. dic repercuſiuũ mitigatiuum & curatiuũ de quib⁹ per Bal. in c. cum olim. de reſcrip.

4 †Not. ex iſto text. quod propter excõmunicationem [b] domini liberatur Vaſallus à debito fidelitatis, vt hic & in c. abſolutos. extra de hæred. cum ibi nota. & 15. queſtio. 6. nos ſanctorum. & c. ſequenti. Ex quo inferas, quod etiam de iure ciuili [c] admittitur exceptio excommunicationis. de quo dic per gloſſ. & Docto. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. & in l. placet. C. de ſacroſan. eccleſ. & ibi per Cyn. Facit Auten. credentes. C. de hæred. & infrà de ſtatu. & conſue. contra liber. eccleſ. in §. credentes. & extra de ſen. excom. in c. pia. cum ibi not. per gloſſ. & Docto. in Specul. de excep. in §. 2. verſi. & porrò. Quinimò dicit Iacob. de Are. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. partium quod etiam minimè excipiente, poteſt iudex ipſe repellere ex officio ſuo Bannitum & excommunicatum quem hic ſequitur Bald. Facit quod dixit Specul. de teſte. §. 1. in fin. 1. colum. & Bald. in l. libertorum. & in l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. & per Cy. C. de ſacroſan. eccleſ. in. l. placet. in prin.

b Propter excõmunicationẽ. Adde Fel. in c. fi. de excep. idem Fely. in c. inter alia de ſent. excõica.

c De iure ciuili. Adde Bal. in c. exceptionẽ. in vlti. col. de exce. & an exceptio excõmunicati poſſit opponi in foro Laico. vide per Io. An. in c. poſtulaſti. de homi. Bal. in c. intellexim⁹. de iudi. Do. in c. 1. §. 2. de exce. lib. 6. Bal. in l. quotiẽs. C. de iudi. Ioan. Cal. conſ. 1. in tit. de fo. competen.

5 †Not. quod ſicut per excõmunicationem domini, liberatur Vaſallus à iuramento fidelitatis, vt ſup. ita per Bannũ. arg. inf. eo. in §. fi. ſuprà de no. fideli. for. in prin. & de re-

de requir. reis. in l. fi. in fin. Bannum enim [a] æquiparatur [a] ipsi excommunicationi. Facit quod no. gl. insti. de capi. di. in §. minor. coniuncta gl. singulari. in §. relegati. insti. quib. mod. ius pa. pote. sol. & probatur in Auten. Gazaros. C. de hęreti. & in Cor. vns desumitur infrà de statu. & consue. contra liber. eccle. tol.

a Bannū enim æquiparatur. Adde Doct. in c. pastoralis de app. Host. in Summa. de iureiur. in §. quot sunt species. versi. de Papā verò.

6 † Not. quod propter delictum domini non confiscatur ius Vasallaticum, imò feuda Vasallorum remanent eis firma, & franca, text. videtur hîc singularis secundum Bald. de quo tamen dic, vt plenè dixi sup. si de feu. fue. contro. in c. antepe.

7 † Not. quòd absolutio ab excommunicatione dicit, in integrum resti. cōcordat extra de præscrip. in c. ex literis. & in l. fin. cum ibi not. C. de sen. pasis & resti. Vtrum autem excommunicatio posit suspendi, dic quod non, licet interdictum sit, vt dicit Innoc. extra de consue. cùm inter. de quo per Archi. 89. di. decenter. & per Bal. in l. si quis accepto. ff. de condi. ob causam.

8 † Not. quod durante excommunicatione vel Banno, non tenetur Vasallus iuuare dominum etiam in bello iusto secundum Andre. de Isern. Et est ratio, quia interim est solutus debito fidelitatis, vt hîc in isto tex. & not. per gloss. suprà de no. fide. for. super verbo iustè. Item dicas, si dominus esset hæreticus, vt in c. fin. extra de hæreti. & in l. 1. & Auten. credentes. C. de hæreti. secundum Iacob. de Bel. Vtrum autem excommunicatus vel Bannitus, posit interim exigere à debitoribus suis, vide no. per gloss. in d. c. nos sanctorum. & in l. 1. §. fi. ff. de requiren. reis.

9 † Not. ex isto text. arg. secundum Iaco. de Belui. quòd dominus Bannitus vel excommunicatus, si restituatur, quòd omnia bona sua & iura Vasallorum videntur, si restituta. Facit. l. 1. & fin. C. de sen. pasis. & statim dicam. Facit quod habetur extra de elect. c. si diligenti. & in Auten. vt cùm de appella. cogno. in §. generalem.

10 † Quæro cum gloss. quid si pendente Banno domini, Vasallus vendat feudum sine licentia ipsius, an tenebit venditio. Et ista gloss. pro solutione huius quæstionis arguit ad partes. Et primò, quod teneat vēditio prædicta, neque dominus posit eam rescindere, etiamsi reuertatur probat tribus rationibus. Prima ratio est, ad similitudinem filij illius, qui deportatus est, vt est casus in l. fin. in princip. C. de sen. pas. Secunda ratio, quia donec durat Bannum, possunt bona Banniti impunè offendi. Tertia ratio, quia interim non censetur feudum, postquam solutus est Vasallus sacramento fidelitatis, cùm à fidelitate feudum dicatur, vt suprà, per quos fiat inuesti. in fin. In contrarium determinat gloss. quia istud Bannum fuit personale, vnde se non extendit ad bona. Quinimò etiam dicit gloss. quod si Bannum fuisset etiam reale, quod nihilominus facta restitutione de Banno, intelligerentur bona restituta. d. l. fin. in fine. Et maximè si extabant filij, ad quos feudum erat recasurum. Item quia hodie bona non publicantur propter Bannum, vt in Auten. bona damnatorum. Et hoc voluit gloss. vsque ad versic. sed si dominus. quam gloss. Communiter Doct. sequuntur, & benè. Ex qua gloss. no. plura, & primò, quod Bannitus æquiparatur deportato. Sed de hoc dic, vt not. in d. §. relegati. insti. quib. mod. ius pa. pos. sol. & per Doct. in l. 1. C. de hære. insti.

11 † Secundò, quòd in rebus Banniti, potest quilibet dare damnum impunè, & ad hoc concordat alia gloss. suprà de mili. Vasal. qui contumax est. in fin. licet Bald. alleget istam pro singulari. Et intelligo istam glo. in hac parte solùm procedere in Banno imperiali seu legali, ita disponente, vt in Auten. cassa & irrita. C. de sacrosan. eccles. Aliàs autem esset glo. falsa secundum Bald. quia non est verum, quòd bona Banniti posint deuastari. Imò quod plus est, non posset iudex hoc in sententia mandare, quia bona non deliquerunt, vt dixit text. in Auten. vt nulli iudi. in §. quoniam verò. Facit quod not. gloss. in l. ad cognitionem. ff. quib. ex caus. in pos. eatur. & quod dixi in d. c. 1. in fin. de mili. Vasal. De materia an & quando dominus posit destrui, dic vt in l. senatus. ff. de contrahen. emp. & in l. 2. C. de ædifi. priua. & dixit in §. præterea. inf. de pace iur. fir.

12 † Tertiò, not. ex gloss. quod Bannum siue excommunicatio non tollit obligationem, qua Vasallus est domino obligatus, sed tollit tantùm obligationis effectū, durante ipso Banno, vel excommunicatione. Et ideò postea restituto vel absoluto, tenebitur obedire. Facit. 11. q. 4. Iulianus. cum ibi no.

Et intellige prædicta procedere, nisi bona essent annotata & publicata, secundum formam traditam, per titu. de requirendis reis, quia tunc dominus amitteret dominium, vt ibi & in l. 1. ff. de iure fisci. Facit. l. diuus. in §. fin. ff. de custo. reorum. Ad quem autem feudum debeat reuerti, publi-

publicatis omnibus bonis domini propter eius delictum, declaraui plenè suprà titu. 2. in c. si Vasal. culpam. & in capitulo domino. & quæ fuit prima causa beneficij amitt. in §. denique. in conclusionibus, & quod dixi suprà titu. proximo. in §. si quis aliquem.

13 † Quartò not. ex determinatione glo. quod Vasallus pendente Banno domini, non potest vendere ius feudi. Et est ratio, quia non est extincta fidelitas, sed suspensa, donec dominus restituatur. Nam longa est differentia, an aliquid suspendatur, an in totum tollatur, vt nota. ff. de verborum obligationi. in l. secunda. in §. ex his. & lege inter stipulantem. in §. sacram. Et ex prædictis habes nunc declarata omnia, quæ tanguntur in gloss. Et aduerte, quia quanquam gloss. loquatur solùm de Bannito, tu tamen dicas in domino excommunicato, quoniam eodem modo non liberat debitores à debito, sed interim suspenduntur actiones in iudicio, vt suprà dixi. Nam exceptio excommunicationis, est dilatoria, & non peremptoria, & ideò licet interim durante excommunicatione, non posset dominus conqueri, tamen venditio prædicta non valeret in eius præiudicium, vt suprà dixi. prout in hac glossa probatur. Facit quod in simili not. in capitulo cum ecclesiasticæ. extra de exceptio. & in l. qui habebat. ff. de manu testamento. Ex quibus omnibus concludo, quòd siue dominus sit Bannitus vel excommunicatus, non potest Vasallus vendere feudum, & si venderet, dic secundum Andre. de Isern. quod incidit in pœnam, quæ statuta est contra Vasallos alienantes, vt infrà de Vasal. qui contra consti. Lotha. feud. alie. in capitulo primo. Quid autem ecótrà, an dominus Bannitus, possit interim vendere bona sua. vide per Bald. in l. 1. C. de contrahen. emp. Sed an qui excommunicationem contemnit, possit priuari feudo, dic quod sic, vt nota. 32. quæstione 5. præceptum. Ad quem autem applicetur proprietas feudi ipsius domini delinquentis, qui ex dicto delicto venit priuandus, plenè dixi suprà tit. 2. in capitulo domino. vbi videas.

Quæro subsequenter cum prædicta gloss. in versic. sed si dominus, &c. pone quod Vasallus & dominus sunt sub iurisdictione potestatis huius ciuitatis, & potestas banniuit dominum, an habebit locum iste text. vt interim Vasallus sit absolutus à sacramento fidelitatis, quemadmodum determinatur hîc in Bannito à Rege? Et respondet gloss. ponendo duas opiniones. Prima est quod sic, cùm eadem sit ratio, & hâc opinioné videtur firmare. Alia est opinio in contrarium, quoniam Rex est maior aliqua potestate, & hoc voluit glo. vsq; ad finem. Aduerte quoniam Iacob. de Bel. & Communiter omnes Docto. sequuntur primam opinionem huius glos. ex qua no. secundum Nicol. de Neapoli. & Bald. quòd potestates terrarum possunt forbannire, & Bannum eorum operatur idem, quod operatur Bãnum Regis, licet sit maior qualibet potestate. Et est ratio, quia habent merum imperium, vt in l. nulli. C. de sen. & interlo. om. iudi. vel consue. generali. iuxta not. per gloss. quæ singularis est. in l. fina. C. de præscriptio. lon. tempo. vel ex pace Constantiæ retenta forma ibi tradita. Nam cùm potestas vel alius iudex banniuit, videtur ipse Princeps, vel lex, à quo habet causam bannire, quia ordinata sua potestas ab eo dependet, vt C. de vete. iure Enucle. l. 2. §. cumque omnia. & ff. de offi. perfect. præto. l. secunda circa finem, dummodò sententia Banni sit iusta. ff. de re iudic. l. 4. condemnatum de contrata. l. non putauit. §. non quæuis. & ita tenet An. de Isern.

14 † Et scias etiam secundum Bald. quòd effecta persona videtur in consequentiam etiam affecta bona, scilicet, quæ sunt sub sua iurisdictione, & in castris illius ciuitatis, non autem extra iurisdictionem suam. l. ex ea. ff. de postu. cum ibi nota. in gloss. quæ singularis est, de qua materia tangitur per Canonistas de iudi. in c. pastoralis. in Cle.

Et intellige semper quod dictum Bannum fuit habitum pro diffinitiua scientia, vel ex forma statuti, vel consuetudinis, vel promulgationis, quoniam per interlocutoriam nunquam induceretur maxima capitis diminutio, vt ff. de his qui no. infa. l. quid ergò. in §. quantum. cum ibi not. & tenet Bald. Vnde ergò intelligendum est, quod dictum Bannum processit ex aliquo crimine, ex quo perduntur bona, aliàs Bannitus esset loco relegati, vt voluit glo. singularis. in d. §. relegati. secundum Andre. de Isern.

Oppo. ab extra, quia hîc dicitur, quod dominus excommunicatus, vel Bannitus, si est reconciliatus, vel restitutus, quod recuperatus ius suum. Sed cõtra de. c. 1. in fi. inf. de ben. fœmi. vbi disponitur contrariũ.

Nam

Nam si agnatis, vel alijs iam erat acquisitum ius in dicto feudo, sua restitutio non debet esse illis praeiudicialis, quibus erat iam acquisitum ius. Solu. verbum interim, quod est positum hîc in text. tollit contrarium, quasi velit dicere, quòd in excõmunicato vel Bannito reseruetur ius suum, si recõcilientur. Ibi, verò loquitur in alio casu, scilicet, in Vasallo effecto Clerico, qui ex q̃ cœpit esse miles Dei, desinit esse miles seculi, & sic desinit habere Vasallos, vt suprà de mili. Vasal. qui ar. bellica de. Sed hîc excõmunicatus vel bannitus non desinit habere Vasallus, sed interim soluti sunt à sacramento fidelitatis, vt hîc & in d. capitulo nos sanctorum. & c. autoritate. in fin. & capitulo si alius eadem causa. 1. q. Facit quod no. glo. in d. c. 1. de bene. Fe. Quid autem si tale feudum per dominum transferatur in aliũ, an postea per restitutionem recuperet. infrà dicam.

Quaero ab extra, an Vasallus possit si vult adiuuare dominum iniustè alium offendentem seu Guerram iniustè contra alium mouentẽ, & iste tex. videtur innuere quod sic. Et hoc tenet And. de Isern. Sed veritas est, vt non necessitetur ex vi promissionis, si non vult. Sed tamen si sponte impendit hoc seruitium dominus debet habere gratum. Non tamen excusabitur Vasal. à parte aduersa, cui infert nocumẽtum, vt not. per Innoc. in c. fin. extra quod me. causa. Facit. l. 3. C. depositi. & ita dixit Bald. suprà. quib. mod. feud. amit. in princ. Quod autem obligatus non sit de iure, probatur ex pluribus, & primò quia non est astrictus ad facinora, vt ff. de pac. l. iuris gentium. §. si ob maleficium. Item quia non teneret etiam talis confœderatio vel societas, vt ff. pro socio. l. nec praetermittendum. Item quia nec etiam expressè possit se obligare. ff. de fideius. l. si à reo. §. si reus. Item, quia hoc esse videtur contra ius diuinum. Vnde nec etiam iuramento esset astrictus, vt in Auten. quod eis. C. de nup. cum ibi not. Et istae fuerunt rationes Bal. Sed tu addas casum in c. qui peccantibus. 11. quaest. 4. vbi dicitur, quòd nullo modo potest neq; debet, imò magis peccaret quàm ille, q principaliter facit. Quinimò etiam ex illo tex. posset argüi, quod neq; ad defendendum teneretur, neq; deberet adiuuare dominum iniustè se defendentem, vt ibi probatur, & no. gloss. 14. q. 6. in c. 1. & hoc tenuit Iac. de Bel. & Nic. de Neap. sup. in tit. qui. mo. feu. amit. in prin. esse verum hodie de iure canonico, vt ibi & statim dicam. Et pro hac parte adduco glo. quę hoc tenet. 22. q. fi. c. de forma, vez, quod non teneatur adiuuare. Idem sensit glo. sup. qui. mo. feu. amit in prin. ibi, sed quaero, &c.

16 † Quaero igitur & reuoco in dubium iuxta praedicta, an liceat Vasallo adiuuare dominum suũ iniustè se defendentem. Et iste tex. dicit q̃d sic. Sed in contrarium fortiter facit. Et primò, quia non est licitum propulsare legitimum aggressorẽ. l. si seruus. C. de his, qui ad eccle. confu. Itẽ quia hoc est contra iustitiam, quae non tribuit ius suum vnicuiq;. Item quia nõ est ars boni & aequi. l. iustitia. ff. de iusti. & iure. Item quia bella iniusta, sunt quędã latrocinia, vt no. ff. de iust & iur. & in l. ex hoc iure. Itẽ quia esset causa mali & damni, & teneretur de delictis damnis, vt nota. in l. 2. in §. si quis. ff. vi bo. rap. & per Innocen. in c. fin. extra quod met. causa. & extra de iniur. in c. in nostra. Item quia qui defendit peccãtẽ, acrius quàm ille, qui peccat, coërcet, vt dixit tex. 11. q. fi. qui peccãtibus. & c. seq. Facit. ff. ad Syl. l. 3. & extra de iureiu. verũ. Et per hoc intellexerunt quidam istũ text. vt finis corrigat proximè dicta, videlicet, q etiam in defendendo non debeat Vasallus obedire domino, ad exemplũ excõmunicati vel Banniti, q videtur esse contra intentionẽ literae. Et ideò his non obstantib[9] videmus per istum text. determinare contrariũ. Vnde oportet nos dicere, vel q hoc dictet consuetudo feudorũ in fauorẽ defensionis, quia defensio quanquã sit iniusta. non tamẽ censetur ꝓpriè maleficiũ. l. 1. ff. de bo. eorum qui mor. sibi consciuerunt. Itẽ quia difficile est ipso Vasallo cognoscere de tali iustitia, vel iniustitia. Vnde in defendendo debet obedire domino suo, cùm neq; locus, neq; tempus patiat̃ plenius deliberandi consiliũ. Et sic non obstantibus obiectis, ciuile videt̃ dominos debere protegi, & defendi à suis Vasallis, & recognosci tanquã dominos, cùm ꝓpter beneficiũ à dominis receptũ censeant̃ tanquã sui milites & stipendiarij. inf. de ꝓhi. feu. alie. per Fed. in §. firmiter. & C. loc. l. milites. & bonus text. inf. de pa. iura. fir. in fi. & suprà de mili. Vasal. qui arma belli. depo. Et ad hoc multum benè facit, q no. glo. 23. q. 1. q culpatur, vbi dicitur q licet dominus peccet ꝑcipiendo, tamen nõ peccat subditus obediendo. Et probatur etiã ibi in tex. & plenè not. 11. q. fi. quid ergò facit q habetur in l. 3. in §. in bello. cum ibi no. in gl. ff. de capti. Vel etiam posset dici secundum Bal. quòd ideò iste text. permittit talem defensionẽ etiam

etiam iniustam in odium ipsius aduersarij insultantis, cum armis inscio Principe, & quod ei non licuit, vnde nimirum si talis defensio fuit permissa aduersus eũ.arg.in l.1.C.vt armorum vsus.lib.11.De iure autẽ diuino,hoc non videtur licitũ,cũ Apostolus dicat:dignos eos,qui peccantibꝰ cõsentiunt. Et ideò sanctus Tho.de Aquino secunda secundæ. q. 69. ar. secundo. dixit:ꝙ multa secundũ leges humanas impunita relinquũtur, q̃ secũdũ diuinũ iudiciũ sunt peccata,sicut patet in simplici fornicatione. Itẽ in falsa defensione sui.In causa sanguinis & si.In quibus licet quis peccet,non aũt secundũ leges humanas imponit̃ sibi pœna. Et est ratio,q̃a lex humana nõ exegit ab homine omnimodã veritatẽ,q̃ paucorum est non põt inueniri in tanta multitudine populi, quantũ lex humana habet necesse sustinere,& ideò ipse idem sanctus Tho.in d.secunda secundę.q.4.c.4.arti.fi.

17 †Dixit, ꝙ principibus secularibus intantum homo obedire tenetur, inquantũ ordo iustitiæ requirit. Et ideò si non habẽt iustum principatum,sed vsurpatum, vel si iustitiam præcipitant,non tenẽtur eis subditi obedire, nisi fortè per accidẽs propter vitandum scandalum, vel periculũ.Et allegat dictũ Apostoli ad Titũ 3. admone filios principibus,potestatibus subditos esse. Et prima Petri,& subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum,siue regi,tãquam præcellenti, siue Ducibus tanquam ab eo missis.Ad hoc enim,vt bellum sit iustum tria requiruntur, vt ipse dicit in q.40.ar.5. Vcz, & primò autoritas Principis. Secundò, iusta causa. Tertiò, requiritur, quod intentio bellantium sit recta. de quo per Bar.in l.hostes.ff.de cap.& post li.reuer. de acqui. pos.in l. 1. & per Bald.in in l.ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. & in l.manumissor. C.de obsequijs. & in l.cum cogna.C.de inge.ma.& per Innocen.in c. sicut.extra de iureiur. & de resti.spo. in c. olim causam. De iure autem Canonico similiter putat Iacob.de Belui.quod non teneatur iuuare, quoniam misericordiosius est iniustè operantibus operam non præbere,quàm si impendamus.

18 †Non enim fert opem ad peccandum qui adiuuat.Et sic vbi iniustè præliatur,nõ debet de iure canonico eum aliquo modo iuuare,secundum ipsum per c.1.14.q.6.Et ita dicit tenendum. Sed de hoc dic,& vide extra de pœnis.c.quod in dubijs. & plenè 23.q.2. in Summa. & quod no. in Cle.1.de reli.& vene. san.& quod habetur in c.si is qui.11.q.fin.& plenè in d.c.quod culpatur. De bello autem ciuili, vide Bald. in l.1.in prin.C.de cadu.tol.

19 †Quæro de vna q̃ōne disputata Bono. per Iac.de Bel.Si Princeps concessit dictũ castrum alteri. Verùm postea ipse Princeps restituit dictum Comitem ad gratiã, qui Comes restitutus vult vendicare dictũ suum castrum à possidente,an possit?Et in hac q̃stione adducit quindecim rationes pro parte. Et tandem concludendo dicit esse considerandum,ꝙ aut Comes est Bannitus iure consuetudinario tanquam contumax, & tunc non possit vendicare elapso anno,vt probatur sup.de mili. Vasallo qui contumax est. in c.1. Aut est Bannitus iure Communi,per titu.de requir. reis. & bona annotata. & tũc similiter elapso anno,non poterit reuocare,vt l.2.ff.de requirẽd.reis. Aut est Bannitus simpliciter sine cognita & conuicta culpa.& tunc repeteret,vt suprà de feud.sine cul. non amit.in c.1.& infrà de prohi.feud.alie.per Fede. in §.callidis.Aut fuit legitimè condemnatus in feudi amissione causa cognita, & tunc nõ posset repetere,vt infrà,si Vasallus feu. priuetur cui defer.de.c.1. Aut fuit cõdemnatus & proscriptus per sententiã, & tunc habet locum Auten.bona dãna. & titulus. C.& ff.de bo.proscrip.seu damnatorũ. Ex quibus infertur secundum ipsum & Nic.de Neap.quod ex illis causis,ex quibus Comes amittit feudum, non intelligitur rusticus ad castrum.Sed eo casu, quo feudum non amittit, tunc suo iure petet castrum, vtili rei vendicatione, vt suprà de inuesti.de re alie.fac.in c.1.de contro.inter Vasal.& ali. in c.1.Et est ratio secundum ipsum,quia q̃dam sunt,quę deuenerũt in aliũ immediatè per ipsam confiscationem, & ad illa intelligatur facta restitutio, quia remanent in eodem statu.Quædam sunt quæ veniũt in alium mediatè per alium contractũ, vt per Principẽ qui est verè dominus, acquiritur alij,& sic nõ remanent in eodẽ statu, & in illis secùs est. Et sequitur etiam Bald. arg.C.ne fis. rem quam vendi. euincat.l.1. lib.10. & in c. quamuis. de rescrip. lib. 6.& ibi per Io. An.in addi.Spe.de feu.in rub.& quod not.extra de elec. innotuit. & in c.si eo tempore de elec.lib.6.non enim est verisimile, ꝙ velit adimere ꝙ concessit arg. in Auten.consti.q̃ de dig.§.illud ,pbat Bal. à simili,q̃a si Princeps legitimat post mortem patris ante aditam hæreditatem, & tunc secùs,vt dixit Bart.in l.Gallus.in §.& quid si tantùm.ff.de lib. & post.

Quod

Quod intelligit ipse Bald. esse verum, quando ipse Princeps restituit natalibus. Secùs est in resti. quam faciunt Comites Palatini. quia non videtur Princ. voluisse, quòd non auferatur ius quæsitum, vt C. de præci. Impera. offe. l. quotiens. & C. de emanc. li. l. nec auus. Si tamen legitimi habuissent aliq̃s fructus, interim nõ tenerent restituere secundũ Bal. per text. in Auten. idẽ de Nestorianis. C. de hære. De qua materia, an legitimatio possit fieri in præiudiciũ aliorũ ponit Bald. in proœmio Codicis. & per Docto. in l. Nam ita diuus. ff. de adop. & in d. §. & quid si tantum. & vide q̄ dixi in c. natura, sup. tit. 2. De materia autem, quando Banniti rebanniuntur habetur per Cy. & Bart. C. de sen. pas. in l. fi. & Bar. in l. 1. §. si quis vltro. ff. quæstionibus. in l. si qua. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. & plenè vide de his & similibus quæstionibus per Andre. de Isern. suprà, de Vasal. decre. æta. in c. 1.

20 † Quæro secundum Bald. si Rex condemnauit quendam ad mortẽ, & dum duceretur ad patibulum, fecit sibi gratiam & ipsum restituit, vtrum feudum quod obtinebat recuperet? Et respondet quòd aut feudum est apertum Regi, & tunc recuperat illud. Aut erat apertum alij, & tunc nõ. arg. C. loca. l. si cum Hermes. & facit. C. qui non po. ad lib. per. l. 1. & quod not. ff. de infa. l. quid ergò. in §. pœna grauior.

21 † Quæro qualiter scietur, an bellum sit iustum vel iniustum? Et respondeo quod si constat de prædictis tribus, quæ faciunt iustũ, & tunc erit iustum. Aut non, & tunc iudicabit iniustum. Facit quod no. 23. q. 2. in gloss. summæ, vbi declarat bellum esse iniustum, quinq; modis, [a] pro quo vide c. dominus. eadem quæstio. & plenè per Bar. de Pysis in Sum. sub litera bellum, & in directoria iuris in tit. de bello.

22 † Quæro quando intelligetur esse dubium, an bellum sit licitum vel non, quoniam dominus semper per negationem suam poterit facere rem dubiam. l. 3. C. qui. ad li. procla. non licet. Ex quo inferri videtur, quòd semper erit in potestate domini, vt Vasal. semper teneatur sibi obedire, & seruire in sua guerra? Respõdeo quãdo in tali dubio ipse dominus habuerat cõsiliũ à suis cõsiliarijs de bello suscipiendo, non enim debet inniti soli suæ prudentiæ, vt extra de consti. in c. ne initiaris. Sed in tanta re debet consilium expetere, vt voluit tex. in d. c. q̄ culpatur. dum ibi dicit, qa quod cõsilium belli est apud Principẽ, &c. Quod intelligi debet cum consilio seniorum. Facit 20. di. c. fi. nam seniores [b] sapientes sunt. 84. di. porrò. & cum eis deliberare. 1. q. 1. estote. & C. de repu. l. cõsensu. & sic non tantùm ipse dominus in dubio dicebat bellum assumendum, sed etiã totum consilium suum. Facit quod not. in l. omnium. C. de testa. Ex quo nõ erat certum, quòd bellum esset iniustum, statim debet Principi & domino suo, qui causas examinauerat obedire, nõ deliberatio domini cum suo consilio debet ad hoc sufficere, vel etiam potest intelligi secundum And. de Iser. q̄ etiãsi solus Princeps hoc diceret, deberet ei credi. Quoniã iura sibi dederunt authoritatem belli indicendi, vt in d. c. quod culpatur, & in dicta l. 1. C. vt armorum vsus, quia præsumi debet, quod causa exigente illud dicat, eò quòd cor Regis in manu Dei est, vt C. de summa trini. & in epistola inter claras, vnde subditus in dubio habet obedire Principi & credere, non autem debet sibimet formare conscientiam. l. prohibitum. C. de iure fisci. Facit quod habetur in directoria iuris in d. titulo de bello. in §. quid de Comitibus.

23 † Quæro de quo Banno loquatur iste textus? Pro cuius noticia & responsione sciendum est, quòd Bannum capitur quatuor modis, primo modo capitur Bannum pro voce preconis, vt Auten. qui semel. C. quomodo & quando iudex. Secundò capitur pro mulcta, vt l. 1. cum ibi no. C. de modo mul. C. de suspec. tuto. l. præses. cum ibi nota. ff. de ven. inspi. l. 1. §. sed finge. Tertio modo capitur pro annotatione bonorũ. l. 1. ff. de requir. reis. Quarto modo capitur pro exilio, vnde exules dicuntur Banniti, vt no. ff. qui. ex cau. in pos. ea. l. ad cognitionem. & sunt propriè Banniti illi, quibus ius proprium illius ciuitatis non patrocinatur, & sunt extra protectionem cõmunis, vt infrà de sta. & consue. contra liber. eccle. tol. in §. item nulla cõmunitas. not. per Cy. in l. 1. C. de natu. libe. & de talibus loqtur iste tex. qui tales Banniti, nõ possunt tamen impunè offendi, nisi essent etiam diffidati secundum Bal. argu. eorum, quæ hîc not. Et est ratio, quia censentur quasi hostes, & ciuitas videtur eis bellũ indixisse, vt ff. de capitis dimi. l. in amissione. in §. qui deficiunt. & per Cy. C. de accu. l. reos. & de talibus loquitur Auten. Gazaros. C. de hæreti. quæ sumpta est. inf. de sta. & cõsue. in §. Gazaros. Et de his speciebus Bannitorum. vide plenè per Bal. in l. si pœnæ. ff. de condi. inde. vbi prędicta enumerauit. & per

a Bellum esse iniustum quinque modis. Adde Hosti. in c. 1. de homi. lib. 6. & ibi Io. An. post eũ ponit. 7. Archi. Flo. in 3. parte suæ Summæ. titu. 4. c. 3.

b Nã seniores. Adde Car. Alexan. in c. sanè qui per pe. in 1. col. 9. dist.

& per Bart. in suo tractatu qui sunt rebelles, super verbo rebellando. Vtrum autem Bannitis debeat reddi ius. Et vtrum possint impunè offendi [a] vide per Bart. ff. de re mili. in l. omne. & Cyn. C. de cri. stel. super rubrica. & Ioan. And. de constitu. ad fin. in addi. Specul. & Bald. in Auten. quæ supplicatio. C. de præci. Impera. offe. & in l. 1. C. si à non compe. iudi. & in l. peremptorias. C. sen. rescin. non pos.

Quæro an iste excommunicatus vel Bannitus, possit pendente Banno vel excommunicatione, petere tenutã reuocari, & cõtradicere generali proclame, dic per Bal. ff. de operis no. nun. l. de pupillo. §. qui remisionem cum §. seq. & in Spe. de contu. §. fi. ver. sed pone.

42 † Quæro subsequenter de quali excõmunicato intelligatur iste text. & pro decisione huius quæstionis sciendum est, quod habemus in iure duas principales species [b] excommunicationis. Vna est, quæ dicitur anathema, quæ excludit ab ingressu ecclesiæ, à communione fidelium & à sacramentis, & hæc appellatur maior excõmunicatio. Dicitur tamẽ anathema, quãdoq; comminatio, vt no. in c. altercationis de Bigamis. lib. 6. de quo vide per Archi. in c. ad Apostolicæ. de re iudi. lib. 6. Alia est excommunicatio, quæ appellatur minor. Et hæc separat solùm à sacramentis, vt probatur extra de excep. in c. à nobis. & extra de sen. excom. in c. penulti. Veruntamẽ huius excommunicationis duæ sunt species, quoniam quædam contrahitur à iure, vt in participante cum excommunicato maiori excommunicatione. Et hæc est illa, quæ excludit solùm à sacramentis, vt extra de sen. excom. nuper. Hæc extenditur in tertiam personam, vt 11. quæst. 3. quam multos. Idem si feratur ab homine per sententiam, vt in c. 2. 5. quæstio. 1. Alia est species excommunicationis minoris, quæ separat à communione fidelium, & non sacramentorum, vt 18. distin. placuit, 5. quæst. 2. præsenti. Et de ista not. gloss. suprà de mili. Vasal. qui contumax est. De quibus generibus excommunicationum, plenè ponit Archi. in c. statuimus. extra de sen. excom. libro sexto. & dicatis, vt ibi per eum, & quod not. 3. quæst. 4. Engeldrudam. Modò ex prædictis potest patere solutio quæstionis, vt iste text. solùm habeat locum iudicio meo in excommunicato maiori excommunicatione, non autem in excommunicato minori, quod patet etiam, quia verbum excommunicationis simpliciter prolatum, intelligi debet de maiori excõmunicatione, vt in c. si quem. extra de senten. excom.

Et intelligas pdicta, nisi fortè ipse dominus excommunicatus maiori excommunicatione participasset, nedum cum excommunicato maiori, sed etiam in eius delicto, quia tunc ligaretur ea excommunicatione, qua ligatus est prius, vt extra de senten. excom. in c. nuper. & in c. concubinæ. Eodem modo intelligas, si non communicauit in crimine, sed solùm participando cum criminoso, sed ipse criminosus erat excommunicatus cum suis fautoribus & communicatoribus, quia tunc dominus cõmunicans incurreret eandẽ pœnam. 11. q. 3. rogo. & c. sicut. & c. excellentissimus. & extra de sen. excom. in c. quod in dubijs. Et ad prædicta adduco sententiã Gof. in Summa. de senten. excom. in §. restat. Quid autem sit censura ecclesiastica, dic quod est nomen generale, cuius appellatione comprehenditur excõmunicatio, suspensio & interdictum, vt in c. quia periculosum de senten. excommunica. lib. 6. & ibi per Archi. & in c. quærenti. extra de verbo. signi. De differentia verò inter excommunicatum ab homine, & à iure habetur in c. quod in dubijs extra de sen. excom.

Vltimò ad materiam præsentem, vide gloss. & quod ibi dixi sup. de no. for. fi. in c. 1. super verbo offendere iustè. & sup. quib. mod. feud. amit. in princ. & in remisionibus quas dedi suprà, quæ fuit prima causa benef. amitten. in §. item qui dominum. in fi. Et de iure Canonico habetur per gloss. 22. q. 6. de forma. & quod not. 14. q. 6. in c. 1. 15. q. 6. c. iuratos. & extra de iureiur. in c. petitio.

De materia autem Bannitorum, vide quod dixi suprà titu. proximo. in §. si verò pacis. & quod habetur in l. ad cognitionẽ. ex quib. cau. in pos. eatur. & vide per Iaco. Ardi. in Summa. in tit. quib. mo. feu. amit. sub rubricella non tenetur adiuuare dominum excommunicatum [c] vel Bannitũ. & plenius in rubricella Vasal. tenetur dominũ adiuuare, si Guerrã iustam facit, &c. Et vide eũdem Iac. Ardi. in Summa. in tit. qualiter iurare debet Vasal. sub rubricella penul. vbi enumerat plures casus, in quibus Vasal. est absolutus à fidelitate domini.

De materia autem excommunicationis habetur de iure ciuili in Autẽ. de sanc. pis. in §. omnibus autem Episcopis. & in pluribus locis declaratis per Ioã. An. in addi. Spec. in tit. de excep. in §. 2. ver. sed nunquid. &

a Vtrũ possint impunè offendi. Adde Bart. in l. vẽs populi. in 2. q. ff. de iusti. & iure. Bar. in l. amissione. ff. de capi. dimi. Bal. in l. Grachus. C. de adulte. Bal. in l. vnica. C. de confes. Ang. in l. 1. ff. de cõsti. prin. Ioan. And. in addi. Spe. in rub. de cõsti. Abb. in c fi. de cõsue. An. de Bu. in c. si verò el. 1. de sen. excom. Alberi. in vlti. per te statutorum. q. 17. Nellus in tractatu de Bãnitis. q. 1. primæ partis secũdi tẽporis. Alex. de Imol. cõsi. 114. inci. ponderatis his in 1. vol. idẽ Alex. consi. 65. inci. attenta dispositione statuti. in 3. volum.

b Duas principales species. Adde ca. si celebrat. de Cle. excõ. mic. Engeldrudã. 3. q. 4. glo. fi. in c. præsenti. 5. qõ. 2. Host. in Summa. ti. de sen. excõ. in §. quot sunt species, & an nomine excõmunicationis, de qua intelligitur. vide per gl. in ver. excõmunicationis maioris. in c. prudẽtiam. in §. sexta & ibi Car di. Zaba. in 6. not. de offic. dele. Car. Zaba. in c. me-

quid. & plenè per Bald. in l. 1. C. de hæredi. insti. & in l. 1. §. nunc. C. de cadu. tol. & vide quod dixi suprà in 3. notabili. & in vltima quæstione. & quod dixit Ioan. in Summa sua. sub rubrica. de sen. excom. & in §. sed quid de Vasal. & de materia belli per eundem in tit. de bellis.

* minimus. in 1. oppo. qui Cle. vel vo. idem Car. in repe. ca. perpendimus. in 1. col. de sen. excom. Abb. in rubr. de sent. excō. Abb. in c. intelleximus. in 2. not. de iud. Car. Alex. in c. rursus. q. in 1. col. qui Cle. vel vo. Phili. Fran. c. 1. de excep. li. 6.

c Adiuuare dominum excōmunicatum. Adde Fel. in c. inter alia. de sent. excō. idē Fel. in c. fi. in 2. col de excep.

SVMMARIA.

1 *Vasallus à lege vel homine si interpellatur congruo tempore arbitrio iudicis declarando potietur.*

2 *Interpellatio legalis Vasallum nō ligabit, nisi à tempore quo scire cœperit.*

3 *Dominus Vasallo sibi seruitium velle exhiberi mandari debet.*

4 *Reo fauendum potius quàm actori, quare & iudex absolutioni procliuior, quàm damnationi esse debet.*

AD HAEC. Cōtinuatur iste §. ad superiora, quoniam suprà proximè declarauit, an & quando Vasallus debet adiuuare dominū in Guerra. Nūc verò declarare intendit, quando Vasallus debet seruitium suum præstare ipsi domino in dicta Guerra. Et diuide in quatuor partes, quoniam primò ponit vnam regulam. In secunda excipit duos casus à dicta regula. In tertia ostendit iudici modum & formam iudicandi super dicta materia. In quarta excipit duos alios casus à prædicta regula sup. posita. Secunda ibi, nisi seruitium. Tertia ibi, bonus tamē iudex. Quarta ibi, dum tamen scias.

CASVS.

Licet Vasallus multo tempore nō seruierit domino suo, non propterea perdit feudum, sed ista regula fallit in quatuor casibus.

Primus, quando Vasallus expressè recusauit velle seruire.

Secundus, quando requisitus à domino cessauit seruire.

Tertius & quartus, quando sciuit dominum obsideri, vel ei periculum mortis imminere, & cùm potuit non iuuauit ipsum. Et ista omnia relinquuntur in arbitrio iudicis, qui variè ex causis & personis iudicabit. h. d. Et pro introductione & notitia huius materiæ, vide quod dixi sup. tit. 2. in c. licet in 3. notabili & in vlti. q. In tex. ibi, ad hæc, id est, iuxta proximè dicta. Nam continuat se, vt sup. dixi. Ibi, Mediolanensium, dic q, talis consuetudo est etiam generalis, quo ad oēs, vt est casus, in d. c. licet, & vbiq; bonus iudex dz semper arbitrari, vt in isto tex. & p hoc est expedita gl. 1. hîc posita. Ibi, beneficiū. i. feudū, vt sup. in qui. cau. feud. amit. in §. in primis. Ibi, tenuerit, subaudi, expressè recusando velle seruire. Nec isto casu requiritur interpellatio secundum And. de Iser. quia ex quo certum est, quod non vult facere iustitiā domino, & q, non vult seruire, non est locus coniecturæ, vt dixi sup. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. item qui domino suo. Vel intellige, quod ex pacto debebat pstare seruitium ad certum diem. Vnde dies interpellabit, nec erit opus interpellatione hominis, l. Traiectitiæ. ff. de act. & obli. & ita intelligit Bal. Sed prima expositio magis cōgruit huic literæ, quia expressè patet de nequitia ipsius Vasalli, qui non est paratus seruire, etiamsi dominus peteret, vt in d. c. licet. Secùs autem si non recusaret expressè, quia tunc requireretur interpellatio, vt statim sequitur. Ad quod facit sup. de mili. Vasal. qui contumax est in princip. Ibi, vel propinquū. Et ista est prima consideratio, quā animaduertere debet iudex, & de hoc in l. 1. ff. si quis cau. & in l. cùm post. C. de appel. Ibi, paratum esse. Ista est secunda consideratio, quam debet facere iudex. s. animaduertere, an Vasallus sit paratus seruire vel non, nam si expressè recusauit, tūc non est paratus, vel intellige vtrum sit paratus, qa fortè iam præparauerat se ad seruiendum de armis & equis, &c. Ibi, dum Guerram, hæc est tertia consideratio. Ibi, vtrunq; non intelligas quod sit vna dictio sola, sed sunt duæ, & est quarta consideratio, quam facit iudex, videlicet, an dominus habeat magnam Guerram vel paruā. Ibi, vel annunciauit, ista est quinta consideratio, & est substantialis regulariter, vt videlicet, Vasallus requiratur ad seruitium præstandum, vt in d. c. licet. & infrà, an ille qui interfe. fra. do. in c. fi. Ibi, quam ad condemnandum, subaudi, in dubio, vt l. absentem. ff. de pœnis. & ff. de actio. & oblig. in l. Arianus. Ibi, sciuerit. Nam etiamsi sciret eam Guerram habere, non tamen sciat eū esse in tali periculo, non tenebitur iuuare ipsum, si non est requisitus, vt hîc & in dicto c. licet. Ibi, & cùm non potuerit. Secùs autem, si non potuisset, quia tunc est excusatus, nec amitteret feudum, vt suprà, quæ fuit prima causa benefi. amit. in §. sed nec est alia. in fine. & ibi dixi in c. fi. sup. de feudo sine culpa non amitten. & inf. an ille qui interfecit fratrē domini. in d. c. fi.

Not. quod in feudo recto, tempus suo naturali cursu nō interpellat Vasal. ad præstationem seruitiorum, sed requiritur interpellatio

terpellatio hominis, vt hîc & in c. si Vasallus sup. si de feudo fuerit controuers. & in dicto c. fi. inf. an ille qui interfecit fratrem domini. Sed si feudum erat condicionatũ, vt quia pręstabat seruitium certũ, de quo infrà de capit. qui cur. vendi. in c. fina. & tunc si haberet diem certum limitatum, tunc tempus dictæ diei certæ, interpellaret sine aliqua admonitione hominis. l. magnam. C. de contrahenda. & committenda stipula. l. 2. C. de iure emphi. & hîc in versiculo nisi. & dixi super textu. Nec tunc haberet aliquid plus de tempore, quia potuit præiudicare. Aut non est expressum certum tempus, sed tacitum, & tunc post illud datur congruum tempus arbitrio iudicis, quia non potuit præuidere, vt hîc secundum Bald. & statim dicam. Nam vbi dies non est statuta, non cogitur se offerre. l. 2. quorum lega. & hîc isto text. cùm si. Item limita & alio modo, videlicet, nisi interpellatio legalis aliud disponeret, quia tunc non requireretur interpellatio hominis, vt in isto tex. ibi, dum tamen scias, &c. duplex namq; est interpellatio, quia alia hominis, alia legis, vt colligitur ex isto tex. & no. gloss. in l. Aemilius. ff. de mino.

1 † Not. quòd postquam Vasallus interpellat⁹ est ab homine, vel à lege adhuc habet tempus congruum arbitrio iudicis declarandum. l. quod dicimus. ff. de solu. & l. promissor. de consti. pecu. & in hoc text. qui præstat argumentum secundum Bald. ad cõtractus, qui quotidie fiunt inter ciuitates cõsiderandas a quæ sibi vicissim promittunt auxilium, de quibus cõfœderationibus, vide per Bar. ff. de collegijs illici. in l. fin. & in tractatu qui sint rebelles, & per Bald. super rub. C. pro soc. & aliquid dixi sup. de pace tenen. in prin. & in §. 1.

2 † Not. quòd interpellatio legalis, non arctat Vasallum, nisi à tempore scientiæ, vt hîc & in dicto c. licet.

Quod intelligas, nisi sit ignorantia esset supina & crassa, quia tunc nihilominus puniretur, cum haberetur pro sciente, vt dixi suprà, si de feud. fue. controuer. in c. si Vasal. feudum. Nam ad inducendum delictum exigitur scientia, vel saltem ignorantia non excusabilis, vt in l. fin. ff. de decre. ab ordi. fac. & dixi in c. Vasal. feud. suprà, si de feud. fue. controuer. No. quòd impossibilitas non arctat Vasallum ad præstationem seruitiorum, de quo dixi in d. §. sed nec alia. sup. quæ fuit prima causa. & suprà de feudo sine culpa non amit. in c. fi. & suprà qui. mo. feud. amit. in prin. & ibi gloss.

3 † Not. dominum debere nunciare Vasallo, si vult seruitiũ sibi exhiberi. Nunciatio enim habet magnos effectus, vt in l. 1. ff. de ope. no. nun. & ff. de peti. hære. l. item viuunt. in §. petita.

4 † No. regulam quod in dubijs debet esse iudex magis promptus ad absoluendũ, quàm ad condemnandum. Et est ratio, qa in decisione causæ debent esse rei fauorabiliores quàm actores, vt l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. Secùs autem in ordinatione, quia in princ. causæ magis fauemus actori. In medio causæ, pariter vtriq;, vt in l. si qs intẽtione ambigua. ff. de iud. & ibi per Docto. & no. glo. in c. cùm ad sedem. extra de resti. spo. de quo plenè p Dy. in regula cùm sunt partium. de reg. iu. in 6. Scias tamen, q sicut quando pbationes essent hincinde pares, pniores esse debemus ad absoluendum, vt hîc. Ita & in recipiendis pbationibus debemus magis fauere ad solutionem, quàm ad condemnationem. Et si ista regula reperiretur fallere in sententia, eodem modo fallit in probationibus, vt est text. sing. secundum Bal. in l. antepe. ff. de manumiss.

Op. cum gloss. fi. in ver. Et hoc est verum, &c. contra suprascriptam regulam, q immò in dubio debemus potius condemnare, quàm absoluere, vt pbatur. ff. de re iudi. in l. inter pares, vbi est casus, q si corã pluribus iudicibus ordinarijs paribus, quia fortè sunt quatuor, agatur de causa liberali cõtra assertum dominum, & duo ex iudicibus iudicauerint contra dominum reum pro libertate, in fauorem agentis. Alij duo pronunciauerunt pro domino reo contra agẽtem, dicitur quod tenere debet sententia lata pro actore, non autem pro reo. Ex quo habes quòd lex ibi magis fauet actori quàm reo, q esse videtur contra istã regulam. So. dixit glo. q ibi fallit fauore libertatis, quæ fauorabilis est. Eodem modo dicendum secundum gl. in quacunq; alia re priuilegiata. Et potes declarare glo. p l. in ambiguis pro dotibus. ff. de reg. iur. & p l. sunt personæ. ff. de relig. cùm si. Et ex his habes nunc glo. abundanter expositam vsq; ad finem.

a *Inter ciuitates cõfœderandas. Adde an confœderatus possit se cõfœderare, cũ interpellatio, alia est legalis, alia hominis.*

Vltimò de pertinentibus ad materiam huius §. circa interpellationem fiendam, vel non fiendã, vide in pluribus remissionibus quas dedi sup. in tit. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. sed nec alia. in q. 4. & q dixi sup. de no. fidelitatis for. sup gloss. fi. & sup. si de feu. fue. contro. in c. licet.

De pertinentibus autem ad illam materiam, quando iudex ex varijs causis arbitretur, habetur suprà, quæ fuit prima causa benef.amit.in §. sed quia natura. & inf.de consue.rect.feud.in §. sacramentum.ff.de annu. leg.l. Meuia. in fi.& ff.de rei.vẽdi.l. in fundo. Ex qua lege iste text.sumptus est. & per Iacob. Ardizo.in Summa.qui.mod. feud.amit.sub rubricella, an teneatur Vasal.seruitium offerre domino. cum seq.

SVMMARIA.

1 *Expensæ factæ in melioratione rei feudalis sunt deducẽdæ feudo ad dominum ob generationis Vasalli defectum reuertente. Et quid sit dicendum in expensis modicis, & quæ sint modicæ expensæ.*

2 *Expensæ à Vasallo factæ non repetẽtur si feudum ipsius culpa ad dominum reuertatur.*

§ SI VASALLVS. Iste §.in sua materia participat cum titu. secundo, suprà proximo, videlicet, si de feu. fue. contro. Nã vt dixi super rubrica huius tituli præsens titulus non habet rubricam formalem, sed casus in eo comprehẽsi participant aut cum tit. præcedenti, aut cum dicto tit.si de feu.fue.contro. Titulus enim præcedens, fuit quędam interpositio in dicta materia, si de feu.fue.contro. ꝓut in simili facit Gratianus in suo tractatu decretorum.33.q.3. vbi interferit tractatũ de pœnitentijs, quo expedito, postea reuertitur ad expeditionem aliarum quęstionum dictæ causæ. Sic facit in ꝓposito nostro Obertus de Horto, qui interseruit in tractatu si de feud.fue.controuer.dictam legem Imperatoris Federici de pace tenenda, qua finita, reuertitur ad suam priorem materiã ponendo successiuè has consuetudines, q̃ participant de vtraq; materia, prout dixi super rubrica. Nunc his præmissis, veniamus ad declarationem præsentis §. in quo determinatur qualiter finito feudo debeat regulari incrementum, quod accreuit ipsi feudi expensis ipsius Vasalli. Et diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur dictũ circa meliorationem feudi per fabricam Vasalli. In secunda responsio. In tertia ponitur alia determinatio circa meliorationem per seruitutem acquisitam feud. In quarta ponitur opin.quorundam non vera. Secunda ibi, dominus. Tertia ibi, idem dico. Quarta ibi, quidam.

CASVS.

Dominus ad quem feudum reuertitur per defectum generationis Vasalli, tenetur ad expensas meliorationis factæ in feudo, siue sint circa fabricam, siue circa seruitutem feudi acquisitam, aut eas patiatur auferri.h.d. In text.ibi ædificium fecerit, scilicet, de nouo, vt quia ibi domum fabricauit, ex quo perpetuo melioratũ est feudũ. Ibi, vel ipsum.s.feu. Ibi, meliorauerit, vt q̃a fecit domũ lateritiam, quæ erat de tabulis, vel aliter fecit feu.vtile, quod aliàs erat inutile secundum formam.l.pe.ff.de re.eorum. Ibi, decedat, subaudi, & sic feudũ redijt ad dominum, vt sup.de alie.feu.in §.& si clientulus. Ibi, auferri, subaudi, per hæredes Vasalli in alijs bonis excepto feudo, in quo non succedunt, cùm non sint de agnatis, vel aliàs successibiles ad iura feudalia prædicta. Ibi, aut soluat, scilicet, ipse dominus prędictis hęredibus. Ibi, acquirat, scilicet, per pecuniam. Nam etiam in hac seruitute acquisita dominus tenetur aut dare precium dictæ seruitutis dictis hæredibus, aut quod ipsi hęredes vtantur retentione, donec eis satisfiat per dominum. Ibi, quidam alij dicunt, subaudi, & malè secundum gl.secundam hîc positam in fine.

1 † No.in feudo permissam esse retentionem, propter expensas meliorationis in eo factas, siue in faciendo de nouo, siue in reficiendo sint dictæ expensæ, donec attollãtur per facientem, aut soluantur per dominum, qui si interim agat ad feudum, poterit per exceptionem doli repelli. Et hoc voluit etiam gloss.fi. hîc posita in sui princip. & in pluribus concordantijs, quas allegat vsq; ad versi.& quod dicit. Et ad hoc benè facit insti. de rerum diui. in §.certè. cum ibi not.in gloss. Est enim in electione domini secundum Iac. de Bel. vel pati auferre, vel soluere extimationem, vt hîc dicitur in litera, & not.in l.sed & si quid.in prin.ff.de vsufruc.

2 † Not.quòd determinatio huius §.habet locum, & procedit siue ædificium fabricatum, possit de se stare absque fundo feudali, vt quia potest inde amoueri, & religari alibi, seu refici secundũ And.de Iser. siue non possit de se stare, sicut est ædificiũ de muro constructum de nouo, vel melioratum, vel sicut est seruitus, q̃ de se stare nõ potest, vt sup.de inuesti.de re alie.fac.in §. econtrario. Nam donec dominus soluat precium huius seruitutis acquisitæ, & meliorationis, non poterit vendicare feudũ, quia agendo repelletur exceptione doli, vt dictum est, licet aliqui voluerint intelligere, quod totum feudũ pertineat ad dominum,

minum, aliqua refectione expensarum nõ soluta, quod falsum est. Et hoc est quod voluit iste text. ibi. Idem dico, &c. Et hoc sentit dicta glo. fi. circa fi. in d. ver. & quod dicit quæ ex prædictis remanet expedita & declarata vsq; ad finem. Quæró cum glo. prima, an iste text. habeat locum etiam quando Vasallus fecit expensam modicã. Et respondet gloss. quod non, quoniam solùm debet intelligi, quando fecit expẽsam magnam, quam facere non tenebatur. Et hoc voluit dicere ista glo. vsq; ad ver. nisi. quam declara per l. 6. in §. hactenus. ff. de vsufructu. quando Vasal. hanc modicã expensam facere tenetur in reficiendo, & in hac tali modica expensa, ad quã de necessitate tenebatur Vasallus facere, non haberet locum iste tex. nec de tali modica expensa curat Prætor. l. oĩno. ff. de impensis. quia postquam habebat emolumentum, debet habere onus, vt insti. de legi. pa. tu. in §. fi. Quando autẽ, & quæ intelligatur modica expensa, & q̃ non, debet restitui per ipsum dominum, colligere potes ex dicto §. hactenus. cum ibi no. & l. eũ. C. de. vsuf.

Op. cum dicta gl. in ver. nisi, &c. quòd imò hæredes Vasalli, non possunt repetere expensam factã, vt probatur in l. 3. in §. nos generaliter. ff. de impensis. So. ibi loquitur de expensa facta causa colligendorũ fructuũ, quæ non repetitur, sed compensatur cũ fructibus, vt ibi. Hîc verò loquimur de expẽsa ad perpetuam vtilitatẽ rei, non aũt causa colligendorũ fructuũ, vt probatur in d. §. nos. & in l. si in eo. tit. Et per hoc expedita est glo. vsq; ad versi. sed quid. licet non ita clarè locuta sit. Quæro subsequenter in dicto ver. cum dicta gl. quid si isti heredes Vasalli non habuerunt extimationẽ de impensa facta in feudo, neq; voluerunt amouere, neq; reficere. i. extirpare. fortè ostiũ fabricatum, quia noluerũt de hoc facere quæstionẽ, ita q; dominus est ingressus possessionẽ feudi, & consequenter dicti ostij fabricati, posteaq; idẽ dominus amouit & refixit. i. extirpauit dictum ostiũ, an dicti hæredes poterunt nunc vendicare, dictam rem refixam. i. extirpatam, hoc est dictum ostium amotum. Et respondet gloss. quod sic. & allegat. l. sed si quid in ædificãdo. in prin. ff. de vsufruct. per quam legem cum ibi not. oportet te declarare istam gl. quæ obscurè locuta est. & vide ad intellectum ipsius l. habitator. ff. de rei vẽdica. & in l. sed addes. in §. si inquilinus. ff. locati.

Oppo. ab extra, quòd imò totum feudum cum fabrica & omni expensa, pertineat ad dominũ, neq; hæredes Vasalli possent repetere talia melioramenta, quoniã Vasallus expendens in feudo sciebat, vel scire debebat, feudũ redire ad dominum, nec in hoc potuit p̃tendere ignorantiam. l. quisquis. C. de rescin. vendi. vnde sciẽter expendendo in re aliena, debet p̃tendere expensam. insti. de re. diui. in d. §. cùm aũt. So. secundum And. de Iser. dicta contraria loquuntur in re prorsus aliena. Hîc verò vtile dominium erat Vasal. ff. de rei vendi. l. si fundo. & de vsufruc. l. eum. Et hæc fuit ratio, quare in isto tex. opinio istorum sentientium contrarium reprobata est.

Oppo. quòd imò semper habeat locũ retentio propter expensas factas in re de l. Paul⁹. ff. de doli exceptio. & de. l. si in area. cùm si. ff. de condi. inde. Solue, vt omnia similia contraria, vt plenè tangitur per gl. in l. in fundo. ff. de rei vendi. & dic vt ibi.

2 †Quæro ab extra, quid si dictum feudũ redijt ad dominum ex delicto Vasalli, an talis melioratio possit repeti, & dicit Bald. quod non, per l. 2. C. de iure Emphi. Et est ratio, quia hîc loquimur, quando per defectum generationis amittitur feudum. Ibi, autem propter delictum & culpam Vasalli, quo casu, si amittitur principale, amittitur etiam accessorium a. Et idem tenuisse ante videtur Ia. Ardi. in Summa. quib. mo. feud. amit. sub rubricella de superficie facta à Vasallo, &c.

a Amittitur et accessorium. Adde in regula accessoriũ. & ibi Doct. de re. iu. li. 6.

Quæro quid si ecclesia concessit mihi aream in Emphiteosim, & domum ibidem ædificatam concessit iure proprio ipsam vendendo, postea Emphiteosis reuertitur ad ecclesiam, an teneatur ad extimationem domus, & vide de hac & similibus quæstionibus Bal. in Auten. excipitur. C. de bo. quæ libe. Et in hoc ibi variè locutus est. & in l. fin. §. emptor. C. communia de lega. & sup rubrica de iure Emphi. Hîc tamen videtur stare in hac conclusione, quæ in hoc §. traditur. Et ita dicit quod seruatur de consue.

Vltimò de pertinentibus ad materiam vide, quod dixi suprà de contro. inuesti. in §. si quis de manso. & sup. de inuesti. de re alie. fac. in §. econtrario. & in remissionibus quas ibi dedi. & Bal. in Auten. qui rem. C. de sacrosanct. eccles. & in l. 1. & fin. C. de iure emphi. & in l. 1. ff. de rerum diuisio. in q. 8. & C. de bo. quæ lib. in Auten. excipitur. vbi etiã declarat quid iuris in Emphiteotica, & in locis pluribus. suprà sparsim allegatis. & plenè in Specul. in tit. de expen. in §. 1. & per Iacob. Ardizo. quib. mod. feud.

feud.amit.ſub rubricella de ſuperficie facta à Vaſallo, &c.ſup.allegato. & per Hoſt. in Sum.tit.de feu.§.finali.in ver.præterea.

SVMMARIA.

1 *Annus quare in menſe Septembris incipere dicatur.*
Anni varijs modis incipiunt.
2 *Annus quotuplex inueniatur, & eorum quilibet quis eſſe definiatur.*
3 *Diuiſiones fructuum inter dominum & hæredes Vaſalli mortui fiendæ. Secus in fructuario & in marito & vxore.*
4 *Iura cur circa fructuum diuiſiones proceſſerint.*
5 *Penſiones loco fructuũ ſuccedere dicuntur.*
Fructus & penſiones ad quem pertineant, ſi fundus venditur.
Fructus qualiter diuidantur inter hæredes & ſucceſſiones in beneficio Clericorum morientium.
Fructus qualiter ſint diuidendi inter ligatarios, ſi legatũ ſingulis annis ſit relictũ.
Fructus naturales & induſtriales qui, & an habeat tex. noſt. locum in vtroq;.
Fructus quod dicantur deductis expenſis.
6 *Concedens fundum in feudum pendẽtes fructus concedere creditur.*

HIS CONSEQVENTER. Iſte §. continuat ſecum præcedenti hoc modo, quia ſuprà proximè declarauit, ad quem ſpectare debent meliorationes factæ in feudo, quando feudum vertitur ad dominum per mortem Vaſalli deficientis ſine hærede maſculo, nũc verò declarat in iſto §. quid iuris ſit de fructibus pendentibus ſuper dicto feudo, ad quem ſpectare debeant, ſi feudum reuertatur ad dominum, vt ſuprà dictum eſt. Et pro notitia huius §. & euidentia dicendorum ſciendum, quòd Docto. ipſum legunt varijs modis ex eo, quia prima fronte non videtur habere in ſe bonam rationẽ in hoc, videlicet, vt menſis Martij, & menſis Augusti habeant diuidere fructus totius anni, vt ſonat iſta litera, quod non videtur rationabile, vnde Iacob. Ardizo. & Bald. & Communiter Doct. ipſum intelligunt ad corticem, vt ſonat litera, vt dixi, videlicet, q; ſi Vaſallus moriatur ante Calendas Martij, quòd omnes fructus ipſius anni, ſint domini. Si verò moriatur poſt Calendas Martij vſque ad Auguſtum, tunc ſint hęredum Vaſalli. Si verò moriatur poſt Auguſtum, tunc omnes fructus ſint domini, & iſte eſt caſus verus ſecundum eos, quicquid alij dixerint, de quibus text. tacitè facit mentionem. Veruntamen ipſe idem Bald. volens aſsignare rationem decidẽdi pro euitanda abſurditate huius deciſionis, dixit quod ita placuit conſuetudini. Et ſubiungit, quod hoc ideò fortè eſt, quia poſt Martium Vaſalli tunc incipiunt ſe parare bellum, vel quia mundus incœpit de Martio, & tunc primò terra produxit herbam virentem. Sed iſtæ rationes videre meo, nihil concludunt & diuinant, ideò videtur mihi iſtum §. alio modo debere intelligi ſecundum And. de Iſer. qui ipſum notabiliter & ſubtiliter intellexerit. Et ego clarius, quàm ipſe faciat explicabo, videlicet, vt incipere debeamus annum in menſe Septembris, quia in dicto menſe incipit nouus annus ad fructus futuros, quia tunc incipiunt homines ſeminare, putare vites, & communiter facere alia, quæ ſunt neceſſaria ad fructus, tunc futuri anni, licet ipſe And. inchoauerit dictum annum ab indictione, quæ ſecundum ipſum incipit currere dicto menſe Septembris. Sed ego intelligo ipſum annum incipere ſimpliciter in princip. menſis Septembris, non habita aliqua conſideratione ad ipſam indictionem, quæ regulariter non incipit in dicto menſe, vt dixit Specul. de inſtru. edict. §.2. verſic. cæterùm. Sed tamen in hoc non eſt variatio in tempore. Et iſte talis annus diuiditur in duas partes, quia prima pars dicti anni incipit à dicto menſe Septembris incluſiuè, & durat per ſex menſes, videlicet, vſque ad menſem Martij excluſiuè. Secunda verò pars dicti menſis, durat per alios ſex menſes, & incipit à menſe Martij incluſiuè, & durat vſque ad menſem Auguſti excluſiuè. Modò ergò in tali anno magiſtraliter inchoato & bipartito reſpectu fructuum naſciturorum, fit iſta determinatio, de qua in iſto §. vt videlicet, ſi Vaſallus moriatur in prima parte dicti anni, videlicet, à menſe Septembris, vſque ad Martium excluſiuè, quòd tunc hæredes Vaſalli nihil habeant, ſed ipſe dominus habeat totum, & hoc eſt rationabile, quia adhuc ſupereſt alia medietas anni, qui cedere debet lucro ipſius domini. Sed quando Vaſallus moritur poſt Martium iam inchoatum, tunc ipſe Vaſallus debet habere omnes fructus dicti anni. Et eſt ratio, quia iam erat tranſcurſa pluſquã medietas totius anni, & ſic totus annus debet cedere lucro hęredũ Vaſalli, & nõ domini.

Nec obſtat iſte tex. in ver. ſi verò poſt ſi Auguſtum, &c. quia debet intelligi, quòd Vaſallus moriatur poſt Auguſtum, quòd tunc hęredes ſui nihil habeant ſe impedire pro an-

pro anno, tunc subsequenti proximè futuro, qui incipiet in mense Septembris proximè futuri. Verùtamen fructus anni iam inchoati, habebit integros siue recolligātur de dicto mense Augusti, siue postea, sicut est vinum & oleum, &c. quia omnes tales intelliguntur de dicto anno iam inchoato. Et quod iste talis intellectus sit verus, & de mente huius literæ, probatur aperta ratione, quia si Vasallus moriatur inchoato Martio, nō est dubium aliquod secundum omnes, q; habebit fructus futuri Augusti, vt in isto tex. & sic hæredes Vasal. habebunt fructus nasciturus à tempore mortis Vasalli, vsq; ad sex menses. Si verò moriatur de tempore Septembris post Augustum, & sic in ipsa vindemia, nō deberet ipsam habere etiam si iam esset collectum, q̄d absurdū esset, & q̄d ipsam vindemiam ipsi hæredes non debeant habere non videtur etiam rationabile, imò contra mentem huius literæ, vt suprà dictum est, & insurgeret maxima iniquitas, vt si toto anno coluisset vineam vel oliuam, quod hęres suus priuaretur ea. Ideò dicendum & intelligendū, q̄d ipsi hæredes habeāt omnes fructus dicti anni iam inchoati. Sed nullo modò debeant se impedire de anno futuro, etiam si Vasallus mortuus esset post mēsem Augusti. Et ita intelligatur dictus versicul. si verò, &c. quod patet, quia dicit quod tunc omnes fructus anni percipiet dominus, &c. Nam non potest verificari tex. in anno iam inchoato, quia in dicto anno iam erat recollectū frumētum, & alia blanda per ipsum Vasal. Vnde non potest dici, quod dominus habeat omnes fructus, & sic necessarium est extendere dictum textū ad annum, qui tunc inchoabit, non autē ad annum iam inchoatum, qui nunc finire debet post dictos fructus recollectos. Nam fructus intelliguntur fieri tempore, quo coluntur potius, quàm tēpore quo colliguntur. ff. sol. mat. l. diuortio. §. non solū. His præmisis nunc de facili intelliges literam, quam etiam diuido in quatuor partes, quia primò declarat fructus totius anni, debere spectare ad dominum, quando Vasallus moritur infrà proximos sex menses anni iam inchoati de mense Septembris, ob cultum am fructuum nasciturorum. Secundò declarat omnes dictos fructus debere spectare ad hæredes Vasalli, quando moritur ipse Vasallus inf. secūdos sex mēses dicti anni. Tertiò habet respectum ad fructus anni futuri, non autem ad fructus anni p̄ximè præteriti. Quartò ponit opinionē quandā quæ non est vera. secunda ibi, si verò post Calendas. tertia ibi, si verò post Augustū. quarta ibi, quidam dicunt.

CASVS.

Si feudum deuoluatur ad dominum per mortē Vasalli à mense Septembris inclusiuè, vsq; ad princ. Martij sequentis, omnes fructus illius anni erunt domini. Si verò post princip. Martij vsq; in fin. anni, tunc spectabunt ad hæredes Vasalli, dummodo ad annū sequentē futurum se in aliquo non extendant, cùm dominus omnes fructus dicti anni futuri percipere debeat. h.d. In tex. ibi, his consequenter, hoc ideò dixit, vt se ad superiora continuaret, vt suprà dixi. Ibi, reuerti, subaudi ex eo, q; Vasallus filium masculum reliquit, vt supr. §. p̄ximo. Ibi, eius anni, qui inchoauit de mense Septembris præterito, & finiri debet in mense Augusti futuro inclusiuè. Ibi post Calendas, & dicuntur Calendæ semp̄ prima dies cuiuslibet mensis. Quare autem sic dicantur, & fiant ac cognoscantur, vide gl. in l. cùm bissextus. ff. de ver. sig. & gl. Io. An. super data sexti libri & in Specu. de instru. edic. §. 2. ver. post indictionem. Ibi, percipiuntur, scilicet, in dicta æstate, sicut sunt segetes.

Idem tamen intelligas de alijs fructibus, etiam post dictum Augustū colligendis spectantibus ad dictum annū, sicut est vindemia, oleum, & similia, vt suprà dixi. Ibi, post Augustum, subaudi, moriatur Vasal. Ibi, omnes fructus anni, scilicet, futuri, & nouiter inchoati. Nō autem potest intelligi de anno, qui nūc finitur, cū iam suprà dixit, q; omnes fructus ante Augustum sint hæredū Vasalli. Ergò nō verificaretur iste text. qui vult, q; omnes fructus anni p̄cipiat dominus. Necessarium est ergò intelligere, q; iste text. habeat respectum ad annum futurum nouiter inchoatum, post dictum Augustum, in quo si Vasallus moriatur post dictum Augustum, Vasalli hæredes se nō intromittant aliquo modo. cū omnes fructus dicti anni futuri spectaturi sint ad dictum dominum, cum respectu ipsius anni futuri clarū sit Vasal. esse mortuū ante Martiū, & sic omnes fructus spectare ad ipsum dominum, vt declarauit in prin. §. Sed respectu fructuū anni, q iam finitur, ipsi hæredes habebunt omnes fructus, qui restāt colligi de dicto anno. sicut est vindemia & oleum, & similia, vt suprà

dictum est, & ita intelligatur. Ibi, quidam dicunt, subaudi, & malè, cùm eorum opinio sit iniqua & reprobata, put etiã re, pbata est in §. præcedenti. Et hoc voluit gl. prima hìc posita in fi. sui.

1 †Not. annum incipere in mense Septembris respectu fructuum futurorũ colligendorum. Et est ratio, quia tunc hõines regulariter incipiunt semina in terrã iacere. Vnde cùm dicimus iuxta vulgare, quæsto anno va bona sasone. Intelligimus de tali anno, qui incipit in seminaturis, nõ autem de anno, qui incipit à natiuitate Iesu Christi. Nam anni varijs modis incipiunt, secundum enim antiquos, incipiebant aliqui annum in Calendis Aprilis. vt no. gl. in l. pro hac. C. de aduo. di. iudiciũ. Aliqui incipiebant annos ab indictione Hebræi à diluuio: aliq ab Olimpiade. Nos vero à natiuitate Iesu Christi. [a] Quidam ab incarnatione, vt de his plenè not. gl. super rubri. C. de indictionibus lib. 10.

[a] *Nos verò à natiuitate Iesu Christi. Adde glos. in Cle. 1. de sum. tr. Car. Alex. in nõme Domini. in 1. no. 23. distin.*

2 †Sed quantum ad propositum nostrum potest dici, quod duplex est annus, vnus, scilicet, legalis & magistralis, qui est 365. dierum. l. cùm hæredes. §. Stichus. de statu libe. & l. ita vulneratus. ad l. Aquil. Et hoc modo loquendo quicquid est actum intra has 365. dies, potest dici factum hoc anno, & potest incipere talis annus, quandocũque, & de isto tali anno intelligit iste text. Sed alius est annus, qui appellatur annus cõmunis, & vulgaris, qui denominatur secundũ nos à natiuitate Domini Iesu Christi, & de isto non loqtur iste §. Facit q̃d dixit Bar. in l. libellorum. ff. de accus. & in l. 1. §. annum. ff. de iti. actuq; priua. Nam annus incipit secundum varios tractatus. Si enim ex forma statuti cognoscatur de maleficio vsq; ad annum, incipiet iste annus à die commissi maleficij. Item, si conduco aliquem per annum, iste annus incipiet à die cõductionis factæ, & in similibus. Vnde non habemus respectum tũc ad annum communem, sed ad annum legalẽ, ad quem tex. noster se retulit. Et hoc benè pbatur in d. §. Stichus. & ibi etiam p Bar. Et ad prædicta vide Arch. in c. si propter tua. de rescript. libr. 6. vbi tractat, de multiplici specie annorum.

3 †No. secundum gl. primam hîc positam ex isto text. laudabilem diuisionẽ fructuũ fiendam inter dominum & heredes Vasal. mortui quæ menti mandanda est, cũ quotidie de facto occurrat. Sed aduertendum quod secundum diuersos tractatus in iure reperiũtur variæ & diuersæ fructuũ diuisiones. Nam in casu nostro vides, qualiter Vasallus moriens transmittit ad hæredes suos, ne collectos, sed etiam extantes, si moriatur post Calendas Martij. In fructuario autem aliter obseruatur, quia non transmittit, nisi perceptos fructus, quocunque tempore moriatur. l. defuncta. ff. de vsufructu. & insti. de rerum diuisio. in §. is verò. ad quem similiter, & est alia obseruantia circa dictam diuisionem fructuum inter maritum & vxorem, seu hæredes suos, quia diuiduntur pro rata temporis, quo maritus sustinuit onera matrimonij, vt l. diuortio. ff. so. matrimo. & notat. de hoc plenè per glossam. C. de rei vxor. act. in §. sed & nouissimi. Et hoc voluit tota ista gloss. prima quanq̃ non ita clarè & ample.

4 †Sed tu immediate fortè dubitabis, cur tam variè iura nostra pcesserunt circa huiusmodi diuisiones? Et ego tibi respondeo quod feudatarius habet plus iuris ac pinguius ius in re, quàm fructuarius. vt no. gl. ff. de arbo. fur. ce. in l. cedere. §. 1. Nam Vasallus habet vtile dominium, vt infrà de controuersia inter Vasal. & ali. c. 1. & suprà de inuestitura de re alie. facta. in §. econtrario. Fructuarius verò non habet, nisi naturalem possessionem. vt ff. de acquiren. posses. l. naturaliter. ff. de acqui. re. do. l. acquiritur. §. fi. Item, quia ius vtẽdi & fruendi non transmittitur ad hæredes. insti. de vsufru. §. fi. sed ius Vasal. sic, vt suprà in quibus causis feudum amittatur. in §. primis. In fructibus autem dotis, ideò fit alia diuisio, videlicet, pro rata temporis, quo maritus sustinuit onera matrimonij, in quo onere plura interueniunt. Et ideò æqua fuit prouisio, vt pro tempore, quo sustinuit, lucretur fructus. vt l. p oneribus. C. de iure do. Adde ad hanc materiam aliam, quæ statim dicam in quæstione prima.

Op. cum gl. 2. quod immò ista opinio hìc reprobata, sit vera, videlicet, istorum, qui dicebant, q̃ q̃cunq; tempore moriatur Vasal. q̃ fructus sunt domini, q̃a de hac opinione videtur casus. in l. Herennius. la. prima. ff. de vsu. & in d. §. is autem insti. de re. diui. So. dicas, licet gl. non soluat. quod hîc loquimur in Vasallo, qui habet ius in re. Ibi verò loquimur in alijs casibus non similibus. vt suprà satis plenè dixi assignãdo rationem diuersitatis.

5 †Quæro ab extra, quid de pensionibus, si feudatarius locauerat feudũ, an habeat locũ dispositio huius §. Et dicit Bald. q̃ sic, cùm

cùm loco fructuum succedant, vt in d.l. defuncta facit.ff.de vsuris.l. pensiones & de peti.hære.l.mercedes.

Quod amittit And.de Iser.quando in fin.anni soluuntur,vt regulariter fieri debet,nisi aliud conueniat,vt notatur.C.loca.in l.3. Secùs autem, si quolibet mense solueretur pensio, vel per certa tempora, secundũ consuetudines. vel statuta deberet solui,quia si Vasallus decederet elapso iam tempore,quo debebat solui, tunc hæres haberet, quia iam cessit,& venit dies, quo potuit illam petere per legem cedere diem.ff.de verbor. signi.aliàs sint domini, quia nec cessit, nec venit dies, de qua materia dic per Cy.in l.2.& in l.eden.C.loca. & per Bart.ff.de stipu. seruorũ.in l.seruus cõmunis.in §.fi.& ff.de magistra. in l.1. & in Spe.de loc.in §.postq̃.ver. sed quęritur. Facit q̧ dixi supr.tit.proximo. in §. si verò pacis.in antepen.quæstione.Quando autem venditur fundus,ad quem pertineant fructus, vel pensiones,vide in l. Iuli. in §.si fructibus.ff.de act.emp.per Bar.in l.fin.de iure fisci.per Bal.in l.fructus.& in l. traditio de act.empt.& in l.1. C.de vsu.& fruct. lega. qualiter diuidantur inter hæredem & legatarium.vide Cy.in l.fi.C. de vsu.& fru.lega.& Bal.in l.1.in co.ti.Quãdo autẽ relinquitur legatum singulis annis,qualiter diuidantur fructus, vide. ff. de annuis legu.in l.in singulos. Quid in clerico beneficiato moriente [a] extantibus fructibus, qualiter diuidantur inter hæredes clerici & successores in beneficio, tangitur in cap.si propter tuas.& in c.statutum per archi.de rescri.lib.6. Facit quod dixit Bal. in l.iubemus.C.de sacrosan. eccle. & in l. eden. C.loca. & extra de peculio cleri.in c.2.& extra de offi. ordi.in c.præsenti & p Ray.in d.l.defuncta.& per glo.& scribentes.in l.1.C.de anno.ciui.lib.11. Quæro an distinctio huius §.obseruabitur in fructib. naturalibus & non industrialibus? Et dicit Andr.de Iser.quod non.Sed debebit in illis obseruari, sicut in vsufructuario dicitur in dicto §. is verò ad quem insti. de rerum diui.Qui autem dicantur fructus naturales & qui industriales, vide per Bal.in l.ancilla.C.de fur.& in d.l. pro oneribus. C.l. ... & in d.l. C.de vsur.& fruct. lega.de quibus per gl.in l.fructus.ff. de rei vendi.Quæro quid si Vasallus decedit ante maritum,ita q̃d feudum cum fructibus reuertitur ad dominum. Sed tamen ipse Vasallus iam fecerat expensam pro dictis fructib⁹,an hæredes sui poterunt deducere dictam expensam & habere? Et And.de Isern.sentit, quod sic per l. fructus.ff.solu. ma.& ff. fa. hercis.in l.fundus.qui de quo plenè per Bart.in d.l.fructus.& Bald.in l.1. C.de fructi.& lit.expens.& per Cano. extra de resti.spoli. in c.grauis. & in Spec.de expen.§.1.ver.expensæ.Quęro q̃d si in Vasallo cameræ vel cauenæ si moriatur,qualiter diuidantur fructus anni , dic vt dixi suprà de feudo cogni.in cap.2.in 2.notabi.

6 †Quæro an qui concedit fundum in feudum, videatur concedere fructus pendentes,dic quod sic,per l.fi.§.penul.ff.quę in frau.cre.Et ita tenet Bal. in l.1. ff.de rerum diuisi.in q.14.

Vltimò de materia præsentis.§. vide text.& gloss. cum ibi tactis infrà in titulo, an agna.vel fi.repu.hæred.& gloss.& Doctor.in dicta l.defuncta.ff.de vsufructu.& quod not.in l.1. C.de annon.ciuilibus.lib. 11.per Canonistas.in dicto c. si propter tuas.de rescript.vbi gloss.tangit.& per Iaco. Ardi.in Summa.in titu.quibus modis feu. amitta. sub rubricella, de fructibus feudi, si ad do.feud.perue. & in capitulis extraordinarijs. in §. vnum quidem satis, &c. & per Baldum.in l.1.ff. de rerum diuisione in quæstione 13.

SVMMARIA.

1 *Vasallus dominum aduersus patrem iuuabit.*
2 *Vasallus aliquo casu domino plusquam patri obligatur proprio.*
3 *Vasallus non ligius domino antiquiori citius quàm vltimo auxiliabitur.*
4 *Vasallus dominũ non iuuabit cõtra seipsum.*
Vasallus obligatus dare militem domino in omni guerra, an teneatur dare, si ipsemet est in guerra cum domino.
5 *Dominus Vasallum iustum bellum mouentem etiam aduersus patrẽ propriũ tuebitur.*
6 *Vasallus domino vltimo fidelitatem pollicens antiquioris domini personam excipiet.*
7 *Vasallus fidelitatem domino iurans propriam non adimet personam.*
8 *Vasallus ligius Vasallum non ligium alterius domino inuito an se facere possit.*
9 *Vasallus quis sit eius antiquior dominus nesciens, cui homagium præstabit.*
10 *Vasallus dominum priorem contra posteriorem iuuabit.*
11 *Vasallus domino aduersus patriam [illegible] opem non præstabit.*

CONTRA OMNES. Continuatur iste §. ad princ. huius tit. vbi dictum est. q̧ Vasallus tenetur iuuare dominum in guerra iusta. Modò q̃a dubitari poterat, an in tali guerra teneatur ipsum adiuuare cõtra omnes homines de mũdo. Idcircò vt p̃dictã dubitatioẽm tollat, subiungit hîc istũ §.in fi.ti.&in sum.hoc vult.

Vasallus

[a] *In clerico beneficiato moriente. Adde quid si dictus clericus non haberet hæredes. quis succ. debet in fructib⁹. vide per Pet.de Anch. in c.2. de pœnis. & per Inno. & ideò An. in c. cùm in officiis. de test.*

Vaſallus tenetur adiuuare dominum ſuum contra omnes, etiam de ſanguine ſuo, excepto alio domino antiquiore, vt in hoc tex. & ſeipſo Vaſallo, vt in gloſ.1. & Imperatore. vt in gl.fi.h.d. cum gl. In tex. ibi, & patrē, ſcilicet, ipſius Vaſalli. Ibi, antiquiorem, ſubaudi, à quo feudo tenet, vt in glo. hic poſita in principio.

1 †No. caſum, in quo non conſideratur ratio affectionis vel ſanguinis, cùm Vaſallus teneatur adiuuare dominū contra patrem, filium, vel fratrē, ſimile in l. ſi ſeruū. ff. ad l. Aquil. Regula tamē eſt in contrarium, vt habeatur ratio ſanguinis & affectionis, vt in l. cùm ſeruus. ff. mandati. De qua materia dic, vt not. per gloſſ. & Doct. in l. ſi dominus. §. qui continetur. ff. de leg. 1. & ff. de pac. in l. fideiuſ.

2 †Nota caſum, in quo Vaſallus magis eſt obligatus domino ſuo, quàm patri, filio, vel fratri, quod videtur eſſe contra rationem naturalem in Autentic. de nupt. in §. ſed quod ſancitū. & in l. 2. ff. de iuſti. & iure. Sed hoc ideò eſt, quia licet iſte Vaſallus ſit obligatus patri, & filio, vinculo naturali. Eſt tamen obligatus domino vinculo iuramenti, vt no. glo. 22. q. fi. c. de forma. Quod vinculum iuramenti eſt fortè, vt patet in d. l. 2. vbi pręponit religionē. Facit l. poſtliminium. in §. filius in ratione ſui. ff. de captiuis.

3 †No. quod Vaſallus non ligius in perſonam vltimi domini, non tenetur ipſum adiuuare contra dominum antiquiorem. Et eſt ratio, quia qui prior eſt in tempore a potior debet eſſe in iure. vt ff. qui poti. in pigno. ha. in l. potior. Et hoc voluit glo. fi. hic poſita. in fi. Nam perſona prioris domini ſemper excipi debet, vt ſuper dict. gl. Quare autem appelletur Vaſallus ligius, b & quis ſit, vide gloſſ. in Cle. paſtoralis. de re iudic. & in Speculo de feudis. §. 2. in 1. colum. & quod dixi ſuprà in præambulis libri ſuper quæſtion. 7. Non enim quis poteſt eſſe Vaſallus ligius duorum. Sed benè poteſt eſſe ligius vnius & Vaſallus alterius, vt hic, quoniam licet iſte Vaſallus ſit ligatus ſecundo, tamen non adeò, vt ſit ligius, videlicet, vt legalitatem per omnia ſibi debeat, quia legalitas prioris domini, ſemper intelligitur, vt excepta, vt ſuprà dixi. Nam poteſt quis eſſe homo non ligius duorum pro diuerſis feudis, extra de ſu. pplen. neglig. prela. in capitulo grandi. & tenet Specu. de feudo. §. ſecundo, verſicul. 12. Non autem ligius duorum, vt idem Specu. dixit ibidem in verſicu 16. Et de his ſimilibus quæſtiōibus, vide ibidem in pluribus ver.

4 †Quæro cum gl. 1. quia iſte tex. dicit, quod Vaſallus tenetur adiuuare dominū ſuum contra omnes, an teneatur adiuuare contra ſeipſum Vaſall. ſi habeat guerrā cum dicto domino, & iſta glo. notabiliter arguit ad partes, pluribus rationibus, quas recita, vt in ea. Et tandem determinat, q̊d non, duabus potiſſimis rationibus. vcz. & primò, quia in ſuo generali ſacramento, q̄ præſtat ipſe Vaſal. domino ſuo de adiuuādo eum contra omnes, vt hic, intelligit̄ de alijs perſonis, & non de ſeipſo, quia pſona ipſius iurantis generaliter intelligitur excepruata. vt ff. cō. pdi. in l. quicquid. Secūdò, quia aut dominus habet ſecū guerram c iuſtam, aut iniuſtā, c Primo caſu eſt neceſſe dicere, q̄ ſit ex cul. ipſius Vaſall. Et p cōſequens debeat amittere feudū, ppter eius culp. vnde non erit opus diſputare, vtrum teneatur ipſum dominū adiuuare contra ſe. Cùm iſta diſputatio ad nihil aliud tendat, niſi ad cognoſcendū, an ipſe Vaſallus debeat priuari feudo, vel nō. Nam certi ſumus, q̄ debet priuari feudo, propter culp. fruſtrà eſt diſputare, an teneat̄ adiuuare, vel nō, quando dominus habet ſecū guerram iuſtam. Si verò habet guerram iniuſtam, & adhuc clarū eſt, q̄ Vaſallus non tenetur ipſum adiuuare, cùm imò dominus ipſe habeat priuari pprietate ppter culpam ſui, vt ſup. ti. 2. in c. domino committente. Et hoc voluit tota iſta gl. vſq; ad fi. quę optimè loquitur, & eam ſequuntur omnes Doct. Et eam tenet gl. in d. c. de for. 22. q. fi. in c. petitio. extra de iureiur. Et ibi bonus tex. & quaſi caſus huius quæſtionis. Facit gl. inf. de prohi. feu. alie. per Fe. in §. fi. & inf. de alie. feu. pa. in c. fi. ſupr. quibus mo. feu. amit. in prin. ff. co. pdi. in l. quicqd & 22. q. 2. c. primum. §. ſeptimū. & Spec. in ti. de feu. §. 2. ver. 22. quid autem ſi Vaſallus debebat dare domino ſuo in omni ſua guerra vnum militem, an ſi Vaſall. habet guerram cum domino, teneatur ſibi dare dictū militem, vide de hac quæſtione plenè per Bal. in l. 1. ff. de rerum diui. in q. 24. vbi poſt allegata ad partes, videtur reſidere in hanc ſententiam, videlicet, quod aut dicta guerra naſcitur à feudo, & tunc remittit ſe ad l. venditores. ff. de verb. obli. Si verò guerra non concernit feudum, tunc non videatur promiſiſſe contra ſeipſum l. ſi peculium. ff. de peculio lega. C. de ſolu. l. inquiſitio. Nec contra alios de ſanguine d ſuo, quorum poteſt iniurias propulſare. vt ff.

a Qui prior eſt tempore. Adde in regulis. qui prior. de reg. iur. li. 6. gloſ. in c. 1. de maior. & ob. Car. in c. cùm aute. in 3. no. de iure patr. idem Card. in c. paſtor. in 2. no. eo. ti. Arc. in c. regenda. 10. q. 1.

b Vaſallus ligius. Adde Doct. in c. recolentes. de ſta. re. Spe. ti. de ferijs. in §. 2.

c Aut iniuſtā. Adde gl. in c. de forma. 22. q. 5.

d Contra alios de ſanguine. Adde Ang. in l. hi qui. ff. de poſtulan.

vt ff. de iniurijs. in l. lex Cornelia. in prin. Nec contra primam, quæ est omni psona maior. secundum ipsum, & dic, vt ibi. Ego verò circa hanc quæstionem determinandam non recederem ab his, quæ in hoc §. tradita sunt.

5 †Quæro cum glo. 2. quid econtrà si Vasallus habet guerram iustam, vtrũ dominus suus teneatur ipsum adiuuare cõtra omnem hominem, & patrẽ, & filios, & fratres, & respondet ista gl. notabiliter q sic, per tex. supr. de for. fid. in fi. & per c. domino cõmittente sup. allegatum. & inf. qualiter do. propri. priue. c. 1. Et hoc vult glos. vsq; in fi. quæ Cõmuniter p omnes Scribẽtes tenetur. Ex qua no. determinationem sanctam & terribilem aduersus dominos, qui iuuare debent Vasallos suos etiam aduersus patrem, & filium, & si non faciunt, priuentur proprietate, & hac proprietas consolidabitur cũ vtili dominio Vasall. perinde ac si diceremus, quod proprietas cõsolidatur cũ vsufructu, vt no. gl. & q ibi dixi post Bal. in d. c. 1. de for. fi. Nam sicut ex dicta culpa fuisset Vasallus priuandus feu. ita econtrà ipse dominus proprietate, vt in dicto capi. 1. qualiter do. proprie. priue. & quod ibi dicam & in hac gloss. Et facit ad prædicta infrà de consue. rect. feu. c. 1. §. in quibus.

6 †Quæro cum glo. fi. an quando Vasal. iurat fidelitatẽ vltimo domino, debeat excipere personam domini antiquioris? Et respõdet gl. quod sic, sicut dicimus de Imperatore, qui semp nominatim debet excipi, vt infr. de prohi. feu. alie. per Fede. in fi. Et est æquum, quod ille, qui est prior tẽpore, sit potior in iure, vt supr. dixi. Et hoc voluit tota ista glo. quæ optimè loquitur. Hoc idem firmauit gloss. supr. in d. c. 1. de no. fi. for. Ex qua no. q sicut in inuestitura & iuramentis fidelitatũ Imperator debet excipi, Ita & domini antiquiores. Et est tex. secundum vnum intellectum in d. c. 1. de noua for. fide. ibi excepto Imperatore vel Rege, &c. prout ibi dixi. Et ista talis exceptio prioris domini, debet nominatim fieri. arg. prædictorum, vel saltem adduci debet ista clausula, saluo iure prioris domini, cui essem obligatus, secundum glos. Facit l. si quis locuples. ff. de manu. test. & quod dixit Cyn. in l. 2. C. de condi. inser. & si celaret, teneretur ad interesse secundũ Bald. per l. 1. in fi. ff. de act. empt. & l. 1. in fi. ff. de pig. act. dixit tamen Iac. Ard. in Sum. quibus mo. feu. amit. sub rubricella, excusatur si vult, q eum adiuuet cõtra antiquiorem dominũ, q in sacramento intelligitur [a] tacitè maior dominus exceptuatus, p dictũ c. petitio. c. veniẽtes. facit 11. q. 32. qui resistit. Scias insup sicut Imperator excipitur, ita & persona & autoritas Papæ intelligitur semper excepta, vt in c. venientes. extra de iureiur.

Quod intelligas etiam tacitè, dato quod non excipiatur expressè, vt no. gl. in c. consti. extra de rescrip.

Idem intelligas de Rege in regno suo per Vasallos Baronum, vt tenet Spec. in ti. de feu. §. 2. versi. 15.

7 † Quæro ab extra, an ipse Vasallus quando iurat fidelitatem, debeat excipere personam suam, dic q non, vt tenet glo. in dicto §. fin. infr. de prohi. feud. alie. per Fede. Facit quod dixi suprà in prima quæstione.

8 †Quæro an vnus homo ligius [b] possit se constituere hominem nõ ligium, & Vasallum alterius, inuito & ignorãte primo, & Spec. mouet quæstionem in d. §. 2. ver. 12. & post multa argumenta determinat, q si subest causa prohibitionis, vt quia vult facere homagiũ inimico prioris domini, & tunc nõ possit, arg. extra de accu. repellantur, aliàs secus. arg. ff. de inoff. testa. l. liberi. in fi.

9 † Quæro quid si Vasallus ignorat, quis sit antiquior dominus, quia feuda sua incœperũt ab antecessorib', iam est magnũ tempus, & dubitabatur, cui primò in iure homagij teneatur? & Specu. in d. loco ver. 13. tandem inclinat. q de æquitate poterit gratificari cui personaliter seruiat, & alteri per substitutum. arg. ff. de regli. & sum. fu. l. fi. De qua materia plenius vide per Ia. Ar. in Sum. quibus mo. feu. ami. sub rubricella, vbi plures sunt domini, qui auxilio indigent.

10 †Quæro an Vasallus teneatur adiuuare priorem dominũ, contra posteriorẽ, dic q sic, secundum Ia. Ard. in ti. qui. mod. feu. amit. sub rubri. excusatur si vult, q eũ adiuuet contra antiquiorẽ, & probat per tex. in §. illud. inf. de prohi. feu. per Fed. & ar. ff. loca. l. in operis. de quo p Bal. in l. 1. §. fiet autem. C. de cadu. tol.

11 †Quæro an Vasallus vigore sui iuramenti generalis, teneatur adiuuare dominum suum cõtra patriam ppriam, & dic q nõ, quia quemad. excipitur Imperator, ita & ciuitas, & patria propria. vt dixi in d. c. 1. de no. for. fide.

Vltimò de materia huius §. tractaui sup. de for. fi. in d. c. 1. q post glo. scripsi in d. c. 1. de no.

[a] *In sacramento intelligitur. Adde glo. in c. constitutus. de rescri. gl. in c. de forma. 22. q. vlt. glos in c. quæ contra mores. 8. dist. Arc. in c. autoritatẽ. 5. q. 6. & in l. si ff. qui satisd. cogan.*

[b] *An vnus homo ligi'. Adde gl. in verbo ligius in l le. pastora. de re iu.*

deno.for.fid.& quod habetur in d.§.illud.
de prohi.feu.alie.per Fede.& per gl.suprà
per quos fiat inuest.in §.fi.& per Spe. ple-
nè in d.§.2.per totum in ti.de feu.& ꝙ dixi
inf.de prohi.feu.alie.per Lotha.in l.2.per
Ia.Ard.in ti.quib.mod.feu.amit.sub d.ru-
bricella, excusatur si vult ꝙ eum adiuuet
contra dominum antiquiorem, cum octo
rubricellis seq.& in ti. Qualiter iurare de-
bet Vasallus sub rubricella tertia & quar-
ta.& quod tangitur per Canõi.in.d.c. pe-
titio.& d.c.venientes.& per Host.in Sum-
ma de iureiurando.in §.quot sunt species.
in fin. Facit quod habetur in ti.de statutis
& beneficijs.cap.si quis inuestitus, vbi fit
mentio de feu.litigio, &c. & in directoria
iuris.in ti.de feu.§.quid si Vasall. vbi circa
prædicta in pluribus tenet cõtrarium. Fa-
cit quod no.96.di.si Imperator.& in Spec.
de aduocato.§.1.versi.item excipitur cum
sequen.& sequen.

DE FILIIS NATIS EX MATRIMO. AD MORGAnicam contracto.

RVBRICA.

CONtinuari potest hæc rubrica ad p̄-
cedentes hoc ordine. Quia suprà in
ti.3.visum est de controuersijs, quę oriun-
tur occasione feudorum, in quo tractatu
author interseruit legem Imperatoris Fe-
derici de pace tenenda, vt patet suprà ti.2.
Postquam legē adhuc ipse author reuer-
sus est ad dictū tractatum, vt patet supr. in
ti.2.præcedenti, prout declaraui latè in d.
tit.proximo.in §.si Vasallus.in prin. Nunc
verò in isto titu.prosequitur adhuc de ea-
dem materia, videlicet, de controuersijs,
quę possunt oriri inter partes ratione ipso
rum feudorum, secundum occurrentiam
casuum. Vnde cùm de præsenti materia
author prædictus iā plura tractauerit, in
dicto ti.si de feu.fuer.controuer.in c.mu-
lier.& in c.filij. Nunc verò volens genera-
lem doctrinam tradere in hac materia.
Idcircò subiunxit hîc istam rubricam de
filijs natis ex matrimonio ad morga. con-
tracto. Et hoc ideò benè & elegāter fecit,
quia non est nouum, quibusdam speciali-
ter enumeratis, subijciatur clausula gene-
ralis. vt l.si seruus seruum. §. inquit lex. ff.
ad l.Aquil. Et quod hæc continuatio sit
vera videtur esse de mente glos. hîc positę
in nigro, quæ nihil aliud fecit, nisi cõtinu-
ando istum ti.ad dict.capi.suprà allegata.

Pręterea si benè aduertatur nedum iste ti,
sed etiam ferè omnes tituli sequentes pos-
sunt trahi ad dictum titulum si de feu.fue.
controuersi. cùm de dicta materia parti-
cipent, & ita secundum rubricationē an-
tiquam omnes tituli sequentes vsq; ad tit.
infr.de natura succes.feu. exclusiuè erant
& comprehendebantur sub rubrica præ-
cedenti, vt patet infrà, an agnatus vel fili-
us, &c.& in Summa Iac.Ard.qui ordinem
authoris nostri secutus fuit. Verū postea
Glossatoribus superuenientibus fuerunt
additę infrà scriptę rubricę, vt clarius ma-
teria per speciales titulos diuisa intellige-
retur, prout in simili dixi suprà de feudo
Guardi.super rubrica.

SVMMARIA.

1 *Coitus omnis extra matrimonium reprobatur.*
2 *Morganica promißio interpretatur.*

QVIDAM. Diuiditur in sep-
tem partes, quoniam in pri-
ma Vasallus contraxit matri-
monium cum nobili vxore,
ex quo matrimonio habuit
vnum filium, vsq; ibi, post mortē. Secun-
dò mortua dicta eius vxore, transduxit si-
bi in concubinam aliam mulierem, nõ ita
nobilem, vsq; ibi, qui volens. Tertiò, dictā
suam concubinam desponsauit cum pa-
cto, vt neq; ipsa, neq; filij sui posint cape-
re de bonis suis vltra decem, vel secūdum
quod in dicto pacto positum est, vsq; ibi, ꝙ
Mediolani. Quartò declarat, qualiter di-
ctum matrimoniū eo pacto cõtractū nū-
cupatur, vsq; ibi, hîc filijs. Quintò moritur
iste Vasal. relictis filijs, ex hac secūda vxo-
re olim cõcubina, & relictis etiam filijs ex
prima vxore nobili, quo casu, declarat, ꝙ
isti filij secundi, nõ succedunt in bonis p̄-
prijs patris, neq; in bonis feudalibus, extā-
tibus filijs prioribus, vsq; ibi, sed nec. Sextò
declarat, q̊d si Vasallus moriatur, nõ reli-
ctis filijs ex dicta prima vxore nobili, sed
solùm ex hac secunda vxore, ꝙ isti tales fi-
lij non succedunt dicto Vasallo eorū patri
in feudo, sed in alijs bonis paternis benè
succedūt, vsq; ibi, succedūt. Vltimò decla-
rat, qd si filij ex primo matrimonio, q iam
excluserūt hos filios ex secūdo matrimo-
nio, postea moriant̄ sine sobole, an isti ta-
les filij ex secundo matrimonio posint eis
succedere? Et dicit ꝙ sic in bonis proprijs
paternis, non autē in feudo, secundū con-
suetudinē Mediolan. Et hoc vult vsq; in
fin. Casum summariū nõ aliter pono, cùm
satis ex supra dicta diuisiõe liqueat. Et pro
euiden-

euidentia præmitte, quare tale matrimonium appelletur ad morganicam contractum. Item & subsequenter, quare appelletur contractum lege Salica. De quibus dic, prout latè declaraui in dicto capitulo mulier. Subsequenter præmitte, quòd determinatio huius capituli continet maximam iniustitiam. Et ideò intelligendum est istud capitulum, vt habeat locum solùm in ciuitate Mediolani, vbi vigebat talis consuetudo, vel alibi, vt dicta consuetudo vigeret: Non autem est ista determinatio generalis ad alia loca, vbi d. consuetudo non vigeret. Et ideò ista talis consuetudo, de qua hîc fit mentio, seu determinatio non est extendenda ad alia loca, prout similiter declaraui in dicto capitulo mulier. & in c. filij. in dicto titu. si de feud. fue. controuersia. In textu ibi, quidam, scilicet, Vasallus. Ibi, ex nobili coniuge: Ista verba ponuntur gratia exempli, quoniam decisio huius capituli est ꝓpter virtutem consuetudinis localis, vt patet in fine literæ: non autem ponit consuetudinem generalem. Ibi, duxit, subaudi, in cócubinam. Ibi, qui, scilicet, Vasallus. Ibi,
1 peccato, † subaudi, quia hodiè de iure Canonico, omnis coitus est illicitus, & censetur fornicatio & peccatum, præter quàm cum vxore, vt not. gloss. in l. in libere. ff. de ritu nupt. & 30. quæst. 5. capitulo 1. §. 1. Ibi, ex lege, id est, pacto, vt sequitur, & hoc est virtus huius capituli, dictante consuetudine speciali, vt suprà dixi. Ibi, sponsaliorum, subaudi, quoniam tunc temporis attenta dicta consuetudine locali, licitum est apponere talia pacta, & limitare vsq; ad quantam summã, vel quantum ipsa & filij potuit acquirere de bonis ipsius mari-
2 ti, vt sequitur. † Ibi, ad morganicam, id est, secundum eam solennitatem & consuetudinem, quæ ibi vigebat, quæ appellatur morganica, quod interpretatur promissio, quæ fit in contractu spoliatô. Et est vulgare Longobardum, quasi morganicũ sit, quod mortis causa mariti capitur. Ibi, lege Salica, quasi soli primi filij, & non secundi succedunt, secundum Andræam de Isernia. Vel dic secundum Iacob. Ardizo. quod appellatur lex Salica, scilicet, ratione loci & terræ, quæ appellatur terra Salica, sicut dicimus de lege Lombarda, quæ ratione loci ita dicta est, de quo per ipsum Iacobum in titulo de successione feudi. in §. filiæ non debent succedere in feudo, quæ lex Salica habebat speciales consuetudines, & statuta & plura capitula, vt patet in Lombarda, in titulo de capitulis legis Salicæ additis, quæ capitula fuerunt addita in libro Lombardo, vt de cætero non appellarentur capitula, & pro lege Salica teneantur, ibi patet. Ibi, hic, id est, Vasallus. Ibi, isti, scilicet, filij nati ex secundo matrimonio. Ibi, in proprietate, id est, in alijs bonis paternis, & non feudalibus. Ibi, extantibus, subaudi, multò minus in bonis feudalibus, quibus etiãsi alij filij ex primo matrimonio non extarent, adhuc non succederent. sequitur. Ibi, legitimi sint, subaudi, siue sint nati, ante desponsationem, siue post, vt in c. tanta. extra qui filij sint legitimi. & dixi de hoc in c. naturales. suprà, si de feudo fuerit controuersia. Naturales enim non succederent in a feudo, vt ibi. Ibi, beneficium, id est, feudum, vt supr. in quib. cau. feud. amit. in §. in primis. Ibi, in proprietate, hoc est, in alijs bonis proprijs, & non feudalibus, vt suprà dixi. Ibi, & fratribus, hoc est, alijs filijs natis ex primo matrimonio. Ibi, secundũ vsum Mediolanensium: Ex his verbis patet apertè, istud capitulũ totum loqui secundum consuetudinem localem in ciuitate Mediolani. Vnde alibi non debet seruari, nec ad alia loca trahi, vbi non est talis consuetudo secundum Doct. & supr. dixi. Ista enim clausula hîc in fine posita, refertur ad totum casum huius capituli. argum. in l. 1. & quod ibi per Bald. C. de lib. præteri. & in c. causam quæ. extra de rescript. & quod dixit Spec. de insti. edic. in §. nunc autem. ver. & no. & per Bald. in l. talis scriptura. ff. de leg. primo.

a *Nõ succedũt in feudũ. Ad de Bart. in l. ex facto. in §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. Barto. in Auten. si qs ruinas. C. de sacrosan. Eccle. Bal. in c. quæ in Ecclesiarum. de consti.*

Notabilia collige ad literam, vt colligitur in dicto capit. mulier. & c. filij, quæ hîc recitare potes, vt ibi scripsi. Subsequenter quæstiones & appositiones, quas ibi formaui, adducas hîc ad præsentem titulum, pro noticia præsentis materiæ, quas aliter non repeto, ne superuacuo membranas occupare videar.

Vltimò etiam de materia præsenti, si videre cupis, vbi alibi in iure sparsim tractata est, vide in remissionibus, quas in dicto capitulo mulier copiosè adduxi, & vide etiam, quod tetigi in dicto capitulo naturales, si de feudo fuerit controuersia. & per Host. en. in Summa titulo de feud. §. qualiter feudum constituatur. versi. quod autem.

Et de conditionibus appositis circa matrimonia, vide extra de condi. apposi. per totum.

DE BENEFICIO FOE-MINAE.

RVBRICA.

Continuatur hæc rubrica ad ꝓxima, hoc ordine, quoniã in titulo præcedenti visum est, qualiter ex pacto speciali adiecto in contractu sponsaliorum potest prouideri attenta consuetudine, vt aliqui filij à feudo excludantur, aliqui non. Verùm quia dubitabatur, an in feudo fœmineo pactum speciale exigatur ad hoc, vt fœminæ descendentes ad dictum feudum admittantur, & pro tanto, vt prædicta declarentur, subiecta est hîc ista rubrica. Vel potes continuare referendo ad titulũ, si de feudo fuerit controuersia, vt dixi supr. super rubrica præcedenti, vt quia sæpè oriebatur cõtrouersia in feudo fœmineo, vt probatur in dicto titulo, in capit. penul. Idcircò, vt dictam materiam latè declaret suprascripta, inde occasione subiunxit hîc istum titulum.

SVMMARIA.

1 *Fœminæ cum masculis in feudo fœmineo non succedunt.*

2 *Fœmina filijs suis masculis feudum prius acquirit, quàm fœminis.*

Filiæ non succedunt matri in feudo nouo, licet à matre sumpserit initium, nisi per pactum speciale.

SI FOEMINA. Diuiditur in tres partes. In prima ponit dictum cum determinatione vera, videlicet, quod in feudo nouo fœmineo succedant fœminæ descendentes etiam sine speciali pacto, dummodò non essent masculi. In secunda ponit opinionem non veram, videlicet, vt dictæ fœminæ nõ succedant non extantibus masculis, nisi per pactum speciale fuerit dictum hoc, & cõcessum in prima inuestitura, perinde ac si dictum feudum à principio fuisset concessum masculo, quo casu, fœminæ nunquam succedunt, nisi specialiter hoc caueatur in inuestitura. In tertia ponit obiectum, quod in contrarium posset fieri, videlicet, si hoc operatur sola virtus feudi fœminei, vt descendentes fœminæ admittantur in tali feudo, etiam absque pacto speciali, ergò deberent admitti ex dicta virtute feudi fœminei, etiam extantibus masculis. Sed ista oppositio est falsa, per regulam, quæ dicit, quòd non potest esse locus fœminæ in successione feudi, donec extat masculus ex ea persona, quæ primò de dicto feudo fuit inuestita, vt supr. de eo, qui sibi hæredibusq; suis, &c. in capit. 1. igitur, &c. secunda ibi, alij. tertia ibi, quod si ideò.

CASVS.

In feudo fœmineo succedunt descendentes, non extantibus masculis, etiam dato, quod in inuestitura non fuerit hoc specialiter expressum, licet glossa hîc aliter senserit. hoc dicit. Et ideò pro intelligentia præmitte, quòd iste textus varijs modis intelligitur. Nam glossa hîc posita, & Andræas de Isernia intelligunt, vt opinio posita in prima parte huius tex. sit falsa. Sed opinio, posita in secunda parte, sit vera, & ad hoc probandum, inducunt argumentum factum in tertia parte, tanquam vnum inconueniens, quod sequeretur, si alia opinio prima teneretur. Alij autem Doctores, vt Iaco. Ardi. Iacob. de Belui. Nico. de Neapo. Bal. & Communiter Scribentes tenent contrarium, videlicet, quòd prima opinio, posita in textu, sit vera: secunda verò falsa. & postea in tertia parte soluatur argumentũ, quod contra opinionem primam fiebat. Et hanc opinionem sequor, & secundum eam diuisi & summaui. Hîc videtur mihi, quòd alio modo sit intelligẽdus iste textus, cùm non sit verisimile, quod Obertus de Horto, & Gir. de quibus hîc fit mentio, & qui primam opinionem tenuerunt, fuissent ita supini, & maximè ipse Obertus, qui fuit compilator huius operis, quod interseruissent suam opinionem, tanquam reprobatam, & quia etiam rationes suadent pro eorum opinione, vt statim dicam. In textu ibi, beneficium, id est, feudum: & intellige nouum, secundum Iaco. Ardiz. Ibi, quia fœmineum est, hîc respondet. Ibi, pertinebit, subaudi, & benè. Ibi, alij verò, subaudi, & malè. Ibi, masculo, quasi dicat, non plus debet habere hæc fœmina acquirens, quàm si fuisset masculus, quo casu, non succederent sibi fœminæ, nisi specialiter fuisset dictum, vt suprà de succe. feud. in §. filia. ergò nec quando ista fœmina dictum feudum acquisiuit.

1 †Not. quòd in feudo fœmineo non succedunt pariter fœminę cum masculis, imò tacitè subintelligitur, quod extãtibus masculis non admittantur fœminæ propter naturam rei, de qua agitur, vt dixi supr. de successione feudi. in §. filia verò. ad exemplũ feudi paterni, in quo possunt succedere mascu-

re masculi & fœminę, quod intelligitur secundum prædictum ordinem; vt in dicto titulo de eo, qui sibi hæredibusque suis. capit. 1.

2 †Not. quòd quando fœmina acquirit feudum, intelligitur acquirere prius suis masculis descendentibus, quàm fœminis, licet illud feudum sit maternum, & non paternum. Ad quod facit. c. infrà de natura successione feu. Quæro cum glossa pro intellectu huius literæ, an in feudo nouo, quod habuit initiũ à matre, in quo nõ est specialiter prouisum, quòd filiæ fœminæ a succedant, sed simpliciter fuit concessum ipsi matri, pro se & hæredibus suis, vtrum filiæ fœminæ succedant in d. feudo, mortua matre, non extantibus filijs masculis? & respondet gl. quod nõ. Et est ratio, quia ad hoc, vt in tali feudo fœmineo admittantur filiæ, est necesse, quod specialiter in dicta inuestitura dicatur, quòd ipsa mater acquirebat pro se & filijs suis etiam fœminis. Nam etiam filij masculi in tali feudo nõ succedunt de rigore iuris, quia istud feu. nõ est paternũ, sed maternũ, sed tamen de æquitate omisso iuris rigore, ipsi filij masculi admittuntur à paritate rationis de feudo paterno ad maternum, vt suprà, an marit. succe. vxo. in capitulo 1. Et hanc opinionem firmat gloss. pro vera, reprobata opinione aliorum posita hîc in prima parte huius textus, qui volebant, quod etiam absque speciali pacto apposito in inuestitura prædicta, quòd dictæ filiæ admittantur ad dictum feudum, & pro istis allegat ista glossa, vt suprà capitulo proximo dicitur.

Sed aduerte, ne erres, quia se refert gl. ad princ. huius titul. Non autem ad titulum præcedentem. Et hoc modo habes glossam expeditam vsque ad finem. Et hanc opinionem glossæ sequitur D. Andræas de Isernia, videlicet, quòd fœmina nunquam succedat in feudo sine speciali pacto, ea potissima ratione, quia mater ipsa acquirendo simpliciter, non præsumitur cogitasse, nisi illud cogitat lex, quæ solùm cogitat de masculo & de fœmina, vt suprà de feudi alienatione. in §. & si clientulus. & idem videtur sequi Iacob. Ardizo. in Summa. in titu. de successione feu. sub rubricella 2.

Sed aliam opinionem sequũtur Communiter omnes cæteri Scribentes, vt supr. dixi, quam etiam ego sequor, tanquam æquiorem. Et suadet euidens ratio, quia cùm à princip. istud feudum habuit suam qualitatem fœmineam, & fuit inesse producta, debet perdurare, cùm nullum obstaculum medium reperiat. ff. de leg. 3. l. pater. §. quindecim. Et quia natura primordialis, non videtur alterata. l. fin. ff. si ex noxali causa agatur. Item, quia de hoc videtur casus infrà de natura succe. feu. in capitulo 1. in prin. Vnde hanc partem teneatis de æquitate, licet de rigore iuris & originis consuetudinis feudorum, aliud posset dici, per ea, quæ traduntur in dicto capit. supr. an marit. succe. vxo. in beneficio. Sed de hoc rigore non curandum, vt ibi, & hîc in gloss. & tenet Bald. argu. in l. manumissiones. ff. de insti. Et adduco gloss. quæ hanc partem videtur sequi, suprà de success. feu. in §. si. Fateor tamen, quòd si istæ filiæ habuissent semel obstaculum, quia per masculum fuissent exclusæ, quanquam postea iste masculus moreretur: non tamen istæ filiæ admitterentur ad dictum feudum, quia semel fuerunt exclusæ, vnde in perpetuum intelliguntur exclusæ, vt probatur suprà Episc. vel Abb. c. 1. in §. quin etiã. & ibi dixi, & per ea, quæ statim not. in versiculo sequenti.

Vltimò ad materiam præsentem, vidẽ in remissionibus, quas adduxi suprà in tit. de gradi. post princip. & suprà, quemadmodum feudum ad filiam pertineat. c. 1. & in dicto §. quin etiam. suprà Episc. vel Abb. & suprà de success. feu. in §. filia. & plenè per Iacob. Ardizo. in titulo de succ. sub rubricella, filiæ non debent succedere in feu. & quod dicam infrà de natura suc. feu. c. 1. facit ad hanc materiam text. in c. iugales. in capitulis extraordinarijs. in tit. de feudis & beneficijs. & per gloss. in l. de quibus. ff. de legib.

a Quod filiæ fœminæ succedant. Adde Spec. titu. de feu. §. quoniam. versi. 25. Ioã. An. in c. secũdo. extra de feu. Bal. in l. quotiens. de suis & legib. Bal. con. 385. incip. factum tale est. in 3. volu. Rapha. Cu. cons. 137. inci. cõsultis. & infr. scripti. Rapha. Ful. con. 220. incip. nobilis de fortiate. Ange. consi. 242. inci. punctus talis est. Pe. de Anch. consi. 173. inc. dominus Lazarus. Calde. consil. 3. in ti. de feu. inc. an fœmina de iure. Pau. de Castren. con. 59. inci. quãquã multa scripta fuerunt. Lo. Ro. cõ. 33. inc. viso inuestituræ tenore. Alex. de Imo. cons. 30. inci. omne datũ. in 1. volu. idem Alex. cons. 1. inci. põderatis hisque in 5. volum. Pet. Phil. Cor. cõ. 16. inc. aperta frõte. in 1. volu. idem cons. 196. inc. circa præsentẽ consultationem. in 2. vol. Soci. cõ. 19. inc. pro decisione prædictæ. in 1. vol. Idẽ Soc. con. 257. inci. visis instrumẽtis Romanorũ. in 2. vo. Fran. de Curte. con. 48. incip. Dux Mediolani Phil.

SVMMARIA.

1 *Clericus non est feudi capax.*
2 *Renuncianti iuri proprio ad idem non patet regressus.*
3 *Clericus feudum retinere potest, sed tamen per substitutum seruiet.*
4 *Vasallo ad Clericatum ascendente, ad quem reuertitur feudum.*
5 *Clericus non potest de nouo inuestiri de feudo, etsi inuestiatur, debet illud amittere. Fallit.*

EX HOC ET ILLVD. Iste §. seu versiculus continuat se ad suprà proxima, hoc modo: Quoniam in textu præcedenti in fin. visum est, qualiter autor determinauit, quod non tenet talis argumentatio, videlicet, istud feu-

dum est fœmineum. Ergò filia debet in eo succedere, etiam extantibus masculis.

Nunc verò hîc confirmat prædicta per similitudinem, vt in hoc exemplo, vbi similiter non tenet argumentatio, videlicet, istud feudum est paternum. Ergò filius clericus debet in eo succedere, quanquam dimiserit habitum religionis. Nam sicut in eo superiori argumentatione filia non admittitur ad dictum feudum maternum, quia reperit obstaculum masculorum, qui secundum regulas feudorum ipsas excludunt. Ita in isto casu iste filius nõ admittitur ad succedendum in feudo paterno, quia reperit obstaculum clericatus seu religionis, quod habet sibi obstare secundum regulas feudorum, licet pòst posuerit habitum. Et ex his potes inferre, qualiter iste §. faciat ad istum titul. Nam author principaliter nõ induxit ipsum, tan quam continentẽ materiam pertinentem ad istum articulum, quia in veritate est penitus de aliena materia, sed ipsum induxit argumentatiuè ad probandum per simile, suprascriptam suam opinionem, positam in præcedentibus. Et quòd hoc sit verum, patet ex princ. huius literæ, dum dixit ex hoc, & illud descendit, &c. & probatur etiam per text. infrà, an mutus vel aliter imperfectus. in c. 1. in fin. & sic non propriè debet esse hîc. §. sed potiùs versiculus comprehensus sub præcedentibus. Sed ego gratia clarioris doctrinæ ipsum separaui, & in simili habetur supr. Episcop. vel Abb. in §. quin etiam, & ibi dixi. & in summa hoc vult.

Clericus non est capax feudi, siue in acquirendo de nouo, siue in retinendo iam quæsitum, etiamsi habitum deponat. hoc dicit. Et diuide in duas partes principales. Nam in prima parte loquitur in feudo acquisito. In secunda in feudo acquisito. secũda ibi, & si quid priuetur in duas. Quoniam prima potest loqui tam in clerico seculari, quàm religioso. Secunda potest loq tam de religioso professo, quàm conuerso. secunda ibi, idem. In textu ibi, ex hoc, subaudi, quod suprà proximè dictum est, videlicet, quòd filia non succedat in feudo, quantumcunque fœmineo, si reperit obstaculum masculorum. Ibi, pòst posuerit, subaudi, quia quanquam deponat habitũ, nihilominus reperit obstaculum clericatus, quod secundum regulas feudorũ habet sibi obstare, vt in c. qui clericus, supr. si de feu. fue. contro.

a Feudum non cadit in clericum. Adde Doct. in Auten. ingreßi. C. de sacrosã. Eccle. & per Doct. in c. in præsentia. de proba.

1 †Not. quòd feudum non cadit in a clericum, siue sit clericus secularis, siue religiosus, vt hîc in prima parte. & in dicto c. qui clericus, siue sit conuersus, vt hîc in secunda parte. & in capitulo 1. supr. de mili. Vasal. qui ar. belli. depo. & quis intelligatur conuersus, ibi declaraui.

2 †Not. quòd qui tacitè semel renunciauit iuri suo, non potest pœnitere, & redire ad idem ius, cui renunciauit. l. postquã liti. C. de pactis. l. 2. C. de fide instrumen. antepenultim. C. de iureiurando. & Cle. gratiæ. de rescript. Vtrum autem re adhuc existente integra posit feudum rehabere, dixi in d. c. de mili. Vas. in 2. quæst. gl. & ibi vide plenè.

3 †Quæro cum glo. 1. an iste clericus possit dictum feudum acquirere & retinere donec viuit, si vult seruire per substitutũ? Et respondet gloss. quod sic, per iura, quæ allegat vsque in fi. Sed tu de hac quæstione meliùs & latiùs dicas, vt dixi in dicto c. 1. de mili. Vasal. &c. in prima oppositione. & in dicto capitulo qui clericus. in prima quæstione. quicquid dicat hîc Pet. de Cer. & plures alij Doctores, qui simpliciter adhærent huic text. reprobantes hanc glossam, videlicet, quòd clericus in sacris nullo modo succedat per istum text. quod dictum sapit Iudaicum secundum Bald. Vtrum autem clericus in minoribus constitutus amittat feudum. & si amittit, an possit illud recuperare, dixi in dicto c. qui clericus. in quæst. antepen.

4 †Quæro cùm glossa secunda, ad quem reuertatur feudum, quando Vasallus illud perdit ex eo, quod efficitur clericus? Et respondet gloss. quod ad dominum, sicut videmus quando Vasallus feudum alienat sine voluntate domini, qui illud perdit, & ad dominum reuertitur, neque illud rehabebit, quanquam ab emptore recuperauerit, vt infrà quid iuris sit Vasal. post alie. in capit. primo. Et est ratio, quia res semel amissa, non restituitur, licet res reuertatur in pristinum statum, & ad hoc allegauit plures concordantias vsque ad vers. ar. contra. Sed tu aduerte, ne erres, quia ista gloss. pro firmo præsupponit, quod feudũ reuertatur ad dominum.

Quod intellige verum, quando feudũ fuisset nouum: secùs autem si fuisset antiquum, quia tunc reuertetur ad agnatos, vt dixi in dicto capitulo primo, de mili. Vas. super expositionem text.

Oppo. subsequenter cum dicta glossa contra præcedentia, videlicet, quòd imò res semel amissa posit restaurari, vt probatur in

tur in l. 1. & fin. C. de ſen. paſſ. & ſuprà in titulo 2. in princip. & ff. de in ius vocan. in l. ſed & ſi. & in §. ſed & ſi. In quibus iuribus apparet, quod quis poteſt reſtitui in priſtinum ſtatum, & recuperat iura primeua. Et pro ſolutione horum contrariorum hæc gloſſ. te remiſit ad ſummam libelli diſputatorij Pylei ſuper rubricella. Nec *enim iura reſtaurantur*, &c. vbi iſta contraria ſoluuntur, hoc modo, videlicet, quòd iſta eſt regula, quòd res amiſſa nõ reſtauratur in priſtinum ſtatum, vt hîc: contraria verò ſunt ſpecialia, in quibus ex aliqua iuſta cauſa, vel æquitate fit reſtauratio. Et ita etiam not. gloſſ. in l. qui res. in §. aream. ff. de ſolut. Nam in contrarijs reſtitutio reponit omnia in priſtinum ſtatũ. hîc non ſecundum Iaco. de Belui. & Nico. de qua materia plenè per Bar. in l. Meuius. in §. duobus. ff. de leg. 2. & habetur in l. interſtipulantem. in §. ſacram. ff. de verbo. oblig. & per Canoniſtas. 7. quæſt. 1. paſtoralis. & extra de elect. c. quia diligentia. & vide quod dixi infrà in titu. quid iuris ſi Vaſal. &c. in c. 1.

5 †Quæro cum gloſſa finali, quid ſi clericus acquiſiuit feudum de nouo, an illud poſsit retinere? Et reſpondet gloſſ. quod non, quia miles Dei non debet ſe implicare negotijs ſecularibus. & quoniam qui eſt miles Dei, deſinit eſſe miles ſeculi, vt in concordan. hîc allegatis per glo. vſque in finem. Ex qua gloſſ. not. quod clericus non poſſet de nouo inueſtiri de feudo. & ſi inueſtiatur, quod illud amittere debet.

Quod intellige verum, quando inueſtiens ignorabat, ipſum eſſe clericũ. Secùs autẽ ſi ſciuiſſet à prin. eſſe clericum, q͂a tũc benè & licitè poſſet inueſtiri per dominũ ſcientem, & ipſe clericus retineret feudũ, vt probatur infrà de capi. Cor. in fin. & ſuprà per quos fiat inueſtitura. in §. perſonam. & dixi in d. c. 1. de mili. Vaſall. in q. antepenultima.

Prędicta tamen intelligerem vera, & procedere in feudo continente ſeruitium quod æquè poſſet præſtari per ipſum clericum monaſterium, ſicut per Vaſallum. Secùs autem ſi ſeruitium ſit tale, quod nõ poſſet adaptari ad ipſum clericũ, vel monaſterium, vt quia eſt feudum, quod propter militiam ſecularem ad pugnandum, quia tunc benefaterer, quod ipſe clericus nullo modo eſſet capax, & incontinenti perderet. Et iſto caſu poſſet intelligi & ſaluari iſta gloſſa, vt dixi in dicto capitulo 1. in prima oppoſitione, vbi plenè videas.

Idem dixit Bald. hîc, quòd ſi feudum eſſet apertum alicui, ita quod poterat in eo ſuccedere, verùm ipſe fecit ſe promoueri ad ſacerdotium, quod videatur feudo renunciare tacitè, nec iſto caſu poterit per ſubſtitutum ſeruire, ſecùs ſi ſibi fuit apertũ, poſtquam iam erat ſacerdos, quia tunc benè poſſet ſeruire per ſubſtitutum, nec videtur tacitè renunciaſſe. & dic vt dixi in dicto capit. qui clericus. in prima quæſtione.

Vltimò ad hanc materiam addas plures oppoſitiones, & quæſtiones, quas formaui in d. c. de mili. Vaſall. & in d. c. qui clericus. & vide in remiſsionibus ſatis copioſis, quas in dictis duobus capitulis adduxi, in quibus collegi materiam, vbicunque in iure alibi ſparſam reperi.

SI VASALLVS FEVDO PRIVETVR, CVI DEferri debeat.

RVBRICA.

ISta rubrica continuatur ad ꝓximè præcedentes, hoc ordine, quoniam ſuprà in duobus titul. proximè præcedentibus viſum eſt, ad quos deuoluatur feudum, ex pacto Vaſ. Nunc verò in iſto tit. declarare intendit, ad quos deuoluatur ex delicto ipſius Vaſalli. Vel poſſumus continuare & alio modo, qui ſuprà in tit. ſi de feudo fuerit contro. & in alijs titul. ſubſequentibus hucuſque proſequutus eſt author materiam, quæ oritur ex controuerſia feudorum, & ſæpè accidit, quòd ex dicta controuerſia dubitatur, ad quem debeat deferri feudum, ſi Vaſallus ex ſuo delicto priuetur feudo, vt probatur in c. ſi Vaſallus Epiſtolam in d. tit. ſi de feud. fue. contro. Idcircò vt prædicta amplisſimè declaret, ſubiunxit hîc iſtam rubricam, ſi Vaſal. feu. priu. cui deferri debeat. Nam omnes titu. præcedentes poſſunt trahi ad dictam materiam, ſi de feud. fue. contro. vt dixi ſupr. de fili. na. ex matrimonio ad morganicam contracto ſuper rubrica.

SVMMARIA.

1 *Filij aliquo caſu à feudo repelluntur & remotiores agnati admittuntur.*

2 *Feudum non conferetur alicui in eorum præiudicium, cui apertum eſt.*

3 *Agnatus ad acquiſitionem feudi antiqui non admittitur, niſi à ſtipite primi acquirentis progrediatur.*

Delictum patris in materia feudali, quando noceat filio, & quid ſit dicendum in cri-

mine læsæ maiestatis & hæresis. Item, an de iure diuino delictum patris noceat filio. Et quid econtr. à delictum filij an noceat patri. num. 4.

4 *Pœna triplex reperitur, & quælibet qualiter definiatur.*

VASALLI FEVDVM. Præmitte pro intelligẽtia huius tituli, & dicendorum inferius, quòd istud capitulum intelligitur, & loquitur in feudo antiquo, prout patet in text. & etiã per rationem, quia feudum huius Vasalli delinquentis, defertur agnatis, quoniam si loqueretur in feudo nouo, tunc defertur domino, & non agnatis, vt infrà dicam. Item præmitte, quòd istud delictum, de quo loquitur iste text. non fuit cõmissum per Vasallum in personam domini, sed fuit commissum in personam alterius tertiæ personæ, quod patet, quia ex hoc delicto feudum deuoluitur ad agnatos. Nam si fuisset commissum in personam domini, tunc feudum deuolueretur ad dominum: non autem ad agnatos, vt supr. quæ fuit prima cau. bene. amit. in §. denique. & in titu. an ille, qui interfec. fratr. do. in c. 1. Item præmitte & tertiò pro intellectu literæ id, quod præmisi in c. si Vas. culpam. si de feud. fue. contro. vbi omninò videas. His præmissis in summa hoc intendit.

In feudo antiquo Vasalli delinquentis in personam alterius, quàm domini, admittuntur agnati collaterales masculi, vsq; in infinitum, dummodò descendant ex linea masculina à primo acquirente, exclusis filijs delinquentis, qui filij nullo modo ad id feudum aspirare possent, nisi ex gratia dominus eiusdem de nouo concederet in defectum agnatorũ collateralium. hoc dicit. In textu ibi, feudum, scilicet, antiquum, secundum verum intellectum. Ibi, delinquentis, subaudi, in alterius personam, quàm domini. Ibi, quandoque: ideò dixit quandoque, vt ostendat, quod delictum fuit commissum in personam alterius, quàm domini, quo casu, feudũ defertur agnatis, vt sequitur. Nam si fuisset commissum in persona domini, tunc feudum semper deferretur domino, vt in d. §. denique. Et hoc etiam sensit glossa prima hìc posita in secunda solutione. Ibi, filius tamen, subaudi, neque cæteri descendentes, vt probatur in d. c. si Vasallus culpam. Et hoc tenet glossa finalis hìc posita, quæ per hoc remanet expedita. Ibi, iterum, scilicet, ex inuestitura noua, tanquã feudum deuolutum ad mensam domini. Ibi, gratiam faciente, quam gratiam facere non posset, si extarent alij agnati illius delinquentis, ad quos per dictum delictum esset iam dictum feudum deuolutum, vt sequitur. Et sensit etiam hoc glos. hìc posita. Ibi, ad cuius, scilicet, feudi. Ibi, quarto gradu, subaudi, secundum iura antiqua. Sed postea hoc fuit extensum, vsque ad septimum gradum: hodie verò vsque in infinitũ, vt sequit̃ in litera. & ꝓbatur sup. qui feudum dare poss. in §. hoc quoque sciendum. & not. suprà de success. feud. in §. 1. Ibi, descendisse: & sic patet, quod loquitur in feudo antiquo, vt suprà de gradi. in §. his verò.

1 †Not. hìc casum, in quo filij, licet sint proximiores, repelluntur, & vlteriores agnati admittuntur. simile in dicto capit. si Vasallus culpam. Et est ratio, quia Vasallus delinquendo præiudicat sibi & filijs suis, quoniam pater & filius censentur esse eadem [a] persona, & viuo patre, censentur filij, quasi domini. Vnde & viuo patre priuari possunt. Sed secùs est in agnatis, q̃ viuo delinquente non erant domini. Et ideò non priuantur iure, quod non habebant. argu. ff. de operis liber. l. fina. & ff. si quis alie. test. prohi. in l. 2. Et sensit Bald. & ad hoc vide, quod dixi in c. Titius. supr. si de feudo fuerit contro. in primo notabili, vel secundum Andr. de Ier. quia agnati prætendunt causam à primo, qui acquisiuit, & non culpauit. Vnde non est, quod sibi obsit, sicut filio, qui prætendit causam à patre culpante, & à quo esse traxit. argu. in l. final. in fine. C. de impu. & alijs substitu.

[a] Pater & filius censentur eadem persona. Adde vt in l. fin. C. de impub. & alijs substi. gl. in verbo & filio. in c. 1. de summa trin. lib. 6. Fallit in filio emancipato, vt in l. si mater. in §. si hominẽ. de exception. rei iudi.

2 †Not. quòd dominus non potest facere gratiam de feudo alicui, etiam filijs Vasalli in ꝑiudicium eorum, quibus iam apertum est. Ad quod facit, quod dixi supr. per quos fiat inuestitura. in princi. Non enim debet quis locupletari cum iactura, vel iniuria alterius, vt in regula locupletari. & ibi per Dyn. de regulis iuris. in 6. Neque ipse Dominus de re ad se non pertinente, potest gratiam facere. l. nec auus. C. de eman. libe. facit. l. fin. C. de pactis. Facit quod dixi in capit. 1. supr. quemadmodum feudum ad fi. pertineat.

3 †Not. quòd ad hoc, vt agnatus admittatur ad acquisitionem feudi antiqui est necesse, quòd descendat ab eo stipite primì acquirentis, ex quo descendebat Vasallus, qui de nouo à d. feudo exclusus est, vt hìc in fin. & clarius in d. titu. de gradi. in §. 1. & infr. de natura suc. feu. in c. 1.

Oppo-

Oppo. cum glo. prima, quòd imò feudum huius Vasalli delinquentis debeat spectare ad dominum, & non ad agnatos, vt probatur in dicto §. denique. supr. quæ fuit prima causa benefic. amit. ybi dicitur, quòd ad dominum spectat, propter suæ iniuriæ vltionem. & hæc glossa soluit duobus modis. Et primò quòd ibi loquimur in feudo nouo. Hîc autem in feudo antiquo. Secundò soluit gloss. quòd & hîc & ibi loquimur in feudo antiquo: sed in hoc est differentia, quia ibi delictum fuit commissum in persona domini, quo casu, reuertitur ad dominum, vt habeat suæ iniuriæ vltionem. Hîc verò deliquit Vasallus in personam alterius, quàm domini, quo casu, non admittitur dominus, sed agnati, vt in isto textu, qui satis benè probat, & sentit istum intellectum & solutionem, dum dixit, licet quandoque, &c. verùm ista glo. videtur residere in prima solutione, tanquam æquiori, videlicet, vt in feudo antiquo, agnati non excludantur ex delicto alterius. & per hoc est expedita, vsque in finem. Sed tu inhæreas secundæ solutioni, quæ magis congruit huic literæ, & est ipsa veritas. Fateor tamen, quòd text. in contrario legitur dupliciter, prout ibi clare exposui. Vnde ex hoc text. coniuncto cum illo, potes concludere pro clara noticia in hac materia, quòd si Vasal. deliquit in dominum, & tunc dominus præfertur quibuscunque & descendentibus, & agnatis ipsius Vasalli delinquentis, siue feudum sit nouum, siue antiquum, vt ex illo text. colligitur, secundum quod ibi declaraui. Si verò Vasallus deliquit in alium, quàm in dominum, & si feudum esset nouum, reuerteretur ad dominum, vt in eo text. patet. Sed si feudum est antiquum, tunc non pertinet ad dominum, sed ad agnatos, exclusis omnibus descendentibus, vt in isto text. qui ita debet intelligi, & tetigi etiam in contrario.

Oppo. cum gl. 2. q, imò delictum patris non debeat nocere filijs, de l. emancipatũ. ff. de sena. & de le. 3. ff. de bo. pos. contra ta. cum si. Soluit gl. fatendo contrarium regulariter, vt delictum patris non noceat filio.

Sed hæc regula fallit multotiens, vt in feudis & beneficijs retinendis, vt hîc. Item propter enormitatem delicti, vt in crimine læsæ maiest. vt in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. Item propter nimiam coniunctionem personarum, vt quando aliqs pater prohibet testatorem aliquem mutare testamentum, vnde ex testamento non mutato, non poterit capere pater, neque eius filius. l. 1. §. 1. ff. si quis ali. testa. prohi. & de hoc Brocardo remisit gloss. ad libellum disputatorium Py. in §. plenissimè dictum est, qualiter quis ex suo facto pœnam vel præmium consequatur, quæ glos. per hoc est expedita, vsque ad vers. aliquando, &c. Et licet ista glo. benè loquatur: tamen quantum ad materiam feudalem, an delictum patris noceat filio? dic latius, quod aut pater, qui iam habebat feudum acquisitum deliquit. & tunc delictum patris nocet filio, vt hîc. Sicut videmus in simili, quando proximior committit delictum, ꝓpter quod aufertur sibi hæreditas, vt indigno, qa nocet sequentibus in gradu, vt in d. l. 1. §. 1. & §. fi. ff. si quis aliquẽ testa. prohi. Aut loquimur in patre delinquente, qui nondum habebat feudum acquisitum, sed sperabat habere, vt quia adhuc habebat patrem, qui illud tenebat, qui erat auus filiorum huius delinquentis, & tunc delictum huius patris non nocet filijs suis, qui sunt nepotes aui sui retinentis feudũ, quia tunc isti nepotes incipiunt tenere locum primi, vt l. Gallus. in §. & qd si tantũ. ff. de lib. & posthu. de qua materia plenè p Bar. in l. eũ q. ff. de interdic. & relega. per Cy. in l. 2. C. de lib. & eorũ lib. & in d. l. qsqs. C. ad l. Iul. maie. per Bal. in l. fin. C. de libe. causa per Canonistas. in c. in quibusdam de pœnis. Sed vltra omnes latiùs dic, vt dixi in dicto §. denique. & in conclusionibus, vbi sigillatim omnia membra declaraui. In crimine autem læsæ maiestatis, vel hæresis delictum patris nocet filijs. d. l. quisquis. & in Autent. Gazaros. C. de hæreti. Et est ratio, quia sunt de genere improbato. Vnde est præsumptio contra eos continuationis paterni criminis. & ita dixit Dyn. in capitulo sine culpa. de regulis iuris. per dictam l. quisquis. in §. filij. & ff. de ædil. edic. in l. quod si nolit. in §. qui mancipia. Similiter ingratitudo patris præiudicat filijs nascituris. dicta l. secunda. C. de lib. & eorum lib. De iure autem diuino, an filius puniatur ex delicto patris? Et gloss. tenuit quod sic. in Auten. vt omnes obe. iu. prouin. in §. 1. iuxta illud: sæpè patres comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstupescunt. & tangit Valer. Maximus de neglecta religione, in exemplo Dyonisij Syracusani, qui punitus est in personam filij. & ideò dixit: lento etenim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, &c.

4 † Sed circa hoc dicendum meliùs, vt dixit gloss. 1. q. 4. in summa, videlicet, quòd triplex est pœna, quæ à Deo procedit, scilicet, æterna, corporalis, & spiritualis. De prima nunquam ponitur filius ex delicto patris, neque vnus pro alio, vt d. q. c. 1. & in c. iam itaque. De secunda, scilicet, corporali: & ista est duplex. Vna circa corpus, & de ista sæpè punitur vnus pro alio, & filius pro patre, vt suprà dixi, & probatur in c. peccato. eadem quæstione. Alia est circa statum rei, vt est seruitus, vel infamia, & in tali etiam punitur filius pro patre, vt 6. q. 1. §. verum. 15. q. fi. cum milite.

De tertia autem principali, quæ pœna spiritualis appellatur aduertendum, quod est quadruplicis generis. Nam quædam est excõmunicationis, & in hac nunquam punitur vnus pro alio. 22. q. 3. si habes. Alia est interdicti, & in hac vnus punitur pro alio, vt extra de sponsalibus. in c. non est nobis. Alia est remotionis ab obligationibus, & in hac similiter punitur vnus pro alio, vt 7. q. 4. miror. Alia est ordinis: & in hac similiter punitur vnus pro alio, vt 1. q. 5. 134. dist. si cuius.

In obligationibus autem ciuilibus, an filius obligetur pro patre, habetur. C. ne filius pro patre in rubro & nigro. Et modò habet expeditum istum textum. Sed quia subsequenter ista gl. in fi. sui mouet aliam dubitationem, videlicet, quid econtrà, an delictum filij præiudicet patri, & remittit se, infr. de prohi. feud. alie. in §. insuper. & de hac quæstione ibi dicam.

Vltimò circa materiam huius titu. vide quod plenè scripsi in d. §. denique, sub quo fuit prima causa benefi. amit. vbi per quadraginta septem conclusiones clarissimè collegi & declaraui totam materiam in quocunque genere priuationis feu. & insuper ibidem addidi plures remissiones, in quibus hæc materia sparsim in vtroq; iure tractata est, vbi videas, si de omnibus plenè informari desideras, & aliqua in d. c. si Vasal. culpam. & per Bal. in l. eum qui. §. si libertus. ff. de iureiuran. & per Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno. infecto. & in Specu. de feu. §. quoniam, versiculo 40.

QVI TESTES SINT NECESSARII AD PROBANDAM NOUAM INUESTITURAM.

Continuatur ad titulũ præcedentem, hoc ordine, quia suprà in præcedenti in fin. author declarauit, quid sit feudum antiquum. Nunc verò in isto titulo declarare intendit, quid sit feudum nouum, vt patet infr. in text. ibi nouam inuestit. &c. Sed quia in probanda inuestitura huius noui feudi, requiritur certa solennitas. Et in hoc fuerunt diuersæ opiniones, & pro tanto, vt prædicta omnia declaret, subijcit istam rubricam, qui testes sint necessarij ad probandam nouam inuestituram. Vel possumus cõtinuare, & alio modo, videlicet, ad tit. supr. si de feu. fue. contro. quasi iste titulus prosequatur eandem materiã, vt dixi suprà in rubrica præcedenti, vt quia multotiens controuersia oritur super inuestitura noui feudi, & in hoc variæ fuerunt opiniones, & idcirco author, vt sopiret istam controuersiam & opiniones, & subiecit hîc istam rubricam.

SVMMARIA.

1 *Fœmina in materia feudali non potest testificari.*
2 *Hermaphroditus in suis actibus æstimabitur secundum sexum, in quo præualet.*
3 *Lex vel consuetudo modum statuere potest in probando.*
4 *Testes de substãtia inuestituræ tempore, quo fit, dicuntur esse.*
5 *Breue testatum per domini sigillum quandoq; probatum.*
6 *Inuestitura aliquo casu per non pares probatur.*
Solennitas, vbi non apparet, an & quando possit inuestituram viciare.
7 *Confeßio Vasalli contra se coram testibus non paribus facta, quando sibi officiat.*
8 *Pares tempore inuestituræ, sed non tempore probationis testes erunt congruentes.*

SIVE CLERICVS. Diuide totum istud capitulũ in duas partes principales. Quoniam in prima ostendit, qualiter probari debet inuestitura super feudo nouo. In secunda, qualiter probari debet inuestitura sup feudo antiquo. secunda ibi, de veteri autem. Prima subdiuiditur in quinque partes. Nam primò tradit vnam regulam veram, quòd inuestitura feudi noui semper debet probari per pares, etiamsi constaret de ipsa inuestitura, per confessionem domini, vel per publicum instrumentum. Secundò ponit vnam opinionem non veram quorundam, qui voluerunt, quod quando dominus cõfitetur inuestituram factã, non sint necessarij pares. In tertia reprobat hanc opinio-

opinionem reuertendo ad primam regulam, videlicet, quòd imò exigantur pares ad probandum, nec sufficit confesio domini, vel publicum instrumentum, nisi id publicum instrumentum esset roboratũ per testes pares in eo descriptos. Quartò ponit consuetudinem specialem Mediolanensium, qui volunt, quòd inuestitura noua posit probari per publicum instrumentum, etiam roboratum per testes extraneos, qui non sint pares. Quintò declarat, quæ intelligatur esse noua inuestitura. secunda ibi, sed alij contrà. tertia ibi, sed alij etiam, &c. quarta ibi, consules. quinta ibi, nouam. Secunda pars principalis subdiuiditur in duas. Nam in prima declarat, quòd in reuocatione inuestituræ feudi antiqui, siue fiat à successore domini ipsi Vasallo, siue fiat per dominum successori ipsius Vasalli, testes extranei admittuntur, præter fœminas. In secunda tradit regulam generalem, quòd extranei, qui non sunt pares, sunt legitimi testes in causis feudorum, præterquam in noua inuestitura, vbi sunt necessarij testes, qui sunt pares. secunda ibi, cæteri. & hæc diuisio sufficiat etiam pro summario, supplebo tamen in notabilibus. & pro euidentia huius tituli & materiæ, vide gloss. magistram, supr. in titu. quid sit inuestitura. in prin. in glo. 1. In textu ibi, Clericus, subaudi, qui facit inuestituram de rebus proprijs, vt infrà de Clerico, qui inuestituram facit. in c. 1. secùs si de rebus Eccle. vt supr. si de inuesti. inter dominum & Vasall. lis oriatur. c. 1. §. hæc etiam omnia. Ibi, inuestituram, subaudi, quoniam controuersia vertitur inter Vasallum agentem, & petentem possessionem feudi allegando dictam inuestituram nouam, & dominum posidentem dictum feudum, & allegantem dictam inuestituram inualidam, vt colligitur ex dicta gloss. supr. allegata. & hæc inuestitura noua appellatur abusiua, vt in dicto titu. in prin. supr. quid sit inuestitura. Ibi, pares curtis, id est, conuasallos, qui habent feudum ab eodem domino, vt supr. si de inuesti. inter dom. & Vas. lis oria. c. 1. in principio. & ideò dicuntur de curte, quasi de curia, & de domo domini, vt ibi, de quo no. plenè per glos. infrà de prohib. feud. alie. per Federi. in §. penulti. Ibi, breue testatum, id est, publicũ instrumentum, vt supr. quid sit inuestitu. in §. 1. & subaudi, in quo instrumento non sint inscripti pares curiæ. Secùs autem si in eo instrumento essent inscripti pares curiæ ad probationem vel confirmationem ipsius inuestituræ, quia tunc dicta inuestitura probaretur per dictum instrumentum, vt statim declarabit in versic. sed alij, &c. Ibi, testantur, subaudi, dicentes, quod sequitur, videlicet, quod si dominus confiteatur inuestituram factam, non audiatur postea, si velit allegare non esse factam, secundum consuetudinem feudorum in præsentia parium, &c. vt sequitur. Ibi, sed alij, subaudi, testantur, & dicunt, quòd nullo modo valet talis inuestitura, etiam si sit confessata per dominum, vel probata per publicum instrumentum, dummodò non sit confirmatum per pares, vt sequitur. Ibi, consules: hìc arguit de consuetudine speciali Mediolanensium, quæ non est trahenda ad alia loca, vbi non viget talis consuetudo. Volunt enim Mediolanenses, quòd per publicum instrumentum semper probet inuestitura noua, quantumcunq; in eo nõ sint descripti pares curiæ. Ibi primò quæritur per Vasal. & tunc appellatur feudum nouum. Ibi, inuestitura, quæ propriè appellatur reuocatio inuestituræ, vt probatur supr. per quos fiat inuesti. in prin. & ibi dixi. & supr. quæ fuit prima causa ben. amit. in prin. Ibi. feudorum, scilicet, nouorum. Ibi, nec aliorũ, scilicet, antiquorũ. Ibi, de noua inuestit. subaudi, quando dominus habet pares, quoniam si non haberet pares, tunc admitterentur etiam extranei in noua inuestitura, vt supr. quid sit inuesti. in §. si verò inuest. Not. quod vbi agitur de noua inuesti. & dominus habet pares, debet Vasall. probare inuestituram, vel per testes, qui sint pares, vel per publicum instrumentũ corroboratum per pares, vt hìc, & infr. de notis feudorum. in §. 1. & in §. idcircò, vbi assignatur in text. quæ fuerit ratio, licet secundum Mediolanenses sufficeret instrumentum publicum per quoscunq; testes, etiam extraneos confirmatum, vt hìc. & clarius no. per d. glo. in princ. supr. quid sit inuest. Et prædicta præcedunt domino existente adhuc in possessione, vt supr. qd sit inuesti. in §. 1. secùs autem si Vasallus esset in possessione domino sciente, & non contradicente, quia tunc causa expeditur absque paribus, secundum formã, quæ traditur supr. de conten. inter do. & Vas. in prin. & supr. si de inuesti. inter do. & Vas. lis ori. in c. fi. Not. hìc tex. notabilẽ, quãdo dicaƭ inuest. no. s. quãdo feu. acqriƭ de nouo, similiter antiquũ diciƭ, quãdo feu. fuit ab antecessoribus acquisitũ, vt infr. de natura

tura ſucc.feu.in c.1. ſup.de gradi.in §.1.qđ etiã appellatur paternũ vel vetus, vt patet in hoc textu in fi.& infr.de alie.feu.pater. in princ. & per Iacob. Ardi. in tit.feudum nouum non paternũ,ſub rubricella preal. De quo plenè dixi in præambulis in diuiſione feudorum.

a In materia feudali. Adde Lu. Ro. in l. admonẽdi. ff. de iurein.

a 1 †No. quòd in materia [a] feudali fœminæ non admittuntur in teſtes. Et eſt ratio, videlicet, propter earum fragilitatem & leuitatem, vt inſti. quibus alien.licet poſt princ. prout in ſimili videmus, quod ad teſtamenta non admittuntur in teſtes, per dictam rationem, vt in l. qui teſtamento. in §. mulier.cum ibi no. ff. de teſta.

b Quid autẽ in Hermofrodito. Adde Bal. in l. fin. C. de ſuis & legib. Bal.con.438. inci. quidam magnific⁹ domin⁹ de Marchionibus. in 1. volu.

b 2 †Quid autem in [b] Hermafrodito? dic quòd iudicari debet ſecundum ſexum, in quo magis præualet, vt ff. de ſta. ho. in l. quæritur.& ff.de teſti.in l.repetundarum. in §.1.ſecundum Iaco.de Bel.& ad hoc adduco gloſſ. quæ hoc tenet in l. de quibus. ff.de legibus, de quo dixi in c. 1. an mutus vel aliter imperfectus. Idem dicas, ſi dubitatur, an poſsit ordinari [c] ad Clericatum? ar.4. quæſt. 3. teſtes. ver. Hermafroditus. de quo per Bar.de piſis in ſua ſumma, in litera Hermafroditus.

c An poſsit ordinari. Adde & quid ſi vtroque ſexu æqualiter incaleſceret, ſicut fuit tempore domini. Hoſt. in villa ſuæ ſecurè, vt ipſe refert in Sum. in ti. de teſte. & in §. quis poſsit eſſe teſtis. ver ſicul. quid de Hermafrodito, an talis poſsit ordinari. vide per Archi. in c. Diaconiſſam. 26.q.1.& per Aſteſa.in ſua Summ.lib.6. titu.26.

3 †Not. quòd lex ſiue conſuetudo poteſt præfigere modum, & qualitatem in probando, ſicut hîc videmus, vt non aliter valeat probatio, niſi fiat per pares, vel per breue teſtatum, id eſt, publicum inſtrumentum à paribus confirmatum. Facit infrà titulo proximo poſt princip. & quod habetur in ſimili. in l. teſtium. C. de teſti. & in l.1.C.de iure emphi.

Oppo. cum glo. quòd imò iſta ſolennitas nõ ſit neceſſaria, cùm ſufficiat, quòd dicat ſe facere inueſtituram: vt ſuprà, quid ſit inueſtitura: in principio. Cuius contrarium hîc dicitur, & iſta gloſſa ſoluit duobus modis. Primò, quòd iſte textus corrigat illum. Secundò, & melius dicit glo. quòd concordat: Quoniam opinio poſita hîc in princip. ſtatim corrigitur per alios, qui voluerunt, quòd non eſt curandum de hac ſolennitate, dũmodò aliàs conſtet de inueſtitura, ſicut in ſimili dicimus, quòd hæres non poteſt recuſare ſoluere legatum, licet dicat ſolennitatem nõ interceſsiſſe, vt l.fi. C. de fideicõmiſ. cum ſi. & hoc vult gloſſ. vſque ad verſi. ſed occurrit. Et de hoc ſtatim dicam in fin. glo. in oppoſitione proxima.

Oppo. ſubſequenter cum d.glo. in illa parte cõtra præcedentia, quòd imo, quando deficit ſolennitas, viciatur actus de l. ſi cùm pater. C. ſi aduerſus rem iudi. Solut. ibi, ideò, quia deficiebat vnum de ſubſtantialibus, videlicet, authoritas iudicis, quæ eſt ſubſtantia emancipationis, vt ibi. Hîc verò teſtes cùm ſunt de ſubſtantia inueſtituræ. Meritò cùm appareat aliter de inueſtitura, licet deſit ſolennitas teſtium, nihilominus valere debet actus, & de hoc ſe remiſit gloſſ. ad libellum diſputatorium Py. in 4 charta. Et hanc opinionem ſequitur glo. tanquam meliorem. Et de hoc, an & quando teſtes ſint neceſſarij in inueſtitura antiqua vel noua, ſe remittit gloſſ. ad dictum c.1. in prin. quid ſit inueſtitura. Et hoc vult iſta glo. vſque ad fi. Et ſic iſta glo. concludit, quòd dominus non poteſt inualidare inueſtituram ex defectu ſolennitatis, quando confitetur inueſtituram feciſſe. Et ita etiam tenuit Py.& Iaco. Ardi. & Nic. de Neapo.

Sed Iaco.de Belui. Odo.& Bal. ſentiunt in CONtrarium, vt, ſcilicet, non valeat inueſtitura, quando à princ. confitetur inueſtituram, ſed negat ſolennitatem, quo caſu, defectus ſolennitatis habet vitiare actum. l. ſi veritas. & l. ex teſtamento. C. de fideicõ. l. cùm hi. in §. p̃tor. ff. de tranſact. C. de fid. inſtru. & iure hoſte fiſc. l.1.& 2. lib.10.

4 †Non ob. quod hîc dixit glo. quòd teſtes nõ ſunt de ſubſtantia inueſtituræ tempore, quo fit, quia imò ſunt, vt ſupr. quibus mod.feu.conſti.po.in c. 1. & quid ſi de inueſti. inter do & Vaſ. lis oriat. c. 1.& ſuprà quid ſit inueſti. in prin. & §.1.

Nec ob. l. fi. de fideicõ. allegata per glo. vt ibi no. in glo. & in l. ſi veritas, videlicet, quia iſte dominus ab initio confitebatur inueſtituram factam, ſed negabat ſolennitatem interceſsiſſe, quo caſu, ſolennitas habet vitiare actum, vt hîc, & in d. l. ſi veritas, ſi verò à principio dominus negaſſet inueſtituram factam, ſed poſtea iam dicto mendacio confiteatur d. inueſtituram factam, ſed abſque ſolennitate, volens ſe adiuuare ex defectu ſolennitatis, & tunc non poſsit, vt in d. l. fi. C. de fideicom. & in hac glo. quæ ita debet intelligi. Sed D. Andræ. de Iſernia ſaluabat gloſſ. alio modo, videlicet, quòd confeſsio domini tunc demùm ſibi præiudicat, quando à principio confeſſus eſt ſimpliciter, & poſtea vult dicere ſolennitatem defuiſſe, quod non poteſt. Secùs ſi à principio diceret, & confiteretur inueſtituram, ſed inualidam, quia facta ſine paribus per dictam l. ſi veritas. & l. fin. C. de fideicommiſ. Sed mihi plus placet in-

cet intellectus, & solutio Iaco. de Bel. per no. in d. l. si veritas. Vnde concludo sic in hac materia, quia aut loquimur de inuestitura antiqua, aut de noua. Si de antiqua, tunc indistinctè sufficiunt pares & extranei, vt in hoc c. in fine. Si verò de noua, tunc aut de inuestitura clericorum aut laicorum. Primo casu regula est, vt pariter admittantur pares, & extranei, si de rebus Ecclesiæ fiat inuestitura. Si verò de rebus proprijs idem debet seruari, quod in laicis, vt dixi super textum. Si verò loquimur de inuestitura laicorum, & tunc si ipse dominus habet pares, debet fieri inuestitura coram eis saltem duobus, vel tribus, vel publico instrumento interueniente roborato à paribus, secundum veram opinionem. Licet Mediolanenses seruent contrarium, vt in hoc capitulo, & quid sit inuestitura. in §. primo. Aliàs inuestitura facta non valet, etiam si pares essent absentes, quia expectandi sunt, vt infr. titulo proximo, capitulo 1. in princip. Si verò dominus non habet pares, & tunc debent adhiberi extranei, dummodò sint idonei, vel per publicum instrumentum, vt in dicto titulo, quid sit inuestitura. & in §. si verò inuestitura. de quo plenè videas in d. glossa prima, suprà quid sit inuestitura.

5 †Vtrum autē isto casu breue testatum possit probari per sigillum? dic quod sic, per c. inter dilectos. extra de fide instru. & per notat. in capitulo secundo. in eodem titulo. Et si plures essent Comites seu consortes domini, sufficeret quod sigillaret ille, qui tenet sigillum, vt per Doctores. in dicto capitulo inter dilectos. & in l. ad testium. in §. penultimo. ff. de testa. Poterit etiam probari per imbreuiaturam, per no. in l. Chirographis. ff. de admini. tut. & in Spec. de instrumen. edict. in §. postquam. versicu. sed nunquid. & versicu. sequen. & versic. vbi autem. & ita determinat Bald. suprà de controuersia inuestituræ. in prin. Et de materia sigilli, vide plenè per eundem Bald. super rubrica. C. de fin. instru. & in l. distracte. C. de rebus alien. nō alie. & per Bar. in l. nuda de donat. & in Spe. de proba. §. videndum. versiculo quarto. & per Canonistas. extra de Cleri. percu. capitulo primo. & de proba. capitulo post cessionem. & de fide instrumen. capitulo secundo. & ibi Innocen. & Ioan. Andr. & in capitulo ad audientiam. de crimine falsi.

De imbreuiaturis verò dic per Cyn. in l. contractus. C. de fide instru. quæst. fina. per Ioannem Andr. in addit. de instrum. edict. §. dicendum. versicu. & not. & per Bald. super dicta rubrica. de fide instrum. per Cano. in Cum. Pe. Tabellio. extra de fide instru.

6 †Quæro ab extra, quid si inuestitura noua fuit facta per publicum instrumentum, à paribus confirmatum, sed postea tale instrumentum amissum est, vel incendio seu casmate petijt, ita quod non extat, & vertitur controuersia de dicto feudo, an casus poterit probari per alios, quàm per pares? Et arguit Bald. quod sic, per l. sicut iniquum. C. de fide instru. de qua [a] quæstione dic, vt ibi not. per gloss. & Docto. & Canonistas. in c. olim de priuilegijs. per Specul. in titulo de instrumen. edict. in §. restat. versiculo illud quoque. & in Specu. de crimi. falsi. in fin. & in tit. de loca. in §. neque aliqua. versic. 139.

a Qua quæstione. Adde in Autēt. si quis in aliquo. C. de edē. Arch. in c. 2. 54. dist. Bar. de teste. versicu. testis dixit aliqua. Bart. in l. 2. in §. diuus. in fin. ff. de iure fisci. Bar. in l. 1. in pen. colu. ff. si cer. peta. Bar. in l. quoniā. C. de hæ. Bar. in l. si qs ex argētarijs. in §. penul. ff. de eden.

Quæro, quid si non interuenit instrumentum publicum, sed solummodò testes necessarij, qui non sunt mortui, an tunc poterit fieri probatio per Vasallum? Et dicit Bald. quod non, quoniam debuit facere examinari testes ad æternam rei memoriā, vt C. de vsur. pupil. l. fi. ff. ad l. Aquil. l. in lege Aquilia. si deletum. C. de testa. l. publicati. extra de testi. in c. significauit. & in c. Albericus. Facit quod habetur in Auten. si quis ab aliquo. C. de testi. Sed ego putarem fore equum, quod si posset probari eos testes pares, & necessarios intercessisse ad inuestiturā nouam, quod Vasallus deberet audiri & iuuari, per not. gloss. & Docto. in l. secunda. C. de bono. poss. secundum Tab. & ibi habes glossam singularem. & circa hoc vide, quod dico inf. titulo seq. §. sacramentum. in quarta oppositione, vbi Bal. videtur hoc sentire.

Quæro quid si non apparet de solennitate, sed dominus confitetur inuestituram intercessisse. dic secundum Bald. & per dictos Doctores, quod aut confitetur inuestituram & solennitatem, & tunc stabitur confessioni. l. 1. C. de confessis. & quod not. C. de lib. causa. in l. iubemus. & in l. cùm precum. Aut dominus confitetur veritatem actus, sed negat solennitatem, & tunc aut à princip. & debet dominus audiri, quia non debet pro facto reputari, quod non legitimè factum est. & in hoc consentit etiam Andræ. de Isernia. Aut primò negauit, sed postea delato ei sacramento confitetur veritatem, sed negat solennitatem, & tunc sua negatio nihil habet sibi patrocinari, vt supr. dictū est.

Et

Et potest esse ratio, quia propter primum mendacium super veritate præsumuntur omnia solenniter acta, vt in Auten. contra qui propriam. C. de non nu. pecu.

7 †Quæro, quid in confessione Vasalli, quam facit contra se coram testibus, non paribus, an sibi præiudicet? dic vt dixi suprà in prin. lib. 3. in ti. in quibus cau. feud. amit. vbi gloss. tangit. Nam tunc demùm præiudicabit sibi in fauorem domini, secundum modum & formam, quam dominus sibi præiudicat in fauorem Vasalli, secundum quod suprà proximè dictum est, quia debent procedere à pari, vt suprà de forma fideli. in fi.

8 †Quæro, quid si isti testes erant pares tempore inuestituræ, sed modò tempore probationis non sunt amplius pares, an probabunt? dic quod sic secundum Iacob. Ardi. argu. in l. ad testium. in §. 1. ff. de testa. & de rebus dub. in l. si cognatis. facit supr. de contro. feud. apud pares terminā. in §. primo. Idem dicit ipse, si non erant pares, sed pro paribus reputabantur. argu. C. de testa. in l. 1. dummodò fidelitatem iurauerint, vt in d. c. 1. facit, quod dixi in c. 1. an remouendi sint te. qui pa. esse desi. & ibi videtur casus de hac quæst.

Vltimò de materia præsenti habetur in capit. 1. in prin. & supr. si de contro. inuesti. & de conten. inter domi. & Vasal. in prin. & supr. si de inuesti. inter dominum & Vasallum lis oriatur. in c. 1. & 2. & plenè in d. tit. qd sit inuest. in prin. in gl. & in §. 1. & in §. si verò Vas. & infr. de notis feu. in §. 1. & quod dixi in capit. 1. supr. quib. modis feud. consti. po. & plenè per Iaco. Ardi. in Summa. in tit. de conten. feud. sub rubricella fin. in §. primo & secundo, vbi plura dicit. & in titul. 1. sub rubricella, qualiter inuestitura noua feudi probetur.

DE CONSVETVDINE RECTI FEVDI.

RVBRICA.

Continuatur hæc rubrica ad proximā præcedentem hoc ordine: Quoniam in titulo præcedenti declarauit, qualiter per inuestituram acquiritur feudum, & qualiter ad probandam nouam inuestituram requiruntur testes, qui sint de paribus curiæ. Nunc verò quia pluribus alijs modis, quàm per inuestiturā acquiritur feudum, vt videbitur in hoc titulo. Ideò subiunxit hîc istum titulum. Et hæc continuatio colligitur ex prin. nigri. dum dixit, sciendum est itaque, &c, quasi hoc inferat ex præcedentibus, vt probatur in simi. in c. sciendum est itaque. de feu. cogni. & quod ibi dixi. Item, quia suprà dixit, quòd inuestitura probatur per pares tantùm, sed qa poterat dubitari, quid erit, si dominus non habeat pares, & ideò etiam istud declarare intendit in hoc titu. vt probatur infrà e. in §. primo. quod ibi aut dictum, &c. Et quia ista rubrica facit mentionem de feudo recto in hoc titul. capitur pro feudo, in quo Vasallus adeptus est possessionem recto modo, cum voluntate & licentia domini. Et istud ideò appellatur rectum, ad differentiam feudi abusiui, quia istud est vndique omni solennitate vallatum. Illud verò si. vt infrà videbitis. Sed aduerte, qa est dare etiā aliam speciem feudi recti, ad differentiam non recti, quoniam feudum rectū est illud, quod non datur ad aliquod seruitium, sed feudum non rectum est illud, quod datur ad certum seruitium, appellatur conditionatum, vt infrà de capi. qui cur. vend. in c. fin. & ibi glo. & dixi suprà de controuer. inuesti. in §. item si Vasal. & in euidentialibus. lib. in duodecima diuisione feudo.

SVMMARIA.

1 *Feudum per inuestituram, vel per id, quod pro inuestitura habitum est, acquiritur.*
2 *Vasallus tam in inuestitura vera, quàm similitudinaria intentum suū probando litem superabit.*
3 *Possessio annalis domino non contradicente præsumptionem facit pro possidente.*
4 *Feudum rectum quando acquiri dicatur.*
5 *Domino dicente Vasallo, quòd accipiat possessionem feudi, non statim dicitur vasallus apprehendisse.*
Tempus quantum requiratur ad hoc, vt res domino sciente, & non contradicente, possessa præsumatur feudum.
6 *Possessio in iuribus incorporalibus, qualiter tradenda.*

SCIENDVM EST. In hoc principio author declarat, quibus mod. acquiratur feudum. & in Summa hoc vult. Feudum acquiritur quatuor modis hîc expresis, videlicet, per inuestituram, per successionem, per adeptionem possessionis, præcedente licentia domini, præsente curia. Item & quartò, si quis steterit in possessionem feudi, per annū, domino sciente, & nō cōtradicente, sed seruitia recipiente. hoc dicit. In textu ibi, inuestit. Iste est primus modus, vt suprà de feudi cognitione. c. sciēdum. in fi. & supr.

quid

quid sit inuestitura. in princ. Ibi, successione. Iste est secundus modus, vt suprà de gra. in princ. Ibi, vel eo quod habetur. Iste est tertius modus, de quo suprà, qui. mo. feu. consti. po. in c. 1. Ibi, quod si aliquis, & hic est quartus modus, de quo habetur in c. 2. in fi. suprà si de inuestitura inter dominũ & Vasallum lis oriatur. Ibi, beneficij, id est, feudi. Ibi, domino præsente, quando autẽ intelligatur præsens, habetur in l. præsens. ff. de procu. & C. de longi temp. præscrip. in l. fin. Ibi, præstito iuramento, id est, si vasallus hoc probet per testes, vel iuramentum debet obtinere secundum Iacob. de Bel. & Bal. Ibi, inducatur, scilicet, per dominũ fortè, quia protestatus est, quando recipiebat seruitia secundum Andr. de Iser.

1 †Not. quod feudum acquiritur per inuestituram, vt hîc, & in dicto capitulo sciendum. in fi. sup. alleg. vel per id quod habetur ꝓ inuestitura, videlicet, iubendo Vasallum ire in possessionem feudi, præsente curia, vel sinendo ipsum possidere per annum, seruitia scienter recipiendo, vt hîc, & in iuribus supra alleg. Successione autem non propriè intelligitur acquiri feudum, sed acquisitum capi ex eo, quia cùm sit feudum antiquum, iam erat acquisitum ex prouisione maiorum præcessorũ, vt supr. quæ fuit prima causa benef. amit. in princ. & supr. tit. proximo in fine. Sed tamen largo modo potest dici, quod tale feudum acquiratur successione, vt hîc, & probatur supr. qui feu. da. pos. in §. antiquissimo. & suprà de successione feudi, capitulo primo. & de gradi. in princ. & de hoc dixi in dicto c. sciendum. in fine.

2 †Not. quod sicut Vasallus in vera inuestitura vincere debet litem, cùm plenè probat suam intentionem per dictam inuestituram: ita & in inuestitura, si nõ est vera, sed similitudinaria, vincere debet si inducat id, quod pro probatione reputatur, sicut est sacramentum, quod appellatur quasi probatio. l. non erit. in §. dato. ff. de iureiuran. & quod dixi in dicto c. sciendum. Et est ratio, propter præsumptionem, quæ est contra dominum, qui est præsens, & nõ contradicit, & per hoc videtur consentire, dicto c. 2. in fine. suprà si de inuestitura inter dominum & Vasallum. & infrà eo. in §. fi. & hoc etiam sensit glo. hîc posita, super verbo probet, quæ per hoc est expedita.

3 †Not. quod possessio inducit præsumptionem pro Vasallo, quando perseuerauit in possessionem per annũ domino sciente, & non contradicente, vt hîc, & in dicto c. 2. in fi. suprà si de inuestitura inter dominum & Vasallum lis oriatur. Facit c. Titius. in fi. suprà si de feu. fue. controuers. Et ex hac præsumptione cum iuramento, obtinebit Vasal. nisi ista præsumptio esset elisa per aliquã aliam præsumptionem contrariam, quia tunc Vasallus non posset obtinere, neq; sibi deberet deferri sacramentum, vt hîc, & in fi. ad quod adduco glo. quæ solet allegari pro singulari, in l. 1. C. qui & aduersus quos. Facit quod no. ff. quod metus causa. in l. non est verisimile. in prin. & quia præsumptio præsumptionẽ tollit. l. fina. ff. de in integ. resti.

4 †Not. quod feudum rectum iudicatur, quando quis nanciscitur possessionem feudi, præcedente licentia sibi data per dominum præsente curia, vt hîc. Si verò dicta licentia fuerit data absq; curia, tunc censetur feudũ abusiuum, cùm non transmittatur ad hæredes, dicto c. 1. suprà quibus modis feud. consti. po. & ita colligit Bald. Facit quod dixi suprà, quid sit inuestitura. in §. si verò Vasallus.

Oppo. cum glossa prima, quod imò feudum non constituatur, nisi vno solo modo, scilicet per inuestituram, prout est casus suprà, quibus modis feu. consti. po. in c. 1. Ergò malè dicitur hîc, quod pluribus alijs modis. Solu. dicit glo. aduerte, quia est longa differentia quærelæ, qualiter constituatur feudum, quia tunc ego fateor tibi, q̃d nõ potest constitui verè feudum, nisi vno solo modo, scilicet per inuestituram, & ita loquitur cõtrarium. Aliud est quærere, qualiter acquiratur feudum, quia acquiritur pluribus modis, vt hîc, & de hoc remisit te glossa ad ea, quæ dixit in summa vbi sic ait: feudum constituitur vno modo tantùm, puta per inuestiturã, nec enim alio modo potest constitui ad hoc, vt habeat propriam feudi naturam: vt in dicto c. 1. sed benè acquiritur pluribus modis, vt in hoc textu. Sed tu vltra istos casus adde etiam alios duos casus secundum Iac. Ardizo. In quibus acquiritur feudum, videlicet per præscriptionem 30. annorum, vt in c. si quis per 30. suprà si de feudo fuerit controuersia. Item & propter delictum agnati, vt suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. finali. & quod ibi dixi.

t Oppo.

Oppo. cum glossa secunda de dicto c. 2. responso supr. quibus modis feudum consti. po. vbi patet, quod licet domino iubente quis ingrediatur possessionem feudi, non tamen censetur feudum, adeò quod ipse possidens non transmittit ad hæredem. Cuius contrarium hîc dicitur. Soluit glossa duobus modis. Et primò, quod hic dominus protulit dicta verba præsente curia, quo casu, censetur verè feudum & in eo succeditur. Ibi verò non præsente curia, quo casu, non est feudũ, sed quasi: Quoniam ille possidebit tantùm, donec vixerit, non autem transmittet ad successores. Secunda solutio est, quod ista iura concordant, videlicet, quia benè censebitur feudum, vt hîc: sed eo modo quo ibi disponitur, videlicet, vt tantùm in vita illud retineat: non autem quod ad hæredes transmittat vt hîc & ibi. Et hoc vult glossa vsq; ad finem. Tu teneas primam solutionem, quam sequuntur Communiter omnes Docto. vt ibi dixi super text. Et est ratio differentiæ, quia quando curia est præsens, remota est omnis suspicio, qua dominus posset decipi, & circunscribi fortè per probationem vilium personarum, & per testes redemptos, argumentum supr. de contentione feudi inter dominũ & Vasallum. c. 1. in princ. & in tit. de inuestitu. inter dominum & Vasallum. capitulo 1. in princip. Item quia omnis inuestitura, potest probari per pares, vt suprà titulo proximo in princ. Item possessio acquiritur non solùm per inductionem, sed etiam per visum, & multis alijs modis, vt not. in l. prima, C. de acquir. pos. Ergò si dominus iussit coram paribus, videtur sic sufficere, sicut si induceret in possessione coram paribus, cùm eadem sit ratio, secundum Iac. de Bel. in d. c. 1. suprà, quibus mod. feud. constit. po. Item est & alia ratio, secundum Bal. quia quando licentia datur in absentia, tunc feudum nõ habet sua substantialia, & solennitates requisitas, quæ hîc traduntur. Quid autem si dominus non haberet pares vel curiam, & proferret dicta verba coram honestis viris, an tunc constituatur vera inuestitura, dic vt dixi in dicto capitulo 1. suprà, quibus mod. feu. consti. potest.

5 †Quæro cum glo. 3. an eoipso, quod dominus dicit Vasallo, vt capiat possessionem talis feudi, intelligatur Vasallus apprehendisse incontinenti possessionem? Et respondet glossa quod non, dato, quod ipse Vasallus haberet animum possidendi, quia requiritur etiam corporalis apprehensio, neq; animus sine corpore sufficit, vt l. 3. in princ. ff. de acquir. pos.

Quod intelligas verùm, secundum glo. quando dicta res fuisset in absentia, secùs autẽ si dominus dixisset dicta verba in præsentia ipsius rei, quia tunc incontinenti videretur tradita possessio per dominum, & acquisita per Vasallum solo animo, vt l. 1. §. si iusserim, ff. de acqui. pos. & ex prædictis colligit gl. quod per patientiam solam transfertur possessio rei absq; aliqua alia traditione, & ad hoc inducit plures casus similes, quos sigillatim declarat. Et postea per tres versus repilogat, qui in forma sunt isti videlicet:

Visu sine rei mutuatæ venditione.
Si venditorem iussi deponere reum.
Clauibus & chartis mea si conduco scienter.

Quãuis non aliter detur possessio transit. Et hoc vult glossa vsq; ad finem. Sed aduerte pro declaratione, ne erres, cùm dicti versus non per omnia conueniunt cum casibus specificatis per glo. Quoniã specificat aliquos casus, qui non cõprehenduntur in versibus. Et similiter dicti versus continent aliquos casus non specificatos á gloss. & ideò declarabo versus in qualibet parte ipsorum. Primum exemplum de visu, declara per dictum §. si iusserim. Secundum exemplum de venditione rei mutatæ, &c. declara per §. interdum insti. de rerum diui. Tertium exemplum est de venditore iusso deponere rem venditam, &c. Et istud declara per l. q̃d meo. in §. si venditorem. ff. de acqui. pos. Quartũ exemplum de clauibus, declara per l. clauibus. ff. de cõtrahen. empt. Quintum exemplum de chartis, declara per l. 1. C. de dona. Sextum exemplũ de conducente scienter rem suã, declara per l. quædam mulier. ff. de rei ven. Et circa prædicta vide gl. in d. l. 3. in prin. de acq. pos. & in l. 1. C. de acqui. pos. & in d. §. interdum. & extra de consue. in c. 2. vbi gl. similiter istos versus allegauit. Quæro cũ glo. fi. quanto tempore sit necesse vasallum possedisse domino sciente, & non cõtradicente ad hoc vt præsumatur feudũ. Et respondet gl. quod per vnum annum: vt probatur in d. c. 2. in fi. supr. si de inuesti. inter do. & vasal. lis ori. licet aliqui voluerint dicere, quod per annos 30. per c. si quis per 30. supr. si de feu. fue. cõtro.

Quod

Quod non est verum, quoniam tunc absque aliquo iuramento obtineret, quia censeretur vera probatio. Hîc autem est quasi probatio, & ideò suppletur per iuramentum. Item quia secundum Iac. de Bel. & Nico. de Neapo. in præscriptione 30. anno. non requiritur præsentia domini. C. de præscrip. 30. anno. l. sicut. & l. si quis emptionis. & collige ex hac glo. q̃d ad hoc, vt habeat locum iste text. in vltimo dicto requiruntur plura, videlicet, quod steterit in possessione per annum. Item quod dominus consenserit, & non contradixerit. Item quod recipit seruitia à possidente tanquam Vasallo.

6 †Quæro ab extra, quid in iurisdictionibus, vel iure decimandi, vel alijs iuribus incorporalibus, qualiter in eis tradita intelligatur possessio, & dixit Ia. Ardi. in Summa in titu. qui. mo. feu. acqui. sub rubricella, de feu. decimæ, &c. cuius opinionem Bal. hîc recitat, licet non alleget, quod possunt sine possessione dari, quia nõ possidentur: vel quod sufficiat cessio, quæ habetur loco cuiusdã possessionis. Vel sufficiat, vt dominus patiatur vasallum vti. Vel vt per possessionem rei corporalis intelligantur tradita incorporalia. arg. ff. de iure do. l. si sponsalibus. §. 1. C. de hære. vel act. ven. in l. fi. Bar. autem in l. 3. in princ. de acqui. pos. circa hoc vltimum dictum, vtrum per traditionem rei corporalis videat̃ tradita iurisdictio. Exempli causa: Si tradatur castrũ, & dicit ipse, quod si traditur mihi ab eo, qui est in possessione iurisdictiõis, tunc agendo vnum actũ iurisdictionis illo nolente, acquiro possessionem totius. l. stillicidij. §. fi. ff. quemadmo. serui. amit. Si verò non tradatur, sed ego volo occupare, tũc remittit ad no. extra de resti. spolia. c. in literis. & per Inno. in c. ex parte. extra de testibus & de capel. mona. in c. dilectis. Et circa prædicta vide, quod dixi in c. 1. infrà de capi. qui cur. vendidit in pluribus quæstionibus ibi formatis. Et dicit Bal. quod in istis incorporalibus est vna quasi possessio, quæ consistit in habitu, & hæc acquiritur ex potestate conferentis. Alia consistit in actu, & executione, & hæc acquiritur operis effectu, vt extra de elect. in c. transmissa. De qua materia per Bar. vbi suprà & in l. 1. in princ. & in §. si quis. ff. de itinere actuque priua. per Bal. in l. nõ episcopis. C. de proba. & vide q̃d tangit Inn. in c. cùm olim. extra de rest. spolia. & quod plenè dixi supr. quid sit inuestitura. in §. si verò Vasallus.

Vltimò ad materiam huius capituli in princ. vide omninò quod dixi in d. c. 1. qui. mo. feu. consti. po. & in d. c. 2. in fi. si de inuesti. inter do. & vasal. lis ori. & de contro. inuesti. in princ. in §. item si Vasal. & supr. quid sit inuesti. in prin. & per Ia. Ardi. in ti. qui. mo. feu. acqui. sub rubricella, quot mo. acqui. feu. & sub rubricella acqui. feu. si quid interueniat q̃d pro inuesti. ha. per Bal. C. de contrahen. emp. super rubrica. in 17. quæstione. & dixi in c. si facta. suprà si de feu. fue. contro. & infrà. e. in §. fi. per Canoni. in d. c. 2. de consue. & quod not. extra de dona. c. per tuas. & extra de præbendis. c. pro illorum.

SVMMARIA.

1 *Actus non expectatis expectandis inualidus.*
2 *Absentia parium solennitatem circa nouam inuestituram fiendam non secludit.*
3 *Pares curiæ quanto expectandi temporis spacio pro inuestitura fienda.*
Absenti an possit fieri gratia & remissio.

QVOD AVTEM. Iste §. venit ad limitationem tituli præcedentis in eo, quod ibi dictum est, q̃d noua inuestitura non probatur, nisi per pares, &c. q̃a debet intelligi, si dominus habeat pares, quoniã si non haberet probaretur etiam per extraneos, vt hîc. Et in summa hoc vult.

Inuestitura noua probatur per extraneos, si dominus non habet pares. Secùs si habeat, licet sint absentes, quia expectandi sunt, vt coram eis talis inuestitura fiat, aliàs non valebit. h. d. In text. ibi dictum est, scilicet, suprà tit. proximo, in princip. Ibi, extranei, scilicet, ad probandam nouam inuestituram. Nota, quòd vbi dominus est sine paribus, non exigitur aliqua specialis solennitas in constituenda, vel probanda noua inuestitura. vt hîc, & supr. quid sit inuestitura. in §. si verò inuestitura.

1 †Not. non valere actum non expectatis expectandis, nisi requisiti noluerint adesse secundum Bal. argu. eorum qui no. ff. de in integrum restit. in l. fi. Et vbi expectatio frustratoria est, non debet quis expectari. vt ff. de statu liber. l. Aretusa. & extra de sortile. c. fin. de qua materia dic, vt plene habetur in l. prætor. in §. si post causam. ff. de iure fis. & in l. 1. in fin. ff. de auto. tuto. & de fal. tu. auto. l. 1. §. 1.

2 †Not. quod absentia parium, non excludit solennitatem adhibitam circa nouam inuestituram, quoniam expectandi sunt, vt in hoc tex. & no. glo. in dicto tit. quid sit inuesti. in princ. in gloss. magna. Et ex hoc infert gl. hîc posita ar. ad quaestionem, quod propter absentiam iudicis, quia non debeat sibimet ius dicere, sed debet ipsum expectare. & secundum Andr. de Iser. considerabitur, vtrum sit longè absens vel parum. ff. de annu. lega. l. Meuia. ff. de procura. l. sed & hae. Sed tu dic melius secundum Barto. in l. ait praetor. §. si debitorem. ff. quae in frau. cre. quod si expectatio iudicis, esset sibi periculosa, vt quia interim debitor aufugisset, & tunc potest sibi facere ius ipsum detinendo. vt ibi no. & quod dixit in l. si alius. in §. bellissimè. ff. quod vi aut clam. Aut non erat sibi periculosa, & non debet sibi facere ius, sed debet expectare iudicem. vt no. in l. nullus. C. de iude. & in hoc text. De qua tamen materia dic latius per ipsum Bar. in l. finali. in fi. ff. ad leg Iul. pecu. & C. de exact. tribu. in l. 2. libro decimo. & vide gloss. in l. generali. C. de decu. libro decimo. & optimam gl. infrà de pace iura. fir. in §. primo. super verb. potestate. & quod ibi dixi per Bal. in l. scimus. in §. & si praefatam. C. de iure delibe. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & in l. eos. C. de execu. rei iudi. & per Spe. in tit. de renun. & conclu. ver. Item est beneficium quod dicit.

3 †Quaero ab extra, quanto tempore expectabuntur isti pares absentes, & dicit Bal. quod per duos menses, & non vltra. ar. ff. de iu. fis. l. aufertur. in §. qui compensationem. & in c. potuit. extra de loca. l. quod iudex diffiniet tempus, ex quo non est à iure limitatum. l. 1. ff. de iure delib. vt no. in simili. ff. de pecu. in l. omnium. & de ingenu. manu. l. diffamari. & l. de dic. in principio. qui satis. co. Et vide de similibus quaestionibus quod dixi suprà, quid sit inuestitura. in princ. in quaestione penulti. Quaero an absenti possit fieri gratia[a] & remissio, vide in l. penul. ff. de iureiurando. & ibi per Baldum & Doctores.

Vltimò quantum ad materiam huius § attinet, vide quod dixi in dicto §. si verò inuestitura. suprà, quid sit inuestitura. & in remissionibus quas ibi adduxi. & quod not. in glo. magna, in dicto tit. quid sit inuestitura. in princ. & quod dixi suprà titu. proximo.

[a] *Possit fieri gratia. Adde quid important ista verba facimus tibi gratiã. vide per Salyc. in l. fin. ad fi. C. de sen. pa. Barb. in repeti. c. testimoniũ. de testa. idem Barba. in c. eã te. de rescr. et quid si dicatur, recepêris ad plenitudinẽ gratiae. vide per Barba. consi. 32. inci. illud referã in mediũ in 4. vo.*

SVMMARIA.

1 *Iusiurandum in causis feudalibus cui deferendum.*
2 *Iuramentũ supplebit vbi probatio defecerit.*
3 *Iuramentum in causis feudalibus quando sit deferendum.*
4 *Probatio vnius testis ad deferendum sacramentum iudicem mouebit.*
5 *Testis vnicus probationem semiplenam facit.*
6 *Testis si non legitimè examinetur non facit vt iuramentum deferatur.*
7 *Delatio iuramenti est effectus principalis semiplenae probationis.*
8 *Iudex an actori vel reo sacramentum deferre debeat.*
9 *Iudex sacramentum deferens quatuor considerabit.*
10 *Iudex iuramentum deferre si noluerit: is cui deferendum erat quandoq; appellabit.*
Iuramentum deferri, an pars petere debeat.
11 *Testis vnicus ab vtraq; parte concorditer electus plenè probabit.*
Iuramentum quod defertur à lege, non potest per iudicem mutari.

SACRAMENTVM. Iste est notabilis casus & singularis secundum Bald. in l. in bonae fi. C. de iureiur. Et est vna clauis in materia iuramenti praestandi, praesertim cùm de feudo est controuersia, vt patet suprà in tit. de conten. inter domi. & vasal. & in ti. de. conten. inter me & dominum. & in tit. si de inuesti. inter do. & vasal. & in tit. quid sit inuest. §. 1. & 2. supr. si de feu. vasal. fue. interpel. c. 1. & in ti. si de feu. fue. contro. c. 1. 2. & 3. supr. in prin. huius titu. & infrà de controuer. inter mas. & foemi. c. 1. & in pluribus alijs locis in hoc toto libr. sparsim traditis. Nam vbicunq; in hac materia feudali tractatur de sacramento praestando, debemus recurrere ad theoricam traditam in isto §. vt dixit glo. suprà de controuer. inuesti. in princ. Et sensit glo. nostrà in fin. sui. ibi sic ergò, &c. Et aduerte, quod tota substantia quae necessaria est, & exigitur ad implementum huius iuramenti in causa feudali, colligitur ex isto §. coniuncto ver. seq. qui continuat eandem materiam, & debuisset simul legi sub isto §. sed ego diuisi, vt clarius eius materiam explicarem, licet ad vnam & eandem iuramenti formam tendant. Et in summa hoc intendit istud principium.

In iuramento praestando per iudicem, non potest tradi certa regula, sed relinquitur eius arbitrio, cui deferat, dummodo non deferat, nisi habenti praesumptionem pro se. Si verò nulla est praesum-

præsumptio ab aliqua parte, tunc aut deferat possidenti, aut ipsum absoluat per regulam, quæ dicit quod actore nõ probante, reus debet absolui. hoc dicit. vsq; ad ver. & cùm datur, &c. Et continuatur iste §. ad superiora. Quia suprà in princ. huius titul. vltimo casu dixit: qualiter si aliquis possideat feudum per annum domino præsente, & non contradicente, & seruitia recipiente, quod debet in dubio iudicari feudũ, mediante iuramento deferendo ipsi possidenti, nisi aliqua præsumptio sit in contrarium, vt ibi patet. Verùm vt circa hanc materiam tradat doctrinam, Ideò subiunxit hîc istum §. in quo declarare intendit, quãdo & qualiter ex consuetudine feudorum debeant ista sacramenta deferri. Et ex hoc habet etiam qualiter faciat ad titul. Et præmitte pro euidentia, quod tria sunt genera probationum. Nam aliqua est vera & plena probatio, & ista non indiget patrocinio alicuius iuramenti, sed nec contra eam iuratur, quinimò secundum intentionem plenè probantis iudicabitur absq; aliquo iuramento. l. cùm de indebito de proba. & l. fi. C. eo. ti. & est casus in c. 2. extra de proba. Alia est probatio, quæ non est plena, neq; semiplena, neq; verisimiliter. Et ista simpliciter non eget iuramento, q̃a actore non probante, reus debet absolui absq; aliquo iuramento. l. qui accusare. C. de eden. l. 2. C. de proba. Alia est probatio, quæ non est plena, sed tamẽ est verisimiliter, & ista indiget patrocinio iuramenti, & de hac loqtur iste tex. & l. admonendi. ff. de iureiur. & l. in bo. fi. C. eo. ti. & c. fi. extra de iureiu. Quę autem sint illa, quæ inducant verisimilitudinem, vel consonantem coniecturã, ex quibus moueri debet animus iudicis ad delationẽ sacramenti, traduntur plenè per glo. & Doct. in d. l. admonendi. & in l. in bonæ fi. Et dixit Bal. supr. de controu. inuesti. in prin. quod certi sunt gradus inuestigationis, & intellectus animi iudicantiũ, s. gradus informationis: gradus præsumptionis hominis: gradus semiplenæ probationis: gradus præsumptionis legis: & gradus vehementis adminiculationis. Primus gradus non sufficit ad deferendum sacramentum, quia ipsa pars, quæ dat informationem, non potest esse testis, & nihil inducit, nisi habeat aliud pro se, per ea quæ not. in l. in bo. fi. C. de iureiur. Ex alijs autem gradibus potest moueri animus iudicis ad ita opinandum, & deferendũ sacramentum secundum formam huius §.

1 † His præmissis pone casum in terminis quærendo, cui iusiurandum debeat deferri in causis feudalibus, an actori vel reo? Et respondet quod non potest dari certa regula, cùm nõ sit semper dandum possidenti, sed quandoque possidenti, quandoq; agenti, &c. vt in litera. In text. ibi, petenti. i. actori agenti contra possidentem ad feudum. Non autẽ habuit iste text. respectum ad partẽ petentem sacramentum sibi deferri. Quo casu, an liceat parte petere sacramentum sibi deferri, Bar. in l. admonendi. dixit, quod sic, vsq; ad conclusionem in causa, per c. cùm dilectus. extra de fide instru. Hoc dicit de cõsuetudine obseruari. Sed d. Bar. de Sali. ibidem. & in l. in bonæ fid. dicit, quod imò vsq; ad sententiam. argu. in l. in tempus. ff. de hære. insti. Sed Bald. sequitur opinionem Bar. dicens tamen, quod etiã post conclusionem in causa, iudex ex officio posset supplere, per no. per Inno. in c. cùm Ioan. extra de fide instru. De forma autem petendi dictum, dixit Bart. q̃d non debet quis petere in spẽm sibi deferri, sed generaliter ei, cui de iure videbitur iudici. ar. l. 3. §. 1. ff. de iureiu. sed idem Saly. vbi supr. dixit, quod ista forma petendi sit honesta, tamen credit, q̃d etiam si specialiter petat sibi deferri, quod semi plenè probauit. Vel quia sibi de iure debet deferri, quod nihilominus nõ sit repellendus pluribus rationibus, per ipsum adductis. ar. in l. gracchus. C. de adul. & l. fi. C. de tempo. resti. in inte. Et hęc opinio seruatur in practica, quoniam ex officio iudicis defertur, quo casu, non curatur de formula verborum petendi. l. vbicunq;. ff. de interrog. ac. & sentit Bal. hîc. Vnde aut vterq; petit iuramentũ, et tunc debet deferri iustior, secundum q̃d iudici videatur attentis cæteris circũstantijs, cui magis credere debeat vt hîc, & in l. Labeo. §. Id Tubero supel. leg. Aut alter tantum petit, & tũc deferatur solum petenti, & non alteri. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect. & ita dixit Bal. in l. in bonæ fidei. Ibi aliquid pro eo sit, puta vnus testis, qui pbat, quia tunc defertur sacramentũ, secundum Bal. & glo. hîc positam. In tex. ibi, moueat. i. aliquid sit pro ea parte, cui defer. quoniam alias nõ debet iudex suum partiri officium in deferendo, nisi subsit aliqua iusta causa, ex qua moueat. ar. in l. cùm hi. in §. causa.

ff. de transact. & in d. c. 2. extra de proba. Ibi, dabitur sacramentũ, subaudi, quando ipse possessor ꝓbauit semiplenè tantùm, fortè per vnum testem, vt dixit glo. vel alijs modis no. in l. admonẽdi. secundum And. de Iser. Vel vt puto potest intelligi, quando reus possidens, probauit suam exceptionẽ semiplenè, & actor suam intentionem plenè, quæ actio & exceptio nõ erant contrariæ in origine, sed compassibiles, quo casu, debet iuramentum deferri reo semiplenè probanti suã exceptionem. & tenent Doct. in d. l. admonendi. & l. bo. fi. Vel dic, ꝙ ideò possidenti defertur, quia actor habebat aliꝗ̃ præsumptionem pro se, & ideò defertur ipsi possessori ad ostendendum suam innocentiã, vt est casus. in c. fin. extra de iureiur. & ibi etiam not. facit l. præsenti. in §. sanè. C. de his qui ad eccle. confu. & iste est planus intellectus, quẽ sequitur Iaco. de Bel. Pro quo facit, quod not. suprà de contro. inuesti. §. item si vasal. Ibi obtineat, quia hoc casu vincet eo iure, quo possessores vincere solent. l. qui accusare. C. de edendo. ff. si vsusfruct. pe. l. vtifrui in princ. l. 2. C. de ꝓba. & in d. l. 2. Quinimò etiam isto casu posset deferri sacramentũ possidenti in materia feudali, etiãsi nihil per actorem probetur, si iudici videatur expedire per istum textum, & dicam infrà.

2 †No. quod propter inopiam probationum, deuenitur ad iuramentum, quid si deferatur semiplenè probanti, tunc dicitur delatum in supplementum probationis, vt hîc & in l. admonendi. Iuramentum enim facit aliam semiplenam. Vnde istæ duæ semiplenæ coniunguntur, & faciunt vnam plenam, quoniam quæ singula de per se non prosunt, simul iuncta benè prosunt, vt notat. C. de probationibus. l. instrumenta. Sed quando defertur à parte parti, tunc dicitur delatum in defectum probationis, vt in l. in bonæ fid. C. co. titul. & infrà versicul. sequenti.

3 †Nota quod in causis feudorum non proceditur ad delationẽ sacramenti, nisi semiplena probatione præcedente: Vel si aliquid quod moueat iudicem ad deferendum secundum Iac. de Bel. qui in hac materia ita concludit, videlicet quod aut actor plenè probat, & reus condemnatur. l. officium. ff. de rei vendi. Aut nullo modo, & absoluitur absq; iuramento de iure communi. l. qui accusare, sed in materia feudali potest iudex deferre sacramentum possidenti, si sibi videtur expedire, vt hoc. §. facit in Autent. vt litigan. iurent. in §. si quis autem. Aut actor semiplenè probat, vt per vnum testem, vel per priuatam scripturam, &c. Et tunc aut nouit veritatem, & defertur sibi sacramentum. l. iusiuran. & ad pecunias. §. 1. de iureiur. Si verò actor & reus sunt pares, & tunc aut feudum est modicum, & defertur actori. Aut magnum, & tunc reo, vel confertur in arbitrio iudicis, vt in isto §. In dubio verò magis defertur possidenti. vt insti. de interdi. in §. commodum, & potius reo, quàm actori, vt no. in dicta l. in bo. fi.

Et prædicta limitat Bal. quando controuersia est super feudo antiquo. Si verò esset super inuestitura noua, tũc committeretur sacramento domini, nisi aliud pro possidente faciat, vt supr. titulo proximo in principio. & suprà si de inuestitura inter dominum & Vasallum lis oriatur, in principio. & suprà hoc eodem titulo in princip. Et circa hanc distinctionem latè dixi suprà de gradi. in §. fi. & in secundo notabili.

4 †Quæro cum glos. an sufficiat vnius testis probatio ad mouendum iudicem ad istam delationem sacramenti? Et respondet glossa quod sic. Et ad hoc allegauit plures concordantias vsq; ad versi. licet sit. Sed aduerte, quia dum gloss. allegat. l. si quis decurio. C. de decurio. debet allegare. l. si quis decuri. C. ad l. Cor. de fal. quæ ad nostrum propositum facit, & ita allegatur per gl. in l. iusiurandi. C. de testi. & de ista materia statim dicam latius.

Opponitur subsequenter cum dicta glossa contra proximè dicta de. §. si verò moriantur in Autentic. de testibus. Sol. dic quod potius concordat, quia ibi creditur ipsi soli producenti scripturam notarij ad comparationem, cui scripturæ debet credi, & hoc ideò propter authoritatem notarij, cui soli quandoq; creditur, vt ibi, & ita notat glossa in dicta l. iusiurandi.

Oppo. subsequenter cum dicta glos. de. l. maritus. ff. de quæstionibus, vbi ancilla non potest torqueri contra dominum suũ, licet vnus testis deponat contra ipsum dominum, quia vnus testis nõ facit indicium ad torturam, vt ibi patet. Sol. ibi ideò non prohibuit quæstionem haberi illius ancillæ ex eo, quòd nõ præcederent

cederent indicia sufficientia per vnum testem, sed quia in caput domini sui non debuit torqueri, vt in l. prima. C. de quæstionibus. Et hoc voluit glo. vsq; ad versicul. item licet. de quo contrario clarius habetur per gloss. in l. in bonæ fid. C. de iureiuran.

Oppo. subsequenter cum dicta glos. de. l. iusiuran. cum ibi notatis. C. de testibus. vbi dicto vnius testis nō statur. Sol. dic quod verum est, quod vnus testis nō probat plenè, vt ibi, sed benè probat semiplenè. vt not. in l. admonendi. de qua materia ista glo. te remisit ad distinctiones Pyl. Sed tu dic latius, vt ponit Specul. in titulo de proba. §. fin. in fi. vbi posuit sex genera semiplenæ probationis, quod etiam & quales sint probationum species, plenè traditur in dicto §. & per Doctor. in dicta l. admonendi. & in l. in bonæ fi.

Oppo. ab extra & sic. Nam ad solennitatem inuestituræ super acquisitione feudi, requiruntur saltem duo testes, & necessarij sunt ad hoc, vt inuestitura valeat, vt suprà titulo præcedenti. Ergò si vnus ex testibus ad solennitatem requisitus deficiat, non probabitur actus. l. si vnus. C. de testa. & per consequens malè disponitur in isto §. quod causa possit expediri per vnum testem mediante sacramento. Solu. ego fateor, quod à prin. tempore inuestituræ necessarij sunt dicti duo testes, & pares vt ibi, sed secùs est tempore probationis, quia tunc poterit causa suppleri, & expediri secundū formam huius §. Sed tu fortè immediatè dubitabis, quomodo sciam quod à tempore inuestituræ, non deficit numerus requisitus. Et ad hoc respondeo, quod est necesse, quod iste testis examinatus deponat de veritate inuestituræ & solennitate, & sic probabit semiplenè. Aliàs autem non probaret, nec esset locus delationi sacramenti, quemadmodum dicimus in materia testamentorum, prout disputat glossa in l. secunda. C. de bonorum possess. secundum tabul. secundum Baldum. Et intelligas etiam, quod hoc operatur consuetudo feudorū per istum §. Inquantum discrepat à regula iuris cōmunis, vt suprà de cogni. feu. in capitulo primo. & vide quod dixi supr. titul. proximo, quæstio. 2.

5 †Quæro ab extra pro clariori doctrina, an vnus testis faciat semiplenā [a] probationem? Et glossa hic posita tenet q̃d sic, Idem tenet in dicta l. admonendi. & in l. in bo. fi. sed tu dic latius, quia aut loquimur in causa criminali, & tunc dic, vt notatur per gloss. & Doctores in l. si quis. C. ad legem Iuliam maiest. Et in hac causa secundum communem opinionem non deuenitur ad iuramentum secundum Bartolum in l. maritus. & notatur in l. tertia. ff. de iureiurando. & ibi videas etiam, quid in causis spiritualibus matrimonij monachatus cōuersionis & similium. & dicatis vt ibi. Quid autem in beneficialib. causis & vsurarijs. Doct. etiam ibi tractant. & Bald. in l. in bonæ fidei. Aut loquimur in ciuili, & tunc aut deficit forma & probatio. Et isto casu nihil cum effectu probat dicta l. si vnus. de testamen. Aut deficit probatio, & non ius, & tunc aut iste testis non est integer homo, puta infamis infamia facti. Et facit indicium solum, & non semiplenam probationem, nec defertur iuramentum l. cùm probatio. ff. de probationibus. & nota. in l. cassius. ff. de senato. Secùs si essent duo testes infames, quia tunc benefacerent vnam semiplenam, argumentum. nota. in l. prima. C. de summa trini. & tenet Bald. in l. admonendi. Vel si ille solus testis infamis iuuaretur fama, quia tunc benefaceret semiplenā, argumentum. ff. de edendo. l. si quis ex argentarijs. §. primo. Sed si esset prorsus inhabilis, tunc nec facit etiam indicium. dicta l. maritus. de quæstionibus. Aut est integer homo, & tunc aut est testis, vt arbitrator, diffinitor, vel commissarius, & tunc statur ei, & probat dicta l. Teopompus, quia ita voluit testator. Circa tamen arbitratorem, dic vt notat. per gloss. & Doctores in l. ne in arbitris. §. sin autem. C. de arbitris. Aut est merus testis, & regulariter facit semiplenā probationem, vt in hac gloss.

[a] *An vnus testis faciat semiplenā. Adde no. in l. bonæ rei. C. de iureiu. l. à diuo Pio. ff. de re iudi. & in l. si quis. C. ad legem Iul. maiest. & in quibus casib. vnº testis plenè probat vide per Spe. in ti. de teste. in §. restat. ver. hoc tamē fallit. & Anto. de Butr. in c. veniēs. el. 1. de testi. item vnº testis plenè probat qñ nō agitur de auferendo iure alieni secundū Card. Alex. in c. de siracusane. in 1. col. 28. dist.*

Fallit in interprete, qui plenè probat, vbi alter non reperitur, vt in l. prima, in fine. ff. de verborum obligationibus.

6 †Et scias etiam quod testis non legitimè examinatus, non facit indicium ad iuramenti delationem, dicta l. maritus. quod intelligas secundum Baldum, etiam si de se sit legitimus, sed modus examinandi non fuit congruus, vt quia non fuit interrogatus de causa scientiæ. Idem si non dixit plenè factum, vt notatur ff. eorum. de infamibus. in Lege Lucius. quia talis examinatio non caret

 suspicio-

suspicione. Nam modicus defectus, impedit semiplenam probationem vnius testis, ar. eorum quæ dixit Inno. extra de testibus in c. testimonium. Item scias, q̃d vbicunq; vnus testis adducitur ad probandum aliquid contra solitam naturam contractus, nõ facit vnus testis semiplenam probationẽ, vt deferatur sacramentum, vt suprà quid sit inuestitura. in §. itẽ si Vasal. Facit l. si margaritam. ff. pro socio. Item scias, quod vbicunq; dicitur, quod vnus testis facit semiplenam probationem, vel indicium est intelligendũ hoc, si deponit in facto principali, vt in l. fi. C. fami. hær. & ibi vide Bar. Item si sit omni exceptiõe maior. Aliàs secùs, quia non faceret semiplenam, nec induceret iudicem ad opinandum, vt puta quia sit consanguineus amicus, vel domesticus partis, vt tenet Bar. in l. admonendi per no. in l. etiam matris. ff. de proba.

7 † Quæro quis sit effectus huius semiplenæ probationis, & dixit Bal. in dicta l. admonendi q̃d in ciuili causa principalis eius effectus est delatio iuramenti in defectum probationis. Veruntamen sunt quidam casus, in quibus non habet locum delatio fienda actori.

Vt si causa sit famosa, vel dolus opponatur, vt not. ff. de mino. in l. tertia. §. primo. Reo autem sic, quia actori non fit iniuria, vt notatur in dicta l. admonendi. in glo. ad fi.

Idem intelligas, si causa sit nimium atrox & ardua. argumentum. in l. testium. C. de testibus. l. finali. si cer. pe.

Idem non defertur ex vno teste non integro, vel cuius probatio est elisa per aliquam præsumptionem, vt singulariter notatur in dicta l. prima. C. qui & aduersus quos.

Item non defertur in materia odiosa, videlicet si per vnum testem probetur præscriptio, vnde in supplementum non defertur sacramentum, quia in odiosis non debet iudex supplere, vel fauere, vt tenet Bald. in dicta l. admonendi.

Item non defertur ei, qui verisimiliter ignorat veritatem, argumentum. l. Marcellus. ff. rerum amo. Nec sufficit si dicat scire per famam, vt notatur in l. in bonæ fi. Est & alter effectus semiplenæ probationis, quia ille qui semiplenè ꝓbauit, videtur habuisse iustam causam litigandi, & excusatur ab expensis, vt tenet Inno. & Host. in c. fi. de dolo & cõtu.

Quod admittit Bal. quando verisimiliter ex qualitate causæ suæ, & testis debuit coniecturari, q̃d iudex sibi defert sacramentum, aliàs secùs, vt arg. C. de testi. l. iusiurandi. Sed quia est arbitrarium iudici deferre cui vult, vt in hoc §. Vnde si defert reo, potest parcere actori in expensis, ar. in l. eum qui. ff. de iureiu. Nam vnus bonus testis excusat à præsumpta calumnia. vt no. in Spe. de accus. in fine. quia ex vno teste nascitur ꝓbabilis præsumptio hominis, quæ excusat à dolo. Facit quod no. ff. de condi. & d. l. Titio fundus. Et propterea auditus frequenter excusat. l. miles. §. 1. de adul.

8 † Quæro cui iudex debet deferre, an actori vel reo, & Doct. iuris Canonici in c. fi. & nostri in dicta l. admonendi. & in l. in bonæ fi. multa dicunt, facientes plures considerationes, tandẽ videtur Communiter secundum omnes, quod sit arbitrarium per istum tex. Et ista est Communis conclusio, videlicet, quod interdum actor semiplenè probat, & reus nihil, & tũc actori defertur, quia habet pro se aliquid quod iudicem moueat, & informet, vt in isto tex. pro quo ipse iudex cœpit opinari contra reum, vt in l. 2. §. eiusdem. ff. de testi. Interdum reus etiam probauit, & tunc aut plenè, & in isto casu debet absolui absq; iuramento. Aut probauit tantùm semiplenè suam exceptionem, & debet ibi sacramentum deferri etiam si actor probasset plenè suam intentionem.

Quod intelligas verum, quando exceptio non est directo contraria intentioni actoris, vt exceptio pacti postea facti de nouo vel alterius. Vbi autem esset directo contraria, tunc secùs quia nõ est locus sacramento, cùm ꝓbationes actoris in nullo dicãtur elisæ, sed reus ex probatis debet cõdemnari actori, per not. in l. ob carmen. ff. de testi. & per Cyn. C. de procura. in l. 1. in 3. q. & per Io. And. in d. c. fin. Et ista est conclusio Saly. in d. l. admonendi.

9 † Aduerte tamen secundum Bal. in d. l. 1. ff. de iureiu. q̃ iudex in deferendo debet esse cautus, & discretus quatuor principaliter considerando. Et primò qualitatem personæ, vt honestiori in dubio deferatur & fide digno. l. non omnis. in §. à Barbaris de re mili. Secundò qualitatem causæ, ar. in l. 3. §. 1. de mino. & dicta l. maritus. Tertiò quantitatẽ causæ, quia vbi est magna censetur ardua, & opus est concludentibus probationibus vti, cùm

cùm in magnis rebus sunt homines magis proni ad deierandum: vt not. in l. in bonæ fidei. Quartò si verisimiliter ille, qui petit iuramentum nouit factum vel non l. videamus de in litem iuran. Dixit quoq; Bal. in l. in bonæ fid. quod in feudo etiamsi sit magna res, quod nihilominus defertur sacramentum possessori ex semiplena ꝓbatione, quia possessio aliquid adiungit præsuppositioni vnius testis per istum textum. Non autem defertur actori in magno feudo ex semiplena probatione, vt tenet hîc And. de Iser. dicens, quod in hoc non putat fieri differentiam in feudo à cæteris rebus. Et ad prædicta facit nota. per glossam suprà de controuersiæ inuestituræ, in principio. super verbo de feud. & vide quod ibi dixi in distinctione & suprà de gradi. in §. finali.

10 †Quæro quid si iudex non vult deferre, an pars cui venit deferendum possit appellare, & Bald. qui hanc quæstionem mouet in l. admonendi. dicit, quod videretur prima fronte, quod non, ex quo est arbitrarium, prout in simili dicit Specu. de offi. iu. in §. impedit. versi. quid si iudex. Sed tamen tenet, quod possit appellari. argument. in Autentic. de quæstore. §. super hoc. dũmodo hoc fiat antequàm sit conclusum in causa, quoniam postea non posset appellari, quia pars nõ potest petere, licet iudex posset supplere, per not. per Innoc. in c. cùm Ioannes. extra de fi. instru. Idem dicas, quod si iudex minus circumspectè deferat, quod poterit appellari, vt not. Inno. in c. super eo. extra quod metus causa. Quæro an sit necesse, quod pars petat sibi deferri, & videtur quod sic. ar. ff. de dam. infect. l. 4. §. hoc autem iudicium. & tenet Bar. in l. admonendi. In contrarium quia hoc occurrit per officium iudicis. ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. item sciendum de dam. infect. si quis missum. §. iudex. Sed prima pars est tutior, secundum Bal. in l. 1. ff. de iureiurand. vbi dicit, se credere, q̃d si non est petitũ, quod tunc in defectum probationis fiendæ, non posset deferri officio iudicis, argumentum. C. de non nu. pec. l. in contractibus. in §. primo. & ff. de iureiur. l. tutor. §. de. Sed ad declarationem probationis factæ posset deferri officio iudicis in dicto c. cùm Ioannes. De forma autem petendi, & vsq; ad quod tempus peti liceat, dixi suprà super textum.

11 †Quæro pone, quod est vnus testis [a] concorditer electus, [a] & productus, & datus pro cõfidato ab vtraq; parte, nunquid probabit plenè? dic quod aut partes consenserunt in persona, & in dicto. Et tunc probat plenè. l. Teopompus. Aut in persona tantùm, & tunc semiplene, quia licitum est eius dictum infringere. l. si quis testibus. C. de testibus. & sensit Bal. in l. in bonæ fi. Quæro an materia huius §. possit trahi ad iuramenta, quæ deferuntur à lege, verbi gratia, dicit statutum, quod de damno dato stetur sacramento accusatoris, an iudex poterit ex arbitrio illud mutare? dic quod non argumentum. in l. prospexit. ff. qui & à qui. & tenet Iac. de Are. in l. 1. C. si aduersus liber. & Bal. suprà de controuers. inuesti. in princ.

[a] *Vnus testis concorditer electus. Ad de Spec. ti. de teste in §. restat. ver. hoc tamẽ fallit in 24. fallentia.*

Vltimò de materia huius §. habetur suprà in ti. de gradi. §. fi. & quod ibi dixi. & vide in pluribus remissionibus, quas ibi adduxi, & quod dicam in ver. se. & q̃d dixi suprà de contro. inuesti. in princ. in §. item si vasallus. & de conten. inter do. & vasal. c. 1. & in c. 1. suprà si de feu. Vasal. fue. inter. in 2. oppo.

De probatione autẽ per famam, confessionem, fugam priuatam, scripturam, & similia, quid importent, an semiplenã probationem, vide plenè per Doctor. in dicta l. admonendi. & l. in bonæ fi. & per Canoni. in dicto capitulo finali. extra de iureiuran. & in c. iuramenti. in,

SVMMARIA.

1 *Parentibus et coniunctis aliquo casu plus creditur quàm extraneis.*
2 *Dominus melioris conditionis est quàm Vasallus.*
Vasallus an possit esse testis contra dominum.
3 *Iurare super incertis quo casu quis compellatur.*
4 *Vasallus parentibus & propinquis destitutus ad iurandam extraneos producet.*

ET CVM DATVR. Iste vers. prosequitur materiam, de qua proximè dixit. Nam continuat eandem materiã, quoniam suprà proximè dixit, cui & quando sit deferendum sacramentum: Nunc verò ponit formam qualiter ille cui defertur iurare debeat. Et facit duo. Primo declarat cum quibus iuretur in causa feudali. Secundò qualiter iuretur. secunda ibi, & iurauit.

CASVS.

Vbi iuramentum delatum est per dominum

minum Vasallo; tunc iurare debet Vasallus cum duodecim sacramentalibus, inter quos sint saltem sex sui coniuncti. Vel debet ipse Vasallus referre eo modo iurandum est per ipsum Vasallum, si iuramentum sibi deferatur per iudicem, sed si deferatur domino per iudicē, tunc dominus iurat cū duodecim sacramentalibus, quos eliget siue de coniunctis, siue de Vasallis, siue de extraneis. Et iurare debet Vasallus semper sic esse, vel non esse in veritate. Nec admittetur eius iuramentum, si voluerit iurare se ita credere, secundum conscientiā suam. Quod similiter habebit locum in sacramento prestando per dominum, si in facto proprio iuret, hoc est, quia istud feudum, de quo disputat, dependet à facto suo proprio. Secùs verò si depēderet à facto patris, vel aliorū antecessorū suorum, quia tunc iurabit se ita credere, secundū suam conscientiam. h.d. vsq; ad ver. in quibus. Et pro euidentia præmitte, quia sint sacramentales, & de forma iuramenti ipsorum, vt dixi supr. qui feu. da. po. in §. hoc quoq;. In tex. ibi, si à parte. vt quia dominus defert Vasallo vel econtrà. Ibi, subeat. s. iuret ille cui defertur. Ibi, distinctionem, quæ statim sequitur. Ibi, delatū est, subaudi, per regulā legis manifeste turpitudinis. ff. de iureiuran. secundum gl. hîc positā, quæ per hoc est expedita. Ibi, si à iudice, subaudi, deferat. Ibi, cum duodecim. s. sacramentalibus. Ibi, Vasallis, quidam habent Vasallus, & tunc referas ad illud verbū ille, quod est suprà & benè. Quidam habent Vasallis, & tunc referas ad illud verbū cum duodecim proximè præcedē. & ita habebat An. de Iser. & tūc expone vasallis. i. paribus, & quælibet litera bona. Ibi, cum sex, subaudi. s. cum sex parentibus, &c. Nam hîc declarat seipsum, videlicet, qualiter debeant esse dicti duodecim sacramentales. Ibi, parentibus. i. coniunctis, vt in gloss. Ibi, cæteros verò. i. alios sex. Ibi, dominus verò, subaudi, cui à iudice delatum est iuret. Ibi, parentibus. s. solis. Ibi, sine ratione cōscientiæ, hoc est dicere, quia iurabit semper Vasallus de veritate, videlicet sic esse, vel non esse: Non autem iurabit secundùm suam conscientiā dicendo ita credere, secundum suam conscientiam. Ibi de suo facto similiter, subaudi, iurabit de veritate, quoniam tractatur de suo facto, quod non dependet ab alio, ꝙ à seipso, puta quando tractatur, an ipse

a Magis creditur parentibus. Adde c. super eod. de testi Abb. in cap. videtur. qui matri. ac cusa. pos.

inuestiuerit, vel nō. Si verò dictum feudum non dependeret à se, sed ab alio, puta patre auo, vel alio descendente suo, tūc iurabit secundum suam conscientiā credere vel non credere, vt sequitur in litera. Ibi apponendam. Nam isti volebant quod dominus semper iuraret de veritate, quorum opinio non est approbata: vt hîc patet.

1 † Not. casum in quo magis creditur parentibus [a] & coniunctis, quàm extraneis, Quod patet, quia Vasallus necessitatur ad iurandum cum sex coniunctis. Alios autē sex, potest pro libito eligere etiā extraneos. Et est ratio, quia isti coniuncti p̄sumuntur ratione sanguinis melius scire veritatem, ꝙ extranei, vt in l. de tutela, cum ibi no. C. de in integ. rest. mi. & in l. octaui. ff. vnde cognati. In domino tamen iurare volente, non imponitur talis necessitas, vt secum adhibeat coniunctos, si nō vult, de quo statim dicam, & per hoc est expedita gloss. 2. hîc posita.

2 † No. casum in quo in materia feudali dominus est melioris cōditionis quàm Vasallus, Quod patet, quia Vasallus necessitatur adducere ꝓpinquos in suo iuramento, non aūt dominus. Et hoc vult etiam gl. in sui princ. Similiter hîc disponitur, quod Vasallus indistinctè iurat de veritate, & nō secundū conscientiam, sed dominus non, quia in eo distinguitur, an in facto proprio, vel alieno, q̄d videtur esse contra regulā feudorū positam supr. de for. fideli. in fi. Vbi ad paria deducuntur dominus & Vasallus. Sed dic esse fatendū, quod paritas inter eos seruari debet, vt ibi, sed hîc loquimur respectu iudicis, qui ex probationibus & præsumptionibus vult informare animum suum iuxta ea, quæ traduntur in l. 3. in §. 2. ff. de testibus. & supr. hoc eo. §. sacramentum. in princ. Meritò cùm in probationibus & iuramentis lex præsumat magis contra Vasallum, quàm contra dominum. l. qui bona. §. pe. ff. de dāno infect. l. de die. §. iubetur. ff. qui satisda. cogan. Et pro tanto maior necessitas imponitur vasallo ꝙ domino, cùm vasallo debeat persona domini videri sancta, vt l. liberto. ff. de obsequijs. Videmus similiter, ꝗ Vasallus iurat domino fidelitatem: non aūt econtrà, vt dixi in contrario. Similiter nō est parilitas, quando occidunt aliquē proditoriè in amissione iuris feudalis, vt dixi in c. 1. an ille qui interfe. fra. domini. in quæstio. 1. Vtrum aūt Vasallus possit esse

a esse testis a contra dominũ, vide in Specu. de teste. § 1. versi. nunquid Vasallus. & infrà in § similiter. Sed an possit esse pro domino, dixi suprà, quid sit inuestitura. in princ. & si de inuesti. inter Vasal. & dominum lis ori. c. 1.

3 †No. casum in quo quis iurare debet super incerto, quod patet, quia Vasallus necessitatur ad iurandum super veritate, nec excusatur si iuret secundum conscientiam suam, vnde videtur, quod compellatur subire anceps periurium contra l. videamus. in princ. ff. de in litem iuran. Et hoc vult glo. fi. hîc posita. Sed intelligas istum tex. & gl. producere secundum And. de Iser. quando Vasallus poterat se certificare de illo facto, super quo iurare debet, quoniam si esset tale factum, super quo non posset se certificare, tunc fateor quod non deberet cõpelli subire anceps periurium, & posset iurare secundũ conscientiam, vt facit dominus. ar. in c. Vasal. feudum. supr. si de feu. fue. contro. Et in hoc dominus & Vasallus ad paria iudicabuntur, vt infrà in § seq. Vel secundum Iacob. de Bel. dic latius in isto passu, quia aut iurare debet quis ad suum commodum, vel incõmodum, aut ad alterius tantùm. Primo casu, aut certat de lucro, sicut Vasallus, & tũc cogitur iurare causatiuè, si vult obtinere de alieno facto affirmando vel negando. Quia dominus posset sentire magnum damnum, si staretur suæ cõscientiæ. Aut certat de damno vitando, vt hîc dominus facit: tunc de suo facto iurat secundum veritatem affirmando vel negando. De alieno facto autem secundum conscientiam. ar. C. de prob. l. ex. & l. rationes. & de con. fi. debi. l. fi. Secundo casu, aut est administrator qui iurare debet: & non cogitur subire anceps periuriũ, vt dicta l. videamus. & l. marcellus. Aut est testis, & si negat factum, non cogitur subire anceps periurium, vt suprà quid sit inuestitura. §. si enim. Aut affirmat factum, & tunc cogitur super facto alieno iurare. Ergò affirmando cogitur testis nõ negando. vt C. de test. l. iusiurandi. & l. testium.

4 †Quæro cum glo. 3. quid si Vasallus non habeat parentes seu propinquos, qd tunc fiet? Et respondet glo. q̃d tunc producet extraneos ad iurandum in supplementum. Nam sæpe accidit hoc in similibus fiendum, vt propter inopiam probationis admittantur aliqui testes, qui aliàs repellerentur. l. quoniam. in fi. C. de hær. & ff. de test. l. serui. Et hoc vult glo. vsq; ad finem. Ex qua not. quod in defectum probationis, testes recipiuntur qui aliàs non reciperentur, vt extra de elect. in c. cùm dilecti. & per Inno. extra de accu. in c. cùm dilecti. Facit quod dictum est suprà. e. in versi. quod autem. & infrà de notis feu. §. 1. item collige ex hac glo. quod parentes de quibus iste text. facit mentionẽ, capiuntur pro omnibus coniunctis, vt dixi super tex.

a *Vtrum autẽ Vasall possit esse testis. Ad de gloss. in c. forma. 22. q. 5. Specu. tit. de testi. Bald in cap. ego. n. de iureiu. Abb. in c. insuper. de test. Abb. in c. accedens el. 2. vt lite non contesta.*

Oppo. ab extra, quod imò parentes vel coniuncti non admittantur in testes idoneos. ff. de test. & l. parens. C. de testi. Sol. hîc non admittuntur tanquam veri testes, sed vt iudex ex eorum dictis præsumptionibus capiat, & animum suum moueat ad ita opinandum, prout in simili not. glo. in l. etiam matris. ff. de probationi. Neq; etiam isti tales sacramentales deponunt tanquam testes, sed quia credunt vera esse ea, quæ producens eos iurauit, vt in c. de testibus. & in c. fi. extra de purgatio. cano. & dixi suprà si de inuestitu. inter do. & Vasal. c. si quis. & in d. §. hoc quoq; sciendum.

Oppo. suprà de contro. inuesti. in §. cùm autem. & de content. inter dominũ & Vasal. de inuestitura feudi. circa princip. Solue vt ibi plenè notaui. & tenet Iac. de Bel.

Vltimò ad materiam huius § vide, quod dixi supr. proximè. in §. sacramentum, & in remissionibus quas ibi adduxi, & suprà in dicto titulo, si de inuestitura inter dominum & Vasallum. capitulo finali. & Iacobus Ardizo. in titulo de contentione feudi, sub rubricella, decurritur ad sacramentum Vasalli si aliter probari non possit, & in rubricella fina. in princip.

De materia autem conscientiæ, vide in l. 1. per gloss. C. de secundis tabu. & in c. statutum. in §. assessorem. de rescriptis. libro sexto, & quod notat. de pe. distinctione tertia, in capitulo ille Rex. & q̃d notat. in capitulo cùm ab vno de sen. & re iudiciaria, libro sexto, per Innocent. in capitulo pleriq;. extra de immuni. eccles. & in capitulo venerabilibus. extra de censi. per Io. Mo. in c. præsentium. de testibus lib. 6. Ioan. Andr. extra de elect. cùm in veteri per Bar. in tractatu minoricarum libro primo, capitulo tertio, per Bal. in l. cùm quis de iuris & facti igno. & in l. finali. C. de peda. iudi. qui male iu. & in l. ea quæ de conditio. indebit. & in l. iusti-

in l. iustitia. de iusti. & iure. & in l. rogasti. §. si tibi. ff. si certum petatur. & in Auten. ad hæc. C. de vsu.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum de calumnia nec domino, nec vasallo in feudali causa deferendum.*
Argumentatio de liberto ad Vasallum an valeat, & quid operetur.
2 *Legem patere quam ipse tuleris.*
Iuramentum calumniæ an remittatur liberto, sicut patrono.
3 *Dominus de calumnia si iurare voluerit: idem à Vasallo exigere poterit.*

IN QVIBVS ETIAM causis. Continuatur ad superiora, Quoniã suprà proximè tractauit de sacramento veritatis, quod est decisiuum. Hîc verò tractare intendit de iuramento calumniæ, quod est credulitatis. l. 2. in princip. & §. quod obseruari. C. de iura. calum. Nam regula est iuris, quod si defero tibi sacramentum decisiuum, teneris iurare, vel referre, vt patet suprà in præcedentibus. & in l. manifestè. ff. de iureiur. Potes tamen antequam iures me compellere, vt primò iurem tibi de calumnia, videlicet, quod ego non detuli tibi iuramentum decisiuum animo calumniandi, vt probatur in l. iusiurandũ & ad pecunias. in §. qui iusiurandum. ff. de iureiu. Et ista talis regula fallit in causis feudalibus, vbi iuramentũ calumniæ, non habet locum, nec exigitur per Vasallum à domino, nec econtrà per dominum à Vasallo. Et ita cõstitutum est per Imperatorem Federicum, vt probatur in hoc §. quẽ aliter non sumo, cùm ex prædictis eius intentio colligatur satis clarè. In textu ibi, in quibus etiam causis. Ex his verbis colligi potest, vt figurari debeat casus iuxta materiam proximè præcedentem, vt suprà dixi, videlicet, quod Vasallus cui delatum erat sacramentum decisiuum volebat, ꝙ dominus deferens prius iuraret de calumnia, &c. Et hunc intellectũ etiã sentit An. de Iser. & glo. 2. hîc posita; cùm æquiparauit dominum patrono, qui cùm deferebat iuramentũ decisiuum liberto suo, non tenetur ipse dominus iurare de calumnia, d. l. iusiuran. in §. hoc ius. vbi casus. Potest tamen etiam intelligi & extendi ista determinatio huius §. vbicunqꝫ est contentio inter dominũ & Vasallũ de causa feudali, vt non iuretur de calumnia etiam dato, quod non fuisset adhuc delatum sacramentum veritatis. Et ita videtur exemplificasse Iac. de Bel. & d. Bal. & Iac. Ard. & tunc exponere debes istum textũ. In quibus etiam causis, scilicet, feudalibus. Et quilibet intellectus prout etiam infrà patebit. Ibi, exigitur, id est, petitur, vt d. §. iusiuran. Ibi, nuper, id est, de proximo. Ibi, Imperator Federicus, aliàs est in text. Rex. Sed dic, quod fuit Imperator, vt probatur infrà de prohib. feu. alie. per Feder. in prin. Etsi habes Rex, tunc dic, quod etiam Imperator potest appellari Rex,[a] quia per dignitatem imperialem non perdit regalem. l. 1. C. vt nemo priua. & infrà in titul. quæ sunt regaliæ. Vel fortè posses dicere, quod nondum erat cõsecratus & coronatus, quod debet esse ad hoc, vt ꝓpriè appelletur[b] Imperator, vt in c. venerabilem. de elect. & in l. benè à Zenone. C. de quadri. præscrip. in fine. secundum Andr. de Iser. & plenè dixi suprà de noua for. fideli. c. 1. in princ. super tex. Ibi intelligendum est, scilicet, vt dominus Vasallo non exigat.

1 † No. quod in causis feudalibus hinc inde per partes, non iuratur de calumnia siue exigatur per Vasallũ à domino, siue econtrà. Et fuit ratio dubitandi in isto §. quoniam etiam olim certum erat, quod patronus exactus per libertum non tenebatur iurare de calumnia suo liberto, vt in d. l. iusiurandum. in §. hoc ius. Verùm cùm valeat argumentatio communiter de liberto ad Vasallum, vt probatur in pluribus exemplis suprà, quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. sed & qui delator. & in l. adoptiuum. ff. de adop. & in l. emancipatum. ff. de sena. & in l. 2. C. de liber. & eorum liberis. Nolebant domini iurare Vasallis suis de calumnia ad similitudinem patronorum, quod animaduertentes Vasalli, nolebant etiam ipsi iurare dominis suis de calumnia. Et super hoc facta est quærela coram Imperatore, qui expressè determinauit, & statuit in fauorem dominorum, vt non tenerentur iurare ad exemplum patronorũ. Verùm hanc determinationẽ istam voluit extendi etiam econtrà in fauorem Vasallorum. Et ita videtur esse de mente huius text. si benè ponderetur, & sensit etiam glo. 2. hîc posita, quam suprà expediui. Quod autem teneat suprascripta argumentatio tenet Azo & Iac. Ardi. vt ipse refert in Summa. charta. 6. sub rubricella,

[a] *Imperator potest appellari rex. Adde ꝙ etiam appellatur regale culmen. vt in epistola inter claras. C. de summa trini. & fide cathol. & text. in c. venerabilẽ. de elect. ibi electũ in regem. & ibi Abb.*

[b] *Vt propriè appella. Imperator. Adde Cle. 1. de iure iur. & glo. in verbo pontificatus super data 6. li. Specu. tit. de renuncia. in §. fi. versi. item quod obtentum. Bart. in Extrauagãti ad reprimendam. in ver. Imperatores. Oldra. consil. 180. inci. quæstio est vtrũ imperator ante coronationem. Calder. cons. 7. in Ru. de priui. inci. an Imperator &c.*

cella, quod feu. po. da. ad certum seruitium, & in ti. qui. mo. feu. amit. sub rubricella generaliter feudum Vasallus amittit. Ratio autem decidendi multiplex fuit. Primò quia cùm Vasallus semel iurauerit fidelitatẽ, non tenetur amplius iurare, vt in Auten. de his qui ingre. ad appellan. in §. fin. colu. 5. Vnde secùs esset, si nondum iurasset fidelitatem domino, & cõtentio esset inter eos, vt quia fortè vasallus habuit solum inuestituram abusiuam, quæ ipsum iuramentum fidelitatis præcedit, vt supr. quid precedere debeat inuesti. an fideli. in c. 1. Vnde si isto casu, verteretur contentio inter dominum & vasallum de possessione dicti feudi, & sic de inuestitura ꝓpria & reali, q̃d accidere potest, vt sup. si de feu. fue. contro. in c. si facta. tunc benè fateor, q̃d teneretur vasallus iurare de calumnia, quia amplius adhuc non iurauit. Et hoc voluit glossella prima hîc posita, quæ per hoc remanet expedita. Posset etiam d. glo. intelligi, vt habeat respectum ad vasallum, qui tenet feudum eius naturæ, vt de eo nõ iuretur fidelitas. Nam quędam sunt feuda ita data, vt pro his fidelitas non sit præstanda, vt dixit tex. supr. quæ fuit prima cau. be. amit. in §. est & alia. in fi. & isto casu similiter cùm non sit amplius iuratum, benè tenebitur vasallus iurare de calumnia, vt sup. dixi. Intelligitur itaq; iste tex. in feudo recto, in quo iuratur fidelitas, q̃d patet ex rubrica, dum dixit de cõsuetudine recti feudi. Feudum enim rectũ dicitur à fidelitate, vt supr. per quos fiat inuesti. in fine. Subsequenter fuit & alia ratio decidendi, videlicet ꝓpter æqualitatem seruandam in iudicijs, quoniam sicut dominus non tenebatur iurare Vasallo in iudicio de calumnia. Ita æquum quoq; fuit, vt ipse Vasallus non iuret domino, vt probatur in l. fi. C. de fruc. & litis expen. Et hoc sensit glo. secunda hîc posita quæ per hoc remanet expedita. Potest etiam asignari tertia ratio, quæ asignatur per text. suprà de for. fidel. in fin. quia dominus debet in omnibus vicem fideli. suo reddere. Vnde sicut dominus alleuiatur à tali iuramento: ita etiam fuit visum à pari Vasallũ alleuiandũ. Postremò asignatur & quarta ratio in isto textu, videlicet & per regulam, quod quisq; iuris, &c. quod qualiter intelligatur statim dicam.

1 †No. regulam hîc traditam, videlicet quod quisq; iuris in alterum statuit, ipse eodẽ iure vtatur, quæ regula sumpta est ex titu. ff. quod quisq; iuris, &c. qui titulus solet allegari pro singulari, cùm alibi in iure nõ habeatur de dicta materia, tamen vides hîc textum similem. Facit q̃d habetur in dicta l. fina. C. de fru. & li. expen. & c. si motu proprio de præben. lib. 6. cum ibi no. & quod no. de mu. peti. c. 2. & per Cy. & Docto. in l. ratas. C. de rescinden. vendi.

Oppo. cum glo. fi. contra suprascriptam regulam, vt in casu nostro locum habere non posit. Nam istud ius, quo dominus non iurat Vasallo de calumnia, aut fuit cõcessum per Imperatorem mediante impetratione alicuius: aut fuit cõcessum proprio motu Imperatoris sine impetratione alicuius. Primo casu ille solus, qui impetrauit debet puniri, vt aduersus ipsum idem ius seruetur, videlicet vt non posit exigere sacramentum calumniæ, quemadmodum ab eo nõ potest exigi. Sed ista talis sua impetratio, seu factum non debet posse præiudicare alijs dominis, qui nõ impetrauerunt per regulam, quia factum alterius non debet præiudicare alteri. l. alterius. ff. de re iudi. Item per aliam regulam, quia res inter alios acta, &c. quæ regula tamen quandoq; fallit, & habet viam Brocardicam, vt notatur in l. secunda. C. quibus res iudi. non no. & in l. sæpe. ff. de re iudicia. Secundo casu, quandoq; proprio motu, & sine impetratione fuit concessum tale ius, & tũc nullus debet puniri, quia multa licitè conceduntur, quæ impune non petuntur, vt probatur in l. tertia, in principio. ff. quod quisq; iuris, & in pluribus concordantijs allegatis per glos. Ex quibus concludendum videtur, quod nullo casu iste dominus, qui hodie vteretur tali iure deberet puniri, vt Vasallus aduersus ipsum vtatur eodem iure. Solu. dicit gloss. quod Imperator licet hoc statuerit ad postulationem dominorum, & ipsorũ contemplatione ad hoc statuendũ motus sit, tamen voluit hoc esse ius generale in materia feudali, vt omnes cõprehendat tam dominos, quàm Vasallos. Sed in contrarijs non statuitur ius generale, sed speciale in fauorem solum impetrantis. Et hoc voluit tota ista glossa. Sed tu dic melius secundum Doctores. quòd Imperator hoc statuit sine postulatione alicuius. Nec fuit hoc suum statutum iniquum, quia idem dicit in Vasallo quod in patrono. Et voluit hanc esse legem

generalem & cõmunem, & per hoc post quàm voluit, q̃d esset lex generalis, non est fienda vis, siue ad postulationem dominorum, siue non, secundum Andræã de Isern. Vel dic, quod de hoc erat contentio corã Imperatore, qui volens tollere alterationem de medio hanc determinationem fecit, & pro lege haberi voluit, vt ex supradictis colligitur.

Opponitur ab extra contra supradicta, quod imò non fuerit bona æquiparatio de liberto ad Vasallum. Nam non reperitur in iure cautum, quod liberto sit remissum iuramentum calumniæ. Ergò iurare debet l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infect. l. de die. §. fi. qui satisda. cogan. & per consequens non fuit bona ista determinatio, quod Vasallus iurare non debeat, quia arguendo à simili debet iurare, sicut iurat libertus. Solu. alia ratio reformat pactum in Vasallo quàm in liberto, cùm dominus eandem vicem debeat gerere Vasallo, vt suprà de forma fidelitatis, in fine. Item quia Vasallus iurauit ipsi domino, quod secùs est in liberto. Vnde non est credendum, quod ipse Vasallus propter prius iuramentum sit immemor diuini iudicij. l. finali. C ad legem Iuliam repetund. Facit ad prædicta, quod in simili notat. glossa suprà de milite Vasallo qui contumax est. in §. finali. & quod dixi in dicto titulo de forma fidelitatis in fin. Veruntamen vnum non omitto, quod Iacob. de Aretin. cum quo videtur pertransire Bartol. tenet, quod propter paritatem seruandam in iudicijs, intelligatur remissum etiam liberto iuramentum calumniæ, postquam est remissum patrono. Quod dictum reprobat Salycet. in dicto §. qui iusiurandum. quia est diuersa ratio in patrono, scilicet, propter honorem & reuerentiam, quod secùs est in liberto. Et hoc puto verissimum etiam per ea quæ suprà dixi.

5 †Quæro ab extra, si dominus vult iurare de calumnia, vtrum posit exigere à Vasallo idem iuramentũ calumniæ, & dixit Iacobus de Beluis. quod sic. Facit ratio, quia vtitur iure cõmuni. Item quia priuilegium datum domino, non debet retorqueri contra eum. l. si iudex. ff. de minoribus. In contrarium facit, quia ista lex communis. & istud priuilegium iam est acquisitũ ipsi Vasallo. Vnde dominus non potest illud sibi tollere dicta l. tertia. ff. quod quisq; iuris. Item quia talis potestas non debet conferri in potestate aduersarij. argumentum. in l. si idem. in §. quod si mutuę. ff. de iurisdict. om. iudic. Item quia licet istud beneficium sit concessum Vasallo ex quadã consequẽtia, nihilominus potest eo vti principaliter, propter se etiam inuito domino. vt ff. de contrata. l. si post mortem. §. fi. Et hanc partem sequitur Baldus quam puto veram. Pro quo facit capitul. prudentiam extra de mutu. peti. in ratione sui. & dicta l. finali. C. de fru. & lit. expen. Item quia postquam est lex communis, debet reddere ius suum vnicuiq;, & generaliter obseruari. l. iura. ff. de legibus. Et constanter & perpetuò obseruari. l. iustitia. ff. de iustitia & iure. & per hoc patet responsio ad dictam l. iudex. quia hìc loquimur de lege, quę est communis vtriq; parti. Ibi verò minor solus habebat priuilegium, qui est potior aduersario, qui veniebat de iure Communi. ad quod facit l. prima. C. de repu. quæ fiunt in iudi.

Vltimò de materia huius §. habetur per Iacobum Ardizonem in Summa. in titulo de contentione feudi, sub rubricella, qualiter in causa debeat ꝓcedi, &c. in principio, per Salycetum in dicto §. hoc iusiurandum. Facit quod not. gloss. in Autentic. de his qui ingre. ad appel. §. penultimo. in glossa super verbo concedens, &c. In eo quod facit mentionem de lege Federici, & puto quod voluerit habere respectum ad istam legem, de qua hìc fit mentio: licet Iacob. de Beluisio. ibi dicat, quod non meminit se legisse, vbi sit dicta lex Federici, quæ ibi allegat in glo. si quis autem cupit plenè instrui.

De materia iuramenti de calumnia, & de malitia videat diffusè in Specul. in titulo de iuramen. calum. & in sexto libro Decretalium, vbi nouæ & pulchræ decisiones adducuntur ad materiam.

SVMMARIA.

1 *Vasallus dominum ciuilier vel [illegible]*
2 *[illegible]*
3 *P[illegible]*
4 *T[illegible]*

SIMILITER VASALLVS. D[illegible] in tres partes [illegible] prima ponitur [illegible] cum determinatione vera. in secunda

cunda ponitur determinatio falsa. in tertia redit ad primam pœnam annectendo. Secunda ibi, quidam. Tertia ibi, in quibus.

CASVS.

Vasallus non potest dominum accusare, vel contra eum testimonium reddere in causa ciuili vel criminali, & si contrà fecerit, feudum amittit, licet quidam aliter dixerint. hoc dicit. In text. ibi, similiter, ex hoc colligitur qualiter autor se continuat ad superiora, quoniam sicut suprà proximè vasallus non potest arctare dominum ad iurandum de calumnia, secundum cõsuetudinem recti feudi, similiter non potest ipsum accusare, &c. Ibi vasall. Subaudi maior 25. annis. quia secùs si esset minor. l. qui cùm maior. in prin. ff. de bo. libe. & ff. de his qui vt indig. l. post. in §. ætati secũdum Iacobum Ardizo. & dixit suprà, quæ fuit prima causa benefic. amitt. in §. sed & qui delator. in quæstione fin. Ibi, accusare, scilicet grauiter, ex quo graue dispẽdium sustineat, secùs si leuiter, vt probatur in dicto §. sed & qui delator, & ibi, dixi super text. Ibi nõ potest, subaudi spontè, secùs si coactus per iudicem, vt no. glo. in dicto §. & ibi dixi in quæstione 2. & statim latius tangam. Ibi, ciuili causa, hoc refertur solũ ad id quod proximè dixit de testimonio ferendo. Ibi modica, quasi dicat, quòd in omni causa ciuili vel criminali, quantũcunq; modica, in qua perhibeat spontè testimonium contra dominum, dicit puniri, vt statim declarabo. Ibi, dicunt, subaudi & malè. Ibi in quibus si contrafecerit, scilicet accusando dominũ grauiter, vel perhibendo spontè contra eum testimonium in causa ciuili vel criminali. Ibi, priuabitur, scilicet, cũ causæ cognitione mediante sententia, vt no. infra de prohib. feud. aliena. per Federicum in §. callidis.

1 † No. Vasallum temerariè accusantem dominum priuari feudo, nam si accusationem suam probaret, excusandus esset, nec priuaretur l. qui cùm maior in fin. de bon. liber.

[illegible] iste textus solùm de [illegible], vt ibi no. glo. Licet D[illegible] per l. n. C. de [illegible] quod dixi in d. §. sed & qui delator, in [illegible] notabili.

Item intelligitur iste textus, quando per accusationem dominus sustinet graue dispendium, secùs autem si leue, vt not. in §. præterea, suprà quæ fuit prima causa beneficij amittendi, & dixi super text. Item non habet locum determinatio huius §. in pluribus casibus no. in d. §. sed & qui delator. & quos ibi specificaui in q. 3. in quibus fallit regula hîc tradita, vbi videas.

2 † Nota quòd Vasallus testimonium reddens contra dominum, priuãdus est feudo, siue deponat in causa ciuili, siue criminali.

Quod intelligas verum in alia causa quàm feudali. Quoniam in causa feudali potest esse testis contra dominum, vt patet suprà eod. in princ. in ver. quod autẽ, & suprà quid sit inuesti. in §. 1. & tenet Baldus in leg. libertorum, in fin. Cod. de testimon.

Et intellige hoc procedere, quando produceretur in testem, in controuersia orta super inuesti. noua, vt patet in c. 1. suprà, qui testes sint necess. ad proban. no. inuestiturã. Quia aliàs Vasallus non potest testificari pro domino, nec dominus pro Vasallo, quia mixtim est propria causa ff. quando appell. sit l. 1. §. impropria. Et tenet Ioan. And. in addit. specul. in tit. de teste. §. 1. ver. quid de venditore. Et idem dicit ipse de emphiteota. Et ita saluo dictos Doctores, qui aliàs viderẽtur contrarij. Facit etiam ad prædicta, quæ dixit Specu. in titulo de teste in §. 1. versicu. sed nunquid Vasallus: & vide ad prædicta, quod dixi in c. 1. suprà si de inuestitu. inter dominum & Vasallum lis oriatur in 8. notabili, & suprà quid sit inuestitur. in §. 1. in opposi. fi. In alia autem causa non feudali, quantumcunq; modica prohibetur vt hîc. Sed dubito quæ sit ratio differentiæ, quare Vasallus accusando dominum de re leui, ex qua dominus non sustinet graue dispendium, non priuatur feudo, vt dixi in dicto §. sed & qui delator. Et supra super text. Sed tamen perhibendo testimonium cõtra dominum etiam de re modica priuatur feudo, vt hîc: quod videtur absonum, & fecit me multũ dubitare, cum nullus Doctor hoc tangat. Et puto quod potuit esse ratio, quia quando Vasallus accusat, venit principaliter ad accusandum propter se, & non contemplatione alterius. Sed quando venit spontaneus, tanquàm testis, non venit propter se, sed cõtemplatione alterius. Vnde magis præ-

sumitur malus animus ipsius, & magis ingratus seruiendo alteri contra ipsum dominum, quàm quando sibi soli seruit, item quia scienter videtur manifestare credentiam domini sui in eius damnum, vt probatur in c.1.suprà hic potest esse ti. qui.mo.feu.amit.

3 † Quæro cum glossa prima, an patronus possit accusare libertum suum de crimine capitali, vel contra eum ferre testimonium? Et respondet gloss. quòd non, immò si ipse patronus, vel eius filius hoc faceret, puniretur, quia directo non possent rumpere testamentum liberti, dicta l. qui cùm maior. in principio.

Eodem modo econtrà libertus contra dominum non potest perhibere, Lege aduersus. C. de testibus. Similiter videmus, quòd si quis adiuuerit suo testimonio illum, qui accusauit testamentum de falso, vel extitit pro eo fideiussor, ꝑ priuatur commodo testamenti, d. l. post legatum. in § his verò. & §. sequ. Quinimò si esset seruus, cui esset relicta libertas, priuaretur etiam libertate, vt in dicta l. prima, §. an libertas. & hoc vult tota ista glossa. Ex qua glossa notat. secundum Andr. de Isern. æquiparationem libertorum ad vasallos, de quo dixi suprà §. proximo.

4 † Quæro cum gloss. 2. quid si iste vasallus fuit compulsus per iudicem ad ferendum testimonium, an habeat locum determinatio hîc posita? Et respondet gl. quòd non, dicens quòd iste textus intelligitur de spontaneo deponente, non autem in coacto vt probatur in d. l. post legatum in §. his verò. Facit quod not. in l. 2. in §. 1. ff. si quis cau. Item, quia officium testis coacti, non debet sibi esse damnosum, & allegat infrà titul. 2. qui facit parum. Et hoc vult vsque ad finem. Ex qua glossa not. aliam limitationem ad istum textum, vt non habeat locum in vasallo coacto testificari. Sed tu immediatè dubitabis, qualiter potuit compelli, cùm excusetur, nec cogatur inuitus, sicut patet de liberto contra patronum, l. lege Iulia. in fine. ff. de testib. & d. l. libertorum. Quare circa istum articulum est dicendum, quòd interdum, quis perhibet testimonium non vocatus ab accusatore, neque iudice. Et certè talis est suspectus, l. quæ omnia. §. 1. ff. de procuratio. Interdum quis est vocatus à litigatore, non tamen à iudice, & sic sponte attestatur, tunc tale testimonium benè valet, dicta l. post legatum. in §. his verò. & dicta l. qui cùm maior. §. sed si non accusauerit. Verùm si qua pœna imponitur perhibentibus testimonium spontè hanc patietur, vt in dicta l. libertorum. Interdum venit ad instantiam partis vocatus per iudicem, sicut fit communiter, tunc magis valet eius testimonium. Veruntamen si quam excusationem habebat iste vocatus, & ea non est vsus, dicetur spontè perhibuisse testimonium, & spontè testificantium pœnam patietur, dicto §. his verò. & dicta l. qui cùm maior. §. sed si non accusauerit. Si autem opposuisset excusationem suam, iudex tamen ipsum coëgisset dicere testimonium, tunc dicetur coactus testificasse, & per consequens excusaretur, nec pœnam pateretur l. non videtur. §. qui iussu. ff. de regulis iuris. & in L. furti. §. qui iussu. ff. de his qui notantur infamia. & per Dynum in capitulo quòd quis mandato. & capitulo ea. de regulis iuris, libro sexto. Et prædicta colliguntur ex prædictis iuribus, coniunctis suis glossis, & ex dictis Doctorum in dicta L. libertorum. vbi Rapha. Ful. prædicta narrauit, & per Bartolum in dicta L. post legatum.

Vltimò, ad materiam primæ partis, videlicet, an vasallus possit dominum accusare, vide plenè quod dixi in dicto §. sed & qui delator. & in remissionibus quas ibi copiosè adduxi in fi.

De pertinentibus autem ad materiam, an possit contra dominum testificari? Vide plenè per Specul. in dicto titulo de teste. in §. 1. versicul. sed nunquid vasallus, in tertia columna, vbi copiosè hunc articulum tractat, & ibi etiam per Ioannem Andream qui plura allegat. Sed tamen mirandum, quòd de isto §. non faciunt mentionem, in quo est decisio.

Nec minus mirandum, quòd nullus Doctorum hîc faciat mentionem de ipso Specul. & Ioan. Andre. Insuper vide per nonnullas Can. in capitulo, in literis, extrà de testibus. per Iacobum Ardizo. in titulo, quibus modis feudum amitta. sub rubricella si contra dominum accusatum testimonium dixerit, & in remissionibus, quas dedi supr. in 2. notabili, in fine.

SVMMA

SVMMARIA.

1 *Actore non probante absoluitur reus.*
2 *Possessio si quiete per annum teneatur, facit vt pro possessore præsumatur.*

ITEM SI INTER DOMINVM. Iste §. tractat de materia, de qua tractatum est supr. eodem. in princip. in versicul. dicetur etiam. & in §. sacramentum. Et diuiditur in duas partes. In prima vasallus agit, & dominus possidens se defendit. In secunda econtrà, dominus agit, & vasallus possidens se defendit. Secunda ibi, vasallo verò.

CASVS.

Vbi contentio est de feudo, & vasallus agens contra dominum possidentem, nihil probat, absoluitur dominus absque aliquo iuramento. Si verò dominus agat, & nihil probat contra vasallum qui iam possedit anno ipsum feudum, tunc causa finitur iuramento vasalli. Si autem minus anno possedit, tunc causa finitur per iuramentum domini, nisi aliqua præsumptio sit pro vasallo. hoc dicit. In textu ibi, controuersia sit, quia isto primo casu vasallus petebat feudum, de quo dicebat se inuestitum per dominum, & dominus negabat, &c. Ibi, beneficio, id est, feudo, vt sup. in quibus causis feudum amit. in §. finali. Ibi, qui, scilicet, dominus. Ibi, absoluatur, & ideò absoluitur absque iuramento per regulam, quia actore nihil probante a, &c. cùm in totum ipse agens deficiat in probatione, vt sup. & probatur in dicto §. sacramentum. Secùs autem si vasallus haberet aliquid pro eo, quia tunc daretur sacramentum domino possidenti, si iudici videatur, prout probatur in d. c. final. si de inuestitura inter dominum & vasallum. Vbi dominus possidens iurat cum duodecim sacramētalibus, & sic non obstat, & dixi in d. §. sacramentum. Ibi, & actore, scilicet, domino qui dicebat isto casu secundo feudum ad se pertinere, quia nunquam inuestiuit ipsum vasallum. Ibi, longa, id est, annal. vt notat. gloss. suprà in principio, in dicto versicu. dicetur. Ibi, eius, scilicet, vasalli. Ibi, noua, scilicet, minus anno, vt probatur in dicto versic. dicetur, & in d. c. final. Ibi, præstabitur, scilicet, vasallo. Ibi, pro possidente, scilicet, vasallo. Ibi, faciat, videlicet, aliqua præsumptio, seu semiplena probatio, quæ iudicem moueat pro ipso vasallo possidente, vt dictum est in d. §. sacramentum.

1 † Nota. regulam communem, quòd actore nihil probante, reus est absoluendus, etiam absque alio sacramento, vt hîc, & in l. qui accusare. C. de edendo. l. 2. de probation. l. final. C. de rei venditio. quæ regula & si sit vera de iure Communi, tamen in materia feudali posset iudex eam seruare, si sibi videatur, vt hîc, & in §. sacramentum. suprà eodem. potest etiam si sibi videtur deferre sacramentum possidenti, vt in d. §. sacramētum. & in c. 2. circa medium. sup. si de inuestitur. inter dominum & vasallum lis oriatur. Circa hoc vide, quod dixi in d. §. sacramentum. in 2. notabili.

2 † Nota. ex secunda parte, quòd tunc possessio inducit præsumptionem pro vasallo, videlicet, quando stetit in possessione per annum.

Quod intellige pacificè domino sciente, & non contradicente, & seruitia ab eo tanquam vasallo recipiente, vt dixi suprà eodem, in princip. in q. 2. Et ita puto sensisse glossam hîc positam se remittendo ad suprà notata, & nihil amplius dixit & probatur in d. c. final. si de inuestitura inter dominum & vasallum. quem casum dixit ibi Bald. esse singularem, sed prout vides, habes hîc textum similem, & supr. in princip. titu. in versic. dicetur. & in c. Titius. sup. si de feudo fuerit controuer. Vnde ergò est necesse, quòd dominus sciat, quia tempus istud ex quo inducitur ista præsumptio non currit ignoranti, vt nota. in glo. 2. in §. pen. sup. qualiter olim feud. po. alien.

Oppo. ab extra, quòd immò requiratur, quòd vasallus possederit annis 30. ad hoc vt præsumatur pro vasallo, vt probatur in c. fin. supr. de feud. dat. in vicem. l. commiss. & in c. si quis per 30. supr. si de feudo fuerit controuersia. Solue vt dixi in d. c. final. in opposit. prima, extra glos. & in d. c. si quis per 30. in secundo notabili, vt omninò videas pro intellectu huius §.

Vltimò, circa hanc materiam, vide quæ dixi supr. in principio titul. & in remissionibus quas ibi adduxi, & quod dixi in d. c. 2. si de inuestitura inter dominũ & vasallum. & suprà de controuersia inuestituræ, in princip. & in §. item si fidelis. & supr. de contentio. inter dominum & vasallum in oppositio. antepenultima.

a *Actore ni[...] probante de l. qu[...] re. C. [...] gl. in [...] eri. de [...] Hæc [...] fallit [...] sibus, d[...] bus en[...] rat Hosti[...] Summa. [...] vt eccl. benefic. in vlt. col. versic. datur & alia regula. Quomodo autem debet absolui reus actore nõ probante, vide per gloss. 1. & ibi Phil. Frã. in regula cùm sunt. de re. iu. lib. 6.*

& in titul. quid sit inuestitura. in §. 1. & 2. & final. & per Iacob. Ardizo. in titul. de contention. feud. sub rubricella, qualiter in causa debet procedi & terminari in fine. & quod plenè dixi in d. §. sacramentum. supr. eod. & in Specul. de feud. §. 2. vers. 3. quæritur.

DE LEGE CORADI.

RVBRICA.

Continuari potest ista rubrica ad præcedentes hoc ordine, videlicet, quoniam Coradus Imperator in materia feudali fecit aliquas decisiones vtiles, inter quas aliquæ sunt, quæ habent maximam conformitatem cum materia suprà proximè præcedenti, videlicet, circa controuersiam vertentem inter dominum & vasallum, ratione feudi possessi per ipsum vasallum, vt patet suprà in titulo præcedenti, quasi per totum, & maximè in §. final. De qua materia controuersiæ vertentis inter dominum & vasallum, etiam tangitur in hac lege Coradi, vt patet infrà in c. final. Ideò posita fuit ista lex, & titulus congruenter post titulum præcedentem. Et circa hoc vide quod dixi suprà, de filijs natis ex matrimonio ad morganicam contracto, super rubrica. Vel potest sic continuari, videlicet, quòd suprà tractauerit qualiter cõtrouersiæ feudales finiantur. Nunc verò coram quibus. Et pro intellectu huius rubricæ, vide quod dico infrà de capitulis Coradi, super rubrica.

SVMMARIA.

1 *Controuersia Capitaneorum lege Coradi, Valuasorum autem coram paribus definienda.*

2 *Lex Coradi in iurisdictione discernenda litigantium tum dignitatem, tum potentiam attendit.*

3 *Consuetudo Mediolanensis rem ob quam lis mouetur, non autem personas considerat.*

4 *Lex Coradi Mediolanensium consuetudini præferenda.*

LEX CORADI. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur tenor legis Coradi. In secunda, ponitur quædam distinctio secundum consuetudinem Mediolanensium. Secunda ibi, Mediolani.

CASVS.

1 † Si inter Capitaneos est controuersia debet diffiniri per legem Coradi coram Rege. Si verò est inter Valuasores, tunc coram paribus Curiæ, verùm ista lex non seruatur Mediolani, sed distinguitur, aut contentio est inter duos de beneficio regali, quicunque fuerit, tunc coram Rege deciditur. Aliæ verò causæ coram paribus Curiæ. hoc dicit. Præmitte pro euidentia, quòd Capitaneus propriè est ille, qui recognoscit feudum & dignitatem immediatè à Rege seu Principe, sicut est Dux, Marchio, Comes, & similes. Et isti tales propriè appellantur Capitanei regni seu Regis. Est etiam alia species Capitaneorum, videlicet, quando aliquis recognoscit feudum à prædictis, & non immediatè à Principe vel Rege. Et ista talis est, & reputatur inter maiores regni seu Regis Valuasores, qui hodie etiam appellatur Capitaneus, vt prædicta probantur sup. qui feudum dare possunt. in principio, & in fine, & suprà de natura feud. c. 1. & in titulo quis dicitur Dux, Comes vel Marchio. De primis namque Capitaneis, qui sunt Duces, vel Comites, vel Marchiones, & similes immediatè producentes à Principe, loquitur iste textus in primo responso, vt Imperator in causis & controuersijs ipsorum sit iudex competens. Non autem loquitur de alijs Capitaneis inferioribus, quia tunc siue sint de maioribus Valuasoribus, siue minoribus controuersia inter eos orta de feudo, ventilabitur coram paribus, vt hîc secundo responso, & in dicto titulo, apud quos vel quem c. 1. secundo responso. In textu ibi, de beneficijs, scilicet, quæ est in Lombar. in titu. de beneficijs, & terris tribu. De qua lege facit etiam glossa mentionem, supr. de his qui feudum dare possunt. in §. cùm verò Coradus. & infr. de capitulis Coradi, in principio. Ibi, Capitaneus, de quibus Capitaneis intelligatur, suprà dixi. Ibi, controuersia sit, subaudi, siue sit occasione beneficij regalis, siue ex alia causa, quia lex Coradi considerauit personas, & dignitatem ipsarum, & nõ res, sed Mediolanenses considerauerunt res, vt statim sequitur, & non personas. Ibi, Rege, subaudi, Romanorum, qui & Imperator dicitur, vt dixi suprà titulo proximo, §. in quibus. Nam iste Coradus fuit imperator, vt expressè patet in

in dicta l. de beneficijs & in dicto capitulo cùm verò. & fuit primus Imperator nomine Coradus, & imperauit annis viginti, eiusque imperium incœpit anno Domini Millesimo decimoquinto, & tempore sui imperij multas leges condidit, vt habetur ex Chronica Marchiana. Quod autē coram Imperatore hæc causa inter eos Capitaneos sit ventilanda, probatur suprà apud quos vel quem in capitulo 1. vbi est casus. Ibi, valuasores, subaudi, siue sint de maioribus siue minoribus, vt probatur in dicto capitulo 1. secundo responso, suprà apud quem vel quos. Ibi, paribus curiæ.

Quod intellige quando esset feudalis, & constabat vnum ex istis valuasoribus litigantibus esse vasallum de aliquo alio feudo, de quo non est quæstio, quia tunc de illo feud. de quo est quæstio, cognoscunt pares curiæ, vt hîc & in dicto capitulo primo, secundo responso, suprà apud quem vel quos &c. Et hoc ideò dico, ne videatur obstare, infrà capitulum sequens. & infrà de prohibita feudi alienatione per Federicum in §. penultimo, vt statim dicam. Ibi, quicūque fuerint, siue dignitatem habentes, vt Duces, Comites & Marchiones, siue non, dummodò sit controuersia occasione feudi, seu beneficij regalis, vt sequitur. Ibi, coram eo, scilicet Imperatore. Ibi, cæteræ verò causæ, scilicet feudales, quæ non dependent à manu regali, etiamsi habeant dignitatem & nobilitatem annexam, quod fieri potest, vt probatur sup. quis dicitur dux, comes vel marchio, in fine.

2 †Nota ex lege Coradi in discernenda iurisdictione considerari dignitatem & potentiam personarum litigantium, & non rem super qua litigant, quia si quæstio vertitur inter Duces, Comites vel Marchiones, & similes, qui Capitanei appellantur, Imperator debet esse iudex & non alius. Et potuit esse ratio, quæ assignatur in l. prima in Lombarda. in titulo apud quem potentiorum causæ agi debeant. Vbi Imperator Carolus in dicta l. ad literam, ita dicit: Comites & potentiores si causam inter se habuerint, & pacificare noluerint, ad nostram iubeant venire præsentiam, neque illorum contētio alibi iudicetur, ne propter hoc pauperum ac minus potentum iustitiæ remaneant, &c.

†Nota ex consuetudine Mediolanēsium in discernenda iurisdictione considerari rem ipsam, cuius occasione controuersia mota est, non autem personas litigantes, quoniam de quacunque re producente à beneficio Principis, ipse Princeps est iudex competens, non facta aliqua discretione personarum. Et potuit esse ratio Mediolanensium, quia solus Princeps est ille, qui habet extimare & regulare super suo beneficio, vt probatur in l. Neratius. ff. de regulis iuris. Facit extra de iudic. capitulo cùm venisset, & l. finali, C de legatis. Item propter periculum collusionis, per l. si suspecta. ff. de inoffic. testament. & l. si perlusorio. C. de appellationibus cùm inuestiens teneatur de euictione iuxta ea quæ dixi in capitulo primo, suprà si de feud. vasall. fuerit interpell.

4 †Quæ autem sit melior & probabilior ac rationabilior determinatio, an legis Coradi vel Mediolanensiū, dic quod illa lex Coradi. Et tenenda est tanquàm communis, quia est lex Imperialis, vt institutio. de iure natural. §. sed quid prin. Item propter rationem quam suprà assignaui, quæ videtur multum necessaria, vt potentes pacificentur, & vt minus potentes non supplantentur in iure suo. l. finali, Cod. de iniur. cum si.

Oppo. ab extra. quia hîc nullæ sunt glosę contra primam in secundo responso in eo, quod pares curiæ hîc cognoscunt de controuersia, quæ vertitur inter valuasores, quoniam hoc videtur esse contra ea, quæ habentur in §. penultimo, infrà de prohibit. feud. alienandi per Federicum, vbi cognitio est domini, quando inter duos vasallos est controuersia. Solutio, Ibi constabat, vtrum litigantem esse vasallum eiusdem domini, sed erat contentio inter eos de aliqua feudi parte: & tunc dominus est iudex, vt ibi, sed hîc constabat vnum tantùm esse vasallum de feudo aliquo, de quo non est quæstio, verùm quæstio erat super alio feudo, quo casu pares debent esse iudices vt hîc & suprà apud quem vel quos quęstio feud. terminare debetur, capitulo primo, secundo responso.

Oppositio ad idem de capitulo secundo, vbi coram iudice vel arbitro debet ventilari talis causa, quæ vertitur inter duos vasallos. Solu. Ibi dubitabatur quis eorū esset vasallus, & ambo pretendebant inuestituram ab eodem domino, & vterque ipsorū dicebat esse suum feu. Hîc autem certum erat, quod vnus eo-

rum erat Vasallus de alio feudo, & ita not.gloss.in dicto.§.penult. de prohibit. feud.alienandi per Federicum.

Oppon. quoniam in iudicando non debet fieri discretio personarum, quia ita debet iudicari, & pariter magnus, sicut paruus.l.rem non nouam. Cod. de iudicijs. Solutio secundum Baldum, Illa est regula vera in casibus non reseruatis, sed fallit isto casu quem sibi voluit Imperator reseruare, propter rationem quam suprà dixi.

Vltimo de hac materia iurisdictionis vide plenè in distinctione, quam posui in dicto capitulo 1. suprà apud quem vel quos quæstio feud. termin.debe. vbi prædicta & omnia membra declaraui, & quid dixi suprà de inuesti.in mari.fac.in. §. fi. in remissionibus, quas ibi in fine copiosè adduxi, & etiam in principio dicti capituli. Et vide ad intellectum huius l. Iacobum Ardizo.in Summa in titulo de contentione feud.in principio, vbi hanc legem examinat.

SVMMARIA.

1 *Causa feudalis inter eos quos non constat esse vasallos, coram ordinario discutietur.*

2 *Dominus in dubio alteri competitorum gratificari potest.*

3 *Vasallus compromittere potest de feudo, controuersia inter ipsum & alium oriente.*

4 *Vasallus coram arbitro litigare potest de feudo.*

5 *Vasallus coram arbitratore de feudo non poterit litigare.*

§ SI INTER DVOS. Prosequitur eandem materiam iurisdictionis, & competētiæ iudicis in causa feudali, verùm hîc declarat in eo casu, quando plures qui aliàs non sunt vasalli eiusdem domini, concurrunt ad idem feudum, & quilibet eorum dicit se inuestitum, & suum esse feudū, quo casu talis causa debet coram iudice vel arbitro terminari, vt hîc. Secùs si aliàs essent vasalli eiusdem domini de alijs feudis, quod tunc talis quæstio spectaret ad iudicium domini, vt infrà de prohib.feu.alien. per Federic.in.§.pen.& ita ibi no.in glo.1.Et diuiditur in duas partes, quoniam in prima declarat coram quo sit dirimenda cōtrouersia orta inter plures concurrentes ad idem feudum. In secunda declarat an dominus possit vni ex ipsis possidenti gratificari. Secunda ibi, sed cùm vnum.

CASVS.

Plures litigantes de eo feudo debent causam prędictam ventilare coram iudice, vel arbitro, siue allegent inuestitu. ab eodem domino, siue diuersis, dummodò aliàs vasalli non sint eiusdem domini, & si omnes allegant eundem dominū inuestitorē, poterit idem dominus possidenti gratificari, nisi aduersarius contra probauerit. h.d. In tex.ibi, pares duos.i. vasallos, quoniam quilibet allegat se vasallum, sed tamen non constabat, quòd aliquis ipsorum esset vasallus, vt suprà dixi. Ibi, de beneficio.i.feud.vt infr.sequitur. & dixi suprà tit.prox.in fi. Ibi, dicat, post istud verbū fac punctum, & postea prosequaris legendo, siue afferat &c.vbi respondet ad quęstionem. Ibi iudicet, scilicet, ordinario secundum Pet.de Cerd.& Bald. Ibi arbitro. Qualiter hoc intelligatur inf.dicam. Ibi, inuestitorem, subaudi ipsi litigantes, quod allegant se inuestitos ab vno, & eodem domino. Ibi, guarētare.i.defendere & conseruare, & est vulgare Tuscorum, qui faciunt instrumēta guarentigiata, quæ ad vnguē conseruantur, & mandantur executioni, de quibus per Bar.in l.à D.Pio in.§.1.ff.de re iudic. Ibi, ipse, scilicet possidens. vel dic secundum Andr. de Isern. quòd ipsi litigantes producebant in testem ipsum inuestitorem, volendo stare ei, quod ipse diceret, vel soluit guarentare pro possidente sine fraude. hoc est testimonium dicere purè, & verè testificari, quòd ille ius habeat, ille obtinebit, ex quo voluerūt stare dicto ipsius, vt.ff.de dote pręleg.l.Theopompus.& de pac.l.tale.§.qui prouocauit.secùs si fraudulenter, quia tunc non valeret, vt inf.de contro.inter vasall.& alleg.c.1.Ibi induxerit.i.probauerit fortè fraudulentiam guarentātis, vel probauit per aliquas semiplenas probationes de iure suo. Ita quòd posset sibi deferri sacramentum secundum formam. §.sacramentū. suprà tit. proximo.

1 †No. quòd vbi plures sunt competitores eiusdē feudi, quos non constat esse vasallos, non vētilatur causa talis, coram domino feudi, sed coram iudice ordinario, vt hîc & suprà de pace tenen. in.§. si duo, & §.tres. Vel etiam coram arbitro, vt hîc & inf.an apud iudicem vel dominum c.1.

2 †No. ꝙ in dubio potest dominus vni ex competitoribus gratificari & guarentare ipsum in sua possess.mediante sua informatione, quam dabit iudici, vt probatur in d.§.si duo.& quod ibi dixi in 1. opposítione

positione, & in. §. si tres. in oppo. 1. Facit l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de le. 2. charta 1. De qua materia gratificationis habetur in l. 3. §. sicut ad Sille. &. ff. locati. l. in naue. §. fi. & p Can. in. c. venerabilẽ. extra de ele. in verbo fauere, vel fortè potest intelligi iste text. ꝙ dominus voluit guarentare vasal. suscipiendo litem in se, prout dixit glo. in l. 2. C. vbi in rem actio. de quo tetigi in c. si vasall. lo. vltimo, sup. si de feud. fue. controuersia.

3 †Not. ex hac litera secundum dom. And. de Iser. ꝙ vasall. potest se compromittere de feu. quando est controu. inter ipsum & alium, quorum quilibet dicit, feudum esse suum, & sic sine præiudicio domini, secundum ipsum per. c. cum tempore. extra de arbi. hoc idem tenet Host. eo tit. in Summa in. §. sed nũquid iudex. & nonnulli Doct. etiam hoc tenent in d. c. cum tempore. & p hac determinatione adduco tex. expressum suprà de inuesti. in mari. fac. c. 1. in prin. & in. c. 1. inf. an apud iudi. vel do. & quod noua glos. infrà de prohib. feud. alien. in. §. pe. de hoc statim dicam latiùs. Quid autem in arbitratore hîc maior est dubitatio. Et dixit And. de Iser. arguendo ad partes. Et primò videtur quod idẽ, quia vasallus potest transigere, vt suprà si de feud. fuerit controuersia, in c. si vasallus, loc vltimo. Ergo & in arbitratore compromittere, cùm arbitramẽtum sit quædã transactio, vt no. glo. singularis, in Autent. vt diffe. iu. post prin.

In cõtrarium quia iste text. & si miles. solum loquuntur de arbitro. Ergò non debemus extendere ad arbitratorem. l. si seruum. in §. non dixit. ff. de acquir. hær. Et suadet etiam ratio, quia arbitraria sunt ad instar iudiciorum, vt C. de arbi. l. cùm antea. Vnde quẽmadmo. vasallus potest agere in iudicio, & defendere, vt in dicto c. si vasall. & infr. de cõtrouersia inter vasall. & alium c. 1. eodem modo coram arbitro, vt hîc, & in iuribus suprà allegatis. Sed in arbitratore secùs est, quia non habet formam iudicij, vt dixit Inno. in cap. Quintauallis. extra de iureiuran. Verùm quia And. de Iser. post prædicta subiungit, quod hodie omnia ista iura, quæ dicunt de arbitro corrigantur, vt sic hodie indistinctè non possit fieri compromissum de feudo, & sic videtur infringere omnia quę sup. dixerat, ideò pro indaganda veritate circa prædicta.

Oppo. ab extra contra ea, quæ suprà dixi, & contra hanc literam, quod immò hodie nullo modo per vasallũ possit fieri cõpromissum de re feudali, siue in arbitrum, siue in arbitratorẽ, quoniam videtur esse contra iura no. inf. de prohib. feu. alie. per Loth. l. 1. & de prohi. feu. ali. per Fede. in prin. in §. callidis. vbi sublata est omnis via & machinatio, ex quibus posset per vasallos peruenire ad alienat. sed per compromissum posset aperiri via fraudandi & circũueniendi dictas cõstit. per partes, quod esse non debet. l. scire oportet de tutor. & curat. da. ab his. Ergò &c. Sol. huius timore contrarij, quidam intelligunt istum text. in arbitro & in iudice delegato, prout alibi exponitur in l. arbitro. ff. qui satisda. cog. Verùm quia ista lectu. continet diuinationem, & violat literam, ideò dixit Andr. de Iser. quod putat quod hodie non possit cõpromitti de feudo, & quod dicta iura tanꝗ posteriora corrigant istud c. cum similibus. Et hoc fortificat, quia dum in dicta l. 1. in fi. de prohi. feu. alie. per Fede. declaratur dẽ cõpetentia iudicis, non fit aliqua mentiò de arbitro. Et per hoc dicit ipse q̃d Host. se correxit in dicta Summa sua de feu. in. §. quid si archiepiscopus adhærens huic opinioni.

Limitant tamen prædicta esse vera, nisi dominus feudi esset absens, vel aliàs negligens in reddenda iustitia, vt cõmodè adiri non posset argumen. extra de foro competenti, verùm. & c. licet. Secùs si parum esset absens, argum. nouum suprà tit. proxim. in §. quod autem.

Item limitant & alio modo, videlicet vt intelligantur prædicta, quãdo vigore compromissi, & sententia patitur vasallum transferri possessionem sui feudi in aduersarium suum vincentẽ ex dicta sentent. arbitri. Non enim ex compromisso solo intelligitur fieri alienat. per vasallũ, vt videatur fecisse cõtra dictas constitut. sed solùm quando transfertur possessio ex sententia arbitri, vt colligitur ex his quæ habentur infrà. quid iuris sit, si post alie. feu. vasal. id recipiat. Nam ista traditio sola videtur esse actus, per quem trãsferatur dominium. l. traditionibus. C. de pac. & de hoc tetigi suprà quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. deniꝗ. in penultima conclusione, vbi videas, & hæc sunt in effectu, quæ circa hanc difficultatem dixit hîc dominus Andreas de Iser-

nia

nia primò firmans vnam partem, & postea dicens esse hodie correctam. Alij autem hoc dicto Scribentes simpliciter pertranseunt cum isto tex. Nam Baldus aliquid dicit circa hoc, vbi fuerat necessariũ, sed vagando extra materiam pertinentem plura alia tangit, quæ non sunt necessaria ad nostrum propositum feudorum, cùm in iure communi suis locis debitis per ipsum & alios Doctores amplissimè tractata sint. Et ideò circa ea non putaui insistendum, sed solum circa istud, an Vasallus possit hodie cõpromittere, vbi puto istam esse veritatem, videlicet quod in arbitro ista iura quę disponunt, quod coram arbitro causa possit finiri, vt probatur hîc & in dicto capitulo 1. in prin. suprà de inuesti. in mari. fac. & infrà, an apud iudi. vel Doct. in dicto c. 1. cùm si non sint aliquo modo correcta, per dicta iura noua, tum quia non apparet expressè de ipsa correctione l. pręcipimus. de appell. tum quia glo. in dicto §. pe. de prohib. feud. alien. Hoc idem sentit & firmat quod ista iura sunt potius diuersa, quàm aduersa, quasi dicat quod loquuntur in diuersis casibus, vt ibi no. in prin. gl. primæ. Hoc idem sensit Py. in summa, & ipse idem Glossator Iacobus Columbus in tit. apud quem vel quos iud. causa feu. de agi. Hoc idem sensit Iac. de Bel. & Nic. de Neapo. in dictis locis, & præsertim in dict. tit. de inuesti. in mar. fac. Hoc idem ibi sensit Bal. idem sensit Iac. Ardizo in Summa in tit. de cõten. feu. sub rubrica, si cõtẽtio est inter Vasallos. Idem cõmuniter omnes cæteri Scribentes in eorum distinctionibus in hac materia iurisdictionis feudalis, adijciunt istud membrum, de casu huius capituli, & similium, vt etiam coram arbitro causa finiatur. Ex quo videntur inferre quod etiam hodie habeat locum dispositio huius tex. cùm si. Pręterea quod hoc sit verum, vt iste casus non sit correctus, suadet etiam ratio, quia iste talis arbiter à iure consuetudinario fuit habitus & reputatus cognito, & decisor legitimus in casu suo. Et ita obseruatur, vt dixit idem Py. & Iac. Colum. in loco suprà allegato in dicta Summa. Idẽ sensit glossella vna hîc posita, quę dicit quicquid in hoc c. dicitur obseruatur, quicquid dictũ sit suprà in l. præcedenti. Præterea si ipse Vasallus potest agere, & conueniri occasione sui feudi, coram iudice competenti, vt in dicto capitulo si Vasallus, & hoc non est correctum, non video qualiter etiam coram arbitro, non possit similiter agere, & conueniri in casu huius capituli, cum similibus. Cùm talia arbitria sint reducta ad instar iudiciorum, vt suprà dictum est. Et adduco etiam sententiam Specul. qui per alios non allegatur in titulo de arbitrio §. restat, versicu. sed nunquid Vasallus, vbi expressè determinat, quod Vasall. ad suum non domini præiudicium, potest de feudali compromittere, per istum text. & argumen. prædicti cap. cum tempore. & extra quid metus causa, cùm dilectus. & de confirmatione vtili vel inutili, cap. cùm dilecta. §. quia verò cum si. Subijcit tamen quod Dominus benè posset prohibere, l. 1. ff. si quis ius dicendi, &c.

4 †Ex quibus concludo circa istum articulũ, quod etiam hodie poterit Vasallus, absque periculo priuationis de feudo litigare coram arbitro, secũdum formam huius texti, & similium, qui non corriguntur per dicta iura noua, vt suprà dixi. Vtrum autem & quando tale iudicium habeat præiudicare domino suo? dic vt dixi in dicto capitulo si Vasallus, vbi plenè declaraui.

5 †Nunc verò declaremus de arbitratore, scilicet an Vasallus sine periculo priuationis, possit se de feudo suo compromittere in arbitratorem, de quo in l. societatem in §. arbitrorum. ff. pro socio? Et circa istum passum breuiter me expedio, & puto quòd non possit, nec talis causa feudalis possit aliquo modo terminari per arbitratorem. Et moueor primò per rationes, pro hac parte supra formatas. Item quod in hac materia feudali expressè statutæ sunt curiæ seu iudicia, & personæ quæ possunt de feudo determinare, videlicet Imperator. Item curia omnium parium complexiuè. Item curia parium electorũ per partes. Item dominus feudi. Item iudex ordinarius. Item arbiter, vt dixi suprà quandoq; cognoscit, vt prædicta colligũtur per Doctores in materia iurisdictionis feudalis, nec in aliquo casu reperitur expressè de arbitratore. Meritò Vasallus non debet posse vti iudicio vel determinatione alterius personæ, quam illius, quæ sit tradita ab isto iure consuetudinario l. condita ab isto iure consuetudinario l. constitutionibus in fin. ff. ad munici. & in c. secũdo suprà de feud. cogni. Et faciendo contra

contrarium, videtur venire contra iustitiam, vnde quia non obtemperat iuri & consuetudinibus, meritò feudum perdere debet, vt suprà quæ fuit prima causa beneficij amitten. in §. item qui domino.

Intelligo tamen hoc secundum limitationem suprà tactam per And. de Iser. videlicet quando vigore dicti arbitramenti, transfert feudum in alium, non autem per simplex compromissum priuandus esset, per iam dicta. Ad quod facit, quod dixi suprà in titulo quæ fuit prima causa beneficij amittendi, in §. fin. in conclusionibus, videlicet in conclusione 43. & hoc modo intelligo istum passum, ab alijs non declaratum.

Vltimò ad materiam iurisdictionis feudalis, vide in remissionibus quas dedi suprà capitulo proximo. & vide ad intellectum, quod dixi in §. si duo. & §. si tres. suprà de pace tenen. in c. si Vasallus. suprà si de feu. fue. controuersia.

De materia verò arbitri in causa feu. habes in dicto capitulo primo in principio, suprà de inuesti. in mari. facta. & infrà an apud iu. vel do. in capitulo primo. & in dicto §. penultimo, de prohibitione feudi alie. per Federicum. per Canoni. in dicto capitulo cum tempore. & Specul. in loco suprà allegato. & Iacob. Ardizo. in titul. de contentione feudi, sub rubrica, si contentio est inter Vasallum, &c. Plures autem quæstiones circa materiã arbitratorum, ponit idem Iacob. in dicta Summa in pe. charta. dictæ Summæ, vbi videas, si de materia plenè inuestigare cupis. & in speculo de arbitro.

SVMMARIA.

1 *Dominus feudum nõ alienabit, si Vasallus reclamauerit.*
2 *Consuetudo Mediolanensis in feudo per dominum alienando non seruanda.*
3 *Consuetudo Mediolanensis fert multa cum vniuersitate transire quæ non possunt de per se.*
4 *Licita sunt in solidũ multa quæ pro parte sunt illicita.*
5 *Potens per se per alium potest.*
6 *Rusticus iurisdictiones & dignitates de patrimonio venditoris emere potest.*
Iurisdictiones & dignitates an poßint vendi.
7 *Alienatio fit potentiori de consuetudine Mediolanensi: quæ non fieret minus potenti.*
8 *Feudum vnicum vnica inuestitura comprehensum in locis diuersis esse potest.*
9 *Vasallus alteri [illegible] à domino non debet delegari. Potest tamen eius [illegible] dare, quod est in exercitio & artificio, & commoditate [illegible] & seruitiorum.*
10 *Vasallus non erit plurium dominorum.*

EX EADEM LEGE. Postquam in prin. huius ti. author declarauit vnũ c. legis Cora. quod Mediolani nõ obseruatur. Similiter in hoc §. declarare intendit aliud c. eiusdem legis, quod similiter Mediolanenses non admittũt. Et diuiditur iste §. in duas partes principales. Quoniam primò ponit regulam cõmunem, & generalem sumptam ex. l. Cor. quæ talis est, vt dominus nõ posit ius suum quod habet in feudo, videlicet feudi ꝓprietatem alienare sine voluntate Vasalli. In secunda ponit consuetudinem specialem Mediolanens. siue circa prædicta non obseruantium dictã regulam. Secunda ibi, q̃d Mediolani. Et ista secunda subdiuidit in quatuor, prout distinguendo facit quatuor mẽbra, quoniam in primo membro dicit, q̃d dominus potest alienare dictum suum ius sine Vasalli voluntate, dummodò alienet totum, & æquali domino, vel maiori, siue alienet cum sua iurisdictione, siue non, et hoc vult vsq; ibi inferiori. Et in hac parte ponit secundũ membrũ, in q̃ dicit, ꝙ dominus non potest alienare absq; iurisdictione dictũ ius suum inferiori domino. Et hoc vult vsq; ibi nec licet, & in hac parte ponit tertiũ membrũ, in quo dicit, ꝙ dominus nõ põt pro parte alienare dictum suũ ius, & pro parte retinere etiã si alienaret maiori. Et hoc vult vsq; ibi cũ curia. Et in hac parte ponit quartũ membrũ, in quo dicit, ꝙ põt alienare dictum suũ ius etiã cuicunq; inferiori, dũmodò alienet totũ & cum iurisdictione: & hoc secundũ opinionẽ Obetti, licet Girard⁹ contrarium dixerit, & vult vsq; ad fin. & ideò aliter nõ summo. In text. ibi, ex eadẽ lege. s. Imperatoris Cor. quæ est in Lombar. in tit. de benef. & terris tribu. vt dixi supr. in prin. ti. Ibi, feudũ. i. ius suũ q̃d habet in feu. videlicet ꝓprietatẽ. Ibi, nõ obtinet. i. nõ obseruat̃. Ibi, sine curia. i. sine iurisdictione, vt infr. de capi. q̃ cur. ven. c. 1. Ibi etiã dic, ꝙ istud etiã determinat p̃cedentia, vcz siue isto casu vendat̃ cũ curia, siue sine curia. Nõ aũt determinat sequentia, q̃a inferret contrariũ eius, ꝙ statim seq̃tur in ver. nec licet partẽ, &c. Ibi, beneficiũ. i. feu. de q̃ ꝓximè dixit. Ibi, nõ licet, subaudi, quando vendit sine curia, quoniã cũ curia posset etiã cuicunq; inferiori, vt patet in ver. cũ curia. Ibi, maiori, subaudi etiã q̃a multominus si minori. Ibi, vẽdat, s. dominus. Ibi, iste, s. vasallus.

†No.

1 †No. quod dominus absq; vasalli voluntate, non potest feudum alienare, vt hîc & supr. quo tempo. miles. c. 2. & infrà de prohi. feu. alie. per Fed. in §. præterea ducatus. Sicut econtra Vasallus non potest alienare ius suum absq; domini voluntate, aliàs perdit feudum, vt infrà de prohib. feu. alie. per Lothar. & de prohi. feu. alie. per Feder. Et ista fuit ratio decidendi in hac lege Cor. quia ferè in omnibus ad paria iudicantur dominus & Vasal. supr. de for. fi. c. 1. in fi. Meritò cōgruum fuit paria iura decernere, vt infrà de pace iura fir. in fi. Vtrum autē dominus alienando, priuetur proprietate? gl. sensit quod sic in d. c. 1. in fi. de for. fi. & dicam infrà qualiter do. proprie. priue. & quod no. gl. supr. per quos fiat inuesti. in fi. Nam in istis priuationibus, videntur à pari iudicari, vt in c. domino cōmittente. sup. si de feu. fue. contro. Et hanc sententiā puto verā de stricta iuris ratione, quā hîc videtur sequi Andr. de Iser.

Bald. tamen tenet contrarium in c. 2. suprà quo tempore miles per illum text. & vide, quod ibi dixi, & quod habetur in Specu. de feu. in §. quoniam. versic. 30. & ibi per lo. And. & in titu. de lo. §. nunc aliqua. ver. 93. facit quod statim dicam in quæstione penul.

2 †No. secundum consuetudinem Mediolanensium, quid obseruandū sit circa alienationē feudi fiendam per dominū, quæ & si subtilis sit, & pulchra distinctione suffulta: tamen talis consuetudo seu vsus non seruabitur, nisi in eo loco, vbi viget, cùm habeamus legem nouam, & constitutionem & imperialem nobis regulam generalē tradentem: videlicet vt dominus feudi sine voluntate vasallorū, ad alium non transferat, vt infrà de prohi. feu. alie. per Fede. in §. præterea ducatus. in fi. hoc. §. in princ. Et hoc sensit gl. prima hîc posita in sui prin. & tenet An. de Isernia.

3 †No. secundum dictam gl. in secunda sui parte sumi ar. ex hac consuetudine Mediolanensium, quod multa transeunt cum vniuersitate, quæ de per se transire non possunt, quod patet, quia feudū totum si vendatur cum omni iurisdictione curiæ, potest transferri etiam in rusticū & inferiorem dominum, vt hîc in fi. Secùs autē si vendatur sine curia, quia tunc non posset transferri, nisi in coæqualem dominum, vel maiorem, vt hîc in princ. Et quia ista est via Brocardica remisit se glossa ad l. primam. de fun. do. & l. quidam. ff. de acqui. re. do. & dic vt ibi & in pluribus alijs concordantijs allegatis in glossa finali hîc posita, quæ iterato repilogauit istud idem arg. de quo etiam per Cano. in cap. cùm Bertoldus. extra de re iudic.

4 †No. subsequenter cum dicta glo. ex hoc text. aliud Brocardum, quod multa sunt licita insolidum, quæ pro parte non licent. Nam ex hoc text. videmus, quod totum feudum potest alienari æquali vel maiori, sed non pars. Et de hoc Brocardo se remisit glo. pro & contra, ad libellū disputatorium Pilei. Sed tu dic de hoc, vt not. insti. de hære. insti. in §. non autē. & in l. 3. ff. fami. hære. & in l. quæ de tota. cum ibi no. ff. de rei vendi. & in l. qui sic. in prin. ff. de vsuris.

5 †No. cum glossa secunda aliud Brocardū, quòd illud quod possum per me, possum per alium. Nā sicut possum Vasallum meum pro me retinere: ita quoq; possum alteri æquè idoneo assignare. Facit quod habetur in l. cùm quid, ff. si cer. pe. Et ex hoc infert gloss. argumentum. quod Vasallus possit seruire feudo, per substitutum æquè idoneum. de qua quæstione se remittit ad libellum Pylei. Sed tu melius, & latius dic, vt scripsi suprà si de feudo fuerit controuer. in c. qui clericus. in 1. q. & in c. si quis decesserit in vltimo notabili. & q. 1. De hoc tamen Brocardo latius tangitur supr. per quos fiat inuesti. in §. sed vtrum.

6 †Nota. ab extra ex isto textū in fine, quod rusticus potest emere dignitates & iurisdictiones, quæ sunt de proprio patrimonio venditoris. Istæ namq; tales iurisdictiones ex consuetudine venduntur. Vtrum autem de iure possint vendi, nota. extra ne prę la. vi. suas. capitulo primo. & in Spec. de proprie. §. primo. versicul. cæterùm. & dicam infrà quæ sint regaliæ.

7 †Not. ex consuetudine Mediolanensium casum mirabilem, in quo alienatio potest fieri potentiori, & non minori. Et potuit esse ratio, quia interesse Vasalli potius esse sub magno domino, quàm paruo, tum quia est magis tutus, tum quia si daretur inferiori, mutaretur eius conditio, cùm teneretur iurare fidelitatem minus nobili, quod esse non debet, vt suprà de inuestitura de re aliena facta. §. econtrario secundum Andræam de Isernia.

†Not.

8 †Not. quòd vnum feudum potest esse in pluribus locis, licet sub vna inuestitura comprehendatur. Facit ff. de verb. obl. l. scire debemus. & de prescrip. long. temp. l. fi. secundum Bal. qui etiam notabiliter credit, quod licet per alienatione partis non transferatur ius vasallorum, vt hîc, benè tamen transfertur ius prædiorum.

Opp. ab extra, quòd immò feudum non transeat cum vniuersitate: vt probatur in c. in generali. sup. si de feu. fue. cōt. & in c. 1. infr. de capi. qui cur. vendi. Sol. dic, quòd quandoq; quis vendit curiam nō habita mētione feudi, vel vēdidit generaliter omnia sua bona: non tamen specialiter specificat feudum, tunc fateor, q; videtur vēdere feudum, vel alienasse vasallos, vt in contrarijs, aliàs secùs, vt hîc. De quo plenè no. in d. c. 1. & dixi in d. c. in generali. De quo per Iac. Ardiz. in tit. quib. mo. feud. amit. sub rubr. cum curia licet domino alienante vasallos.

9 †Quæro ab extra, an dominus posset vasallum suum inuitum alteri delegare. Et iste text. facit quòd nō. Ad idem facit l. 1. C. de noua. & ibi per Cyn. In contrarium facit l. si non sortem. §. liberis. ff. de condi. inde. & de lega. 1. l. si domus. §. fin. & de vsufru. lega. l. fundi. & sol. mat. l. 2. §. 1. Ad hanc quæstionem respondit Dyn. quòd non possunt, quia sicut vasallus nō posset ius suum transferre in aliū, inuito domino: vt inf. in §. seq. Ita nec dominus ratione paritatis seruandæ inter eos, vt supr. dictum est. Et hoc dicit esse verum, nisi necessitate imminente idem domino fortè non expedit vti eius seruitio. argu. in l. patronus. & in l. medi. ff. de ope. liber. sed in hoc videtur esse casus in cōtrarium in d. §. præterea. de prohi. feu. alie. per Fede. De qua quæstione dic per Doct. in d. l. 1. de noua. & in l. 2. §. 1. solut. matr. & quod no. in l. inuitus. ff. de fideicommiss. liber. & per Ioan. And. in addit. Specul. in d. tit. de feu. §. quoniam. vers. 30. qualiter. Dicit tamen Andr. de Isern. quòd dominus benè posset dare cōmoditatem eius, quod est in exercitio, & artificio, & commoditate fructuum, & seruitiorum, quia potest cedere, vendere & dare cui volet, etiam inuito debitore, d. l. 1. & d. §. liberis. de quo dixi in §. aut si libellario. supr. quib. mo. feud. amit. Facit ad materiam quæstionis, quod dixi supr. in primo notabili.

10 †Quæro quid si dominus vendat vnam medietatem vni, & alteram medietatem alteri, à quo recognoscet se vasallum? & videtur quòd à neutro, nisi inter se conueniant, à quo vasal. recognoscat, quia non compellitur habere plures dominos: Vnde debent se cōcordare si volunt, aliàs sibi imputent, arg. nec vsufru. l. vsufru. & probatur in d. §. præterea. & circa hoc vide in Spe. de feu. ver. 10. cum sequ. & sequ. & quod dixi in c. omnes. supr. si de feu. fue. contr.

Vltimò de materia huius §. habetur supr. quo tempore miles. in c. 2. & in d. §. preterea. & quod dixi in d. c. dominò commit. & in copiosis remissio. quas ibi adduxi. & per Iac. Ardi. in Summa. in ti. quib. mo. feu. amit. sub rubricella an do. inuito vasallo possit ius quod habet alienare. cum sex rubricel. sequ. vsq; in fi. tit. & sub rubricel. cum curia licet domino aliena. vasal. & rubr. sequ. vbi plenè examinat hanc materiam: ibi videas, & quod dixi infr. de pace iura. fir. in §. si verò.

SVMMARIA.

1 *Feudum alienari lege Coradi prohibetur.*
2 *Vasallus feudum non alienabit, illud tamen poterit infeudare tribus concurrentibus.*
Vasallus an possit in infinitum infeudare, vel an solùm vsq; ad tertiam personam.
3 *Vasallus vasalli domino domini famulabitur.*
4 *Infinitas rei licitum vel illicitum non vitiat.*
5 *Feudum in quartam personam datum à quoto domino reuocari possit.*
6 *Vasallus quartus à quo prior dominus feudum vendicauit an possit de euictione agere aduersus tertium vasallum qui sibi infeudauit.*
7 *Feudum in quintam personam translatum an possit reuocari per priorem dominum.*
Actio directa & contraria an ex contractu feudali oriatur, sicut in cæteris contractibus.

§ SIMILITER NEC VASAL. Continuat se ad proximè dicta, quia sicut dominus non potest alienare ius, quod habet in vasallum, sine eorum voluntate vt supr. proximè dixi. ita nec vasal. alienat sine voluntate dominorum suorum, vt hîc. Et diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur regula. In secunda excep. à dicta regula. In tertia limitatio dictę exceptionis. In quarta declarat ipsam exceptionem, an in infinitū extendatur vel non. Secunda ibi, in feu. tamen. Tertia ibi, si secunda. Quarta ibi, & hoc.

CASVS.

Vasallus non alienat feudum, sine domini voluntate, sed alteri benè potest illud infeudare, dummodo personę sibi simili, quæ infeudatio potest in infinitum extendi, licet in quibusdam curijs nō admittatur vltra tertiam personam. hoc dicit. In tex. ibi, similiter, ex hoc patet continuatio quam supr. dixi. Ibi, persona, scilicet, quæ in feudo accepit à vasallo primo. Ibi, seruire possit, subaudi, æquè benè, sicut prior vasallus alienans, vt sequitur. Ibi, dominus, scilicet primus vasallus, qui est dominus respectu secundi cui infeudat. Ibi, in infinitum, vt quia primus dabit secundo, secundus tertio, tertius quarto, & sic in infinitum. Ibi, non extēditur & exemplifica sic, videlicet, quia primus vasallus poterit dare Sempronio, Sempronius Lucio, Lucius Gaio, sed postea Gaius non poterit quarto infeudare, & si infeudaret, posset dominus ab isto quarto auferre, vt sequitur. Ibi, auferre, subaudi, ordine iudiciario: vt notatur infr. de proh. feu. alie. in §. callidis. nō enim intelligas quòd istud verbū significet, vt propria authoritate hoc possit, vt per totum ti. ff. de his qui vt indig. hære. aufer. & dixi sup. de milit. vasal. qui cont. est, in fine.

1 †Not. etiam secundum legem Cora. prohibitam fuisse alienationem feudi, & si fieret, posset per dominos reuocari, nulla obstante præscriptione, prout ipse idem Coradus attestatur inf. in ti. de cap. Cora. in §. præterea. quod est firmatum & pinguius statutum est hodie per Lotharium & Federicum, vt infr. in suis cōstitutionibus patet, de prohi. feu. alie.

2 †Not. quòd licet vasallus non possit alienare absq; domini voluntate, potest tamen alteri infeudare, dummodo in ista infeudatione interueniant tria, videlicet, & primò, quod infeudet æquali, vt hîc. Secundò, quòd infeudet eo modo & forma, prout ipse vasallus infeudans habet, & non alio modo. Tertiò, quòd hoc faciat sine aliqua fraude, vt prædicta not. per gl. in c. beneficium. sup. si de feu. fue. contro. & ibi dixi, & probatur etiā infr. §. sequ.

3 †No. ex tex. ibi, seruire, ar. quòd vasallus vasalli cogitur domino domini seruire. Facit inf. de pace iura. fir. in fi. quod an sit verum, vide quod dixi sup. de controuers. inuestit. in fi.

4 †Not. quòd secundum legem Cora. infeudatio prædicta non habet terminū limitatum, sed est infinita, & ex hoc colligit glos. 1. hîc posita illud Brocardum, quod infinitas rei licitum vel illicitū non vitiat, nec excludit, sed quandoq; dicitur quòd infinitas rei est vitanda: & hoc sensit glo. 2. hîc posita in sui princ. Et de hoc Brocardo, dic, vt no. gl. & quod ibi dixi, sup. de his qui feu. da. po. in §. hoc quoq; sciendum, in fi. Quæ autem opinio in §. nostro sit seruanda, videlicet, vel quod feudum possit alteri infeudare in infinitum, vel solùm vsq; ad tertiam personā inclusiuè? Et dixit hîc And. de Iser. quòd ista secunda opinio, quæ vult, quòd vsq; ad tertiam personā, intelligens quòd per hanc secundam opinionem, corrigatur prǫcedēs ad hoc, vt admittatur infinitas, l. qui bona. in §. fin. ff. de dam. infect.

Sed ego puto, quòd immò prior opinio sit seruanda, vbi non esset consuetudo in contrarium ex eo, quod est, l. generalis & Imperatoris, vt dixi sup. in §. proximo, in 2. notab. Et pro hoc adduco authoritatem Iac. Ard. qui hoc expressè tenet in ti. qui. mo. feu. acqui. sub rubricella de inuestituris Comitum, & Marchionum dicēs, quòd hodie potest dari in infinitum, per istum textum allegat etiam, c. 1. sup. de natur. feu. Item ipse idem hoc pinguius firmat in d. titu. sub rubricella, quādo vasal. feu. infeudare potest, & adducit c. beneficia conditionalia in titu. de capitulis extraordinarijs, vbi videtur casus, & si absq; calumnia ponderetur iste textus, casus est hîc qui firmat, quod in infinitum.

5 †Quæro cum gl. fi. an attenta ista cōsuetudine, si fuerit datū feudum in quartam personam, quis dominus reuocabit tale feudum? & respondet, & benè, quòd primus dominus, & est ratio, quia habet dominium directum, vt sup. de inuestit. de alie. fact. §. fi. & in qui. cau. feu. amit. §. fi. Nam primus vasallus dominium vtile quod habuit, transtulit in secundum, & secundus in tertium, & sic deinceps. Vnde nullum sibi remansit, cùm non capiat diuisionem, l. 1. & 2. ff. si ager vectigal. Meritò solùm prior dominus potest vendicare. Et hæc est vera ratio secundū Iac. de Bel. licet gl. inf. assignauerit aliam rationē, videlicet, quia sicut prius dominus non posset vendicare à primo vasallo, qui iustè tenet, ita nec secundus à tertio, nec tertius à quarto. Et ideò primus dominus semper vendicat.

†Quæro

6 † Quæro iuxta prædictam consuetudinem, cum d. gl. an iste quartus vasallus à quo prior dominus vendicauit, posit agere de euictione cõtra tertium sibi infeudantem? Et respondet & benè secundum Iac. de Bel. quòd aut fuit sciens, q̃ ista res sibi infeudata erat aliena, & tunc non posit, aliàs secùs, prout in simili dicitur suprà de inuesti. de re alie. fact. in c. 1. in princ.

Quod intelligas verum, quando habuit cesionem, vt dixi in dicto c. 1. in princip.

7 † Quæro subsequenter cum d. gloss. quid si istud feudum fecit transitum in quintam personam, an tunc prior dominus poterit reuocare? Et respondet quòd sic, cùm non apparet, quòd renunciauerit iuri suo, postquàm fuit sibi primò apertum. Et hoc tenet etiam Iac. de Belui. per l. in causæ. §. fin. ff. de mino. Secùs autem si renunciasset per ea, quæ dicuntur supr. in quibus mo. feu. amitta. in §. præterea.

Opp. cum d. gl. contra ea quæ suprà dicta sunt, & quòd immò vendicando debeat præferri primus seu secundus vasallus, qui habebant ius vtile domino habenti directum, per regulam quæ vult, quòd vtilis actio præferatur directæ. Et gl. dimittit istud contrarium insolutum. Quare tu solue quòd istud habet locum, quando vtilis actio remanet apud eum, qui agere vult, l. 1. si ager vecti. Sed hîc primus vasallus transtulit in secundum, secundus in tertium, vt dixi. Ergò debet præferri dominus, nec dicitur præferri ipsi vtili, cùm nulla remanserit. argu. eorum quæ no. in l. fin. C. de iure emphit. Neq; remansit vtilis, etiam in ipsum tertium vltimò alienantem, quia eam amisit propter delictum, quod cõtraxit alienando, & fuit statim domino apertum, vt suprà quæ fuit prima causa benef. ami. in §. si. secundum causam Iac. de Bel. & ad confirmationem prædictorum adduco gl. de prohib. feu. alie. per Fed. in §. illud quoq;. De materia autem actionis vtilis & directæ, quando vna præferatur alteri, dic plenè per gl. Cy. & Doct. in l. si delegatio. C. de nouat. & in l. qui tibi. C. de hære. vel actio. ven. in d. l. qui in causæ. §. fi. ff. de mino. Vtrum verò ex contractu feudali oriatur hincinde actio directa & contraria, sicut in cæteris contractibus, dic quòd non secundum Bald. sed solùm nascitur directa huic inde, quia directa & contraria non habent locum nisi in casibus expresis in iure. vt sensit in l. omninò. ff. de impen. & quid ibi per Docto. & ita determinat Bal. sup. quid praeced. debe. inuesti. an. fide. in c. 1.

Vltimò de materia huius §. vide in Spec. de feu. §. quoniam. ver. 38. & in pluribus remisionibus quas adduxi in d. c. beneficium. & quod in d. c. scripsi. & sup. qualiter olim poterat feu. alie. in §. 1. & in §. 1. sup. per quos fiat inuesti. & quod plenè not. in d. §. præterea. infr. de capitulis Cora. & infr. in §. seq. qui continuat hanc materiam.

SVMMARIA.

1 *Vasallus alij si infeudauerit feudi qualitatem, vel formam non variabit.*

§ PROFECTO ILLE QVI. Continuatur ad p̃ximè superiora, quoniã sup. posuit vnam regulam, videlicet, quòd vasallus non alienat inuito domino, à quo excipit vnum casum, videlicet dato, quòd non posit alienare, tamen benè potest infeudare, postea ad hanc exceptionem dedit vnam limitationem, videlicet, si infeudat ęquali. Nunc verò in isto §. ponit aliam limitationem, videlicet, si infeudat cum ea æqualitate & conditione, qua ipse habet. Et diuiditur in duas, quia primò ponit limitationem prædictam. Secundò ponit contrafacientes. Secunda ibi, vnde quibusdam.

CASVS.

1 † Vasallus infeudando alij, non potest in aliquo mutare qualitatem & formam ipsius feudi, prout ipse habebat, & si fiat contrà, priuabitur dicto feudo ipse, & accipiens, quicquid dicant alij. h. d. In text. ibi, alia lege, id est, pacto. l. legem. C. de pact. Ibi, vt si habebat, hîc exemplificat prædictam limitationem. Ibi, solis masculis, hoc tacitè subintelligitur, etiamsi non dicatur. vt supr. de feu. alie. in §. & si clientulus, vbi habes tex. consimilem. & ex hoc text. sumunt hic Doct. ar. & dicũt esse quasi casum, quòd si consuetudo est ecclesię dare in feudum, res ecclesię accipienti, & successoribus masculis tantùm, quòd prælatus non posit dare accipiẽti, & successoribus masculis & fœminis, & de hoc sup. de his qui feu. da. pos. in prin. & ibi dixi, & sentit etiam Iac. de Bel. Ibi,

 amit-

amittat, ſcilicet, per ſententiam, vt ſupr. quæ fuit prima cauſa benef. amit. in §. ſed nec eſt alia. & ibi dixi, & voluerunt iſti ꝙ ſolùm ille qui dedit feudum, debeat illud amittere, non autem qui ſic accepit, alij verò vt ſequitur, dicunt quòd vterq;, & qui dedit, & ꝗ accepit amittit dictũ feudum, & iſtud dictum eſt verius ſecundũ An. de Iſer. quia alienat contra legem, & ſic ipſe dominus poterit vẽdicare, vt inf. de vaſal. qui contra conſt. Loth. feu. alie. c. 1. ibi defecerat. Iſta fuit tertia opinio, quæ volebat quòd quando vaſallus infeudaſſet feudum maſculinum alteri pro ſe & maſculis & fœminis, quòd tunc demùm aperiretur domino, quãdo maſculi deficerẽt, vt iſta inutilis adiectio vitiaretur, & non vitiaret, l. quæ extrinſecus. ff. de verb. obli. vt ſecundum iſtos deberet expectari mors ipſius alienatoris ſine maſculo, arg. ſupr. de ſucc. feu. §. 1. Notabilia tria collige ex iſto text. prout hîc colligit gl. quam vide per te, quia clara eſt.

Opp. ab extra, quòd immò per iſtam ſimplicem inueſtituram, cõtra legem factam, non debeat quis priuari feudo, ſed debeat actualis traditio interuenire, vt dixi, in ti. quæ fuit prima cauſa ben. amit. in §. fi. Sol. ego fateor tibi cõtrarium, ſed intelligas iſtũ tex. quòd iſte vaſallus etiã tradidit poſſeſſionẽ, quod probatur, quia diem dedit, &c. quoniã dare eſt accipiẽtis facere, vt dixi ſup. in principio huius capituli. Quæro ab extra ſecundum Bal. quid ſi vaſallus ea lege, qua ipſe habet det feudum, poſtea in proceſſu temporis alterat naturam feudi, an amittat? dicit ipſe quòd non, ſecundum quandam ſuã apoſtillam, ar. ff. de iure do. l. iu. Sed ego putarem, quòd iſtud non ſit bene dictum, quia cõtemnit dominũ, ergò debet amittere, vt ſupr. quæ fuit prima cauſa. in fin. Item quia poſſet fieri fraus, igitur, &c. vt in §. callidis. inf. de proh. feu. alie. per Fe. Nam clarum eſt, quòd feudum non erit ea lege apud recipientem, quod eſt contra hanc literam.

Vltimò ad materiam præſentem, vide in remiſsionibus, quas dedi ſup. §. px. & quod ibi dixi, & per Iac. Ard. in Summa. qui. mo. feu. acq. ſub rubricella eodẽ pacto vaſal. det in feudũ quo ipſe habet, & per dominum Fran. Zab. in c. 2. extra de feudis. Qualiter autem & quando appellatione filiorum ſit intelligendum ſolum de maſculis, [a] dixi in d. §. & ſi clientulus. vbi videas.

[a] *Solũ de maſculis. Adde Phil. de Frã. in c. vbicunque. in 2. not. de pœnis. li. 6.*

SVMMARIA.

1 *Vaſallus mendaciter feudum negans, illo non potietur.*

Secus ſi eſt ignorans iuſta ignorantia tolerabili.

Vaſallus ſciens & tamen dubitanter reſpon-
2 *det priuatur feudo, ac ſi expreſſè negaſſet, ſecùs autem ſi eſſet dubius, & dubitanter reſponderet.*

SI FVERIT INTER. Diuiditur in duas partes, quoniam in prima ponit vnã opinionem circa materiam vaſalli negãtis feudum, quæ opinio vult, quòd ſi vaſallus expreſſe negat & conuincatur de mendacio, ꝙ priuatur feudo, ſiue negauerit ſcienter, ſiue ignoranter, ſed ſi dubitanter reſpondeat, neſcio, tunc non priuatur. In ſecũda parte ponit aliam opinionem, quòd tunc demùm negando expreſſè priuari debeat feudo, ſi hoc ſcienter & fraudulenter faciat, ſecùs autem ſi ex iuſta ignorãtia ductus negaret, quia tunc non priuaretur. Secunda ibi, ſecundum alios. Et hęc opinio ſecunda eſt vera & tenenda, quia caſus eſt de ea. ſup. ſi de feu. fue. contr. in c. 4. & in c. ſi vaſ. feu. & hoc vult totus iſte text. quem aliter non ſummo. In text. ibi, controuerſia, quoniam dominus agebat contra vaſallum dicens, eum tenere feudum ex quo debeat præſtare certum ſeruitiũ, petebat ſibi exhiberi, vaſallus verò negabat dicens, quòd bona quę poſsidebat tenebat iure proprio, & non tanquã feudalia. Ibi, ille verò, ſcilicet, vaſallus. Ibi, prorſus, hoc eſt; palàm & apertè negauit. Ibi, fuerit, quia cõuictus eſt de mẽdacio. Ibi, ipſum, ſcilicet feudum. Ibi, auferatur, ſcilicet, per modum iudiciarium, & non violentum, ſed per ſententiam, vt dixi in d. c. vaſallus. & in d. c. 4.

1 † No. quòd vaſallus qui mendacioſè ac fraudulenter negat feudum, ſi cõuincatur de mendacio, debet priuari feudo; hoc enim operatur pœna infitiationis, vt vult gl. prima hîc poſita in ſui princ. ſe remittendo ad libellum Py. vbi plura argumenta adducuntur pro & contra, ad hanc materiã mendacij, dic vt dixi in d. c. 4. ibi gloſſ. hoc idem tetigit. Vbi autem iſte vaſallus iuſto errore & ignorãtia ductus negaſſet, tunc ſibi ignoranti ſubueniretur, vt in d. c. vaſallus. Nã iuſta ignorãtia excuſat à præſumptione doli, vt dixit gl. 2. hîc poſita.

Quod intelligas, dũmodò talis ignorantia non fuiſſet craſſa & ſupina, quia

tunc

tunc non esset excusabilis, vt not. gl. inf. de contro. inter do. & empt. feu. c. 1. & dixi in locis supr. allegatis. Quando autem intelligatur excusabilis, dixi in c. si vasal. feu. sup. si de feu. fue. contro. Si verò iste vasallus verè sit dubius, tunc bene potest respõdere dubitanter, vt in d. c. vasal. Datur tamẽ sibi terminus ad disputandũ, prout latissime declaraui in d. c. vasal. in vlt. notab. Verùm, si falsò dubitanter respondet, quia scit veritatẽ, sed tamen respondet, quòd dubitat, tũc etiam isto casu priuaretur feudo, prout expresse & notabiliter determinat gl. 1. hîc posita in secunda sui parte, per istum text. hîc in fi. quam tenet Iac. de Bel. & Doct. communiter. Ex quibus omnibus concludo, ꝙ interdũ vasallus est sciens, sed tamẽ fraudulenter negat, & tunc priuatur feudo absq; dubio. Interdum est ignorans iusta ignorantia & tolerabili, & tunc per suam negationem nõ priuaretur feudo. Interdum est sciens, sed tamen dubitanter respondet, & priuatur feudo, perinde ac si expresse negasset. Interdum est dubius, & potest dubitanter respondere, & non priuabitur feudo. Cætera autem quæ ad hãc materiam possent adduci, vide in dictis duobus capitulis, vbi materiam plenissime examinaui, & in remissionibus quas ibi copiose satis adduxi. Quid autẽ & quotuplex sit mendacium, & quod & quãdo est publice p'enè in directoria iuris in tit. de mendacio, & per Host. in tit. de dolo. in §. 1. & quod no. glo. 22. q. 2. nec artificio, & in l. de ætate. in §. si cùm esset. ff. de interrogationibus. & per Bald. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. publi. & in Aut. contra qui propriam. C. de non numerata pecunia.

DE CLERICO QVI INVESTITVRAM FACIT.

RVBRICA.

Continuatur ista rubrica ad proximè præcedente hoc ordine, quia suprà titulo proximo, in §. ex eadẽ, posuit vnum casum, in quo medio vtuntur cõsuetudine speciali, non obseruando legẽ Communem & generalem Imperatoris Coradi. Verũ quia etiam in ecclesia Mediolanensi erat etiam specialis consuetudo contra communem & generalem cõsuetudinem aliarum ecclesiarum, vt patet inf. hoc co. ti. in fi. & pro tanto supposita est hîc ista rubrica. Et ꝙ ista sit vera continuatio, patet ex dictis la. Ardi. in Summa sua sub rubricella de inuestituris prælatorum, qui allegat istum tex. huius ti. sub ti. hîc si. lex. deinde consuetudines regni incipiũt. Quoniam istæ rubricæ comprehendantur sub d. ti. vt dixi suprà de filijs natis ex matri. ad morg. contracto. super rubrica. Nec erat hîc ista rubrica intermedia, verùm inserta postea fuit ista rubrica, vt materia distincta clariùs intelligeretur, vt ibi dixi.

SVMMARIA.

1 *Hæres inuestitoris quibus casibus inuestiturã adimplere debeat.*

2 *Archiepiscopus Mediolanensis in feudum nõ dabit, quod suus prædecessor non infeudauit. Sed ista specialitas in Archiepiscopo Mediolanensi hodie non obseruatur.*

Bona clerici infeudantis in dubio cuius esse præsumantur, an ipsius vel ecclesiæ. Remissiuè.

CLERICO DE. Diuide totum ti. in quatuor partes. In prima ponit de inuestitura facta à clerico de suis bonis proprijs, quam eius successor tenetur habere ratam & adimplere, vsq; ibicunq;. In secunda in qua ponit de inuestitura facta à clerico de rebus ecclesiæ, quas adhuc inuestitor tenet, quam ipse successor tenetur adimplere, & hunc casum extendit etiam ad laicum inuestiẽtem, vsq; ibi, vbi verò. Et ibi ponitur tertia pars in qua ponit de inuestitura facta à clerico de feudo vasalli adhuc viuentis & possidentis, vbi distinguit ꝙ si inuestitura est facta purè, tunc non valet. Si verò est facta sub tempore vel cõditione, quando erit sibi tale feudum apertum: tunc benè valet etiam sine volũtate vasalli. Veruntamen hîc subdistinguitur, quia si ipse inuestiẽs ante moriatur, quàm sibi aperiatur dictum feudum, tunc successor non cogitur eam habere ratam. Aut se viuente fuit apertum, tunc talis inuestitura est adimplenda, & possessio tradenda, & hoc vult vsque ibi, & ideò. Et ibi ponitur quarta pars, in qua facit differentiam inter Archiepiscopum Mediolanensem & alios prælatos & clericos, quoniam ipse Archiepiscopus non potest infeudare ea, quæ reperit in suo domino tempore sui introitus, puta rem reuersam ad Archiepiscopatum, quã suus præcessor, cui erat aperta, nõ infeudauerat, sed aperietur ipsi Archiepiscopo post

ingressum suum dicta res, quæ à prædecessore suo fuerat infeudata, tunc benè poterit eandem rem infeudare, sed alij prælati & clerici indistinctè possunt infeudare bona solita infeudari, siue reperiantur in dominico tempore sui introitus, siue post introitum aperiatur sibi, & hoc vult vsque in finem, & ideò non aliter summo. Et præmitte pro euidentia, quòd inuestitura, alia est abusiua, & ista simpliciter fit verbis. Alia propria, & ista fit realiter per traditionem possessionis, vt suprà, quid sit inuestit. in princip. In textu ibi, de suis bonis, scilicet, proprijs. Ibi, inuestituram, scilicet, abusiuam. Ibi, omnifariam, id est, omninò, quia per hęredem debet exemplificari, quod à defuncto est inchoatum, vt hîc dicit glossella. Ibi, implere, hoc est, tradere possessionem dicti feudi, & sic adimplendo inuestituram propriam, quod facere debet tam ipse inuestiens, quàm eius successor. Ibi, de bonis ecclesiæ, scilicet, quæ consueta sunt infeudari. Ibi, eam fecerit, scilicet, inuestituram abusiuam. Ibi, penes eum, scilicet, inuestientem. Ibi, adimpleat, scilicet, per veram inuestituram tradendo possessionem. Ibi, non valeat, scilicet, aliquo modo, licet Iaco. de Belui. aliter senserit, vt dixi sup. hîc potest esse ti. qui succe. tene. in c. 1.

Et intellige quod non valet, nisi ille, qui posidet consentiret illi secundo, qui tradit possessionem, quia tunc secùs, vt in c. 1. supr. qui succes. tenean. Ibi, aperiatur sibi, id est, in tempus, quando erit sibi apertum, quia tunc valebit, &c. vt sequitur. Ibi ad eum, scilicet, inuestitorem. Ibi, ratam, subaudi, quia euanescit successio, & inuestitura prædicta. Ibi, apertum sit, scilicet, sibi qui inuestiuit. Ibi, adimpleat, scilicet, implēdo quod promisit. Ibi, Archiepiscopum Mediolanensem, hîc est bona litera, quam similiter habebat Iaco. Ardizo. Andr. de Isern. Simon Vicen. Iacob. de Are. & Bald. Licet quidam habeant Archiepiscopum Metropolitanū, & malè. Ibi, introitus sui, scilicet, ad dictam prælaturam Archiepiscopatus. Ibi, in dominico, id est, in libero dominio ecclesiæ, quo casu, non potest infeudare, etiam si sint solita infeudari, vt infr. patet. Ibi, hodie dant, scilicet, prædicti alij prælati & clerici, qui possunt infeudare ea etiam bona, quæ reperiuntur in dominico, & etiam quæ post ingressum eorū ad prælaturam aperiuntur, dummodò sint solita infeudari. Et hæc est differentia inter prædictum Archiepiscopum, & alios prælatos & clericos.

1 †Not. bonam distinctionem hic traditam, quia aut tractatur de rebus proprijs clericorum, aut de rebus laicorum, aut de rebus ecclesiarum. Primis duobus casibus, hæres inuestitoris tenetur inuestituram adimplere. Tertio casu distinguitur, prout hîc plenè traditur. Et hoc voluit gloss. 1. hîc posita in sui princip. de quo latiùs dixi sup. in tit. qui succe. tene. & in tit. hic potest esse tit. qui succe. tene. vbi collegi multa notabilia, quæ hic possunt adduci.

2 †No. quòd Archiepiscopus Mediolanensis illud, quod inuenit in dominico tempore sui introitus, quod suus prædecessor, cui fuerat apertum, non infeudauerat, infeudare non potest, & ponit Bald. exemplum in castro reuerso ad Archiepiscopatum. Item intelligas de quacunque re solita infeudari. Quoniam hoc est speciale priuilegium dictæ Mediolanensis ecclesiæ. Facit in simili. l. iubemus. la. 2. & gloss. in l. decernimus. C. de sacrosancta ecclesia. Cæteri autem episcopi & prælati, possunt idem, quod potuit prædecessor: licet inuenerit rem prædictam possessam in dominico, quia ratione breuis possessionis, qualitas rei non intelligitur mutata. Vnde dicit Bald. & notabiliter, quòd si iste Archiepiscopus tempore sui introitus ita inueniret aliquid in dominico, quod iam esset factum de mēsa, quòd tunc non posset reinfeudare sine licentia non alienantis. Quod dictum, an quando posit procedere, colligas ex his summi Pontificis, per ea quæ habētur in c. vt super. de reb. eccles. quæ dixi suprà, qui feu. dare possunt. in prin. & ad hoc vide gloss. & quæ ibi traduntur in c. 1. de rebus eccles. non alie. lib. 6. & per Innoc. in c. statuimus. extra de transact.

Non intelligas tamen, quòd eo ipso, quòd ecclesia reperitur esse in possessione feudi, quod illud præsumatur esse incorporatum, quia casus est hîc, quòd non præsumitur, sed est necesse, quod habeatur secundum Bald. pro quo adducit autoritatem Bar. in l. 1. de bon. vac. lib. 10. & Ioan. Andr. in Clemen. 1. de rescript. sed modicum facit, ideò de hoc dic, vt dixi supr. de his qui feu. da. pos. in prin. in 1. oppo. ad fi. Quæro cum gloss. 1. in secunda parte, an ea quę dicūtur hîc de Archiepiscopo Mediolanensi, qui non potest infeu-

infeudare, nisi bona quę sibi aperta sunt, & non alia, &c. vtrum hodie sint obseruāda? Et respondet gl. quòd non, & propter habēt aliqui vnum aliud capitulum, hîc positum, quod incipit Archiepiscopus, &c. quod disponit contrarium. Et hoc vult ista gloss. quæ nihil aliud dixit. Sed tu aduerte, quòd istud tale c. cōmuniter non habetur, dicit tamen Bal. quòd Simon Vicen. & Iaco. de Are. illud capitulum habuerunt in suis libris. Cuius capituli forma erat talis. Archiepiscopus Mediolanensis, non tantùm feudum ꝙ aperitur, sed & quod tempore introitus sui, in dominico loco reperitur, infeudare potest secundum modernorum rerū, & rationabilem vsum, & quod in feudū dederit stabile permanet, &c. Not. ergò ex hac gloss. & ex prædictis, quòd hodie ista specialitas in Archiepiscopo Mediolanensi, de qua in isto text. in fin. non obseruatur, sed in eo obseruabitur, quod in cæteris prælatis statutum est.

Oppo. ab extra, quòd immò Episcopus non possit bona propria infeudare alteri, cùm teneatur reseruare ecclesiæ, vel erogare in pias causas, vt in Autenti. licentiam. C. de episco. & cleri. & in Autentic. de eccle. ti. in §. interdicimus. Sol. intelligas istum textum, secundum illū, secundum Nicol. de Neapo. videlicet, ꝙ hic infeudabat de bonis, quæ habebat ante episcopatum, vel de acquisitis postea ab aliquo sibi coniuncto, vsq; ad tertium gradum, quoniam alia bona non posset alienare, vt sup. dixi. Et ita concludit idem Nicol. de qua materia plenè per Innoc. extra de testa. c. cùm in officijs. & per Archi. extra de rescript. in c. statutū. & per Io. Mo. extra de rebus ecclesi. non alien. c. hoc consultissimo. lib. 6. De quo etiam per gloss. 12. q. 1. c. episcopi. & sequen. & sequen. In dubio autem cuius præsu[a]mantur esse bona clerici infeudantis, an ipsius, vel ecclesię, vide per glo. & Doct. ind. Autentic. licentiam, & per Innoc. & Host. in d. c. cùm in officijs. & quod not. in l. defensionis. de iure fisci.

Vltimò ad materiam præsentem adducas plura, quæ dixi. sup. de his qui feu. da. pos. in prin. & in tit. qui succe. te. cum ibi not. in gloss. in ti. episcopum vel abb. & in tit. hic potest esse tit. qui succe. te. c. 1. & plenè per Iac. Ardi. in Summ. in d. ti. de inuestitura prælat. per Canoni. in tit. de feu. in c. 2. & per Summistas communiter super d. ti. & in c. nulla. extra de cōcel. præbend. & in Specu. de his quæ fi. à præla. in fi. & in c. detestanda. de conces. prębend. lib. 6. & plenè in remissionibus quas adduxi in c. moribus. sup. si de feu. fue. contro. & in Spec. de his quæ fiunt à præla. in fin.

AN MVTVS, SVRDVS VEL ALITER IMperfectus.

RVBRICA.

Continuatur ad proximam præcedentem rubricā similitudinariè hoc modo, quia sicut dubitabatur, an inuestitus ab ecclesiastica persona esset capax feudi, & illud retinere posset, ita per similitudinem in isto titulo dubitatur, an mutus, vel aliter imperfectus sit capax feudi, & illud retinere valeat, & hanc continuationem sensit Iac. de Bel. supr. episcopum vel abba. in §. mutus. & quod sit vera continuatio, patet ex dicto tex. qui similiter loquitur de muto, qui tamen tex. est situatus sub illa rubricella, epi. vel ab. &c. quæ tractat de materia tit. præcedentis. Vnde ibi est necesse dicere, quòd ille, scilicet, mutus fuerit adductus per similitudinem: quia aliàs videretur esse fundatus sub incongruo tit. quod non est dicendum, & de hoc dixi etiam in §. quin etiam in eo. tit.

SVMMARIA.

1 *Imperfectio accidentalis etiam perpetua non impedit vasallum à successione feudi.*
2 *Imperfectio naturalis vasallum in feudo succedere non permittit.*
3 *Seruitia præstare non valentes feudum retinere nequibunt.*
4 *Mutus vel aliter an possit feudum tenere, & per substantiam domino seruire.*
5 *Filius vasalli de vtero matris iam mortuæ extractus an possit in feudo succedere.*
6 *Gustus vel odoratus corruptus si fuerit, non propter hoc vasallus feudo priuandus erit.*
7 *Vasallus si mutus, cæcus vel surdus efficiatur feudo statim priuabitur, & quid sit dicēdum si haberet filios.*
8 *Hermaphroditus an in feudo succedat potentia sexus iudicat.*
9 *Virga virilis diminuta non impedit à successione feudi.*

[a] *Cuius præsumātur esse bona clerici. Ad de gl. in c. sint manifestè. 12. q. 1. & in cap. quicunq. 12. q. 3.*

MVTVS, SVRDVS. Præsens materia habet dubios ac varios intellectus. Hinc videmus quòd etiam inter authores textuales fuerunt variæ & diuersæ opiniones, prout

✱ 4 patet

patet in isto textu, super quibus opinionibus plurimi Commentatores dubiè ac cõfusè loquuti sunt, nõ eligẽtes, quę opinio istarum de quibus in isto tex. sit vera & tenenda. Primò namq; ex dictis glossarum positarum hîc in §. mutus. supr. in ti. epi. vel ab. secundum Scribentes non dicitur vera, & firma cõclusio. Idem facit Py. in Summa sua, in ti. qui. mo. feu. ami. recitans has veras opiniones, & non firmans. Hoc idẽ facit Ia. Ard. in eius Summa, in ti. de suc. feu. sub rubricella de muto vel alio imperfecto. Hoc idem seruat Odo. in eius Summa, in ti. qui. mo. feud. amit. ver. 27. nihil firmãdo. Quare superuenerunt aliqui Commẽtatores, qui volentes eligere veritatem in hac materia, posuerunt varias lecturas ad hunc textũ nostrum, quas vt breuiùs potero, recitabo infringendo, & approbando eas, prout melius videtur cõuenire ad hoc, vt veritas clarescat. Reperio nanq; An. de Iser. qui intellexit hanc materiam, & istũ tex. a vt ista sit regula, ꝙ mutus, surdus a vel aliter imperfectus, &c. non possit succedere in feudo, neq; possit illud retinere, verùm dominus benè potest eis facere gratiam, vt retineãt etiam totum siue sit paternum feudum, siue nouum. Et hoc modo intelligit primã partem huius capituli, quę & si solùm loquatur de feudo paterno, tamen hoc extẽdit etiam ad feudum nouum, dicẽs, quòd hîc ideò solùm dixit de paterno, quia ita accidit de facto. Et probat hanc suam lecturã in hoc prin. per c. 1. sup. quemadmo. feu. ad fili. perti. vbi de gratia dominus potest dare & dimittere feudũ fœminæ, quæ aliàs est incapax, & dicit ipse, quòd isti tales, mutus & surdus, &c. poterunt isto casu seruire per substitutum, prout alibi hoc fit, vt in c. si minori. & in c. sequ. sup. si de feu. fue. contr. Secundam verò partem huius literæ intelligit, quando dominus nõ vult facere gratiã, nec vult, quòd ei seruiatur per substitutum. Et hanc partem intelligit, siue isti tales habeãt tale vitium à natura, vt quia cum illo sint nati, siue ex casu superuenienti, dũmodò sit perpetuus. Et ad istum text. dum loquitur solùm de b eo, qui natus est subaudit maximè. b Et probat istum intellectum in hac secunda parte à simili, de clerico & fœmina, prout facit iste text. qui non possunt seruire, vt sup. de succes. feu. in §. filia. & sup. si de feu. fuerit contr. in c. qui clericus. cum si. Nam causa propter quam erat datũ feudum, videlicet seruitium reducitur ad nõ causam, vt sup. de milit. vasal. qui ar. bel. depo. c. 1. Et ideò dominus potest & velle & nolle, quia in re sua propria, &c. l. in re manda. C. manda. sed hæc lectura licet in se posset sustentari, tamẽ vt apertè videmus, non conuenit aliquo modo huic literæ, quia diuinat in pluribus, ac literã violat. Vnde Iac. de Bel. intellexit altero de duobus modis. Primò, quòd secunda opinio hîc posita sit vera, & non prima. Et hoc propter rationem, quæ hîc in fine assignatur, quia cùm feudum datur propter seruitiũ, cui vasallus non potest seruire, non debet posse illud retinere. Nã seruitium potest consistere in locutione, vt sup. de for. fide. & in auditu, & in similibus. vt sup. de no. for. fide. modò si cessat causa, & potentia seruiendi, debet cessare effectus. ff. de condi. sine causa. l. 1. itẽ quia sicut in principali acquisitore, amittitur feudum propter talem causam superuenientem, vt supr. episc. vel abba. in §. fin. Ergò multò magis in successore debet perire, cùm propria prouisio videatur esse inualidior, quàm illa, quæ venit ab alio. instit. de verbor. obligat. in § ex conditionali. Sed ista sua prima opinio, non satisfacit mihi quantum ad istũ text. qui non infert, quòd prima opinio tollatur per secundam, immò potius infert contrarium. Item quia non est verisimile, quòd Obertus author huius operis posuisset suam opinionem erroneam ad hoc vt immediatè corrigeretur per alios. Quare videamus aliam secundam lecturam eiusdem Iacob. de Beluis. qui distinxit, quòd aut loquimur de seruitio tali, quod potest per substitutum adimpleri, & tunc prima opinio hîc posita sit vera. Aut non potest per alium adimpleri, & tunc secunda opinio. Verùm licet ista lectura in se possit continere veritatem, per ea quæ tanguntur in c. si quis decesserit. suprà si de feudo fuerit controuersia, & habeat in se æquitatem secundum ipsum, tamen non videtur mihi, quòd benè satisfaciat ad intellectũ totius materiæ. Vnde Nicol. de Neapol. intellexit primam partem, quod loquatur in feudo paterno, & imperfecto ex accidenti. Secundã verò partẽ intelligit in imperfecto à natura, sed in feudo nouo. Et ista lectura, licet in se sit vera, tamen quòd secunda pars loquitur solùm in feudo nouo diuinat. Quare reperio Pet. de Cer. aliter intellexisse, & benè iudicio meo, & ante ipsum

a *Mutus, surdus. Adde Card. Zab. & Card. Alex. in c. cùm apud. de span. Bald. in extra. de pace Constan. in versi. libellarius. & per Oldra. consil. 247.*

b *Maximè. Ad [illegible] quid im[illegible] [illegible] ista di[illegible] maximè: vide per Bar. in extr. ad reprim. in verbo maximè. Raphael Cu. cõs. 87. inci. Frãc. de la canipa. in fi. vlti. col. Phil. Cor. cõs. [illegible].*

ipsum fuitisse intellectus Glossatoris in d. §. mutus, si sanè intelligatur, vt ibi dixi, videlicet vt iste tex. loquatur totus in successione feudi paterni. Verùm in prima parte ponit, & determinat de muto, vel aliter imperfecto ex accidenti, qui succedit in tali feudo paterno. In secunda autem parte loquatur de muto, à natiuitate, qui in tali feudo non succedit, in nouo autem feudo quæsito per aliquem, vtrum ipse quærens posit illud retinere, si postea ex accidenti mutus efficiatur, vel aliter imperfectus? & tunc dicit ipse, quòd est recurrendum ad dictum §. mutus. sup. episcop. vel abbat. vbi determinatur quòd non. Verũtamen ibi subiungitur, quòd si tale feudum fuit adeò magnũ, quo ablato ipse vasallus non posset se exhibere, quod tunc debet sibi tantum relinqui, vt possit inde se exhibere & sustẽtare. Et hæc lectura congruit huic literæ in omni sui parte. Ex qua lectura ipse colligit, quòd solùm est fienda differentia inter vitium naturale, & accidentale, prout alibi etiam fit. C. de excus. tut. in l. 1. & ff. de exc. tut. in l. spadonum. Sed ex hac lectura videtur insurgere magna iniquitas, videlicet, quòd hic magis punitur ex vitio naturali, quàm ex vitio accidentali, quod non videtur rationabile, cùm vitio naturali nõ possit aliquid opponi, sed vitium accidentali, sic l. maximum vitium. C. de libe. præte. Ad hoc respondetur, vt hîc colligitur ex dictis Bald. qui tandem videtur in sua distinctione assentire ipsi Petro, quòd nulla culpa suberat in illa accidentia vitij accidentalis. Et assignat rationem differentiæ, quia quando vasallus à natura nascitur imperfectus, tunc cõtractus iste feudalis deuenit in persona sui ad casum, in quo non potuit vnquam conseruari in statu suo, & ideò vitiatur. ff. de fideius. l. generaliter. & l. Vranius. Sed quãdo est imperfectus ex accidenti, tunc benè retinere potest feudũ, quia habuit originẽ fundamenti, nedum in personam patris, sed etiam in suam. Vnde fortius est, quòd duabus radicibus fundatur, quàm quòd vna sola, vt in Auten. de consan. & vteri. fra. in §. 1. Secundum itaq; hanc lecturam Pet. de Ceruia, diuido istud capitulum in duas partes, quoniam in prima loquitur de imperfecto ex accidenti. In secunda de imperfecto à natura. In tertia assignat rationem. Secunda ibi, quidam. Tertia ibi, quia.

CASVS.

In feudo paterno succedit mutus vel aliter imperfectus factus ex accidenti, non autem, qui sic nascitur. hoc dicit. In textu, ibi, imperfectus, scilicet, à casu, secùs si à natura, vt infrà sequitur in 2. parte. Ibi, paternum, secùs si nouum, vt hîc dixit gl. & inf. dicam. Ibi, dicunt, scilicet, non corrigendo prædicta, sed determinando casum qui sequitur.

1 † Not. quòd vitium imperfectionis accidentale, etiam perpetuum non nocet vasallo, quantum ad successionem, seu retentionem feudi paterni, vt hîc. Secùs autem in nouo, quia illud retinere nõ posset tanquam feudum, sed tamen ex eo debet sibi tantum relinqui, vt se sustentare valeat, si non habeat, vnde & feudũ sit magnum. Ex hoc voluit etiam gloss. 1. hîc posita, quæ remittere voluit ad §. mutus. supr. episc. vel abbat. licet malè allegauerit. Vtrùm autem surdus & mutus possint confiteri, vide Bald. in l. 1. C. de confessis. sed an possint contrahere ma- a trimonium *a* habetur in c. cùm apud, extra de spon.

2 † Not. quòd vitium imperfectionis naturale, officit vasallo, vt non succedat, seu retineat feudum paternum, verum etiam isto casu debet sibi relinqui tantũ de dicto feudo vt se possit sustentare, si non habet vnde, vt sup. proximè dictum est in præcedenti notabili de feudo nouo. & hoc vult gloss. 2. hîc posita, quæ notabiliter hoc determinare videtur, & dicitur imperfectus à natura, quando opera medicorum adiuuari non potest, vt in c. ex literis, de frigi. & malè.

3 † No. rationem quare imperfectus à natura, & effectus clericus, & mulieres, feudum non possunt retinere, quia seruitia non possunt exhibere. Et ad hoc gl. fi. hîc posita allegauit plures concordantias, adducens etiam vnum simile in iure Lombardorum, quia mulier non potest componere cum inimicis super morte parentum, quia faldam leuare non po- b test, *b* hoc est, inimicitiam nõ potest tollere, vt alibi exponitur per glo. sup. de his qui feud. dar. pos. in §. hoc autem notandum. Vtrum autem clericus à principio possit de nouo inuestiri de feudo, dixi de milite vasallo qui arm. bell. depo. capit. 1. & de capitulis Coradi. in §. finali.

4 † Quæro cum gloss. penult. hîc posita, an iste mutus, vel aliter imperfectus à na-

a *An possint cõtrahere matrimoniũ. Ad de gl. in c. tua fraternitatis de spon. Host. in Summa ti. de matrimonio. in §. quis possit Bald. in l. pe. C. qui testa. fa. po. & per Paul. de Castr. in l. ex facto in 2. col. ff. de vul. & pu. & an possit baptizare, & puerũ tenere. vide text. in c. paruuli. de consecr. dist. 3. & per Phi. Frã. in c. 1. in 1. col. de cog. spiri. li. 6. & an tenendo cõtrahitur compaternitas. vide per Cardi. in c. cõtracto. in vlt. col. eo. titul. in antiquis.*

b *Quia faldam leuare non potest. Adde l. si femina. C. ad turpi. l. nõ ignorat. C. qui accu. non pos. inst. de suspi. tuto. in §. consequẽs. & per Ang. cõs. 292. inci. viso facto.*

a Posit sibi retinere feudũ. Adde Docto. in c. cũ apud. de ſpon. Bald. in extrauagã. de pace Conſtãtiæ. in ver. libellarius. in fine.

a à natura poſsit ſibi retinere feudum a ſeruiendo per ſubſtitutum. Et reſpõdet iſta glo. quòd ſic præſupponendo quod poſsit retinere feudum. Sed tu contra hanc quæſtionem conſidera, quòd iſte talis à natura natus æquiparatur clerico & mulieri, ex eo quòd nõ poteſt ſeruire modò ſi attenderemus ſolam æquiparationem ad clericum, tunc eſſet dicendum, quòd poſſet ſeruire per ſubſtitutum, attẽto genere ſeruitiorum, quia hoc idem firmatur in clerico, vt dixi ſupr. de mili. vaſ. qui ar. bel. depo. Sed iſta æquiparatio nõ eſt bona in terminis huius quæſtionis, quoniã clericus aliàs fuit habilis, quia non ſemper fuit clericus. Igitur melior eſt æquiparatio, quã facit de fœmina, quia fœmina ſemper fuit inhabilis: ſicut iſte natus imperfectus. Vnde ſicut fœmina nõ poſſet retinere feudũ, & ſeruire per ſubſtitutũ, vt ſup. de his qui feu. da. po. in d. §. hoc autem. Ita dicendum videtur etiam in tali imperfecto à natiuitate, & hoc videtur etiam eſſe de mente eiuſdem Petri & Bal. De qua materia dixi in §. ſed nec eſt alia. ſup. quæ fuit prima cauſa benefi. amit. & in c. ſi quis deceſſerit. in c. qui clericus. ſuprà ſi de feu. fue. contro.

Opp. ab extra contra iſtum textum, & ea quæ dicta ſunt, videlicet, quod imò vaſallus quantumcunque imperfectus, etiam à natura non debeat priuari feudo paterno, quia poſtquàm ſine ſui culpa nõ poteſt ſeruire, non debet puniri, vt ſupr. quæ fuit prima cauſa benef. amit. in §. ſed nec eſt alia. Item, quia vaſallus ex forma fidelitatis, non tenetur ad impoſsibile, vt ſup. de forma fide. c. 1. & inf. tit. ſeq. c. fin. in fi. Sol. pro declaratione omniũ prædictorum, & totius materiæ Bal. notabiliter diſtinguit hoc modo, videlicet, ꝙ aut impedimentum eſt temporale, & tũc non euaneſcit feudum. Aut eſt perpetuum; & tunc aut culpa vaſalli, & euaneſcit, arg. no. in l. ſed ſi res. ff. de lega. 1. Aut ſine ſua culpa, & tunc aut eſt impedimentum, quod minuit quantitatem ſiue qualitatẽ ſeruitij, vt quia non ita benè audit, ſicut ſolet, vel non ita benè ambulat, vel non ita benè loquitur, & per hoc non perdit feudum, inſti. qui. non eſt perm. fa. teſt. §. item mutus. ff. de act. & oblig. l. 1. §. fin. & in hoc etiam concordat Odof. & And. de Iſern. quia intelligitur iſta materia de imperfectione, quæ facit inhabilem in totum. l. 1. & 2. C. qui morbo. lib. 11. & ff. de legi. tut. l. penulti. Iſta enim perfectio, de qua in iſto titulo, ſignificat totalitatem imperfectionis, vt eleganter dixit Bald. hîc ſuper rubrica, & eſt text. in d. §. mutus. ſupr. de epiſco. vel abbat. Aut quantitas ſeruitij in totum tollitur. Ita quòd nullo modo præſtari poteſt, & tunc aut eſt feudum nouum, & nõ durat, ſed hinc inde ſoluitur obligatio. Aut eſt feudum antiquum, & tunc diſtingue genera ſeruitiorum, quoniam ſi eſt tale ſeruitium, quod poteſt æquè præſtari per alium, & tunc ſeruiet per ſubſtitutum, & in hoc etiam concordat Iacob. de Beluiſ. quod puto intelligendum, quando vitium eſt accidentale, ne contradicat his, quæ priùs dicta ſunt. Aut tale ſeruitium non poteſt æquè pręſtari per ſubſtitutum, & tũc ſi eſt imperfectus à natura, & non ſuccedit, vt hîc in ſecunda parte. Aut ex accidenti, & tunc retinet feudum, vt hîc in prima parte. Sed iſto caſu putat Bald. quod debeat commutari ſeruitium, ſicut quando præceptum teſtatoris non poteſt ſeruari iuxta votum ſuum. l. legatum ciuitati. ff. de vſufru. lega. & ff. de adminiſtr. re. ad ciui. perti. l. legatum, & quod not. in Cle. 1. de relig. do. Facit quod habetur ſupr. de inueſtit. de re alie. fact. in princip.

Et intelligas prædicta ſecundum ea, quæ dicta ſunt ſupr. in primo & ſecundo notabili, videlicet, quòd quando vaſallus amittit feudum, propter tale vitium imperfectionis, quod nihilominus debeat ſibi relinqui tantùm, vnde ſe poſsit ſuſtentare, vt ibi dixi.

5 †Quæro ab extra, quid ſi filius ſit extractus de ventre matris iam mortuæ, an ſuccedat in feudo? dic quod ſic. arg. ff. de liber. & poſthum. l. quod dicitur. ff. ad Tertullian. l. 1. poſt princip. & tenet Iac. Ardi. in titul. de ſucceſ. feu. ſub rubr. vbi fra. ſuc. fra. in fi.

6 †Quæro quid de imperfecta ratione guſtus vel odoratus, an priuetur feudo, dic quod non, niſi tale eſſet feudũ, & eius qualitatis, cui non poſſet vaſallus ſeruire, ſicut ſunt iſti lagerij, & ſeſcalchi faciũt credentiam dominis, quia tunc haberet locum iſte titulus. Facit quòd not. Inno. extra de obſer. ieiun. in rubrica. Et eſt ratio, quia eſt deſtitutus à natura in eo, in quo ſecundum qualitatem feudi debet ſeruire. Idem dicendum in alijs caſibus, vt ſi quis eſſet ſtrumoſus, per dictam rationem. Facit leg. final. ff. de cur. fur. ff. de liberis & poſthumis, leg. ſi quis

quis posthumos secundum Bald. in d. §. mutus.

7 † Quæro, datum fuit feudum patri, cui filius etiam in feudo successit, & tunc erat sanus, postea est factus inutilis & imperfectus totaliter, vel per morbum, vel ex aliquo accidenti amisit visum, vel loquelam, vel auditum, an retinebit feudũ? & dic quod sic, vt hîc in princip. postquã est feudum paternũ, secùs autem si fuisset nouum, vt in d. §. mutus.

Quod intellige, quando tale vitium venit absq; culpa vasalli, vt suprà dixi. Facit l. si militem. C. de condit. ob causam. licet quidam tenuerint, quia perdit, vt dicit Bal. in d. §. mutus. Quæro quid si mutus, vel aliter imperfectus, haberet filios, an auferatur tunc feudum? Et dicit hîc Bal. super rubri. quòd non. per l. 1. C. qui admit. ad bo. pos. & ibi per Cy.

Quod intelligit And. de Iser. verùm in feudo paterno per ea, quæ not. sup. de succes. feu. §. hoc quoq;. & quæ fuit prima causa benefi. amit. in §. fin. Sed in feudo nouo dicit ipse, feudum debet reuerti ad dominum exclusis omnibus, quia dominus elegit personam, & industriam ipsius vasalli, nunc effecti muti. Vnde industria filij non censetur sibi ita grata, sicut illa patris, qui sibi amplius seruire nõ valet, l. inter artifices. ff. de solutio. & ita determinat in d. §. mutus. supr. episc. vel abba.

8 † Quæro quid de Hermaphrodito, dic quod si præualet in masculino sexu, quod succedet in feudo, aliàs secùs. l. quæritur. ff. de sta. ho. & de testi. l. repetundarum. §. 1. & per Iac. Ardizo. in tit. de succes. feu. sub rubricella vbi frat. suc. frat. in fin. & per Bald. in l. fin. C. de suis & legit. hæred. vbi declarat quale nomen debet ei imponi in Baptismo, & circa prædicta vide per Canoni. in c. non est dubium. extra de sentent. excommu. & quod dixi in §. præterea. infr. de prohib. feu. alien. per Feder.

9 † Quæro quid si aliquis est imperfectus in membro ita, quòd est sine virga, & nõ potest generare, an succedere possit in feudo paterno, & dicit Bal. quòd sic in d. §. mutus, quia aliàs sequeretur, quòd quilibet sterilis non succederet, quod nõ est verum. Nam priuilegia durant etiam in sterili. l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. Item quia talis defectus pudendorum non est euidẽs. Sufficit enim, quòd non sit mulier, vt no. in l. de quibus. ff. de legi. sed quòd sit aliàs sensatus, & aptus mente & corpore. Et ita dicit se consuluisse in ardua quæstione. Et facit quod notat Ioan. An. in c. omnis. de pœn. & remis. in nouella.

Vltimò ad materiam præsentem adducas plura quæ tetigi in d. §. mutus. suprà episcop. vel abba. & in locis quos suprà in principio huius capituli allegaui, & quod notat. per gloss. & Doctor. in l. de quibus. ff. de legibus. & in l. 1. C. quæ sit long. consuetu. & quod tangitur per Guliel. de Cun. in l. si filius. ff. si certum petatur. & quod habetur in l. si quis in graui. in §. surdus. ff. ad Sylleian. & in l. discretis. C. qui testament. facere pos. per Canonistas in titu. de corpore vitiat. &c. per totum.

AN ILLE QVI INTERFECIT FRATREM domini, &c.

RVBRICA.

Continuatur quia suprà proximè declarauit, qualiter vasallus priuatur feudo ex vitio sibi contingente, absque aliqua culpa sua. Nunc verò declarare intendit, quando priuetur ex vitio sibi contingente propter delictum, & culpam suam.

SVMMARIA.

1 *Vasallus fratrem domini non proditoriè occidens, non perdet feudum.*

2 *Vasallus fratrem domini in odium ipsius domini si occiderit feudum amittit.*

3 *Vasallus occidens proditoriè debet feudum amittere.*

4 *Vasallus ob feloniam à curia domini exclusus quando sit feudo priuandus.*

Bona sua an quis perdat propter suum homicidium.

Dominus occidens fratrem suum, vel aliquẽ alium proditoriè, an priuaretur proprietate feudi, ad instantiam vasalli.

5 *Vasallus post delictum effectus furiosus pro culpis præcedentibus feudo ciuiliter priuabitur.*

Vasallus occidens proditoriè filium fratris domini, vel filium fratris sui, an amittat feudum?

6 *Vasallus occidens conuasallum, an priuetur feudo.*

7 *Vasallus ob ignominiosum delictum à curia domini repulsus, à feudo est repellendus.*

SI QVIS INTER. Diuiditur istud capitulum in quinq; partes. In prima vasallus occidit fratrē domini sui non proditoriè, neq; in iniuriam domini ipsius, quo casu, nō perdit feudum. In secunda occidit fratrem suum proprium, vt habeat eius hæreditatem, vel aliquam aliam feloniam commisit, ex qua amplius non potest stare in curia domini cum honore, vt puta quia hominem proditoriè occidit, quo casu, priuatur feudo. In tertia parte determinat, qualiter isto proximo casu tale feudum si est paternum, non reuertitur ad dominum, quia delictum vasalli non est commissum contra dominum, sed dictū feudum transit ad agnatum proximiorem ipsius vasalli. In quarta declarat, qualiter quis intelligatur esse proximior in casu supr. proximo, videlicet, vt fiat dinumeratio graduum secundum formam iuris communis. In quinta parte determinat, quòd si tale delictum respiceret personas domini: vt puta quia esset factum animo iniuriandi ipsum, vt tunc tale feudum reuertatur ad dominum. Secunda ibi, sed si fratrem. Tertia ibi, quādo tamen. Quarta ibi, eadem. Quinta ibi, cùm autem. Et ista diuisio tam pinguis sufficiat etiam pro summario. In tex. ibi, si quis, subaudi, vasallus. Ibi, domini sui, subaudi, & non proditoriè ne obstare videatur id, quod statim subiungitur in casu sequenti. Item, adhuc intelligas, quòd non occiderit in iniuriam domini, quia tunc perderet feudū, & applicaretur domino, vt patet inf. in vltimo casu. Ibi, fratrem suum, scilicet, ipsius vasalli. In hęreditatem, ideò dixit totā, quia adhuc erat cōmunis inter eos. Ibi, tradendo, scilicet, proditoriè. Ibi, non possit. Nā dominus nō patitur stare tales proditores in curia sua, quoniā sine verecundia non possunt in dicta curia comparere. Quid autem sit curia, habetur infr. de capi. qui curi. ven. Ibi proximiorem etiam in infinitum, dūmodo descendat à stipite primi acquirētis, & sit de transuersalibus ipsius vasalli delinquentis: secùs autem si esset de filijs descendentibus, quia tunc non admitteretur, vt dixi sup. si vasal. feu. priu. cui de. debe. in c. 1. Ibi, paternum fuerit, dic q; secùs si nouum esset, quoniam tunc reuerteretur isto casu ad dominum, vt in §. fin. sup. quæ fuit prima causa ben. amit. & ibi dixi. Ibi obseruando, §. in casu sup. proxi. quicquid dixerit Ia. de Bel. Ibi, gradus, §. transuersalium agnatorum, non autē referas ad filios vel alios descendentes, vt supr. dixi. Ibi, in legibus, vt ff. de gradib. & inst. de gradib. Facit etiam sup. in ti. de gradibus suc. feud. Ibi, cùm autem, dic, q; iste vers. potest referri vel ad principium capituli, vt supr. dixi, videlicet, quòd vasallus interficiens fratrem domini, non priuatur feudo, vt ibi, nisi illud tale delictum esset perpetratum in iniuriam domini, vt hîc, & statim dicam. Vel intelligas, quòd hîc ponat regulā generalem, de qua in §. deniq;. sup. quæ fuit prima causa ben. amit. Nō enim potest referri ad sup. proxima, quia ibi loquitur in feudo paterno, in quo propter delictum commissum in tertiam personam, non reuertitur feudū ad dominū, vt dixi in d. §. deniq;.

1 † Not. regulam quòd vasallus interficiendo fratrē domini, nō priuatur feudo, vt hîc in prima parte, quæ regula fallit. Si proditoriè ipsum occidit, vt hîc in secunda parte, quo casu priuaretur feudo, & applicaretur agnatis, prout fieret de homicidio simili commisso in personam alterius, secundum And. de Isern.

2 † No. secundum præfatum Andr. de Iser. quòd si vasallus occidat fratrem domini sui principaliter in odium ipsius domini, vt dominus careret tali fratre, quòd tunc tale delictum videtur respicere personā ipsius domini, & per cōsequens isto casu feudum deberet reuerti ad dominū, & hoc probat per finem huius capituli. Item & per rationem positam in l. item apud. §. pe. ff. de iniurijs. Per quod dictū si est verum limitabitur ista materia, de qua dixi in d. §. deniq;. in cōclusionibus. Facit pro hoc, quod dixit gloss. sup. qui. mo. feu. amit. in §. si fratrem. quæ expressè tenet, quòd quando vasallus occidit fratrem domini proditoriè, quòd amittit feudum, & tunc tale feudum reuertitur ad dominum. Quam sequitur etiam Iac. de Bel. dicens, quòd prodimentum istud operatur. Nam secùs, si à casu, vel alio modo occiderit fratrem domini, vel suū, quia tunc non priuaretur. Facit l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis.

3 † No. quòd ex homicidio proditoriè cōmisso, quis priuatur feudo, & ratio assignatur in isto tex. quia nō potest vasallus tale homicidiū cōmittens sine dedecore morari in curia domini. Potest etiā assignari alia ratio, quia proditor non est capax beneficij, vt in c. clericus. 46. dist.

Nam cùm feudum à fidelitate dicatur, & propter fidelitatē datur, vt suprà per quos fiat inuestitura, in fine. Et qui proditionem commisit, præsumitur sine fide. l. si cui. §. 1. ff. de acc. igitur, &c. secundum Ia. de Belui. & dicit Andræas de Isernia, quòd ille *est proditor*, qui tradit aliquem non diffidando. Sed tu dic clariùs secundum Barto. in l. respiciendum. in §. delinquunt. ff. de pœnis, quod prodere est, quando mente vnū geritur, & aliud actibus ostenditur, vt ff. de præuari. l. 1. & ponit exemplum, si vado tecum, tanquam socius itineris, nulla interueniente rixa te percutio vel occido, id est, si sedens tecum in mensa hoc facio, vel si cùm tibi essem amicus, percussi te de retro, nullo pcedente rancore. Vnde istis casibus videor proditoriè gessisse, quia aliud gerebam in animo, quàm illud, quod gerebā in actu. Ad quod facit. C. de ele. l. fin. Sed quando quis esset mihi inimicus, ita quòd esset rancor inter me & ipsum: tunc proditoriè non intelligor percutere vel occidere, quia per inimicitiam ostendebam illud, quod facio in actu, scilicet, me velle tibi deseruire secundum Barto. Dicit quoque Iacob. But. in l. athletas. in §. calumniator. ff. de infa. quod omnis, qui dat alicui potionem venaticam dicitur proditor. Et de hac materia proditionis habetur etiam per Ioan. Andr. in c. pro Humani de homicidio. lib. 6. & quod not. in c. fin. 46. distin. & quod no. per glo. in l. si quis à Barbaris. C. de re. mili. lib. 10. & per Bald. supr. quibus mod. feud. amit. in princ. & per Ioan. And. extra de feudis. in c. 1.

4 †Not. regulam istam secundum Iaco. de Bel. quod si [a] propter feloniam cōmissam, non potest Vasallus esse in curia domini, quod amittit feudum, quod intelligit gloss. hic posita duobus modis.

Primò, vt amittat feudum, etiam si posset morari, sed tamen non sine eius verecūdia potest ibi morari, & existere, quia paria sunt, nullo modo posse morari, vel morari secum cum verecundia: quoniam qui sine verecundia non posset stare, non intelligitur stare. Et ad hoc induxit ista glossa plura & similia, quæ videas per te, quia clara sunt.

Vel, secundò dixit gloss. quod potest intelligi de eo Vasallo, qui nullo modo potest in curia morari. Verùm ista gloss. approbat primam, quæ notabilior est, licet videatur elici ex impropria locutione literæ, prout alibi facit iurisconsultus. in l. si tertius. in §. inde quæritur. ff. de aqua plu. arcen. vbi quis agit, vt consequatur suum damnum, quod intelligi debet, id est, extimationem damni, vt in dicta l. in fine. Et de materia locutionis impropriæ plenè per Bald. in l. finali. C. de hæred. insti.

Opp. ab extra, quòd imò Vasallus multò fortiùs debeat priuari feudo, quando occidit fratrem domini sui, quàm quando occidit fratrem suum proprium, ex eo, qā plus peccauit in dominum, à quo cognoscit feudum occidendo fratrem ipsius domini, qui erat de sanguine suo, quàm occidendo illum, qui non est de sanguine suo, sed de sanguine occidentis. argu. in l. neganda. C. qui accu. non poss. Sol. consideratur delictum Vasalli, quia magis deliquit occidendo fratrem suum pprium, & spargendo proprium sanguinem, quàm alienum. l. 1. ff. ad l. Pomp. de parri. Item, quia occidere fratrem suum, nō est aliud, quàm sanguinem proprium perdere. arg. in l. vtrum. ff. ad l. Pompe. de parri. Item, quia iste Vasallus occidit fratrem suum, vt haberet totum feudum, & hæreditatem, & sic deliquit respectu feudi, sed quando occidit fratrem domini, nihil deliquit respectu feudi, quia ab eo nihil recognoscebat. Nam in feudis secundum Bald. magis cōsideramus realitatem feudorum, quàm affectionem personarum, aliàs sequeretur, quòd Vasallus, qui occidit vnum magnum amicum domini, quod deberet feudo priuari, quod non est dicendum secundum ipsum.

Oppo. quòd imò occidendo fratrem domini priuari debeat feudo, per rationē huius literæ, quia ex hoc delicto videtur, quòd non posit sine dedecore stare in curia domini. Solut. ista ratio habet locum in casu suo, videlicet, quando deliquit respectu feudi, vt haberet omnia bona, vt supr. dictū est. Vel quādo proditoriè interfecit aliquem, quia prodimentum hoc operatur, vt sit alienus à facie omnium dominorū & Principum. l. sed & miles. in §. sed ignominiæ. ff. de excu. tu. Nam si proditoriè interfecisset fratrem domini, tunc idem esset, vt dixit super text. & glo. hoc tenet in dicto §. item si fratrem.

[a] *Propter feloniam. Adde gl. in l. peculium. in §. pe. ff. de pæ. & in l. quod dicitur. et ibi Barto. ff. de impub.*

Oppo. ad idem, quòd imò per homicidium commissum in personam fratris domini priuetur feudo, quoniā saltem condemnabitur criminaliter de homicidio, ex quo bona omnia debēt sibi adimi. l. 3. in §. penultimo. ff. ad l. Corne. de sicca. Sol. dicit Bald. & multum notabiliter, quod

quando Vasallus occidit fratrem suum, vt habeat bona, vel aliquem alium proditoriè, tunc damnabitur criminaliter, & tunc nihilominus poterit ꝓcedi contra ipsum, etiam ciuiliter ad priuationem feudi, secundum iura feudalia, sed quando occidit fratrem domini, fatetur ipse, quòd benè poterit condemnari criminaliter, & in consequentiam ex isto iudicio criminali, posset etiam perdere feudũ, sicut alia sua bona. Sed tamen non poterit cõtra ipsum ꝓcedi ciuiliter, ex iure feudali ad priuationẽ ipsius feudi, qa frater ipsius domini est omninò à feudo alienus. Vnde concludit ꝗ ipse, quantũ ad criminalẽ ꝓcessum, non debet fieri differentia inter istos casus, siue occidit fratrem domini, siue alium, quia vtroque casu per sententiam condemnationis criminalem, occisor perdet feudũ, & in hac conclusione dicit esse etiam Iac. de Belui. Vtrum autem hodie per homicidium quis amittat [a] bona? dic vt in Auten. bona damnatorum. C. de bo. proscrip. Ad quem verò vadat feudum Vasalli, qui patitur maximam capitis diminutionẽ. dixi in dicto §. denique. in conclusione trigesimaquinta. & supr. qualiter olim po. feud. alie. in §. 1.

a Per homicidium quis amittat bona. Adde qd de homicida sui ipsius, an talis perdat bona, & applicetur fisco, vide per gl. in c. displicet. 23. q. 4.

Oppo. quòd imò etiam si occidat fratrem domini absque proditione, quòd debeat amittere. Nam si concubat cum sorore domini, manente in domo, amittit feudum, vt supr. quibus mo. feudum amit. in §. 1. Ergò multò magis debet amittere fratrem domini occidendo. Solu. lex repetat illam maiorem offensam. l. isti quidem. ff. quod metus causa. Quod patet etiam, quia illa nullo modo est excusabilis. l. 1. C. de rap. virgi. Ista sic quandoque, vt supr. de pace tenen. in §. si quis alium.

Oppo. de §. aut si libellario. in fin. suprà quibus modis feudum amitta. vbi videtur dicere, quod quando Vasallus occidit fratrem, quod feudum reuertatur ad dominum, & hoc referendo illum text. ad superiora, in quibus posuit de Vasallo occidente fratrem, prout videtur præsupponere illa litera. Solue, vt ibi latè dixi in opposit. Quæro ab extra, quid econtrà, si dominus occidat fratrem suum, vel aliquem alium proditoriè, ita, quòd non possit comparere sine dedecore, an priuabitur proprietate ad instantiam Vasalli, dicit Andræas de Isernia quod non, tum quia non interest Vasalli, cùm non expectet seruitium à domino, sicut est econtrà. Vnde ista ratio huius text. non vendicabit sibi locum. imò videtur potiùs, quòd sit vtilitas Vasalli, qa interim erit solut⁹ debito fidelitatis, iuxta ea, quæ traduntur supr. hîc finitur lex. post princip. Tum quia text. infr. qualiter do. proprie. priue. præsupponit, quòd felonia sit commissa contra Vasallum. Vnde cùm sit diuersa ratio, debet statui diuersum ius. l. à Titio. ff. de verborum obligat. Et sic non obstat. supr. de forma fidelitatis. in fi. & in dicto capitu. domino commit. supr. si de feudo fuerit controuersia. Et vide ad prædicta, quod dixi suprà de consuetudine recti feudi. in versic. & cùm datur. in 2. notabili.

5 †Quæro, quid si iste Vasallus delinquẽs post delictum efficiatur furiosus, an poterit ex culpis præcedentibus pati sententiam priuatiuam? dicit Bald. quod sic ciuiliter, dato curatore: non autem criminaliter. ff. de pub. iudi. l. penult. §. ad crimen. & ff. ex quibus caus. in pos. eatur. l. Fulcinius. §. planè. De eo autem, quod faceret in fauore, non puniretur. ff. de offic. præsi. l. diuus. Ad quod facit Cle. p. ima de homicidio. & l. infans. ff. ad l. Corne. de sicca. & ff. ad l. Pomp. de parri. in l. penulti. in fin. Quæro an iste text. verificetur, etiamsi Vasallus occiderit filium fratris domini, vel filiũ fratris sui? dic quod sic, per dictum §. item si fratrem. cum ibi not. & tenent Doct.

6 †Quæro quid si Vasallus occidat conuasallum, an feudum amittat? Et videretur dicendum quod non, quia si occidendo fratrem domini, non amittit, vt hic, multò minus videtur in casu proposito. Sed tamen hoc non obstante, videtur Iac. Ardizo. inclinare in contrarium, vt amittat. per l. omne delictum. in §. si quis. ff. de re mili. & l. verùm. in principio. ff. pro socio. & C. si libera. imperia. l. 1. libro decimo. cum simi.

7 †Quæro, quid si ex aliquo alio delicto ignominioso, non possit stare in curia domini, puta, quia damnatus de adulterio, vel ex aliquo simili remissus à curia, & ante dominum stare non possit, an habebit locum iste textus? Et dicit idem Iacobus Ardizo. quod sic. argu. ff. de his, qui not. infa. l. secunda. §. miles. & ff. de re mili. l. 4. §. adulteri. & l. milites. §. missionum. Non tamen intelligas dicit ipse, quòd ex omni causa, ex qua opinio Vasalli grauatur, veniat priuandus. per ea, quæ habentur suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. illud enim, & dic, vt ibi.

Vltimò

Vltimò ad materiam præsentem adducas alia, quæ dixi in dicto §. similiter. supr. quibus modis feudum amitta. & supr. si de feudo fuerit controuer. in cap. si Vasallus culpam. & in dicto §. deniq;. supr. quæ fuit prima causa be. amit. & in d. ti. supr. si Vas. feud. priue. cui de. deb. & quod tangitur per Ray. in l. si sequens. ff. ad Sylleiam. & plenè per Iac. Ardi. in Summa. in tit. quib. mod. feud. amitt. sub rubricella, si fratrem suum interfecerit, cum duabus rubricellis sequen. & per Canonistas. in c. ad aures. & in c. in quibusdam. extra de pœnis. & quod not. in c. 2. extra de feudis. & in directoria iuris tit. de feu. §. 4. propter feloniam. & per Hostien. in Summa ti. de feu. §. vtrum. versic. propter feloniam.

SVMMARIA.

1 *Vasallus seruitium exhibere domino non tenetur, nisi ad idem interpelletur.*

NON COGITVR. Istud capitulum cõtinuatur ad proximè superiora, vbi dixit, q. quando felonia respicit dominum, quòd Vasallus priuatur feudo, & ad dominum reuertitur. Sed quia dubitari poterat, an Vasallus non spontè se offerendo ad seruitia domini, intelligatur committere feloniam erga dominum, ex qua priuetur feudo. Idcircò, vt tollatur ista dubitatio, subiunxit istud capitulum. Et ex prædictis potes colligere, qualiter faciat ad tit. quia aliàs nihil commune videretur habere cum tit. isto. Nam in compilatione antiqua omnes isti tituli erant sub rubrica, quæ est supr. hîc finitur lex. deinde cõsue. regni inci. & dixi super rubrica. supr. titu. proxi. Nec hîc erant interiertæ aliquæ aliæ rubricæ, prout patet ex dictis Iaco. Ardi. sub rubricella tertia. in titu. quibus mod. feud. amit. Et in summa hoc vult.

Vasallus non tenetur se offerre domino ad seruitium, nisi sibi fuerit denunciatum, quo casu, seruire cogitur, si potest. hoc dicit. In textu ibi, omninò, hoc est, sine præfinitione alicuius temporis, vt supr. si de feudo fue. contro. in c. licet. Ibi, Mediolani, subaudi, imò etiam vbicunque, quia talis consuetudo est generalis, vt not. gloss. supr. hîc finitur lex. in §. ad hæc. Ibi, si potest: nam si non posit, esset excusatus, vt not. gloss. supr. quibus modis feud. amitt. in princip.

1 †Not, regulam, quòd Vasallus ad præstationem seruitiorum, non constituitur in mora, nisi mediante interpellatione. Et ad hoc gloss. prima hîc posita, induxit plura exempla, quæ vide p te, quia clara sunt. Nec habet obstare huic regulę l. magnam. C. de contrahen. & commit. stip. & l. 2. C. de iure emphi. In quibus apparet, quòd nõ est necessaria interpellatio hominis ad moram constituendam. Et licet ista gloss. quæ mouet istud contrarium hîc in fi. non soluat: tamen tu solue, vt clarè dixi in d. §. ad hæc. in 1. notabili. & per hoc est expedita gloss. 1.

Oppo. glo. fi. contra suprascriptam regulam, quòd imò Vasallus debeat spontè offerre, nõ expectata interpellatione domini de di. c. licet. in 2. responso. Solu. fallit in illo casu, quando Vasallus scit magnum periculum domino imminere, quia tunc lex interpellat ipsum, vt ibi dixi in d. §. ad hæc. & latè supr. quæ fuit prima causa benefi. amit. in §. sed nec alia. & plenè de materia oblationis, per Doct. in l. acceptũ. C. de vsur.

Vltimò addas hîc plura ad materiam, quæ dixi in d. c. licet. & in d. §. ad hæc. & vide similiter de materia in remissionibus pluribus, quas ibi in vtroque loco adduxi, & quod not. gloss. super §. requisitus. sup. de no. fi. for. & in remissionibus adductis. in d. §. sed nec alia.

DE VASALLO CONTRA CONSTITVTIONEM Lotharij feudum alienauit.

RVBRICA.

QVia Vasalli priuantur feudo, non solùm propter feloniam prouenientem ex delicto, sed etiam ex felonia seu ingratitudine proueniente ex contractu, vt supr. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. denique. Idcircò postquam author suprà in titu. præcedenti tractauit de felonia procedente ex delicto: Nunc in isto ti. subijcit de alia, quæ prouenit ex cõtractu, videlicet, de alienatione facta contra prohibitiones feudales.

SVMMARIA.

1 *Pœna delicto commensuranda.*
2 *Vasallus feloniam in vnum dominorum committens feudi partem perdet.*
3 *Vasallus sine domini voluntate, qualiter possit feudum refutare.*
4 *Libellarius vel conductor iuribus suis domino inuito non renunciabit.*

a Imperator potest appellari Rex. Adde in titul. de pace tenē. in prin. Aliquādo appellatur Sanctissimus, vt in l. quaeris. ff. de na. re. Pau. de Cast. in rub. C. idē Pau. in l. cum Sylleianū. in §. notab. C. de his qui, vt indig. Aliquādo appellatur Princeps, vt in l. 1. ff. de cō sti. prin. & in Proœm. insti. Princ. glo. in Cle. 1. de Baptis. & p Bar. in Proœm. ff. Aliquādo appellatur religiosissim⁹, vt in l. vnum ex familia. in §. fin. ff. de leg. 2. & in Proœ. insti. in prin. Intellige largè, nō strictè, secundū Iaso. in l. cū Sylleianū. in fi. C. de his qui, vt indi. Aliquādo appellatur maximus Sacerdos secundum Bald. in Proœ. Gregoriano. in § rex pacificus.

b Pœnam commensurari cū delicto. Adde c. non afferamus 24. q. 1. c. sicut dignum. de ho. glo in c. quaesiuit de his, quae fiunt à maior. parte ca. Car. Zaba. in c. defleat. de regu. iur. in prin.

Agnatus alienans partem suam feudi, quam tenebat pro diuiso cum alio agnato, & sic illam amisit, an in hac parte sibi praeiudicauerit per hāc suam alienationē, si postea pars agnati sibi aperiatur.

Vasallus delinquens habet duos dominos, quorum alter vult sibi remittere delictū, alter verò non, quid iuris sit.

SI VASALLVS. Diuiditur in quinque partes. In prima declarat, inquantum puniatur Vasallus, qui indebitè feudū alienat. In secunda infert ex praecedentibus, inquantum puniatur ex delicto commisso contra vnum ex dominis, vbi plures habet dominos. In tertia aliam illationem declarat, an possit refutari vni ex dominis partem, retenta sibi alia parte alterius domini. In quarta subiungit regulam generalem, an Vasallus possit refutare feudum? In quinta declarat, ad quid remaneat obligatus Vasallus, post refutationem factam. secunda ibi, & ideò. tertia ibi, & si voluerit. quarta ibi, qa Vasallus. quinta ibi, post refutationem.

CASVS.

Vasallus indebitè alienans, priuatur solùm parte alienata. Similiter etiam ex delicto commisso contra vnum tantùm ex dominis, priuabitur solùm parte illius domini, & potest partem vni ex dominis refutare, & aliam retinere, quam refutationem potest facere sine domini voluntate, & facta refutatione, liberatur à seruiendo, dummodò non offendat. hoc dicit. In textu ibi, constitutionem, de quā fit mentio supr. qualiter olim feudum potest alienari. in princi. & infr. de prohibitione feudi alieni, per Lotharium. Ibi, Regis, licet appellet ipsum Regem. Fuit tamen Imperator, vt patet in dictis iuribus suprà allegatis. Nam etiam Imperator potest appellare ᵃRex, vt dixi suprà de lege Cora. in principio. Ibi, alienauit, subaudi, scienter illam rem venditam esse feudalem. Secùs autem si ignoranter, vt infrà de controuersia inter dominum & empt. capitulo primo. & dixi suprà quae fuit prima causa benefic. amittendi. in §. fina. in conclusionibus. & in capitulo primo, si Vasallus feudum, supr. si de feudo fuerit controuersia.

Et intelligas etiam istum textum, vt sit necesse, quòd sequatur traditio vigore dictae alienationis, quia per simplicē alienationem sine traditione, non priuaretur, vt in dicto §. fin. in conclusione 14. Ibi, si totum, scilicet, vendidit. Ibi, reuertitur: dic hoc esse lucrum, quando feudum est nouum. Secùs autem si esset paternum, qa tunc transiret ad agnatos, vt not. glo. sup. de successione feudi. in §. hoc quoq;. dixi supr. quae fuit prima causa benef. amitt. in §. fin. in conclusione 17. Ibi, & ideò, subaudi, quia intantum punitur, inquantum deliquit, vt supr. dixit. Ideò, &c. Ibi, cucurbitando, scilicet, quia concubuit cū vxore ipsius domini. & sic fecit ipsum argā, id est, cucurbitā, quam nos appellamus becho, vt dixi suprà quibus modis feudum amitt. in §. 1. Ibi, refutare potest, scilicet, ipsi domino, & non alijs.

Quod intellige, quando feudum est simplex & rectum. Secùs autem si [est?] cōditionatum ad certum seruitium, quia tunc non posset, vt plenè not. per glo[illegible] de capi. qui cur. vendi. in c. si. & ibi dixi. Vtrum autem per ipsam refutationē possit praeiudicare agnatis suis, dixi in dicto §. final. in conclusione 37. Ibi, non tenetur, scilicet, sicut Vasallus.

b 1 †No. pœnam commensurari cum ᵇ delicto, nec debere egredi delictū. l. scimus. C. de pœnis. l. rescriptum. & l. haeres. ff. de his qui, vt indignis. & in gloss. prima hîc posita in princi. quae ad hoc induxit vnum simile de testatore, qui peccauit circa institutionem haeredis, ipsum exhaeredando vel praetereundo contra officium pietatis. Vnde vitiatur testamentum solum circa ipsam institutionem, in qua reuertitur peccatum. Caetera namque firma manent, vt in Auten. ex causa. C. de lib. praete. vel exhaered. & in corpore, vnde sumitur. Et per hoc est expedita d. glo. 1. vsque ad vers. ar. contra.

2 †Not. quòd si Vasallus committit feloniam contra vnum dominorum, quòd nō perdit feudum in totum, sed pro parte, quod qualiter intelligatur statim dicam.

3 †Not. regulam, quòd Vasallus potest feudum sine domini voluntate refutare. Quod intellige, vt dixi super text. de quo per Bart. in l. si is cum quo. ff. de aqua plu. arcen. & per gloss. infr. de prohibi. feud. alie. in §. callidis. & in dicto capitulo fina. de capita. qui cur. vendi. & in Specu. de feu. in §. quoniam. versi. 28. & per Canonistas. in c. quae in Ecclesiarum. extra de consti. & per Iac. Ardi. in titu. quib. mod. feud. amit. sub rubricella, an inuito domino possunt feud. refu. & vide ad praedicta, quod dixit Specu. in titul. de loca. §. nunc aliqua. vers. 127. vbi declarat, quid iuris sit in emphiteota. & vide plenè per Bald. in praeam-

præambulis libri. in versicul. sed statim quæritur.

Oppo. cum glo. 1. in vers. ar. contra, &c. Et opponitur contra ea, quæ dicta sunt in 1. notab. quòd imò pœna egrediatur delictum. de l. 2. in §. senatus. ff. de incen. rui. nau. *vbi delinquendo in parte nauis, etiã vnum solùm clauum amouendo, punitur in tota naui, & de omnibus rebus, quæ ibi sunt.* Solue, licet gloss. non soluat, sed si retinet ad libel. Py. quod ibi ideò est, quia amouendo clauum dedit causam peremptionis totius nauis. Et ideò damnum dedisse videtur pro tota naui. Vnde pro omnibus rebus tenetur. ff. ad Sylleia. l. si quis in graui. §. si quis tabulas. & ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. fin.

Oppo. subsequenter cum d. glo. in vers. quod autem contra istum text. & ea, quæ dicta sunt, quòd imò feudum alienatum p Vasallum, siue in totum, siue in partem reuertatur ad agnatos, & non ad dominum, vt in c. Titius filios. supr. si de feudo fuerit contro. cuius contrarium hîc dicitur. Et hæc glo. non soluit, sed remittit ad ea, quæ dixit in §. callidis. infr. de prohib. feu. alie. per Fede. Sed tu melius solue, vt not. glos. supr. de success. feud. in §. 1. videlicet, quòd hîc loquitur in feudo nouo, vel antiquo, in quo nulli extabant agnati. Secùs autem in feudo antiquo, quia tunc agnati existentes præferuntur domino, de quo plenè dixi circa hunc §. in dicto titu. quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. fin. in conclusionibus. & supr. qualiter olim feud. pot. alie. in §. penul.

Oppo. subsequenter cum dicta gloss. in ver. item, quod dicit, &c. quòd imò Vasallus cucurbitãdo vnum ex dominis debeat priuari toto feudo, cùm ex hac felonia videatur non posse stare in curia domini sine verecundia, vt probatur supr. tit. proxi. in c. 1. Solu. ex hoc tali delicto non priuatur à curia, vt in ea nõ possit stare sine honore, cùm iste text. considerauit tantùm iniuriam solius domini cucurbitati. Vel soluas secundum Iaco. de Belui. quod aut felonia habet in se prohibitionem, vel per eam deseritur sacramentum fidelitatis, tũc perditur feudum in totum, vt ibi, aliàs secùs, vt hîc. Vel alio modo soluas, quod aut felonia non habet in se prohibitionẽ, & perdit totum, quantum ad ea, contra quem deliquit, vt ibi, quo ad alium non, vt hîc. Et hanc tenet Nico. de Neap.

4 †Quæro cum glossa secunda, an libellarius vel conductor possint renunciare iuribus suis inuito domino? Et respondet glo. q, non: quæ autem sit ratio diuersitatis inter feudum & prædicta, hæc gloss. remittit ad thesaurum, hoc est, ad libellum Py. Sed tu dic, quòd ista glossa benè determinat. Et idem tenet Specu. in titu. de loca. in §. nunc aliqua. versicu. 128. & probat. per l. quicunque. C. de fun. patri. lib. 11. & in Auten. de alie. & emphi. & in §. si verò quis aut locator. Et est ratio, quia sicut communi consensu ipse contractus locationis seu libelli celebratus est, ita non potest sine consensu dissolui. l. sicut. C. de act. & ob. Sed in feudo simplici, & indeterminato ad nullum seruitium Vasallus obligatur causatiuè, si vult retinere feudum non præcisè, quia datum est gratia recipientis tantùm. Quando verò feudum esset datum gratia vtriusque, vt quia esset cõditionatum, in quo Vasallus debet dare certum seruitium ex pacto, tunc isto casu similiter esset dicendum, quòd huic tali feudo non posset renunciari inuito domino, vt suprà dixi per no. in dicto capitulo finali. de capi. qui cur. vendi. & videtur esse de mente Andræ. de Isern. & Bald.

Oppo. cum gloss. tertia contra finem huius literæ, quòd imò etiam facta refutatione feudi per Vasallum, teneatur ipse Vasallus seruire domino, de l. tertia. in princip. & in c. fin. C. de nau. lib. *vbi quis tenetur ad seruiendum, licet à se abdicauerit beneficium.* Sol. licet ista gloss. non soluat, dic quod ibi retinet beneficium curiæ, & ideò tenetur ad seruitia. Hic autem refutat totum beneficium. Vel ibi ex refutatione consecutus est commodum. Hic non. Vel ibi illud beneficium à princip. habuit tacitum pactum. Hic non secundum Iacob. de Bel.

Oppo. cum glossa finali, dum dixit, quòd Vasallus, facta refutatione, non debet offendere dominum, &c. & sic est de indubitabili. Nam de iure hoc non habet dubium, quòd vnus non offendat alium. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. suprà de pace tenend. in principio. Igitur iste textus ponit rem indubitatam contra l. ancillæ. in fin. C. de furt. Solut. huius timore contrarij dixit glossa, quòd iste textus ideò hoc posuit, vt multò magis istud ostenderet in Vasallo, qui ob memoriam pristinæ amicitiæ & fidelitatis, ipse debeat ab offensionibus domini abstinere. Et ad hoc induxit gloss. plura similia exempla, quæ tanquam clara vide, & expone per te, subiungens

iungens ipsa gl. ex prædicta ratione, quod si iste Vasallus offenderet dominum suum præteritum, puniretur magis, quàm si offenderet alium, considerata dicta priori amicitia & fidelitate, & qualitate delicti, & cuius culpa hoc acciderit. Et hoc voluit glo. vsque in fin. & benè facit. l. hodie, l. facta. ff. de pœnis.

Oppo. ab extra, quòd imò Vasallus per alienationem partis priuetur toto feudo, vt videtur probari. infr. de prohi. feu. alie. per Fede. in prin. Solut. dixit Bal. sup. qualiter olim po. alien. in §. 1. fatendo contrarium, quod hodie per illum text. si Vasallus vendat etiam vnum cespitem terræ de feudo, quod perdat totum. Sed tamen in terris Ecclesiæ, dicit de æquitate Canonica esse obseruãdam determinationem hîc positam, vt priuetur solùm in parte alienata, per no. per Ioan. And. extra de feud. in c. 1. in Nouella. Veruntamen ipse idem Bald. in hoc c. dicit idem saluo, quod videtur sentire, vt indistinctè vbique hodie de æqtate, prædicta decisio huius c. sit seruãda. Sed ego miror, quòd ipse faciat talem dubitationẽ cum gl. in d. l. 1. in §. callidis. de prohib. feud. alie. expressè teneat, quod solùm in parte alienata fiat priuatio. Idẽ tenet Iac. Ardiz. nec reperio aliquẽ Doct. excepto Pet. de Cer. qui hîc vel ibi sentiat contrarium, & latè declaraui in §. fin. quæ fuit prima causa benef. amit. in conclusione 32. & vide in Specu. de loca. §. nunc aliqua, vers. 29. Quæro ab extra, quid si agnatus alienauit partem suam feudi, quam tenebat pro diuiso cum alio agnato, & illam amisit, & postea pars agnati aperiatur sibi, an in hac parte sibi præiudicauerit per d. alienationem? Et Andr. de Isern. supr. de conten. inter me & dominum. de por. fra. mei. dicit quod non per istum tex. Quæro duo sunt domini eiusdem Vasalli, qui deliquit, & vnus vult sibi remittere delictũ, alter non, quæritur quid iuris? Respondeas per not. in l. 2. C. de libe. & eorum lib. & ita dixit Bald. in l. 1. ff. de rerum diuisi. quæst. 36.

Vltimò ad materiam præsentẽ vide, quod dixi supr. qualit. olim feu. po. alie. in princip. & in §. 1. & plenè in d. §. fin. quæ fuit prima causa bene. amit. & in c. Titius. & in c. si Vasal. culpam. supr. si de feu. fue. contro. & supr. si Vasallus feudo priuetur. cui defer. de. & supr. de prohi. feu. alie. per Lotha. & de prohi. feud. alie. per Fede. in prin. & infr. quid iuris sit, si post aliena. & infr. tit. proximo, & in pluribus remissionibus, quas adduxi in d. §. fin. & in d. c. Titius. & videas Iac. Ardi. in tit. quib. mod. feud. amit. sub rubricella, an inuito domino possit feu. ref. & sub rubricella, si alienauerit feu. Vasal. cum quinque rubricellis sequen. vbi plenè examinat materiam huius tit. & per Bal. in l. 1. C. de his, quæ penè nomine, vbi declarat, quid iuris si in alienatione Vasal. protestetur, &c. & quid iuris si inuestitura apponatur pœna contra alienantem in isto casu cadat, &c. vbi videas, & vide ad materiam per Hostien. titu. de feud. §. vt autem. versic. item si Vasallus. & idem d. Bald. tangit plura in hoc tit. quæ melius & congruentius alibi cadunt. Ideò de his omnibus scripsi in locis debitis, in quibus ad plenum debeas recurrere, mediante repertorio, quod in fi. operis subijcio.

DE ALIENATIONE FEVDI PATERNI.

RVBRICA.

Continuatio huius rubricæ ad proximam præcedentem satis de se patet, cùm tractat de eadem materia. Verùm ibi dixi in genere de Vasallo alienante feudum: Nunc verò in isto titu. transit ad speciem de alienatione feudi paterni.

SVMMARIA.

1 *Consensus domini in feudi alienatione agnatis non præiudicabit.*

2 *Consensus posteriorum agnatorum prioribus agnatis non noceat.*

3 *Fœmina non admittetur ad feudum in detrimentum agnatorum.*

4 *Ratihabitio roborat, quod à principio nullum erat.*

5 *Agnatis conceditur, quod extraneis denegatur.*

Vasallus infeudans alteri, si postea idem feudum refutauit domino, an præiudicet illi, cui iam infeudauerat.

6 *Agnati an possint statim Vasallo filios habente, & feudum refutante mortuo reuocare feudum.*

Frater, quorum tres habebant feudum vnũ, donauit alteri fratri partem sui feudi, & postea monachatur, an solùs donatarius habebit partem ingreßi, an verò vterque.

7 *Agnati alienationi non consentientes, an sint alienatoris hæredes.*

8 *Feudum nouum domino consentiente alienari potest filijs dissentientibus alienantis.*

ALIENA-

ALIENATIO. Diuiditur in quatuor partes. In prima determinat, vt Vaſallus nõ poſſit alienare feudum ſuum, etiam cum conſenſu domini, niſi conſentiente agnato proximiore, ad quem feudum prædictum eſt recaſurum. Secundò determinat alium caſum, vt ſimiliter non poſsit dictum feudum, etiam in ſuam filiã transferre, niſi cum cõſenſu pdicti ſui agnati pximioris, vel poſtea ratum habentis. In tertia ponit vnã regulã, quæ diſponit, quòd licet ſine voluntate domini ſit prohibita alienatio feudi: tamẽ inter agnatos eſt permiſſa. In quarta ex dicta regula declarat vnum dubium, videlicet, quòd ſi inter agnatos fiat allibellatio de d. feudo, quod non intelligatur eſſe propriè libellus, ſed quaſi refutatio. ſecunda ibi, nec in filiam. tertia ibi, & licet. quarta ibi, & ſi libellum. Et hæc diuiſio ſufficiat etiam pro ſummario. In textu ibi, paterni: Ideò appellatur paternum, quia fuit acquiſitum ab aliquo aſcendente, â quo omnes iſti agnati, de quibus ſtatim ſubijcit, deſcenderunt. & hoc ſenſit gloſſ. hîc poſita, quæ ad hoc allegauit concordantias. Ibi, reuerſurũ, ſcilicet, poſt mortem alienantis. Ibi, nec ſi in filiam: Intendit hîc demõſtrare, quòd ſicut Vaſallus nõ poteſt alienare feudum, non conſentientibus agnatis, quantumcunque voluntas domini interueniat, vt ſupr. pximè dixit. Ita non poteſt iſte Vaſall. renunciare huic feudo, in manibus domini, ad hoc, vt filiã ſuam inueſtiat, & ſibi confirmet, etiam ſi dominus velit, niſi alij agnati cõſentiant, vel ratum poſtea habeant. Ibi, alienatio, ſubaudi, abſque voluntate domini, vt ſup. titu. proxi. & infrà de prohi. feud. alie. per Fede. in princi. Ibi, paternum, quaſi dicat, ſecùs ſi nouum, vt no. ſupr. de ſucc. feu. in §. hoc quoque. & infr. an agnatus, &c. Ibi, conceditur, ſubaudi, etiam ſine domini voluntate. Nam ille agnatus, qui tenet dictum feudum, poterit dare & alienare alteri agnato proximiori, qui debebat ſibi ſuccedere in dicto feudo poſt mortem ſuam, vt colligitur ex proximè dictis ſecundum Andr. de Iſer. Ibi, & ſi libellum: exemplifica iſtum verſicu. ſecundum Bald. quòd inter agnatos eſt conuentũ, vt vnus eorum teneat feudũ in ſe & hæredes ſuos, ſoluendo annuatim certũ quid alijs agnatis. Ibi, libellus: quid ſit, dixi ſupr. quibus modis feud. amitt. in §. aut ſi libellario. & plenè de hac materia libelli, tangitur ſup. de feudi alienatione. Ibi, refutatio, quaſi velit dicere, quòd remanet feudum, & nõ libellus, quod patet, quia mortuo eo ſine liberis, deuoluitur ad agnatos, & non ad dominum, vt infrà de eo, qui finem fecit agnat. in c. 1. & ſupr. ſi de feud. fue. controuerſia. c. Titius filios.

1 †Not. quòd voluntas domini adhibita in alienatione feudi, non poteſt præiudicare agnatis non conſentientibus: ſecùs autem ſi conſentiret, quia tunc benè valeret alienatio in præiudicium eorum, adeò, quòd de cætero non poſſet dicta alienatio ab ipſis reuocari, vt ſupr. quibus mod. feu. amit. in §. præterea. & hic in gl. ſecunda, quæ per hoc remanet expedita.

2 †Not. quòd conſenſus agnatorum vltimorum non poteſt præiudicare præcedentibus. Vnde ad validandam alienationem feudi requiritur conſenſus agnatorum, qui ſunt proximiores, cùm illi habeant ius reuocandi, puto tamẽ, quòd etiam ſi poſtea in futurum dictum feudum aperiretur remotioribus agnatis, quòd ipſi admitterentur ad reuocandum, dato quòd tempore alienationis non fuiſſent proximiores. Quod patet ex mente huius literæ, quæ dixit quandoque, &c. Item, quia omnes, quorum intereſſe poteſt ex aliquo reſcripto, vel authoritate domini intereſſe, vt l. nam ita diuus. ff. de adop. & l. fina. C. de author. præſtan. Et ad hoc facit glo. 3. & quod ibi dixi ſupr. de ſuc. feu. in §. hoc quoq;. & in q. ſi. quam ibi formaui.

3 †No. hic expreſſum caſum, q; dominus in præiudicium agnatorũ nõ poteſt facere gratiam fœminæ in feudi ſuc. Ad quod facit ſup. de ſuc. feu. in §. 1. cum ibi no. Et hoc intelligas verũ, quando feud. eſt antiquũ: ſecùs ſi feudũ eſſet nouũ, & eſſet recaſurũ ad dominũ, quoniã tunc poſſet dominus ſibi fœminæ facere gratiam, quia de iure ſuo poſſet facere quod vult, vt ſupr. quemadmod. feud. ad filiam perti. in c. 1. ſecundum Andr. de Iſern. ſimiliter intelligas, q; iſta gratia, quam facit dominus in hanc filiam Vaſalli, benè operabitur ſuũ effectũ, & tenebit, donec vixerit pater huius filiæ, ad cuius inſtãtiam filia fuit inueſtita, quia interim non poterunt ab ea d. feudũ reuocare, ſicut nõ poſſent reuocare à domino, quando agnatus proximior tenens feudum, refutaſſet illud in manibus domini, quoniam donec viuit Vaſallus refutans, non admittuntur alij agnati ad reuocandum, vt no. ſuprà de ſucceſsione feudi. in §. primo. & hoc voluit etiam gloſſ. tertia

hîc posita, quæ per hoc remanet expedita, & de hoc dixi in dicto capitulo Titius. suprà si de feudo fuerit controuersia, & de alienatione feudi. in §. & si clientulus. & suprà quæ fuit prima causa benef. amit. in §. fin. in conclusionibus.

a Per ratihabitionẽ. Adde Doct. in regula ratihabitio. de regul. iuris. lib. 6.

4 †Not. quòd per [a] ratihabitionem hîc confirmatur, quòd nullum fuit ab initio. Et est ratio, quia contractus iste ab initio viciatur solùm ex defectu consensus. Vnde consensus & ratihabitio superueniens, validat ipsum contractum, vt hîc, & in l. fin. C. ad Mace. & l. licet. ff. de iudi. Hinc insurgit illa regula, quæ vult, quòd ratihabitio retrotrahatur & æquiparetur mandato, vt l. verò. in §. fin. ff. de solu. Secùs autem si actus vitiaretur ex alio capite, quàm propter defectum cõsensus, vt quia deficeret forma, quia tunc ratihabitio nõ validaret, quòd ab initio nullum fuit. l. obseruare. in fin. ff. de offi. procon. & per hoc remanet expedita glo. 4. hîc posita. de qua materia dic plenè per Dyn. in c. rati. & in c. quod ab initio. de reg. iur. in 6. per Cy. in d. l. fi. per Bar. in l. si vxor. in §. si quis vxorẽ. ff. de adult. & ff. de pact. in l. pen. per Bart. in l. si vxorem. C. de cõdi. inser. per Canonistas. in d. c. rati. & in c. 2. extra de pact. & quod dixit Arch. in c. constitutionibus. de verb. signi. lib. 6.

5 †Not. aliquid concedi inter agnatos, quod inter extraneos prohibitum est. nam inter agnatos permissa est feudi alienatio, etiam sine voluntate domini. Et est ratio, quia tunc propriè non dicitur alienatio, sed potius refutatio facta inter ipsos, etiam si ad bellum sit facta, vt probat iste text. & not. glo. supr. per quos fiat inuestitura. in §. sed & res. Et hoc sensit etiam glos. fi. hîc posita, remittendo se ad ibi no. & nihil aliud voluit.

Intelligas tamen, quòd agnatus, qui tenet, posit dare & alienare alteri agnato, scilicet, qui erat proximior, & qui debebat sibi succedere in illo feudo post mortem suam. Nam secundum ordinem gradus defertur, vt suprà titulo secundo, capitulo primo. in fin. Vnde concludo, quòd aut ista talis alienatio seu allibellatio est facta per agnatum alteri agnato proximiori: & tunc, videlicet, etiam sine consensu domini & aliorum agnatorum. Facit suprà de alienatione feudi. in §. penultimo. in fin. Aut fuit facta agnato, non proximiori: & tunc non, videlicet, quia proximus poterit reuocare, nisi ille proximior consensisset, quia tunc reuocare non posset, vt in d. §. præterea. Facit quod dixit Ioan. And. in c. extirpandę. extra de prębendis. Dixit tamen Bald. in hoc vltimo membro. infr. de prohi. feu. alie. per Fed. post prin. quod tenebit alienatio, donec alienans viuit, per ea, quæ no. hîc: Quia qualitas personæ non est prohibita, sed permutare est ei res alienata. ar. ff. quod fal. tu. au. l. an in partẽ. Et pro hac sentẽtia ego adduco. c. Titius. suprà si de feud. fue. contro. & quod ibi dixi. Quæro ab extra, quid si Vasallus, qui alteri infeudauit, quod hodie potest, vt infrà de prohi. feu. alie. per Fed. in §. callidis. & in §. illud quoque. refutauit postea idẽ feudum domino, an præiudicet illis, quibus iam infeudauerat? & dicit Bald. quod sic, per istum text. & per §. rursus. supr. quibus modis feu. amit. & adducit etiam authoritatem Odo. idem tenentis in Summa.

Sed tu limita istud dictum, nisi inuestitus vellet priori domino seruire, & ab eo feudum recognoscere, quia non priuaretur feudo, vt supr. qualiter olim po. alien. in §. 1. & hoc tenet Iac. de Belui. in d. §. rursus, quem Nico. de Neapo. & etiam Bald. ibidem sequitur, & videtur æquum, vt ibi dixi.

6 †Quæro, quid si refutans feudum in manibus domini moriatur, & reliquat filios, an tunc agnati possent reuocare feudum incontinenti mortuo refutante, an sit necesse expectare etiam mortẽ descendentium? Et dixit Bal. quod sic, quia iste, cui facta est cesio seu refutatio, habet ea commoda, quæ posset habere ipse cedens, sicut dicimus de habente libellũ, vel præcariam, qui ingreditur monasteriũ, vt no. C. de sacrosanct. Eccle. in Auten. ingresi. Et ideò donec durat ius refutatoris, durabit acceptoris, vt ff. de pig. l. lex vectigalis. & tenui in conclusionibus. in d. §. fin. quæ fuit prima causa benef. amit. Quæro, tres sunt fratres habentes feudum: vnus donat alteri partem suam, & postea monachatur, an solus donatarius habebit partem ingresi, an vterq;? & Bald. hîc tenet, quòd solus donatarius per istum text. licet pro & cõtra adducat plura argumẽta, de quib[9] tangitur inf. in ti. de eo, qui fi. fec. agna.

7 †Quęro, quid si isti agnati, qui non consenserunt alienationi sint hæredes alienatoris, an poterunt reuocare feudum alienatum? & dicit An. quòd non, qa licet istud feu. tanquã paternũ debeat agnatis ex ꝓuidentia primi acquirẽtis, adeò q ipsi posint in eo succedere, etiã si non sint hęredes agnati mortui, vt inf. ti. an agna. &c.

Tamen

Tamen quando sunt hæredes, remouentur à reuocãdo ex alio capite, quia tenendo obtemperare facto defuncti. l. cùm à matre. C. de rei vendi. Facit quod dixi suprà de success. feu. in §. hoc quoque. Quid autem in filio, & vtrum faciendo inuentariũ tunc posset reuocare, dicam in d. tit. an agna. &c.

8 †Quæro nunquid feudum nouum possit alienari consentiente domino absque consensu filiorum ipsius alienantis, & dicit Andr. de Isern. quod sic, dato quod intelligatur acquisitum pro se & hæredibus, etiamsi non dicatur, vt in titulo de duobus fratribus à capi. inuestitis. c. duo fratres. & ff. de proba. l. si pactum. Imò plus dicit ipse, quàm etiam si inuestitura diceret expressè pro se & hæredibus suis, quòd nihilominus posset vendi absque consensu descendentium. Nam illud, quod acquiro, possum alienare pro libito. vt ff. de acquir. re. do. l. qua ratione. §. hoc quoque. Item quia cùm prohibitio sit facta solùm in feudo paterno, videtur esse permissa in nouo, vt ff. de iudicijs. lege cum prætor. Facit quod not. in dicto §. primo, de successione feudi. in gloss. magna. Idem dicit ipse, si inuestitura diceret pro te & hæredibus tuis ex tuo corpore legitimè descendentibus. Secùs si expressè apparet, vel probari posit, quòd dicta inuestitura fuisset facta, etiam contemplatione filiorum, quia tunc filij prædicti admitterẽtur ad partem cum patre viuo. l. fina. C. de impub. & alijs substitutionibus: & tunc pater nõ posset disponere de parte. argu. supr. de success. feud. in prin. & l. penul. ff. de re. alie. non alien. Facit quod dixi in c. si Vasal. si de feud. fuerit controuersia. & in capitulo penultimo.

Vltimò ad materiam præsentem, vide quæ dicta sunt in §. præterea. suprà quibus modis feudũ amittatur. & in dicto §. hoc quoque. suprà de successione feudi. & de feud. alie. in princip. & in §. & si clientulus. supr. quemadmodum feudum ad finẽ pertineat. in c. 1. & supr. per quos fiat inuestitura. §. sed & res. & supr. si de feud. fue. contro. in d. c. Titius. & quod habetur infra titu. quid iuris sit, si post aliena. &c. & per Iac. Ardi. in tit. qui. mod. feu. amit. sub rubric. si dominus consenserit alienationi. & sub rubric. consensus etiam agnatorum, interueniente debet in alienatione, vbi examinat hanc materiam in pluribus rubric. ipsi positis, & per Canonistas in c. ex parte, extra de feudis.

SVMMARIA.

1 *Controuersia inter dominum & Vasallum de feudo si oriatur, apud pares terminabitur.*

2 *Vasallus recognoscens feudum à domino, super quo lis vertitur, debet statim inuestiri, & ad fidelitatem recipi, si constat feudum esse rectum, secùs est si aliud feudum, non tenet sine controuersia. Et quæ sit ratio diuersitatis.*

SI INTER DOMINVM. Iste §. in versi. vbi autem, &c. solet reputari difficilis quantum ad intellectum literę, & in ratione sui, licet nullas habeat glo. vnde reperio ipsum intelligi varijs modis. Quidam enim dixerunt se non intelligere, quid voluit hîc dicere Obertus de Horto, nec ad quem effectum fiat talis distinctio, de qua hîc. Vnde Andræas de Isern. volens asignare effectum, & causam decidendi, multas ambages hîc recitauit, quas vti superfluas, & inutiles omittendas censui. Reperio insuper Iaco. de Belui. intellexisse istum versiculũ, hoc modo: Videlicet, quòd quotienscunque est controuersia inter dominum & Vasallum de feudo, siquidem dicit se Vasallum de eo feudo, de quo est contentio, non debet inuestiri, nisi sit finita. Si verò dicit se Vasallum etiam de alijs feudis, aut de his dominus nõ refricat controuersiã: & tũc de his debet statim inuestiri, de quibus dominus non facit inuestituram. Aut etiam de alijs facit controuersiam: & tunc de nullo debet inuestiri, nisi omnis causa sit finita. Et ad hunc suum intellectum adducit supr. de contentione inter me & dominum. de port. fratris mei. c. in fin. & de controuersia inter Vasallum & Episco. in capit. 1. versicu. ad quorum. Sed D. Bal. dicit, quòd alia est intentio huius literæ, videlicet, quòd inuestitura verbalis debeat omninò fieri, sed inuestitura realis non debeat fieri lite pendente super eo feudo, de quo lis pendet. Et asignat rationem, quia lite pendente non debet quis cogi ad tradendum eam rem. l. nimis propere. C. de execu. rei iudi. Sed inuestitura verbalis non fit, quia per eam pares cõstituuntur in communi possessione iurisdictionis, cùm aliter non appareat de ipsorum iurisdictione. Sed iste intellectus non videtur mihi, q. plene satisfaciat ad declarationem huius literæ, qualiter mihi videt istum text. clarius intelligendum, & habere in se bonam rationem decidendi. Et pro ipsius clara noticia præmitte primò plura

plura, quæ præmisi in d.c. 1. supr. de controuer. inter Vasal. & Episc. vbi omninò videas, quæ ibi scripsi immediatè post summarium. Item scias, quòd iste vers. vbi autem, &c. punctualiter habet eãdem decisionem, quæ ponitur in d.c.1. in vers. sed laudatum scio, &c. vsque ad finem. Vnde secundum intellectum, quem ibi posui & tenui, figurare debet similiter CASVM in isto §. hoc modo, videlicet, quòd mortuo domino feudi, comparuit coram successore domini mortui, Vasallus aliàs inuestitus de quodam feudo, petens à successore renouationem inuestituræ secundum quod de iure tenetur, vt supr. quo tempore miles. in c.1. & in c.1. in prin. sup. quæ fuit prima causa benef. amit. Iste successor dicit, quòd non vult ipsum inuestire, & negat ipsum esse Vasallum de eo feudo: Vasallus replicat, & dicit, quòd debet prius de suo feudo inuestiri, postquam apparet, quòd aliàs per præcessorem fuit inuestitus, & postea de causa cognosci. Dubitatur primò, coram quo iudice debeat cognosci, & terminari ista talis controuersia orta inter hũc dominum & Vasallum? & respondetur quod coram paribus curiæ. Et hoc vult iste §. in princi. sed instatur in ver. vbi autem, &c. Quale erit officium istorum parium in decidenda prædicta cõtrouersia? Et respondet, quod si iste Vasallus est etiam Vasallus de alio feudo, quod tenet pacificè ab eodem domino sine controuersia; quod tunc debet incontinenti cognosci, quod sit suum rectum feudum, & quod non, de quo ostendit inuestituram factam à præcessore, & si ex dicta inuestitura appareat esse feudum rectum, tunc debet incontinenti inuestiri à domino de dicto feudo recto, de quo pẽdet controuersia, & ipse Vasallus debet fidelitatem iurare, reseruante iure cognoscendi, postea de causa principali, vtrum valuerit inuestitura facta, vel non. Et hoc vult dicere iste textus vsque ad versi. sed si nihil, &c. coniuncto d.c.1. in fin. vers. sed si constiterit, vbi est similis casus, sed subsequenter instat hìc in d. versic. sed si nihil. Quid erit fiendum, si iste Vasallus non recognoscit aliud feudum à dicto domino, nisi istud, de quo pendet dicta controuersia? & respondetur, quod etiam isto casu similiter est ventilanda causa, hoc est, q̃a similiter iste Vasallus debet inuestiri, postquam constat de inuestitura facta à præcessore, sed tamen iuramentum fidelitatis debet differri ad instantiam domini, donec de principali causa cognoscatur, quia tunc videbimus, vtrum sit postea inuestiendus, hoc est, vtrum debeat recipi ad iuramentum fidelitatis, vel non, quoniam si per pares iudicabitur, quòd inuestitura non valeat: tunc nec iuramentum fidelitatis præstabitur. Si verò iudicabitur quòd valeat, tunc iurabit ipse Vasallus fidelitatem. Et hoc vult iste text. hìc in fin. coniuncto d.c.1. vers. sed laudatum. Vbi ponitur idem casus. Et ita oportet nos intelligere ad hoc, vt isti casus vniformes habeant eandem decisionem. Et ita puto fuisse absque dubio mentẽ huius literæ, ad quam nunc descendo; & aliter summo, cùm prędicta satis sufficiat pro summario. Venio itaque ad declarationem. In textu ibi, de beneficio, id est, feudo, vt suprà, in quibus causis feu. amit. in §.1. Ibi, paribus, qui sint pares dixi suprà in titu. de contro. apud pares termi. Ibi, recto feudo, dic q; rectum feudum capitur hìc pro eo feudo, quod non datur ad certum seruitium, & est perpetuum, nec potest reuocari. Feudum autem non rectum est, quod datur ratione alicuius officij, vel meriti, & istud potest reuocari, vt dixi in d.c.1. de contro. inter Vasal. & Episc. & quod not. in c. fin. infr. de capi. qui curi. vend. Ibi, si Vasal. vt quia tenet aliud feudum ab eo domino, de quo nulla est contro. Ibi, indubitanter potest: hìc respondet, quòd sine dubio iste Vasallus prædictus potest hoc petere, vt prius inuestiatur. Vnde facta dicta sua petitione, debet prius cognosci, an sit feudũ rectum, vel non, quoniam si ex inuestitura præcessoris apparebit feudum rectum, debebit incontinenti inuestiri de dicto feudo, de quo est controuersia, & ipse Vasallus etiam iurabit fidelitatẽ, antequam cognoscatur de causa principali, scilicet, vtrum tenuerit talis inuestitura facta per præcessorem, vel non tenuerit. Si verò ex inuestitura constabit, nõ esse rectum feudum, tunc non debebit inuestiri, sed incontinenti cognosci de viribus inuestituræ factæ per præcessorem. Ibi, tunc quoq;, id est, adhuc. Ibi, ventilanda est, subaudi, quia si apparebit feudum rectum, debebit Vasallus incontinenti inuestiri verbaliter, sed sine iuramento fidelitatis. Sed postea cognoscetur de causa principali. Vnde si apparebit ipsum fouere iustitiam, debebit etiam recipi ad iuramentum fidelitatis & vasallagij. Si verò constabit, non fouere iustitiam: tunc irritabitur omnis inuestitura facta. Vbi autem incontinenti

nenti apparet ex inuestitura non esse feudum rectum, tunc nullo modo est inuestiendus etiam verbaliter, sed immediatè cognoscetur de causa principali. Ibi, inuestiendus, id est, recipiendus, per inuestituram ad iuramentum fidelitatis. Et hoc quando à prin. iam constitit esse feudum rectum. Nam etiam ista fidelitas præstanda censetur esse inuestitura, vt dixi in dicto capit.1. Si verò nondum constitit esse feudum rectum: tunc per istud iudicium in causa principali videbimus, vtrum debeat inuestiri vel non.

1 †Not. regulam, quòd pares sunt iudices competentes super controuersijs, quæ oriuntur inter dominum & Vasallum occasione feudi, vt hîc, & infrà de prohibi. feud. alie. per Federi. in §. penultimo. & ibi plenè per gloss. De hac materia plenè dixi supr. in titulo, apud quem vel quos quæstio feud. termi. de c. 1. & in titulo de controuersia feudi, apud pares ter. & per Innoc. & per Cano. in c. cæterùm. extra de iudi.

2 †No. quòd si Vasallus recognoscit à domino sine controuersia aliud feudũ, quàm illud, super quo versatur quęstio, debet incontinenti inuestiri, & ad fidelitatem recipi de feudo, super quo vertitur quæstio, si constat esse feudum rectum. Secùs autem si aliud feudum non tenet sine controuersia, quia tunc licet inuestiatur verbaliter, tamen ad fidelitatem non recipitur. Et est ratio, quia ratione feudi adiuncti aliquid permittitur, quòd aliàs nõ permitteretur, vt dixit glos. in dicto capitu.1. de controuer. inter Vasal. & Episc. Sed tu assigna meliorem rationem, quia non videtur ita fieri præiudicium domino acceptando Vasallum ad fidelitatem super feudo, de quo versatur quæstio, postquam est verus Vasallus, & fidelis de alio feudo, quam quando nullo modo reperitur aliàs esse Vasallus & fidelis. arg. sup. de contro. inuesti. c.1. §. si verò. Item est & alia ratio, ne cursus temporis pendente controuersia noceat Vasallo, vt dixit Iaco. Ardi. in quibus modis feudum acquir. sub rubricella, si inuestitus est de suo feudo, &c. Facit l. ille à quo. §. si de testa. ff. ad Treb. & per hoc potes nunc comprehendere, quæ fuerit ratio decidendi huius §. Et ad quem finem Obertus de Horto motus fuerit, quicquid alij dixerint. Et istum intellectũ etiam sensisse videtur Iacob. Ardizo. in Summa titu. qualiter iurare debet Vasal. sub rubricella, de his, qui non debent iurare fidelitatem. Quæro ab extra, qualiter iste §. faciat ad istum titulum, cùm nihil videatur habere commune cum sua rubrica. Et pro tanto quidam dixerunt, quòd apud aliquos habetur hîc rubrica talis, videlicet, coram quibus feudi quæstio finiatur. Sed quia Communiter ista rubrica non habetur. Ideò tu potes dicere, quod faciat ad titu. modò, videlicet, quia sicut per alienationem feudi paterni factam, per Vasallum oritur controuersia, an & quãdo sit præiudicialis agnatis, & descendentibus ipsius Vasalli alienantis, vt suprà proximè dixit. Item à simili potest oriri controuersia inter successorem domini infeudantis, & Vasal. an & quando dicta inuestitura facta per præcessorem dominum sit præiudicialis filio suo sibi succedenti, in dictis iuribus proprietatis infeudatis per patrem. Facit ad prædicta, quia secundum rubricationem antiquam authoris nostri, quam sequitur Iacob. Ardiz. omnes isti tituli præcedentes vnà cum isto nõ habebant rubricam aliquam, sed comprehendebantur sub rubric. hîc finit. lex, prout colligitur ex suis allegationibus, quas fecit in summa in tit. de contentione feu. sub rubricella. qualiter in eam debeat procedi, vbi tangit de materia huius §. Et de hoc suo ordine rubricandi dixi etiam in simili. supr. de cleri. qui inuestit. facit super rubri. & suprà de filijs natis ex matrim. ad mor. contracto super rubrica.

Vltimò ad materiam huius §. vide plures oppositiones & quæstiones, quas formaui in d. c. 1. supr. de contro. inter Vas. & Episc. & in remissionibus, quas ibidem in fine copiosè adduxi, & quod habetur in c. 1. in §. 1. supr. de contro. inuesti.

SVMMARIA.

1 *Pugna ob feloniam & infidelitatem fienda.*
Dominus cõtra Vasallum committentem feloniam vel infidelitatem, an possit pugnã facere per campionem, quem supponat loco sui, ad pugnam faciendam.
Dominus an possit percipere Vasallum, vt pugnet pro eo. Remissiuè.
2 *Pugna quibus armis instruenda.*
3 *Vasallus iniurijs à domino affectus, ipsum prouocabit ad pugnam.*
4 *Pugna quibus sit fienda casibus.*

NON EST CONSVETVDO. Istud capitulum adaptatur ad rubricam nostram hoc modo: Quia cum occasione alienationis feudi paterni, multotiens oriantur controuersiæ, ex quibus insurgũt feloniæ, & infidelitates,

tates, & dubitabatur, an ex hoc posit fieri pugna. Vnde vt prædicta declaret, subiunxit hîc istud capitulum, & in summa hoc intendit.

De felonia vel de infidelitate fit pugna secundum leges Lombardorum, licet Mediolani non seruetur. hoc dicit. Et præmitte, quòd feloniã intelligitur quis committere, quando perpetrauit aliquod delictum atrox, puta homicidium, vt suprà de pace tenenda. in §. 1. crimen læsæ maie. vt ibi not. Vel aliquod prodimentum, vt suprà titu. 2. in prin. vt dixi suprà de pace tenen. in §. si miles aduersus. Et de hac felonia dixi supr. si de feudo fue. contro. in c. domino, super text. Infidelitatem autem quis committit, quando facit contrà capitula fidelitatis, quæ describuntur suprà de forma fidelitatis. capitu. 1. & de his omnibus satis patet supr. quib. mod. feud. amit. & quæ fuit prima causa benefic. amit. per totum, & de materia infidelitatis, plenè per Bart. in tractatu, qui sint rebelles in glo. super verbo rebellis. Hoc præmisso, nunc pone casum in terminis, prout colligitur ex glo. hîc posita in sui prin.

1 †Not. quòd supposita l. Longobar. pugna potest fieri de felonia, & de infidelitate, & hoc etiam sensit prædicta gl. hîc posita, quæ ad hoc allegauit l. quibuscunque. in titu. quali. quis se debet defen. Facit l. quicunque. l. sed seruus. & l. fin. in eodem titu. Vtrum autem de iure communi ista pugna licita sit, & permissa, vide quod dixi suprà de pace tenen. in §. si miles aduersus. Quæro cum glo. in versi. sed nunquid. vtrum dominus cõtra Vasallum committentem feloniam, vel infidelitatem posit pugnam facere per campionẽ, quem supponat loco sui ad pugnam faciendam, an habeat necesse per se personaliter pugnare? Et ista glo. arguit ad partes, & tandem videtur inclinare in illam partem, vt habeat necesse personaliter pugnare per regulam, quæ ita disponit, vt pugna per se personaliter fiat, & non per alium, nisi sit Ecclesia, Pupillus vel Comes, prout est casus. in dicta l. fin. & hoc vult ista gloss. vsq; ad versic. fiet autem. Et hanc opinionem sequuntur Docto. supposita semper lege Lombardorum.

Intelligas tamẽ, quòd etiam vltra istos casus, quos suprà expressi sunt alij casus, in quibus pugna fit per campionem, de quibus dixi suprà de pace tenen. in §. si rusticus. & in §. si miles. vbi videatis, vtrum autem dominus posit percipere Vasallos, vt pugnent pro eo, vide in Specu. de feud. §. quoniam. versi. 17.

2 †Quæro subsequenter cum gloss. cum quibus armis debeat fieri pugna? Respondeo cum armis militaribus: non autem cum fustibus, vel lapidibus, nisi essent testes, q inter se varia & falsa deposuissent, quia tunc vnus eligitur pro parte, qui pugnam faciat, & talis pugna fit cum fustibus solùm & scuto, vt in Lombar. in dicto titulo, quali. quis cum altero. Et hoc vult gloss. vsque ad versic. eodem modo. & de his plenè vide in Summa Rof. de qua suprà de pace tenenda, feci mentionem in §. primo.

3 †Quæro subsequenter cum dicta gloss. quid si dominus committat feloniam, vel infidelitatem aduersus Vasallum, vt puta, fortè ipsum cucurbitando, vel alias graues iniurias sibi inferendo, quas tamen probare non potest, an poterit ipsum prouocare ad pugnam personaliter? Et dicit gloss. quod sic, arguendo à paritate, quia si dominus potest prouocare Vasall. vt suprà dictum est. ergò & econtrà Vasallus dominum, cùm ad paria iudicantur, vt supr. de forma fidelitatis. Adeò quod sicut Vasallus per feloniam priuatur iure suo feudali, ita & dominus econtrà per suam feloniam, priuabitur proprietati, vt supr. si de feud. fue. contro. in c. domino. & infrà quali. do. proprie. priue. Et hoc voluit gl. vsque ad vers. pro primo. & de similibus quæst. dixi in d. c. domino.

Oppo. cum dicta gloss. in dicto versic. pro primo, contra supradicta, quòd imò dominus prouocatus per Vasallum ad pugnam, non teneatur personaliter pugnare, sed potest submittere campionem loco sui, vt videtur probari. in dicto §. si miles aduersus. suprà de pace tenen. vbi miles non prouocatur personaliter ad pugnam per alium, nisi prouocans sit æquè miles & nobilis. Sol. dicit gloss. quod hîc loquimur de pugna, quæ oritur inter dominum & Vasallum, qui ad paria iudicari debent, vt suprà dictũ est. Nec consideratur, quòd Vasallus non sit miles, vel de genere militari, propter paritatem seruandam inter eos, prout in simili etiam dixi suprà de lege Cora. in §. ex eadem. Contrarium verò loquitur de pugna, quæ prouocatur inter alios, qui non sunt inter se dominus & Vasallus, secundum Andræam de Isernia, quod est notatu dignum. Et per hoc est expedita ista glo. vsque ad versiculum & ita potes.

†Quæro

4 †Quæro in dicta parte cum dicta gl. quoniam hîc apparet, quod de iure Lombardorum fit pugna, ppter feloniam, & infidelitatem, an sit dare alios casus, in quibus fiat pugna? Et respondet glo. quod sic, videlicet, quando quis occidit alium infr. tempus pacis, vel etiam solùm vulnerauit, & vult per pugnam probare, q. hoc fecit animo se defendēdi. Nam etiam istis duobus casibus fit pugna, vt suprà de pace tenenda. in §. 1. & in §. 3. Sunt & alij plures casus, qui numerantur in Summa Rof. & de hac Summa declaraui ad plenum. in d. §. si quis alium. suprà de pace tenenda. vbi plenè examinaui materiam præsentē, vbi videas, & in remissionibus, quas ibi copiosè adduxi.

SVMMARIA.

1 *Vasallus negligens feudum perdit.*
2 *Vasallus dominum à periurio nō liberans non amittet feudum.*
3 *Paupertas à periurio non liberat.*
4 *Salus propria alienæ saluti præferenda.*
Vasallus an teneatur dominum adiuuare contra se.
5 *Vasallum à domini seruitio impossibilitas excusabit.*

SI A MORTE DOMINVM. Istud capitulum adaptari potest ad rubricam nostram per similitudinem hoc modo, qa sicut Vasallus in alienatione feudi paterni, non potest negligere dominum, quia est necesse, quod sibi notificet, vt colligitur suprà in princ. ti. et si non notificat sibi, priuatur feudo, vt sup. quę fuit prima caus. ben. amit. in fi. Ita & eodē modo à simili, adducitur istud capitulum, in quo author declarare intēdit, quid iuris. si est negligens circa periculum sibi imminens. Nam tunc etiam debet feudo priuari. Et probatur hęc similitudo supr. de feu. sine culpa non amit. in c. 2. & sup. quę fuit prima cau. ben. amit. in § pręterea. & in c. licet. supr. si de feu. fuer. contro. & in summa hoc vult.

Si Vasallus non liberauit dominum à morte, cùm potuit, feudum ami. sed si eū à periurio liberare potuit, & non fecit, nō perdit feudum. h. d. Et diuide in duas partes. Nā in prima parte declarat de negligentia adhibita per Vasallū circa corpus, seu personam domini. In secunda de negligētia adhibita circa animā. secūda ibi, sed licet. Pone casum in terminis in prima parte duobus modis, prout dupliciter explicatur per glos. primam, vsq; ad versi. & intelligas, &c. In secunda verò parte pone casum, prout exemplificat gl. 2. in sui prin.

1 †No. quod etiam ex sola negligentia potest Vasallus feudo priuari, vt hîc & in glos. fin. in d. §. præterea. supr. allegato, & probatur in Autent. vt cum de appel. cog. in §. sed vtrum.

2 †Nota. quod licet Vasallus non liberet dominum à periurio, non propterea priuabitur feudo. Ex quo infertur, quod periurium non continetur appellatione mortis. Non enim sufficit ad feudum amittendum omnis occasio, per quam Vasallus videatur esse ingratus, vt sup. in qui. caus. feudum amit. circa prin. Neq; etiam sufficit omnis causa, ex qua opinione Vasallus videatur esse grauata, vt suprà quæ fuit prima cau. ben. amit. in §. illud enim. Et hoc etiam voluit gl. 2. in fi. quæ per hoc ex expedita.

3 †Nota. quod qui non potest propter paupertatem adimplere promissa iurata, incidit in periurium, vt hîc. Facit. l. si duo. in fi. ff. de iureiur.

Quod est verum, si ei potest imputari culpa, vel quia à princ. tempore promissionis, & iuramenti sciuit, se impotentem ad soluendum. vt ff. de priuilegijs cre. l. si creditores. Secus autem si casu fortuito redactus est ad paupertatem. vt ff. de neligen. gest. l. diuortio. & dixi in dicto c. licet.

4 †Quæro cum glossa prima in versiculo, & intelligas, &c. an Vasallus teneatur præferre salutem [a] domini sui saluti ipsius Vasalli. Et dicit quod non.

[a] An Vasallus teneatur p̄ferre salutē. Adde Ange. in l. his qui in 1. colum. ff. de postu.

Nec obstat iste textus, qui dicit, quod debet Vasallus liberare dominum à morte, si potuit, &c. quod intelligi debet, scilicet, commodè. Nam si non potest commodè facere, non intelligitur posse facere, vt in l. nepos proculo. ff. de verborum significatione. Similiter non obstat. l. 1. §. eodem. aut teco. ff. ad Syllei. quia ibi loquitur in seruo, qui non debet præponere propriam salutem saluti domini. Hîc verò loquimur in Vasallo. Et est ratio differentiæ, quia dominus habet maiorem potestatem in seruo, quàm in Vasallum. Et hoc vult tota ista glo. vsq; ad finem. Ex qua no. duas conclusiones veras, & prima est ista, quod Vasallus non tenetur salutem domini præponere saluti propriæ. Hanc eandem conclusionem firmauit gl. supr. quib. modis feudum amit. in prin. in gl. magna. in fi. & Doct. hîc, & ibi eam sequuntur.

quuntur. & in l. hæc demum. ff. de ope. liber. Licet contrarium videatur sentire gl. in dicto §. eodem autem teco. quæ tamen non firmat, sed in ar. inducit, nec tenetur quia non est bona æquiparatio de seruo ad Vasallum, sed de Vasallo ad libertum sic, vt dixi supr. de suc. rect. feu. in §. in quibus. in primo notabili. & in §. similiter, in quæstione prima. In liberto autem hoc clarũ est, quod non tenetur præponere salutem domini, vt ꝓbatur in dicta l. hoc demum. in princi. Igitur & in Vasallo. Et pro hac conclusione facit, quod egregiè disputauit glossa in quæstione simili, an Vasallus debeat adiuuare dominum contra se, & determinat quod non, suprà, hîc fin. lex. in fine.

5 † Secunda conclusio, quam colligo ex hac gloss. est ista, videlicet, quod Vasallus nõ tenetur ad præstandum seruitia domino, nisi cùm potest, vt probatur in hoc tex. & in glo. & in c. fin. supr. an ille qui interfe. fra. do. & supr. quæ fuit prima causa bene. amit. in §. sed nec est alia. & in c. 2. in fin. cum ibi no. in glo. supr. de feu. sine cul. non amit. & plenè per glo. supr. quib. mo. feu. amit. in prin. & probatur in l. omne. §. si. ff. de re mil.

Vltimò ad materiam præsentem videas quæstiones, & opiniones, quas formaui, in dicto c. licet. si de feud. fuer. controuersia. & in §. præterea. quæ fuit prima causa benefi. amitten. & in remissionibus, quas in dictis locis adduxi.

DE CAPITVLIS CORADI.

RVBRICA.

CONtinuatur ad proximam præcedentem rubricam hoc modo, quia cùm suprà proximè tractatum sit de quibusdam obligationibus, quibus tenentur Vasalli dominis suis, vt quod non possint alienare feuda sine eorum voluntate, vt probatur in c. eiusdem ti. Item quod teneantur dominos à morte liberare. si possũt, vt in c. fi. Sed quia est dare etiam alias obligationes, in quibus occasione feudi Vasalli sunt obligati eorum dominis, prout patet in certis capitulis editis per Imperatorem Coradum. Idcircò vt prædicta declaret subiunxit hîc. d. c. Quæro quæ sit differentia inter istum titulum & titulum supr. de lege Cora. Respondeo & dico pro intellectu huius quæst. q. tu debes scire, q̃d in ordinatione antiqua omnes isti ti. incipiendo ad ti. supr. hîc finitur lex, inclusiuè vsq; ad ti. inf. de natura suc. feu. exclusiuè cõprehendebantur, sub vna sola rubrica, q̃ erat talis, videlicet, hîc incipiunt consuetudines regni, &c. & hoc ideò erat taliter rubricatum, quia includuntur variæ & diuersæ consuetudines, & determinationes sapientum, secundum varietates locorũ, vt patet, quasi per omnes tex. interfertos, vt prædicta probantur quasi per omnes ti. infr. scriptos, vsq; ad dictum tit. de natura suc. feu. & secundum istum ordinem compilauit Ia. Ar. Summam suam, & quotiescunq; vult allegare aliquem tex. interfertum à d. ti. de natura suc. feudi. semper allegat in ti. hîc incipiunt consuetudines regni. sed postea à Glossatoribus fuerunt diuisi omnes isti text. per rubric. speciales, vt clarius materia intelligeretur, & dixi sup. super dicta rubrica hîc finitur lex. & super rubrica de filijs natis ex matri. ad morga. contracto. Verùm, quia in istis varijs consuetudinibus adducebatur sæpe in medium vna lex Cora. Imperatoris, quæ est originaliter posita in libro Lombardæ. in tit. de bene. & terris tributa, quæ videbatur stringere omnes, cùm esset Imperatoris, & ex ea oriebantur variæ controuersiæ, & quia erat contra consuetudines Mediolanensium, & ipsi nolebant eam tenere. Et ideò, vt declaretur dicta lex, posita fuit suprà dicta rubrica de lege Coradi. Verùm, quia adhuc vltra dictam legem idem Imperator fecit aliqua capitula in dicta materia feudali, quæ non sunt inscripta in d. l. Lombardorum, sed pro capitulis Coradi allegabãtur, quæ capitula quædam curiæ admittebant, quædam non, vt patet infrà in c. 1. in princi. & quæ fuit prima causa benefi. amit. in princi. Ideò intitulauit hîc de capitulis Coradi. Secundum enim leges Lombardorum, capitula quæ addebãtur ad aliquam legem, non appellabantur lex, sed capitula, nisi expressè diceretur, vt probatur in Lombarda, in titulo de capitulis legis Saly. additis.

SVMMARIA.

1 *Inuestitura vel domini, vel Vasalli morte renouanda.*

2 *Consuetudo legem superat, à lege autem non vincitur.*

3 *Feudum pacto absq; fidelitatis promissione constituitur.*

4 *Inuestituram petens duo exprimere debet.*

Vniuersitas non priuabitur feudo, si administrator eius non petijt inuestituram à domino, à quo vniuersitas feudum tenebat.

HAEC

HAEC SVNT CAPITVLA Coradi Imperatoris. Si Vasallus à successore domini, vel successor Vasallus ab ipso domino non petierit inuestituram infra annum & diem, amittit feudũ, si dictum feudum erat talis naturæ. vt iuraretur fidelitas, prædicta tamen non obseruatur Mediolani. h.d. Præmitte pro euidentia id, quod dixi supr. in tit. per quos fiat inue. in prin. in euidentialibus. In tex. ibi, capitula, scilicet, de bene. q. est infr. & sunt quatuor capitula, vt infr. patet in toto hoc tit. Ibi, Rex, dic quod quanq̃ ipsum appellet Regem tamen fuit Imperator, vt dixi supr. de lege Cora. in prin. Ibi, in Romandiola, quid sit, vide infr. de prohi. feu. alie. per Lotha. in prin. Ibi, beneficijs. Iste ti. de benefi. est in Lombarda in rubrica de beneficijs, vt dixi in dicto prin. supr. de lege Cora. Ibi. pollicendo, id est, promittendo, & offerendo fidelitatem iurare, vt no. gl. supr. per q̃s fiat inue. in c. fi. Ibi, inuestituram petẽdo. i. renouationẽ inuestituræ antiquę, quæ nunc per istam confirmatur, vt suprà per quos fiat inuesti. in prin. & de cogni. feu. c. fi. Nam hic loquitur de feudo antiquo, quoniam in nouo non est statutum tempus certum, vt dixi supr. quæ fuit prima cau. bene. amit. in prin. Ibi, si ita sit, id est, eius naturæ & qualitatis sit. Ibi, beneficiũ. i. feudum, vt supr. in qui. caus. feu. amit. in §. 1. Ibi, fidelitas, id est, iuramentũ fidelitatis, vt supr. in tit. quid præce. debe. vtrum inuestitura an fidelitas. Ibi, præstãda sit. Sunt enim quædam feuda, in quibus iuramentum fidelitatis non præstatur, vt si eo pacto sint concessa, vt non iuretur fidelitas, vt probatur suprà quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. 1.

1 †No. renouationem inuestituræ fiendam, vel per mortem domini, vel p mortẽ Vasalli, vt hîc in dicto cap. 1. suprà quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in principio.

2 †Nota. quod in materia feudali, consuetudo vincit legem, neq; tollitur à lege, vt hîc & in c. 1. sup. de feu. cog. de qua materia dicatis, vt ibi latè dixi, Nam Imperator confirmat consuetudinem antiquam limitatam ad tempus anni & diei, in petẽda inuestitura, & tamen non derogat cõsuetudini Mediolanensium, de quo dixi in dicto capitulo primo in princip. suprà quę fuit prima causa benefi. amittendi, in tertio notabili.

3 †Notat. quod feudum potest per pactum sine fidelitate constitui, regulariter autem secùs, quoniam feudum à fidelitate dicitur, & ideò semp debet iurari fidelitas, nec inuestiri debet Vasallus, qui fidelitatem iurare recusat, nisi eo pacto acquisitum sit, vt non iuretur, vt suprà per quos fiat inuestitura, in cap. fin. & in glos. 2. hîc posita, quæ per hoc est expedita. Ex qua glossa colligit Baldus notabiliter, q̃d feudum simpliciter concessum, præsumitur fore concessum, vt prętetur fidelitas. Quoniam feudum semper in dubio præsumitur esse secũdum suam propriam naturam, nisi eius alteratio probetur, vt suprà quid sit inuestitura c. 1. §. fi. & de capit. extraordinarijs. in §. 3.

Opponitur cum glossa prima, quod immò Vasallus habeat terminum anni & mensis ad petendum renouationem inuestituræ, vt est casus suprà quo tempore miles, capitulo primo. Soluit gloss. duobus modis. Et primò, quod ibi sit speciale in milite, cùm etiam multa alia priuilegia specialia habeant milites in iure nostro, vt notissimum est. Hinc etiam est, quod non potest prouocari ad pugnam, nisi per alium militem & nobilem, vt suprà de pace tenenda. in §. si miles. Vel secundò soluendum dicit, quod hodie nulla sit specialitas in milite, sed corrigatur dictum capitulum primum per iura noua, vt hodie in quocunq; sit statutus terminus anni & diei, vt infrà de prohi. feud. alie. per Federicum, in §. pręterea si quis. & hoc vult tota ista glossa. Sed tu tene primam solutionem, quam sequuntur Communiter Doctores, vt sit speciale in milite, vt plenè dixi in dicto cap 1. & suprà quæ fuit prima causa beneficij amittendi, in princ. in prima oppositione, quicquid dixerit hîc Andræas de Isernia. qui videtur secundum sequi.

4 † Quæro ab extra, an Vasallus in petenda inuestitura habeat necesse, exprimere ista duo, quæ hîc narrantur in textu, videlicet, fidelitatem polliceri, & inuestituram petere, & respondeo quod sic, si incipiat à pollicitatione, quia casus videtur esse in isto text. dum præponit pollicitationem. Et ita intelligatur gloss. quæ hanc partem tenet, suprà quæ fuit prima causa. in prin. Secùs autem si incipet à petitione inuestituræ, quia tunc illud solùm sufficit, nec est necesse, quod polliceatur fidelitatem, cùm hoc de se includatur in petitione

tione inuestituræ, vt tenet glossa in dicto capitulo fina. supr. per quos fiat inuestitura. & ita etiam tenet Andræ. de Isernia, de quo latius dixi in dicto c. fina. supr. quę fuit prima causa benefi. amit. in prin. in prima quæstione. Quæro quid si administrator vniuersitatis non petijt inuestituram à domino, à quo vniuersitas tenebat feudum, an priuabitur vniuersitas feudo, & dicit Iacobus Ardizo. quod non. arg. ff. de bon. poss. l. 3. §. à municipibus, prout ponit hanc quæstionem in titu. quibus mod. feudum amit. sub rubricella, an Vasallus vniuersitatis. in fi. Ad quod facit quod dixi in §. præterea ducatus. de prohi. feud. alie. per Federicũ. vbi innuitur, quod saltem donec administrator extiterit, quod vniuersitas erat priuata. Et circa hãc quęstionem videas, quod nota. in l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. causa. & per Canonistas. in c. dilectus. el. 2. extra de simonia. & per Cyn. in l. si quis intantum. C. vnde vi. & Bart. ff. de pœnis. in l. aut facta. in §. fin. & quod dixit Inn. in c. cùm accessissent. extra de consti.

Vltimò pro claro intellectu materię pręsentis, vide plures oppositiones & quęstiones, quas formaui in dicto capitulo 1. quo tempore miles. & in dicto c. fi. ꝑ quos fiat inuestitu. & plenissimè in d. c. in prin. quæ fuit prima causa benefi. amittendi, & in remissionibus, quas ibidem copiosè adduxi vbi omninò videas.

SVMMARIA.

1 *Coradus Imperator feudum alienari vetuit, reuocari autem permisit.*
2 *Feudum non debet pignorari sine ipsius domini voluntate.*
3 *Feudum quando possit alienari.*
Emphiteota an possit ius suum alteri allibellare.
Vasallus ecclesiasticus an possit de suo feudo infeudare.
4 *Feudum non alienabitur, si inuestitura de alienatione caueatur.*
Vasallus infeudando alteri, an possit capere precium.
5 *Præscriptio longissimi temporis, an his verbis nulla obstante præscriptione, intelligatur.*
Clausula non obstante præscriptione quid operatur, si à contrahentibus, vel à testatore sit prolata.
Item quid sit dicendum in priuilegio & rescripto.
6 *Emptor secundus feudi quãto tempore possit contra dominum præscribere. Et an præscriptio longissima currat contra dominum.*
7 *Præscriptio feudi viuente Vasallo alienante incipit currere.*

PRAETEREA VT LICEAT. Istud est capitulum Coradi, quo disponit, quòd Vasalli non possint alienare feuda sine voluntate dominorum, quod si fecerint, tũc poterunt domini reuocare prædictas alienationes, nulla obstante præscriptione. Et hoc vult iste §. In tex. ibi, factas, scilicet, ꝑ Vasallos sine volũtate dominorum, quoniam secùs esset si cum voluntate, vt supr. titulo primo in principio. & infrà de prohi. feud. alien. per Lotha. in l. prima, & per Federicum. in L. prima in princ. & in glo. hîc posita.

1 †No. etiam per Coradum Imperatorem fuisse inhibitam feudorum alienationem, permissam reuocationem, & prohibitam præscriptionem, quod totum hodie clarius, & seriosius extensum, & prouisum est per Imperatorem Federicum, vt infrà de prohi. feud. alie. per Federicũ. in §. primo.

2 † Quæro cum glossa prima, an Vasallus possit pignorare feudum, sine domini voluntate? Et respondet quod non, quia postquam in genere prohibita est alienatio, intelligitur de omni distractione, quæ fit per Vasallum, siue pignorando feudum, siue vsumfructum in eo alteri cõstituendo, vel seruitutem imponendo, vt alteri seruiat. l. final. C. de rer. alien. non alien. Et prædicta probantur in dicta l. 1. in princi. de prohi. feud. alien. per Federicũ. vnde non potest facere Vasallus conditionem feudi aliquo modo deteriorem sine voluntate domini, & agnatorum, ad quos quandoq; feudum est reuersurum. vt suprà titulo primo in principio. Sed benè posset facere meliorem, vt suprà de inuestitura de re alien. facta. in §. primo. & hoc vult ista glossa vsque ad versiculum, sed nunquid. Et illud quod supr. dictum est, q̃ feudum non potest a pignorari.

a *Feudum non potest pignorari. Adde Bal. in l. 2. C. commu. de le. Bal. in l. voluntas. C de fideiuss. Ioan. Fa. insti. de actio in §. itẽ. Seruiana. & Abba. in c. 2. de feudis.*

Intelligas verum, quando transfertur possessio feudi in creditorem. Secùs autem si fiat simplex pignoratio, vel hipotecatio absque traditione possessionis, quia tunc Vasallus ex hoc non incurreret periculum, nec intelligeretur alienasse, vt probatur in §. callidis. infrà de prohi. feud. alien. per Federicum. & dixi plenè suprà quæ fuit prima causa bene. amit. in §. fi. & conclusione 44.

†Quæro

3 † Quæro subsequenter cum dicta glossa versi.sed nunquid, &c. vtrum feudatarius possit feudum suum alteri infeudare, & quia hęc glossa amplissimè examinat & prosequitur istá arguendo ad partes, & tandem benè & eleganter determinando, ideò non aliter eam recitabo, nisi quod cum ea concludo secundum veritatem, videlicet, quod dictus Vasallus possit dictum suum feudum alteri infeudare in totum, vel in partem, dummodo hoc faciat syncere & bona fide, & non in fraudem domini, vel agnatorum, & non sub colore inuestituræ precio accepto, cùm vendere disponat, & dissimulet feudum. Item debet infeudare æquali personæ, ꝓut ipse, & est vera conclusio, quam post multa firmat glossa & sequuntur Doctor. & probatur ista conclusio tam de iure veteri, quàm nouo & etiam nouissimo, prout patet in his iuribus, videlicet, suprà de controuersia inuestitur. in §. fina. & qualiter olim feud. potest aliena. §. primo. & per quos fiat inuestitura. in §. sed & res. & suprà si de feudo fuerit controuersia. in c. beneficium. & de lege Corad. in capitulo secundo. in §. similiter. & infrà de prohi. feud. alien. per Fedéricum. in §. callidis. & in §. illud quoq;. & per Canonistas. in c. ex transmissa. extra de fo. comp. & per Hostiensem in Summa. de feu. §. quid hodie. & in Specul. de feud. §. quoniam. versicu. 38. & ibi Ioan. And. & per Franci. Zaba. in c. 2. de feud. quæst. 23. & de consti. in c. quæ in ecclesiarum.

Intelligas tamen, quod ista talis infeudatio, non præiudicabit agnatis, nisi eo viuente, vt dixi in dicto §. primo. per quos fiat inuestitura, in quæstione finali. Quid autem in Emphiteota, an possit ius suum alteri allibellare? dic vt not. insti. locati. in §. adeò. & C. de iure Emphiteo. in l. secunda. & in Specul. de locato. in §. fina. versicul. 127. & Baldus in Autentic. nisi ad Trebel. & per Ioan. And. in capit. in præsentia de proba. Cætera autem quæ hîc recitantur per glossam, vide per te, quia clara est. Sed tamen aduerte vnum, quod tangit gl. quod Vasallus habet vtile dominium, & pro feudo agit rei vendi. dic de hoc, vt latè dixi supr. de inuesti. de re alie. fact. in §. 1. Tangit etiam ista glo. vnum aliud, videlicet, de vsufruct. qui est pars dominij, &c. ex quo videtur inferre, quod vsufructuarius sit dominus, & habeat rei vendicationem, &c. Sed hanc illationem non teneas quia non est dominus, vt notat. glossa in l. 1. C. de thesauris. libro 10. Nam habeat aliquam rei vendicationem, sed actionem confessoriam, vt in l. vti frui. ff. si vsusfru. petatur. De qua materia dicatis, vt in dictis locis tangitur, & ad hanc materiam plures remissiones adduxi in dicto §. 1. suprà de inuesti. de re alie. fact. vbi videas in q. 2. Quid autem in re prohibita alienari, an possit infeudari, dixi supr. per quos fiat inuestitura in vltima glo.

Opponitur cum glossa tertia, quod immò præscriptio possit obstare dominis, reuocare volentibus feudum alienatum, vt probatur suprà qualiter olim feud. po. alie. in §. porrò. Vbi neque quod dominus excluditur præscriptione longissima annorum 30. Soluti. dicit gloss. iste tex. intelligi debet de præscriptione longi temporis 10. vel 20. annorum, quæ procedit cũ titu. quæ talis præscriptio non obstat dominis, vt hîc. Et est ratio, quia à prin. alienatio fuit nulla, vnde non potest confirmari per hanc longam præscriptionem. In præscriptione autem longissima, non potest intelligi, quia per eam omnis tollitur actio. l. sicut. C. de præscri. 30. annor. & licet ista præscriptio procedat sine titu. tamen quia est adinuenta contra negligentes, & vt dominia tanto tempore nõ stent sub incerto. Meritò statutum fuit per talẽ præscriptionem longissimam omnis sopiretur quæstio & controuersia, neq; enim credendum in dubio, quod iste Imperator Coradus hîc, & Imperator Federicus infr. de prohi. feu. alie. in §. 1. voluerit derogare huic præscriptioni longissimę, & per consequens gloss. ista stat in hac conclusione, quod iste tex. non intelligatur, nisi de pręscriptione longa, non autem de longissima. Et cum hac conclusione pertransit Bald. & Nicol. de Neapo. & eam similiter videtur sequi Iaco. de Belui. Sed Py. & Iacob. Ardizo. in Summa in titul. quib. modis feudum acqui. sub rubricella final. tenent & intelligunt istum textũ, etiam de præscriptione longissima, vt non obstet dominis, & hoc per dictam l. Federici, quę cassat omnes alienationes, tam tunc præteritas, quàm futuras. Item assignat rationem, quia sicut Vasallus prohibet alienare feudum. Ita prohibetur pati præscribi, cùm in fraudem domini videatur fieri. l. alienationis verbo. ff. de verborum signi. Idem tenet hîc Andræ. de Isern. per tex. in dicta l. 1. de ꝓhi. feu. alie. qui dicit, nullius temporis præscriptione impediente, &c. & sic nihil excipitur; Igitur, &c. ff. de serui, rusti.

vii. rusti. prædi. l. si seruitus. Quidam autem voluerunt dicere, quod aut dominus fuit sciens, & tunc sibi obstet exceptio præscriptionis longissimè: Aut ignorans, & tunc nulla, & ita videtur sensisse gloss. infrà in titul. quid iuris si post, &c. in §. primo. Sed hæc solutio videtur confundi, per dictum §. porrò. Quid ergò tenendum est circa hanc quæstionem.

Et mihi certè valde dubitabilis videtur, sed tamen in consulendo puto securius in dubio esse adhęrēdum opinioni gl. cùm melior testis haberi non possit, quantum est gloss. ordinaria, vt ait Bald. infrà de natu. success. feud. in fin. & in l. 2. C. de sen. quæ sine cer. quanti. & in l. fina. C. de pœna iudi. & hanc opinionem. gloss. conualido, quia in simili videmus etiam hodie hanc præscriptiōem longissimam triginta annorum, militare aduersus dominos in materia feudali, vt patet in c. si quis per triginta. suprà si de feu. fuer. contro. & c. fin. suprà de feu. da. in vicem legis commi. quæ c. in suis casibus non sunt correcta vt ibi patet, licet alia glos. videatur tenere contrarium. supr. de inuesti. de re alie. fa. in §. quid ergò.

Oppo. cum gl. fin. contra istum tex. quod immò dominus non possit reuocare alienationem feudi factam, sed sit in electione eius, in quem est facta alienatio restituendi dictum feudum ipsi Vasallo, aut domino, vt est casus infr. ti. 2. Sol. dicit gl. fatendo contrarium esse verum, quando Vasallus alienauit ignorans esse feudum, & hoc firmauit per suum sacramentū, sed iste tex. intelligitur solùm in Vasallo, alienante scienter rem esse feudalem, & hoc voluit tota ista gl. quę benè loquitur. & de hoc dixi supr. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. fin. in conclusione 28. Quando autem ignorantia excuset Vasallū habere in c. si Vasal. sup. si de feu. fue. cōtro. Quæro ab extra, conclusio quam tenui supr. cū gl. magna. vcz. quod Vasal. possit feudum suum alteri infeudare, &c. habeat locū in feudo ecclesiastico. Et dicit Bal. qui solus mouet dubium in hoc §. sub dubio fortè q, non potest, nisi de consensu prælati fauore ecclesiarum, & quia q, omnes tāgit debet ab omnibus comprobari. l. fi. C. de auto. præstā. & vt omnis amputetur occasio malignandi. l. 1. §. callidis. infrà de prohi. feu. ali. per Fed. vnde intelligit suprà scriptam conclusionem solùm in feudo seculari. Sed reperio Ia. de Bel. supr. qui feu. da. po. in prin. tenere contrarium, æquiparās clericum & priuatum, per ea quæ hîc traduntur, & adducit supr. de lege Cora. §. 2. nisi feudum esset decimale, quia tunc non posset, per no. in cap. prohibemus extra de decimis, & quod not. 12. q. 2. Abbatibus. & ad prędicta adduco, quod dixit Spec. in ti. de pigno. in §. 1. in versic. quid de decimis, Quæro an dicta conclusio habeat locū in feudo existente in curia domini, vel in loco, in quo dominus habet iurisdictionem, vel districtum, dic quod non, vt puto, prout dixi suprà quibus modis feudum amittatur. in §. fina. in quæstione, quam ibi formaui.

4 †Quæro iuxta prædicta, quid si inuestitura appositum sit pactum, de non alienādo, an tunc Vasallus infeudare poterit, & dicit Bal. quod non, ea ratione, vt pactum aliquid operetur. argumentum eorum, quæ not. in L. sed & si quis, in §. quæsitum. ff. si quis caut. in fin. glossæ. Item, quia quando prohibitio noua adijcitur prohibitioni antiquæ, tunc haberet ampliare iuxta not. per Doctores. in l. 1. §. item nunciatio. ff. de operis. no. nun. & in Autenti. de alie. & Emph. in §. sanctissimas. Quæro an Vasallus infeudando alteri, possit capere precium, dic vt dixi suprà qui feu. da. poss. in fine. & in titulo de natura feudi. in capitulo primo, de bene. frat. & quali. fra. fratri suc.

5 †Quæro circa alium articulum de præscriptione, quid si ista verba nulla obstante præscriptione, &c. reperiantur in aliquo statuto, an per talia verba intelligatur remota præscriptio longissimi temporis? & dicit Bal. quod sic. Ad q̄d facit, quod no. in l. 2. C. de rei do. vel templo. & C. de decu. l. si quis decurio. & de metallarijs. l. fi. & de fun. limi. l. fi. Quid aūt si dicta verba proferantur à contrahentibus, vel à testatore, quid operentur, dicit ipse, q, videtur. q̄d in infinitum extenduntur, vt. ff. de ædil. edict. l. q, si nolit. §. si quis ita. de quo per Bart. in l. 1. ff. de vsuca. & in l. nemo. de lega. 1. Quid autem si dicta verba sint in rescripto vel priuilegio, vide Autentic. quas actiones. C. de sacro. san. ecclesia.

6 †Quæro quid si ille, qui emit à Vasallo feudum bona fide, vendat postea secūdo emptori dictū feudum similiter bona fide, an iste secundus emptor poterit præscribere contra dominū, spacio longi temporis 10. vel 20. annorum, & dicit Iaco. Arpizo. q, sic. ar. insti. de vsuca. in §. si tamen. & §. quod autem. ff. de libe. causa. l. liberis.

§. ū

§.si quis sciēs in fi.lex enim Federici & ista prohibet præscriptionem fieri ab emptore, qui emit à Vasallo, non etiam prohibet si alius vendat & nō Vasal.secundū ipsum. Facit quod solet tradi in l.2.C.de vsuca.pro empt. Quæro præsupposita suprascripta conclusione, quòd præscriptio longissima currat contra dominum.

7 †Quæro an talis præscriptio incipiat currere etiam viuente Vasallo alienatore, & dic quòd sic secundum And.de Isern.Et est ratio, quia cùm Vasallus alienauit incontinenti, amisit ius suū, vt suprà titu.2.c.1.in princip.Ergò actio incontinenti incipit competere domino, & per consequens præscriptio currere.l.1.C.de annali excep.in fi.& suprà quæ fuit prima causa benefi.amit.in fi.Item probatur à simili, quia si dictum feudum esset paternum, posset incōtinenti vendicari per filios, vt suprà si de feudo fuerit contro.in c. Titius & pagnatos, vt dixi in dicto §.fi.quę fuit prima causa benefi.amit.

Vltimò de hac materia tangitur sup. qualiter olim feu.po.alie.in §.porrò.in dicta l.1.§.1.infrà de prohi. feud.alie. per Fe. in l.vniuersas.C.ne rei do.vel templo.& in l.1.in fi.C.de bo.mater.& in l.1.in fi.de annali exce.& plenè per Iac.Ardi.in tit.quib.mod.feud. acquir. in rubrica fi. & sub rubricella, quando Vasal. feudum infeudare potest charta 3. cum quinque rubricellis sequentibus.

De præscriptione autem quæ currit inter dominum & Vasallum plenè dixi in d.c.si quis per triginta, sup.si de feud.fue.controuers.

SVMMARIA.

1 *Vasalli dominis Imperatorem comitantibus opem ferent.*
Exercitus quid sit.Remißiuè.
2 *Iura secundū locorum varietatem variātur.*
3 *Collecta pro fructibus imponenda.*
4 *Collecta vel contributio de vino & oleo ex terra feudali qualiter fienda.*
5 *Vasallus pro debitis domini, quando poßit detineri.*
6 *Vasallus quibus domino casibus collectas vel tributa dare sit cogendus.*

SIMILITER IN HOSTE. Istud est tertium capitulum Coradi Imperatoris, in quo declarat, quantum debet dare Vasallus domino suo, si nō vadit secum in hoste. Et in summa hoc intendit. Vasallus qui non associat dominum suum pergentē in exercitu cum Rege Romam, debet contribuere in adiutorium ipsius domini Denarios 12.de modio, si est de Lōbardia. Si verò est de Alemania, debet contribuere tertiam partem fructuum eiusdem anni.h.d.In tex.ibi, similiter. Ista similitudo habet se ad proxima hoc modo. Quia sicut ibi non obstat præscriptio in reuocanda alienatione, similiter non debet obstare in hostenditijs petendis. Et bona similitudo, quia quātocunq; tempore steterit, ꝙ domino non seruierit, non ex hoc oritur præiudiciū, vt sup.si de feu.fue.cōtro.in c.licet.& sup.hîc finitur lex.in §.ad hæc. Item quia causa tributorū, nulla tollitur præscriptione, vt dixi glo. in l.2. C.de fun.& salti.rei do.lib.11.Ibi, hostenditijs.i.tribu.quæ pro hoste soluuntur, vt infrà de pace iura.fir.in fi.& ibi no.in gloss.Et ideò appellantur Hostenditiæ, quasi pro hoste datio.Nam alludit vocabulo, sicut alibi suprà per quos fiet inuesti.in fi.& in quibus cau.feu.amit.in §.1. insti. de dona.in §.est & aliud.& ff. de leg.3.l.pe.§. alumna. Ibi, Rege.s.Romanorum qui cū exercitu vadit Romam pro suscipienda imperij corona. vt dicit text.in fine de pace iura.fir.idē intelligendum est etiam de alijs Regibus secundū And.de Iser.quia debent adiuuari à suis Vasallis, si habent Guerrā iustā, vt sup.hîc finitur lex, deinde cōsue.regni.in prin. Ibi, in hoste in exercitu, vt not.glo.1.inf.de prohi.feu.alie.per Lothariū. Quid aūt sit exercitus no. in l.2.ff. de his q̄ no. infa. Ibi, de modio. 12. dicitur hoc est dicere, quia Lombardia pro quolibet modio fructuum natorū ex terra feudali, debet soluere. Vasallus Denarios 12. Nam modius est vna mensura, vt in l.modios.C.de suscepto.& argum.lib.10. Ibi, Theutonica terra, id est, Alemania. Ibi, hostem, id est, exercitum, vt not.infrà de pace iura.fir.in fi.

1 †Not.quòd Vasalli tenentur præstare a adiutoriū dominis suis a associantibus Imperatorem accedentem cum exercitu Romam, pro suscipienda corona imperij, vt hîc & inf.in d. tit.de pace iura.fir.in fi.Idē dicendum vbicunque faceret exercitum cōtra hostes imperij & populi Romani, vt dixi sup. de natura feu. in c.1. Vel etiā vbicunq; in dicta publica expeditione, vt infrà de prohi.feu.alie.in §.firmiter. Tenentur quoq; Vasalli adiuuare dominos suos, b Guerram facientes b iustè, vt dixi sup.hîc finitur lex.& sup.de no. fi.for. in c.1.circa mediū.Non autem pro vindicādo iniuriā priuatam eorum. Facit.§. ꝑterea sup.q̄ fuit prima cau.be.amit.secundū.And.de Iser.

a Præstare adiutoriū dn̄is suis. Adde quid si fructi feudi nō sufficiunt ad expensas itineris, vide per Bar.in l.Meuia. in §. vxore.digestis de adm. tu.

b Adiuuare dominos suos Guerrā faciētes. Adde Io.de Ana.consil.7.incip. visis & pōderatis his quæ narrantur in thamate.

2 † Not. quòd pro varietate locorũ, possunt ex causa iura variari, vt hîc & in l. fin. C. de testa. & potuit esse ratio motiua Coradi, quare in Lombardia voluit, q contribueret pecunia, & non in Alemania, quia abũdãt Italici plus in pecunia, quàm Teutonici secundum Bald. Sed hodie ista talis variatio sublata est, qa omnes Vasalli tam in Italia, quàm in Alemania ad æqualitatẽ redacti sunt. Quoniam debent aut ire personaliter in exercitu, aut mittere aliũ pro se domino acceptabilem, qui sit æquè bonus, sicut ipse est. Aliàs oportet soluere medietatem redditus ex suo feudo vnius anni, vt probatur in dicto §. firmiter. Et hoc etiam voluit gl. hîc posita, quę per hoc est expedita, & ad hoc vide gl. primam inf. de prohi. feud. alie. per Lotha.

3 † No. ex hoc text. collectam esse imponendam ratione fructuum, & alibi dicit gl. quòd imponitur ratione bonorum, & non secundum qualitatem personarum, vt in l. 1. in fi. C. de apocis publi. li. 10. De qua materia dic, vt ibi plenè per Bart. & per Bal. in l. fin. C. sine cen. vel reli. & C. de execu. rei iudi. in l. etiam. & in l. penul.

4 † Quęro ab extra, quid si ex terra feudali non colligebatur frumentum, sed vinum, vel oleum, vel alia blada, qualiter fiebat talis contributio in ratione 12. Denariorum pro modio secundum istam decisionem Coradi? Respondeo, vt puto, quòd omnia existimabantur & computabantur ad valorem frumenti, & facta computatione omnium fructuũ, soluebatur de quantitate valoris cuiuslibet modij frumenti Denarios duodecim, prout in simili fit in l. 1. C. de argenti precio, quod thesauris infertur. lib. 10. & no. glo. super rubrica. C. de anno. publi. lib. 10. Facit q no. in Cle. si beneficiorum extra de decimis in ratione sui, & extra de censibus olim.

5 † Quæro an Vasallus posit capi pro de- a bito domini a dic per Bal. in l. liberti. C. de oper. libe. vbi ipse dicit, quòd Vasallus potest cogi per capturam personæ ad soluendum censum creditori domini, quem debet domino seu operas. arg. in l. 1. C. vbi de curia vel Cora. & quod not. in l. pro hærede. §. si quid tamen. ff. de acqui. hære.

6 † Quæro an ex alijs causis teneatur Vasallus conferre tributa, & dare adiutorium domino suo, vt si dominus transitum facit per loca Vasalli, an Vasallus teneatur sibi dare hospitium, & alia ad victum necessaria, & conuiuare ipsum. Item an teneatur b cõferre pro filia maritanda b. Item an pro filio domini doctorando, vxorãdo, vel milite faciendo conferre teneatur. Item an pro domino redimendo si captus est. Itẽ si dominus vult emere aliquam terram, an in istis vel similibus teneatur Vasallus ad adiutorium præstandum, & dicit hîc Bald. q non, nisi super hoc esset specialis cõsuetudo. ar. in l. fi. C. de pac. conuentis. Sed de his plenè ponit Specul. in tit. de feud. in §. quoniam ver. & not. per Ioan. And. ibidem plenè, quę omninò videas, quia limitat ac reprehendit Spec. in pluribus, & per Roff. in libellis in tractatu officiorum. & per Iacob. Ardi. in tit. qualiter iurare debeat Vasal. sub rubricella si. vbi reprehendit dictũ Roff. in aliquibus. Et in dictis locis benè traditur de materia huius §. vbi videas. & in d. §. firmiter. & de pace iura. fir. in fin. & suprà qui feudum dare possunt. in §. fin. & quod habetur in d. titu. suprà de natura feud. & quod not. in d. rubrica. C. de anno. pub. & plenè per Iacobum Ardizo. in secunda charta suæ Summæ sub rubricel. an domino absenti cogatur seruire Vasal. & ibi etiam declarat cuius expensis debet dominum suum sociare in exercitu, & determinat quòd proprijs per dictum §. firmiter. de qua materia etiam tangit plenè in dicta charta sub rubricella, cuius expensis, & in quo loco debet seruire Vasallus, & dixi suprà, quibus modis feudum amitt. in princip. & quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. sed nec alia.

a Capi pro debito dñi. Adde Bal. in l. ob causas. C. de ac. & obli.

b Pro filia maritãda. Adde Spec. in tit. de feu. in §. quoniã ver. no. q Vasalli Comitum Host. in Sum. titu. de immu. eccl. in §. 1. in 1. colũ. Iaso. in l. placet. C. de sac. san. eccle. Alex de Imola. cons 35. incip. viso themate. in 2. volum.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia & eius Prælatus & Clericus feudũ à domino Laico cognoscere possunt.*

Prælatus cognoscens feudum à Laico, an teneatur ei præstare sacramentum fidelitatis.

2 *Ecclesia damnum patitur ob culpam, quæ à Prælato committitur, post mortem tamen Prælati delinquentis, reuertitur feudum ad ecclesiam.*

§. noster, an habeat locum in feudo dato ecclesiæ ab alio, quàm à Rege.

§. noster, an procedat in alio Clerico, qui nõ est Episcopus, vel Abbas.

3 *Prælatus in Vasallũ suæ ecclesiæ si delinquat, an ecclesia feudi proprietate priuari debeat.*

4 *Ecclesia non priuabitur feudo, si Prælatus negligens fuerit in inuestituram petẽdo.*

ET ITERVM SI CLERICI. Hîc ponit quartum capitulũ Coradi, in quo declaratur, an ecclesia priuetur feudo culpa Prælati, & in Summa hoc vult. Ecclesia ex delicto plati amittit feudum suum

dum suũ donec viuit Prælatus, sed eo mortuo reuertitur feudum ad successorem. h. d. In text. ibi, & iterum pro. item cùm addat istud vltimum c. ad superiora capitula Coradi. Ibi, vel Abbas. Quid autem esset in alio Clerico, dicam in glo. Ibi, à Rege, quid in alio domino, qui non sit Rex, vel Imperator, similiter dicam in gloss. quæ mouet istas dubitationes. Ibi, culpam suam commissam in dominum, ob quam culpã Laicus perderet feudum, & rediret ad dominum, prout dictum est sup. quæ fuit prima causa benef. amit. in fi. & suprà, an ille qui interfecit fra. dom. c. 1. Ibi, habente, vt quia nõ erat depositus, & sic percipiebat adhuc administrando fructus bonorum ecclesiæ secundũ And. de Iser. Quid aũt si amisisset honorẽ ecclesiasticum, vt quia fuisset depositus & priuatus beneficio, an tunc incontinenti feudũ remaneat successori, vel erit Regis domini feudi, donec viuit Prælatus delinquens & puto quòd remaneat successori, per istũ text. qui copulatiuè loquitur. Et per prædicta verba An. de Isern. Ibi, post mortem verò eius, subaudit, & etiam ipso viuente, si est depositus & beneficio priuatus, vt sup. dixi, quoniam priuatio priuat ipsum ab honore & dignitate, vt extra de iudi. in c. at si Clerici. & de crimine fal. ad falsariorũ, & expressè tenet Specul. in titu. de accusatore parte secunda. §. secundo loco. ver. vel dici potest.

1 †Not. ex isto tex. quòd ecclesia & eius Prælatus, & Clericus potest recognoscere feudũ à Laico, vt hic & in c. cæterùm. extra de iud. & ibi per Inno. & in c. 1. in §. verum, de statu. reg. lib. 6. & dixi latè inf. de statu. & consue. cõtra liber. ecclesię. in §. statuimus. Sed an ratione talis feudi, teneatur p̃stare Laico sacramẽtum fidelitatis, dixi in c. qui Clericus. sup. si de feud. fue. contro. Econtrà autẽ clarum est, quòd Laicus potest ab ecclesia, & p̃sona ecclesiastica feudum recognoscere, & sibi fidelitatẽ iurare, vt sup. qui feud. da. pos. in prin. & in tit. Episcopum vel Abba. c. 1. & de Clerico qui inuesti. fa. c. 1. & in c. tibi domino. & c. Romani. de iureiur. in Cle. & sup. de for. fi. in c. 1.

2 †No. secundum gl. hîc positam casum mirabilem, in quo ecclesia patitur damnũ propter culpam Prælati, & hoc operatur natura feudi, quæ est, quod propter culpã Vasalli commissam contra dominũ, reuertatur feudũ ad dominũ, vt saltem hanc habeat suæ iniuriæ vltionem, vt sup. quæ fuit prima causa benefi. amit. in fi. Suadet etiã ratio & fauor domini, vt ex ingratitudine Vasalli aliquando possit feudum datũ ecclesię recuperare, aliàs enim nunquã amitteretur feudum ecclesiæ datũ, nisi ex delicto Prælati accideret. Sicut in simili patet, quòd ratione publicæ vtilitatis ex delicto Prælati, confiscantur bona ecclesiæ, vt C. de sac. sanct. eccles. l. iubemus nullam nauem. in fi.

Veruntamen fauor ecclesiæ hoc operatur, vt post mortem ipsius Prælati delinquẽtis, reuertatur feudum ad ecclesiam, & ad successorem in dicto beneficio, & hoc voluit gl. vsq; ad ver. sed nũquid, &c. Et ex p̃dictis collige q̃ etiam delictum Prælati in faciendo præiudicat ecclesię q̃ patet, quia hîc propter delictum suum commissum in dominum priuatur feudo, q̃ est contra regulas iuris, quæ voluit, q̃ per delictum Prę-lati in committendo, non fiat præiudiciũ ecclesiæ, sed solùm omittendo, vt not. in c. 2. extra de dona. & est casus 16. q. 6. c. si Episcopum. & in c. cùm venissent. extra de insti. Sed potes dicere, quòd hic nisi sit damnum ecclesiæ, sed id q̃ Prælatus viuens debet habere, habeat dominus in quem deliquit. De qua materia dic plenè per Cano. in dictis locis. Per nostros autem Docto. in d. l. iubemus. & per Dy. in c. delictum personæ. de regu. iur. li. 6. Nec videatur extraneum, quòd ecclesia stet pro tempore priuata, & postea recuperet, q̃ videmus etiam in domino Laico interdum hoc accidere, vt sup. hic fin. lex. in §. 1. & de hac q̃one per Ioan. An. in addi. Spec. in tit. de feu. §. quoniam ver. 40. qualiter & per Bal. in pręambulis feudorum nisi. Quæro cum gloss. in dicto ver. nũquid. an iste text. habeat locum in feudo dato ecclesiæ ab alio, quàm à Rege, & hæc gloss. non respondet. tu dic, quòd sic secundum Docto. cùm sit eadem ratio. Sed ideò exẽplificauit de Rege, quia talia feuda consueuerunt frequentius dari à Regibus quàm ab alijs, cùm Reges Communiter dotauerint Episcopatus & Abbatias, quasi ad frequentiora respexerit. l. nã ad ea. ff. de legibus. Vnde dic idem in alijs argumen. ff. de damno infecto. l. [illegible] fi. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. in fi. Quæro subsequenter cum dicta gloss. in [illegible] habeat locum in alio Clerico, qui non [illegible] Episcopus vel Abbas? Et respondet: Tu similiter dicas secundum Docto. quod sic, vt habeat locum in quocunq; rectore ecclesiæ. Sed ideò exemplificauit de Episcopo vel Abbate, qa vt plurimũ talia feuda dant̃ Ep̃atibus vel Abbatijs, vt sup. p̃ximè dixi.

Nam

Nam in istis officijs arguimus de simili ad simile, secundùm Bald. vt ff. de neg. gest. l. ex facto.

Quæro cum dicta gloss. quid si aliquis committat delictum in personam Regis, ex quo delicto veniret feudo priuandus, si recognosceret feudum ab eo Rege. Verùm iste postea promouetur ad prælaturam illius ecclesiæ, quæ est feudataria illius Regis offensi, an eo prælato viuo, sicut hîc dicitur, debeat pertinere feudum ad Regem. Et hæc gloss. similiter non respondet. Vnde tu dic, quod non secundum Docto. quia dolus commissus ante mandatum, non nocet domino, vt probatur. ff. de excep. doli. l. si procu. & quorum leg. l. 1. §. quod ait Prætor. Et pro hac determinatione facit. ff. de noxal. in delictis §. extraneus. & C. de furt. l. apud antiquos. & ff. mandati. l. si mã-dauero. §. is cuius. & extra de excep. c. cùm venerabilis. Putat tamen Iac. de Bel. quòd conuentus seu capitulum debeat ducere Prælatum ad satisfaciendum domino, sicut pater filium, alioquin priuaretur, vt inf. de prohi. feud. alie. in §. insuper. & §. illud quoque.

3 † Quæro subsequenter cum glo. quid si Prælatus in Vasallum ecclesiæ tenentem feudum ab ecclesia, culpã commisit, propter quam si esset Laicus, priuaretur proprietate feudi, prout patet infrà quali. do. propri. feudi priuetur. An tunc ecclesia priuabitur dicto feudo, Prælato viuente, sicut hîc dicitur in casu econuerso. Et hîc glo. similiter non respondet, quare tu dic, quod sub hac quæstione sunt opiniones. Nam And. de Iser. tenet, quod sic, cùm satis videatur idem, quod eo omninò iudicantur ad paria, vt sup. de forma fidelitatis capitulo primo in fi. & not. sup. titu. proximo. c. non est. Idem tenet Iacob. de Bel. & Nico. de Neapo. vt interim ecclesia priuetur proprietate feudi, quia contrariorum est eadem disciplina. Nam sicut priuatur ecclesia vtili dominio, propter delictum Prælati, sed restituitur postea. Ita & econtrà priuabitur directo dominio, sed postea restituetur. argu. ff. de procurator. l. pomp. §. sed ex his. & de insti. l. sed & si pupillus. §. si institutionem.

In contrariam sententiam est Pet. de Cer. & Bald. hîc, videlicet, quòd ecclesia non amittat proprietatem etiam viuente Prælato delinquente. Primò, quia non est iure cautum, ergò stat regula, quòd delictum personæ, non præiudicat ecclesiæ, vt patet in simili, in c. cùm venerabilis. extra de excep. Item quia cùm hîc casus non sit comprehensus consuetudine feudorum, vti debemus lege scripta, vt suprà de feud. cogni. c. 1. Item quia quando delictum est separatum ab officio administrationis, nõ debet nocere domino, vt C. de seruis fugi. l. quicunq;. Secùs si sit connexum, ita quod non posset committi, nisi nomine administrationis, vt in l. polla. ff. de his qui. vt indi. Præterea adducunt pro hac parte ea, quæ not. per gloss. in l. metum. ff. quod metus causa. & in l. meminerint. C. vnde vi. & si quis omiss. causa test. l. si dolo.

Sed mihi videtur, quòd prior sententia sit magis probabilis, & conformis consuetudinibus feudalibus. Primò enim per hãc regulã, quæ per gloss. ponitur, & ab omnibus tenetur, videlicet, quòd in hac materia feudali primò debemus considerare consuetudine si extat, & secundum illam iudicare debemus. Secundò, si consuetudo non extat, debemus procedere de similibus ad similia. Tertiò, si nõ habemus procedere tertia feudali simile, tunc debemus recurrere ad legem scriptam, vt dixi in dicto c. 1. & ibi gloss. suprà de cogni. feud. sed in hac, quod dato quod non sit casus determinatus consuetudine feudorũ, tamen habemus multa similia secundum quæ iudicare demus. Vnde non est necesse, quòd vadamus ad legem scriptam. Primò enim habemus text. qui indistinctè priuat dominum proprietate propter culpam commissam in Vasallum, vt infrà qual. do. proprie. priue. c. 1. Nec distinguit de quo domino, an de Laico, vel Prælato. Vnde aut intelligetur de vtroque, postquam non distinguit. Aut si intelligatur solùm de Laico debebit extendi etiam ad Clericum per similitudinem, vt sup. dixi. Hoc idem probatur in c. domino committente suprà, si de feud. fue. contro. Item est & alia similitudo, quia si Vasallus non facit iustitiam domino, priuabitur feudo. Ita & econtrà dominus proprietate, vt sup. quæ fuit prima causa benefi. amit. in §. item qui domino. cum ibi no. idem probatur sup. quid sit inuesti. in §. 1. in gloss. fi. in fi. Simile no. per gloss. sup. per quos fi. inuesti. §. fi. & sup. de milite Vasal. qui contumax est. in §. 1. Præterea postquam alia consuetudo hîc scripta est approbata, vt delictum Prælati Vasal. præiudicẽt ecclesiæ, & tamen hoc est contra regulas iuris, sed natura feudi hoc operatur, vt suprà dictum est, & hoc tenẽt omnes Docto. Non video quare econtrà Prælatus domino propter delictum suum non de-

non debeat eodem modo priuari, cùm cōsuetudo feudalis hoc disponat, vt ista à pari iudicentur, vt sup. de forma fid. in fi. Hoc cōfirmo, quia etiam de iure Canonico ista parilitas attenditur, & approbata est, vt 22. q. 5. c. de forma. Et hæc parilitas est tantæ potentiæ, secundum has consuetudines feudorum, vt quasi in omnibus debeat dominus eam vicē reddere Vasallo, quam debet Vasallus domino, adeò q, secundū authoritatem Glossatoris teneatur etiā dominus iurare fidelitatē Vasallo, sicut ecōtrà, vt not. inf. de prohi. feu. alie. per Fe. in fi. licet istūd de iuramento non approbauerim sup. in d. tit. de for. fi. tamen authoritas illius glo. satis probat determinationē istam pro hac parte in pñsenti qōne. Ex quibus concludendum videtur pro hac parte, licet durum videatur, videlicet, vt ecclesia interim priuetur iure suo propter delictū Prælati domini.

Non obstant modo contraria quòd delictum personæ, non debet nocere ecclesiæ, &c. quia respondeo quòd nō nocet ecclesiæ, sed ipsi Prælato delinquenti, qui donec vixerit seu intitulatus erit, priuabitur illo commodo & vtilitate, ecclesia autem postea restituetur. Præterea sicut in casu contrario natura feudi hoc operatur, vt ecclesia interim priuetur, eodem modo & in isto, cùm maius damnum non habeat dicta ecclesia in vno casu quàm in alio. Et insuper reperio etiam Bal. in simili pro hac parte sentire ea ratione, quia ecclesia quæ est mater iustitię, non debet pati aliquid fieri contra iustitiam in se, vel in alterum, vt suprà de feud. alie. §. 1. & ita dixit Bald. in præambulis suis quæ posuit suprà in princ. libri iuxta finem. Facit etiam, quia cùm ad paria iudicentur dominus & Vasallus, cōgruum est paria iura decernere, vt inf. de pace iura. fir. in fi. & dixi de hoc sup. de lege Cor. c. 2. in §. 1. & primo notabili. & quod no. sup. tit. proxi. in c. non est.

Op. ab extra, quòd imò Clericus non posit esse sub iurisdictione Laici, vt in c. si diligenti. de foro compe. Sol. fallit in re feudali, vbi ratione feudi est de iurisdictione Laici, vt in c. verum. extra de fo. compe. De qua materia vide per Innoc. in c. cæterùm. extra de iudi. & dixi sup. apud quem vel quos in c. 1.

4 † Quæro ab extra, quid si Prælatus non petijt inuestituram inf. tempus debitum, an priuabitur ecclesia feudo. Et dixit Iaco. Ardi. q, non. arg. in l. 2. in §. à municipibus. ff. de bo. po. & ita dixit in tit. qui. mod. feu. amit. sub rubricella, an Vasallus vniuersitatis, &c. Ad quod facit, quod dixi. §. præterea Ducatus, de prohi. feud. per Federi. Sed ipse Prælatus benè priuabitur, vt puto donec iste Prælatus esset in beneficio per istum tex. & per ea quæ dicta sunt. Vtrum autem Prælatus posit remittere Feloniam sibi commissam per Vasallum. Item an Vasallus ecclesiæ posit vendere feudum suū cum consensu Prælati, vel etiam sine consensu, scripsi plenè de his quæstionibꝰ sup. quæ fuit prima causa benef. amit. in §. fin. vbi videas.

Vltimò ad materiam huius §. vide plura quæ dixi sup. si de feu. fue. contr. in d. c. domino committēte. & in pluribus remissionibus, quas ibi adduxi. & per Iaco. Ardi. in Sum. in tit. qui. mo. feu. amit. sub rubricella, vbi Prælatus ecclesiæ deli. contra dominum, & vide plura quæ dixit Io. And. ad materiam pertinentia. in addi. Spec. in tit. de feudis. §. quoniam. ver. 40. quæritur. & in Spec. de dona. in §. 1. ver. quid si aliquis.

DE CONTROVERSIA INTER MASCVLVM ET fœminam de beneficio.

RVBRICA.

IN ordinatione antiqua huius libri non erat hîc aliqua rubrica, sed includebantur omnes tituli pręcedentes & sequentes, incipiendo à tit. suprà hîc finitur lex. vsque ad titu. infrà de na. suc. feud. sub vna & eadem generali rubrica, quæ erat talis, videlicet, hîc incipiunt consuetudines regni, vt dixi suprà titulo proximo super rubrica, inter quas consuetudines erant etiam capitula Coradi, de quibus suprà proximè dixit. Vnde cùm dicta capitula declarauerit, prosequitur adhuc subijciēdo alias cōsuetudines, vt patet ex principio huius tituli dum dixit: Item sciendum, &c. quæ distinctio est continuata ad præcedentia, vt dixi suprà de feud. Guar. in c. 1. in princip. Verùm propter commodiorem intellectū fuerunt postea ista capitula diuisa, per rubricas speciales à nonnullis Glossatoribus. Vnde cùm in dictis capitulis Coradi essent variæ consuetudines de diuersis materijs tractantes, non videatur absonum, si continuatio huius rubricæ ad proximam præcedentem non congruè adaptetur, cùm rubrica præcedens non supponat specialem materiam. Quare necesse est continuare hanc rubricā ad intentionē Coradi, q fuit tollere & decidere controuersias,

quæ

quæ possent oriri quocunque modo inter dominos & Vasallos, secundum varias cōsuetudines occasione feudi. Et ideò cùm suprà determinauerit aliquos casus, videlicet, circa inuestituram petendam, vt patet sup. in princip. tit. Item circa alienationes feudi, vt patet in §. item circa adiutorium quod prestare debent Vasalli dominis suis, vt patet in §. 2. item circa delicta commissa per Prælatos delinquentes in dominos, vt patet in §. fi. Nunc verò in isto titu. prosequitur determinando alias controuersias, quæ possent oriri ex varijs consuetudinibus inter Vasallos, vel alios occasione feudi. Ideò subijciuntur hîc isti titu. sequentes. Verùm quia primò declarare intendit de controuersia, quæ oritur inter masculum & fœminam occasione feudi. Ideò subiunxit hîc istam rubricam de controuersia inter masculum & fœminam de beneficio. Et vide ad declarationem prædictorum, quod dixi suprà, hîc finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt super rubrica.

SVMMARIA.

1 *Controuersia inter masculum & fœminā, masculi sacramento quando terminetur.*

2 *Possessio maioris partis bonorum in vno loco præsumptionem certorum facit in eodem existentium.*

Bona Vasalli soluentis certum censum, an omnia censeantur feudalia, si non constat, de quibus bonis soluatur.

3 *Sacramentales rem feudalem esse masculo fauentes qualiter iurent.*

Distinctio c. nostri in fine literæ, an habeat locum etiam in casu, quando est controuersia inter masculum & fœminam. Et an sit probabilis.

ITEM SCIENDVM. Diuiditur in duas partes. In prima vertitur controuersia inter masculum agnatum Vasalli mortui, asserentem rem tanquam feudalem ad se spectare, & fœminā hæredem dicti Vasalli negantem esse feudalem, quo casu, si fœmina non probat, stabitur sacramento masculi cum duodecim sacramentalibus. In secunda vertitur controuersia inter dominum Vasalli mortui, petentem rem tanquam feudalem, & fœminam tanquam hæredem dicti masculi negantem illam rem esse feudalem, quo casu, stabitur sacramento fœminæ, si dominus non probat. In tertia vertitur controuersia inter dominū vendicantem, ab emptore rē tanquam feudalem, & ipsum emptorem dicentem non esse feudalem, quo casu, stabitur sacramento emptoris, si dominus non probat. In quarta ponit opinionem aliquorum, qui casu proximo distinguunt, quod aut Vasallus venditor habet in eo loco, vbi res vendita est magnam partem feudi, quod tunc sit præsumptio pro domino, vt sibi deferatur sacramentū, aliàs pro ipso emptore. secunda ibi, sed si inter. tertia ibi, item si. quarta ibi, quidam. Et hæc diuisio sufficiat pro summario.

Casum in terminis pone in prima parte altero de quatuor modis, prout exemplificat gloss. prima hîc posita, & quælibet positio bona. Et sic tamen in duobus vltimis exemplis attendendum, quia ipsa fœmina tanquam hæres defuncti primo, & ante omnia debet poni in possessionē bonorum. Et postea disputabitur de viribus causæ principalis, prout dicit gloss. & benè per c. 2. sup. si de feu. fue. controu. quæ per hoc est expedita.

Et intellige quod mittatur in possessionem per officium iudicis secundū Bal. Facit. l. cùm miles. ff. ex quib. cau. maio. & quod no. Innocen. in c. in præsentia, extra de proba. Et de hac materia possessori plenè traditur in l. fi. C. de edict. diui Adri. tol. & dixi in §. si tres. sup. de pace tenē. In text. ibi, hîc est feudum, & per hoc vult excludere fœminam, cùm non sit capax feudi, vt suprà qui feud. da. pos. in §. hoc autem notandum. Ibi, apertis probationibus. Et hoc est propter præsumptionem, quæ militat contra fœminam, cùm in feudo non succedat, vt suprà dixi, & suprà de succes. feu. in §. filia. Ibi, masculo, subaudi, aliquid probandi, vel inducendi, quod moueat iudicem ad dandum sacramentum. Nam deficientibus probationibus plenis hincinde, debet dari sacramentum masculo, qui aliquid pro se induxit. Si verò nihil pro se induxisset, sed fœmina pro se aliquam præsumptionē haberet, tunc staretur fœminæ sacramentum, vt dixi in c. 2. sup. si de feud. fue. controuer. Ibi, sacramentalibus, id est,
a testibus iurantibus a & deponentibus per sacramentum credulitatis, & scientię, ita esse, quemadmodum masculus iurauit, probatur in c. quæstione. vt & in c. fi. extra de purga. cano. & dixi suprà si de inuesti. inter do. & Vasal. lis ori. in c. si quis. Ibi, negante, subaudi, & dicente esse proprium. Ibi, deficientibus, scilicet, hincinde deficientibus plenis probationibus. Ibi, sacramentum, subaudi, hoc ideò, quia possidet, vel quia inducit aliquid pro ea, quòd iudicem moueat ad

a *Testibus iurantibus. Adde quod non creditur testi nō iurato secundum Bal. in c. de testi. de testi. & Abb. in c. tuis quōnibus eod. titu. Fallit in aliquibus casibus in quibus creditur sine iuramento. Primò, vbi agitur de informatione sup fama, vel super notorio secundū Anto. de Bu. in c. cùm in tua. in fi. de sponsa. Secundò, in sacerdote super pœnitētiam, vt per Arch. in c. in capite. l. di. idē Arc. & Domi. in c. ipsi Apostoli. 2. quō. 7. & per Ant. de Bu. in c. testimonium de test. Tertiò, quādo statutū vellet quod dictum testi. non iurati probaret secūdū Ludo. Ro. consi. 110. inci. viso puncto quarto ad probandā consuetudinē inductam à populo secundū Anto. de Bu. in repe. c. fin. de consue.*

ueat ad ſibi deferendum, vt ſup. dixi. Secùs autem ſi præſumptiones eſſent contra eã, quia tunc daretur ſacramentum domino, vt dixi ſup. ſi de feud. fue. contro. in c. 3. Ibi, item ſi ſit, ſubaudi, contro. Ibi, feudi, id eſt, illius rei, quæ dicebatur eſſe feudalis.

Non autem intelligas quod verè eſſet feudalis, quia tũc nõ haberet dubitationẽ, ſed dubitabatur, vt quia dominus dicebat rem emptam per emptorem eſſe feudalem, ſed emptor dicebat eſſe liberã, & fuiſſe propriam venditionis. Ibi, emptoris, dic ſcilicet, poſsidentis, quia ſecùs ſi non poſsideret, vt ſup. de contro. inueſtituræ circa princi. ſecundum Iac. de Bel. & dixi in c. ſi quis per triginta. ſi de feud. fue. controuer. in primo notabili. Ibi, diffiniatur, & hoc ideò, quia habet præſumptionem pro ſe, qui mouet iudicem ad deferendum, vt quia poſsidet, vel quia alia præſumptio eſt pro eo. vt infrà de capi. quæ cur. vend. in c. ſimiliter. Nam quælibet res cenſetur libera, niſi probetẽ cõtrarium, vt ff. de ſerui. vrba. prædio. l. ſi quis eden. in prin. Item quia in materia feudali poteſt deferri ſacramẽtum poſsidenti, etiamſi actor non probauerit, vt dixi in d. §. ſacramentum. Secùs autem ſi præſumptio militaret pro domino, quia tunc daretur domino ſacramentum, vt ſtatim ſubijcit. Ibi, magna pars, hoc eſt, maior pars ſecundum Iac. Ardi. vcz. vt ſit vltra medietatem. Nam dicendo partẽ ſimpliciter intelligeretur de dimidia, vt in l. nomen filiarum. in §. portionis. ff. de verbo. ſigni. Sed cùm adijciatur magnam, debet iſta dictio aliquid operari, vt in l. ſi quãdo. ff. de le. 1. Vnde dicitur magnam reſpectu reſidui, quia erit plus medietate ſecundum Andre. de Iſern. De qua materia dixi de controuer. inueſti. in §. cùm autem. Ibi, ſit feudum, ſubaudi, & hoc conſtat, & quęſtio eſt de re aliqua, quæ eſt in eodem loco, &c. Ibi, ſacramentum, ſubaudi, ſecùs ſi maior pars illorum bonorum ſit propria illius venditoris, quia ex hoc p̃ſumeretur, quòd res vendita, de qua ſit controuerſia, emptori eſſet etiam libera, & non feudalis, & tunc non daretur ſacramentum ipſi emptori, vt ſup. dictum eſt.

1 †Not. quòd controuerſia inter maſculum & fœminam, an res ſit feudalis, deciditur in dubio ſacramento maſculi cum duodecim ſacramentalibus.

Quod intelligas verum, quando pro maſculo eſt aliqua præſumptio, quæ habeat mouere animũ iudicis ad ſibi deferendum, quoniam ſi pręſumptio militaret pro fœmina cõtra maſculum, deferretur tunc fœminæ. d. c. 2. ſup. ſi de feud. fue. controu. & dixi ſuper tex.

Idem intelligas etiam in ſecundo & tertio caſu hîc poſito, vcz, quando controuerſia eſt inter dominum & fœminã, ſeu inter dominum & emptorẽ, quia ſemper cauſa deciditur ſacramento illius, qui pro ſe præſumptiones induxit iuxta ea, q̃ ſcripſi in §. ſacramentum ſup. de conſue. rect. feu. & hoc etiam ſenſit glo. 2. hîc poſita in fine ſui, quæ per hoc remanet in ea parte expedita, &c.

2 †Not. ex iſto text. in fi. quod ex poſſeſſione maioris partis bonorum exiſtentiũ in certo loco, inſurgit in dubio pręſumptio ad certa bona in eodem loco exiſtẽtia. Ad q. facit ſup. de contro. inueſti. in §. cùm autem. Vbi ratione partis poſſeſſę, præſumitur pro reſiduo. Sicut dicimus in ſimili, q. ratione diuturnæ ſolutionis, præſumatur contra ſoluentem, vt ex hoc teneatur ſoluere in futurum, vt in l. cùm de in rem verſo. ff. de vſuris. & in l. 1. C. de fideicom. Et hoc etiam ſenſit gl. finalis hîc poſita in ſui prin. quæ per hoc remanet expedita, vſque ad ver. ſed nunquid. Et facit iſte text. in argumentum ad quæſtionem, an omnia bona Vaſalli ſoluentis certum cenſum intelligantur eſſe feudalia, ſi nõ conſtat, de quibus bonis ſoluatur, quia debet diſtingui. Aut conſtat de maiori parte, & præſumẽdum erit, quòd etiam reſiduum. Aliàs ſecùs, ſecundum Andre. de Iſern. per iſtum tex. Niſi dominus oſtendat fines feudi, per ea quæ nota. infrà de prohi. feud. alie. per Federi. in §. illud. Facit. ff. de act. empti. l. Titius hæres. Sed de hac quæſtione dic latius, vt dixi ſuprà, ſi de feu. fue. controuerſia. in c. Vaſal. el. primo. Facit. l. vxori. ff. de leg. 3. & quod habetur ſuprà de controuer. inueſti. in §. cùm autem. & per Canoniſtas in c. cùm in cauſa, de cauſa po. & ꝓpriè. & extra de relig. do. in capi. cõſtitutus, & vide quod dixi ſup. quid ſit inueſti. in §. 2. Quid autem ſi inſtrumentum diceret concedo pro annua quantitate, an cenſeatur feudum? dic per Bald. in l. liberti. C. de op. liber. & dixi ſup. quid ſit inueſtit. in princ. in quæſtione antepenul.

3 †Quæro cum gloſſ. ſecunda in princi. qualiter iſti ſacramentales iurare debent in fauorem maſculi affirmantis rem eſſe feudalem? Et reſpondet gloſſ. quod iurabunt aſſertiuè illã rem, de qua pendet controuer. eſſe feudalem. Et ita etiam intelligi debet dictum c. 2. ſuprà, ſi de feud. fue.

contro. & infrà de capi.qui curi.vendi.in c. ſi contentio. quæ capitula concordant cum iſto capitulo in prima parte. Et hoc voluit iſta gloſſ. vſque ad aliam partem, quam ſuprà expediui. Sed tu aduerte, quia glo. iſta non benè loquitur in eo, quod vult quod ſacramentales iurent præciſè rem eſſe feudalem, quoniam ſufficit quod iurent ſecundum eorum cõſcientiam, ita credere eſſe verum. Nam ſi deponerent de veritate, tunc ſufficerent duo idonei teſtes, vt ſuprà ſi de inueſti. inter do. & Vaſal. lis ori. in c.2. & ibi dixi & tenet Iacob. de Bel. & benè iuxta ea, quæ habentur in dicto §. ſacramentum. verſi. & cùm datur.

Quæro cum gloſſ. fi. in verſi. ſed nunquid, an diſtinctio poſita hîc in fi. literæ, trahatur ſolùm ad caſum ſuprà proximum, quando controuerſia pendet inter dominum & emptorem, an etiam poſſit trahi ad primum caſum huius capituli, quando controuerſia pendet inter maſculũ & fœminam? Et reſpondet gloſſ. quod trahatur etiam ad dictum primum caſum, quia eadem æquitas & præſumptio, quæ eſt in vltimo caſu, poteſt adaptari etiam ad primũ, & per cõſequens eadem natura debet ſortiri. l. fi. C. de conſti. pe. & hoc vult iſta glo. vſque in fin. Ex qua collige, quòd vltima pars huius capituli quæ eſt in ver. quidam tamen, &c. refertur non ſolùm ad tertiam partem, verumetiam ad primam. Et hoc ſequitur etiam Iacob. de Bel. Sed an referatur etiam ad ſecundam partem, videlicet, quando controuerſia eſt inter dominũ & fœminam, & dicit And. de Iſern. quod ſic, & benè quoniam tertia pars huius capituli, habet maiorem conformitatem cum ſecunda parte, quàm cum prima. Vnde ſi hæc clauſula quidam tamen, &c. refertur etiam ad primam partem, quando eſt controuerſia inter maſculum & fœminam, vt voluit iſta gloſſ. & Iacob. de Bel. Multomagis debet etiam trahi & referri ad ſecundam partem, quando controuerſia eſt inter dominum & fœminam.

Quæro ab extra, an prædicta diſtinctio ſit probabilis & recipienda, & dicit Iacob. de Bel. quod ſic? dicens quod credit, quod inducat adminiculum, & præſumptionẽ, vt deferatur ſacramentum, deficiente ex altera parte maiori probatione & præſumptione. Sed dominus Bald. dicit, quod aut eſt vnum integrale, ſicut vnus manſus a & tunc procedat iſta diſtinctio, vt ff. de vſucap. l. eum qui ædes. & q. not. ff. de lega. 3. l. vxori, & l. prædijs. §. penul. & fi. Aut ſunt

a Vnus manſus. Adde quantã menſurã terræ contineat. vide gl. in c.1. de cenſi. Bar. in l. ſi ita. ff. de auro & argẽ. l. & vnde dicatur. vide p Bal. in l. ſi plures. in 1. colũ. C. de cõdi. inſti.

diuerſa prædia in pluribus locis, & tunc qui poſſidet vnum locum non propterea habet præſumptionem in alio loco, quem non poſſidet. ar. ſuprà de lege Coradi. in c. 2. in §. ex eadem. Veruntamen gloſſ. fi. hic poſita videtur ſimpliciter aſſentire iſtam diſtinctionem eſſe admittendam, vt ſonat litera, quantum ad præſumptionem inde ſumendam, vt ſuprà dixi, & ita permanſit etiam And. de Iſern. per dictum §. cùm autem. ſuprà de contro. inueſti.

Vltimò ad materiam primæ partis huius capituli, vide quod dixi in dicto c. 2. ſuprà ſi de feud. fue. controu. & infrà de cap. qui cur. vend. in c. ſi contentio & in remiſſionibus, quas adduxi in c.1. ſuprà ſi de feu. fue. controuer.

De pertinentibus autem ad ſecundam partem vide quod habetur in c.3. quod incipit defuncto ſup. ſi de feud. fue. controu. & in dicto c.1.

De pertinentibus verò ad tertiam partem, vide infrà de cap. qui cur. vendi. in c. ſimiliter. & inf. in tit. ſeq.

De pertinentibus verò ad vltimã partem vide, quod dixi in dicto §. cùm autem. ſuprà de contro. inueſti. Poſtremò vide Ia. Ardi. in Summa in tit. de conten. feud. ſub rubricella fi. & §. finalis, vbi examinat plenè totum iſtud capitulum.

DE CONTROVERSIA INTER DOMINVM ET emptorem feudi.

RVBRICA.

Continuatur, quia ſuprà tit. proximo, in fi. determinauit vnam quæſtionẽ vertentem inter dominum & emptorem feudi. Vnde ſumpta inde occaſione, ſubijcit hîc iſtam rubricam generalem, de contro. inter dom. & empto. feud.

SVMMARIA.

1 *Ignorantia facti & probabilis Vaſallum feudum alienantem ab eius excuſabit priuatione.*

2 *Emptor feudi à Vaſallo ignorante, domino vel ſi malit Vaſallo reſtituet.*

3 *Reus conuentus actori ſuo reſtituere poteſt.*

4 *Venditionis nomine omnis contractus alienationis comprehenditur.*

5 *Dominus feudi quo actionis genere aget aduerſus eum qui feudum à Vaſallo comparauit.*

6 *Ignorantia iuris Vaſallum alienantem feudũ quando excuſet.*

7 *Vaſallus feudum venditum domino de manu emptoris reuocatũ, an poſſit recuperare.*

8 *Feudum ignoranter venditum, an poſſit à venditore recuperari.*

DOMI-

DOMINO. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur dictum cum responsione. In secunda declaratio. In tertia respondet tacitè obiectioni, quæ posset fieri. In quarta extēdit id, quod prius dixerat. secūda ibi, quo restituto. tertia ibi, & quod dicitur alienatione. quarta ibi, & quod dicitur.

CASVS.

Si Vasallus per suum iuramentum affirmauerit, vendidisse feudum tanquam proprium ignorans esse feudum, potest illud recuperare ab emptore, soluto interesse. Si verò inuito Vasallo emptor elegerit illud potius tradere domino agenti, nunc non poterit emptor petere interesse. h.d. secundum intellectum gl. & benè. In text. ibi, cū emptore, subaudi, qui possidet feudum sibi venditum. Ibi, agente. s. vendicādo feudum, & dicendo esse sibi apertum ex eo, q; suus Vasallus vendiderat sine consensu suo, prout patet sup. de Vasal. qui cōtra constitu. Loth. feu. alie. c. 1. Ibi, si Vasal. subaudi, cui fortè emptor denunciauit, vt adesse causet, & ipsum defenderet iuxta ea, quæ traduntur in l. si suspecta. ff. de inoffic. testa. & in Auten. de litigiosis. in §. ad hæc. Ibi, iurare poterit. s. in veritate ita esse. Ibi, ignorans. s. probabiliter, quia de alieno facto, nec erat sua ignorantia crassa vel supina a & sic cum bona conscientia poterat iurare. Ibi, beneficium. i. feudum, vt suprà in quibus cau. feu. amit. in §. 1. Ibi, committitur, dic quòd ista electio quę sibi committitur, vt inf. statim subijcit, debet intelligi hoc modo, videlicet, quod facto prædicto sacramento, emptor iste habet necesse eligere, vt restituat venditori, & tunc consequitur interesse ab eo, vt suprà, si de feu. fue. contro. in c. si Vasallus feudū, & si contrarium faceret, non ageret ad interesse cōtra venditorem, quia fuit in culpa, nolēdo tradere venditori, vt ff. de euic. l. si dictum §. si cùm posset. Et hoc etiam voluit glo. quam omnes Doct. sequuntur.

1 † Not. quòd ignorantia facti & probabilis, excusat Vasallum alienantem à priuatione feudi, vt hîc & in d. c. si Vasallus feud. Ex quibus infert ex isto tex. valdè singulari notabilis limitatio ad omnia iura, quæ volūt, quod per alienationem factam inconsulto domino, aperiatur feudum ipsi domino, vt dixit text. suprà quæ fuit prima causa benef. amit. in fi. & sup. de Vasal. qui contra consti. Lotha. feu. alie. in c. 1. & inf. de prohi. feud. alie. per Lotha. & de prohi. feud. alie. per Fede. Quoniam ista iura oīa debent intelligi, quando venditio est facta scienter. Secùs autem si ignoranter. Et hāc limitationem etiam colligit gl. fi. hîc posita in fi. sui, quam etiam sequuntur Docto. facit in simili. l. fi. §. fi. ff. de lega. 2. & dixi in d. c. si Vasallus. in primo notabili.

2 † Not. quod emens feudum à Vasallo ignorante, habet electionem, vel restituēdi illud domino agenti, quo casu, non consequitur interesse, vel Vasallo, si vult consequi suum interesse.

Quod intelligas verum, si etiam ipse emptor fuit ignorans, quoniam si emisset scienter illud esse feudum, nullo modo cōsequeretur interesse, vt in d. c. si Vasallus. & l. venditor. C. de rescin. ven. & probatur inf. de prohi. feu. alie. per Fe. in §. 1.

3 † No. secundum Bald. mirabilem text. circa electionem, quæ datur reo cōuento, vt possit restituere rē actori suo, quanquā dominus agat. Et est ratio, qa per hoc euitat omne damnum. Facit q; no. ff. de pa. l. si cùm fundum. & ff. de alie. iudi. mu. causa fac. l. cùm miles. Et ex hoc infertur, quod licet habens directum dominium præueniat, tamen potest res restitui habenti vtile dominium. Facit. ff. de excep. doli. l. si opera. & ff. de procura. l. procurator in rē suam. Et ad hanc materiam vide casum singularem in l. fi. ff. de transact. vbi etiam debitor potest soluere sedenti, apud quem nullum ius remanserat.

4 † Not. hîc in fi. quod verbo venditionis omnis contractus alienationis continetur. Et hoc ideò, quia prohibitio est facta ratione rei. Idem dicas si ratione personæ, vt not. in l. 2. C. de vsucap. pro empto. Secùs autem si esset facta ratione modi & formæ, vt not. in l. fi. C. de prædijs curi. lib. 10.

a Ignorantia crassa & supina. Adde an ista ignorātia excuset à pœnaturis municipalis, vide per Benedictū Caprā in c. vt animarū in 5 no. de cōsti. lib. 6.

5 † Quęro cum gloss. prima, quo genere actionis agat iste dominus cum emptore, prout dicit iste tex. in prin. Et respōdet gl. intelligendo pluribus modis. Primò enim dicit, quod agebat rei vendicatione. Et in hoc benè dicit gloss. quando putat se posse probare de suo dominio directo. Quoniā semper remansit apud eum, vt suprà de inuesti. de re alie. fac. in §. fi. Ergò rei vendicationē habet, vt l. in rem. ff. de rei vendi. & l. 1. §. fi. ff. si ager vectiga. Sed quia difficile est probare dominium, & consilium est, quod potius agatur aliquo interdicto, vel condictione, ex quibus auocetur sola possesio. l. is qui destinauit. ff. de rei vendi. Et pro tanto glo. tradidit alia remedia,

 videli-

videlicet, quod dominus agat conditione descendente ex consuetudine feudorũ. Sed hanc non est tutum intentare, propter eius generalitatem, cùm habeamus legem specialem super hoc disponentem, vt sequitur, quam intentare melius est, secundum Andre. de Isern. & de hac tangitur per gloss. infrà de capi. qui cur. vendi. in c. fin. Et pro tanto subiungit gloss. quod agat conditione ex lege imperialem infrà de prohi. feud. alie. per Federi. Nam vbi non constat in lege noua, quo genere actionis sit agendum, tunc est agendum conditione ex dicta l. vt ff. de condi. ex lege. in l. 1. Et per has conditiones auocatur sola possessio, vt in l. 1. C. de dona. quæ sub modo, non autem proprietas rei, vel dominium, per regulam quæ vult, quod nemo contradicat proprietatem rei suæ, nisi à fure, vt in l. fi. ff. vsufruct. quemad. caue. Et hanc consuluit Andre. de Isern. esse intentandam. Postremò subiungit gloss. quod intentari potest conditio descendens ex l. fin. C. de acqui. pos. postquam iste emptor habuit causam ab eo, qui pro domino se gerebat. Vnde Vasallus vendẽdo, nõ potuit priuare dominum suum sua possessione ciuili, licet transtulerit in emptorem possessionem naturalem, & ideò dominus poterit illam recuperare per dictam l. fi. Nec haberet aliud necesse probare, nisi quod tenebat ab eo in feudum secundum Andre. de Isern. Sed aduerte, quia d. l. fin. non benè adaptatur ad propositum nostrum, cùm loquatur, quando agens prætendit spoliationem, secundum Bal. vt C. de agri. & cen. l. si. coloni. Et ideò Petrus de Cer. reprobauit in hoc istam gloss. quia feudatarius tradendo suam naturalem possessionem, non spoliat dominum, quia diuersa genera possessionis sunt. l. naturaliter in §. nihil commune. ff. de acquir. pos. & hoc probat glossa in simili. in l. 1. in fin. ff. de vsufruct. quemad. caue. Potes dicere, quod etiam isto casu possessio domini sit interuersa, cùm emptor non recognoscit possessionem à domino, vt in l. pe. ff. quib. mod. vsusfru. amit. Et hoc respectu posset gloss. saluari secundum Bar. Et de materia huius gloss. vide, quod plenè dixi sup. quæ fuit prima causa bene. amit. in §. sed nec est alia. & quod habetur in d. c. fi. inf. de capi. qui curi. ven.

Op. cum gloss. 2. & sic. Nam leges non debent aperire viam periurijs. l. 2. in fin. C. de iudic. vidui. tol. Verùm iste tex. videtur facere contrarium, quoniã videtur relinquere in arbitrio Vasalli, vt possit iurare se ignorasse illud esse feudum, quod alienauit. & ex hoc arbitrio sibi dato multotiens iurabit contra veritatem, ne incidat in pœnã. So. dicit gloss. iste tex. tollit contrarium, quia notanter dixit iurare poterit, & non dixit iurare voluerit. Vnde non relinquit in arbitrio iurare debẽtis. Sed solummodò quãdo legitimè põt iurare, vt qa verè est ignorans, & ꝓbat ignorantiã, vel saltem pro eo est præsumptio, quod ignoret. Et hoc vult tota ista gl. quam declaro, quia tũc demum intelligitur posse iurare, quando sine peccato, & salua cõscientia põt, vt 22. q. 2. faciãt. ff. de condi. insti. filius de verb. signi. l. nepos proculd. & facit quod dixi sup. an ille qui interfe. fra. do. in c. 1. Vbi autem constaret, quod fuit sciens, vel contra eum esset præsumptio, non deberet sibi deferri iuramentum, vt suprà de suc. rect. feud. in capit. 1. in princip. secundum Iacobum de Bel. & And. de Iser.

Opp. cum glo. tertia, quòd imò ignorantia non excuset Vasallum, vt probatur in l. nec supina. & in l. regula. in §. sed facti. ff. de iuris & fac. igno. cum si. Sol. intellige istũ tex. quando ignorantia est tolerabilis. Secùs autem si non esset tolerabilis, vt quia ignorabat illud, quòd omnes de ciuitate sciebant, & sic erat in supina & crassa ignorantia. Vnde non excusatur, vt in contrarijs. Eodem modo intelligas istum textum, quòd ista ignorantia erat circa factum alienum, vt quia dicebat se successisse alteri, vel ab alio habuisse, quo casu est tolerabilis in facto alieno. Secùs autem si esset in facto proprio, vt quia ipse iam fuisset inuestitus de dicto feudo, & diceret se ignorare, quia tunc non excusaret, vt l. plurimum. ff. de iuris & facti igno. cum si. Et hoc voluit glo. vsque ad versi. & vera fuit, &c. & eam sequuntur Docto.

6 † Quæro cum dicta gloss. quid si ista ignorantia Vasalli fuit contra iuris dispositionem, vt quia ignorabat esse prohibitam alienationem feudi, an talis ignorantia ipsum excuset? Et respondet quod non, & benè. Nam iste text. intelligitur de ignorantia facti *a* quę est tolerabilis, non autem de ignorantia iuris, quoniam omnes debent intelligere quod leges mandant. l. leges. C. de legibus.

a *De ignorantia facti. Adde quod ignorantia facti sæpè peritissimos fallit, vt in l. 2. ff. de iuris. & facti igno. & in c. 1. de consti. lib. 6.*

Quod est verum, nisi esset de personis, quibus licitum est ignorare iura, sicut est miles. vt C. de iuris & fac. igno. in l. 1. Et minor 25. annis, vt in l. regula. in princi. ff. de iuris & fac. igno. Ac mulier in pluribus

casibus, qui not. per glo. in dicta regula. in princi. Verùm quia iste tractatus de ignorantia iuris & facti, habet profundam materiam. Et distinguitur per plura membra. Idcircò ista glossa postremò te remisit ad plenè notata, in dicta lege regulariter in principio in prima gloss. Et hoc voluit ista gloss. vsque ad finem, quam omnes Docto. sequuntur, excepto quod Baldus eam reprehendit in eo, quod excusat militem & fœminam ab ignorantia iuris, quia dicit ipse, quod hoc non videtur sibi verum, cùm non liceat ignorare iura contractus. l. fin. C. de iu. & fac. igno. & in l. fin. §. fin. C. de iure deli. Et puto, quod dicat verum in casu nostro, quod probo alia ratione. Et primò muliere, quia ista est regula, q, non subuenitur mulieribus errantibus in iure, nisi in casib⁹ expressis in iure, vt in. d. l. fi. C. de iu. & fac. igno. Iste autem casus, quod mulier feudataria excusetur ignorantia iuris, si alienat feudum non reperitur expressus. Igitur, &c. In milite idem dico, per ea, quæ dicunt Doct. in d. l. fi. in prin. C. de iure deli. Item & ratione, quia eodem modo priuatur miles, ex sua negligētia in petenda inuestitura, licet habeat modicum plus temporis, sicut alter Vasallus non miles, vt sup. quo tempore miles. Sed adhuc addo de minore 25. annis, quia puto, q, talis iuris ignorantia ipsum non excusabit, quia pdat. Sed benè poterit restitui in integrum, iuxta ea quæ habentur in d. l. 1. de ꝓhi. feu. alie. in §. præterea. Facit quod dixit Iac. Ardi. in Sum. qui. mo. feu. amit. sub rubricella, an alleganti ignorantiam credatur, & quod dixi in c. si minori. & c. si quis decesserit sup. si de feu. fue. contro.

Op. cum gl. fi. contra istum tex. in eo, quod tribuit electionem emptori restituēdi feudum, aut domino, aut Vasallo vendenti ignoranter. Sed contra de c. si Vasal. feu. sup. si de feu. fue. contro. vbi indistinctè restituitur Vasallo, & non domino. So. dicit gloss. intelligendo duobus modis & primò, quòd illud c. intelligatur, & distinguatur secundum formam hîc traditam. Vel melius dic econtrà, quod istud capitulum intelligat secundum determinationē illius capituli, vcz, quòd emptor indistinctè debeat tradere Vasallo, si vult consequi ab eo suum interesse. Sed si eligat velle tradere domino potius quàm Vasallo, tunc non poterit consequi suum interesse, quia imputet sibi, quare cōtra voluntatem Vasalli tradidit domino. Vnde culpa sua sibi præiudicat, argu. in l. si dictum, in §. si cùm

posset. ff. de euict. Et hoc voluit ista gloss. vsq; ad versic. sed nunquid. quam gloss. sequuntur omnes Docto. tenentes hanc vltimam lecturam, & de hoc etiam dixi super text. in secundo notabili, nec enim est nouum, vt posteriores leges ad priores trahantur. l. non est nouum. cum l. sequen. ff. de legibus.

7 †Quæro cum dicta gl. iuxta proximè dicta, si emptor restituerit dictū feudū domino agenti, an Vasallus qui ignoranter illud vendidit, possit recuperare ab ipso domino? Et respondet quod sic, per istum tex. qui vult, quod non intelligatur apertum domino, quando venditio est facta per ignorantiam. Et hoc vult glo. vsq; ad versi. & imò, &c. Et benè loquitur. Sed tamen non intelligas, quod Vasallus possit sibi retinere, & rem & preciū. l. bona fides. ff. de act. emp. secundum Bal.

8 †Quæro subsequenter cum dicta glo. an ipse Vasallus qui ignoranter vendidit, possit recuperare ab emptore, quamprimùm sciuit esse feudum, & respōdet quod sic. Et est ratio, quia vēditio fuit nulla ipso iure. d. l. imperialem. de prohi. feud. alie. in §. 1. Vnde poterit venire contra factum proprium. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. & vendicare ab ipso emptore vtiliter agendo, sicut posset à quocunque alio possidente, vt probatur infrà in titulo sequen. & suprà de inuestit. de re alie. fac. in §. 1. Et nunc habes expeditam totam istam gloss. quæ benè loquitur.

Oppo. ab extra, quòd imò non sit in electione emptoris, sed iudex debet ferre sententiam, aut condemnando ipsum, vel absoluendo, vt ff. de iudi. l. de qua re. & l. vbi. Solut. secundum Iacobum de Bel. dicendum, quod iudex ferre debet sententiam secundum formam hîc traditam, & hoc facere debet authoritate huius iuris consuetudinarij.

Oppo. contra prædicta, quòd imò iudex debet se conformare in sua sententia ad conclusionem petitionis ipsius domini agentis, per l. vt fundus. ff. communi diui. & in c. licet Ely. de Symonia. Sol. illa est regula de iure communi, sed istud procedit de iure consuetudinario, secundum Iaco. de Bel.

Oppo. quòd imò venditor nullo modo possit vendicare, dato quod venditio fuerit nulla, quia etiam ex inutili contractu transfertur dominium. l. 1. C. de suffragio. & ff. de dolo. l. eleganter. in prin. & C. de fide instru. l. contractus. Ergò vtile dominium

minium, quod sibi competebat, transtulit in emptorem, & per consequens non poterit petere. Sol. prædicta habeant locum, quando contractus est præter legem, sed hîc loquimur, quando est contra legem, vt inf. de prohi. feud. aliena. per Fede. in §. 1. Et sic ipso iure nullus, vt sup. dixi, & p cõsequens non transit dominium, dicta l. quẽadmodũ. vnde agere poterit. l. prima. ff. si ager vectigal. & sup. dixi.

Opp. quòd ista electio sit frustratoria, quia est verisimile, quod semper debeat emptor eligere, vt restituat Vasallo, & non domino, ad hoc, vt posit consequi suum interesse.

Et dic hoc esse verum secundum Iacobum de Bel. & fatuus erit, si hoc non faciat, sed committitur sibi electio, quia fortè volet aliter eligere, sed cũ damno suo, & sibi imputet, vt arg. ff. de reg. iu. l. quod qs.

Vltimò quod restat ad materiam huius titu. vide ea, quæ dixi in d. c. si Vasallus feudum sup. si de feud. fue. controuers. & in pluribus remissionibus, quas ibi adduxi. & in c. Vasallus feudum in eo. tit.

DE CONTROVERSIA INTER VASALLVM ET alium de beneficio.

RVBRICA.

COntinuat ad proximam præcedentem rubricam hoc modo, quia ibi declarauit de controuersia vertente occasione feudi inter dominum feudi, & alium non Vasallum possidentem dictum feudum. Sed quia interdum vertitur controuersia in ipsum Vasallum, & alium qui similiter non est Vasallus occasione dicti feudi. Ideò immediatè subiunxit istam rubricã de cõtrouersia inter Vasallũ & aliũ.

SVMMARIA.

1 *Vasallus legitimam personam in iudicio comparendi habet.*

2 *Vasallus ius quod habet in feudo non potens obtinere per transactionem sibi debet cõsulere.*

Feudum an possit cõcedi per transactionem.

3 *Vasallus in iudicio comparebit nec ipsius domini præsentia sibi obstabit.*

4 *Vasallus in feudo potitur vtili dominio.*

Feudum ex persona vincentis deuentum ad tertiã personam, an dominus possit vendicare ab isto tertio possessore.

SI CAVSA. Vasallus agere & conueniri põt pro feudo toto, & pro parte, & causam etiam domino absente vsq; ad finem perducere, tanquam propriam, potest quoq; de feudo transigere bona fide, q̃ omnia debet dominus habere rata, etiamsi sibi postea aperiatᷣ feudũ. h. d. Et præmitte pro euidentia, quòd iste titulus intelligitur varijs modis. Primò enim Bald. vult, quòd ea quæ hîc dicuntur, vt dominus teneatur ratificare iudicium, & transactionem factam per Vasallum absq; fraude, siue dominus fuerit præsens, siue absens.

Intelligatur quando dominus sciuit, vel quando Vasallus fecit suum posse, vt perueniret ad notitiam domini, vt quia fecit ipsum citari, vt non obstet. ff. de re iudi. l. sæpè. §. Sed scientibus, quoniam secundũ ipsum, si Vasallus nõ fecit dominum ignorantem citari, præsumitur in dolo, vt C. de distract. pig. l. creditor. Sed dominus Andre. de Isern. intelligit simpliciter istum textum, prout sonat, vcz, quòd Vasallus solus sine domino vtiliter agat, & conueniatur respectu sui iuris vtiliter, quod habet in feudo. Vnde si in lite aut pro eo, aut contra eum, feratur sententia, vel transigat cum aduersario super suo iure vtili, debet valere & tenere, dummodò non faciat in fraudem, & dominus tenetur habere ratũ, nec potest infringere gesta per Vasallũ.

Quod intelligit esse verũ, quãdo dominus vellet contrauenire, & reuocare feudum, ex persona Vasalli, vt quia dicat feudum sibi apertum ex delicto Vasalli, vel qa decessit sine hæredibus. Nam tunc poterit repelli p exceptionẽ rei iudicatę, vel transactionis. Et est ratio, qa sicut ista exceptio obstaret ipsi Vasallo. Ita & eodẽ modo obstabit ipsi domino nunc agenti ex persona ipsius Vasalli, & ex iure suo vtili reconsolidando cũ suo iure directo, vel ad se reuertendo. ar. in l. in his. in fi. ff. de reg. iu. Sed si dominus ageret nũc, & reuocare vellet dictũ feudũ, non veniẽdo ex psona Vasalli, neq; ex suo iure vtili, sed veniendo ex psona ppria ipsius domini, & ex iure suo proprio, vt quia vendicare vult à vincente, & possidente dicens: illá rem esse suã liberá, & nõ esse feudale, tunc ipse dominus benè poterit ex hoc capite venire & reuocare.

Nec obstabit sibi dicta exceptio rei iudicatę, vel transactionis etiamsi fuisset sciens. Et est ratio, quia non agit ex persona Vasalli victi, sed de iure suo proprio. Vnde sicut posset agere contra ipsum Vasallum ex hoc capite, nec repelli posset per Vasallum. Ita & eodem modo repellitur per vincentem à Vasallo, vt probatur in d. l. sæpè. in fin. ff. de re iudi. Et hæc lectura est verissima videre meo & subtilis, & probatur in hoc tex, in fi, dum prę supponit, quod feudum

feudum aperiebatur domino, &c. & sic veniebat dominus ex persona Vasalli, & secundum hanc lecturam nō obstant cōtraria, vt dixi in cap. si Vasallus suprà si de feud. fuer. controuersia. In tex. ibi, & aliū, scilicet, aduersarium ipsius Vasalli, vt statim sequitur. Ibi, de beneficio, id est, feudo, vt dixi suprà in titu. proxim. Ibi, aduersario, scilicet, ipsius Vasalli. Ibi, totius, scilicet, feu. Ibi, etiā domino absente, quasi dicat, nedum ipso præsente, vt statim dicam cum glo.

Et intelligit Bald. hoc procedere in domino absente, dummodo ipse sciat, vel saltem Vasallus fecit suum posse, vt sciret.

Sed secundum Andr. de Iser. intelligitur siue dominus sciat, siue ignoret, siue Vasallus sibi notificari fecit, siue non, semper dominus teneatur habere ratū in casu nostro, postq̄ ipse venit ex persona Vasalli, vt suprà dixi in euidentialibus.

Et prædicta dicit procedere, quando disputaretur solùm de iuribus ipsius Vasalli, vbi verò disputaretur etiam de iuribus domini, vt quia disputabatur etiam de proprietate, vt præsupponit etiam iste tex. in principio. Tunc scientia domini benè præiudicaret sibi, secundum ipsum, non autem ignorantia, vt latè dixi in dicto capitulo, si Vasallus, in prima oppositione, in fin. Ibi, vtiliter agendi, hoc est, de iure suo vtili. Ibi, fraudulenter, & dicit Baldus semper fraudulenter factum, quādo Vasallus non fecit dominum ignorantem citari. per not. per Cynum. in dicta l. si creditor. C. de distract. pignor. Sed secundum Andræam de Isernia, intelligitur fraudulenter factum, quando prece, vel precio per dolum, vel negligentiam hoc facit, vt suprà de inuestitur. de re alie. fac. in c. 1. §. 2. Et qui hoc allegat, debet probare. l. ei qui. & l. quotiens. §. qui dolo. ff. de ꝓba. Intelligit ergò iste tex. q̄ verè syncere, & sine frau. & aliqua circunuētione fiebant hæc in casu nostro. ar. l. in summa in prin. ff. de condi. inde. q̄ transactio fiat de re dubia, & lite incerta, non autem certa & indubitata, aliàs secùs. vt C. de transactione. l. transactio. & l. præses. & ff. de transactione. in l. prima. secundum Iacob. de Belui. & Baldus. Facit l. prima. §. transigit. ff. si quid in fraud. pa. Ibi aperiatur. Et ex hoc textu patet lectura Andræ. de Isern. videlicet, quia dominus veniebat ex persona Vasalli.

Nec obstabat, quod suprà proximè dicat, etiamsi postea, &c. quia per hoc non includitur ille casus, quando dominus veniret ex persona propria. Sed implicat, quod siue viuente Vasallo, siue mortuo, tenetur dominus habere ratum. Ibi, eo, scilicet, domino. Ibi, iudicatū fuisset quo casu, teneretur Vasallo ad interesse, vt suprà si de feudo Vasal. fuerit interpel. in c. 1. & in glo. fi. hîc posita in sui prin. Ibi, ab eo, scilicet, domino.

1 †No. quod Vasallus habet legitimam personā cōparendi in iudicio pro re feudali, & in agendo, & in descendendo pro iure suo vtili, & tale iudicium, & sententia inde secuta, erunt valida, nedum in p̄iudicium Vasalli, sed etiam domini veniētis ex persona Vasalli, siue fuerit sciens, siue ignorans, dummodo non intercesserit fraus aliqua.

Non tamen intelligas quod ex hoc fiat aliquod p̄iudicium ipsi domino, circa suū directum dominiū, secundum Bald. Concordat supr. de inuest. de re alie. fac. in §. 1. & in d. c. si Vasallus feudum, & ibi dixi in primo notabili.

2 †No. quod Vasallus, qui non sperat de iure sui feudi in causa obtinere, potest per transactionem sibi consulere.

Quod intelligas verum, si verè, & sine fraude fiat timore litis & iudicij, q̄ verè fiebat, vel sperabatur fieri absq; aliqua circūuētiōe, vt hîc. Secùs aūt si fieret volūtariè, nulla necessitate subsistente, quia nō esset p̄missa transactio. Imò incontinenti Vasal. incideret in pœnā statutā aduersus Vasallos alienantes feuda, de qua inf. de ꝓhi. feu. alie. p̄ Loth. & in l. Imperialem. de ꝓhi. feu. alie. per Fe. quoniam aliàs esset apta via fraudandi circūueniendi dictas cōstitutiones, quod esse non debet. l. scire oportet. supr. de tu. & cura. da. ab his. & dixi in dicto capitul. si Vasallus. in quarta oppositione. Vbi verò per transactionem nō transfert possessionem feudi, sed illud dimittit apud possessorem, cum quo transegit, tunc non intelligeretur quoquo modo alienare. l. si pro fundo. C. de transact. Quæ singularis est secundum Bal. Nam in alijs contractibus regula est in contrariū, quod ille qui dimittit rem apud possidentem, videatur transferre & alienare. ff. de rei ven. l. quædam mulier. & ff. de iure dotium. l. si sponsalibus. Vtrum aūt id, quod recepit Vasallus nomine transactionis, censeatur feudum, dicit glos. fin. hîc posita in fin. sui, quod non per dictum capitulum si Vasallus, de quo dic latius, vt ibi dixi

super textum, & sup. si de feu. Vasal. interpel. fue. in c. 1. & in §. 1. sup. de inuestitu. de re alie. fact.

3 †Quæro cum glossa prima, an domino præsente, posit Vasallus in iudicio cõparere pro causa sui feudi? Et respondet quod sic, per istum tex. dum dixit, etiã domino absente, &c. quasi implicare velit, q̃d idem iuris sit etiam domino præsente. Et quod hoc sit verum, probat per rationem, quia quando Vasallus est verè, & rectè inuestitus per dominum, per propriam & veram inuestituram, & non abusiuam secundum formam in c. 1. in princip. supr. quid sit inuestitura in princ. Tunc ex hoc immediatè consequitur hanc authoritatem, & potestatem, vt posit pro iure suo vtili, quod habet in feudo, & vtiliter agere in iudicio ac se defendere, vt suprà de inuestitura de re alie. fact. in §. rei autem. Et hoc voluit glossa vsq; ad versicu. veruntamen, &c. Quam declarat Bal. per similitudinem, quia sicut quando aliquis facit aliquem procuratorem in rem suam, videtur ei dare omnimodam licentiã experiẽdi, nec requiritur ammodo licentia concedentis. L. si quis in rem. ff. de procuratoribus. vnde cùm Vasallus sit procurator in rem suam, dummodo cesset fraus, non habet amplius requirere dominus: vt hîc. Et dicit hunc intellectum probari expresse in dicto capitulo, si Vasallus. Et ex his inferre possum, quod etiam Bal. non videtur dissentire ab his, quæ suprà tenui.

Opponitur cum dicta gl. contra præcedentia, quod immò iudicium intentatum per Vasallũ domino absente & ignorante, non pręiudicet ipsi domino, vt probatur in c. 1. supr. si Vasal. de feu. fue. interpel. Sol. dicit glo. quod istud est verum, eo respectu, quod Vasallus vellet agere de euictione contra dominum, quo casu, est necesse, quod Vasallus denunciet litem sibi motam, aliàs autem si nõ denunciaret, non posset postea agere de euictione, vt ibi. de quo se remisit ad ibi no. in secunda glo. & dic de hoc, vt ibi latè dixi in secundo notabili.

4 †Quæro cum gl. 2. an Vasallus habeat vtile dominium in feudo? Et respondet quod sic, ad similitudinem Emphiteotæ, & superficiarij, & eius qui conduxit rem ad non modicum tempus. Nam omnes isti tales habent vtilem actionem pro dicto suo iure. Et de his se remisit glos. ad ea, quæ dixi suprà de capi. Corad. in §. præterea. in glossa magna, & in Summa. Et hoc voluit tota ista gloss. vsq; ad fin. Sed tu dic latius & melius, prout dixi, & declaraui suprà de inuestitu. de re alie. fact. in §. 1. vbi etiam explicaui omnia, quæ in dicta summa tanguntur.

5 †Oppo. ab extra, quoniam si feudum postea aperiatur domino, vt hîc præsupponitur, videtur dicendum, quod gesta per Vasallum non habeant sibi pręiudicare, quoniam resoluto iure datoris, &c. per l. lex vectiga. de pigno. Cuius contrarium hîc dicitur. Sol. dicit Bal. quod hoc operatur exceptio rei iudi. vel transactionis, quę finiuerunt causam. Vel dic melius, quod ratio est, quia dominus veniebat ex iure & persona Vasalli. Vnde sicut obstabat Vasallo, ita & domino, qui ex eius persona venit, vt supr. dixi secundum And. de Iser. Vtrum autem hoc idem sit censendum in Ephiteota, & superficiario transigentibus? dicit idem Bald. quod non, per dicta l. lex vectigali. nisi dominus fuisset sciens & patiens. arg. ff. ad mace. l. si filius. Facit quod no. in l. quo enim. §. 1. ff. rem ra. hab. Quæro ab extra, quid si ex persona vincẽtis, deueniat istud feudum ad manus tertiæ personæ, an dominus poterit vendicare ab isto tertio possessore? & dicit Baldus, quod sic, per l. si quis emptionis. C. de præscriptione 30. annorum.

Vltimò ad materiam præsentem, vide plura, quæ scripsi in d. ca. si Vasallus de suo. & in pluribus remissionibus, quas ibi adduxi. Et in remissionibus adductis. in d. §. 1. supr. de inue. de re alie. fac. & q̃ ibi scripsi. & in §. quid ergò. in eodem titulo.

QVID IVRIS SI POST ALIE. FEV. VASAL. ILlud recuperauit.

RVBRICA.

SVprà in pluribus titul. præcedentibus, tractauit de controuersijs ortis occasione feudorum, præsertim occurrentibus ex alienatione feudorum facto p Vasallos vt patet suprà in titulo de Vasall. qui contra cõsti. Loth. feu. alie. & in ti. de alie. feu. pa. & nouissimè suprà. in ti. 2. vbi declarat qualiter intelligi debeat regula, q̃ vult q̃ p alienationem feudi aperiatur feudũ domino. Sed qa iuxta prædicta occurrit dubitatio, si Vasallus post alienationem feudi recuperauerit illud. An euitet pœnam prædictam, quæ est statuta aduersus Vasallos alienantes? Et ideò vt declaret prædicta,

dicta, subijcit hîc istam rubricam. Quid iuris sit si post alienationem, &c. Et quod ista cõtinuatio sit bona, patet ex prin. tex. nigri. dum dixit præterea, &c. quæ habet relationem ad iam dicta, vt no. in l. 1. in fi. ff. de pigno. act.

SVMMARIA.

1 *Feudum olim actu retro simili, in statum pristinum poterat reintegrari.*
Actus quando remouet rem à sua substantia perpetuò, non reintegratur.
2 *Extinctum semel, restaurari non poterit.*
3 *Vasallus feudum vendens, si illud ante traditionem possessio. recuperet, excusabitur.*
Traditio fictè facta, an mereatur pœnam.
Feudum venditum & traditum, sed incontinenti recuperatum, an censebitur feudum: Et an per hanc recuperationem euitabit quis pœnam alienatorum.
4 *Emphiteota Ephiteoticam rem inscio domino, si vendiderit, recuperare non poterit.*
5 *Solennitas in venditione rei feudalis, vel Emphiteoticæ omissa, non priuat vendentem suo iure.*

PRAETEREA LICEBAT. Diuide totum titulum in duas partes principales. In prima ponit, quando alienatio est facta per Vasallũ sine voluntate domini. In secunda, quando fuit facta de eius voluntate. Secunda ibi, perfecta. Prima, subdiuiditur in duas, quoniã in prima recitat ius antiquum, circa feudi alienationem & recuperationem. In secunda tractat ius hodiernum circa idem. Secunda ibi, hodie. In summa, hoc vult prima pars principalis.

Vasallus per alienationem feudi factam sine voluntate domini, cadit à iure suo, quod reintegrare nõ potest, licet feudum recuperauerit, cùm iam per dictam alienationem illicitè factam, sit acquisitũ ius domino, licet olim aliter obseruaretur h. d. In tex. ibi, licebat, dic vt supr. qualiter olim po. feu. alie. in prin. Ibi, illicitè. i. absque licentia dominorum, vt inf. de prohi. feu. alie. per Lothar. in l. 1. & de prohi. feu. alie. per Fe. in prin. Ibi, recuperauit, vt reemendo vel aliter acquirendo secundum And. de Iser. Ibi, domino ergò, hîc loquit in feudo nouo ꝙ reuertitur ad dominum per alienatiõem illicitè factam. Secùs aũt si esset antiquum, quia tunc transiret ad agnatos, vt dixi suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi, in fin. Ibi, apertum, hoc est dicere, quia pertinet ad dominum, vt probatur in dicto §. fina. quæ fuit prima causa benefi. amitten. Et ex hoc ipse dominus poterit roborare à quocunque ad quem peruenisset, vt supr. de cap. Cora. in §. præterea.

1 †Not. quod feudum olim per actum retro similem reintegrabatur in pristinũ statum. Et ratio erat, quia non erat per prius apertum domino. Vnde res de facili reuertitur ad naturam suam, vt ff. de pac. in l. si vnus. in §. quod & in specie. & ff. so. matri. l. si seruus dotalis. Sed nouo iure, quia alienatio est prohibita, & statim per alienationem est feudum apertum alteri, non potest culpa purgari, quæ traxit secũ executionem per translationem dominij. l. si seruum. in §. sequitur. per Dy. ff. de verbo. oblig. Et ex hoc infert Bal. quod quando actus remouet rem à sua substantia pꝑpetuò, nõ reintegrat, vt C. de remiss. pig. l. solita. Secùs si vitium rei sit purgabile. vt. ff. de vsucapi. l. sequitur. §. idẽ Labeo. de quo dic, vt in L. ex hoc edicto. in §. penultimo. ff. de aliena. iudic. mu. causa facta.

2 †Not. quod ea, quæ semel sunt extincta non restaurantur, neq; redeunt. vt. ff. de solu. l. qui res. in §. aream. & hîc. Simile videmus in clerico, vel conuerso, a qui non sunt capaces ad successionem feudi, & licet, postea deponant habitum, nõ tamen efficiuntur capaces cum à princi. inhabiles essent. vt suprà de be. fe. in fi. & hic in gl. quæ per hoc est expedita, vsq; ad versicul. ar. contra. &c.

a *In clerico & cõuers. Adde Doct. in Autent. ingressi. C. de sac. san. eccles. & per Docto. in c. in præsentia. de proba.*

Opponitur cum dicta glossa, contra proximè dicta, videlicet, quod immò res semel extincta, possit redire ad pristinum statum, vt probatur suprà, hîc finitur lex. in prin. Vbi Vasallus liberatus à fidelitate domini, durante excommunicatione, vel banno ipsius domini, reuertitur ad pristinam fidelitatem, sublata dicta excommunicatione vel banno de medio. Sol. tu dicas, licet gloss. ista non soluat, quod ibi nõ fuit in totum fidelitas Vasalli extincta, per excommunicationem domini, vel bannũ superuenientia, sed fuit tantùm suspensa, vbi dicitur.

Opponitur subsequenter cum dicta gloss. ad idem, quod immò res semel amissa possit restaurari de. l. 1. §. fi. ff. de bo. pos. contra ta. C. de adop. l. cùm in adoptiuis, cum pluribus similibus allegatis. in gloss. Nam allegauit plura pro & contra, quoniam est via Brocardica, neque aliter soluit ista

uit ista gloss. Vnde tu dicas, vt dixi supr. de benefi. fe. in fi. & nunc etiam latius secundum Iac. de Belu. ad propositum nostrum dicas, quod aut ex alienatione est quæsitũ ius alteri, quàm emptori in ipsa re alienata, aut non. Primo casu non reuertitur in pristinum statum, quia dolus non purgatur, vt hic, nisi esset in integrum restitutus per eum, qui potest. vt in dicto ti. hîc finitur lex. & C. de senten. pass. l. 1. & l. fi. Secundo casu si res perijt, non purgatur dolus. l. 1. §. si rem hîc, allegata in glos. Si verò extat, & nunc si interest domini, non purgabitur, si non interest, purgabitur. vt ff. de alie. iudi. mu. causa fac. l. ex hoc edicto. §. si quis. & l. sequitur. §. idem Labeo. ff. de vsuca.

Oppo. ab extra, de. c. si Vasallus feud. suprà si de feu. fue. contro. Solut. ibi. Alienans ignorabat esse feudum, hîc autem sciebat. Et ita determinatur in directoria iuris. §. quot modis. & probatur suprà titu. 2. c. 1.

3 † Quæro ab extra, quid si Vasallus vendens, recuperauit venditionem antequam tradidisset possessionem feudi venditi, vtrum excusetur. Et respondeo quod sic, quia iste text. intelligitur de alienatione perfecta per traditionem, secundum Doctor. quia res videtur esse quodammodo integra ante traditionem. vt ff. de pac. l. ab emptione. in fi. Quia alienatio est actus per quem dominium transfertur. l. 1. de fundo dotali, & hoc fit per traditioẽm. l. traditionibus. C. de pac. Et not. gloss. super verbo excogitare infrà de prohi. feud. alien. per Lotharium. l. 1. in fin. de quo latè dixi in dicto §. fin. suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in conclusionibus. Quid autem si traditio fuisset facta fictæ, vt quia constituisset se emptoris nomine possidere, an tunc incidat in pœnã, quasi etiam videatur tradidisse, & in hoc reperio dominum Paulum de Castro piæ memoriæ tenere, quod sic, in dicto §. si rẽ. l. 1. ff. deposit. dicens, q. quantum in se fuit, purè alienauit & transtulit possessionem & dominium. Idem, dicit ipse, videtur q̃d inciderit in pœnam, & q. eam non euitet redimendo, nisi venditio fuisset simulata. Ita dicit ipse. Et pro hac opinione videtur facere, q. no. in l. ab emptione. ff. de pac. & in l. Iul. in §. ex vendito. ff. de act. emp. Sed tamen ego non admitterem in iudicando istam opinionem. Tum quia videtur esse nimis dura & rigorosa, iuxta ea, quæ habẽtur in §. illud. sup. quę fuit prima causa beneficij amitten. Tum quia ista iura consuetudinaria videntur habuisse respectum solum, quando Vasallus per veram traditionem spoliauit se, vt probatur. in l. 1. de prohi. feu. alie. per Lotha. dum dixit, exutus beneficijs, &c. & in l. 1. §. callidis. de p. hi. feu. alie. per Fe. dum dixit, q. transferit in alium. Et probatur etiam in isto textu, dum dixit ad quemcunque peruenerit. & suprà de capi. Cora. in §. præterea. Item etiam, quia magis videtur reliquisse per veram traditionem, & realiter, tradendo, & à se applicando, quàm non tradendo realiter. iuxta no. per glo. in dicto §. si rem. in l. 1. ff. deposi. & pro hoc adduco authoritatem Specu. in dicto §. nunc aliqua. versic. 85. de loca. Facit insti. de act. §. Item, Seruiana. & quod not. glos. fina. in §. callidis. & in dicta l. 1. de prohi. feu. alien. per Lotharium. super verbo excogitare. Præterea si non incidit in commissum, vbi est facta realis venditio & traditio, dummodo incontinenti recuperet, vt statim dicam in sequenti quæstione, quam Communiter sequuntur omnes Doctores. Multò fortius videtur dicendum in proposito, vbi non tantùm peccauit. Facit ad prædicta, quod in simili dixit Baldus in l. vsuras. C. de vsuris. circa fin. Quæro quid si Vasallus vendidit & tradidit, sed incontinenti recuperauit, an tunc retinebit in feudum, & euitet pœnam alienatorum, & dicit Iacobus Ardizo. quod sic, argu. ff. vnde vi. l. qui possessionem. & ff. de re iud. l. quanquam.

Quod intelligit, si reuocauit anteq̃ sibi esset mota quæstio. argum. ff. de oper. lega. l. mancipiorum. & supr. de re mili. l. milites. Idem sensit Bald. hîc super rubrica, dum dixit, q. non prodest pœnitentia, vbi culpa est executa, secùs si res est integra, vel incontinenti purgetur culpa. ff. vt de in integ. resti. l. diuus. Idem sensisse videtur Andræ. de Isernia, recitando opiniones, & hoc per istum textum, dum dixit, post ea recuperauerit, &c. quod significare videtur interuallum. argum. ff. ex quib. causis maio. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter, & non modicum. Secùs si modicum interuallum fuisset, argum. dictę l. ex hoc. in §. si quis. & ff. qui ex causa ma. & l. 1. §. si rem. ff. deposi. Facit quod no. in simili. supr. Episcop. vel Abba. in c. 1. & de suc. feu. in §. filia. Et subdit, quod intelligitur modicum secundum quosdam, antequam dominus conqueratur, & moueat quæstionẽ, per ea, quæ dicta sunt supr. de mil. Vasal.

sal.qui ar.bel.depo.in c.1.Et finaliter concludit ipse, q. hæc opinio satis æqua videtur, & maximè si incontinenti recuperet. Ita & taliter, q. illud incontinenti possit dici postea, quia ea, quæ incontinenti fiūt a inesse videntur.l.lecta.ff.si.cer.pe. Durum tamen est secundum ipsum recedere à dispositione textuum, qui cōtrariari videntur huic opinioni. Sed tamen pro æquitate huius opinionis, ego adduco ea, quæ traduntur suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi.in §. sed quia.& in cap.si quis Præsbyterorum.extra de rebus ecclesia.non alie.& quod dixit Specul. in titulo de locato.§. nunc aliqua. versicul. 96. vbi in simili dicit ita fuisse obtentum de facto.

4 † Quæro quid iuris sit in Emphiteota, qui vendidit rem Emphiteoticam irrequisito domino, & postea illam recupat, an nihilominus perdat rem? Et dicit Bart. q. sic per istum tex.& per l.1.§.si rem.ff.deposi.& de fideicom.liber.l.quibus.& l.rogo.& ita dicit ipse.in l.sequitur.in §.idem. Labeo.in fi.ff. de vsucap. Idem tenet Dy. in d.l.rogo.

Sed Guido de Suzaria tenet contrariū, p dictum §.idem Labeo. Idem tenet Spec. in dicto versi.96.per dictum c. si quis Præsbyterorum.& de pœni.di.1.diuortium. Et hoc idem tenet Bart.de Saly.in d.§. si rem per ea, quæ ibi nota. in tertia solutione, de quo plenissimè per ipsum in lege fin.C.de iure Emphiteo.Sed quantum ad propositum nostrum, ego concordarem opiniones, quod aut Emphiteota incontinenti & celeriter redemit rem vēditam, & tunc non incidat in commissum, per c.potuit. de loca. & videtur esse de mente Specul. versicul.86.Aut fuit in mora recuperandi, & tunc incidat in commissum, prout dixi suprà de Vasallo, quæ trahenda videntur ad Emphiteotam eadem ęquitate. Vtrum b autem teneat argumentatio de feudo, ad Emphiteosim, b dicam statim in titulo sequenti, & dixi in c.1.sup.quibus mo.feu. consti.potest.

† Quæro quid si ex forma statuti datur certa solennitatis in vēditione rei feudalis, vel Emphiteoticæ sine qua vitiatur venditio, an tunc si contrafiat, cadat quis propter hoc à iure suo? Et Baldus, qui format hanc quæstionem.in l.secunda.C. de Episco.audi.dicit, q. non, quia verbum venditionis absolutè prolatum, non comprehendit venditionē, quę nulla est ex defectu solennitatis, vt ff. de re iudic.l. quarta.§.condemnatum. Facit.ff. de verborū signifi.l.alienationis.

Vltimò ad materiam præsentem facit, quod not.in §.si suprà de ben.fe. & infrà de prohi.feu.alien. per Federicum. in glossa secunda.& per Doctor.in dicto §.si rem.& in locis suprà alleg.& quod notat. in capitulo secundo, extra de depo. plenè per Specul.in dicto versiculo 96.per Iaco. Ardizo.in Summa in titulo quibus modis feudum amittatur, sub rubricella, si alienet feud.& postea recuperat. & per Ioan. Andr.in addi.Specul. in titulo de feu.sub rubrica. versiculo 104. & in directoria iuris.in §.quot modis.

SVMMARIA.

1 *Vasallus feudum per libellum de consensu domini alienans sic, vt singulis annis solidos quinq. recipiat illud ius nomine feudi retinebit.*

Consensus domini circa alienationem feudi adhibitus, qualificat ipsum feudum secundum qualitatem consensus.

2 *Vasallus feudum à libellario possessore recuperans, illud non tanquam feudum, sed vt libellum tenebit.*

3 *Feudum sine domini consensu alienatum post annos triginta an possit ab eo reuocari.*

4 *Feudum à Vasallo venditum & tandem recuperatum quare non reintegretur.*

Feudum per libellum voluntate domini alienatum, si postea per libellum à Vasallo recuperatur, an remaneat feudum.

Ius libellarium an & quando poterit esse ius feudale.

§ PROFECTO' SI DOMINI. Hæc est secūda pars principalis huius ti. quoniā hucusq; declarauit de recuperatione feudi alienati sine omni voluntate. Nunc verò declarare intendit, quando alienatio fuit facta cū voluntate domini. Et aduertendum, quia est valde difficilis circa intellectum literę, vt faciam ipsum clarum, diuido in quatuor partes, quoniam in prima parte dicit, q. si ego Vasallus habeo feudum à domino, & illud cum voluntate ipsius domini vēdidi Titio liberè, vel sibi allibellaui, vt debeat inde soluere omni anno quinq;, vel aliter sibi alienaui sorte sibi donando, ego postea recuperaui idem feudum ab eodem Titio. Modò quæritur, an illud possim retinere & quo iure? Et dicitur hic, quod hoc feudum, quod semel desijt esse meum p alienationē, non recidit in causam feudi, vt deinceps habeam iure beneficij & feudi, sicut prius habebam. Sed est videndum, quo iure recuperaui. Nam si recuperaui iure ꝓprio, vt quia Titius retro vendidit

a *Ea quæ incōtinenti fiunt. Adde quando aliquid dicitur fieri incontinēti. vide Bar. in l.1. in §. cùm ergò.ff. de vi. & vi. ar. itē. ille dicitur posse probare incontinenti. q. probat in fra tres dies. secundum Archi. 3. q. 3. in Summa idem tenet Pau. de Cast. in l. fi. in 2. no. C. de errore aduo.*

b *Argumentatio de feudo ad Emphiteosim. Adde Specul. tit. de feu. in §. quoniam. versic. 40. Ioan. de Imol. in c. potuit. de loca. Bar. cōsi. 66. inci. referam in medium. in 4. vol. Alex. de Imo consi. 61. inci. consideratis. his de quib⁹. in themate ini. vol. idem Alexan. consi 128. inci. consideratis. verbis instrumenti in eodem volu. vbi concludit, quod valet nisi in lib. feudor. aliud reperiatur specialiter factum secūdū Doctor. in l. si mihi & Titio. ff de verbo. obliga.*

vendidit mihi dictum feudum, & tunc tenebo iure proprio ex titul. emptionis, nec res remanebit feudalis. Si verò illud recuperaui iure libellario, vt quia idē Titius, qui primò recognoscebat illud à me iure libelli, pro quinq; annuis mihi soluendis. Nunc retrouēdidit mihi dictum ius suum libellarium, & tunc isto casu tenebo dictum feudum dicto libellario iure. Sed tamen ipsa res in se benè remanebit feudalis, put erat à princi. Si verò illud recuperaui ex alio contractu, puta quia ipse Titius mihi retro illud donauit, vel aliter in me transtulit, & tunc similiter isto casu tenebo iure & titul. donationis, vel ex illo iure, quo illud recuperaui, & isto casu similiter non remanebit feudalis. Et hoc vult ista prima pars, vsq; ad versic. dummodo de coniuncta gloss. 2. quæ per hoc est expedita. In dicta secunda parte dicit, quod si ego Vasallus allibellaui de voluntate domini dictū feudum Titio, vt solueret inde omni anno quinq;, quod isto casu si non recuperaui dictum ius libellarium à Titio. Sed remansit libellarius meus, prout sibi allibellaui de voluntate domini, quod tunc isto casu dicta quinq; annua, quæ mihi debet Titius de libello, intelligor tenere in feudū à domino, quia ea habeo ratione feudi, quod allibellaui cum voluntate domini. Et hoc vult ista secunda pars vsq; ad versic. illud verò ius. Et in hac tertia parte reuertitur ad primam partem de Vasallo allibellante, & postea illud ius recuperante, vt in hoc exemplo, videlicet, quod si Titius cui allibellaui feudum pro quinq; soluendis omni anno, mihi retrouendat dictum ius libellarium, quæritur modò, an tale ius, quod per libellum transtuli, & modò recuperaui intelligar tenere pro feudo, sicut prius tenebam, & dicit quod non. Sed tenebo tanquam ius libellarium. Nam perinde est ac si redemissem aliam rem libellariam, quæ non fuisset feudalis.

a Quid sit libellus. Adde glo. in verbo libellum. in Autentic. de exhi. re. in §. sancimus. collatio. quinta. Host. in Sum. titu. de libel. oblati. in §. 1. Docto. in 4. rubri. eo. tit. Spec. ti. de libel. cōceptio. in §. 1.

Intelligas tamen, quod licet istud ius redemptum à libellario nō censeatur feudale, tamen ipsa res feudalis remanet feudalis. Et hoc vult ista tertia pars, vsque ad versiculum, si feudum, &c. Ista est quarta pars, in qua iuxta proximè declarat, quod si ego Vasallus recuperaui feudum à Titio, videlicet, dictum suum ius libellariū. Si postea ego refuto feudū domino, quæritur an istud ius libellarium, quod ego redemi à Titio possum retinere? Et dicit q̃d sic. Nam cùm suprà dixerit, quod ista redemptio huius iuris libellarij reguletur, sicut quælibet alia res, patet quod facta refutatione iuris feudalis, quod in ea habeam, remanebit mihi ius libellariū. Habeo enim duplex ius in re feudali. Vnum, videlicet, ex causa feudi mihi à prin. concessi à domino, & isto respectu res remanet feudalis. Aliud est ius, quod habeo ex causa libelli nunc redempti. Et istud ius non est feudale, sed libellariū, quia à prin. de voluntate domini ita allibellatum fuit. Vnde possum refutare ius feudale, & retinere ius libellarium. Et nunc ex prædictis habes plenè casum huius §. qui scabrosus est. In textu, ibi, per libellum, dic quid sit libellus [a] vt dixi sup. quib. modis feudum amittatur. in §. aut si libellario. & de feu. alie. in prin. Ibi, alienauit. Fortè donando, vel aliter contrahendo. Ibi, si idem, scilicet, Vasallus. Ibi, ipsum, scilicet, feudum. Ibi, penes ipsum. s. Vasallum. Ibi, iure tamen beneficij non, dic, scilicet, eo casu, quando cum voluntate domini liberè vēdidit, vel aliter liberè transtulit, & postea liberè recuperauit, quibus casibus, tenebit iure proprio, & non iure beneficij. Sed quando per libellum transtulit, & postea ipsum per ius libellarium similiter recuperauit, tunc res ipsa feudalis similiter remanebit feudalis, nō autem illud libellarium erat feudale. Ibi, sed aut proprio, dic quod casu, res non remanebit feudalis aliquo iure, quia iam cum voluntate domini alienata fuerat, sed remanebit sua libera iure venditionis sibi factæ. Ibi, aut pro libello. Dic quo casu res ipsa remanebit feudalis, prout fuerat, sed illud ius libellarium non, vt probatur statim in versicul. illud verò. & in versiculo, si feudum, &c. in fin. capituli. Et ita intellexit glossa secunda hìc posita. Ibi, recuperauit, dic nam si recuperauit iure donationis, remanebit sua libera ex ti. donationis, non autem erit feudalis, postquam iam de voluntate domini liberè alienata fuerat à prin. Ibi, dummodo, dic in isto versiculo, iste Vasallus, qui alienauerat feudum de voluntate domini, non recuperauit aliquo modo illud, sed reliquit allibellatum, prout erat. Ibi, sciat, scilicet, iste Vasallus allibellans. Ibi, si quid, dic declarat per exemplum, quod proximè dixit. Ibi, pro libello ei dato, id est, iure libelli ipsi Vasallo respondetur, videlicet, quandoq; singulis annis, vt sequitur. Ibi, hoc, scilicet, iste redditus annuus, quod sibi iure libelli respondetur de voluntate domini, censebitur

sebitur feudum de iure postquã Vasallus aliter nõ recuperauerit, nec aliter sibi restitutum est per libellarium. Vel intelligas hoc, scilicet, ista allibellatio facta à princ. de voluntate domini. Et per ista habes expeditam glossellam hîc positam, quæ hic declarauit. *Ibi, illud verò*: dic hîc reuertitur ad primam partem, quando Vasallus de voluntate domini allibellauit feudum, & postea illud recuperauit. Ibi, non tenebit, subaudi, sed ipsa tamẽ res remanebit feudalis. Ibi, alterius rei, quasi dicat, quòd respectu illius libellarij, censebitur perinde, ac si fuisset alia res nõ feudalis allibellata & redempta. Ibi, refutauerit, scilicet, in casu, supr. proxi. quando Vasallus recuperauit feudum iure libellario, quo casu, remanebat res feudalis, & nihilominus obligatio iure libelli. Modò si isto casu refutauerit feudum domino, nihilominus durabit ius libelli, cùm in dicta re esset duplex ius, vt suprà dixi. Not. quòd consensus domini circa alienationem feudi adhibitus, qualificat ipsum feudum secundum qualitatem consensus. Vnde si Vasallus alienet iure proprio de consensu domini, si postea conuertitur: intelligitur conuerti iure proprio, si iure libellario alienetur: tunc cõuertitur iure libellario. Nam posterior euentus declaratur secundum formam licentiæ præcedentis. Facit l. 1. post prin. infr. de ꝓhi. feu. alie. per Fed. & quod habetur in c. fi. extra de cle. pereg.

1 †Not. quòd quando Vasallus de voluntate domini alienat feudum per libellum, puta, vt singulis annis debeat habere qnq; solidos, tenebit illud ius nomine feudi, & si Vasallus committeret feloniam aliquã, vel aliud ex quo feudum aperiretur domino: tunc istud ius aperietur ipsi domino, quoniam reliquiæ feudi iure feudi censeri debent, quod est notatu dignum secundũ Bald. Facit supr. de inuesti. de re alie. fact. in §. sed & contraria.

2 †Not. quòd vbi Vasallus recuperat à libellario possessore feudum allibellatum de voluntate domini, tenebit deinceps à domino illud ius libellarium redemptum, tanquam libellum, nõ tanquam feudum. Res tamen ipsa benè remanebit feudalis. Illud autem ius, puta, quinque solidorum soluendorum per dictam redemptionem est cõsumptum, quo ad Vasallum & eum libellarium, à quo redemit. Verùm iste Vasallus tenebitur domino ad istos quinque solidos annuatim, nõ iure feudi, sed iure libelli secundum Bal. Idem si iste Vasallus in prædicto casu refutasset ius feudale ipsi domino, retinere poterit d. rẽ feudalem iure libellario deinceps. An autem & quando Vasallus possit feudum refutare, dixi supr. de Vasal. qui contra constit. Loth. feu. alie. in c. 1.

Oppo. cum glo. contra istum §. in prin. in eo, quod text. ꝓsupponit, quod tunc demùm Vasallus potest alienare, vel libellare feudum, si hoc faciat cum voluntate domini. Sed contrà, quia etiam sine voluntate domini poterat hoc facere secundum ista iura ante constitu. Lotha. Nam poterat vendere & alienare vsque ad medietatem sui feudi, nisi feudum fuisset in curte domini, vel fuisset extra curiam, sed dominus habebat iurisdictionem & honorẽ in loco, quibus casibus Vasallus potest alienare absque voluntate domini, vt prædicta ꝓbantur sup. qual. olim pot. feu. alie. in prin. & de alie. feu. in c. 1. & suprà quib. mod. feu. amit. in fi. Solu. dicit gloss. quòd iste textus loquitur, & habet respectum ad iura noua, secũdum quæ indistinctè prohibita est feudi alienatio in toto, vel parte, sine voluntate domini, vt infrà de prohi. feu. alie. per Lotha. & de prohi. feu. alie. per Fede. & suprà de Vasallo, qui contra constitutionem Lotha. feu. alie. in c. 1. Et quòd hoc sit verum, vt referatur ad dicta iura noua probatur, quia continet se ad suprà proxima in vers. cùm hodie, &c. vbi locutus est, & mentionem fecit de dicto nouo iure. Et per hoc habes expeditam istam gloss. vsque ad versicu. imò & sic fiebat, &c. quæ benè loquitur. Quando autẽ Vasallus dicatur habere feudum in curte, vel extra curtem domini. Item & quando dominus dicatur habere districtum honorem & iurisdictionem in loco, plenè declaraui. in dicto tit. §. fin. suprà quib. mod. feud. amit. in euidentialibus, & in notabilibus, vbi vide pro declaratione prædictorum. Et in hoc, an Vasal. possit allibellare ius suum feudale, dixi infr. de prohi. feud. alie. per Fede. in prin.

3 †Quæro cum dicta glo. si Vasallus alienet feudum sine voluntate domini, & post d. alienationem sint elapsi anni triginta, an dominus poterit amplius reuocare feudum alienatum, nõ obstante præscriptione sibi. Et dicit gloss. quòd olim hoc expeditum erat, vt non posset dominus reuocare, siue fuisset sciens, siue ignorans, vt probatur supr. qualiter olim poterat feudum alienare. in §. penultimo. Quinimò etiam hodiè talis præscriptio longis-

ſima obſtabit domino ſciente, cùm talis præſcriptio lõgiſsima fuerit inducta contra deſides & negligentes, niſi eſſent de perſonis, contra quas talis præſcriptio nõ currit, de quibus in text. & gloſſ. in l.2. C. de præſcriptione triginta annorum. Sed de hac quæſtione dic, vt plenè notatur per glo. & ibi latiſsimè dixi ſuprà de capi. Cor. in §. præterea.

Oppo. ab extra contra iſtum text. vt non poſsit procedere, quia Vaſallus dando ad libellum ſuum feudum transfert in eum ſuum dominium vtile, quod habebat in ius libellarium, vt ff. ſi ager vectig. l.1. & 2. Vnde apud Vaſallum nullum remanet dominium, ſicut dicimus de emphiteota, vt inſti. locat. in §. adeò. Ergò nihil videtur remanere in feudo. Solu. dic ſecundum Iacobum de Belui. quòd illud ius libellarium, quod eſt apud eum, eſt in feudum, vt probatur in verſi. illud & in fi. Vnde videtur adhuc ipſam rem feudalem poſsidere propter penſionem, quam recipit, vt ff. de vſufruct. l. non vtitur. & l. ſequen.

4 †Quæro ab extra, quæ eſt ratio, quare non integratur feudum, quando Vaſallus illud vendidit, & poſtea recuperauit? dic ſecundum Iacob. de Belui. quia per venditionem factam cum conſenſu domini, dominus perdidit ſuum directũ dominium, & Vaſallus ſuum vtile, vt C. de rebus alie. non alie. l.1. & l. ſi fundum. & de remiſ. pign. l.1. & ideò non reſtituitur in ſtatum priſtinum, vt ff. de ſta. ho. l. homo. liber. & de adopt. l. qui liberatus. & ſuprà de alienatione feudi. in §. & ſi clientulus.

Quæro, quid ſi dedit alij per libellum domini voluntate, & poſtea recuperauit per libellum, an remaneat feudum? & dic quod ſic, ſecundum Iacobum de Belui. & Andræam de Iſernia. argumen. in ver. illud. & erit in feudum ipſa res, quaſi reſtituta in priſtinam cauſam. Et eſt ratio, quia voluntate domini dedit ad libellum. Ipſum autem ius libellarium non erit in feudum, vt dixi ſuperius. Vbi autem dediſſet ad libellum perpetuum, & non recuperat, tunc illud ius libellarium benè erit feudale, vt in verſicu. dummodò. Et tunc habes omnia ad intellectum declarata.

Vltimò ad materiam præſentem vide, quod dixi ſuprà in princi. iſtius tit. & in remiſsionibus ibi adductis. & per Iaco. Ardi. in Summa. in ti. qui. mod. feu. amit. ſub rubricella, ſi dominus conſenſit alie. feu.

AN AGNATVS VEL FILIVS POSSIT REPVDIARE feudum, & hæreditatem retinere, vel econtrà.

RVBRICA.

QVia ſuprà in titulo præcedenti, in fi. habita eſt mentio de refutatione feudi. Vnde ſumpta inde occaſione ſubijcit iſtum titulum. In quo declarare intendit an agnatus vel filius poſsit refutare feudum, & hæreditatem retinere, vel econtrà.

SVMMARIA.

1 *Agnatus ſuccedens agnato in hæreditate, & feudo paterno illam refutabit, & iſtud retinebit.*

2 *Filius patri in hæreditate & feudo ſuccedens hæreditati, quare renunciare non poſsit.*

3 *Feudum non debet alterari in eorum præiudicium ad quos eſt reuerſurum.*

4 *Suus abſtinendi beneficio potitur, quãdo hæreditati feudum annectitur.*

5 *Emphiteota moriente, an poſsit filius eius hæreditatem repudiare.*

6 *Filius emphiteotæ quando poſsit emphiteoſim tenere, & hæreditati renunciare.*

7 *Agnati an ſuccedant filio Vaſalli mortui de feudo paterno tanquam nouo inueſtiti.*

8 *Agnati feudum antiquum, quo tanquam nouo inueſtitus eſt vaſalli filius, an poſsint reuocare.*

9 *Filius Vaſalli defuncti hæreditatem refutans feudũ tenere non poterit. Fallit, vt hîc.*

Agnatus, hæres Vaſalli, an poſsit hæreditatem repudiare, & retinere feudum hæreditarium.

10 *Filius Vaſalli an poſsit paternam hæreditatẽ repudiare auitum feudum retinendo.*

Vaſallus an poſsit repudiare feudum in præiudicium filij.

11 *Carboniana bonorum poſſeſsio locũ ſibi vendicat in feudo. Et quid ſit dicendum de bonorum poſſeſsione cauſa ventris. Item, quando filius habeat ſubſtitutum vulgarem, datum in teſtamento patris.*

12 *Filius in re certa inſtitutus, an ſuccedat in feudo æqualiter cum fratribus.*

13 *Filius & hæreditatẽ & feudum repudians, ſi res hæreditarias vel feudum tenere reperiatur ad onera & ſeruitia compelletur.*

14 *Agnatus proximior Vaſalli abſque liberis decedentis feudum ſine proteſtatione apprehendens, non per hoc Vaſalli creditoribus tenebitur.*

15 *Filij domini an ſuccedant illi in proprietate feudi.*

SI CONTIGERIT. Diuide totum titulum in tres partes. In prima declarat, an agnati Vaſalli mortui poſsint eius hæreditatẽ recuſare, & feudum retinere, ita & taliter, vt non teneantur ad

tur ad onera hæreditaria. In secunda declarat, an similiter filij Vasalli mortui possint eius hæreditatem repudiare, & feudũ retinere. In tertia declarat, an in casu suprà proximo, posit idem filius à domino inuestiri cõsentientibus agnatis de eodem feud. tanquã de feudo nouo, ita & taliter, vt posit dictam hæreditatem repudiare, & dictum feudum retinere, vt non teneatur creditoribus hæreditarijs. secunda ibi, vbi verò. tertia ibi, licet.

CASVS.

Agnatus ad quem delata est hæreditas Vasalli mortui, potest dictã hæreditatem repudiare, & feudum retinere, nec tenebitur ad onera hæreditaria, quatenus suppetunt fructus adhuc pendentes in feudo, qui iam cesserant lucro Vasalli tempore mortis. Vbi verò Vasallus reliquit filium, ad quem hæreditas delata est, non potest dictam hæreditatem repudiare, & feudũ retinere, sed tenetur aut vtrumque repudiare, aut vtrumque retinere, nisi à domino inuestiretur consentientibus agnatis, tanquam de feudo nouo, quia tunc posset hæreditatem patris repudiare, & feudum retinere, nec tenetur ad onera hæreditaria. hoc dicit. Præmitte pro euidentia, q̃ in successione feudi prima causa est liberorum, & cęterorum masculorum descendentium per lineam masculinam, deficientibus autem istis descendentibus, postea vocantur agnati transuersales secundum gradus suos. Et hoc in feudo paterno, vt prædicta probantur, suprà de gradibus, in princip. & in §. 1. Et ibi declaratur etiam, quod sit feudum paternum, & ꝓbatur inf. de succe. feu. c. 1. In feudo autem nouo nõ succedunt agnati, nisi expressè sit dictum in inuestitura, vt suprà de success. feu. §. fi. & suprà de fra. de no. bene. inuesti. in c. 1.

a Quod autem dicatur a feudum nouũ, probatur suprà, qui testes sint necess. ad ꝓban. nouam inuestituram. & ibi dixi. In textu ibi, prole, id est, filijs, & alijs descendentibus, vt l. officiales. in fi. C. de Episc. & Cle. & dixi supr. de gradib. in prin. super text. Ibi, pertinet, dic, vt est proximior, siue vocetur ex testamento, siue ab intestato ad hæreditatem secundum Iac. de Bel. Ibi, si paternum fuit, vt quia filius alicuius descendentis ipsorum, qui fuit agnationis communis. d. §. 1. de gradi. Et ideò dixit de paterno, quia in nouo nullo modo succedunt agnati transuersales, etiamsi essent hæredes, nisi expressè esset dictum in inuestitura, vt suprà dixi. & hoc voluit etiam gloss. hîc posita. Ibi, fructibus, subaudi, pendentibus, super dicto feudo. Ibi, suprà diximus, scilicet, in titulo supr. hîc finitur lex. §. penultimo. Et non mireris, quod author referendo se ita ad remota dicat, suprà diximus, &c. quia in rubricatione antiqua huius operis, non erat hîc intermedia aliqua rubrica à dicto titulo inclusiuè, vsque ad titulum infr. de natura successio. feudi exclusiuè, vt ibi dixi super rubrica, & clarius super rubric. de filijs natis ex matri. ad morganic. contracto. Et ideò hîc dixit secundum quod suprà diximus, quasi referendo ea, quæ dixerat sub eodem titulo. Ibi, considerabitur hoc modo, videlicet, quod si Vasallus decesit à mense Septembris inclusiuè, vsque ad Calendas Martij sequentibus exclusiuè, tunc Vasallus mortuus non lucrabatur fructus, & per consequens iste agnatus non tenetur aliquid soluere occasione fructuum, quia spectant ad ipsum agnatum. Si verò Vasallus fuisset mortuus à Calendis Martij inclusiuè, vsq; ad mensem Augusti fuerit inclusiuè: tũc Vasallus mortuus lucrabatur fructus, & per consequens iste agnatus habebit necesse refundere istos fructus pro soluendis oneribus hæreditarijs. Et hoc etiam voluit gloss. hîc posita, licet non ita clarè. & de hac materia fructuum plenè ibi tractauit. Ibi, beneficio, id est, feudo, vt supr. in quibus causis feudum amit. in §. 1. Ibi repudiauit.

Et intelligas hoc esse verum secundum gloss. hîc positam, & benè, siue feudum sit nouum, siue paternum. Nam quod loquatur de paterno, expressè patet, per ea, quæ statim subijciuntur in text. dum vult, quòd agnati reuocẽtur, si repudietur, &c. In nouo similiter debet intelligi, quia in eo succedunt filij, vt supr. qui feudum dare possunt. in §. antiquissimo. & de succ. feu. in fin. & de feud. mar. in c. fin. Ibi paternum fuit. Secùs autem si esset nouum, cùm in eo non succedant agnati transuersales, vt supr. dixi.

a Quod autem dicatur feudum nouum. Adde glo. in c. Acacius. 24. q. 1. & per Doct. in c. ex parte de feu.

1 †Not. quòd vbi agnatus succedit agnato in hæreditate & feudo paterno, quod potest repudiare hæreditatem, & retinere feudum. Et est ratio decidendi, quia istud feudum non recognoscit, neque habet ex beneficio agnati mortui, neque ex successione sua, neque mediante persona sua, sed potiùs ex liberalitate & munificentia primi domini concedentis. Vnde non potest per alium sibi tolli, neque subijci alicui oneri, vt in Auten. de exhib. & intro-

duct. reis. in §. optimum. & ff. de adopt. l. ſi arrogator. & in Auten. de nupt. in §. ſi verò vſumfructum. & in gloſſ. ſecunda hîc poſita, quæ per hoc eſt expedita.

2 †Not. quòd filius ſuccedens patri Vaſallo in hæreditate, ac feudo paterno, non poteſt feudum retinere, & hæreditatem repudiare cauſa euitandi onera hæreditaria. Et fuit ratio decidendi, quia filius conſequitur iſtud feudum patre medio, & venit ex perſona dicti patris ſui. Nam filius oritur à patre: non autem agnatus ab agnato, vt ſuprà de ſucceſsione feudi. in principio. & de gradibus ſucceſsionis in feud. ſecundum Iacobum de Bel. Agnati autem non veniunt ex perſona patris. vnde non mirandum, ſi in hoc videtur filius eſſe deterioris conditionis, quam agnatus in tali feudo paterno, quod ita proceſsit ex largitate primi concedentis reſpectu filij ſicut reſpectu aliorum agnatorũ. Item, qa filius quodãmodò reputatur eadẽ perſona cum patre, & idem principium cenſetur. Item, quia filij veniunt eodem iure cum patre, ſed agnati quidem diuerſo, & ex diuerſo capite. argumen. in l. ſed cum patrono. ff. de bo. poſ. ſecundum Bald. Item, eſt & alia ratio ſecundum Andræ. de Iſer. quia eſt iniuria defuncto non habere hæredem. inſti. qui ma. accu. non poſſunt. in §. 1. ſtrictius autem tenetur filius defendere honorem patris, quàm extranei, quia habet eſſe à patre. Et per iſtam habes expeditam gloſſam quartam hîc poſitam, & etiam quintam, quæ allegauit plura argumenta, & pro & contra in hoc Brocardo: videlicet, an filius repudiata hæreditate poſsit feudum retinere vſque ad verſic. ſed nunquam, &c. quod Brocardum proſecutus fuit Azo in ſuis Brocardis. Sed de hoc modicum curandum, cùm de conſuetudine feudorum habeamus determinationem factam, vt hîc ſecundum Ioan. Andr. in addi. Spec. §. quoniam ver. 37. vbi pleniſsimè materiam huius Brocardi declaraui. & dic vt ibi.

a *Conſuetudo eſt de iure ciuili. Adde Car. Alex. in c. mos eſt id. item conſuetudo ſumpſit vires à lege ſcripta, ſecundũ Car. Alex. in c. non eſt peccatum. in §. ius verò. in 2. colu. 6. diſt.*

3 †Not. quòd dominus non poteſt alterare naturam feudi antiqui in præiudiciũ horum agnatorum, ad quos dictum feudum quandoque ſit reuerſurum, niſi dicti agnati conſentiant alterationi factæ per dominum, vt hîc facit. §. præterea. ſupr. quibus modis feudum amittatur. Nam per conſenſum priuatur iure ſuo, vt ibi no. Et vtrum requiratur expreſſus conſenſus, vel ſufficiat etiam tacitus. dic, vt ibi dixi. Sed an dicti agnati, qui patri non conſenſerunt, poſsint poſtea per ſuam ratihabitionem confirmare, & ſibi præiudicare? dic quod ſic, vt ſupr. de alienatione feudi paterni. in princip. & ibi plenè examinaui. & in gloſſa penult. hîc poſita, quæ per hoc eſt expedita.

Intelligas tamen, dummodò ratihabitio non ſit erronea, vt no. in l. mater. C. de rei vendi. ſecundum Bal.

4 †Not. hîc textum ſingularem ſecundum Baldum, quod ſuus etiam de iure ciuili habet beneficium abſtinendi, videlicet, quando hæreditas habet feudum annexum, quo caſu, filius etiam ſuus poteſt vtrumque repudiare. Nam cõſuetudo eſt de iure[a] ciuili inſti. de iure na. gen. & ciuili. §. ex non ſcripto, quæ conſuetudo dat beneficium iſtud: cùm tamẽ de iure communi contrarium ſit. inſti. de hæred. quali. & diff. in §. ſui. & no. C. quando non peten. partes. l. vnica. & ff. de reg. iuris. l. iura ſanguinis.

Intelligas tamen tit. iſtum tam de filijs ſuis, quàm emancipatis, quia in materia feudali etiam emancipati ſuccedunt in feudo, vt dixi ſuprà, ſi de feudo fuerit controuerſia. in c. adoptiuus. & tenet Ia. Ard. in titulo de ſucceſsione feudi, ſub rubric. an emancipatus ſuccedat in feud. &c. & Bald. hîc.

5 †Quæro cum gloſſ. 5. in fin. quid ſi emphiteota moriatur relicto filio, an iſte filius poſsit hæreditatem patris repudiare, vt non teneatur oneribus hæreditarijs, & ſibi retinere emphiteoſim? & hæc gloſ. videtur ſentire quod non, arguendo à ſimili de filio Vaſalli ad filium emphiteotæ, per iſtum text. licet plura ar. Brocardica poſſent trahi, pro & contra, prout fit in filio feudatarij, ſecundum quod dixi ſupr. in ſecundo notabili, quam gloſſam ſimpliciter ſequitur Petr. de Cer. dicens, idem iuris eſſe in iuribus emphi. quod in feudalibus. Imò multò magis in emphi. quia emphiteota poteſt diſponere de ſuo iure in teſtamento. l. in conuentionalibus. ff. de verborum ſignificat. Sed Vaſallus de ſuo feudo non, vt ſupr. de ſucceſsione feudi. capit. 1. Hanc eandem opinionem gloſſ. tenuit hîc Andræas de Iſernia, quando inueſtitura eſſet facta pro ſe & liberis, quia tunc etiam ſi non ſint hæredes, poſſunt ius ſuum retinere. l. ſi operarum. ff. de oper. liber. Sed quando inueſtitura diceret pro ſe & hæredibus ſuis, tunc non poteſt emphiteoſim tenere, niſi ſint hæredes. argu. in l. cùm à matre. C. de rei vendi. Et in

hac

hac opinione videtur fuisse Specu. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versic. 158. Motus principaliter per Autē. vnde si parens. C. de inoff. testa. Sed Ioan. And. ibi in addi. videtur sentire, quia aut ista emphiteosis est auita: & tunc filius emphiteotæ admittitur repudiata hæreditate patris. Aut est paterna, & tunc non. Et allegauit Guido de Suza. hoc tenere in l. qui se patris. C. vnde libe. Et extendit hanc distinctionem suam, etiam ad materiam feudalē, dicens, quòd iste titulus loquitur tantùm in feudo paterno, & non auito. Sed de hoc te remitto ad notata per ipsum. in c. 2. extra de feu. & in regula non debet aliquis. de reg. iur. lib. 6. Sed Bar. in l. quod dicitur. ff. de verborum obligatio. videtur sentire cum Specu. dicens, quod quando inuestitura dicit pro se & filijs. Intelligatur ordine successiuo, vt primò habeat pater, postea filij, vt in l. Gallus. §. 1. cum ibi no. ff. de lib. & posthu. & subdit, quòd isto casu in emphiteosim Ecclesiæ, quæ non transit, nisi ad filios, vt in Auten. de non alie. in §. emphiteosim, colu. 2. videatur tunc prouisum filijs, vt filijs, & non vt hæredibus. Et ideò ad eos pertineret, etiamsi non essent hæredes. argu. ff. de oper. liber. l. vt iurisiurandi. in §. si liberi. & ibi per Dy. Facit quod dicit Cyn. in l. liberti libertæque. C. de oper. lib. Dominus autem Bald. in hac quæstione tam hîc, quàm in Auten. si quas ruinas. C. de sacrosanct. Eccl. vbi latissimè examinat formando infinita argumenta pro & contra. Tandem videtur transire cum Barto. vt non sit per omnia bona similitudo de feudo ad emphiteosim, cùm feudum magis cohæreat personæ, quàm patrimonio, quia causa feudi radicata est in seruitio personali.

6 †Ex quibus videtur cōcludendum pro hac parte, videlicet, quòd quando inuestitura emphiteosis [a] est facta pro se & filijs, quod tunc filius potest retinere emphiteosim, & repudiare hæreditatem. Et hæc conclusio probatur, quia sufficit inesse qualitatem, de qua actum est inter contrahentes. ff. de verborum obligat. l. quæcunque. §. 1. & dicta l. quod dicitur. & de assigna. liber. l. 1. §. assignare. Secùs autem si sub nomine hæredum facta est inuestitura, quia tunc necesse est, quòd sit hæres. argu. no. in l. etiam. ff. solut. matri. Et firmatur expressè hæc conclusio per eundem Bald. in l. liberti. C. de ope. liber. Ibi quæro, quid sit filius, &c. Et pro hac conclusione facit, l. filiæ, C. fami. hære. l. si libertus præterito. §. quid ergò. de bo. liber. ff. de leg. 1. l. filius. §. cùm quis. & ff. ad Trebel. l. ex facto. §. fin. & quod no. ff. de iure patro. l. diui fratres. & ff. de vsufruct. accre. l. si quis Titius. Et ita etiam tenuit idem Barto. in dicto §. si liberi. Ex quibus infert Bald. in d. Auten. quòd filia dotata, quæ excluditur vigore statuti à successione paterna, nihilominus excludatur à tali iure emphiteotico. Idem dicit ipse, si ipsa fuisset instituta incertam. Subdit etiam idem esse, si filij sunt hæredes dispariter: tamen in tali iure emphiteotico succedent æqualiter, quia talis emphiteosis non est ius hæreditarium. Et facit etiam pro hac cōclusione secundum ipsum, quia si quis reciperet emphiteosim pro se & vxore sua, vel pro se & fratre, isti admitterentur ad emphiteosim, licet non essent hæredes recipientis. Ergò idem si fiat mentio de filio, cùm non minus videatur patrem velle prouidère filio, quàm extraneo. Imò plus. argum. in l. tale pactum. in §. fin. ff. de pact. & vide plura ad propositum per eundem Bald. in dicta l. liberti.

7 †Quæro cum glossa finali, quid si dominus inuestiuerit filium Vasalli mortui, tanquam de feudo nouo, consentientibus agnatis, prout dicitur hîc in fin. & postea moriatur iste filius inuestitus sine filijs, an isti agnati possunt venire ad dictum feudum, tanquam antiquum, ex sua prima natura, an excludātur per dominum, tanquàm sit feudum nouum? Et respondet glossa, quòd isti agnati sunt exclusi ex eo, quod per consensum videntur renunciasse iuri suo, per §. præterea. suprà quibus modis feudum amittatur. Et adducit pro hac opinione, infrà de eo, qui finem fecit agnat. capitulo primo, in fine. Et hoc voluit ista glossa vsq; ad versiculū, sed quid. Hoc idem sensit alia glossa suprà de Vasal. decre. æta. in capitulo primo. in solutione contrarij illius capituli. Et hanc opinionē glo. sequitur Iacobus de Belui. per l. 1. & 2. C. de remis. pigno. idem tenet Andræas de Isernia, & Bal. similiter, subiungens, quòd etiam si consentientibus agnatis dominus inuestiuisset Vasallum simpliciter, quòd adhuc essent exclusi, quia causa noua facit feudum nouum, sed tamē iudicio meo fortiter facit, si natura feudi mutata non sit per dictum capitulum primum. infr. de eo, qui finem fecit agna. & per istum text. vnde cogita.

[a] Emphiteosis est facta. Ad. de Doct. in l. 2. C. de iure emphi. & per Ioan. de Imo. in c. potuit. de loca.

8 †Quæro cum dicta glossa, quid si domi-

nus sine consensu agnatorum inuestiuit istum filium Vasalli mortui, de dicto feudo antiquo, tanquam de feudo nouo, volendo sibi facere gratiam ad hoc, vt non teneretur soluere onera hæreditaria, an dicti agnati poterunt incontinenti reuocare dictum feudum? Et respondet ista gl. quod non, postquam filius non repudiauit feudum. Nam dominus potuit ei dictam gratiam facere propter seruitium, & amorem patris mortui, sicut in simili videmus, quod potest inuestire filiam in præiudicium agnatorum, vt suprà quemadmodum feudum ad filiam pertineat, in c. si quis. Et hoc voluit tota ista glo. vsque ad finem. Sed aduerte, quia hæc glossa communiter reprobatur, cùm dominus talem gratiam facere non potest, secundum Pet. de Cer. & dominum Bal. arg. in l. post mortem. §. fi. ff. de contratab. & ff. de pact. l. fi. C. loca. l. si cùm Hermes. facit quod dixit Cyn. in l. posthumo. C. de contratab. Hoc idem tenet Andræas de Isernia, dicens, quòd ratio, quam allegat ista glossa, non est bona, cùm in præiudicium agnatorum hoc non potuit fieri, quia nec alienare posset filius etiam cum consensu domini sine agnatis, vt suprà de alienatiõe feudi paterni, capitulo primo. Tamen dicit ipse, quòd viuo filio non reuocabunt agnati, ex quo non repudiauit, vt suprà, si de feudo fuerit controuersia, in capitulo Titius. Sed ipse filius tenebitur creditoribus hæreditarijs, per istum textũ. Facit lege prima. C. de repu. hæredita. Et quod teneatur ad onera hæreditaria, sequitur etiam Iacobus de Belui. per l. pro hærede. & l. si seruum. ff. de acquirenda hæreditate.

Non obstat modò dictum capitulum si quis. suprà quemadmo. feu. ad fi. pertineat, quia loquitur in feudo nouo iam aperto domino, vt ibi dixi. Item potest responderi, & alio modo, quia illud, quod ibi dicitur, quod non potest reuocari ab vllo ex parentibus, intelligatur de agnatis ipsius domini, non autem Vasalli, de quo dicatis, vt ibi latè scripsi.

a Quid si filius Vasalli mortui. Adde Ange. consil. 188. incip. ex forma.

9 †Quæro nunc ab extra pro intellectu totius materiæ, nunquid filius [a] Vasalli mortui, possit feudum retinere, & hæreditatem repudiare? Et videtur dicendum indistinctè, quod non, per istum textum. Sed aduerte, quoniam ista regula ita indistinctè tradita, recipit aliquas limitationes secundum Doct.

Primò intellige hanc regulam esse veram secundum Odoffredum, quando Vasalli filius incipit à feudo, scilicet, ipsum retinendo, quia tunc nõ potest repudiare hæreditatem. Et ita intelligatur regula hîc posita, sed quando incipit ab hæreditate ipsam adeundo: tunc benè potest repudiare feudum etiam inuito domino, vt suprà de Vasallo, qui contra constitutionem Lotharij. in capitulo primo. Et hanc limitationem etiam sequitur Bald.

Item intellige & prædictam regulam esse veram secundum Iacobum Ardi. quando inuestitura feudi diceret pro se & hæredibus, quia tunc est necesse, quòd sit etiam hæres, si vult feudum, attenta forma ipsius inuestituræ. Et sic est necesse, quòd aut vtrumque dimittat, aut vtrumque capiat per dictam regulam. Si verò inuestitura diceret pro se & liberis suis, tunc non haberet locum regula prædicta, sed filius posset feudum accipere, & hæreditatem repudiare. ff. de operis libertorum. l. cùm patronus. §. cùm libertus. & in Autentica de exhiben. reis. in §. optimum. Et hanc limitationem sequitur etiam Andræas de Isernia hîc, & in §. hoc quoque. suprà de successione feudi, dicens, quòd quando feudum datur per inuestituram Vasallo & liberis, tunc videtur facta prouisio omnibus, qui sunt de numero liberorum, vt ff. de verborum significatione. l. liberorum. Vnde in isto tali feudo succedere possunt liberi, etiamsi non sunt hæredes. ff. de operis liber. l. si operarum. de verborum obligat. l. quodcunque. §. si ita. Hanc limitationem sequitur etiam Iacobus de Belui. suprà de eo, qui sibi hæredibusque suis. in capitulo primo. Hanc eandem limitationem sequitur etiam Bald. colligens tres casus, quia interdum quis recipit feudũ simpliciter nulla facta mentione de filijs vel hæredibus. Interdum recipit pro se & hæredibus, & istis duobus casibus dicit ipse habere locũ regulam nostram, vt filius non posit feudum retinere, & hæreditatem repudiare, per istum textum. Et hîc concordat dictus Andræas de Isernia, per rationem. capitulo primo. suprà de duobus fratribus. à capi. inuesti. vbi si concedatur feudum Titio, intelligitur de hæredibus. facit etiam. ff. de proba. l. si pactum. Sed interdum concessum est feudum pro se & liberis seu filijs: & tunc possunt filij & quicunque descendentes feudum accipere, & hæreditatem repudiare. l. vt iusiurandi. in §. si liberi. ff. de oper. lib. & l. si arrogator. §. si vt impuberi.

beri. ff. de adopt. ff. de vul. & pup. l. si filius, qui patrimo. & de bo. po. l. sed cum patrono. Facit ad prædicta, quod dixit Ioan. Andr. in addi. Specu. in titulo de feudis. §. nunc dicamus. versiculo, sed quæritur.

Subsequenter addas & aliam limitationem ad prædictam regulam secundum Iacobum de Belui. videlicet, vt tunc demùm compellatur filius Vasalli, aut vtrũque retinere, aut vtrumque repudiare, quoniam potest hæreditatem habere, tanquam hæres, vt quia est institutus, vel ab intestato succedit, quo casu, habeat locũ dicta regula. Sed quando esset institutus in certa re, vel in sola legitima, vt multotiens fit alio vniuersaliter instituto, tunc benè poterit habere feudum absque hæreditate paterna, neque tenebatur ad onera hæreditaria, vt no. ff. ad Trebell. l. si quis priore. C. de hæred. instit. l. quoti. & l. 1. in §. si ex fundo. ff. de hæred. insti. Et hanc limitationem sequitur etiam Bald. hìc, & supr. de successione feudi. in principio. per ea, quæ traduntur in l. vt iusiuran. §. si liber. de operis liber. & C. de operis liber. in l. si liberti. & confirmat per no. in Spec. de testa. in §. primo. ad fi. & ff. de transact. in l. controuersia.

Idem dicendum secundum Baldum, si filius esset in testamento præteritus, quoniam mortuo patre poterit filius retinere feudum, & dimittere hæreditatem, nec habebit necesse annulare testamentum, quia dicta annulatio fuit inducta fauore filiorum. Vnde non tenetur vti tali fauore inuito. ff. de mino. l. si iudex. & not. ff. de contratabu. l. non tantum. §. planè. & C. de contratab. l. posthu.

Idem dixit Iacobus Ardizo. in filio exhæredato à patre, quod poterit retinere feudum, quod fuit aui sui. argumen. ff. de lega. 1. l. filius. §. cùm pater. & idem tenet Andræas de Isernia, suprà de successione feudi. in principio. Sed circa istam limitationem, dic latius, vt dixi suprà qui feudum dare possint. in §. primo. in quæstione penultim.

Item addit Bald. aliam limitationem, videlicet, si filius, viuo patre, renunciauit hæreditati paternę per iuramentum. Nam mortuo patre poterit venire ad feudum, & illud tenere non habita hæreditate, à qua iam priuatus est. Et dicit esse bonam cautelam ad euitandum onera creditorum. Nec ab aliquo Docto. tactum, quod videtur notandum, & potest probare hanc considerationem esse iuri consonam. Quoniam per iuramentum est priuatus iure hæreditario, vt in capitulo licet extra de iureiuran. lib. 6. & in l. pactum. C. de colla. dic aut renunciatio non capit feudum, per capitulum in generali. suprà si de feudo fuerit controuersia. Igitur poterit habere feudum antiquum, non obstante repudiatione hæreditatis.

Item addas aliam limitationem, vt si vigore statuti filia excludatur à successione patris, quo casu, si pater habebat feudum, quod transit etiam ad fœminas, poterit ista filia retinere feudum absque hæreditate. argumen. eorum, quæ no. in l. si is qui. ff. de inoffic. testamen. & in l. pater filium. & tenet Bald. hìc, & in l. cùm secundum. C. de fideicommiss. iuxta finem.

Item addas & aliam limitationem secundum Andræam de Isernia, videlicet, vt iste filius adeat hæreditatem cum beneficio inuentarij, quia tunc retinebit feudum liberum, dato quod nihil remaneat in hæreditate, per l. fi. C. de iure delibe. Sed tamen isto casu satisfit regulæ, quia vtrumq; acceptauit, scilicet, hæreditatem, cum dicto beneficio. Sed in agnato hærede, an possit repudiare hæreditatem, & retinere feudum hæreditarium, videlicet, quando inuestitura est facta pro se & hæredibus? vide quod plenè dixi de eo, qui sibi hæredibusque suis Eccl. & in c. 1. in quæst. 2.

10 †Quæro, an filius Vasalli, qui habet feudum auitum possit repudiare hæreditatē paternam, retento feudo auito vel proauito? & Bald. in l. qui se patris. C. vnde liberi. simpliciter tenet, quod per istum tex. Verùm hìc aliter sensit distinguẽdo, quod aut filius decessit in tali statu, in quo potest habere hæredem, aut non. Primo casu, si erat sibi feudum quæsitum, & tunc nõ potest nepos admitti ex persona aui, sed ex persona patris. l. fin. C. de hæred. institu. Sed si non erat ei quæsitum: tunc poterit venire ex persona aui. Secundo casu dicit ipse, quòd potest ex persona aui venire. Facit. l. 3. ff. de interdict. & rele. & C. si vt se ab hæredi. absti. l. 2. De qua quæstione vide latè per eundem Bal. in d. l. qui se patris. versic. item quæritur, &c. Vtrum autem Vasallus possit repudiare [a] feudum in præiudicium filij? dic per Bald. in dicta l. qui se patris. versiculo item quæritur si Vasallus, &c. & vide quod dixi suprà, quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. fin. in con-

[a] *Repudiare feudum. Adde Dy. Bald. An. Ioan. de Imo. & Pau. de Castren. in l. apud Iulianũ. in §. si qs. de leg. 1. et ibi per Alex. de Imo. in Apostillis.*

conclusionibus. & suprà si de feudo fuerit controuersia.

11 †Quæro, vtrum carboniana bonorum possessio, habeat locum in feudo secundum formam. l. 1. C. de carbo. edict. & dicit Bald. quod sic. Item dicit ipse de bonorum possessione causa ventris. argu. in l. 1. in §. sexaginta. ad l. falci. Item dicit ipse, si filius habeat substitutum vulgarem datũ in testamento patris, quòd nihilominus habeat locum iste titulus, vt repudiare nõ possit hæreditatem, & feudum retinere, quoniam pater non potuit hanc potestatem concedere, sed solùm dominus & agnati per istum text. cum glo.

12 †Quæro an filius institutus in re certa vel minori parte, succedat cum fratribus in feudo æqualiter? dic quod sic, vt suprà dixi de his, qui feudum dare possunt. §. 1. de quo per Barto. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de operis liber. & in Spec. de testa. §. 1. versicu. pone. & per Bald. in l. 1. ff. de rerum diui. quæst. 49. & supr. de succes. feu. in prin. facit quod suprà dixi in tertia limitatione.

13 †Quæro, quid si filius repudiauit vtrũque, sed postea reperitur habere res hæreditarias, vel feudum tenere, an teneatur ad seruitia & onera? Et putat Iacobus de Are. quod sic, vt C. de natu. liber. l. si quis circa medium. & ff. de acquiren. hæredi. l. si is qui bonis. & in Auten. quibus modis natura. effi. sui. in §. quoniam. & in §. si verò ab initio.

14 †Quæro, quid si Vasallo mortuo sine liberis agnatus, ꝓximior apprehendat feudum simpliciter, sine aliqua protestatione, an videatur ex hoc se immiscuisse hæreditati, vt per hoc teneatur creditoribus? dic quod non secundum Iacobum Ardiz. quia apprehendit feudum, quod ad extraneum hæredem non transiret. Ergò non videtur gessisse pro hærede, vt ff. de acqui. hæred. l. pro hærede. §. si quis tamen. & §. Pap. & l. si quis non quasi.

15 †Quæro, quid econtrà de filijs domini, an succedant domino in Vasallatico, siue sint hæredes patris, siue non? Respondeo, quod si inuestitura est iurata domino, & liberis suis per Vasallos, quod tunc filius domini retinebit tale ius, dato, quod non sit hæres arg. ff. de ope. libe. l. si quis operas. & l. cùm patronus. §. cùm libertus. & de verborum obligationibus. l. quodcunque. §. si quis ita. Si verò non est facta mentio filiorum domini in dicta inuestitura, & tunc aut sunt specificata seruitia certa: & tũc est necesse, q, filius domini sit hæres domini. Aut incerta, & tũc filius domini succedit in feudo, licet non sit hæres. argu. in l. si operatum iudicio. ff. de ope. lib. & de acquirend. hæred. l. pro hærede. §. si quid tamen. C. de ope. libe. l. liberti. ff. de dolo. l. non debet. & ita determinat Iacobus Ardizo. in Summa de successione feudi sub rubricella, an filij domini succedant in Vasallatico, siue sint hæredes, siue non.

Vltimò de hac materia habetur in c. filius. infrà de capi. qui cur. vendi. per Spec. in titu. de feudis. §. quoniam. versic. 27. & versi. 37. & ibi plenius & melius, per Ioan. & in titu. de loca. in §. nunc aliqua. versi. 159. & ibi per Ioan. Andr. & per Bald. in l. qui se patris. C. vnde liberi. & in dicto Auten. si quas ruinas. & in d. l. liberti. C. de ope. libere. & in l. secunda. C. de suis & legi. hæredi. & Bart. in l. Gallus. in fin. prin. ff. de liber. & posthu. & per Canonistas. in c. secunda. extra de feud. & in Cle. 1. de iure patro. & in c. si laicus. de iure pa. per Archi. lib. 6. per Iac. Ardizo. in Summa in titu. de success. feu. sub rubrica prima, & rubricella nunquid repudiando hæred. quis possit habere feudum, & quod dixi suprà de eo, qui sibi hæredibusq; suis masculis & fœminis. in c. 1. & quod habetur infrà de eo, qui finem fecit agna. in c. 1. & vide etiam quod dixit Bald. in l. 1. ff. de rerum diui. in q. 33. & in c. generaliter. §. in his. C. de secundis nupt. & per Hostien. in Summa titu. de feud. §. fin. circa finem. & quod tetigi in c. Titius. sup. si de feud. fue. controuer. in quæst. 1. in fine.

AN APVD IVDICEM VEL CVRIAM DOMINI quæstio feudi terminari debeat.

RVBRICA.

QVoniam author seipsum continuat ad superiora, videlicet, ad titulũ suprà de lege Cora. in c. 2. prout patet hic in princ. nigri coniuncta gloss. Vnde non videretur esse opus adducere aliam continuationem. Verùm quia ista continuatio adaptatur ad remota, & secundum rubricationem antiquam, secundum quam hic non erat aliqua rubrica, sed omnes rubricæ præcedentes à titulo, suprà hic finitur lex, &c. inclusiuè vsque ad titul. infr. de natura success. feud. exclusiuè comprehendebantur sub d. rubrica, vt dixi sup. tit. præce-

præcedenti, ſuper text. & ſupr. de capi. Cora. ſuper rubrica. Ideò author ſe retulit, vbi ſuprà. Sed quia poſtea per Gloſſatores fuerunt adiectæ iſtæ rubricæ ſpeciales cauſa commodioris intellectus. Ideò congruum videtur continuare hanc rubricam, & alio modo ad proximas præcedentes. Poſtquam igitur in ſuperioribus proximis rubricis tractatum eſt de controuerſijs feudorum, & plures caſus enumerati ſunt, quorum occaſione controuerſiæ ſuper feudis oriri poſſunt. Sed quia dubitari poſſet, apud quos iudices prædictæ controuerſiæ diſcuti & ventilari debeant. Ideò ſubiecta fuit hîc iſta rubrica, an apud iudicem, vel curiam domini quęſtio feudi termi. de.

SVMMARIA.

1 *Cauſa domino feudi præiudicialis non poteſt in ſua curia terminari.*
Dominus non habens curiam parium, quis cognoſcere de cauſa poßit.
2 *Dominus Vaſallum ignorantem de re aliena inueſtiens ei de euictione tenetur.*
3 *Pars partem in iudicium, niſi iudice iubente, trahere non poterit.*
Citatus à non ſuo iudice, an teneatur comparere, ſaltem allegaturus priuilegium ſuũ.
4 *Citatus comparebit priuilegium obiecturus, non tamen trahetur inuitus.*
5 *Pares curiæ non tenentur inuiti de cauſa feudali cognoſcere.*

EX EO QVOD. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur thema. In ſecunda quæſtio. In tertia reſponſio. ſecũda ibi, eſt quæſitum. tertia ibi, & reſponſum.

CASVS.

Vbi contentio eſt inter duos, quorum vnus dicit eſſe feudum nouum, & ſe eſſe inueſtitum, & poſſidere tãquam feudum nouum. Alter verò dicit antiquum, & ad ſe ſpectare tanquam feudum paternum. Debet hæc cauſa ventilari coram paribus curiæ, & non coram domino, qui in conſequentiam teneretur de euictione, ſi inueſtitus de nouo ſuccumberet. hoc dicit. Præmitte pro euidentia, ꝙ quando aliquis Vaſallus moritur ſine filijs vel deſcendentibus maſculis, quod ſi tenebat feudũ nouum, quòd tunc tale feudum reuertitur ad dominum, & non tranſit ad agnatos, ſed ſi feudum erat antiquum, tunc tranſit ad agnatos, & non ad dominum, vt ſupr. de feudo Marchiæ. in c. fin. & de ſucceſ. feu. a in fin. Quod autem ſit a feudum nouum, habetur ſuprà, qui teſtes ſint neceſſ. in c. 1.
b Quod verò ſit b antiquum, habetur infrà de natura ſucc. feu. in c. 1. & ſupr. de gradibus. in §. & dixi. ſupr. tit. proxi. in princ. Item ſcias, quid ſit, & quotuplex ſit curia, vt dixi in c. 1. ſuprà, apud quem vel quos. Et qui ſint pares curiæ, habetur per gloſſ. infr. de prohi. feu. alie. per Fede. in §. pen. & eſt text. ſupr. ſi de inueſti. inter domi. & Vaſal. lis oria. cap. 1. in prin. In textu ibi, ſuprà diximus, ſcilicet, in c. 2. in prin. ſupr. de lege Cora. ſecundum glo. hîc poſitam, & benè. Ibi, de beneficio, id eſt, feudo. Ibi, iudice, ſcilicet, ordinario. Ibi, arbitrio, id eſt, compromiſſario. Ibi, quæſtio, id eſt, inſurgit talis dubitatio. Ibi, quodam, ſcilicet, Vaſallo. Ibi, ille, ſcilicet, Vaſallus mortuus. Ibi, apertum eſſe, id eſt, liberè deuolutum. Ibi, ab eo, ſcilicet, domino. Ibi, eius beneficij nomine, ſubaudi, tanquam de feudo nouo. Ibi, agnati, ſcilicet, illius Vaſalli mortui. Ibi, vendicant, ſcilicet, ab eo inueſtito de nouo & poſſidente. Ibi, quaſi paternum, hoc eſt, quia dicunt dicti agnati illud eſſe feudum antiquum à ſuis anteceſſoribus acquiſitum, & per conſequens ad eos ſpectare. Ibi, iudicem, ſcilicet, ordinarium. Ibi, quodammodò, hoc eſt, in cõſequentiam, quoniam immediatè non ſpectat ad ipſum, ſed mediante illo, quem inueſtiuit. Vnde non eſt ꝓpria ſua cauſa. Et ideò dixit quodammodò. Sed quando immediatè ſine aliquo medio: tunc diceretur ſua propria cauſa, vt inſtitu. de teſta. §. legatarijs. & ff. [illegible] l. eos. & ſuprà de contro. inter do. & Vaſall. c. 1. & l. 1. §. impropria. ff. quando appellã. ſit. & l. omnibus. C. de teſti. ſecundum Bal. Ibi, coram paribus curiæ, ſubaudi, & non coram domino ſolo, neque etiam coram domino cum paribus. ar. C. ne quis in ſua cauſa ius ſibi dicat. l. 1. ſecũdum Iaco. de Bel. Ibi, per ſe, id eſt, ſua authoritate ſine paribus curiæ, vt ff. pro emptore. l. alienam. Ibi, eos vocante, ſubaudi, ad petitionem alterius partis, vel fortè ex eorum officio ſine requiſitione patris ſecundum Iacobum de Belui.

1 †Not. quòd quando cauſa eſt præiudicialis domino ex eo, quod ex ſententia ferenda poſsit ſibi imminere fauor, vel præiudicium, non poteſt in tali cauſa dominus ſolus, neque etiam ſimul, & complexiuè cum ſua curia parium iudicare, vel cognoſcere. Sed ipſi pares ſoli abſque domino debent dictam cauſam cognoſcere & diffinire. Et eſt ratio,

a *Quod autem ſit feudũ. Ad de glo. in l. ſi cuius. & ibi Doct. ff. de vſufru. Hoſtiẽ. in Summa tit. de feu. Doct. in rub. eodem titul. Doct. in pæ. feudorum.*

b *Quod verò ſit antiquũ. Ad de Bal. in Autẽ. defuncto. C. de Tertul. Oldra. conſil. 177. Paul. de Caſtren. conſil. 136.*

ratio, vt cesset omnis suspicio, cùm ipsi pares eligantur de consensu partium, & de numero confidentium à partibus, vt not. in d. §. penultimo. infra de prohi. feu. alie. per Fede. & dixi supr. de contro. feu. apud pares ter. in c. 1. Vnde neque dominus solus debet cognoscere, quia præsumptio est, quòd esset fauorabilior pro eo, quem inuestiuit, & quod vellet tueri factum suum, iuxta no. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fisci. Neque etiam curia debet cognoscere præsente, & simul cum domino, quia præsumptio esset propter præsentiam domini, vt esset nimis fauorabilis pro domino. Cognoscit ergò curia sola isto casu, quando duo concurrunt ad litigandum, quorum vnus allegat feudũ antiquum, & alter nouum. Quid autem si dominus nõ habet curiam parium, qualiter tunc fiet? dic vt dixi in dicto capit. 1. de controuer. feud. apud pa. termi.

2 †Not. quòd dominus inuestiens Vasallum de re spectante ad alium, tenetur sibi de euictione.

Quòd intelligas verum, si inuestitus ignorabat rem fuisse alienam, aliàs secùs, vt suprà de inuestitura de re alie. fac. in c. 1. in prin.

Item similiter intelligas hoc procedere, si Vasallus denunciauit domino de hac lite sibi mota, vt suprà si de Vasal. de feud. fue. interpel. in c. 1. Et de hoc dic pinguius & latius, vt ibi dixi in 2. notab. vbi plures alias limitationes adduxi.

3 †Not. quòd vna pars non potest trahere suum aduersarium inuitũ ad iudicium, nisi de commissione iudicis. Facit l. cum clericis. & l. omnes. C. de Episcopis & Cle. de quo per Cyn. & Bar. in l. fin. C. de exhi. reis. & per Innoc. in c. quoniam. extra de proba. Vtrum autem citatus per iudicem non suum, teneatur comparere saltem allegaturus priuilegium suum? dic quod sic, si iudex habebat iurisdictionẽ ordinariam generalem. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. Secùs si iudex, licet sit ordinarius, habeat iurisdictionem particularem, & limitatã inter aliquos. Sicut sunt pares curiæ, quia tunc citatus nullo modo tenetur comparere, nisi constet manifestè de iurisdictione citantis, vt dixit glo. singularis in d. §. fi. de inuesti. in mari. facta.

4 †No. tamen, quòd vbi dixi, quòd citatus debet[a] comparere saltem allegaturus priuilegium, &c. quod tamen inuitus nõ debet personaliter trahi, vt dixit glo. notabi. in l. qui neque. ff. de verb. sign.

[a] Citat⁹ debet cõparere. Ad de gloss. in c. null⁹ Episcopus. 11. q. 1. gl. in c. conueni- or. 23. quæ. 8. Spe. tit. de citatione. in §. 1. versic. sed pone index Io an. An. in regula scienti. de re. iu. lib. 6. in mercu. Bal. in l. generaliter. C. de Episc. & Cle. Bald. in l. ciues. C. de app.

Oppo. cum glo. contra determinationem huius tituli: nam si causa est quasi propria domini, non debent pares cognoscere, sed iudex ordinarius vel arbiter, vt suprà de lege Cora. in dicto capit. 2. Solu. dicit gloss. quod hîc constabat feudum, de quo est cõtrouersia pertinere ad dominũ. Ibi verò non. Et hoc vult ista gloss. vsque ad versic. & ita habes, &c. quam solutionem reprobat Iaco. de Bel. cùm sit contra text. in casu contrario, quando allegant eundem inuestitorem, quare soluit & melius, videlicet, quòd ibi vterque dicebat feudum esse proprium & nouum, & de eo inuestitum, sed hîc vnus solus dicit, se inuestitum & nouum, & sic proprium. Alter verò dicit esse antiquum, & ad se spectare. Et rationem differentiæ assignare potest, vt ibi dixi in vltima opp. glos.

Opp. subsequenter cum dicta glo. quòd imò dominus debeat cognoscere de causa, quando controuersia est inter duos de feudo, vt est casus in dicto. §. penulti. infrà de prohi. feu. alie. per Federi. Soluit gloss. duobus modis: & primò, quia aut isti litigantes sunt aliàs Vasalli, de alijs feudis, vltra istud, de quo pendet controuersia: & tunc procedit & loquitur cõtrarium. Hîc autem iste inuestitus de nouo, nullum aliud habebat feudum à domino. Secunda solutio est, quòd pares benè cognoscũt, si volunt, vt in hoc textu videtur apertè probari. Si verò non volunt, tũc cognoscit dominus, vt ibi. & hoc voluit gloss. vsque ad versi. vel dicas, &c.

5 †Not. ex ista gloss. quòd pares non coguntur cognoscere de causa feudali, si nolunt. hoc idem not. in dicto §. penulti. de prohi. feu. alie. per Fede.

Quod admittit Iaco. de Belui. nisi pares iam incœpissent cognoscere, quia tũc possent cogi ad perficiendum, vt supr. si de inuesti. inter do. & Vasal. c. 1. §. 1. & de milite Vasal. qui contumax est. §. fi. Et hoc dicit esse speciale in paribus, vt cogi non possint. argumen. huius glossæ. secùs verò in alijs iudicibus ordinarijs, vt extra de offi. iu. ordi. irrefragabili. & capitulo significauit. & in Autenti. vt diffe. iudi. in §. si contigerit. Vbi autem nollent cognoscere: tunc iudex ordinarius vel arbiter cognosceret secundum Andræam de Isern. per dictum capit. secundum. de lege Coradi. Redeo nũc ad contrarium suprà formatum, & vltra solutiones gloss. tu soluas melius, quod ideò dominus in isto casu non cognoscit, quia sua intererat cum causa

causa quodammodò ad ipsum spectaret, quia de euictione tenetur, & ideò non est iudex, vt ff. de iurisdictione omnium iudicum. l. qui iurisdictioni. In contrario verò non. Et hanc solutionem posuit idem Iacobus de Belui. & sequitur Bald. per no. in l. de iure. ff. ad municip. Eam quoque sequitur Andræas de Isernia, dicens, hoc est rationabile, vt in tali causa dominus non sit iudex propter suspicionem, quam suprà dixi.

Intelligatur ergò decisio dicti §. penultimi, quando talis suspicio non adest, vt quia dominus non tenebatur vni soli parti, prout erat hîc, sed tenebatur vtriq; parti, scilicet, cuilibet ipsorum, qui perderet causam: quia tunc par iudicium remouet suspicionem. argum. ff. de ritu nupt. l. non solùm. §. de vno.

Oppo. subsequenter cum glossa, quòd imò dominus vnà cum curia sit iudex in hac causa, vt probatur in capitulo 1. in §. fin. suprà de inuestitura in maritum facta. Solut. dicit gloss. quòd ille textus intelligitur secundum istum, videlicet, vt corrigatur per istum, vt ibi no. Verùm subiungit gloss. quòd hodie de iure nouissimo, & ille text. & iste, ac etiam c. 2. de lege Cor. suprà allegatum, corrigantur, vt hodie in omnibus dictis casibus. Dominus debeat esse iudex per dictum §. penultimum. de prohi. feud. alie. per Feder. & hoc voluit tota ista glo. vsque ad fin. Sed tu aduerte, quia ista glossa reprobatur per Doct. cùm legum correctio sit euitāda. l. pręcipimus. C. de appel. Vnde quantum ad contrarium, suprà formatum est dicēdum, quòd ibi erat cōtentio inter duos, quorum vterque fatetur feudum esse antiquum. Hîc autem erat contentio inter duos, quorum alter dicit feudum antiquum, alter verò nouum. Et est ratio differentiæ, quia in feudo nouo dominus vult tueri factum suum. argumen. in c. fin. de testi. lib. 6. Et ideò propter suspicionem, quia esset fauorabilior pro eo, quem inuestiuit, repellitur à cognoscendo, per ea, quæ suprà dixi in præcedentibus oppositionibus.

Vltimò de materia huius tituli vide, quod dixi in d. capit. 1. in prin. & in fi. supr. de inuestitura in mari. facta. & in d. capit. 2. de lege Cor. & in pluribus remissionibus in vtroque loco adductis, & quod not. in d. c. pen. de prohi. feu. alie. per Fe. & per Iac. Ard. in ti. de cōten. feu. sub rubri. 3. Et de materia iurisdictionis feudalis latè dixi suprà apud quem vel quos, in c. 1.

QVALITER DOMINVS PROPRIETATE priuetur.

RVBRICA.

Qvia suprà dixi in pluribus titul. præcedentibus, visum est, qualiter Vasallus propter suum delictum seu culpam commissam in dominum priuatur feudo. Sequebatur videre, quid econtrà, quando dominus committit culpam, vel delictum in Vasallū, & an & qualiter priuetur proprietate. Idcircò subiecta est hîc ista rubrica, qualiter dominus proprietate priuetur. Vel potes continuare, & alio modo ad suprà proxi. Quia supr. in titulo præcedenti visum est, qualiter dominus punietur propter eius culpam inuestiendo Vasallum de re aliena, quoniam sibi tenetur de euictione. Verùm quia iuxta prædicta dubitabatur, quid sit ipse dominus, committat delictum & feloniam in personam Vasalli, an & qualiter tunc puniatur. Ideò vt prædicta declaret supposita est hîc ista rubrica.

SVMMARIA.

1 *Aequalitas inter dominum & Vasallum in amißione iuris feudalis seruanda.*

2 *Sententia in priuatione iuris feudalis requisita, nec sufficit delicti euidentia.*

3 *Vasallum à vinculo iuramenti liberato tenetur dominus circa priuationē feudi ob feloniam ad vicem reddendam.*

4 *Domino ob culpam cōmissam proprietate feudi priuato, ad Vasallum ipsa proprietas deuoluetur.*

Dominus alienans proprietatem feudi inuito Vasallo, an priuetur proprietate, & applicetur Vasallo.

EX FACTO A. Ex omni felonia, ex qua Vasallus priuaretur feudo, & suo vtili dominio, priuabitur etiam dominus suo directo dominio, si eandem feloniam committat in Vasallum iuratum, vel non iuratum. hoc dicit. In textu ibi, scio, subaudi, ego Obertus de Horto, vt dixi suprà in titul. an remouendi sint testes, &c. in c. 1. in prin. vbi est similis modus loquendi. Ibi, apertam, id est, notoriam & euidentem. Ibi, feloniam, id est, culpam commissam per delictum, & loquitur secundum vulgare Lombardum, vt dixi in capit. domino, supr. si de feu. fuc. controuersia. & exemplifica, vt ibi dixi. Ibi, beneficium, id est, feudum, hoc est, suū vtile dominium, quod habet in feudo. Ibi, & quidam dicunt, subaudi, & benè, vt inf.

statim

ſtatim dicetur. Ibi, ex omni felonia, ſubaudi, quæ cadat in dominum, & contra legem feudi, ſecundum Bald. Ibi, ex maxima felonia: ibi diſtinguebant, quod ſi felonia erat maxima, puta, cucurbitando dominum, vel ipſum acriter verberando, vt tūc dominus priuaretur ſua proprietate. Sed ſi felonia non erat magna, puta, dicendo ſolùm verba iniurioſa, vt tunc non priuaretur. Ibi, placet, ſubaudi, & benè ſecundum gloſſ. & Doct. Ibi, vel non: nam ſunt quædam feuda, quæ ita dantur, vt iuramentum pro his non præſtetur, vt ſup. quę fuit prima cauſa benefic. amitt. in §. 1. in fi. Per pactum enim poteſt in inueſtitura remitti iuramentum fidelitatis, vt ſupr. per quos fiat inueſti. in §. fin.

a Aequalitatē eſſe ſeruādā. Adde text. in c. cùm inter. de exce. & an ſit ſeruāda in Iudæo, vide glo. in c. fi. de Iudæis, quam ſeqtur Iaſon. in l. quod ſi Epheſ. ſi in fi. vlt. col. ff. de eo quod certo loco.

a 1 †Not. æqualitatem eſſe [a] ſeruandam inter dominum & Vaſallum, in amiſsione iuris feudalis, quoniam ſicut per delictum Vaſalli cōmiſſum in dominum, priuatur Vaſallus iure ſuo vtili, & cōſolidatur cum proprietate domini, vt ſuprà quæ fuit prima cauſa benefic. amit. in §. fin. Ita quoq; per delictum domini commiſſum in Vaſallum, priuatur dominus ſuo iure directo, & conſolidatur cum domino vtili ipſius Vaſalli, vt hîc, & in dicto capit. domino commit. Eandem enim vicem tenetur dominus reddere Vaſallo, ſicut econtrà, quia ad paria iudicantur, vt ſupr. de forma fidelitatis, in fin.

b Notoria et euidens. Adde ꝙ notorium, euidēs et manifeſtum aliquādo æquiparantur & æquipollent, vt eſt glo. 3. in c. ab eo. de elect. lib. 6.

2 †Not. ſecundum Bald. ex iſto textu, ibi apertam feloniam, &c. quod licet notoria & [b] euidens ſit culpa, nihilominus requiritur ſententia priuatiua. Quod patet, qa in priuatione feudi & iuris feudalis requiritur ſententia, vt not. gloſſ. infr. de prohibitione feudi alie. per Federi. in §. callidis. Vnde notorietas & euidentia delicti non habetur pro ſentētia, cùm requiratur miniſterium iudicis, per prædicta.

Quod intelligas, niſi à lege vel à canone induceretur priuatio ex delicto ipſo iure, vt in c. grauem. in fin. extra de ſen. excom. de qua materia in Auten. caſſa & irrita. & in l. placet. in fin. C. de ſacroſanct. Eccle. per Doct.

3 †Not. ex fine huius textus, quòd quanquam Vaſallus ex forma ſuæ inueſtituræ ſit liberatus à vinculo iuramenti fidelitatis, tamen habet obligatum dominum ad parem vicem ſibi reddendam circa priuationem iuris feudalis, propter feloniam.

Quod intelligas verum, quando non iurat, ex eo, quia nō tenetur iurare, vt hîc. Secùs autem ſi iuramentum non eſſet ſibi remiſſum, ſed ipſe iurare nollet requiſitus à domino, quia tunc dominus non incideret in hāc pœnam priuationis, cùm Vaſallus non adimpleuerit ex parte ſui id, ad quod tenebatur. ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem. & no. ff. de iureiurando. l. ſi nō fuerit. Nam iurare & fidelitatem facere, tenetur, quando per pactum nō eſt ſibi remiſſum, vt in dicto capit. fin. ſupr. per quos fiat inueſtitura ſecundum Iacob. de Belui. & Bald. qui dixit, iſtum textum in hoc eſſe ſingularem.

4 †Quæro cum gloſſa prima, quid ſi dominus committit delictum in perſonam alterius, quàm Vaſalli, vt quia fortè interficiat fratrem proprium, vt conſequatur eius hæreditatem, vel aliud crimen committat, ex quo Vaſallus committens veniſſet priuandus iure ſuo, prout patet ſup. an ille, qui interfecerit fratrem domini, an ſimiliter dominus priuabitur proprietate. & dicit gloſſ. quod ſic, quo caſu, proprietas feudi perueniet ad Vaſallum, vt in dicto capit. domino committente. & quia ęqualitas eſt inter eos ſeruanda, vt in dicto titulo de forma fidelitatis. in fine. Et hoc vult tota iſta gloſſ. vſque ad fin. Sed tu aduerte, quoniam iſta gloſſ. debet intelligi, quando feudum eſſet nouum, quoniam in feudo antiquo ex tali delicto commiſſo per Vaſallum in perſonam alterius, quàm domini, non tranſiret feudū ad ipſum dominum, ſed ad agnatos ipſius Vaſalli, vt probatur in dicto titulo, an ille, qui interfec. fratr. dom. Ergò eodem modo propter dictam paritatem ſeruandam, quando dominus committit tale delictum, non debet ius & ꝓprietas ipſius domini, quam habet in feudo, applicari ipſi Vaſallo, ſed debet peruenire ad agnatos ipſius domini, prout latè dixi in dicto cap. domino committente, in prima oppoſitione reprehendendo Bald. & dic vt ibi.

Opp. cum gloſſa ſecunda contra finem huius capituli, quòd imò ſit fienda differentia inter Vaſallum iurantem, & non iurantem, quòd patet, quia ad cognoſcendum de controuerſia pendente inter dominum & Vaſallum, eliguntur ſolùm Vaſalli iurati. Non iurati autem non eliguntur, niſi de cōſenſu vtriuſq; partis, vt probatur ſuprà de contro. feu. apud pat. termi. in c. 1. in fin. Solut. dicit gloſſ. fatendo contrariū, quia iſti caſus ſunt diuerſi. Nam hîc loquitur de felonia commiſſa per dominum in Vaſallum, vbi nō diſtinguitur, qualis ſit Vaſallus. Ibi amittitur in alio caſu.

casu, vt supr. dixi, Et hoc vult tota ista gl. in fin. quæ benè loquitur secundum Bal. licet Iac. de Bel. eam reprehendat, & potest esse ratio differentiæ inter hos casus, quoniam in iudicando nō admittitur iudex, nisi priùs iuret, l. rem non nouam. C. de iudi. Similiter testis in perhibendo testimonium non admittitur, nisi præcedente iuramento, l. iurisiurandi. C. de testib. Et est ratio, vt iudex & testis terrore moti, falsum non iudicent, vel dicant, quoniam per tale iuramentum videtur Deus esse præsens & testis, arg. in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudi. & in c. cùm æterni. de re iudic. libr. 6. Maior etiam videtur esse fidelitas, quando per iuramentū quis astringitur, quàm quando est solutus iuramento, cùm fidelitas in hac materia nihil aliud sit, quàm iuramentum, vt supr. in titul. quid præce. de. vtrùm inuestit. an fide. in c. 1. Sed quando dominus deliquit in vasallum, non alteratur eius delictum ex persona vasalli, siue iurati, siue non iurati, quia consideratur solum delictum ex persona delinquentis, vt hîc, quoniam licet feudum sit alteratum, de cuius natura est, vt iuretur fidelitas, vt in d. c. fi. per quos fiat inuesti. cùm fidelitas nihil aliud sit, quàm ipsum iuramentum, vt supr. quid præced. deb. inuesti. an fide. c. 1. Tamen non alteratur ipsa feudi amisio, vt infr. in titu. sequen. Quæro ab extra, quid si dominus alienat proprietatem inuito vasallo, an priuetur proprietate, & applicetur vasallo, sicut econtrà. De hoc dic vt dixi suprà in §. ex eodem de lege Cora. & supr. per quos fiat inuestitura, in fin. & de forma fidelita. in fin. vbi gloss. videtur tenere quod sic. Bal. autem in c. 2. supr. quo tempore miles. tenet quod non. Facit ad hanc quæstionem, quod Specul. dixit in ti. de loca. §. nunc aliqua. versic. 93. Quid autem in emphiteota, qui ex forma inuestituræ tenetur ad pœnam, si contrafacit, an similiter dominus tenebitur contrafaciēdo? dic quod non, secundum Bal. argu. ff. de arbi. l. sed interpellatur in fi.

Non obstat illa litera, quia loquitur in pœna legali. ff. de fideius. l. fideicommissores. §. 1. C. de cupressis, l. 1. lib. 11.

Vltimò ad materiam præsentem, adducas oppositiones, & plures quæstiones, quas formaui in d. c. domino commit. sup. li. de feu. fue. contr. & vide in remissionibus, quas ibi copiosè adduxi.

DE FEVDO NON HABENTE PROPRIAM naturam feudi.

RVBRICA.

QVoniam suprà in titulo præcedenti in fine fecit mentionem de feudo, quod non habet propriam naturam feudi. In eo quod vasallus potest feudum habere sine iuramento fidelitatis. De cuius tamen natura est, vt regulariter non fiat inuestitura nisi iuretur fidelitas, vt sup. per quos fiat inuestitura. in fi. Vnde sumpta inde occasione, subijcit nunc titulum generalem de feudo, non habente propriam naturam feudi. In quo generaliter de dicta materia tractare intendit.

SVMMARIA.

1 *Pactum operatur, vt à propria rei natura recedatur.*

2 *Pactum amplificatiuum amplificare debet, nā & verba aliquid operari debent.*

3 *Feudum quanquam circa alienationem alteratum sit, quandoq; non tamen circa amissionis causas alterari debet.*

Emptor ignorans se feudum emere, an possit præscribere.

4 *Proprietas & possessio rei feudalis, in ementē à vasallo transfertur.*

5 *Vasallus qui feudum liberè vendidit preciū loco feudi non tenebit. vbi etiam habetur an precium possit conuerti in aliam rem immobilem, quæ sit loco prioris feudi.*

6 *Vasallus liberè valens feudum alteri tradere an possit proprietatem sibi vendicare.*

SI QVIS EA LEGE: Diuiditur in quinq; partes, in prima ponitur thema, in quo quæritur, quid iuris si dominus dederit feudū vasallo, cum hoc pacto, vt ipse vasallus, & hæredes sui, ac omnes illi habeant illud feudum, quibus ipse vasallus dederit. In secunda respondet, declarando quam potestatem consequatur dictus vasallus in tali feudo ex tali inuestitura. In tertia declarat, quo iure, & titulo tenebit dictum feudum, ille in quem dictus vasallus trāstulit dictum feudum. In quarta declarat, quo iure, & qua forma dictum feudum est apud dictum vasallum, antequàm in alium trāsferat. In quinta declarat alium casum, quando vasallus est inuestitus de feudo cum pacto, vt ipse teneat iure feudi, & similiter omnes illi, quibus ipse vasallus

sallus in feudum illud dederit. Secunda ibi, respondeo. Tertia ibi, & ille. Quarta ibi, licet propriam. Quinta ibi, vbi ergò.

CASVS.

Vbi vasallus est inuestitus de feudo cum pacto, vt ipse & omnes illi, quibus ipse dederit illud habeant, poterit quocunq; modo alienare, etiam sine domini voluntate, & ille in quem alienauerit tenebit eo iure & titulo, secundum quod placuerit ipsi vasallo alienanti. Vbi verò dictum feudum non alienauit, tunc poterit priuari dicto feudo ex eisdem culpis, ex quibus solent priuari vasalli, licet dictum feudum non habeat propriam feudi naturam. Quando autem vasallus esset inuestitus de feudo cum pacto, vt posset alteri infeudare, tunc tale feudum benè continet in se propriam naturam feudi. hoc dicit. In textu ibi, ea lege, id est, pacto, vt dixi sup. si de feud. fue. controuers. in c. feu. ea lege. Ibi, vt ipse, scilicet, inuestitus. Ibi, hæredes, scilicet, filij masculi. Nam ita exponitur istud verbũ hæres in materia feudali, si proferatur simpliciter, vt supr. de alie. feud. in §. & si clientulus. Ibi, & quibus dederit, per hęc verba est facta alteratio, & mutata naturã feudi. Et sic ex istis verbis insurgit tota dubitatio, vnde emanauit ista decisio. Ibi, alienare fortè in dotem, dando vel aliter inter viuos, & in vltima voluntate disponendo secundum Bald. Ibi, datum fuerit, subaudi, per illum vasallum, primò inuestitum eo pacto, vt supr. Ibi, nisi sic, subaudi, pro feud. Ibi, datum est, subaudi, quia tunc benè esset feudum, & haberet propriam naturam feudi, vt patet infr. in fine. in vers. vbi ergò, &c. ibi, datum fuerit, hoc est, quia habebit eo modo & forma, prout & secundum quod sibi fuerit datum, vt sequitur. Ibi, non habeat, scilicet, istud feudum datum vasallo cum pacto, de quo suprà. Ibi, censebitur, subaudi, donec extat apud ipsum vasallum & hæredes suos. Ibi, amittat, scilicet, ipse vasallus. Nam istud verbum refertur ad vasallum, non autem ad emptorem, secundum veram lecturam, vt probatur in d. c. feud. ea. l. & dicam statim in gloss. Ibi, & verum feudum, de quibus causis amissionis feudi, habetur sup. quæ fuit prima causa benefic. amit. per totum. Ibi, dederit, vult dicere, quòd si feudum est datum alicui cùm eo pacto, vt ipse vasallus, & ille cui dederit habeat in feudũ, tunc aliter est dicendum, vt sequitur.

1 † Not. quòd per pactum potest recedi à propria natura rei, quod patet, quia cùm feudum de sui natura non sit alienabile, vt sup. de vasal. qui contra constitu. Lotha. feu. alie. in c. 1. potest per pactum fieri alienabile, vt hîc, & in d. c. feudum. Non enim est interdicta huiusmodi pactio super alienatione, si fiat de licentia domini, imò est permissa, vt inf. de phib. feu. alie. per Loth. & per Fede. Vnde ergò tale pactum potest alterari talis natura, vt not. in l. pacisci. ff. de pactis. Natura autem sanguinis, vel affinitas non posset per pactum mutari, l. iura sanguinis. ff. de regulis iuris. & l. ius agnationis. ff. de pactis.

2 † Nota quòd pactum amplificatiuũ, debet operari amplificationem. Nã per ista verba, & quibus dederit, &c. amplificatur contractus, vt quoquo titulo possit res transferri non solùm iure feudi, sed etiam quolibet titulo alienationis. Eo enim ipso, quod dixit & quibus dederit, &c. Videtur esse concessa licẽtia per dominum, quòd illi quibus datum est habeant liberè, postquam non est dictum, quod habeant in feudum, vt hic in fine dicitur. Nam verba debent aliquid operari, l. si quando. ff. de l. 1. ad munici. l. in fi. Vnde si vellemus dicere, quòd illa verba importarent solùm dationem in feudum, tunc nihil operarentur, quia etiam absq; ipsis verbis, potuisset vasallus alteri infeudare, vt dixi suprà de capitu. Corradi. in §. præterea. & suprà qualiter olim feu. po. alien. Et ideò, vt aliquid operentur, est necesse dicere, quod importent liberam traditionem, vel aliam alienationem, prout placuerit ipsi vasallo. Et hæc est vera intentio huius capituli, secundũ And. de Isern.

3 † Not. quòd licet sit facta alienatio feudi circa alienationem, nihilominùs non intelligitur esse facta alteratio circa causas amissionis, donec feudũ est apud vasallum, cùm in amittẽdo retineat propriam naturam. Sed cum virtute alterationis est translatum in alium, tunc alteratio extenditur etiam ad causas amissionis, quia ammodò non supersunt aliquæ radices ipsius feudi, cùm liberè sit in aliũ translatum de voluntate domini, vt probatur in dicto c. feudum, in fine. Quæro cum glossa de intellectu huius literæ, quæ vult quòd si virtute horum verbo-

rum

rum hic positorum, & quibus dederis, &c. fiat venditio feudi, quod licet nõ habeat propriam naturam feudi, tamen est amissibile. Vnde videretur, quòd ista talis alienatio modi, cùm fructum pariat apud emptorem. Solut. dicit gloss. quòd iste textus potest intelligi duobus modis. Primo modo, quòd ista verba circa amissionem feudi, referantur ad ipsum emptorem, quo casu, licet feudum sit amissibile ex alijs culpis, tamen ex hoc quod emerit vel aliter acquisiuerit virtute ipsorum verborum, non erit amissibile. Secundo modo intelligitur & melius, vt dicta verba referantur ad vasallum alienantem, videlicet, quòd donec extat feudum apud ipsum, benè est amissibile. Sed cùm in alium transtulit, tunc secùs, vt in d. c. feudum. Et hoc vult ista glossa vsque ad versicul. sed nunquid. Et hanc secundam lecturam sequuntur cõmuniter Doctor. & benè. Quæro subsequenter cum d. gloss. quid si iste qui emit à vasallo feudum iure proprio, ignorat illud esse feudum, an possit præscribere. Et hæc glossa dimittit hanc quæstionem insolutam. Sed Iacob. de Bel. in hac quæstione distinguit, quia aut quæritur, an præscribat contra extraneum ? & tunc prescribit. l. si quis emptionis. C. de præscriptio. 30. anno. Aut contra dominum, & tunc non possit prescribere, quia cùm per contractum præcedentem, iam habeat vtile dominium. Et per prescriptionem non quæratur, nisi vtile dominium, vt in d. l. si quis. patet quòd nihil potest per præscriptionem quærere. Sed aduerte, quia ista theorica procederet, quãdo præscriberetur contra dominum habentem vtrumque dominium, quia tunc non præscriberetur, nisi vtile. Secùs si præscribat contra habentem directum tantum, vt in casu nostro, quia tunc per præscriptionem acquireretur directum, ad hoc vt præscriptio aliquid operaretur, vt tenet Rayn. & sequaces. in Autentic. nisi. C. de bonis mater. & Nicol. de Neapol. hic. Veruntamen in casu nostro, nescio videre, quid importet ista quæstio, nec quam vtilitatem afferat; ex eo quòd statim dicam in quæstione sequ. in qua Doctores concludunt; quòd in casu nostro vasallus prædictus vendendo feudum liberè alteri transfert in emptorem proprietatem & possessionem tam naturalem quàm ciuilem ipsius feudi. Ergò frustra est quærere, an præscribatur feudum per emptorem, cùm iam in eum sit translatum omne ius ipsius domini per vasallum, de voluntate domini adhibita, in prima concessione facta à vasallo, vt posset liberè alteri dare, argu. ff. de diuer. & tempor. præscript. l. de accessio. in fin. Nisi vellemus dicere, quòd per præscriptionem superuenientem augeatur fortè effectus rei iam acquisitæ, argu. l. in bello. §. si quis. ff. de captiuis. Sed tamen benè fateor, quòd ista res ammodò erit effecta præscriptibilis, ac si nunquam fuisset feudalis secundum Andr. de Isern. quod patet, quia amplius non est feudalis, dicto c. feudum, ea lege in fine.

4 † Quæro cùm dicta glossa in fin. an in istum emptorem, qui emit à vasallo liberè transferatur omnis proprietas, & possessio ipsius rei feudalis. Et quia ista glossa non soluit, ideò Iacob. de Beluis. respondet quòd sic, dicens, quòd in ipsum emptorem transit, & directum dominium, & possessio tam ciuilis quàm naturalis, argu. huius capituli. in princ. & suprà in titul. quid iuris sit si post alie. in c. 1. in §. profectò. in principio. Et pa- tet ratione, quia quando consentit alienanti rem suam, vel etiam ratificat alienationem factam perdit dominium. Ergò quæritur emptori, argu. ff. de euict. l. quidam. & C. de rebus alie. non alie. in l. 1. & in l. si fundum, cùm dominus dando feudum dederit consensum, quòd vasallus possit alienare, seu dare cui velit. Ergò transit in emptorem directum dominium & possessio, vt ff. de acquirend. possession. l. 2. §. in amittenda. & ff. de actio. empt. l. ex empto. in princip. & instit. de rerum diuision. in §. per traditionem.

5 † Quæro ab extra in casu huius capituli, an vasallus iste qui liberè vendidit feudum, debeat precium tenere loco feudi ? & dic quòd non secundum Iacob. de Beluis. & Bald. per c. final. supr. de feud. cognit. Sed an dictum precium debeat conuerti in aliam rem immobilem, quæ sit loco prioris feudi ? Et dixit Iacob. de Beluis. quòd hoc satis æquum videretur, argu. supr. de inuestitur. de re alien. fact. in princip. Sed in contrarium est veritas secundùm Bald. quia recessum est in totum à simplicitate feudi per formam de nouo datam, argu. ff. de fideiuss. l. stipulatus. Facit l. pater. §. quindecim. ff. de legat. 3. & C. de remiss. pigno. l. fin. & quod

Cc 2 not.

not. in l. mater. ff. de rei vend. Item, quia præsumptio est, quòd dominus voluerit dictum precium donare per dictam liberationem adiectam in prima inuestitura, arg. ff. manda. l. si verò. §. idem Papi.

6 † Quæro an iste vasallus qui ex forma inuestituræ habet arbitriũ liberè tradendi feudum alteri, posit se eligere, & sibi appropriare proprietatem, & dicit Bald. quòd videretur quòd non, per l. si mandauero. in §. si tibi centum. ff. mand. Sed circa hoc vide not. per gloss. & Doctor. in l. planè. ff. quod cuiusq; vniuer. nomine. & in c. in iure. extra de elect.

Vltimò, cætera quæ restant ad materiam præsentem, vide in d. c. feudum ea lege. sup. si de feu. fue. contro. & quod ibi dixi, & in remissionibus, quas ibi adduxi, & quod tangitur statim in tit. sequ. & per Bal. in l. 1. ff. de re. diuis. q. 45.

a *In feudo paterno. Adde Bald. & Pau. de Castr. in l. vnica. C. vnde liber.*

DE EO QVI FINEM FECIT AGNATO, ETC.

RVBRICA.

CONtinuatur ista rubrica ad proximã præcedentem hoc modo. Videlicet, quoniam ibi declarauit, quando aliquis est inuestitus de aliquo feudo cum hoc pacto, vt ipse inuestitus habeat tale feudum & sui hæredes, & illi quibus ipse inuestitus dederit dictum feudum, &c. quid operẽtur talia verba apposita in inuestitura. Sed quia dicta verba quandoq; apponuntur in instrumento finis & refutationis per vasallos, quando vnus agnatus refutat alteri ius suũ, quod habet in feudo, & dubitatur quid operentur talia verba apposita in dicta refutatione. Vnde vt prædicta declaret subijcit hîc istum ti. post ti. præcedentem.

SVMMARIA.

1 *Agnatus iuris succedendi renunciare potest. Et an renunciatio simplex valeat absque pacto.*

2 *Pactum circa feudi refutationem receptum absenti agnato proderit.*

Absenti an & qualiter poßit per pactum prouideri.

3 *Pactum personale ad personas in pacto complexas solùm extenditur.*

Refutatio in dubio an præsumatur facta in personam, an verò in rem.

4 *Natura feudi vel de consensu vnius agnatorum alterari potest.*

5 *Filia renunciando patrimonio dicatur renunciare feudo.*

TRES ERANT. Diuiditur in tres partes. In prima ponit thema. In secunda determinationem. In tertia excipit duos casus à dicta determinatione. Secunda ibi, sapientes. Tertia ibi, nisi.

CASVS.

Refutatio feudi facta ab agnato, & limitata ad personã cui fit, & hæredes suos & alios, cui ipse agnatus dederit, non repellit refutantem vltra casus expressos. Secùs autem si refutatio esset realis, vel facta cum eo pacto, vt agnatus inuestiatur tanquam de feudo nouo, quia tũc refutatus quocunq; casu à dicto feudo exclusus est, hoc dicit. Præmitte pro euidẽtia, quòd agnati inter se possunt feuda refutare, vt dixi sup. de alien. feud. pater. in princip. Item, quòd in feudo paterno a succedũt agnati etiam transuersales iuxta gradus suos, vt infrà tit. sequ. & ibi, & declarat quid sit feudum paternum. Item scias, quòd dominus potest de consensu agnatorum alterare naturam feudi antiqui, inuestiendo vasallum de eodem feudo, tanquàm de feudo nouo, vt suprà an agnatus vel filius, &c. in c. 1. in fine. Item præmitte, quòd pactorum quædam in rẽ sunt, quædam in personam, prout per exempla declaratur, in l. iuris genti. in §. pactorum. ff. de pact. In text. ibi, vel plures, subaudi, quia in hoc non est vis, cùm denotet ministerium facti & non iuris. Ibi, habebat, id est, posidebat, quia fortè ex diuisione bonorum ad ipsum solum peruenit, quod licitum est, vt infr. titul. sequen. & suprà si de feud. fuerit contro. in c. omnes filij. & infr. de prohibit. feud. alienan. per Lothar. in c. 2. Vel alio modo, non curo quod sit paternum, in quo agnati admittuntur, secundum Andr. de Isern. & Bald. vt infr. titul. proximo. Ibi, hęredibus, quod intelligitur de filijs masculis & descendentibus, supr. de alienat. feud. in §. & si clientulus, & statim subijcit. Ibi, & cui dederit per hoc orta fuit dubitatio, prout in simili habetur. supr. tit. proximo. Ibi, decesit iste, scilicet, possessor dicti feudi, cui facta est refutatio. Nec dedit dictum feudum alicui, & sic non fuit vsus potestate sibi data. Ibi, sine masculo, subaudi, & quodam extraneo hærede instituto, vt maior sit dubitatio, ex eo, quod in refutatione comprehẽsi sunt hære-

hæredes, secundum Iacob. de Bel. Ibi, ad successionem, subaudi, in dicto feudo, & in totum si est proximior ipsi defuncto, vel qualiter, si est in gradu cum alio agnato vendicante, iuxta ea quæ habentur, in frātit. proxi. Ibi, responderunt, subaudi, & benè. Ibi, non obstare, & est ratio, quia pactum fuit personale cōcernens solùm personam illius, cui fiebat & hæredum suorum, & illius cui ipse dedisset, non autem persona agnati, nunc vendicantis, vt statim dicā. Ibi, omninò, id est, generaliter comprehendens omnes, & ideò dixit omninò. Nam qui omne dicit, nihil excipit, l. à procuratore. C. manda. & l. si seruitus. ff. de seruitut. vrban. prædi. & in c. solitæ, in fin. de maiori. & obedien. Ibi, ad hoc, id est, ad hunc effectum. Ibi, secuta, id est, facta ista noua inuestitura. Ibi, non succedat, nam per dictum consensum, quantum ad ipsum consentientem, illud feudum reputatur nouum. Et ideò ipse tāquam agnatus, non succedit in nouo feudo, vt in c. fina. supr. de feud. Marchiæ.

1 †No. quòd agnatus potest renunciare iuri succedendi in feudo, vtrum autem renunciatio simplex valeat absq; pacto, est longa materia, de qua dic, vt in l. 1. C. de pactis, per gloss. & Doctor. In casu tamen nostro, vbi tractatur de renunciatione feudi, dicit Iacob. de Belu. non esse necessarium pactum, dicens esse speciale in feudo, quod admittit Bal. quando ista simplex renunciatio esset facta in manibus domini, quia tunc talis renunciatio habet vim pacti saltē taciti, quo casu valet superiure de futuro, aliàs simpliciter facta, non tolleret ius futurum, per d. l. 1. secundum ipsum. Mihi autem videtur, φ in renunciatione, de qua in c. isto fit mentio, intercesserit pactum, vt probatur in text. dum dixit, pacto non obstante, &c. Et sic etiam dato, quòd non fuisset facta in manibus domini, sed inter pares, putarem habere locum determinationem nostram, cùm neq; hîc appareat aliquid de persona domini. Facit c. Titius. suprà si de feud. fuer. controu. & videtur etiam esse de mente Iacob. de Belu. & Andr. de Isern. Et ad hoc adduco gloss. notabilem supr. Imperator Lothar. Eugen. Papæ. c. 1. & text. satis expressum, suprà de vasal. qui contra constitut. Lothar. feud. alien. c. 1. in fin.

2 †Nota, quòd pactum, quod recipit quis circa refutationem feudi, prodest agnato etiam absenti. Facit quod not. gl. in l. non solùm. §. si liberationis verba. ff. de lib. leg. Et est ratio, quia ista talis renunciatio prodest agnato, per quandam consequentiam, quia refutans eximitur de medio. Potuit enim in sui præiudiciū ex toto renunciare, per quam renunciationem accrescit alteri agnato, argu. ff. de inoffic. testa. l. qui repudiantis. Vtrum autem & qualiter possit per pactum prouideri etiam absenti: dic vt not. per gloss. & Doctor. in l. idem in duobus. ff. de pactis. & per Cy. in l. generaliter. C. de non numerat. pecunia. & in dicto §. si liberationis.

3 †Not. ex prima parte huius capituli, quòd pactum personale nō pertinet, nisi ad personas comprehensas in pacto. Nā licet faciam tibi pactum de non petendo à te, vel ab hæredibus tuis, vel ab eo cui dederis, non debet extendi ad alios, vt hîc, & in l. idem in duobus. ff. de pac. Sed vbi generaliter facio pactum, ne rem petam, non exprimendo aliquam personā, tunc tale pactum generale, & in rem cōprehendit omnes, l. & hæredi. §. fin. ff. de pactis. & hîc in secunda parte, hoc etiam vult gloss. prima hîc posita, quæ per hoc est expedita. Vtrum autem in dubio ista finis & refutatio censeatur esse in rem vel in personam, & dicit Bald. quòd postquā est facta in manibus agnati tenentis feudum, videtur præsumi in personam, scilicet, quo ad recipientem, & suos hæredes, neq; ista verba, & cui dederit, &c. aliquid operantur, postquam vasallus non fuit vsus illa potentia sibi attributa. arg. ff. de arbit. l. non distinguemus. §. si cùm dies. Nam agnatus, qui nunc vult vendicare, non habet actionem, neq; causam à vasallo defuncto, sed venit principali beneficio. Et propterea pactum prædictū non extenditur ad eum, per prædicta secundum Iac. de Bel.

4 †Not. de consensu vnius tantùm ex agnatis posse alterari naturā feudi, quantum in præiudicium ipsius consentientis, non autem præiudicabit, aliis non cōsentientibus alterationi, vt hîc, & suprà quibus modis feudum amit. in §. præterea. & in gloss. fin. hîc posita, quæ per hoc est expedita. Et de hoc dic, vt dixi supr. in ti. an agna. in fi. & de alien. feud. pater. in princip.

Oppo. ab extra quod pactum quantumcunq; reale factū huic agnato mortuo non debet extendi ad agnatum, per

regulã, quia alter alteri stipulari, vel pacisci nemo potest, vt l. stipulatio. in §. alteri. ff. de verbor. obligatio. Immò nec etiã quantum ad exceptionem acquirendam. vt nota. in d. l. idem in duobus. Solutio, secundum Iacob. de Belu. refutatio operatur istud, quod hîc dictum, quia per refutationem ipse refutãs amittit ius quod habet in feudo. Facit supr. qui. mo. feud. amit. in §. præterea.

5 † Quæro ab extra, an filia quæ renunciauit bonis paternis, intelligatur renũciasse feudo, quod postea prætendit ex morte fratrum, dic quòd non, per istum textum, & ff. de legat. 3. l. Paulo, Calimacho. §. 1. & per nota. in l. tres fratres. ff. de pactis. & in l. qui Romæ. in §. duo fratres. ff. de verbor. obligat. & tenet Bald. in l. 1. ff. de rerum diuisio. in q. 50. Facit quod dixi in c. in generali. sup. si de feud. fuerit controuer.

Vltimò ad materiam huius tituli, vide quod dixi in c. final. suprà, si de feudo fuerit controuersia. vbi est quasi similis casus, & in remissionibus ibi adductis, & in d. c. 1. supr. Imperator Lotha. Eugenio Papæ. & ibi plenè per Bald. & suprà de alienat. feud. patern. in princip. & in d. c. Titius. supr. si de feud. fuer. controuer. & suprà de vasal. decre. æta. in c. 1. & in remissionibus quas ibi adduxi, & in d. §. præterea. & per Iacob. Ardizo. in ti. quibus modis feudum amit. sub rubricella, si agnatus pactum fecit vasallo, & in tit. de success. feu. sub rubricella, si vasallus refutet feudum, & sub rubricella, quando vasallus refutat feudũ vetus. Facit, quod traditur in l. si mater. in §. eandem. ff. de excep. rei iud. Et per Canonistas in c. veniens, extra de transact.

Et plenè per Doctores nostros de materia diuisionis, quietationis, finis, & remissionis, in l. qui Romæ. in §. duo fratres. ff. de verborum obligationibus. & in l. tres fratres. ff. de pactis. & in l. 1. C. de pactis. & in Specul. de transact. §. primo & secundo. & in titu. de iudic. in §. sequitur. versic. facta autem. & in titu. de testa. in §. primo. versic. item quid si duobus fratribus. & ibi Ioan. And. per Guliel. in lege auus. ff. de pactis. & per Bal. in l. 1. ff. de rerum diuision. vers. decimo quæritur.

DE NATVRA SVCCESSIONIS FEVDI.

RVBRICA.

EXplicitis hucusque varijs causarum conflictibus, qui oriebantur ex controuersijs feudalibus, nunc verò facit transitum ad declarandum naturam successionis feudorum, vt dixi suprà, hîc finitur lex super rubrica. Quæ quidem rubrica secundum antiquam rubricationẽ comprehendebat sub se omnia præcedentia vsque ad istum titulum, vt dixi super rubrica. supr. de filijs natis ex matrimonio ad morganicam contracto. Verùm postea à Glossatoribus intersertæ fuerunt suprascriptæ rubricæ particulares, vt materia diuisa melius intelligeretur, vt ibi dixi. Et ideò specialiter continuemus rubricam istam ad proximè precedentem hoc modo. Quia suprà in titulo præcedenti interseruit de feudi successione. Vnde sumpta inde occasione supposuit hîc istum titulum. In quo generaliter tractare intendit de dicta materia & natura successionis feudi.

SVMMARIA.

1 *Ascendentes per rectam lineam suis descendẽtibus in feudo non succedunt. Et quid sit in feudo ecclesiastico.*

2 *Filius septem casibus patri non succedet in feudo.*

3 *Fœminæ duobus casibus succedũt in feudum.*

4 *Descendentes in infinitum in feudo succedunt, quibus deficientibus ad collaterales agnatos deuoluetur.*

5 *Feudum quod & quare dicatur paternum.*

6 *Agnatis pluribus ex diuersis lineis ad feudũ vasalli mortui aspirantibus, qui primò sint vocandi.*

Nepos an succedat cum patruo in feudo aui sui, & si plures sint nepotes, an tunc in capita, an verò in stirpes admitti debeant.

7 *Nepos patruo præferendus in feudo.*

Pater renuncians feudo cum pacto, vt post mortem filij succedat in feudo mortuo filio, an possit filio succedere. Ampliatur & limitatur, vt hîc.

SVCCESSIONIS. Diuiditur in duas partes. In prima declarat an & qualiter ascendentes tam masculi quàm fœminæ, & collaterales succedant in feudo paterno, & vsque ad quem gradum, & quod sit feudum paternum, In secunda declarat quando feudum

dum paternum transit per plures lineas qualiter in eo succedatur per collaterales. Secunda ibi, dummodò scias.

CASVS.

Ascendentes à successione feudi exclusi sunt, descendentes verò, succedunt vsque in infinitum, dummodò sint masculi, & ex masculis descendentes, quoniam fœminæ à successione feudi repelluntur. Nisi autem ex pacto admitterentur, vel quia feudum esset fœmineum. Non extantibus verò descendentibus, admittũtur collaterales in feudo paterno vsque in infinitum iuxta gradus suos, dummodò vltimo moriente sine descendentibus, vocentur primò superstites de linea defuncti, hoc dicit. In tex. ibi, ascendentes, scilicet, per lineam directam, vt infr. subijcit, quoniam ascendentes per lineã trãsuersalem benè succedunt in feudo paterno, vt suprà in tit. Imperator Lothar. Eugen. Papæ. in c. 1. & de gradibus success. in feud. §. 1. Ibi, ex pacto, vt quia inuestitura facta fuit in persona patris sui, vt etiam filiæ fœminæ succederent in feudũ: vt suprà de successio. feud. in §. filia verò. Ibi, fœmineum, id est, per fœminam primo loco acquisitum, vt hîc nota. in gloss. in quo succedunt fœminæ, non extantibus masculis, vt supr. de benef. fœminæ. in c. 1. & ibi dixi, & quod nota. per glos. in §. cùm verò Coradus, sup. qui feud. dare pos. Ibi, patri, scilicet, descendenti ab illa fœmina, quæ primò acquisiuit, vel referas ad id, quod supr. dixit, quando pater acquisiuit feudum per pactũ, vt filia succedat, vt in glossa hîc posita, quæ per hoc est expedita. Ibi, secũdum quosdam, subaudi, & benè. dato quòd in hoc fuerint opiniones, vt nec filia, immò nec filij masculi succederẽt, cùm feudum debeat appellari paternum, & non maternum, vt suprà, an maritus succedat vxori. in c. 1. Sed hæc opinio reprobata etiam, vt patet in d. c. 1. de benefic. fœminæ. & in glo. hîc posita, quæ per hoc est expedita. Ibi, nepos ex filio, subaudi, non autem ex filia, vt in glossella hîc posita. Ibi, solus, subaudi, scilicet, exclusis omnibus transuersalibus agnatis, quia donec extat etiam vnus solus masculus descendens omnes collaterales remouentur, vt supr. de gradibus successionis in feud. in princip. & in glossa hîc posita in principio. Ibi, & filius solus, intellige & expone, vt suprà proximè dixi. Ibi, in infinitum. Nam omnes masculi descendentes ex masculis, quoto gradu sint etiam in infinitum succedunt, vt supr. de gradibus, in princip. Ibi, descendentes, scilicet, à primo acquirente, qui fuit agnationis communis, vt supr. de gradibus success. in feud. in §. 1. Ibi, sit paternum, subaudi, quia in feudo nouo non succedunt transuersales, vt suprà de feud. Marchiæ. in c. fina. & de success. feud. in fin. Vel dic secundum gloss. ꝙ ideò dixit paternum, scilicet, respectũ agnatorum, qui non debent admitti ad dictum feudum, stante nepote masculo ex dicto vasallo mortuo. Non autem dixit paternum, respectu ipsius nepotis, quia sine dubio est paternũ respectu ipsius, quoniam respectu ipsius nepotis, nõ debet distingui, vtrum sit paternum vel nouum, cùm sit de descendentibus, qui descendentes succedunt tam in nouo ꝙ in paterno. vt supr. qui feudum dare pos. in §. 1. & 2. & de succes. feud. in principio. secundum Iacob. de Belu. Et hoc modo habes glos. hîc positam expeditam & declaratam. Ibi, acquisiuit, hoc est, si fuit illius parẽtis, qui fuit agnationis communis, vt nunc dixi. Ibi, beneficium, id est, feudum. Ibi, ex diuisione, quæ diuisio licita est, vt sup. si de feud. fue. contro. in c. omnes filij. Ibi, vel tribus, in hoc non est vis, quotquot filij supersint. Ibi, patrueles dicuntur intelligas, scilicet, respectu filiorum fratrum, de quibus suprà dixit, & patet inf in ver. sicut etiam, &c. Et hoc modo intelligendo stabit ista litera propriè, quoniam filij duorum fratrum propriè appellãtur patrueles, vt insti. de gradibus. in §. 4.

Nõ autem intelligas, ꝙ isti fratres nati ex eodem patre sint patrueles, quia hoc est falsum cùm appellentur fratres consanguinei, vt in Aut. de cons. & vter. fra. & hoc voluit etiã glo. hîc posita, quæ per hoc est expedita. Ibi, sicut etiã vult dicere, ꝙ sicut in casu sup. prox. in ver. & isto duobus, &c. tenẽs feudum decessit relictis pluribus patruelibus masculis, & similiter in casu prox. superiore, in versic. dũmodò scias, &c. Ita etiã in isto casu iste qui vltimò tenebat feudum mortuus est sine descẽdẽte masculo, relictis patruelibus natis ex fratribus eius, & sic linea sua prout sequitur, &c. Ibi, habet, scilicet, nunc vltimo loco. Ibi, decessit, subaudi, sine liberis. Ibi, eos solos, scilicet, patrueles huius nouiter defuncti, qui sunt de sua linea, & sibi proximiores. Ibi, vel ad omnes, subaudi, suprà numeratos

existentes in quacunque linea. Ibi, ex qua iste, scilicet, vltimo loco mortuus, qui tenebat feudum. Ibi, fuit, vult dicere, quòd illi qui sunt in eodem gradu, vel illi qui succedunt in locum eorum, qui erant eodem gradu cum his, qui obtinent gradũ proximiorem cum defuncto, qui vltimo loco tenebat feudum admittuntur soli ad successionem dicti feudi, tanquam proximiores agnati, vt sequitur. Ibi, proximiores. Sed dic, quod non, tamen omnes debent simul succedere, sed soli illi, qui inter eos sunt proximiores, seu qui obtinent eundem gradum proximiorem, debent præferri. Ibi, aliarum linearum, de quibus sup. in primo & secundo casu dixit. Nam donec extabat aliquis ex ista linea istius, qui vltimo loco tenebat feudum, omnes alij agnati remouentur, & exclusi sunt, vt in d. c. 1. supr. de gradi. & in gloss. fin. hîc posita. Ibi, ex hac linea, scilicet, ex qua fuit iste, qui vltimò decessit, & qui vltimò tenebat feudum. Ibi, omnes aliæ lineæ, de quibus suprà dixit in primo & secundo casu. Ibi, æqualiter vocatur, subaudi, seruata tamẽ gradus prærogatiua, & qui erunt in eadem linea vocabuntur æqualiter, secundum Iacob. de Beluis.

2 † Not. quòd ascendentes per directã lineam, non succedunt in feudo, descendentibus suis, quod est contra legem ciuilem scriptam & communem, cùm de iure communi admittatur talis successio de ascendentibus in descendentes, vt in Autentic. defuncto. C. ad Tertull. immò non minùs hæreditas filiorum est debita parentibus quàm econtrà, l. nam & si parentibus. ff. de inoff. testa. Sed hoc operatur natura feudi, quæ in hoc vincit legem Romanam, vt supr. de feud. cogni. in c. 1. & in glos. 1. hîc posita, quæ per hoc est expedita. Erit ergò speciale iure consuetudinario feudorum, secundum Iaco. de Beluis. Assignantur tamen, & aliæ rationes, quare ascendens repellatur à successione feudi, prout dixi supr. qui feudũ da. pos. in §. hoc quoque sciendum. vbi videas. Vtrum autem sit hoc verum, etiam in feudo ecclesiastico, ponit Bald. in d. Autent. defuncto. vbi tenet, quòd sic. a Idem dicit in emphiteosi ecclesiastica dicens, quòd de sui natura non respicit, nisi lineam descendentem, quoniam non debet transire de sui natura, nisi in accipientem, & in suos filios & nepotes masculos & fœminas, & non ad alios, nisi ex tenore inuestituræ aliud disponeretur, per §. emphiteosis. in Autentic. de non alienan.

a *In emphiteosi ecclesiastica. Adde Io. de Imol. & Doct. in c. potuit de loca.*

2 † Not. quòd filius regulariter succedit patri in feudum. Sed ista regula fallit in septem casibus, in quibus filius non succedit, qui numerantur clarè hîc in gl. 2. quos recita, vt in ea, quę per hoc est expedita, & benè loquitur.

3 † Not. quòd licet fœminæ de iure cõmuni ita debeant succedere sicut masculus, l. maximum vitium. C. de liber. præter. vel exhære. Tamen ad successionem feudi non admittuntur, neque earum descendentes, nisi in duobus casibus hîc expressis, videlicet quando inuestitura esset facta eo pacto, vel quando feudum esset fœmineũ, vt hîc & in d. c. 1. sup. de gradibus, & de success. feud. in §. 1. & in glo. 3. hîc posita, quæ per hoc est expedita. Quæ autem fuerit ratio huius prohibitionis, habetur suprà, qui feudum dare possunt. in §. hoc autem notandum, & vide quod ibi dixi, & suprà de benef. Federic. in c. 1.

4 † No. quòd in successione feudi, prima causa est descendentium, & admittũtur vsque in infinitum, donec aliquis ex ipsis extat, nullo autem extante: tunc ad collaterales agnatos deuenitur, quorum successio similiter ad infinitũ extẽditur, quãdo feudum est paternũ, vt hîc, & in d. c. 1. de gra. Et istis casibus circa successiones istas, seruatur idem ordo, qui in legibus continetur, vt dixit textus in c. 1. in fin. suprà an ille qui interfecit fratrem domini. Vnde ex isto textu, qui extendit istas successiones vsque ad infinitum, infertur secundum glossam 9. hîc positam, quod infinitas toleratur. Sed cùm ista sit via Brocardica dicatis, vt nota. supr. qui feudum dare pos. in §. hoc quoque, & ibi dixi.

5 † No. quòd feudum paternum est illud, quod est acquisitum ab aliquo ex ascendentibus, nam est necesse ad hoc, vt dicatur paternum inter agnatos, quod fuerit acquisitum ab eo parente, qui fuit author agnationis communis eorum, vt dixit textus in dicto cap. 1. in §. 1. suprà de gradibus.

6 † Nota. quòd vbi plures agnati procedentes ex diuersis lineis aspirare volunt ad successionem feudi, alicuius vasalli, eorum agnati mortui primò vocandi sunt gradatim ad dictam successionẽ, existentes in linea cõmuni cum mortuo. Et

Et si nullus ex ea linea superest, tunc trãseundum est ad alias lineas, seruata graduum prærogatiua, vt hic, & in d. §. 1. de gra.

Oppo. cum gloss. 4. quòd immò filia non succedat in feudo, dato quòd sit appositum pactum in inuestitura, vt succedere possit, vt est casus. supr. episcopum vel abba. in §. quin etiam. & de succe. feu. in §. filia. cuius cõtrarium hic dicitur. So. filia admittitur ad successionem vigore pacti, vt hic.

Quod intellige, quando non est masculus, qui eam impediat, vt ibi, quoniam nunquam est locus fœminæ, donec extat aliquis masculus, ex eo qui primò feudum acquisiuit, vt supr. de eo qui sibi hæredibus q; suis, &c. in c. 1. Et hoc vult ista gloss. vsq; ad vers. vel nisi. & bene loquitur. Vtrum autem ista filia, quę semel fuit exclusa per fratrem masculũ, posset postea admitti sublato obstaculo de medio, declaratur in d. c. 1. vbi videas.

Opp. subsequenter cum dicta gloss. quòd imò sit dare tertium casum, in quo filia succedit patri etiam dato, quod extarent agnati vt probatur, sup. in ti. quemadmodum feud. ad fili. perti. c. 1. Sol. dicit gloss. fatendo contrarium, quòd ideò ibi ita disponitur, quia dominus mortuo vasallo vendidit feudum ipsi filiæ, vel etiam propter seruitia, qui habuerat à patre; voluit ipsam remunerare sibi infeudãdo de nouo. Et hoc potuit facere dominus, qa feudum erat sibi apertum, ad quod agnati non poterãt venire, inuito domino secundum veram lecturam ibi positam. Et nunc habes expeditam gloss. vsque ad fin. quæ bene loquitur. Quid autem de Hermaphrodita, an succedat in feudo dixi supr. in ti. an mutus vel aliter imperfectus, in c. 1. vbi videas. Quæro cum glos. 8. quid si moritur vasallus relicto filio, & nepote ex altero filio præmortuo. An iste nepos vocetur simul cum dicto patruo suo ad successionem in feudo dicti aui sui? Et respondet gloss. quòd sic, tum quia nõ reperitur prohibitum hoc de iure consuetudinario, sed potius tacitè permissum, vt sup. de gra. in princi. & in isto text. tum quia etiam de iure communi ita statutum est, vt in l. 3. C. de suis & legiti. hæred. Et sic in ista materia appellatione a filiorum a debent comprehendi etiã nepotes per prædicta. & ff. de verb. sig. l. liberorum, & hoc voluit tota ista gl. vsque ad fin. quæ bene loquitur. Et præstat ista glo. arg. ad quæstionem, quã solet quæri, quis admittatur ad successionem, an nepos ex filio primogenito præmortuo, an filius defuncti stante statuto, vel consuetudine, q; primogenitus succedere debeat, de qua vide plenissimè per Bal. in l. cũ antiquioribus. C. de iure delib. & dixi in c. mulier. supr. si de feu. fue. contr. & in c. 1. sup. de feu. Marchiæ. Quid autem si essent plures nepotes, qui venirent ad successionem simul cum patruo suo, an debeãt admitti in stirpes vel in capita, & in hac quæstione dicit Iac. de Bel. quòd succedunt in stirpes cum suo patruo, per §. is verò, sup. de succes. feu. & de feu. March. §. fin. & in Aut. de hæred. ab inte. in §. si autem defuncto. Hoc idem indubitanter firmat Bald. quia isti nepotes veniunt ingrediendo locũ patris ipsorum. Sed quãdo isti nepotes veniunt de per se, & iure suo ad successionem patrui mortui sine hærede, tunc in hoc est maior dubitatio. Et dicit Ia. de Bel. quod succedunt in capita, quidam autem volunt quòd in stirpes. Sed dic vt dixi in d. ti. de gra. in §. pe. & sup. de succes. feu. in prin. & in 1. nota. Abinde autẽ suprà, scilicet, vltra fratres & filios fratrum communis opinio est, quòd veniant in capita, per Aut. post fratres, la. 2 C. de suis & legit. hæred. & in l. auunculo. C. communia de success. & q; dixit Cyn. in d. Aut. cessante. & per Iaco. Ardizo. in Summa de succes. feu. sub rubricella de col. in §. item succedũt, si in autem essent tres filij ex vno fratre, & vnus filius ex altero fratre, tunc si moriatur vnus ex tribus filijs. Alij duo sui fratres sibi succedunt æqualiter, quia sunt de sua linea, nõ autem filius natus ex altero fratre, quia est ex alia linea, vt in isto text.

a *Appellatione filiorum. Adde glo. in Cle. 1. de bapti. io. And. in c. statutũ. de hæret. li. 6. Abb. in proœ. Dec. Bart. in l. alimenta. ff. de alimẽ. le. Bal. consi. 76. inci. Angela. in 4. vol. Lo. Ros. cons. 438. inc. in causa præsentis consultationis. & p Alex. de Imo. cõs. 1. inc. perspectis. in 1. volu. quid in testamẽtis, vide per Bal. cõsil. 262. incip. Titius, et quid in vltimis voluntatibus. vide per Alex. de Imol. cons. 61. inci. super eo quo quæritur. 1. volum. quid in priuilegijs, vide per Bald in c. 1. in §. decedẽti. qui feud. da. pos. in vsibus feud. & p Pe. de Anc. in Cle. 1. de bapti. quid in feu. vide tex. in c. 1. in §. & si clientulus. de alie. feud. Alex. de Imo. in l. Gallus. in §. instituens. ff. de lib. & posth. Bald. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. Alex de Imo. cons. 17. inci. ponderatis his quæ. in 5. volum. & an continetur agnatus? vide per Barb. cons. 68. inci. omnipotentem. in 4. vol. & an venit filius filiæ. Barba. cons. 88. inci. sapienter. in 4. vol an comprehenduntur naturales? vide per Phil. Fran. in c. statutum. el 2. de hære lib 6. & per Angel. in l. ex facto. in 1. col. ff. ad Senatuscons. Treb. & an veniant tantùm descendentes per lineam masculinam? idem Phi. in c. vbicunq; in 2. no. de pœnis lib. 6. & an veniunt posthumi in tutelis. vide in l. si quis filiabus. ff. de testa. tut. & an veniunt filiæ fœminæ in contractu emphiteotico. vide per Rayn. de For. & Ang. in l. tres fratres. ff. de pact. & per Lo. Ro. cons. 35. inc. visa facti serie, & an veniat filius non legitimatus? vide per Cyn. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Cy. in l. quicunq;. C. de ser. fug. Alex. de Imo. cons. 150 inci. viso themate suprascripto. in 2. volu. & an continentur posthumi in datione tutoris? vide per Frãc. de Are. in l. filius testatoris. ff. de liber. & posth. & an venit filius ciuilis ubi aliàs non veniret fauore testamenti considerandi, vide per Franc. de Are. in l. si quis posthumus. vers. primum est quod fauore testamenti. ff. de lib. & posthumis.*

Quæro

7 † Quæro ab extra, si vasallus decedat relicto nepote ex fratre, & relicto patruo, quis admittatur, dic quod nepos excluso patruo. arg. in Aut. de hæred. ab intestat. §. illud. collatio. 9. cum ibi nota. & in Autenti. post fratres. C. de suis & legiti. Ita determinat Nicol. de Neapol. suprà de his qui feud. dare pos. in §. penultimo. & Bald. supr. Imperator Lothar. Eugen. Papæ. in c. 1. Quæro insuper, quid si pater vasallus renunciauit feudum suum in manibus domini cum pacto, vt inuestiat filium suum cum hac conditione, vt morienti filio, posit pater succedere, an tūc succedet? Et dicit Iacob. Ardizo, quòd sic. arg. C. de emancip. lib. l. si pater qui. in fin. & de hac quæstione est casus in capitulis extraordinarijs. in §. quodā vsui. vbi videas. Eodem modo dicit, si filius fuisset inuestitus cōtemplatione & amore, propter seruitia patris, arg. ff. de colla. bo. l. dedit dotem. ff. de iure dot. l. auus. C. de vsufruct. l. fin. prout ipse dicit in ti. de succes. feud. sub rubricella, an ascendentes succedant. Et ibidem etiam dicit, quòd quanquam pater non succedat filio in feudo: tamē viuente filio, pater habebit commodum ex dicto feudo. ar. ff. de assigna. libe. l. 3. §. inde quæritur. in fi. Facit ad hoc quod dixi in c. 2. sup. de fra. de no. be. inuesti.

Subsequenter adhuc limitat idem Iac. Ardiz. in loco præallegato istam regulam, quòd pater, vel ascendens non succedat filio, vel descendenti in feudo, scilicet, quando feudum est nouum, & datum contemplatione filij. Secùs autem si feudum esset antiquum, quia tunc dicit ipse, quòd ascendentes succedunt, siue sint per directam lineam, siue transuersalem, per c. 1. supr. Imperator Lotha. Eug. Papæ. in fi.

Sed ego puto hanc limitationem esse veram in ascēdente transuersali, vt dixi super tex. Sed in ascendente per lineā directam nescio videre, quod posit adaptari de facto, cùm semper in tali feudo antiquo talis ascendens sit potior ad habendum dictum feudum, quàm descendens. Nam feudum paternum non potest peruenire ad filium, patre super existente, quia pater prior admittitur, nisi vellemus dicere, quòd ipse filius primò possederit dictum feudum de voluntate patris, emancipando ipsum filium, & sibi donando dictum feudum, & faciendo ipsum inuestire, dummodò omninò non refutet ius suum, vel faciat ipse inuestire, tanquàm de feudo nouo, vt supr. titul. proximo, in fine. Quo casu, moriente filio, bene reuerteretur feudum ad patrē, sed nō iure succesionis, sed antiquo suo iure vtitur, argu. ff. de liberis & posthu. l. filio. & l. filio. §. 1. in fine. & C. de capti. l. ab hostibus. Et puto, quòd idem Iacob. voluerit ita intelligere, dum subijcit, quòd feudum reuertitur ad ascendentem, sed non iure succesionis, prout dixi. Et ita etiam intellexerit Andr. de Isernia, ponendo similiter aliud exemplum in auo, qui emancipauit filium, & dedit feudum antiquum nepoti, suo nato ex dicto filio, quod potuit facere, vt suprà de alienatio. feud. pater. Vnde mortuo auo, si moriatur nepos tenens feudum, poterit pater huius nepotis succedere in dicto feudo, eo modo quo suprà dictum est.

Vltimò ad materiam præsentem, vide plura quæ dixi suprà, qui feudum dare pos. §. hoc quoque sciendum. & supr. de succesio. feud. in princip. & supr. de gra. succes. in feud. in princip. & in §. 1. & suprà de benef. Feder. in princip. & suprà in dicto titul. Imperator Lothar. Eugen. Papæ. c. 1. & plenè per Iacob. Ardizo. in Summa in titul. de succes. feud. sub rubricella, 1. 2. & 3. & sub rubricella an collaterales succedant cum sex rubricellis sequentibus, & sub rubricella an frater succedat fratri, & de capit. extraordin. in §. quidam dominus. & in Specul. de feudis. §. quoniam. versicul. 25. & per Hostiensem in Summa de feudis. §. qualiter constituatur.

DE CAPITANEO QVI CVRIAM VENdidit.

RVBRICA.

Continuatur ad præcedentem titulum hoc modo. Quia ibi tractauit qualiter acquiratur feudum ex natura succesionis feudi. Hîc verò subsequenter declarare intendit, qualiter acquiratur, vel ex natura contractus, vel ex delicto alterius, vel etiam ex succesione, prout patet ex tenore cuiuslibet capituli sub hoc titulo positi. Sed cùm principalis eius intentio fuerit, declarare de acquisitione feudi ex natura contractus, ideò subiecta est hoc

ista

ista rubrica de Capitaneo qui curiam venddit.

SVMMARIA.

1 *Feudum in generali bonorum venditione non includitur.*
Fundo vendito, an intelligantur venditi boues, aratra, &c. Remissiuè.
Equo vendito, an sella intelligatur vendita. Remissiuè.
2 *Molendinum in flumine castri, an concedatur vbi castrum cum suis pertinentijs conceditur.*
Ciuitas solenniter translata in dominium & iurisdictionem alterius, an intelligantur translata iura molendinorum dictæ ciuitatis.
3 *Imperium merum, an transferatur in generali donatione castri.*
4 *Recognoscens castrum in feudum, an recognoscat territorium.*
Vendens omnes possessiones, quas habet in castro, non videtur vendere iurisdictionem quam ibi habebat ratione personæ, secùs si ratione rerum.
Vendens prædia cum omnibus suis iuribus quæ ibi habebat, an videatur vendidisse iura colligendi passagium.
Emens partem iurisdictionis, quam habebat vnus ex tribus fratribus in castro, an per hoc sit exemptus à iurisdictione alterius.

QVIDAM CAPI. Præmitte pro euidẽtia huius capituli, quod dominus potest habere vasallos in curte, & extra curtem. In curte enim habet vasallos.

EXEMPLI GRATIA.

Si ipse dominus habet dominium possesionum, & terrarum totius vnius villæ, puta quòd omnes rustici, & coloni dictæ villæ respondent fructus & redditus ipsius domini, ad domum dominicalem ipsius domini existẽtem in dicta villa, quæ domus appellatur in dicta villa curia, seu curtis domini. Modò si ipse dominus infeudaret alicui vasallo vnũ mansum terræ de dicta villa, vel prout ipse vasallus haberet annuatim certum redditum de dicta curte, nũc ipse dominus intelligitur habere vasallum in curte. Sed quando habet ipse dominus vasallos extra curtem.

EXEMPLI GRATIA.

Si in vna villa non habet, dominus dominium totius villæ. Sed pro maiori parte possesiones dictæ villæ, sunt rusticorum, vel aliorum consortum. Sed ipse dominus habet etiam aliquid modicum, puta vnam, vel duas possesiones. Ita quòd non est necesse, quòd ibi teneat curtem, vel domum dominicalem. Modò isto casu, si ipse dominus infeudaret alicui vasallo illam, vel illas modicas possesiones, quas ibi habet, tunc intelligeretur habere vasallos extra curtẽ, vt prædicta colliguntur, supr. quibus mod. feu. amittat, §. penult. & finali. Et scias etiam, quòd per modum suprascriptum potest dominus habere non tantùm vnam curtem, sed etiam duas, tres & plures, prout est diues, vt colligitur ex hoc text. ibi, in quadam sua curte, &c. Et sic præsupponit, quòd habebat plures, &c. Item, scias quis dicatur Capitaneus. Nã Marchio, vel Comes qui recognoscunt Marchionatum, vel Comitatũ ab Imperatore vel Rege in feudum, propriè dicuntur Capitanei regni vel Regis, & sunt illi, quos hodie appellamus Barones. Sunt quoq; & appellantur Capitanei illi, qui subsequenter recognoscũt feuda ab istis Marchionibus, vel Comitibus, vel duobus, quos etiam vocamus Valuasores regni, vt prædicta probantur, sup. qui feud. dapos. in prin. & not. glo. in c. i. suprà, quis dicatur Dux, Comes vel Marchio. His præmissis casum in terminis sic figura.

CASVS.

Quidam Capitaneus in suo districtu habebat plures curtes. Vnde in quadam ex dictis suis curtis designauit beneficia, seu feuda quibusdam vasallis eos inuestiendo de dictis feudis, postea in processu temporis eandem curiam, in qua erant dicta feuda vendidit cuidam, post hoc controuersia orta est inter istum Capitaneum vendentem, & ipsum emptorem, quoniam ipse emptor dicit, quòd in sua emptione comprehenduntur etiam supradicta iura feudalia. Capitaneus verò dicit se non vendidisse dicta iura feudalia, sed simpliciter ipsam curiam quæritur ex prædictis, an dicta iura feudalia intelligantur vendita? Et dic quòd non, postquam non fuit hoc expresse actum in venditione, vt comprehenderentur in ipsa venditione. hoc dicit. In textu ibi, Capitaneus, dic potest capi pro Marchione vel Comite, vel etiam pro alio inferiore: vt suprà dixi. Quinimmò & fortius extendenda est determinatio huius capituli ad omnes personas, quæ infeudare possunt,

de

de quibus supr. qui feu. dare pos. in prin. quoniam hîc ponit de Capitaneo, gratia exempli secundum Andr. de Isern. Ibi, curtæ, subaudi, quam tenet in feudum ab Imperatore vel Rege, vel Duce, Comite vel Marchione, cùm in quolibet istorum casuum appelletur Capitaneus, vt supr. dixi. Ibi, militibus, id est, vasallis, quia in hoc non est differentia, siue vasallus sit miles, siue non. vt not. gloss. in c.1. supr. de feud. sine culp. non amit. & dixi supr. Imperator Lothar. Euge. Papæ. Ibi, beneficiũ dedit, scilicet, iure feudi, quod potest facere, vt supr. de capi. Cora. in §. præterea. & ibi gloss. Nam beneficium idem est, quod feudum, vt supr. in quib. ca. feu. amit. in §.1. Ibi, curiam, quam sup. appellauit curtem, qui idem importat. Ibi, vendidit, subaudi, cum consensu, & voluntate domini superioris, à quo iste Capitaneus vendens recognoscit, quia aliàs nõ valeret, & reuerteretur ad ipsum dominum superiorem, vt infr. de prohi. feud. alien. per Feder. secundum Iaco. de Bel. & Nicol. de Neapol. & Bald. vel ad agnatos. vt dixi in d. §. fin. supr. quæ fuit pri. cau. ben. amit.

2 †Nota. quòd in generali seu simplici venditione bonorum non comprehenduntur feuda, nisi specialiter exprimantur, & nominentur, vt hîc, & in c. generali, sup. si de feu. fue. controuer. & in gl. fin. hîc posita. Et potest esse ratio multiplex, prout assignatur hîc in gl. 1. in prin. Videlicet, & primò, quia verba generalis venditionis, non comprehendunt, nisi solùm ea, de quibus est actum inter cõtrahentes, vt C. de transactio. l. si de certa. Item, quia non videtur cogitatum per contrahentes de feudo vendẽdo, & ideò solùm ea, quæ fuerunt expressa, veniunt in venditione, vt ff. de transactio. l. cum Aquiliana. & ff. de euict. l. qui libertatis. Item, quia verba ipsius venditionis generalis non significant feuda. Vnde non debemus recedere à significatione, sed potius inhærere, vt in l. non aliter. ff. de legat. 3. Item, quia feudum & curia sunt duo penitus separata, quod patet, quia vnum potest stare sine reliquo, & ideò per venditionem vnius, non includitur venditio alterius, arg. in l. fin. C. de pac. conuen. quæ super do. & hoc voluit ista glo. prima, vsq; ad vers. econtrà videtur, quæ per hoc vsq; ad dictã partẽ est expedita. Sed tu vltra gloss. assigna aliam rationẽ, & meliorem, quia dominus sine vasalli voluntate non alienat ius suum, quòd habet in feudo seu vasallos, vt sup. de l. Cora. in c.2. §. ex eadem. & sup. quo tempore mil. in c.2. Nam sicut vasallus non potest alienare ius suum sine licentia domini, vt infr. tit. sequ. Ita & econtrà dominus sine voluntate vasalli, cùm ad paria iudicantur, vt latè de hoc dixi, in d. §. ex eadem, in primo nota. Vnde non est verisimile, quòd in vẽditione voluit includere feudũ, & ponere se in periculo perdendi illud, vendendo absque voluntate vasalli, cùm specialiter non fuisset vendidurus, vt ibi dixi. Vtrùm autem vẽdito fundo, intelligantur venditi boues, aratra, veges tes & similia, vide Bald. in l.2. C. de legatis. Et similiter an vendito equo, intelligatur vendita sella, ponit Bald. in l. cùm proponas. C. de ædi. act.

Opp. cum gloss. 1. in d. vers. econtrà videtur, &c. Et multipliciter contra determinationem huius capituli, videlicet, quòd immò vendita simpliciter curia videatur in consequentiam venditum etiã feudum. Quod probatur pluribus rationibus. Et primò, quia feudum pertinet ad curiam, vel saltem cohæret, vel inest ipsi curię, tanquam pars ipsius curiæ. Ergò cum datione & venditione curiæ, debet transire, quia non intelligeretur in totum tradita curia, si detrahatur aliqua eius pars, vt prędicta probantur in l. creditori. §. penult. ff. de ac. emp. & ff. de off. eius cui man. est iurisdi. l. fin. & ff. de except. rei iudic. l. si quis cùm totum. Item, quia ipse vendens est vsus verbo generali, vel saltem simplici vendendo curiã. Ergò videtur omnia vendidisse, quæ nõ excipiuntur, vt ff. de except. l. pluribus. Item, quia in dubio debemus potius interpretari verba contra venditorem, qui potuit apertius declarare contractum, quàm contra emptorem, vt in l. Labeo. ff. de contrahen. empt. Ne sit in potestate ipsius venditoris, detrahẽdi quicquid velit ex dicta venditione, quod esset absurdissimum, & inconueniens, quoniam si admitteretur ipse venditor, vt posset ex venditione generali curiæ detrahere feudum, eadem ratione posset detrahere aliam rem, puta vineam, vel domum, vel aliquid aliud. Et sic venditio ipsa posset reduci ad nihilum, quod non est dicendum, neq; credendum, quòd emptor voluisset emere eo modo, & forma. argu. ff. de mino. l. tutor. §. fi. & ad muni. l.1. cum lib. & hoc voluit tota ista glo. vsq; in fin.

qu-

quæ aliter non soluit dicta contraria. Vnde soluas secundum Bald. & notabiliter, quod quædam sunt bona, quæ consueuerunt vendi, & ista includuntur in venditione generali, quia nō debet eadem res diuerso iure censeri. vt ff. de vsuc. l. eum qui ædes. Quædam sunt bona, quæ non cōsueuerunt vendi: sicut est locus sacer, vel religiosus, tamen cum vniuersitate transferūtur ex potestate, quam habet vēditor iure proprio. vt ff. de contrahen. emp. l. in modicis. Quædam sunt bona, in quibus oportet, quod venditor habeat licentiā ab alio, ad hoc, transferantur in emptorem, sicut sunt feuda. vt sup. dixi? & ista non includuntur in venditione generali, quantū ad venditionis effectum. vt hîc, & in d. c. generali. Tamen si venditor fuit sciens tenebitur emptori, quando minoris fuisset empturus. vt ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. primo.

2 † Quæro ab extra, si Imperator concessit alicui vnum castrum cum suis pertinentijs, an videatur concessisse molendina,[a] quæ sunt in aqua ipsius castri? Respondeo secundum Bal. quod aut concessit solam iurisdictionē, & tunc non veniūt molendina? quia licet castrum sit sub Imperatore, tamen molendina non. vt ff. de contrahen. emptio. l. sed & celsus. cum ibi no. Aut concessit castrum cum pertinentijs suis ad ipsum castrum spectantibus: & tunc veniunt molendina accessoriè, nisi essent molendina priuatarum personarum. argumentū. ff. de preca. l. si adoptauero. & quod not. in l. inter publica. ff. de verbo. signi. quia non est verisimile, q̧ Imperator voluerit transferre ius priuatorū. l. publius. in §. 1. ff. de condi. & demon. Ex prædictis infertur ad aliam quæstionem disputatam. per Ia. But. an solenniter trāslata ciuitate in dominium & iurisdictionē alterius, videantur in consequentiā translata iura molendinorum dictæ ciuitatis? In qua quæstione adducuntur plures rationes hincinde ad partes, quæ hîc seriosè scribuntur per Bald. Et tandem ipse Ia co. Bu. concludit, quod ipsa molendina non videntur translata, sed remaneant apud ciuitatem, tanquam peculium ipsius ciuitatis, sed ipsę iurisdictiones videantur esse translatæ. Sed ipse dominus Baldus dicit, quod si dominia erant sub domino concedentium, quod videantur translata, quemadmodum iurisdictiones prædictæ, & sicut ipsa solennitas. Secùs si ad ipsam ciuitatem pertinerent iure priuato. Sed vbi de sola ciuitate esset facta mentio, tūc dicit ipse, quod molendina quæ essent extra ciuitatem, non venirent in concessione. argumen. in l. nam quod liquidè. ff. de penul. leg. & in capitul. si ciuitas. de sent. excom. lib. 6.

3 † Quæro an in generali donatione alicuius castri, vel loci facta, per Principē, videatur translatum merum imperiū?[b] & Oldra. qui disputauit istam quæstionē determinat quod sic, quia beneficium Principis latissimè est interpretandum. vt C. de agē. in re. l. hac saluberrima. Item, quia adhæret territorio. l. final. C. vbi & apud quos. & l. creditor. §. fina. de action. emptio. & ff. de verborum significatione. l. pupillus. §. territorium. Facit quod dixit Inno. in c. ex literis. de iure patro. & extra de iudi. cùm Bertoldus. Et ad hoc probandum adducit Bald. l. 1. §. cùm vrbem. ff. de off. præfect. vrb. & 26. dist. ego Ludouicus. & c. tibi domino. Et in hac opinione fuit etiam Hosti. in Summa. extra de iure patro. & de offici. & protesta. iudi. deleg. Facit. ca. per venerabilem. extra qui filij sint legitimi. & ad prædicta vide Bartol. ff. de acqui. poss. l. inter eos. & in Specul. de iurisdictione. om. iudic. ver. quæ autem. & ibi per Ioan. And. & q̧ dixi supr. quib. mod. feud. amit. §. finali.

4 † Quæro an ille, qui recognoscit castrum in feudum, videtur recognoscere etiam territorium[c] & iurisdictionem territorij? Et hanc quæstiōem disputauit Oldra. quam Bal. diffusè prosequitur arguēdo ad partes, tandem inclinat in eam partem, vt non intelligatur recognoscere territorium, vel iurisdictionem, prout sequitur gloss. quæ hoc disputat 63. distinct. Lodouicus. nisi modus loquēdi, vel actus, & consuetudo aliud interpretaretur, argumentum eorum quæ notantur. in l. sed si quis. in §. proprietas. ff. de vsufructu. Ex his inferas ad aliam quæstionem tractam per Dyn. in l. ergò. ff. de acqui. re. do. quod vendens omnes possessiones, quas habet in castro, non videatur vendere iurisdictionem, quam ibi habebat ratione personæ. Secùs si ratione rerum arg. huius capituli, dixit tamen Baldus suprà de controuer. inuestitur. in princip. circa finem, quod si potest apparere de intentione datoris, illud debet seruari, per notata per Inno. extra de appella. in c. dilectus. Sed in dubio dic, per Bartol. in l. si quando. C. de bo. vacan. libro 10. & quod no. Innoce. in c. proposuit. extra de conces. præben. & de iure-

[a] *An videatur cōcessisse molendina. Adde diffusè per Ias. in repe. l. quominus. in 20. quæs. ff. de fluminibus.*

[b] *Videatur translatum merum Imperium. Adde Paulū de Cast. cōsi. 132. incip. & si Princeps cōcedit.*

[c] *Videtur cognoscere etiā territorium. Adde per Car. Alex. in proœ. feudorum. in 17. colum. ver. & ita recognito castro.*

iur.debitores.& per Ioã.And.in c.ad quæstiones.extra de rerum permu. Et circa prędictas quæstiones vide Bald.in l.1.ff. de rerum di.in q.44.& quod ibi dixi de consue. rect.feu.in princ.in quæstione fin. Quæro quidam Baro vendidit mihi quædam prædia, in quibus consueuit habere domos ad colligendum passagium,& in venditione dixit sic, quod vẽdebat mihi dicta prædia, & omnia iura, quæ ibi habebat, vtrum videatur vendidisse mihi iura colligendi passagium? Et Bald. qui hanc quæstionem formauit.in L. à procuratore. C. manda. tenet quod non, quia licet sit translata proprietas feudorum, non intelligitur translata iurisdictio passagij, per notata p Inn. in c.cùm ad seden. de resti.spo. Si tamen dominus vellet vti illis domibus pro colligendo dictum passagium, tenet quod debeat soluere pensionem, cùm proprietas sit translata in alium. Facit quod no. idem Inno.in d. c. ex literis. idem similiter dicit si ibi fuissent furcæ ad suspendium & merum imperium exercendum, vt non videatur transtulisse per prædicta. Facit l. stipulatus. ff. de vsuris. Quæro si sunt plures, qui habeant iurisdictionem in loco, an si vnus vendit partem suam sit exemptus à iurisdictione alterius, no. Bar. ff. de excus. tu. l. cum ex oratione? Facit quod dixi suprà de consue. rec. feu. in prin. in quæst. fi.

a Quando ingratitudo. Adde an propter modicã ingratitudinem quis priuetur feudo? vide per Bal. in c. quod ad te. de rescrip. q dictũ Bald. sequitur An. Corsetus in tractatu de minimis.

Vltimò ad materiam vide alia, quæ dixi in dicto.c.in generali supr. si de feudo fue.contro. & in remissionibus ibi adductis.& in d. §.ex eadem.supr. de lege Cor. & per Innocenti. in dicto capitulo ex literis. & Baldus in dicta l. à procuratore. C. manda. & in l.penultim. C. de bonis, quæ libe.& aliqua.in l.1.C. de bo. libe. & q. no. per Ioan. Andræ.in cap.generali, de regulis iuris.libro 6.& dixi infrà de pace iuran. fir. §. ad hæc. & in remissionibus ibi positis, & per Bartol. in L. si ita. ff. de auro & argento.leg.& per Iacob. Ardizo.in Summa.quibus modis feudum amit.sub rubricella, cum curia licet domino alienare Vasallos.sequitur c.quæsitum.

SVMMARIA.

1 *Ingratitudo gratiam præueniens illam impedit.*

QVAESITVM. Filius Vasalli delinquens contra dominum, ex hoc non priuabitur feudo paterno post mortem patris, si paratus est domino satisfacere. Hoc dicit, cum §. insuper. infrà de prohibita feud.alie. per Federicum. quia istud capitulum determinatur, & intelligitur secundum formam ibi traditam secundum glossam hîc positam, & benè. Ibi, scio, scilicet, ego Obertus de Horto. vt dixi suprà qualiter domi. proprie. priue. in capitulo primo in principi. Ibi, amitteret, scilicet, ipse filius offendens, si non habuisset patrem tempore offensionis, & fuisset Vasallus. Ibi, secundum istum, scilicet, quærentem de ista dubitatiõe apud ipsum Obertum, quia fortè fuit aliquis Iurisperitus, vel Doctor, qui indistinctè tenebat, quod in casu prædicto ipse filius amitteret feudum. Sed ipse Obertus & Gerardus fuerunt contrariæ sententiæ, vt indistinctè non amitteret, cùm posit satisfacere domino per iura nouissima, vt patet in dicto §. insuper.

a 1 † No. quod quando ingratitudo[a] præuenit gratiam, impedit illam, nisi purgetur per satisfactionem. vt in d. §. insuper. Secùs autẽ si ingratitudo committeretur tempore existentis gratiæ, quia tunc de se non esset purgabilis, vt sup. quę fuit prima causa benefi. amitten. in §. deniq;. Cætera, quæ hîc possent adduci, dicam in dicto §. insuper. Et ibi etiam declarabitur de Vasallo Vasalli, qui dominum domini sui offendit. & vide plenè per Iacobum Ardiz. in titul. quibus modis feudum amittatur. rubricella, si filius Vasalli dominum antiquiorem offenderit. & per Bald. in L. 1. ff. de rerum diui. in quæstione 28.

SVMMARIA.

1 *Cogitatio peccandi non debet puniri.*
Motus primi an sint de iure poli, puniendi.
2 *Affectus non punietur, nisi effectus subsequatur.*
3 *Insidiæ domino paratæ à Vasallo pro delicto reputantur consummato.*
Pœnitentia an in delictis habeat locum.

SI VOLVERIT. Si Vasallus solùm cogitauit offendere dominum, non ex hoc amittet feudum. Idem si laborauit in offendendo, sed ipsum pœnituit. Secùs si insidias posuerit, vt offenderet, quia tunc amittit feudum, si de talibus insidijs probatum fuit per quinque testes. hoc dicit. In textu, ibi, voluerit, id est, in animo habuerit. Ibi, sed non laborauit, vt quia solùm cogitauit, non etiam verbo dixit, q̃d velle offendere, vel etiam verbo dixit, quod volebat offendere, & sic propalauit, quod

mente agitabat.l.Labeo.ff.de suppel. leg. Ibi, & si laborauit, dic sine insidijs fortè manum eleuando, vt ipsum offenderet, sed ipsum pœnituit offendere. vt dixi supr. quæ fuit prima causa benefi.amitten.in §. porrò. Vel dic secundum Andr.de Isernia, quod ad actum aliquem perduxit voluntatem offendendi, sed non perfecit, quia noluit & pœnituit. Secùs si per ipsum non remansit. Vnde per pœnitentiam dignus est venia. Et hoc etiam videtur sensisse gl. hîc posita, allegando dictam l.qui falsam. ad l.Corad.de falsis.quæ per hoc est expedita. Ibi, insidiatus fuit, vt quia ambulauit cum telo, vel alios fecit ambulare, vt ipsum offenderet, vel alias insidias posuit, vt veneno, vel gladio ipsum offenderet, prout dixit gloss.hîc posita, allegando suprà in titu. quæ fuit prima causa beneficij amittendi. in §. porrò. vbi hoc probatur. Facit l. propter insidias.C.qui accus. non poss.& l.consensu.C.de repudijs. Vel cum inimicis domini conspirauit cōtra ipsum, vt dixi suprà, hic potest esse titulus, quibus modis feudum amittatur.in capitulo primo. Nam insidiari est rem ad actum perducere secundū An.de Iser. Ibi, probatum fuerit, scilicet, per testes quinq;, vt inf. qui testes sint necessarij ad proban. inuesti.in c.1. Et est constitutio noua Henrici Imperatoris, & Communiter habetur in libris Modernis. & eam approbat Iac. de Belui. & Bald.licet gloss.hîc posita. & Andræ.de Isernia. videantur inclinare, quod non sit constitutio approbata, & ideò sufficiant duo solùm testes ad probandas istas insidias.per regulam.L.vbi numerus.ff.de testimonio, quæ glossa per hoc est expedita, de quo dic, vt scripsi in dicto c.1.in primo notabili.

1 †Nota. quod ex sola cogitatione delinquendi quis non meretur pœnam. vt hic in princi.& in l.cogitationis.ff.de pœni. Et est ratio, quia isti primi motus non sunt in potestate nostra. Vnde in foro ciuili, non merentur pœnam. Vtrum autem de iure Poli sint puniendi, vide per Doct. in l.qui ea mente.ff.de pe. & in l.fugitiu9. ff.de verbo.sig.

2 †No.quod affectus delinquendi non est punibilis, nisi deducatur ad effectum, vt in secundo dicto.in l.1.§.fin.ff.quod quisque iuris.

Quod intellige nisi propter enormitatem criminis aliud reperiatur cautum de iure, ex solo affectu deducto ad aliquē actum, licet non consummatum quis puniatur, prout videmus, quando aliquis solus sollicitat moniales, etiā in causa matrimonij.l.si quis non dicam rapere.C.de Episco.& cleri. Si officialis sollicitauerit habere suam subditam in vxorem. in l.1. C.si qua prædi.potestate. Si aliquis sollicitauerit crimen læsæ maiestatis.l.quisquis. C.ad l.Iulia.maiesta. Si quis sollicitauerit habere rem cū vxore alterius.l.1.ff.de extraordin.crimi. Et hoc voluit gl.1.hîc posita vsq; ad versic.nisi aliud. De qua materia dic plenè per Cy.& Doct.in d.l.si quis non dicam rapere.

3 †Not.secundum Bal. ex tertio dicto huius capituli, quod insidiæ * contra dominum paratæ per Vasallum habentur ꝓ delicto consummato. Nam isto casu inspicitur ꝓpositū cum initio facti, & nō requiritur delictum consummatū, sicut dicitur in cæteris delictis atrocioribus, de quibus sup. proximè dictum est. & facit.l.quid sit fugitiuus.§.idem Cecilius.ff. de ædi.edic. Et quod insidię hoc operentur, videtur etiam esse de mente Iaco.Ardi.& ideò dixit Andræ.de Isern.quod si Vasallus conuenit cum pluribus socijs, de occidendo dominum, quod quanq̃ ad nihil aliud sit peruētum, tamen ex tali consensu adhibito in propria conuentione punietur. & allegat l.præsenti.in prin.C.de his qui ad ecclesi. confu. Facit infr.ti.2.§.conuenticulas. nā deduxit rem ad aliquem actū facti, vt sup. dictum est.

Insidiæ. Adde quod est nefas insidiari homm. vt in l.vt vim. ff.de iusti.& iur.l.ex consensu. in §.1. C.de repu.& in l liberi. C. de inoff.testa.

Opponi.cum gloss. prima in versic. non obstat contra istum tex. & ea quæ dicta sunt supr.in 2.notabili, videlicet, quod immò voluntas sola, & affectus delinquēdi, habeat producere pœnam & punitionem ex delicto, cùm voluntas & propositum sint illa, quæ habent distinguere maleficia, vt l.Diuus supr.ad l.Corn.de sicca. Solu.hîc loquitur in delicto perpetrando, quo casu non punitur voluntas sola, vt suprà dictum est. Sed cōtrarium loquitur in iam perpetrato & consummato, quo casu fuit necessaria voluntas, & ꝓpositum delinquendi ad hoc, vt delictum sit punibile. Secùs autem si nō affuit voluntas & ꝓpositum, vt quia fuit à casu improuiso, quia tunc non esset punibile, vt in l.1.C. de sicca. Et hoc voluit tota ista glo.vsq; ad finē. & benè loquitur. Quando autem in delictis habeat locum pœnitentia, dic vt not. per glossam & Doct.in l.qui ea mente.ff. de furtis.

Vltimò ad materiam huius capituli vide plures quæstiones, quas formaui in d.

§.porrò, & in §.sed & qui delator.sup.quæ fuit prima causa beneficij amittendi, & in remisionibus, quas ibi adduxi, & quod dixi in capitulo primo.§.1.supr. quibus mo. feud.amitta. & in titulo hic potest esse tit. quibus modis feu.amit. & per Iac.Ardi. in Summa.quibus mod. feu.amit. sub rubricella, amittit feu. si dominum interfecerit vel eius mortem consuluerit.

SVMMARIA.

1 *Fœminæ in feudo non succedent donec masculus superierit.*

2 *Opinio Oberti huius author operis nonnunquam reprobatur.*

SIMILITER .I. Præmitte pro euidentia, quod istud capitulum per aliquos habetur pro §. & habet varios intellectus. Nam vnus est secundum gloss. quod Gerardus Cagapisti, & Obertus de Horto, de quibus hîc fit mētio, sint contrariæ opinionis, & quod opinio Gerardi sit vera. Illa autem Oberti sit falsa. Et secundum istam lecturam ista litera debet habere duas partes. Et vna durat vsq; ad versicul. & econuerso. Alia est lectura Iac. de Belui. secundum quam Gerar. & Obert. non sunt contrarij, sed concordes. Et secundum hanc lecturam durabit prima pars, vsq; ad versicu. Obertus. Tertia est lectura, quam ego de nouo subijciam, secundum quam Gerardus, & Obertus sunt contrarij. Sed opinio Oberti erit vera, & illa Gerar. erit falsa, & secundum istā prima pars durabit, vsq; ad versi. & econuerso. Verùm antequam veniam ad alias lecturas, primò diuidam & summabo hoc totum capitulū expediam, secundum intellectum gloss. Postea dictas lecturas declarabo, &c. Diuido itaq; istud capitulum in duas partes, quoniam in prima parte quæstio vertebatur inter masculum & fœminam consobrinos, natos duabus sororibus, quis eorum debet præferri ad feudum. Et in hoc sunt opiniones diuersæ inter Gerardum & Obertum. In secunda quæstione vertebatur inter masculum & fœminam natos, ex duobus fratribus. Et in hoc nō discrepat Obertus à Gerardo. Secunda ibi, & econuerso, &c.

a Et pro id est. Adde gloss. in 1.ff. si quis cau. & in l.1. & 2. C. de verb. sig. gl. in c. cupientes. in §. deniq. de elect. lib.6. Inno. in c. quia pp̄ter. e. tit. libr. 6. Cardi. Zaba. in c. peruenit in 10. nota. de fideiuss. Archi. in c. si qs. 1. di. gloss. & Bar. in l. 1. ff. de pac. Barto. in l. si is qui ducenta. in §. vtrum. ff. de rebus du.

CASVS.

Licet feudum ex forma inuestituræ debeat transire ad masculos & fœminas, tamen fœmina non admittitur extante masculo. hoc dicit. In textu ibi, transiret. Nam eo pacto, & tenore accepit feudum, vt etiam ad fœminas pertineret. Ibi, reliquerit, scilicet, post mortem. Ibi, tantùm masculus, subaudi, & benè secundum lecturam glo. Ibi, ille, scilicet, inuestitus, de quo in præcedenti casu locutus est. Et pone quod habuit duos filios, quorum vnus reliquit vnum filium masculum, & alter reliquit vnam filiam, quo casu, masculus excludet absque dubio fœminam, & in hoc non contradicebat Obert. quia non fuisset ita supinus, cùm hoc esset contra omnia iura feudalia. Vel potest intelligi & alio modo, quod referatur ad filium masculum, natum ex suprà scripta filia, de qua in præcedenti casu, & quod iste filius masculus postea mortuus est relicto vno filio masculo, & vna fœmina, quo casu, masculus præferatur. Sed ista relatio, licet in se sit bona, tamen non cōgruit literæ, secundum glossam, quæ per hoc est expedita.

1 †Nota quod ex natura consuetudinis feudorum, fit interpretatio inuestiturarum, quæ quantumcunq; capiant masculos & fœminas, tamen est intelligendum, vt fœminæ nunquam admittantur, donec masculus superest, vt suprà Episcopum vel Abba.§.quin etiam. & supr. de eo qui sibi hæredibusq; suis. in c.1. & in glo.1. hîc posita.

2 †Nota secundum hanc lecturam gl. quod quanquam Obertus de Horto fuerit scriptor huius operis, vt dixi suprà de feu. cognitio. in princip. tamen interdum ponit opinionem suam, quæ reprobata est. Sed quia non videtur verisimile, vt ipse ponat suam opinionem ad hoc, vt immediatè reprobetur, prout in simili dixi suprà an mutus vel aliter imperfectus. in capitulo primo post principium. Idcircò Iacobus de Belui. volens saluare Obertum, & ipsum concordare cum opinione Gerardi, incipiebat secundam partem huius c. in versic. Obertus. contra & econuerso, a &c. Et exponit, & pro id est,[a] econuerso. hoc est, idem debet esse in casu econuerso & contrario, à supr. proximo. vcz. quod si decesserit Vasallus, superstitibus duobus filijs masculis, quorum vnus mortuus est relicto masculo, alter relicta fœmina, quod masculus præfertur in succedendo, sicut suprà dictum est in alio casu. Et sic Obertus non contrariatur in primo casu, sed imò assentit fortificando opiniōem Girar.

Girar. adducendo istum casum in simili. Sed quia iste intellectus Iac. de Belui. licet in se sit bonus, purè violat aliqualiter literam. Ideò ego considerabam, quod opinio Ober. posset saluari, & illa Gerar. tanquam cōtraria damnari, intelligendo istū tex. de feudo conditionato. de quo loquitur etiam c. fi. infr. eod. In quo feudo æquè posit seruitium præstari per fœminā, sicut per masculum, quo casu, pariter debent succedere fœmina cum masculo, quando inuestitura ita disponit, prout erat in proposito. Et hanc opinionem tenuerunt Ia. de Belui. & Bal. supr. in d. titu. Epi. vel Abba. in §. quin etiam. licet nō fundent eam per istud capitul. & dicunt, quod ita obtētum fuit in ardua quæstione in regno Siciliæ, & hoc modo saluabitur ista dispositio inuestituræ, quæ pariter eos vocabat.

Vltimò ad materiam vide plura, quæ dixi in in d. c. 1. sup. de eo q sibi hęredibusq; suis masculis & fœminis, & in remissionib. ibi adductis. & in d. §. quin etiam. & suprà de suc. feu. in §. filia. & sup. qui feu. da. pos. in §. hoc autem notandum. & per Iac. Ar. in titu. de suc. feu. sub rubricella, filiæ non debent succedere in feudo.

SVMMARIA.

1 *Filius hæreditatem patris, nō refutabit si feudum eius tenere voluerit.*

2 *Agnatus feudum suum retinens agnati sui hæreditatem, ad quam vocatur repudiare poterit.*

FILIVS. Istud capitulum ponit duas regulas, quas satis explicaui suprà in titulo an agnatus, &c.

1 † Prima regula est, quod filius non potest repudiare hæreditatem patris & retinere feudum. Quinimmò est necesse, quod aut vtrunque retineat, aut vtrunq; repudiet. Et quæ fuerit ratio decidendi huius primæ regulæ, ibi dixi in 2. notabili. Et hæc prima regula, habet plures limitationes, quas ibi collegi in quarta quæstione, & procedit illa prima regula, siue fuerit feudum antiquū siue nouum, vt ibi no. in gloss. & etiam dixi ibidem, super textum.

2 † Secunda regula quæ hîc tangitur, est ista, quod agnatus potest repudiare hęreditatem sui agnati, ad quam vocabatur, & retinere feudum suum, & quæ fuerit ratio decidendi huius secundæ regulæ, ibi dixi in primo notabili, & habet locum ista regula solùm in feudo paterno, quoniam in nouo non succedit agnatus, nec cum hæreditate nec sine hæreditate. vt ibi not. in 1. gl. & ibi dixi super tex. Quādo autem ista regula fallat, dixi suprà in ti. de eo qui sibi hęredibusq; suis, in vlti. q. Et aduerte, quia iste tex. Quanq in hac secunda regula loquatur de propinquo, tamen intelligas, quod sit propinquus iure agnationis, quia aliàs non succederet in feudo dato, quod esset propinquus, vt suprà de gradi. in §. primo. & suprà titulo proximo.

Postremò cætera plura ad materiam pertinentia, videas in d. ti. an agnatus, vbi latè scripsi, & in pluribus remissionibus ibi copiosè adductis.

SVMMARIA.

1 *Probatione deficiente in causa vertente inter filiam & agnatos defuncti, an res feudalis sit agnatorum, sacramento standum erit.*

SI CONTENTIO. Quando contentio est inter filiam defuncti asserentem, bona quæ possidebat defunctus, esse ꝓpria, & agnatum ipsius defuncti asserentem dicta bona esse feudalia, nec filia aliter probet, debet causa prędicta diffiniri per iuramentum agnati, cū duodecim sacramentalibus. hoc dicit. cū glo. Et præmitte pro euidentia, quod licet filiæ sicut masculi succedant in hæreditate patris, tamen in feudo non succedunt, vt supr. de his qui feu. da. poss. in §. hoc autem notandum. Pone casum prout exemplificat glo. 1. in exemplo secundo supr. de contro. inter mascu. & fœm. in c. 1. in prin. In tex. ibi, propinquum. i. agnatum, prout exposui supr. in c. proximo. Ibi, & de feudo, quia filia dicit istam hæreditatem esse bona allodialia, sed agnatus dicit esse feudalia, vt sequitur. Ibi, propinqui. i. agnati, & subaudi in ducentis aliquid pro se, ex quo animus Iudicis moueatur ad sibi deferendum sacramentum, & dixi in d. c. 1. in prin. supr. de controuersia inter masculum & fœmi. Aliàs si filia haberet præsumptiōem pro se, & tunc sibi defertur, vt dixi in capitulo secundo supr. si de feudo fuerit controuersia. Ibi, iureiurand. subaudi, cum duodecim sacramentalibus secundum glo. & benè per d. c. 1.

1 † No. quod inopia probationum emergente in causa, quæ vertitur inter filiā defuncti & agnatos, an res sit feudalis, reuertitur ad sacramentum agnatorum.

Quod intellige semper secundum formam.§.sacramentum supr. de consue. rec.feu. & quod ibi dixi in 2.notabili. Nam hìc filia nihil probabat, & erat ꝑsumptio contra eam, & ideò defertur agnatis habẽtibus ꝑ se aliquam ꝑsumptionẽ, quę moueat iudicẽ ad deferẽdũ, aliàs si ꝑsumptio esset pro filia, deferretur filiæ, vt supr. dixi. Quinimmo actore nihil probante, reus debet absolui, prout traditur in d. §.sacramentum. Sed aduerte quia ista filia debet stare interim in possesione tanquam hæres, donec prædicta causa discutiatur, vt est casus in dicto cap. secundo supr. si de feu.fuer.controuer. De qua materia, dic vt ibi. & in c.1.in eo.titul. & in remisionibus ibi adductis, & in d.c.1.supr. de contro. inter mascul. & fœmi. & de bene. & quod ibi no. & per Iac.Ar.in ti.de conten.feudi sub rubricella fina.§.fin.

SVMMARIA.

1 *Causa inter Vasallum & emptorem, sacramento emptoris dirimetur.*

SIMILITER. II. Quidam non habẽt istud capitulum, vt ait Nic. & ita gl. & Bal. nõ videtur habuisse. Sed quia ꝑ alios Communiter habetur, ideò ipsum declarabo. Et in summa hoc intendit.

Si contentio est inter emptorem asserentem rem emptam esse liberam, & Vasallum asserentem illam esse feudalẽ, Vasallo deficiente in probatione, diffinitur causa per sacramentum emptoris. h.d.In. text. ibi, emptoris, subaudi, posidentis, & sic habet præsumptionem pro se. Itẽ, quælibet res præsumitur libera, nisi probetur contrarium. vt ff. de ser. vrb. prædio. l. si qs eden. in prin. & tenet Ia. de Bel. sup. de cõtro. inter mascu. & fœm. in fi. Facit sup. de controuer. inuesti. in prin. Ibi, veritatem, id est, secundum intentionem Vasalli, dicentis illud esse feud. Ibi, testantur. Nam si asserebatur per Vasallum esse feudum nouum, debet probari per pares curtis, vt supra qui testes sint necess. ad proban. inuestituram. feu. in c.1.

1 †No. quod vbi Vasallus vendicat rem ab emptore, tanquam feudalem, si nõ probat, diffinitur causa ꝑ sacramentum emptoris, ex præsumptione quam habet emptor pro se. Si verò præsumptio esset pro Vasallo, ex quo posset moueri animus iudicis, in eius fauorem, tunc similiter posset deferri sacramentum vasallo, vt dixi in c.1.supr. de contro. inter masc. & fœm. super tex. & in primo notabili.

Facit ratio, quia semper in materia feudali, in huiusmodi casib. debem⁹ determinare similes controuersias, iuxta theoricam traditam. in §.sacramẽtum. supr. de consue. rect. feu. Et ita no. glo. in d.c.1. super verbo sacramentalibus.

Postremò de materia huius c. ibi videas in d.c.1. & in remisionibus, quas ibi adduxi, & per Iaco. Ardi. in tit. de conten. feu. sub rubricella. fi. §. fi.

SVMMARIA.

1 *Pactum legis commissoriæ in feudis, quemadmodum & in pignoribus reprobatum.*
2 *Feuda nummis licitè comparantur.*
3 *Opinio Oberti semper quo ad fieri potest, saluanda.*

SIMILITER. III. Feudum nõ potest constitui sub pacto legis commissoriæ secũdum opini. Gerardi, licet Obertus teneat contrarium. h.d. secũdum glo. quæ sequitur opinionẽ Gerardi.

1 †No. quod in feudis reprobatum est pactum legis commissoriæ sicut in pignoribus. Exempli causa, Si pignoraui tibi feudum pro centum, cum pacto, vt si dicta centum non soluero vsq; ad certum tempus, quod dictus fundus sit tuus loco feudi, vnde non obstante pacto, possum quãdocunque soluendo pecuniam, reuocare fundum, vt hìc & in c.1.supr. de feu. da. in vicem legis commissoriæ. Et est ratio secũdũ gl. hîc positam, quia feuda non debent. acquiri prætextu pecuniæ, sed ex liberalitate & amore domini, & ꝓpter honorem ipsius domini, vt dixit tex. in d.c. Et hoc voluit ista gl. quæ per hoc est expedita vsq; ad finem.

2 †Sed aduerte ne erres, quia ista gl. videtur innuere, quod feuda per pecuniam non acquirantur. Sed hoc non est verum, immò feuda possunt per pecuniam [a] emi. vt supr. de benefi. fra. in c.1. & supr. quemadmodum feu. ad fi. pertineat. in c.1. vnde intelligas istam glos. solùm in casu in quo loquitur, videlicet, quando conuentio & pactum reprobantur, mediante pecunia & pignore, quoniam sicut dicta lex cõmissoria reprobata est in pignore, ita reprobata est in feudis, vt ibi, & in l. fi. C. de pac. pig. cũ ibi no. Et ideò potes assignare meliorem rationem, quam dic vt dixi in d.c. 1. in primo notabili.

[a] *Feuda possũt per pecuniam emi. Adde Bal. in c. licet. C. de liber. caus. Doct. in c. ad nostras. de emptio. & ven. Abb. in 2. cùm secundum. in §. no. de iur. patronatus.*

Et

Et prædicta omnia procedunt, intelligendo istud capitulum, quando res primò fuit data loco pignoris, & super hoc pignore adiectum fuit dictum pactum legis cōmissoriæ, quo casu benè reprobatur, vt suprà dixi, & procedit opinio Gerardi hîc posita, quam sequitur gloss.

Sed pone quòd à prin. vendo tibi fundum pro centum, & incontinenti transfero in te dominium, sed tamen ex dicto precio, non soluisti mihi nisi quinquaginta, ita quòd remaneo creditor tuus in residuo, & appono pactum incontinenti, quod in casu, in quo non soluas, mihi dictum preciū quod tunc debeas habere & tenere ac recognoscere à me dictum feudū, loco feudi. Nam tunc istud tale pactum non est reprobatum, imò est validum & seruandum, cùm sit positum in translatione dominij. l. in traditionibus. ff. de pactis. l. legem. C. de pact. & ita tenuit glossa secunda, cum Docto. in dicto capit. 1. & not. etiam gloss. super rubrica. ff. de lege commisso. Hoc idem tenet Iacob. Ardizo. Imò dicit ipse plus, quòd id quod dictum est de parte precij, potest dici etiam de toto precio. arg. ff. de contrahen. emptio. l. cellus. §. 1.

3 †Et hoc modo intelligendo, saluabimus opinionem domini Oberti hîc positam, quem absque dubio puto habuisse istam considerationem, & intellexisse per hunc modum decisionem istam, quod patet, quia nulla hîc fit mentio de pignore, sicut fit in d. c. 1. suprà de feud. da. in vicem legis commis. vbi non apparet de aliqua contrarietate ipsius Oberti. Mihi autem placet, vbi possum semper saluare opinionem tanti viri, prout etiam in simili feci. suprà c. in c. 4. sup. an mutus vel aliter imperfectus. in c. 1. Tenenda est itaque opinio Gerardi & gloss. hîc positæ, quando dictum pactū est appositum super pignore, vt nisi restituatur pecunia, teneatur res loco feudi, quo casu benè reprobatur. Sed quando à principio per venditionē transfertur dominium, tunc si in ipso contractu apponatur istud pactum, tūc valet & procedit opinio Oberti.

Vltimò de materia præsenti, vide plura quæ dixi in d. c. 1. & in c. fin. in d. titu. de feudo dato in vicem legis commis. & in l. fi. C. de pact. pigno. & per Iacob. Ardiz. in Summa in titu. quib. mod. feud. acqui. sub rubricella, an lex commissoria habeat locum in feudo. & per ea quæ no. in c. penul. extra de pigno.

SVMMARIA.

1 *Vasallus ad certa seruitia obligatus, an ratione precij.*

2 *Emphiteota Emphiteotico iuri, domino nolēte, non renunciabit.*

Vasallus an possit refutare feudum ad certum seruitium datum inuito domino.

3 *An vicißim dominus posit liberare Vasallum eo inuito.*

4 *Emphiteuta an renunciare posit Emphi. inuito domino.*

5 *Talis renunciatio an locum habeat, quando contractus per stipulationem vel iuramentum fuit celebratus.*

6 *Feudum si concessum sit Françum, an nihilominus Vasallus teneatur iterum domino in exercitū. Et vtrū sumptibus proprijs.*

SIMILITER. Feudum potest dari ad certum & determinatum seruitium, hoc dicit. Præmitte pro euidētia quod habetur sup. in quib. cau. feu. amit. in fi. videlicet, quòd feudum interdū est simplex, rectum & purum, vt quando indeterminatè est concessum, non apposito aliquo pacto speciali vel aliqua conditione, sed solùm simpliciter, secundū propriam & recti feudi naturam, prout disponitur sup. de for. fide. Et isto casu Vasallus nō tenetur ad aliquod speciale seruitium, sed solùm ad illa quę continent ex prima & simplici natura feudi, de quibus in d. c. 1.

Sed interdum est datum feudum determinatè ad certum seruitium, quod seruitium specialiter est expressum in inuestitura, vt quia fortè debeat associare dominum in diebus festiuis, prout exemplificatur sup. in tit. quid sit inuesti. in §. præterea. Vel vt debeat seruire cū vno equo secundum And. de Iser. Vel alio modo, puta vt faciat aliquod certum seruitium quolibet anno, vt dixit glo. hîc in princi. Et tunc tale feudum appellatur conditionatum, vt hîc not. in gloss. & probatur in d. §. præterea. Non tamen intelligas quòd sit factū sub conditione, sed sub quadam modificatione seu qualificatione, propter seruitiū specialiter adiectum, prout dixi sup. in pręambulis huius operis, vbi videas quia iste Vasal. non tenebitur ad aliquod aliud seruitium, nisi ad specificatum in feudo, vt dicit gloss. hîc in princi. quia contractus ex conuentione legem accipiunt. l. contractu. ff. de regu. iur.

Quod intelligas verum, præterquam ad consueta quæ subintelliguntur ex forma fidelitatis, vt in dicto c. 1. de forma fidelitatis, secundum And. de Isern.

1 †Quæro cum gl. in ver. sed nūquid, &c. An Vasallus posit refutare feudū sibi da-

tum ad certum seruitium, inuito domino. Et hæc gloss. notabiliter arguit ad partes. Et primò quod possit, videtur casus in c. 1. suprà de Vasal. qui contra consti. Lotha. feud. alie. vbi indistinctè admittitur refutatio. In contrarium arguit quod non, possit, postquam à prin. se obligauit ad certum seruitium per l. sicut. C. de act. & obli. Et hanc partem sequitur glo. respondendo ad dictum c. 1. videlicet, quod quanquam loquatur indistinctè, tamen potest distingui per iudicem, vbi est diuersa ratio. l. quæsitum. ff. de testi. Vnde ergò concluditur secundum glo. quod quando feudum est cōditionatum, hoc est datum ad certū seruitium, non potest repudiari inuito domino. Et est ratio, quia ipse Vasallus iam est obligatus ciuiliter domino ad illud seruitium per stipulationem, aut per pactū vestitum appositum incontinenti iuxta contractū, ex quo parata & acquisita est actio ipsi domino l. iuris gentium. §. quinimò. ff. de pac. & l. legem. C. de pact. & pac. & sic dominus per actionem sibi competentem posset compellere ipsum Vasallum, ad seruitium præstandum. Vnde ergò ipse Vasallus non potest repudiando illud ius tollere, domino inuito. d. l. sicut. Sed quando feudum indeterminatè datur non expresso seruitio liberè datur, nec etiam aliqua obligatio ciuilis est aliquid certum, sed est solùm obligatio naturalis secundum naturam feudi, quæ est, vt si domino non faciat ea ad quæ naturaliter tenetur secundum naturam feudi, quod amittat feudū. Naturaliter enim est obligatus sibi benè facere postquam ab eo beneficium receperat. l. sed & si lege. in §. cōsuluit. ff. de peti. hære. Et ideò potest Vasallus refutare sicut sibi placet, postquam non est obligatus domino ad aliquod seruitium speciale.

a Vasall⁹ inuito dño. Adde Bal. in l. 1. 12. q. ff. de re. di. idē Bald. in c. Archimedorā. in. fi. C. vt in pos. le. Hosti. in titu. de feud in §. fin. ver. est in Sūma. Spe. titu. de feud. in §. quoniā. vers. 28.

b Quidā autem in Emphiteota. Adde Doc. in c. potuit. de loca. diffusè per Ias. in l. 2. C. de iur. Emphi.

Nec obstat quod ex iuramento fidelitatis sit obligatus ad sex quæ exprimuntur in d. c. 1. de forma fidelitatis, quia si nō seruat, sufficit quod habeat Deum vltorem. l. 2. C. de iureiuran. Præterea illud iuramentum astringit ipsum, donec tenet feudum, sed postquam potest illud refutare ex permissione iuris, vt in d. c. 1. de Vasal. qui contra consti. Lotha. & c. liberatur à dicto sacramento. arg. in l. fi. ff. qui satisda cogantur, & à dicta obligatione naturali, qua tenebatur seruire ipsi domino, vt probatur in dicto c. 1. in fi. Et hoc vult tota ista gloss. vsque ad fin. quam omnes Docto. sequuntur, & benè. Et per istum modum saluabitur etiam gloss. quæ est inf. de prohi. feud. alie. per Fed. in §. calidis. super verbo amittant. Et similiter potest intelligi gloss. extra de consti. in c. quæ in ecclesiarum, quæ videtur sentire, quòd Vasallus inuito domino *a* non possit feudo renunciare, & ibi per Zabarellam. Quidam tamen Canonistæ tenet, quod de iure Canonico propter bonam fidem seruandam inter dominum & vasallum, non possit Vasallus renunciare etiam feudo recto & simplici, de quo dicatis, vt ibi & in c. nuper extra de do. post di. resti. Et circa hanc quæstionē vide per Bart. in l. si is cum quo. ff. de aqua plu. arcen. & in Specul. de feud. in §. quoniam. versic. 28. & de censibus. versic. Item pone. & per Iacobum Ardizo. in titu. quibus mo. feud. amit. sub rubricella, an inuito domino possit feudum refutare & rubricella sequen. Vbi declarat, quid econtrà, an dominus possit liberare Vasall. eo inuito de Vasallatico, & quod dixi suprà de Vasal. qui contra constit. Lotha. feud. alie. in c. 1. & vide per Dyn. in l. Imperator. in §. si cētum. ff. de leg. 2. & per Gul. in l. lucius. ff. de consti. pecu. & per Bald. in l. 1. ff. de rerum diuisio. q. 2. & in præambulis feudorum. charta 2. & per Archi. 22. quæstio. 5. de forma. & per Hostien. in Summa de feud. §. fi. ver. est etiam.

2 *b* †Quid autem in Emphiteota an possit renunciare iuri suo Emphiteotico inuito domino, dic quod non, per tex. in l. 2. C. de iure Emphiteo. & ibi tenet Bald. in c. 1. sup. de Vasal. qui contra consti. Loth. feu. alie.

3 † Quæro ab extra iuxta prædicta, quid si contractus feudalis fuit celebratus per stipulationem vel iuramentum, an possit Vasallus renunciare, & Bald. hanc dubitationem mouet in præambulis libri, in vers. sed pone, &c. vbi plura dicit, & tandem concludit q, in stipulatione possit renunciare, sed tamen teneatur ad interesse. In iuramento autem respectu iurantis, non possit, quia præcisè necessitatur p no. in l. si pecuniam. in princi. ff. de condi. ob causam. Respectu autem hæredis secùs, sed tenebitur ad interesse, per no. per Innocen. extra de iureiur. veritatis.

Sed prædicta intelligerem vera, quando feud. esset renunciabile, vt suprà dixi. Item nisi esset agnatus qui posset repudiare, iuxta ea quæ dicta sunt suprà in c. filius.

Quæro quid si concessum est Vasallo militi feudum liberum & franchum, an teneatur ire cum domino ad exercitum, & vtrū suis sumptibus, & an dominus possit sibi

sibi imponere taliam, exigendo ab eo subsidium pecuniarium, & Oldra. qui disputauit istam quæstionem dicit, quòd virtus istorum verborum, franchum & liberum, facit vt intelligi debeat dictum Vasal. esse absolutum ab omni seruitute & liberum, arg.ff. communia prædi. in l. quis duas. in princip. & quod nota. in l. in tradendis. in princip. Et ex hoc dicit ipse, quòd nullum onus potest imponi per dominū, nisi quod in donatione feudi expressum est. arg.ff.de op.lib.l.iusiurandi. Tenebitur tamen ad ea quæ in sacramento fidelitatis continentur, per dictum c.1.de for.fi.inter quæ non numeratur ire ad exercitum. Igitur, &c. & subiungit ipse Oldra.quòd si sequi teneretur quòd deberet hoc facere expensis domini.l.si cùm dotem.§.si pater. ff.solu.matrimo.24.quæstio.1.pudenda.& ad l.Rodi.de Iac.l.nauis.§.1. Neque potest dominus sibi imponere collectum, neque illam tractare, quia dato, quòd Vasallus teneretur, tamen non est cognitio domini, per titu. ne quis in sua causa, &c. & in c. cæterùm extra de iudi.sed per alium iudicem per l.1.circa medium. C. de sen. quæ pro eo quod interest. & ita etiam videtur sequi Bal.in c.1.sup.eo.in fi. vbi hanc quæstionem formauit.

Istę autem taxationes & collectæ, inquantum fieri debeant, tangitur infrà titu. sequen.in 1.glo.& ibi dicam. Cuius autem expensis seruiat Vasal.ponit plenè Iacob. Ardizo.sub rubricella quarta & quinta suę Summæ, & dixi in d.§.sed nec alia.& plenius in c.1.de no.fide.for.

5 †Quæro quid si feudum fuit datum ad certum seruitium, secundum formam huius c.& postea Vasallus de licentia domini vendiderit feudum, an emptor tenebitur ad dictum seruitium, & dicit Andre. de Isern.suprà, quæ fuit prima causa benefic. amit.in §.sed nec alia.vbi mouet quæstione. Quòd si dominus simpliciter consensit alienationi, non reseruando sibi ius suum, quòd tunc emptor nō tenebitur, vt ff.quibus mod.pig.vel hypo.sol.l.si debitor. Si verò in consentiendo dixit, saluo iure seruitij, & tunc debemus considerare an dictum seruitium sit reale vel personale, quoniam si personale esset, non teneretur emptor.ff.de contrahen.emp.l.fin.in fin. & de vsufruct.l. fundi. in princi.quoniam personalis actio non sequitur fundum. ff. ad Trebel.l.1.§.si hęres.& ff.de doli excep. l.apud celsum.§.quæsitum. Si verò seruitium est reale, tūc transit in emptorem. ff. de serui. rusti. prædi. l. via. §. si fundus.§. quæcunq;.& quibus mo.vsuf.amit.l.neq;. Et est ratio, quia transit cum sua causa.ff. de contrahen.emptio.& l.alienatio.& no. in d.§.si fundus. Et erit obligata res feudalis.ff.de vsufru.l.hactenus.& de alie.& ci. lega.l.Lucius. Et in dubio satis videtur, ꝙ seruitium sit reale, quia reuocatur feud.si non fiat seruitium, sicut dicimus de donatione, vt C.de dona.quæ sub modo.l.1.& l. 3. Vtrum autem venditor teneatur ad seruitium præstandum, ratione precij, per ipsum recepti ex venditione feudi dicit ipse, quod in hoc quidam distinguunt, ꝙ aut ius Vasal.consistit in personali præstatione, aut in reale, si in reali, videtur remissum illud ius ipsi venditori, si in personali, tunc secùs.d.l. Lucius. sed tamē ipse videtur titubare circa prædicta, per hanc rationem, videlicet, quia Vasallus debebat seruitium de re feudali & propter rem feudalem, licet esse personale. Vnde ex quo non tenet rem, non videtur teneri.ff.de lega.1.l.apud Iul.in §.hæres. de quo dic, vt dixi suprà, si de feud. Vasallus fue. interpel.c.1.

6 †Quæro quid si tale seruitium, quod erat impositum Vasallo patri meo, vt associaret fortè dominam in diebus festiuis, nō est cōdignum mihi succedenti patri meo, quia sum Doctor, vel in alia dignitate cōstitutus, quid fiendum, dic quod fiet p aliū, vel conuertetur in aliud seruitium condignū.ar. ff.de annuis l.liberto.§.Lucius.secundum Iac.Ardi.in tit.qui.mo.feu.amit. sub rubricella, excusatur etiā varijs ex causis, ad quod facit. c. ex facto. de statutis & beneficijs, &c. Vbi electus in Imperatorē, non iurat fidelitatem pro Ducatu, quem prius tenebat, sed aut est priuandus de feudo Ducatus. Aut alter substituendus, loco sui qui fidelitatem solitam præstet. Et de hac quæstione & similibus dixi sup. quid sit inuesti.in §.fi.vbi videas.

Vltimò de materia præsenti vide plura, quæ dixi suprà, quæ fuit prima causa benefi.amit. in §.sed nec alia, & in remissionibus quas ibi adduxi. & in d. §. præterea. suprà quid sit inuesti.& quod habetur sup. in qui.cau.feud.amit.in fi.& plenè per Iaco.Ardi.in titu.quib. mod.feud. acqui.sub rubricella, feudum potest dari ad certū seruitium, cum rubricella seq.& in capitulis extraordinarijs.in §.2.& in §.beneficia cōditionalia, & per Canonistas extra de reb. eccle.non alie.in capi.nulli.& per Bald.in præambulis feudorum in sua diuisione 2.

DE

DE PROHIBITA FEV. DI ALIENATIONE per Lotharium.

RVBRICA.

CONtinuatur cum præcedenti rubrica, hoc ordine, quia ibi tractatum est de capitaneo vendente curiam, quàm ab alio recognoscit in feudum. Sed cùm hodie talis alienatio sit prohibita, nisi fiat cũ voluntate & consensu domini, vt patet infrà in l. 1. Ideò subiunxit hîc istam rubricã de prohibita feudi alienatione per Lotharium.

a Imperium à Deo est. Adde Doc. in l. digna. C. de legi. gl. in verbo. ad Regẽ. in c. cũm quæ. el. 2. qui. fi. sint legit.

SVMMARIA.

1 *Imperator subditorum vtilitatibus incumbit.*
2 *Alienatio, distractio, vel quodlibet comertium super feudis, prohibetur Vasallis. Et quid econtrà, dominus vult alienare feudum sine consensu vasallo.*
3 *Fraudes de medio tollendæ.*
4 *Notarius super contractu prohibito instrumentum conficiens, punietur.*
5 *Felonia simplex, duplici plectitur pœna.*
6 *Adiutorium dominis, Imperatorem pro corona suscipienda comitãtibus, quale debeatur à Vasallis.*
Vasallus alienans feudum cum voluntate domini, an incidat in pœnam legis huius.
Emptor sciens feudum sibi vendi ignorante domino, an incidat in pœnam l. huius.
7 *Feudum domino sciente nec contradicente alienatum, non reuocabitur.*
8 *Precium feudi, absque domini consensu venditi, cui applicetur.*

LOTHARIVS. Hæc superscriptio cum constitutione quæ sequitur, diuiditur in quinque partes, quoniam in prima parte Imperator Lotharius præmittit se cum nominibus, imperiali culmini ac suæ gloriæ conuenientibus, annectens quibus scribit. In secunda exorditur. In tertia prohibet alienationẽ feudorum. In quarta pœnam imponit cõtrahentibus. In quinta pœnam imponit notario scribenti. Secunda ibi, imperialis. Tertia ibi, per multas etenim. Quarta ibi, si quis autem. Quinta ibi, notarium verò.

CASVS.

1 † Imperator laborat & inuigilat commodis subiectorum, & ideò habita diligẽti deliberatione cum sapientibus, prohibet generaliter feudum alienari à Vasallis, sine voluntate dominorum suorum. Etsi Vasallus contrafecerit, precio & beneficio carebit. Notarius verò qui scripsit instrumentum, priuabitur officio suo, & fiet infamis. h. d. In text. ibi, Lotharius. Iste Imperator Lotharius fuit coronatus Romæ, in ecclesia Lateranensi à Papa Innocentio 2. & imperauit annis 11. & eius imperium incipit 1127. vt prædicta collegi ex Chronicis & annalibus Imperatorum. Ibi, gratia, hoc ideò dicit, quòd imperium à Deo est *a* vt l. fin. C. de præscriptione long. tempo. & in Auten. de fide instru. in §. præterea. Ibi, tertius. Quare hoc dicat, declaraui suprà, qualiter olim pote. feu. alie. in princip. Ibi, Romanorum Imperatorum, hoc dicit ad differentiam Imperatoris Constantinopolitani, vt dixi sup. de pace tenẽ. in princip. Ibi, prius. declara istud, & oẽs alias adiectiones sequentes, prout declarantur per gloss. in proœmio fforum. sub rubrica, & in proœmio institutionum. Ibi, vniuerso populo, hoc ideò dicit, quia intendit ligare omnes gentes quæ subsunt Romano imperio, vt in Auten. de hæredi. & fal. in fin.

Qualiter autem lex debeat populis publicari, vt eos liget, dixi in d. tit. de pace tenen. in princ.

Aduerte tamen quòd ista lex Lotharij prouidet tantùm circa alienationes futuras, non autem præteritas. Sed Imperator Federicus inf. tit. 2. prouidet & suppletetiam circa alienationes præteritas, & hoc voluit quædam glo. quæ est signata inf. in prin. legis seq. quæ deberet esse signata hic in prin. istius legis. Sed fuit vitium scriptoris, vt ibi dixi. Ibi, imperialis, dic tamẽ hui' legis enim prin. sumptum est ex l. imperialis. C. de nup. in prin. Ibi, beneuolẽtiæ, hoc ideò dicit, quia boni Principis est diligere & amare subditos & commoda ipsorum tanquam si esset pater. Ibi, calamitatibus, id est, damnis, propriè tamen loquendo, calamitas est destructio proueniens ex Guerris, vt C. de cadu. tollen. in princ. Ibi, præponere, subaudi, quod fieri debet, vt C. de cadu. tollen. in fin. Ibi, fidelium nostrorum, id est, Vasallorum, vt sup. per quos fi. inuesti. in fin. Ibi, roncalias. Est locus in quo Imperatores pro tribunali sedẽtes pro causis arduis determinandis, consueuerũt sessionem suam tenere ad parlamentum, cum proceribus suis & vniuersali curia, vt hîc & infrà titu. 2. in princip. & suprà de consue. rect. feu. in §. in quibus. Ibi, cõsuetudine quæ attendenda est, vt ff. de iusti. & iure. l. penul. & ff. de iudi. in l. si locus. Posset tamen talis locus eligi etiam alibi secũdum An. de Iser. dũmodò nõ in loco inhonesto, sicut posset arbiter, ergò multo fortius pos-

tius posset Princeps. l. si cum dies. §. pen. ff. de arbi. Ibi, pro iustitia & pace, ista enim quodammodò sunt connexa, iuxta illud psalmisticum: Iustitia & pax osculatę sunt. Nam opus iustitiæ est pax, prout colligitur suprà de pace tenenda. in prin. Ibi, regni, scilicet, Italici & Teutonici. Nam propriè regnum Imperatoris est Italicum & Teutonicum. Debet tamen vigor huius legis extendi etiã ad omnes alias nationes, cùm sit lex generalis, prout omnia ista declaraui in dicto tit. de pace tenen. in princi. sup text. Ibi, milites, id est, Vasallos, vt not. sup. de feud. sine culpa non amit. in c. 1. Ibi, beneficia, id est, feud. vt suprà in quibus cau. feud. amit. in §. in quibus. Ibi, passim, id est, indistinctè, pro eorum arbitrio, absq; volũtate dominorum. Ibi, ex istis, id est, euacuatis & consumptis feudis. Ibi, seniorum, id est, dominorum suorum, à quibus feuda tenebant. Ibi, proceres, id est, Barones, Duces & cæteri Capitanei, à quibus feuda tenebantur. Alibi etiam capitur pro sapientibus, vt in l. humanum. & in l. fin. de leg. Ibi, miles suos, id est, Vasal. vt sup. dixi. Ibi, beneficijs, id est, feudis. Ibi, valeant, hoc est dicere quod quando isti proceres vocabãtur per Imperatorem, vel ad exercitũ, vel adeundum secum Romam pro corona suscipiẽda, prout dicitur inf. de pace iur. fir. in fin. non ibant associari, vt debeant, quoniam suos milites feudatarios non poterãt ducere secum, cùm non haberent feuda, cùm iam vendidissent, propter quæ feuda tenebantur ire secum. Ibi, consilio. Ex hoc patet, ꝙ ista est lex generalis, postquam est facta cum consilio sapientum & procerũ suorũ, vt l. humanum. C. de leg. & in gl. hîc posita, quæ per hoc est expedita. Ibi, hac edictali. Per istud verbum similiter patet hanc legem esse generalem, patet quoq; ꝑ verba quæ sequuntur ibi, in omne eũ, quoniam etiam ista sola verba suffecissent ad faciendam l. generalem. Nam multi modi sunt cõdendi legem generalem, & isti duo sunt de illis, vt probatur in l. 3. C. de leg. & in gl. hic posita. Ibi, distrahere, scilicet, expressè alienando. Ibi, commertium. s. tacitè in fraudem, & simulatè alienando & fingendo facere aliũ contractum, prout exemplificat glo. hîc posita, & dic, vt in ea quæ clarè loquitur, hoc enim vocabulum commertium est generale ad omnes contractus, vt not. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Ibi, excogitare, subaudi, dũmodò ex ista cogitatione sit secuta alienatio & traditio ipsius rei feudalis, vt inf. dicam, & dixi sup. tit. 1. in c. si voluerit. Ibi, vtilitas. Nam respectu imperij diminuitur vtilitas, quoniã tales Vasalli qui alienauerunt feuda sua nõ irent amplius in expeditione cũ eorũ dominis, associando Imperatorẽ, vt sup. dixi. Respectu verò dominorum, diminuitur vtilitas, quoniam ipsi domini non possent amplius habere collectas ab ijs Vasallis, quas tenebantur soluere occasione feudorum, neque ab eis solita seruitia recipere.

Et hoc voluit tota ista gloss. hîc posita quæ per hoc est expedita. Ibi, illicitum cõmertium. Istud verbum expone, prout exposuit sup. alia gloss. super verbo commertium, videlicet, vel infeudando fraudulẽter, vel aliter simulando, alienationem feudi cõpleuerit, vt sequitur. Ibi, temptauerit, quod intellige completæ, perficiendo alienationẽ & tradendo, vt suprà dictũ est. Ibi, portio. Cui autem veniat restituẽdum & applicandum dictum precium, statim dicam in glo. Ibi, beneficio, id est, feud. quod reuocabitur per dominum, nulla obstante præscriptione, vt dixit gloss. hîc posita, quod intellige, quando feudum est ad dictum dominum reuersurum, quod quando sit, statim dicam. Ibi, libellum, videlicet, solùm imbreuiando contractum, vel solùm scribendo super aliqua cartula de forma dicti contractus, & eam tradidit partibus vel alteri earum, licet non aliter perfecerit, secundum gloss. Ibi, instrumentum redigendo in publicam formam. Ibi, officij, id est, tabellionatus, secundum gloss. Ibi, infamiæ periculum, hoc est, quia efficietur infamis secundum gloss.

2 † Nota. Vasallus est interdicta omnis distractio vel commertium super re feudali, absque voluntate dominorum. Aliàs perdunt feuda, & quicquid cõsecuti sunt, vt hîc & inf. tit. 2. in prin. & in §. 1. & sup. de Vasal. qui contra consti. Lotha. feud. alie. in c. 1. extra de consti. quæ in ecclesiarum, & in Specul. de feudis. in §. quoniam. versi. 30. & ibi Ioan. An. & de pig. §. 1. ad fi. Quid autem econtrà an domini posint vendere feuda absq; voluntate Vasallorum, dic vt dixi sup. de lege Cora. in §. ex eadem.

3 † Not. elaborandũ esse ad præcludendã viam fraudibus, [a] vt hîc & in l. cum hi. in §. si cùm lis. ff. de transact. l. non dubium. C. de legi. & ff. de leg. 1. l. fraus. cùm si. Facit quod dixi suprà de conten. inter dom. & Vasal. in princip. Not. casum, in quo quis punitur ex suo cõtractu, etiam non valido. Et est

[a] Vid. fraudibus. Adde l. hæres meus. ff. de cõdi. & de modo. l. in fraudẽ. ff. de iur. fisc. c. ne quis. 22. q. 2. c. excõicatoris 24. q. 3. c. 1. de postu. in Cle. 1. de rerũ permut.

Et est ratio, quia hîc habetur respectus ad delictum, vt l. iubemus. in §. sanè. C. de sacrosan. eccle. & in Auten. de non alie. in §. quia verò. aliàs secùs, vt tenet Bald. in c. 2. sup. quo tempo. miles.

4 †Not. puniendum esse notarium, facientem instrumentum vel scripturam de *a* contractu prohibito, *a* vt hîc & infrà titu. 2. in §. scriba. & in l. iubemus. in §. his tabellionibus. C. de sacrosanctis ecclesijs. & C. de immuni. ve. conce. l. 2. lib. 10. Idem dicam, si alteri mandasset conficiendum, vt probatur in d. l. iubemus. in §. his quoq; iudicibus. cum ibi not. in gloss.

a *De contractu prohibito. Adde Bal. in l. 2. C. de Maniche. idem Bal. in l. 1. ad fi. de sepul. viola.*

Et intellige prædicta vera, quando ex certa scientia hoc ageret, quia sciebat cõtractum esse prohibitum. Secùs autem si ignorasset, quia tunc excusaretur. ar. ff. de act. & obli. l. ex maleficijs. in princip. & ff. de pœnis. l. absentẽ. §. fi. ff. locati. l. si ignorans. & C. de tabularijs. l. generali. lib. 10. secundum Docto. & videtur text. in d. §. scriba. licet gloss. fi. hîc quærat, & non soluat, & facit quod dixit Cyn. in l. cum ancil. C. de ince. nup.

5 †Not. ex isto tex. in fi. casum, in quo ex vna sola Felonia, venit duplex pœna imponenda. Nam notarius non solùm notatur infamia, sed etiam priuatur officio. *b* Et est ratio, quia vna lex ipsas connexè producit, vt videmus in simili. in l. placet. C. de sacrosan. eccl. quinimò, hodie imponitur huic notario pro eodem excessu tertia pœna, quia amittere debet manum, vt probatur in §. scriba. De qua materia, an quis possit puniri duplici pœna, dic per Bart. & Docto. in l. sanctio. ff. de pœnis. & per Cy. in l. non dubium. C. de leg. & Bal. in l. in eum. C. de fur.

b *Sed etiam priuatur officio. Adde ꝙ talis adit potestatẽ conficiendi instrumenta, vt est gl. in l. si quis ex argẽtarijs. in §. 1. ff. de eden. Bal. & Ioã. de Imo. in l. ad testiũ in §. cõditionem. ff. de test. Bal. in l. 2. C. de manu. vindi. etiã in instrumentis ad pias cãs secundũ Bal. et Io. de Imol. in l. in fraudẽ. in § si quis. ff. de test. mi. & talis grauat⁹ ꝑpter falsitatẽ nõ p̃t amplius creari notari⁹ ꝑ Comitẽ Palatinũ hñtem ptãtẽ creandi notarios. imò si Imperator restitueret eũ ad famam, ita no. dicit Bal. in l. nihil. per illũ text. C. de ma. vindi. & eum sequitur Lo. Ro. in l. si verò. in §. de viro in 38. fallentia. ff. so. ma. Bald. in c. at si Clerici. in 3. col. de iud. idẽ Bal. in c. post translationẽ. in 2. co. de renunc.*

6 †Quæro cum glo. 1. quale adiutorium teneantur pręstare vasalli eorum dominis, euntibus in exercitu cum Imperatore pro corona suscipienda? Et respondet gloss. quod secundum iura noua, debent eos associare aut mittere alium, loco sui, æquè idoneum & acceptabilem domino, vel saltem contribuere medietatem redditus vnius anni, quem ex feudo colligit, & si vocatus legitimè, de qua vocatione constet per pares curiæ, & non fecerit alterũ prædictorum, tunc amittit feud. vt probatur in §. firmiter. inf. ti. 2. & sequen. in §. si licet olim statutum esset aliter, vt sup. de c. Cor. in §. pe. Et hoc voluit ista glo. vsque ad fin. Et de hoc iure antiquo, dic vt dixi in d. §. penul.

Quæro cum gloss. quarta quid si Vasallus alienat feudum cum voluntate & cõsensu domini, an incidat in pœnam huius l. Et respondet glo. quod non, quia ista lex expressè loquitur, quando alienatio est facta sine permissu domini. Secùs autem si dominus consentiret expressè vel tacitè, quia tunc valeret venditio. arg. in l. 2. & l. si. Hypothecis. C. de remis. pigno. cum similibus. Et hoc vult gloss. vsq; ad versi. sed quid, quæ benè loquitur, & eam Docto. sequuntur. Et ad materiam huius gloss. vide quod plenè dixi sup. quib. mod. feud. amit. in §. præterea. vbi est similis glo.

7 †Quæro cum dicta gloss. quid si Vasallus vendat feudum, præsente domino & non contradicente, an videatur consentire, ita quod teneat venditio? Et respondet ista gloss. quod sic, vt talis pœnitentia habeatur pro licentia. ar. sup. si de inuesti. inter do. & Vasal. lis oria. §. fi. & pro consensu expresso. arg. ff. de euic. l. quidam. Et hoc est verum secundum glo. quando dominus sciebat quod agebat. Aliàs si ignorabat, potius intelligeretur errare quàm consentire, vt ff. de iud. l. 2.

Et intelligas prædicta procedere, quãtum ad casum nostrum, quando Vasallus vendit ius suũ quod habet in feudo, quod non potest vendere sine licentia domini, vt hîc, quo casu præsentia & scientia benè operãtur consensum, vt sup. dixi, & probatur in l. sæpè. ff. de re iud. Secùs autem, si essemus in aliquo casu, in quo quis posset vẽdere rem domini, eo inuito, sicut est regulariter, quod quis posit vendere rem alterius in præiudicium vendentis, vt ff. de cõtrahen. emp. l. rem alienam; quo casu, patientia cum scientia non induceret consensum, cùm dominus semper sciat ius suũ vbiq; durare. l. Gaius. ff. de pig. actio. Et hoc vult ista gloss. vsque in fi. quæ benè loquitur, & eam sequuntur Docto. Et potes assignare etiam aliam rationem, quia in venditione feudi, est necesse quod interueniat tit. domini, & ideò accommodando votum suum, intelligitur accommodare consensum. Secùs si non nominatur in perficiendo actu, quia nõ est ibi titulus sui nominis, quo casu, nõ videtur consentire, quia semper ius suum durat, nec requirit, quod protestetur, cùm prouidentia legis sibi sufficiat, quæ reseruat ius suum. d. l. Gaius. Ad quod facit, quod plenè no. in d. §. fi. si de inuestitura, &c. & quod dixi in d. §. præterea.

Oppo. cum gloss. 6. contra istum text. in fi. vbi dicitur, quod Vasallus cogitando,

vel ma-

vel machinando facere. contra tenorem huius constitutionis, q. priuari debet feudo, ac precio, & sic videtur præsupponere, quòd ex sola cogitatione quis puniatur, q. est contra l. cogitationis. ff. de pœ. Solut. dicit gloss. quòd iste text. timore huius cōtrarij duobus modis. Primo modo, quòd iste Vasallus post cogitationem, processit etiam ad actum alienationis, & compleuit. Quod patet, quia iste textus præsupponit, quòd ex tali actu minuatur vtilitas imperij & dominorum, quæ diminutio non fieret ex sola cogitatione. Item, quia dum iste text. subijcit, quod careat etiam precio, &c. sequitur necessariò, quòd venditio erat perfecta. Et istum intellectum sequitur gloss. & benè. Alium intellectum subijcit gloss. videlicet, quòd hîc sit vnus casus specialis, in quo ex sola cogitatione quis puniatur, videlicet, vt Vasallus amittat feudum, sed quando vltra cogitationē, processit etiam ad actum venditionis, tūc amittet non solùm feudum, sed etiā precium. Et hoc voluit ista gloss. vsque ad fin. Vnde tu teneas primam lect. quam sequitur gloss. per istum text. qui præsupponit, esse necessarium quòd vtilitas dominorū & imperij sit diminuta.

Vnde concludo secundū veritatem, q. ad hoc, vt habeat locum pœna huius legis cōtra vasallos alienantes, requiritur, quod non solùm perueniant ad actum alienationis, vel alterius liciti cōmertij, sed quòd etiam tradant rem venditam, quia alienatio est actus per quē dominiū transferē. l. 2. C. de fun. dota. & sine traditione non transit dominium vt ille suprà de acqui. re. do. l. nuda. C. de pac. l. traditionibus, quia tunc venditio seu alienatio intelligitur esse completa. Et ita præsupponit ista gloss. Consideratur enim, quòd Vasallus non possideat, ita quod non possit seruire, vel ostenditias soluere, & ita tenui suprà, quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. deniq;. in conclusione 93. allegando authoritates Docto. qui hanc cōclusionem secuti sunt, & similiter in tit. quid iuris si post alie. &c. Vtrum autem ex cogitatione sola delinquendi puniatur Vasallus, dixi vobis suprà tit. proxi. in c. si voluerit.

8 †Quæro cum gloss. 8. quia hîc dicitur, quod Vasallus vendens feudum sine volūtate domini, quod priuatur feudo, & etiā precio. Sed quæro, cui applicabitur istud precium? Et respondet quod emptori, si fuit bonæ fidei, aliàs non, sed applicabitur fisco, quia ipse emptor malæ fidei, qui machinatus est, debet etiam puniri in amissione ipsius precij, per istum text. dum dixit aliquid machinare temptauerunt, &c. vt comprehendat tam emptorem quàm venditorem, & de hoc plenius not. inf. de prohi. feud. alie. per Fede. in §. 1. vbi gloss. se remisit, & benè loquitur, & dicatis vt ibi. Sed vtrum feudum alienatum per Vasallum, reuertatur ad dominum, vel ad agnatos Vasalli, siue feudum sit antiquum siue nouum, dic vt dixi in d. §. deniq;. sup. quæ fuit prima causa benef. amit. in conclusionibus, & no. sup. de suc. feu. in §. hoc quoq;.

Quæro ab extra, si Vasallus vendiderit feudum ignorante domino, & tradiderit emptori sciēti, sed promisit ipsi emptori acceptanti, quod curabit & faciet, quòd dominus consentiet prædictæ alienationi iam cōsumatę, & dominus postea nō vult consentire, an habeat locum pœna huius l. Et dicit Andr. de Iser. q. sic, quia postquam contractus iam est illicitus à prin. non potest aliqua via circūscribi. ff. de tuto. & cu. da. ab his. l. scire opem. in prin. Et quicquid sequitur ex eo, vel ob id nullum est. d. l. non dubium. C. de legi. extra de fi. instru. inter dilectos. & extra de consti. in c. 4. Facit. l. 1. §. eum qui. ff. de consti. pec. videtur namq; fieri fraus legi de contractu ad contractū, prout alibi videmus in l. quamuis. in §. si cùm essem. ff. ad Velleia. secùs autem si dicta promissio fieret super contractu licito, quia tunc obligaret. insti. de inuti. stipu. in §. si quis alij.

Vltimò de materia huius legis Lotharij, habetur suprà de feud. alie. in prin. sup. per quos fiet inuestit. in §. sed & res. suprà, qualiter olim pote. feu. alie. in prin. sup. q̄ fuit prima cau. benef. amit. in fi. & sup. de Vasal. qui contra consti. Loth. in c. 1. & plenè traditur inf. tit. 2. in prin. & in §. 1. & 2. & in remissionibus copiosis quas adduxi in d. c. 1. de Vasal. qui contra consti. Lotha. vbi videas. & in Specul. de feu. in §. quoniam. versicu. 30.

SVMMARIA.

1 *Feudum diuisione non alteratur, sed sua formali natura potitur.*

SATIS BENE. Scias quòd ista l. secundum gloss. positam, inf. in l. seque. in paucis libris habetur. Ex quo dubitat. d. gl. an pro lege sit tenēda. Sed tu teneas ipsam pro lege secundum Andr. de Isern. tum quia est rationabilis & vtilis valdè, tum quia ab Imperatore cōdita est, vt patet ex eius suprascriptione, tum quia

Docto. eam pro lege commentauerunt & tenuerūt. Vnde minimè sunt mutāda, &c. l. minimè. ff. de leg. Item scias quòd hîc habetur vna gloss. situata in prin. huius l. quæ non conuenit huic legi. Vnde malè fuit hîc situata vitio scriptoris, quoniā debuit adaptari ad legem præcedentem, vt ibi dixi. Item scias, quòd ista l. adaptatur congruēter sub hoc titu. hoc modo, videlicet, quia sicut suprà in l. præcedenti Imperator Lotha. conatus est tollere de medio pestem perniciosam, quæ vigebat aduersus vtilitatem regni, ex alienatione feudorum. Ita similiter per hanc legem, tollere intendit eandem pestem, quæ oriri poterat contra dictam vtilitatem regni, ex casu in hac l. posito quem per hanc l. determinat, &c. Item præmitte, pro euidentia, quòd Vasallus in iuramento fidei, debet semper exceptuare & præponere personam domini antiquioris, sicut exceptuat personam Imperatoris, vt suprà, hîc finitur lex. in §. fin. Item scias, quòd hęredes Vasal. mortui possunt inter se diuidere feuda ad eos deuoluta, vt dixi sup. si de feudo fue. controuer. in c. omnes filij.

His itaq; prælibatis nunc diuide hanc legem in tres partes, quoniā in prima ponit thema. in secunda quæstio. in tertia responsio. Secunda ibi, defuncto. Tertia ibi, quas amputationes.

CASVS.

Vasallus quidam à duobus dominis acquisiuit bina feuda diuersis temporibus, postea decessit relictis duobus filijs, qui filij inter se diuiserunt dicta feuda, & ad vnū peruenit feudum prius acquisitum per patrem. Ad alium peruenit aliud feudum, acquisitum posterius, & quilibet istorum filiorum iurauit fidelitatem simpliciter, domino suo nullo anteposito in iuramento, neque exceptuato nisi Imperatore, deinde moritur frater qui tenebat feudum acquisitum posterius, cui alter frater superstes successit in dicto feudo. Nunc dominus eius feudi posterioris, petit sibi ab eo fidelitatem præstari simpliciter, nullo anteposito sicut fecerat ille frater defunctus, quæritur an sit audiendus? Et respondetur quod non, quia semper in iuramento fidelitatis, debet iurans præferre dominum suum antiquiorem, etiamsi dictum feudum deuenisset in generationes plures, vel in infinitum. h. d. secundum Iacobum de Belui. In tex. ibi, prout solitum est, id est, sicut interdum solet accidere & fieri. Ibi, acquisiuit, scilicet, diuersis temporibus, vt infrà patet. Ibi, alter eorum, videlicet, ille, ad quē ex diuisione peruenit feudum quod prius acquisiuerat pater à domino primo. Ibi, nullo anteposito, subaudi, cùm nec anteponi debuit, quia iste dominus erat antiquior. Ibi, alter verò frater, subaudi, ad quem ex diuisione peruenit aliud feudum quod per patrem fuerat posterius acquisitum à secundo domino. Ibi, similiter. Et ratio fuit, quia ipse non habebat alium dominum. Ibi, posteriori fratre, scilicet, qui tenebat feudum posterius acquisitum per patrem. Ibi, sine filijs, subaudi, cui alter frater tenens primum feudum successit, ita quòd nunc ex ista successione tenet ambo feuda, potuit enim succedere in hoc feudo, quia erat paternum, vt sup. de gradi. in §. 1. & sup. tit. 2. in c. 1. Ibi, in quærimoniam. i. in dubitationem quæ sequitur. Ibi, vt prius personā, id est, vt personam prioris domini postponeret sibi domino posteriori, in sacramento fidelitatis, prout fecerat alter frater, qui mortuus est. Ibi, quòd frater fecerat, scilicet, iste frater mortuus, qui iurauit fidelitatem de feudo posteriori simpliciter, non exceptuato priori domino quem non habebat, vnde ex hoc nullum fit præiudicium fratri superstiti qui nunc habet dominum antiquiorem, postquam habet ambo feuda. Et ideò iste frater superstes, debet in iuramento fidelitatis præferre dominum suum antiquiorem. Ibi, si hoc actum erit, subaudi, maximè, quia idem, & si non fuit actum, vt probatur suprà titu. 2. in c. 1. & suprà, si Vasal. feud. priue. c. 1. & dixi in capi. si Vasal. culpam. sup. si de feud. fue. controu. & latius sup. quæ fuit prima cau. benefi. amit. in fin. in 10. conclusione, vbi authoritates tenentium istam partem adduxit, videlicet, quòd progreßio etiam inter collaterales extendantur ad infinitum, quicquid dicat Iac. de Bel. & Bald.

1 †No. quod feudum semper retinet suā naturam formalem, nec alteratur ex diuisione hæredum, quanquam sua qualitas non steterit suspensa, quæ de nouo reintegratur cùm reuertitur ad priores, quoniā quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. in §. ex causa. ff. de interro. act. Nā hîc videmus, quòd pater acquirens feud. diuerso tempore, tenebatur exceptuare priorem dominum in iuramēto fidelitatis posterioris feudi. Et erat ratio, quia habebat plures dominos, sed cùm moritur, & dictum posterius feudum perueniat ad vnum solùm hæredem, tunc iste

in suo

in suo iuramento fidelitatis, non habet exceptuare alium dominum. Et est ratio, quia non habet alium dominum nisi illum cui nunc iurat. Vbi verò iste moriatur, dictum suum feudum reuertitur ad alios tenentes alia feuda, quæ tenebat pater, tunc in iuramento fidelitatis dicti feudi excepturabitur persona prioris domini, sicut faciebat pater. Et est ratio, quia iste habet in dictis feudis plures dominos, sicut habebat pater, quoniam semper & in infinitum & per infinitas generationes, ista qualitas horum feudorum reintegratur, cum peruenit ad vnum solùm, vt hîc.

Quæro ab extra, quid si prior frater, qui tenebat prius feudum, decessit, & iste frater posterior successit, an eodem modo debeat præferre in iuramento fidelitatis istum dominum fratris mortui. Et dicit Iacob. de Bel. quod credit quod non, quia iam iurauit domino suo posteriori contra omnem hominem, & simpliciter. Si ergò iuret nũc exceptuando primum, videretur esse sibi contrarius & periurus, quod non est dicendum, vt C. de indic. vidui. l. 2.

Sed ego putarem contrarium per tex. quia cũ ambo feuda sint peruenta ad vnũ, videntur sortiri eandem qualitatem, prout erant apud patrem, quoniam vt suprà dixi qualitas non est mutata, sed stetit potius suspensa, prout alibi dicitur in simili suprà, hic finitur lex. in §. 1. Item quia ille purè est prior dominus, & prior in tempore, ergò & in iure. arg. sup. si de feu. fue. controuer. in c. omnes.

Nec ob. quod iam iurauit domino secundo, quia tunc ex isto casu superuenienti & emergẽte fiet fidelitas de nouo, iuxta tenorem fidelitatis aliàs factæ per patrem, non enim habet iste secundus dominus causam quærelæ, cùm ius suum non diminuatur, sed reintegratur quod ab initio fuit, cùm res de facili reuertatur ad suam naturam, vt ff. de pact. l. si vnus. in §. pactus.

Vltimò de materia huius legis, vide quod plenè dixi in dicto §. fin. suprà, hic finitur lex, & in remissionibus quas ibi copiosè adduxi in vtroque iure, & quod no. gl. suprà de noua forma fidelitatis in prin. & vide de capitulis extraordinarijs. in §. quoddam satis benè dispositum, & c. vbi est similis text. & in Spec. de feudis. in §. quoniam. versic. 24. & per Ioannem Andream in additionibus Specul. in titu. de feudis, super rubri. versic. 18. & per Bald. in l. 1. ff. de rerum diuisio. quæstione 11.

SVMMARIA.

1 *Renouatio inuestituræ infra quantum temporis spacium fienda.*

2 *Terminus legalis legitimè probatus, non est peremptorius.*

3 *Causa iusta superueniens, dolum secludit.*

QVONIAM. Adaptatur ista lex ad titulum istum, quia cũ intentio Imperatoris Lotha. fuerit, tollere & remouere omnes fraudes, quas Vasalli possent excogitare aduersus dominos suos circa feuda. Et ideò quia sæpè Vasalli, per occultationẽ feudorũ dolosè nõ petebant inuestituras, & sic in futurum multotiens domini ex hoc amittebant, dicta sua iura feudalia, fecit & promulgauit dictus Imperator hanc legem, vt prædicta remoueret. Et quanquam in aliquibus libris non habeatur ista lex, adeò quod gloss. hîc posita dubitet an sit recipienda pro lege, tu indubitanter teneas ipsam pro lege, prout dixi suprà in l. præcedenti. in princip. Et in Summa hoc vult.

Si Vasallus non petierit inuestituram infrà annum & diem, amittit feudum, nisi iusta causa impediretur. h. d. In text. ibi, quod ius, id est, aliquod. Ibi, malum ingenium, id est, aliqua mala machinatio, vt suprà e. in l. 1. Ibi, dolosè, vel ex lata negligentia, quæ æquiparatur dolo, vt sup. quo tempore miles. in c. 1. in gloss. 2. Ibi, inuestituram, scilicet, renouationis quam petere debet à successore domini, mortuo ipso domino, vel si succedat Vasallo mortuo, quia dictus successor debet petere renouationem, vt suprà, quæ fuit prima causa benefic. amittendi. in princip. Ibi, iusta causa, quæ autem sit iusta causa, declarat in dicto c. 1. suprà quo tempore miles, & ibi dixi. Ibi, data 6. Calen. de hac materia datæ, dic vt per Docto. nostros in proœmio digestorum. in fin. & per Bart. in tractatu qui sint rebelles. in fin. & per Ioan. Andre. & Canonistas super data 6. lib.

1 †Not. renouationem inuestituræ esse fiendam infrà tempus hîc limitatũ. Quod intelligas verum nisi esset miles, quia tunc haberet terminum anni & mensis, vt in dicto c. 1. Item, nisi esset minor 14. annis, vt infrà in tit. 2. §. præterea. el. primo. Item, nisi aliàs ex iusta causa impediretur, per ea quæ habentur in dicto c. 1. Qualiter autem ista inuestitura debeat peti, habetur per gloss. suprà per quos fiat inuesti. in fin. vbi videas.

2 † No. arg. ex isto text. secundum Bald. quod terminus legalis nunquam est peremptorius, si legitimè probetur impedimentum. Ad quod facit. C. qui pe. tu. l. cùm à matricibus. & ff. de re iudi. l. quæsitum. & l. 3. §. si ad diem. ff. de re mili. Facit. l. nonnunquam. ff. de iudi.

3 † Not. quòd iusta causa interueniens, facit cessare dolum, vt hîc in fi. ergò à contrario sensu, si non erit iusta causa, non cessabit dolus, per ea quæ habentur in dicto capi. 1. & suprà, quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. sed nec iustior.

Vltimò ad materiam præsentis legis, vide plura quæ dixi in dicto c. 1. suprà, quo tempore miles. & suprà quæ fuit prima causa beneficij amitt. in princip. & in pluribus remissionibus quas ibi adduxi. & suprà de cap. Cora. in prin.

Postremò aduertendum quòd hîc in fin. huius titu. habent quidam libri, vnam legẽ Coradi Imperatoris quæ est in Lombarda. in tit. de bene. & terris tribu. Et ibi, incipit. In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis. Sed transumptiuè posita est hîc. Et secundum quosdam incipit Coradus. Secundum alios incipit, omnibus quam legem, & si Andre. de Isern. hîc commentauerit Iacob. Ardizo. in Summa, interdum ipsam allegauerit, tamen ego non puto eã legem esse hîc inserendam, tum quia glo. de ea nullam facit mentionem, & similiter Iacob. de Bel. & communiter Docto. non videntur eam habuisse, & probo ratione, quod hîc non debeat inseri. Quia est. l. Cora. & nos sumus in tractatu legum Lotha. vt patet ex rubrica, & omnibus tribus legibus suprascriptis. Et ideò eam tanquam superuacuam omittam. Sed de ea feci mentionem suprà de leg. Cor. in prin. & Communiter non habetur.

DE PACE IVRAMENTO FIRMANDA.

RVBRICA.

Continuari potest hoc modo ad præcedentem tit. quoniã ibi visum est de legibus & prouisionibus factis per Lotha. pro bono statu & vtilitate imperij ac commodis subditorum, adhibendo medelas aduersus calamitates & discordias, occurrentes occasione alienationis feudorum, vt patet suprà in l. in princip. eiusdem titu. & tollẽdo alias dubitationes quæ possunt petere discordias inter subditos, in damnum imperij & subditorum, vt ibi patet in l. 2. & 3. Vnde sumpta inde occasione subijcitur hîc iste titulus siue lex Imperatoris Federici, in qua vniuersaliter intendit ꝓuidere calamitatibus subditorum, prouenientibus occasione Guerrarum, firmando pacem inter omnes, vt quod prius belli calamitas introduxerat, hoc pacis lenitas sopiret, vt in l. 1. in princip. C. de cad. tol. & quod clade bellica turbatum erat, remedio pacis restauraretur, vt 33. q. 2. c. 1.

SVMMARIA.

1 *Pax ab omnibus tuenda atq; seruanda est. Populus quid differat à Communi.*
2 *Pax indicta à 18. anno, vsque ad 70. iuramento quare firmanda sit. & quæ sit ratio.*
3 *Iuramentum quolibet quinquennio quare sit renouandum.*
4 *Lex prima de pace iura. fir. Francigenas & alios Imperio non subditos, an constringat.*
5 *Imperatoris potentia in legibus condendis, an circa omnes extendatur.*
6 *Pubes minor 18. annis, pacem cum inimico iuratam frangens, an sit puniendus.*
7 *Pugnare volentem duo iurare oportet:*

IMPERATOR. Ista lex est Imperatoris Federici primi de quo Imperatore satis dixi suprà de pace tenen. in prin. vbi videas. Et diuide principium huius legis cum sua suprascriptione vsque ad §. si quis verò aliquid, &c. in partes quinque, quoniam in prima ponitur suprascriptio imperialis culminis, cum personis quibus mittitur. In secunda mandat subiectis imperio, tam in particulari quàm vniuersali, vt perpetuam pacem obseruent. In tertia iubet istam pacem iuramento firmari. In quarta mandat auxiliũ præbendum Rectoribus locorum, vt possint dictam pacem defensare. In quinta iubet reuocari sacramenta omni quinquennio, pro dicta pace tuenda. Secunda incipit ibi, hac edictali. Tertia ibi, Duces. Quarta ibi, & Rectores. Quinta ibi, & in fi.

CASVS.

Pax ab omnibus est seruanda & insuper iuramento firmanda, ab anno 18. vsque ad 70. Et tale iuramentum debet de quinquennio in quinquennium renouari, debentq; omnes auxilium præbere, Rectoribus locorum ad dictam pacem tuendam. h. d. In tex. ibi, de gratia, declara ista verba & sequentia, prout dixi sup. tit. proximo in l. 1. in princip. Ibi, vniuersis. Primò, eam mittit in vniuersali omnibus qui possint iuxta eius dispositionem comprehendi & ligari. Postea in particulari subiectis imperio, vt

perio, vt subijcit. Ibi, hac edictali. Per hoc patet quod est lex generalis, vt dixi in d. l. iuxta finem. Ibi, Duces, declara qui sunt isti & sequentes, vt habetur suprà, quis dicatur Dux, Comes vel Marchi. Ibi, prima- a tibus a potest capi pro sapientibus & maioribus ciuitatum, quorum consilio reguntur, vt ff. de códi. & demon. l. municipibus. vel pro senioribus, quia in senibus inest sapientia.

Hinc est quod ab ipsis maiores nostri appellauerunt senatum, vt ait Cicero: vel potest capi pro ditioribus & potentioribus. C. de prædi. cu. l. penul. Ibi, plebeis, nó dixit popularibus, quia tunc non comprehenderentur omnes, vt insti. de iure natu- b rali. in §. lex est. Sed appellatione plebis b comprehenduntur inferiores, vt ff. de origi. iuris. in §. deinde. & quid si plebs. no. 83. di. vota.

Quid autem differat populus à communi, vide per Bart. in l. 1. C. de dignitatibus. Ibi, adiuuét, hoc est dicere, quod postquam iurauerint, vt suprà debebunt adiuuare Rectores locorum, ad dictam pacem tuendam, non autem est necesse q, ista inserantur in eorum iuramento, secundum veram lec. positam hîc in glo. quæ per hoc est expedita, & quam sequuntur Iacob. de Bel. & Docto.

1 † Not. pacem ab omnibus esse tuendá & obseruandam. Et est ratio, quia per eam omnes res quantumcunq; paruę crescunt. Sed per discordias & Guerras, res quantúcunq; maximę dilabuntur, vt ait Saluist. in Iugurthinum. & facit. C. de offi. præfe. præto. afri. in l. in nomine domini. in prin. Propter pacem enim multa & infinita bona proueniunt, quæ numerantur per gl. fi. de pace Constantiæ.

2 † Not. pacem indictam, esse iuramento firmandam ab 18. anno vsq; ad 70. & potuit esse ratio quare in 18. quoniam in tali ætate iam excessit pueritiam, vt ff. de po. in l. prima. in §. pueritiam. Vel quia Imperator iste Federicus primus ita ratus est, istá ætatem esse legitimam ad talem pacem firmandam. Prout alibi Imperator Adrianus ratus est, talem ętaté esse legitimam, in materia alimentorum, vt probatur in l. mella. ff. de ali. & ci. lega. Imperator auté Federicus secundus, ratus est istam ætatem ad firmandam pacem, per iuramentum, esse legitimam in anno 16. vt patet per ipsum in tractatu de pace Constantiæ. Ratio autem, quare ætas vltra annos 70. est excusabilis est, quia est veneranda, vt ff. de iure immuni. l. semper. Item quia ea ætas est prona ad quieté & pacem. Et ideò excusatur etiam à reddendo testimonio, vt in l. inuiti. cum ibi no. ff. de testi. Et à munere tutelari, vt in l. 1. C. qui ętate. Vel potest dici q, ista limitatio temporis, est de iustitia positiua. Vnde non potest assignari ratio sufficiens, quare in ea ætate ita statutú fuerit. nisi q, ita visum est Principi, vt no. glo. in d. §. pueritiam. Facit quod dixi sup. quæ fuit prima causa benef. amit. in princip. in quæstione quinta.

3 † No. renouationem iuramentorum, debere fieri quolibet quinquennio, ad pacem conseruandam. Et est ratio, quia multi iuuenes, qui à prin. quinquennij nó erát habiles ad iurandum, nunc erunt effecti habiles, & similiter senes, qui tunc includebantur ad iurandum, nunc erunt exclusi propter ætaté 70. annorum superuenienté.

Non enim intelligas, quòd istud iuramentum renouationis sit necessarium ad eos, qui semel iurauerunt, quoniam per primum eorum iuramentum, ad perpetuam pacem obligati sunt, vt probatur in princip. huius legis. Licet quidam voluerint intelligere, quod sit necessarium sæpius iurari, vt frequentius quis reminiscatur de pace, vt hîc not. in gloss. quinta. Sed tu teneas primam opinionem quam videtur sequi hîc gloss. Hoc idem tenuit gloss. de pace Constantiæ super verbo renouabunt, vbi fiebat renouatio solùm in capite decennij. Ad quod facit. l. falso. C. de diuer. rescrip.

Verùm quicquid dicatur de istis renouationibus, & hic & ibi, hodie non seruatur. vt hic & ibi notat glo.

4 † Quæro cum gloss. prima, an ista lex c liget Francigenas c & alios Vltramontanos, qui non sunt subiecti imperio? Et respondet gloss. arguendo primo ad partem negatiuam, videretur quod non, per istum text. qui solùm videtur velle ligare illos, qui sunt subiecti imperio. In contrarium tamen determinat dicens: quòd quanquá isti Gallici & aliqui Vltramontani, non recognoscant de consuetudine Imperatorem pro suo superiori, ex debito fidelitatis tamen in vniuersali sunt de imperio Romano, & sub imperio Romano esse intelliguntur, vt C. de offic. præfec. præto. Afri. l. fi. post princ. Vnde ex hac vniuersali subiectione ista lex ligabit eos. Et hoc vult tota ista gloss.

Ex qua not. quod de iure Francigenę sunt subiecti imperio, sed de consuetudine

a *Primatibus. Adde an primates possint cognoscere de crimine Episcopi, & an possint eú deponere, vide per Fely. in c. si quis Episcopus. in vlt. no. de accu.*

b *Appellatione plebis. Adde l. plebis ff. de ver. sig. c. cú venissent de insti. Car. Alex. in c. lex est. in 1 col. 2. dist. & an venitit patricij, vide in §. plebis insti. de iure natu. gen. & ciui.*

c *Liget Francigenas. gl. in c. per venerabilem qui filij sint legi. glo. fin. in. c. & si necesse de dona. inter virú & vxo. In no. in c. bonæ. el. 1. de post. præla. Bar. & Ang. in l. 1. in §. de qua. ff. de postu. Bar. conf. 172. incipi. ex facto proponitur. idé Bart. cós. 189. incip. primò quæritur Ol. conf. 244. inci ad obiecta. idem Old. conf. 121. inci. vt ei9 de quo quæritur.*

non. Et hanc gloss. simpliciter sequitur Iaco. de Bel. & probat per text. in procœ. insti. in princip. Sed contrarium sensit glo. insti. de patria po. in §. 1. vbi videtur innuere, q̃ Francigenę prorsus sunt absoluti à Romano imperio. Quare Andre. de Isern. in præambulis huius libri in sua quarta. q. diffusè hanc quæstionem examinando, tandem concludit, quòd Rex populusq́; qui diu stetit in libertate sua Imperatore vidente, & in nullo ei obediens, erit liber, quia etiam ecclesiæ Romanæ posset præscribi centum annis, vt C. de sacrosanct. eccle. in l. fi. & in Auten. quas actiones & extra de præscrip. ad audientiam.

Vnde in talibus qui tanto tempore steterunt sic exempti ab imperio, nõ videtur esse dubium aliquod, si non tenentur obseruare leges Imperatorum, quibus non obediunt, nec obedire tenentur, nisi quantum essent rationabiles, tunc non, quia leges Imperatorum sed quia rationabile est, quod dicunt, tenentur obseruare. Et ita concludit ipse. Sed dominus Raynu. non sequitur hanc opinionem, imò tenet indistinctè, quòd Reges nullo modo possunt allegare se præscripsisse, vt non sint sub imperio Romano, quia subiectio non potest præscribi. per l. comperit. C. de præscrip. 30. vel 40. an. Et per hoc ibidem sequitur istam gloss. Hoc idem tenet Nicol. de Neapol. suprà in præambulis huius libri, & adducit authoritatem Cyn. & Iaco. de Are. in l. 1. C. de præscrip. long. temp. Et respondet ad l. fin. & Auten. quas actiones cum si. quia loquuntur in his quæ spectant ad iurisdictionem seu dominium, quæ in signum dominij seu subiectionis præstantur. Quia etiam in talibus non procederet præscriptio contra Romanam ecclesiam, vt extra de præscrip. attendentes, & de re iudic. c. cùm super. & per hoc allegat Iaco. de Bel. qui hoc tenet in Auten. quomodo oportet Episcopos in prin. coll. 1.

Similiter Bernardus Glossator, sequitur opinionem huius gloss. in c. per venerabilem, extra qui fil. sint legi. super verbo cognoscat, dicens: quòd Rex Franciæ in temporalibus superiorẽ minimè recognoscit. s. de facto, de iure autem subest Romano imperio 7. q. 1. in apibus. & ibi gloss. hoc idem sensit gloss. in c. venerabilem. extra de ele. vbi dicit; quòd omnes nationes sub imperio sunt 11. quæstio. 1. sed & si quis in versic. volumus. & ibi nominat Francigenas. & text. est 63. di. ego Ludouicus, & ex his dixit gl. in c. super spe. extra de priui. quòd leges imperiales debent ab omnibus obseruari de iure. l. leges. C. de leg. licet de facto ab omnibus non seruentur. Innoc. tamen expressè tenet in d. c. per venerabilem. qui fil. sint legi. quod Francigenę subsunt de iure Papæ.

Sed circa prædicta reperio Bart. in suo tractatu ad reprimendum, in gl. &. sic dicere, q̃ regularitas totius orbis conquiescit in Principe, licet maior pars mundi hodie nõ obediat Principi, quoniam istud est de facto, licet iure secùs sit. Nam licet alicuius particulare dominium non sit suũ, tamen verũ est q̃ censetur in vniuersali dominus totius orbis, sicut dicit̃ quis dominus gregis, licet vnum pecus non sit suum, vt ff. de rei vend. l. 2. & 3. Per hoc patet q̃ Imperator rectè dicitur dominus mundi. s. vniuersalis, licet singulari sint domini suorũ prædiorum. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iac. & l. benè à Zenone. C. de quadri. præscrip. Vnde à possessore ipse posset vendicare mũdum, per dicta iura. Nec est opus quòd omnia sint sua quoad protectionem, vt no. in cõsti. ff. in prin. Imò verè sunt omnia ipsius, vniuersaliter considerando.

Intelligenda tamen sunt prædicta secundum determinationem sanctæ matris ecclesiæ, videlicet, quòd post aduentum Christi dictum imperium quod ante dependebat à solo Deo, nunc post dictum aduentum, est apud Christum & eius Vicariũ, scilicet, Papã, & per Papã transfertur in Principem secularem, vt in d. c. venerabilem, extra de elect. Vnde si hodie dicimus, omnia sunt imperij Romani quod nunc est Christi, benè dicimus. Si verò referamus ad personam Imperatoris secularis, non propriè dicimus quòd omnia sint sua, vel sint in sua iurisdictione constituta, quia non terræ ecclesiæ.

Illa enim sibi Papa reseruat in quem principaliter est omne imperium. Non enim habet Imperator terras ecclesiæ regulare, sed defendere eas conseruando iurisdictionẽ ecclesiæ, vt in c. 1. de iureiuran. in Cle. neq; in terris ecclesiæ habet aliquã iurisdictionem, vt in c. pastoralis. de re iudi. in Cle. Et ex prædictis potest modò colligere veritatem, an Francigenę vel cæteri Reges non obedientes de facto, subsint Imperatori de iure.

5 † Vtrum autem Imperator posit imponere legem omnibus, concludo cum Bal. in l. 1. C. de Sum. tri. Quoniam si attendimus potestatẽ q̃ habet Imperator de iure, potest imponere legem toti orbi. Sed si attendi-

attēdimus voluntatē & dispositionē ipsius Imperatoris, tunc dicendum quod Imperator non vult imponere legem populis & Regibus, qui non obediunt sibi, nec est spes quod obediant, ne lex sua sit ludibrio & in vanum posita iuxta L.4. cum L. sequen. ff. de leg. Et ita intelligit prædicta, de quo ibi plenè per ipsum & per gloss. & Doct. in proœ. ff. in gloss. 1. & in dicta l. benè à Zenone. & C. in quibus casi. col cen. si. l. 2. libro 11. & per Canonist. in locis suprà allegatis.

Oppo. cum gl. magna. in prin. quod immò quis obligetur stare iuramento, etiam si sit infra ætatem 18. annorum, vt probatur infrà eodem. in §. item sacramenta, ibi, patet quod sufficit, quod sit pubes. Solutio: dicit glossa, quod isti casus sunt diuersi, quoniam hîc loquimur de iuramento generali, quod præstatur iudici de seruanda pace. Ibi loquitur de iuramento, q̃d specialiter quis facit aduersario, super suo contractu. Et per hoc est expedita glossa, vsque ad versiculum, sed quid. & benè loquitur, & latius declarabo in sequenti. quæstione.

6 †Quæro cum dicta glos. iuxta proximè dicta. Quid si pubes factus minor tamē 18. annis, fecerit pacem cum inimico suo, & iurauerit eam seruare, an si eam nō seruauerit incidat in pœnam huius legis? Et ista glossa dubitatiuè respondet, arguendo pro & contra. Et primò quod non teneatur, quia in se minor videtur potius distrahere quàm contrahere, remittendo per pacem aduersario suo iniuriam sibi illatam. Vnde non videtur obligari, per dictum §. item sacramenta. qui loquitur in contractu, & non in distractu. Similiter non tenetur per istum textum, cùm Imperator non astringat iurantem, nisi in ætate 18. annorum. In contrarium arguit gl. quod immò tunc in dicto casu teneatur pœna huius legis, cùm suum iuramentum habeat ipsum obligare in dicta pace & cōtractu speciali, postquam est pubes, & habetur pro maiore, per dictum §. item sacramenta. Secùs autem in iuramento generali pacis, de quo hîc, quia tunc minor 18. annorum iurando, nullo modo contrahit neque obligatur. Et sic fortius operatur sacramentum in specie adhibitum super suo negocio, quàm præstitum iudici in genere, super pace generali. Cùm multa sint licita in specie, quæ non sunt licita in genere. Et hoc voluit ista glossa allegando plures concordantias, vsq; ad versiculum. notabis, &c. Sed quoniam ista glossa non videtur firmare pedem super hac quæstione. Ideò tu dic secundum Iac. de Belui. quod iste impubes non incidit in pœnam huius L. quoniam ista iuramenta sunt diuersa, vt suprà dixi. Nam istud est generale, & præstatur authoritate huius l. ipsi Iudici. Aliud verò est speciale, & præstatur parti. vnde de vno ad aliud non infertur L. admonendi. in fine. ff. de iureiurando. Item, quia in dubio pœnæ sunt moliendæ. vt ff. de pœnis. L. interpretatione.

Opp. cum dicta gloss. quod ista ætas annor. 18. ad pacem iurandam, malè fuerit commēsurata per Imperatorem, cùm legitima ætas reputetur à iure in 25. annorum. vt ff. de mino. in l. 1. Solut. dicit gloss. quod ætates multipliciter & varijs modis distinguunt, ꝑpter causas & effectus varios, tam in iure Lombardorum, quàm in iure nostro communi. Vnde non videatur mirum, si secūdum diuersitatem casuum, videantur variari ætates à legibus. Et prosequitur ista gloss. ordinatim per modum summæ, dinumerare dictas ætates, quas reperire potuit à iure variari, vsq; ad versiculum, ex eod. ergò. &c. Et dic, vt in ea, quia clara est. Et de hac dinumeratione ætatum, vide glos. in dicto §. pueritiam. in L. fina. ff. de postu. & plenè & clarè per Ioan. Andr. in proœmio 6. libri. in §. sanè. & per Cynum. in L. si infanti. C. de iure delibe. & per Cano. extra de concess. præben. super inordinata. & extra de despō. impube. c. puberes.

7 †Quæro subsequenter cum dicta gl. an minor 18. annis, qui non est habilis ad iurandum pacem, vt hîc sit habilis ad pugnam faciendam cum sua persona? Et respondet gloss. sumendo argument. ex isto tex. quod non, quia in pugna est necesse, ꝗ qui pugnare vult, iuret duo? Primum q̃d non petit pugnam irato animo, & causa fatigandi aduersarium, sed & cæteris præsumptionibus quas aduersus ipsum habet, vt in Lombarda. in titul. quali. quis se defen. de. in l. si quis alium asto. Secundum quod iurat, est quod non portat secum herbam, vel aliquam aliam rem, quæ pertineat ad maleficium, vt in dicto titulo in l. nullus campio. Quæ iuramenta videntur non posse præstari per istum minorem 17. anno. Item faciat ad prædicta sua iuuenilis ætas, quæ ipsum excusat à pugnando personaliter. vt in l. fina. in dicto titulo, & hoc voluit ista gloss. vsque in finem. Sed tu intel-

tu intelligas determinationem huius glo. procedere ſecundum Docto. quando ipſe minor traheretur inuitus ad pugnam, ſecùs autem ſi ipſe prouocaret alium, quia tunc cogeretur iurare, cùm ſe poſuerit in neceſsitate. l. ſi fideiuſ. §. ſi neceſſaria: ff. qui ſatiſdare cogantur. Item, quia in delictis non datur adultis venia. l. auxilium. ff. de minorib⁹. Et de hac materia pugnæ, dic vt plenè dixi ſupr. de pace tenenda. in §. primo. & quod no. in §. ſi miles.

Vltimò de materia hîc poſita in principio huius legis, habetur in tractatu de pace Conſtantiæ. & per Iacobum Ardizo. in titulo de pace tenen. & compo. in principio, & in pluribus rubricellis ibi ſequentibus, & quod dixi ſuprà de pace tenenda, in prin. & in remiſsionibus pluribus, quas ibidem poſt ipſum prin. adduxi.

SVMMARIA.

1 *Ius dicere ſibi ipſi nemo poteſt.*

2 *Creditor fugienti, defectu iudicis, rem poteſt auferre debitori.*

3 *Reſtituere volenti, an poſsit res ſine iudicis authoritate auferri.*

SI QVIS VERO ALIQVOD. I. Poſtquam ſupr. proximè Imperator declarauit ſuam intentionem, vt pax perpetuò ſeruetur. Nunc tollit vnam dubitationem circa prædicta, videlicet, ſi alicui volenti viuere in pace, fiat iniuria, in rebus vel perſona, quid debet ipſe agere ad hoc non videatur rũpere pacẽ? Et reſpõdet, q; debet adire iudicẽ cõpetentẽ, & corã eo iuſtitia mediante conſequi ius ſuũ. Et hæc eſt intẽtio huius literę. In tex. ibi, quacũq; re, ſubaudi, ſibi debita ex aliquo contractu, vel quaſi, q; dic per exẽpla, vt inſti. de obli. ex quaſi contractu, vel ex aliquo beneficio vel quaſi, vt inſtit. de oblig. ex delicto, & de obli. ex quaſi delicto. & hîc in gloſſ. Ibi, vel facto, quod facere debet, puta ſcribere librum, vel domum ædificare, vt ff. de verbo. oblig. l. vbi autem. in §. qui id, quod vel exemplifica, quando aliquis eſt obligatus mihi propter factũ, vt quia verberauit me, vel alio modo realiter intulit mihi iniuriam. vt inſti. de iniurijs. in §. primo. & ff. de iniurijs. l. prima. in §. primo. & in gloſſa hîc poſita. Ibi, exequatur, non autem ſua authoritate propria, ſed Iudicis. aliàs punitur, per l. extat. ff. quod metus cauſa. & l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Et ſi Iudex nollet ſibi ſubuenire in faciendo ſibi iuſtitiam, tunc puniretur ſecundum formam in §. Iudices, infrà hac eadem L. & hoc voluit etiam gl. poſita, quæ per hoc eſt expedita.

a *Etiam ſi eſſet clericus. Adde Ioã. de Imo in c. 1. de depo. domi. 45. di. in Sũma.*

1 †Nota, quod non debet quis ſibi ſua authoritate ius dicere, ſed debet adire Iudicem competentem, pro ſuo iure conſequendo, ſiue in cauſa ciuili, ſiue criminali, vt hîc, & in l. nullus. C. de Iudæis. & in dicta l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & in l. extat. ff. quod metus cauſa. Sed hæc regula fallit interdum, vt in l. prima & ſecunda. C. quando vnicuiq; lice. ſine vindi. & in caſibus no. per gloſſam. in dicta l. extat, ſuper verbo Iudice, & quod ibi per Doctores, per Canoniſtas. ca. præterire. extra de elect. ſuper gloſſ. fin. & in Specu. de criminibus & eorum cogn. ſuper rubrica de accuſa. §. 1. ver. hîc tamen fallit.

2 †Quæro cum gloſſa ſecunda, quid ſi debitor meus fugiat cum re mihi debita, & non habeo copiam Iudicis, an poſsim propria authoritate ſibi auferre rem abſq; pœna. Et quidam dicunt quod ſic, per L. generali. C. de decurio. libr. 10. Sed tamen gloſſa iſta determinat contrarium, vt non poſſet violenter ei auferre rem. Sed benè poſsim eum debitorem detinere, donec ipſum Iudici præſentem per L. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. creditor. & per no. in dicta l. extat. Et hoc voluit iſta gloſſa vſque ad verſiculum, ſed quid, &c. Sed tu in hac quæſtione ſic dicas, ſecundũ Baldum & Andræ. de Iſern. Quod aut ipſa res eſt ipſius capientis, & tunc poteſt ei auferre, dicta l. ait prætor. §. ſi debitorem. & l. emptorem. ff. de ac. empti. Aut non eſt capientis, ſed eſt ſibi debita obligatione perſonali, & tunc poteſt capi ipſum cum dicta re & præſentari Iudici. l. fi. C. de maleficijs & mathe. Sed ſi fugiat ſine re, tunc adhuc poteſt capi: & Iudici præſentari. vt ff. de fur. l. interdum. §. qui furem. cum ibi not. & quod no. inſti. de actio. in princi. & in l. prima. C. de curi. vel cohor. Nam & in ipſo actu delinquendi, quilibet poſſet ipſum capere, & Iudici præſentare. argu. ff. de adulte. l. capite quinto, ſecundũ Bal. de quo plenè per ipſum. in L. admonendi. ff. de iureiurand. & vide quod dixi ſupr. de ſucce. recti feud. in §. 1. Quinimmò etiam ſi eſſet clericus, [a] poſſet incontinenti capi & Epiſ. pſentari, ſecundũ Io. An. in c. vt fame. extra de ſen. excõ. non aũt ex interuallo, niſi de licentia Epiſc. p no. in c. cùm nõ ab hõine. extra de iud. & tenet Bal. &c.

3 †Quæro ſubſequenter cum d. gl. Quid ſi tenens rem meã non fugiat, veruntamẽ eam nolit mihi reſtituere, an propria authoritate poſsim ſibi auferre? Et reſpõdet

gl. q.

glo.q no.per istũ tex.& per d.l.extat. Sed tamen timerem, dictam rem præscribi, vel vsucapi, vel actionẽ, quam aduersus ipsum habeo, tempore periturã, quia fortè est actio iniuriarum, quæ durat anno. l.si non conuicij.C.de iniurijs. nec possim habere copiã iudicis, tunc debeo protestari, ac interrumpe solenniter d. præsumptionem seu vsucapionẽ, secundũ formam l.vt perfectius.C.de annali excep. Et hoc vult ista gl. vsq; ad fi.& benè loquitur. Et intellige prædicta, nisi incontinẽti vellem recuperare, quia tunc benè possem, per l.vt vim. ff.de iusti.& iur. secundũ An.de Iser. Dixit tamen Bar.in l.si alius.in §.bellissimè.ff.q vi aut clã.q in istis ciuitatibus quæ non recognoscunt superiorem, si vna ciuitas occupat bona alterius ciuitatis, q illa ciuitas potest per vim recuperare, quia iudicis nõ est copia, vt dicta l.nullus. Item dicit, q̊d si essem passurus maximum damnum, ex re mihi ablata, nisi illam habeam, & non habeo copiam Iudicis, quod possum propria authoritate eam recuperare, per not. per glo.in dicto §.bellissimè.

Vltimò de materia præsenti & etiam huius gloss. vide per eundem Bar. in dicto §.si debitorem. & ff.ad l.Iuliam. pecula.l. sacrilegij.§.Labeo.& in l.2.C. de exactio. tribu.libro 10.& per Bald.in l.sancimus.in §.& si præfatam.C.de iure delibe. & in L. consentaneum. C. quomodo & quando Iudex.& in l.cos. C.de execu. rei iudic. & in locis suprà allegatis. An autem in delictis quis teneatur capere malefactorem. dic vt per gloss.& Doctor.in l.finali.C.de exhi.reis.& plenè per Bart.in dicta l. fina. in fin.ff.ad l.Iuliam pecula.

SVMMARIA.

1 *Nobilis grauius punitur, quàm ignobilis.*
Prouincia, ciuitas, oppidum, castrũ, villa, vicus, & similia, quæ sint.
2 *Pœna duplex pro eodem delicto imponenda.*
Pax inter duos inimicos facta & vnus istorum offenderit fratrem vel coniunctos alterius, an videatur incidisse in pœnam adiectam in compositione pacis.

SI QVIS VERO' TEMErario. Quia formidine & metu pœnarũ, etiam mali oderunt peccare, vt in l.1.in fi. ff. de iusti.& iure. Ideò Imperator volens hanc suam pacem supra scriptam benè custodiri, statuit in isto §. pœnam aduersus violatores dictę pacis, limitando eam secundũ gradus, & statum delinquentium.h.d. In tex.ibi, temerario ausu.ex hoc patet q si ex subtilitate absq; dolo hoc faceret, incideret in hanc pœnam, vt ff.ad Turpil.l.1.§.quæri potest secundũ Barto.qui ita glossauit in tractatu, qui sint rebelles.in fi.super verbo ausu temerario. [a] Ibi ciuitas est. Est autem ciuitas,[a] q̃ murus cingit.l.2.ff.de verb.sign. & in c.si ciuitas. de sen.excõ.lib.6. Ibi, camerę.s.fiscali, de qua camera fit mentio supr.de feu.cog.in c.2.& quid sit inuest.in §.3. Ibi, oppidũ, ab opere dictum, vt l.pupillus.in §.oppidum. ff.de verb.sig. Qualiter aũt propriè describatur prouincia, ciuitas, oppidum, castrũ, villa, vicus & similia? vide plenè & clarè p Bar.in suo tractatu q sint rebelles in sua gl. 6.& Bal.in l.fi.C.de sacrosan.eccl.& in L. ex hoc iure de iusti.& iur. Ibi, Duces verò. Qui sint omnes isti, declaraui sup. in ti.qs dicatur Dux, Co.vel Marc.in prin. vbi videas. Ibi, secundũ leges sartiãt. Refertur ad omnes supra scriptos qui puniuntur secũdum Andr.de Iser.

1 [b] †No.quod maiori pœna puniuntur nobiles,[b] quàm ignobiles, & maiores in dignitate, quàm minores. Et est ratio secũdum Iaco.de Bel.& Bal. quia quanto quis maior est, vel maiori dignitate fungitur, [c] tantò magis dicitur peccare[c] & cõtemnere videtur. vt C.de Epi.& cle.l. Presbyteri.circa fi.

Quod est verum secundum gl.hîc positã, quãdo tractam⁹ de pœna pecuniaria. Secùs aũt si tractaremus de pœna corporali, qa tunc minores, & ignobiliores punirẽtur maiori pœna. De qua materia dic pleni⁹ per Cy.& Doct.in l.nemo clericus. C.de sum.tri.& q dixi supr.de pa.te.in §.si quis miles.in 1.notabili. & Bar. in l.quædã delicta.ff.de pœnis.& extra de pœnis.in c. grauem.

2 †No.quod ex eodem delicto quis non solùm condemnandus est ad pœnã pecuniariam congruentem delicto, sed etiã est condemnandus ad emendandũ damnum parti læsæ, & iniuriatæ, vt hîc & in c.1. extra de iniurijs & dã.da.& dixi supr. de pa. te.in §.si quis aliquem.in 3.notabil. Quinimmò q est fortius in casu nostro, poterit puniri etiã tertia pœna.s.corporali si delictum perpetratũ mereatur dictam pœnã, vt inf.hac ea.l.in §.seq.& in §. homicidiũ, & hoc tenuit gl.hic posita in fi. quæ p hoc remanet expedita, & benè loquitur, quia vnum delictum, scilicet, violationes pacis, & non impeditur per aliud delictum, scilicet, homicidij vel alterius similis. Nec

econtrà

a *Est autem ciuitas. Adde an ad esse ciuitatis sit necesse, q habet Episcop⁹, vide per Bar. in l.1.C.de Metropo. lib. 11. Bar. in l.fi.ff. de colle. illici. Barto. in l. hæres. in §. vicus. ff. de leg.1. Bart. in extra. qui sint rebel. Bal. in l.ex hoc iure. ff.de iusti.& iure. Bald. in l. rescript. C. de præci. imper.offe. Bal. in L. si in aliqua. ff. de offi. proconsu. Inn. in c. cùm ab ecclesiarũ. de offici. ord. Archid. in c. statutum. in ver. ciuitatibus. de rescri. lib. 6. ideò an & Domi. in c. si ciuitas. de sen. ex lib. 6.*

b *Maiori pœna puniũtur nobiles. Adde an ratiõe nobilitatis emittitur pœna. vide glo. in c. 1. de cle. vena. & gl. in c. Lotha. 31.q.2.*

c *Tantò magis dicitur peccare. Adde tex. iũcta. gl. 1. in c. cũ quidam de iureiur. glos. in c. homo Christian⁹. 40. di. gloss. in c. qui viderit. 30. 2.q.5. gl. in c. consideret de pœni. dist. 5. gl. in c. si qui. 15.q.8. glos. in Cle. si dominum. de reli. & vene. san. Abba. in c. 1.*

* de summ. tri. Abbas. in ca. magnæ de voto. Cy. in l. nemo. C. de sum. tri. Bar. in l. si. minor. in §. restō. in 2. notab. ff. de minor. Sāctus Tho. secunda secundæ. q. 180. 6. articu. vltim.

econtrà. l. nunquam plura. ff. de priua. delict. secundum Andræ. de Isernia. Quæro si est facta pax, vel treuga inter duos inimicos, & vnus istorum offendat fratrem, vel coniunctos alterius, an videatur incidisse in pœnam adiectam in compositione pacis? Et Iacobus Ardiz. disputat hanc quæstionem latè de pace tenen. sub rubricella, argumentum si fecerit pacem, &c. vbi arguit ad partes, & tandem inclinat in hanc partem, videlicet, vt videatur incidisse in pœnam. argum. ff. de operis lib. L. si libertus artem. & ff. de offi. pr§. Vrba. in l. 1. §. cùm patronus. cum si.

Vltimò ad materiam præsentis §. vide quod dixi in dicto §. si quis aliquem. & in remißionibus ibi adductis. & per Iaco. Ardi. in titulo de pace. tenend. sub rubricella, qualiter puniātur violatores pacis.

SVMMARIA.

1 *Pacis violator ad tria tenetur.*
2 *Pœnam pro iniuria imponens iudex plura cōsiderabit.*
3 *Iniuriarum causa ciuiliter & criminaliter agi potest.*
Actio pro iniuria allata, semel ciuiliter instituta, an postea pro eadem iniuria criminaliter agi poßit.
Fur & furtum quid sit, qualiter puniatur.
4 *Iniuria furto iuncta, quibus legibus punienda.*
Extraneus an ratione iniuriarum admittatur ad accusandum.
Dominus an potest agere actione iniuriarum suo vasallo facta.
Iniuria remissa in foro pœnitētiali, an amplius poßit intentari.
Præmium an liceat recipere pro remißione iniuriarum.
Actio iniuriarum an poßit vendi, vel cedi.
Infamis an quis efficiatur ex condemnatione actionis iniuriæ.
Iniuriatus an teneatur remittere iniuriam.
Iniuria in bonum fructum facta, an nihilominus faciens teneatur de iniuria.
5 *Pœna legis an potius attendatur, quàm pœna statuti.*

INIVRIA. Continuatur cum proximè præcedentibus hoc modo. Quia cùm Imperator suprà proximè statuerit pœnam pecuniariam aduersus violatores pacis, & vt teneantur etiam ad emendationem damni parti læsæ. Nūc verò in isto §. declarat & statuit, quod prędicti violatores pacis vltra prædicta puniantur etiam pœnis legalibus pro iniuria, vel furto seu homicidio, vel alio delicto per eos perpetrato, in dicta violatione pacis. Et hoc vult vsq; ad §. iudices. Legam tamen per partes. & primò hanc partem vsq; ad versicu. homicidium, cùm diuersa melius intelligantur. ff. de doli excom. L. 1. In tex. ibi, iniuria. Non capias hîc iniuriam generaliter, vt comprehendat omne quod non iure fit.

Sed intelligas de iniuria in specie, quæ capitur pro contumelia, quæ dicitur à contemnendo, prout exponitur per textum institutio. de iniurijs, in principio, & ita intelligit glossa prima hic posita in fine sui & benè, quàm hîc adaptare debes. Ibi, legitimè, id est, secundum leges, vt in glossa.

1 †Not. quod lex noua quantumcunq; pœnalis, potest reseruare etiam pœna legis antiqua. Facit l. quot. C. de acti. & ob. de qua materia per Docto. in l. senatus. ff. de accu. per Cyn. in l. 3. C. de sepul. vio. & Bald. in l. non est nouum. ff. de leg. & probatur suprà de pace tenenda. in prin. & quæ ibi dixi in tertio notabili. Nam violator pacis tenetur ad tria. Primò ad pœnam pecuniariam, secundum qualitatem suæ conditionis. vt sup. §. proximo. in prin. Secundò ad interesse partis, vt dicto §. proximo. in fine. Tertiò ad pœnam congruentem de iure cōmuni delicto per ipsum perpetrato, in dicta violatione, quoniam si violando commisisset furtum, puniretur pœna furti. Si homicidium puniretur de homicidio. Si iniuriam puniretur de iniuria, & sic de similibus, & dixi etiam in dicto §. suprà proximo in vltimo notabili.

2 †Quæro cum gloss. prima quæ pœna veniat imponenda per iudicem pro iniuria illata? Et respondet gloss. quod iudex debet habere plures considerationes, ad ipsam pœnam imponendam & taxandā. Primò vtrum fuerit magna vel parua. itē, considerare personam facientis, & cui fit, & locum, in quo fit, & tempus quo fit. Et secundum istas qualitates taxabit pœnā maiorem, vel minorem. vt ff. de iniurijs. l. prætor. in §. final. & instit. de iniurijs. in §. atrox. Item considerare debet, an talis iniuria descendat ex lege Cornelia, & sic à iure ciuili, quod est in tribus casibus tantùm, videlicet, quando quis est pulsatus, vel verberatus, vel domus sua introita. vt ff. de iniurijs. L. lex Cornelia. in principi. & §. primo. Et tunc si in dictis casibus agatur ex dicta lege Cornelia, debebit ipse iudex

iudex imponere pœnam arbitrio suo, siue agatur ciuiliter, siue criminaliter, scilicet, constitutionibus, & l. fin. ff. de iniurijs. Si verò ipsa iniuria descendat à iure pręto-rio, ꝙ accidit in omnibus alijs casibus, pręterq̃ in suprascriptis tribus, & tunc si agatur ciuiliter, debet imponi pœna secundũ taxationem, quam faciet iniuriam passus: vt inst. de iniurijs. in §. pœna. & no. in l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniurijs. Sin aũt agatur criminaliter, tunc ipse iudex ex officio suo extimabit pœnã corporalẽ maiorẽ, & minorẽ consideratis circũstantijs supradictis, vt in d. §. pœna. & in §. in sum. in eo. ti. Et hoc voluit ista gl. vsq; ad ver. vtrũ autem. Sed aduerte ad vnum, ꝙ supr. tenet ista gl. ꝙ quãdo agit̃ ex lege Cornel. iudex ipse taxat. Secùs aũt quando ageretur ex actiõe iniuriarũ, prætoria, quia tunc solũ pars taxat, & non iudex. Sed Azo in Sum. in ti. de iniurijs, quem sequitur Bar. in d. l. iniuriarum tenent, ꝙ in vtraq;, & p̃toria & ciuili, semper iurabitur cum taxatione iudicis, per d. legem constitutionib⁹. Et ista est veritas secundũ quam concludo, quod quando agitur actione iniuriarum ciuiliter: siue sit prætoria, siue ciuilis, iudex non extimat sed pars. Verùm ipsè iudex taxat in vtraq; per d. §. pœna, & q̊d dicitur in L. constitutionibus exponatur extimatiõe. i. taxatione, & ita tenet etiam Ros. in libellis. & Andr. de Iser. hîc. De qua materia & qualiter formari debeat libellus, dicatis, vt no. per gl. & Doc. in d. l. iniuriarum. & per Cy. in l. si non conuicij. C. de iniurijs. per Spec. in ti. de iniurijs & dam. da. in §. 1.

3 †Quæro si bis quenter cum d. gl. quia sup. visum est quod pro iniuria potest agi, & ciuiliter & criminaliter. d. l. prætor. in §. 1. ff. de iniurijs. quid si primò pro iniuria illata, sit actum actione iniuriarum ciuiliter, an posit postea agi criminaliter, ꝓ eadem iniuria? Et quidã dicunt ꝙ nõ, quãdo in vtraq; proceditur ad vindictam. Secùs si vna sit actum actione iniuriarũ spectãte ad rem familiarem, vt quia egi primò ciuiliter, occasione serui mei, quem propter mei iniuriam occidisti. Nam potero postea agere etiam criminaliter. vt in d. l. prætor. in §. 1. vel econtrà. L. 1. C. quando ciuiliter actio præiudic. cri. Alij autem, vt Mar. dixerunt, q̊d est fienda distinctio, an quis agat actione iniuriarũ descendẽte ex lege [illegible] tunc quia iudex semper extimat tam [illegible] ciuilem, quàm criminalem, nõ poterit agi nisi semel, quia facta semel æstimatione per iudicem, non est amplius agendum. Sed si agat actione iniuriarum descendente ex lege prætoria: & tunc q̃a iniuriatus extimat ciuilem, & iudex extimat criminalẽ, benè poterit isto casu successiuè vtraq; intentari, per d. l. 1. C. quando ciuilis actio. Et hoc voluit tota gl. vsq; ad finem.

Sed tu non admittas hanc distinctionem, sed indistinctè teneas, vt sup. dixi q̃d in vtraque pars æstimat, & iudex taxat, & ideò conclude veritatem cũ p̃cedenti opinione, ꝙ vna per alteram tollitur. quando vtraq; tendit ad vindictam, secùs si vna tẽdat ad vindictam, & altera ad rem familiarem, & ita not. in l. quid senatus. ff. de iniurijs. & de hoc ibi plenè traditur. & in d. l. prætor. in §. 1. & in l. 1. C. quando ciuilis actio præiudi. cri. & in l. quid ergò. in §. pœna grauior. ff. de his qui no. infam. Quæro cũ gl. secunda de pluribus simul. vcz. quid sit furtum, & vnde dicatur? Idẽ quis sit fur, Itẽ qualiter puniatur tam ciuiliter, quàm criminaliter, & tam de iure cõmuni antiquo, quàm de iure Lombardo, & etiam iure nouissimo? Et ad omnia ista respondet ista gl. per modũ summæ, & recita, vt in ea quia clara est, vsq; ad fi. Sed tamen aduerte ad ipsam iuxta finem, dũ expressè tenet, ꝙ per §. si quis quinq; solidos. supr. de pace te. debeat fur pro solidis quinq; laqueo suspendi, &c. quia hoc ibi expressè reprobaui, dicens: ꝙ ille §. corrigitur per istũ text. qui est posterior, & eiusdem Imperatoris Federici. Nam hic dicit, quod pro furto legitimè puniantur.

Et obseruat consuetudo, vt ille text. hodie non habeat locũ, vt statim dixit gl. sequens in fi. sui, vbi videas, & de hoc dic, vt plenè dixi in d. §. si quis quinq; solidos.

4 †Quæro cum gloss. tertia secundum quas leges debeat quis puniri pro iniuria, & furto commisso, secũdum formam huius literæ, an secũdum leges antiquas Romanas, an secundum nouas, an secundum leges Lombardorum? Et omissa historia, quæ hîc tangitur per gloss. de Carolo & Pipino, de qua seriosius habetur 15. q. 6. in c. alius. & per glo. in c. vene. extra de elect. Respõdeo summatim, & conclusiuè ad q̃stionem propositam secundum glos. licet ipsa diffusius se inuoluat. ꝙ non punietur secundũ leges Lombardorũ. quia nõ sunt in hoc receptæ ꝓ legibus cõmunib⁹, & generalibus, sed punietur per l. huius Impatoris, q̃ est sup. de pac. te. q̃ est lex generalius, & ꝓ l. impiali, & generali habet̃, licet q̃dã voluerint dicere, ꝙ non sit lex, & malè.

Vnde

a Propter iniuriã illatã. Adde quid de iniuriãte clerico. Adde glo. & Io. de San. in c. nouit. 12. dist. & in l. si quis in hoc genus C. de Epis. & cler.

b Licitũ est leges transgredi. Adde Bal. & Saly. in l. si seuerior. C. de infa. Bald. in Auten. sed nouo iure. in pe. colũ. C. de ser. fugi. Bal. in l. obseruare. in §. proficisci. in 11. q. ff. de off. pcõsul. Bald. in l. quid ergò. in §. pœna grauior. ff de infam. Bal. in c. 3. de re iudic.

c An liceat pmium recipe. Bar. in l. si vno. in §. item alio ff. lo. gl. in c. 2. de fideius. Docto. in regula ꝙ ob gratiam. de reg. iuris. libro 6.

d An condemnat⁹ ex iniuri. Add. Pau. de Ca. in l. decuriões. in 2. no. C. ex q. ca. sa. irrogetur.

e An si iniuriatus teneatur remittere iniuriam. Adde gl & Bal. insti. de iniu. in § fin gloss. in verbo. emendet. & ibi Doct. in c. plat⁹ de hõic. lib. 6. glo. & ibi Doct. in c. ꝗ emẽdat 45. di. Abb. in c. 1. ad fi. de iniur. Bal. post Cy. in l. diuus. ff. ad Syl.

Vnde secundum illam legem poterit pro iniuria quis puniri, si reperiatur ibi casus expressus, quando illata est iniuria inf. pacem, & poterit plus & minus secundum ꝙ arbitrabitur Iudex, consideratis alijs circũstantijs de iure cõmuni, quæ considerãdę sunt secundũ ꝙ dicitur insti. de iniurijs. in sup. atrox. Quoniã istę tales cõsiderationes etiam in l. noua recipiendæ sunt, cũ non reperiantur reprobatæ. l. præcipim⁹. C. de appel. Patet etiã qualiter Imperator non restrinxit se ad illam solam pœnam, sed voluit, ꝙ isti puniantur secundũ leges, & dixit leges in plurali numero, vt patet supr. in §. pximo. in fi. Eodem modo dicit gl. fore dicendum in pœna furti, vt hodie fur puniri debeat secundũ formã illius legis. in §. si quis quinq; solidos, nisi quia illa pœna tam dura est hodie abrogata p contrariam consuetudinẽ. Et hoc voluit tota ista gl. in effectu vsq; ad fi. Et quicqd dicat ista glo. tu cõcludas, ꝙ in pœna imponẽda criminaliter ppter iniuriam illatã[a] poterit Iudex imponere pœnã, quæ sibi videatur ex suo offõ. consideratis circũstantijs, de quibus dixi supr. in gl. 1. q̃ omnia consideranda sunt per Iudicẽ in minuenda, vel augenda pœna, pueniente ex actiõe iniuriarum, prout etiã sentit ista glo. & probaẽ in l. prætor. in §. fi. ff. de iniur. Et mediantibus his considerationibus, posset imponere pœnam indictã tam à lege antiqua, quàm noua. Imò etiam vsq; ad mortem, si sibi videatur, vt no. glo. insti. de iniur. in §. in summa. Nam secundũ casus emergentes, licitum leges transgredi,[b] vt dicit Inn. in c. 1. extra de consti. & Bal. hîc dummodo si imponatur vna pœna ex vna lege, nõ puniatur pœna alterius legis ex eod. delicto. l. senatus. ff. de accu. secũdũ Ia. de Bel. Possunt enim diuersæ pœnæ imponi à diuersis legibus, nec vna tollitur per alterã, vt ibi not. per l. quotiens. ff. de ac. & ob. & dicatis. vt ibi. Quãtum autem ad pœnam furti, dicas ꝙ puniri debet fur legitimè, secundum modũ & formã, quam dixi in d. §. si quis quinq; solidos hîc allegato. vbi ex cauda huius gl. in fi. quæ vult, ꝙ dictus §. sit hodie abrogatus, & alijs pluribus rationibus tenui, & euidenter probaui, dictum §. hodie esse correctum per istum tex. & dixi suprà in glo. præcedenti.

Quæro ab extra, an ratione iniuriarum quilibet etiã extraneus, admittatur ad accusandũ, dic vt per gl. & Doct. in l. fi. ff. de priua. delict. Et ibi etiam tractatur an pro qualibet iniur. & dãno qs possit accusari.

Quæro an pro iniuria facta Vasallo meo, possim agere actione iniuriarũ, dic vt in Spe. de iniurijs. §. 1. ver. quid si p Inno. extra de appel. in c. dilectus.

Quæro si iniuria remittatur in foro pœnitentiali, an amplius possit intentari, dic vt no. per glo. insti. de iniur. in §. fin. & Bar. ff. eo. in l. non solùm. in §. iniuriarum. & Io. Andr. in addi. Spe. de instru. edi. in §. nunc verò. ver. item pone. & in Specul. de treu. & pa. circa prin.

Quæro an licet præmium accipere[c] pro remissione iniuriæ, vide per Bart. in l. penu. ff. de conditione ob tur. causam.

Quæro an actio iniuriarum possit vẽdi vel cedi, dic vt no. C. de hære. vel act. vẽdi. l. fi. in gl. & Cy. & per gl. & Bart. ff. de iniur. l. iniuriarum act. per Io. An. in addi. Spe. de ces. acti. §. 1. ver. pe.

Quæro an condemnatus ex iniuria[d] efficiatur infamis, dic per Cy. in l. si nõ conuitij. ad fi. C. de iniur. & per Cano. extra de sen. excõ. in c. cum te.

Quæro an iniuriatus teneatur remittere iniuriam,[e] dic per Bar. in l. non solũ. in §. iniuriarum. ff. de iniur. & per gl. extra de maledic. in c. 1.

Quæro quid si iniuria pariat bonum fructum, an nihilominus faciens teneatur de iniuria, dic vt no. glo. ff. ad l. Aquil. l. si. seruus seruum. in §. & si puerum.

Quæro si partiales vnius ciuitatis inferant sibi iniurias, an teneatur resarcire damna, dic ꝙ sic per partẽ, q̃ iniustè egit. vt extra de iniu. in c. in natura. & p Innoc. in c. final. extra quod metus causa. & tenet Baldus hîc.

5 † Quæro quid si statutum imponit vnã pœnam, & lex cõmunis imponit aliã, quæ si attendenda, dic per Spe. in ti. de pœna te. litig. in fi. & per Doctor. in l. 1. C. de sum. tri. & fide ca.

Vltimò ad materiam iniuriarum, vide ꝙ dixi supr. de pac. te. in §. si quis alium. & in §. si quis aliquem. & in remissionibus ibi adductis. & per Cy. in d. l. si nõ cõuitij.

De materia autem furti, vide ꝙ plenè dixi in d. §. si quis quinq; solidos. & in §. famosos. supr. de pa. te. & in remissionibus quas ibi copiosè adduxi. i. in sum. Ioã. sub rubri. de bellis. in §. cui & quando.

SVMMARIA.

1 *Homicidium tempore pacis constitutæ perpetrans capite minuitur.*
2 *Pœna legalis pro membri mutilatione. quæ nunc & quæ olim fuerit.*
3 *Bona homicidæ cui applicanda.*

4 Homicida

4 *Homicida fugam petente, quid fiet de bonis illius.*
5 *Occidens vacua manu an puniatur sicut qui gladio interficit.*
6 *Occidens potestate mandante excusabitur.*
7 *Testis falsus in causa homicidij, vt homicida punietur.*
Homicidium vnum & idem plures commiserunt, an teneantur omnes.
8 *Homicidium à diuersis commissum qualiter puniendum.*

HOMICIDIVM. Imperator in hoc §. adhuc continuando materiam ꝓsequitur pœnas, in quas incurrunt violatores pacis. Quoniam non solùm puniuntur pœna pecuniaria, & ad emendationem damni, vt suprà in §. si qs verò. Verùm etiam puniuntur propter iniuriam, vel furtum commissum in dicta violatione, vt suprà in §. p̄cedenti. Quinimò etiamsi committerent homicidium, punirētur de homicidio, vel si mutilarent membrum alicui, punirentur ex tali mutilatione, vel si committerent quodcunq; aliud delictum, punirentur pœna condigna illi delicto secundum statuta legalia. hoc dicit.

1 †Not. quòd committens homicidium infra pacem constitutam capitali sententia punitur, vt hîc. suprà de pace tenenda. in §. primo. Quinimò etiam de iure Communi capite puniuntur homicidæ, vt ff. ad l. Cor. de sicca. l. 3. in §. penult. & instit. de publ. iud. in §. item lex Cor. & in l. 3. C. de Episcopali. audi. Qualiter autem ista pœna capitalis intelligatur, dixi in dicto §. 1. in primo notabili. Et ista pœna capitali nō solùm tenetur ille, qui verè commisit homicidium, sed etiam ille, qui iuit cum telo causa occidendi, sed non potuit. l. is qui cum telo. C. ad l. Cor. de sicca. Vel etiam iuit cum dicto telo, solùm causa furtum faciendi, vt ff. ad l. Cor. de sicca. l. 1. in §. 1. & in gloss. 1. hîc posita, quæ per hoc est expedita in sui princip. vsque ibi. & hoc verum est, &c.

2 †Not. quòd mutilans membrum alicui infra pacis edictum debet legaliter puniri. Pœnæ autem legalis pro mutilatione membri erat olim pœna talionis, videlicet, similitudo supplicij, hoc est, membrū pro membro, scilicet, manum pro manu, pedem pro pede, &c. vt institu. de iniu. in §. pœna. Hodie verò pro tali excessu infra pacem debebit manus amputari, cùm etiam pro solo vulnere hæc pœna statuta sit, vt suprà de pace tenenda, in §. si quis alium. verùm etiam in plus poterit puniri, si qualitas criminis hoc exigat, consideratis circumstantijs, de quibus dixi suprà in §. præcedenti, vt probatur in d. §. pœna. & ff. de pœnis. l. hodie. & de priua. delict. in l. fin. Quinimô posset quoque capitaliter puniri, si animo occidendi mutilauit membrum, vt dixi suprà in præcedenti notabili.

Et prædicta omnia procedunt, quando ex proposito & voluntate prędicta fuerunt commissa. Secùs autem si animo defendendi, vel à casu. l. 1. C. de siccarijs. Et hoc voluit tota ista glossa secunda hîc posita, quæ benê & optimè loquitur secundum Andræam de Isernia, & Iacobum de Belui. & statim patebit.

Oppo. cum glossa prima in versic. hoc verum, &c. quod imò ex homicidio perpetrato, etiam infra pacem quis non puniatur, prout est casus suprà de pace tenenda. in §. 1. Solu. hîc fecit sponte. Ibi fecit ex necessitate ad sui defensionē, quo casu, non tenetur, quia licitum est vim vi repellere. l. 2. C. de sicca. & l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Et hoc vult glo. vsque ad vers. item hoc verum, &c.

Opponitur cum dicta gloss. ad idem. de l. prima. C. de siccarijs. Solut. ibi fecit â casu. Hîc autem ex prosito, quia in maleficio consideratur voluntas. l. diuus. ff. ad legem Corne. de siccarijs.

3 †Quæro cum glossa, an bona talis homicidæ debeant applicari fisco? Et respōdet glo. quod sic indistinctè, siue habeat descendentes, vel ascendentes, siue non, siue alios collaterales, si ex isto homicidio sit cōmissum crimen læsæ maiestatis, quia in talibus bonis solùm reseruantur dotes. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. Si verò est simplex homicida: tunc non applicantur bona fisco, extantibus descendentibus, vel ascendentibus, vel collateralibus, vsq; ad tertium gradum. Aliàs sic, vt in Auten. bona damnatorum. C. de bonis damna. Et hoc voluit glo. ad versi. sin autem, quæ benè loquitur, referendo eam ad intellectum, quem ponunt Doctores in d. Auten. bona damnatorum. De quo dicatis, vt ibi per Cyn. & per Bartol. in l. 1. ff. de bonis damna. & infr. quæ sint regaliæ, & plenè per Iacobum Ardizo. in Summa de pace tenenda, sub rubricelia, ad quos successio homicidæ perueniat.

4 †Quæro subsequenter cum dicta gloss. quid si iste homicida rapuit fugam, quid tunc est fiendum de bonis suis? Et respon-

det quod sic, ex dicto homicidio secuta est violatio pacis, bona eius mobilia publicabuntur in populo. Alia verò bona immobilia dabuntur suis proximioribus cum iuramento, vt nunquam per eos detur aliqd de dictis bonis ipsi homicidæ, secundum quod probatur suprà de pace tenenda. in §. si verò pacis. In alio verò homicida non violante pacem, regulabuntur eius bona secundum formam traditam in dicta Auten. bona damnatorum, vt dentur hæredibus vsq; ad tertium gradum, secundum quod suprà dictum est, licet quidam voluerint dicere, quòd etiam isto casu confiscentur, salua legitima descendentibus, & ascendentibus vsque ad tertium gradũ. Vbi verò quis occiderit patrem, vel matrem, vel alias personas, ex quibus parricidium committitur, quæ sunt in l. 1. ff. ad legem Pompo. de parri. Tunc debet puniri secundum formam. in l. penultima. ff. ad legem Pompo. de parri. & in l. 1. C. de his, qui paren. occide. Et hoc voluit tota ista glo. vsque ad finem. & conclude, quòd in violatore pacis debes seruare dictum §. si verò pacis. & quod ibi dixi. In alio autem homicida serua dictam Autent. bona damnatorum, eo modo, quo Doct. ipsam intelligunt, vt supr. dixi.

5 † Quæro ab extra, quid si occidat aliquis alium manu vacua, an teneantur, sicut si gladio occidisset? dic quod sic, dummodo dolosè faciat, vt ff. ad l. Aquil. qua actione. in §. primo. & tenet Iacobus But. & Bald.

6 † Quæro, quid si potestas mandat mihi, vt occidam Titium. Aliàs interficiet me, an sim excusandus, cùm aliter vitã meam seruare non possim? dic quod sic, vt ff. ad l. Aquil. l. scientiam. §. qui cùm aliter. & tenet Pet. & Bald. Plures etiam casus, in quibus homicida excusatur, & non punitur. ponit Iacob. Ardizo. in Summa de pace tenenda, sub rubricella, qui excusantur à pœna.

Quæro, vnus fuit decapitatus tanquam homicida Titij, postea reperitur, quòd fuit Seius, qui commisit dictum homicidium, an sit liberatus? dic quod non, vt C. qui accu. non poss. in l. prima. & tenet Baldus.

7 † Quæro an falsus testis in causa homicidij puniatur tanquam homicida? dic q. sic, si deposuit contra innocentem dolosè. text. est singularis secundum Bald. in l. 1. post prin. ff. ad l. Cor. de siccarijs.

Quæro, si plures commiserunt vnum & idem homicidium, an tenentur omnes, vide per Bart. ff. de furtis. in l. qui seruo. in §. si duo.

Vltimò de materia homicidij, & pertinentibus ad præsentem §. vide plura, quæ dixi in dicto §. si verò pacis. & in remissionibus, quas ibi adduxi. & per Canonistas, in c. sicut dignum. extra de homicidio. & in Cle. 1. de homi. & per Hostien. & in directoria iuris. in titu. de homicidio.

SVMMARIA.

1 *Iudices & magistratus quare constituantur in ciuitatibus.*

2 *Iudices in iure dicendo negligentes puniendi.*

3 *Iudices maiores si delinquunt, maiorem quàm minores pœnam subibunt. Ampliatur.*

Iudex maximus, magnus, minor, & infimus, quis dicatur.

Iudex, qui fuit negligens, & nihil iudicare voluit, vel qui malè iudicauit, an possit puniri pœna, in hoc §. constituta. Et qualiter intelligatur.

Iudex, qui ex dolo malè pronunciauit, qualiter puniendus. Et quid sit dicendum, si per imperitiam malè iudicasset.

Ab opinione an recedere liceat.

Iudex imperitus debet consulere peritos in ferenda sententia.

4 *Sententia imprudẽter lata, est ipso iure nulla.*

5 *Iudex arbitrium habens litem suam faciet iniquè iudicando. Et quid sit dicendum in iudice delegato, & in consultore electo ad consulendum.*

6 *Pars, quæ à sententia per imperitiam iudicis lata non appellauit, contra ipsum iudicẽ agere valebit. Et quid sit dicendum, si appellasset, & post appellationem desertam vult agere contra ipsum iudicem, an possit.*

Iudex in syndicatu ad decem condemnatus an poterit illa repetere à parte, quã absoluit.

IVDICES. Postquam supr. in præcedentibus. Imperator iste iam prouidit pro pace conseruanda & tuenda, vt omnes subiecti imperio pro iure suo consequendo, debeant coram iudicibus comparere, non autem ausu temerario, & authoritate propria sibimet ius dicere. Et induxit pœnas aduersus contrafacientes, & violantes pacem prædictam. Nunc verò, vt omnis tollatur occasio dictę pacis violandæ, mandat iudicibus locorum, vt debeant esse diligentes in faciendo iustitiam quibuscunque, & in vindicando pacem violatam, quod si secùs fecerint, debeant resarcire damnum iniuriam passo, & nihilominus puniri pœna hic statura. hoc dicit. In textu ibi, defensores.

sores. Isti sunt de minoribus iudicibus, vt in l. prima. C. de defenso. ciui. & in Auté. de defenso. ciui. in principio. & in §. audient. Ibi, seu confirmati, quia fuerunt constituti per alios habentes authoritatem constituendi ab Imperatore. Verùm confirmatio spectabat ad ipsum Imperatorem. Ibi, neglexerint, scilicet, petentibus, de quibus suprà eo. l. 1. §. si quis verò aliquod. Nam si ignorarent delicta, nec sibi fuit denunciatum, non deberent puniri. l. ex maleficijs. in §. primo. ff. de act. & oblig. secundum And. de Iser. & Bald. Facit l. argentarius. in §. cùm autem. ff. de eden. & quod no. in l. cùm seruum. C. de seruis fugit. Ibi, si maior iudex est, vt quia habet merũ impiũ. l. imperiũ. ff. de iurisdi. om. iudi. Ibi, errario. i. fisco. l. mulctarum. C. de modo mulctarum. Ibi, minor. Vt quia habet modicam cohertionem, vt in dicto §. audient. in Auten. de defen. ciui. & not. in dicta l. prima. C. de defenso. ciui.

1 †Not. in ciuitatibus & locis esse constituendos iudices & magistratus ad ius reddendum, quoniam parum esset in ciuitate ius esse, nisi sint, qui iura reddere possint. l. 2. in §. post originem. ff. de origine iuris. qui iudices & magistratus ad ius reddendum constitui debent per Imperatorem, vel saltem de eius voluntate constituuntur, vel constituti confirmantur, vt patet hic. & in l. de pace Constantiæ edita. similiter per istum Imperatorem Federicum apud Constantiam ciuitatem Alemaniæ, in qua lege quanquam ex speciali priuilegio sit concessum Lombardis, & alijs ciuitatibus, de quibus in dicta pace fit mentio, vt sibi authoritate propria, eligat magistratus & iudices. tamen illi tales electi debent ab Imperatore confirmari. Et hoc sensit iste textus, dum dixit seu cõfirmati, &c. Et per hoc habes expeditam glossam primam hîc positam, quæ prædicta declarauit.

Sed tũ aduerte, quod hodie de consuetudine non seruatur istud, vt iudices vel magistratus eligantur, vel confirmentur per Imperatorem, vt hic etiam not. in glo. Vnde quæ dicta sunt, procedunt de iure, vt in Autenti. vt iudi. sine quo. suffra. circa principium. & ff. ad l. Iuli. ambi. in l. 1. & infr. quæ sint regaliæ. Non autem de consuetudine, secundum quam hodie singulæ ciuitates habent sua regimina, & merum imperium à se, sicut olim habebat præses prouinciæ, vt not. gloss. singularis. in l. fi. C. de præscript. longi. tempo. & tenet Bal.

2 †Not. quod propter negligentiam ius dicendi puniuntur administratores, & iudices ad hoc deputati, vt hîc. & C. de offic. præ. præto. in l. si quos. & de seruis fugitiuis. l. mancipia. Nam conscius videtur delicto, qui delictum non punit. l. 2. C. de commertijs & mercatorijs. Quinimò & si iudicant, sed non legitimè adhuc puniendi sunt, vt colligitur ex hoc text. quod qualiter intelligatur, statim dicam in glo. secunda.

3 †No. quòd maiores iudices delinquentes, maiori pœna puniuntur, quàm minores. Et est ratio, quia cùm maiores dignitates recipiunt, maiori pœna digni sunt, si in officio delinquunt, vt dixit textus. in l. presbyteri. in fine. C. de Episcop. & Cleri. Quis autem dicatur iudex maximus, magnus, minor & infimus, tam de iure ciuili, quàm Canonico, vide in Spec. de iurisdictio. om. iudi. in princip. vsque ad versicu. notandum.

Quæro cum gloss. secunda, an iste text. intelligi debeat tam de iudice, qui omninò fuit negligens, & nihil iudicare voluit, quàm de iudice, qui iudicauit, sed malè? Et respondet glossa quod sic. Sed tamen est diligenter aduertendum secundum ipsam glossam, quod quando malè iudicat, debet considerari, an per dolum vel fraudem iudicauit, vt quia fortè corruptus pecunia, vel per gratiam, vel inimicitiam iudicauit, an per imprudentiam seu ignorantiam. Nam in primo casu, tanquam verè delinquens, erit infamis, & tenetur reficere omnia damna, & expensas litis, ac interesse parti læsæ. & ad totam æstimationem litis, quam malè iudicando fecit suã, vt probatur in l. secunda. C. de pœna iudi. qui malè iudi.

Et prædicta procedunt, siue dictus iudex sit paterfamilias, siue filiusfamilias, vt ff. de iudi. l. filiusfam. in fi. cum ibi notatis. Secundo casu, quando per imprudentiam seu ignorantiam: & tunc quia non verè deliquit, quia non ex animo & dolo, sed quasi deliquit ignorando, in quo versabatur, tunc fecit litem suam, & debebit condemnari & puniri, inquantum fuerit visum iudicanti, vt insti. de oblig. ex quasi delicto. in princ.

Quod procedit, quando ipse iudex erat paterfamilias. Secùs autem si esset filiusfamilias, quia tunc condemnatur solùm inquantum est in peculio, vt in dicta l. filiusfa-

liusfamilias.in principio. ff. de iudic. Et ita debet intelligi ista gloss. licet non ita clarè loquatur, vt not. per gloss. in l. fin. ff. de varijs & extraordinar. cogn. & in dicta l. filius. Et concludo vltra gloss. secundum Bart. in dicta l. secunda, quod quando iudex iudicat malè ex dolo: & tunc tenetur in totum, & poterit etiam grauius puniri, etiam corporaliter, vt hîc, secundum Baldum, & Iacobum de Belui. Nam pluribus pœnis astrictus est, vt not. in l. secunda. C. de pœna iudi. Sed quando iudicat per imperitiam, tenetur inquantum religioni iudicantis, videbitur, vt suprà dictum est. Verùm ista imperitia potest esse duobus modis: Vno modo, si iudicat expressè cõtra casum legis, & tunc subdistingue, quia aut errauit in l. difficili & obscura, & punietur in minus. Aut in l. facili & clara, & punietur in plus, vt no. insti. de obliga. ex quasi deli. in princip. Aut errauit in vno passu, in quo sunt opiniones, quia elegit malam opinionem, & tunc si inter opiniones erat vna, quæ Communiter approbatur: & tunc si elegit aliam opinionem non bonam, punietur eodem modo, quo dictum est suprà, cùm minimè sint mutanda, &c. ff. de legibus. l. minimè. Quia non est recedendum à Communi opinione. l. athletas. in principio. ff. de his qui not. infa. Si verò inter opiniones quandoq; seruatur vna, quandoque alia, tunc excusaretur iudex, quia errauit errore probabili. argumen. not. in l. secunda. ff. de iuris. & fac. igno. & in l. cum prolatis. de re iudi. & quod dixit Innocen. in capitulo ne innitaris. extra de consti. & de acc. cupientes. in §. denique. libro 6. & per Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. Vtrum autem liceat recedere ab opinione? glo. vide per Bald. in l. cùm hæreditas. C. deposi. & in l. secunda. C. de sen. quę sine cer. quanti. vbi ponit cõsilium, vt in arduis negotijs semper teneatur opinio gloss. Sed quid de iudicibus seu magistratibus, qui ignorant iura? dic quod debent formare suas sententias iuxta consilium peritorum, vt dicit Innoc. in c. si pro debilitate. extra de offic. dele. facit quod habetur in l. 1. ff. de assessoribus. & quod dixi de cap. Cor. in §. præterea.

4 †Quæro ab extra, quid si sententia lata per imprudentiam, sit ipso iure nulla, an tunc iudex faciat litem suam in eo, in quo damnificauit partem? & dicit Bald. quod sic, ex eo, quod grauauit de facto prætextu officij. ff. de euict. l. si per imprudentiam, & de periculo, & cõ. rei vendi. in l. lectis, vnde enormiter factum, non debet transire impunitum, vt no. ff. de verbo. sign. l. à qua pœna.

5 †Quæro si iudex habet arbitrium, an faciat litem suam, si malè iudicabit? & dicit Baldus quod sic, si non seruat consuetudinem, vt not. ff. de his, qui not. infa. l. quid ergò. in §. pœna grauior. Facit quod not. per Doctores. in capitulo primo. de consti. & in l. si non sortem. in §. hæred. ff. de condi. indebi. Et de hoc dicatis, vt solet tradi in l. si quis conscribendo. C. de pact. Et ibi etiam tractatur, quid de arbitro, & de iudice delegato. & in l. fina. de varijs & extraordinarijs cogn. Quid autem in cõsultore electo ad consulendum? dic vt not. in Specul. de requisi. consi. §. primo, versiculo sed & consiliarij. & quod no. in l. secunda. in §. primo. ff. quod quisque iuris.

6 †Quæro, an pares, quæ non appellauit à sententia lata per imperitiam iudicis, posit nihilominus agere contra ipsum iudicem? & dicit Innocen. quod sic. in capitulo sacrosanct. extra de senten. excom. quem sequitur Baldus hîc, cùm nulla lex dicat contrarium. §. ex maleficijs. in l. si iudex. ff. de ac. & obli. & in isto text. Nunquam enim quoad iudicem videtur consentire, quòd sententia sit iusta, quáquam non appellet. argumen. C. de arbi. tutelæ. l. cùm inter. & ff. de neg. gest. l. Pompo. scribit.

Quid autem si appellasset, & pendente appellatione, vel post appellationem desertam, vult agere contra ipsum iudicem, an possit? & dicit Bald. quod sic, licet iudex ipse, vel pars poterit causam defendere, ita, quòd effectus debet pendere ex futuro euẽtu, vt l. per hanc. C. de tempo. ap. §. manda. in l. idemque. §. generaliter. & ff. de appella. l. si perlusorio. & l. à sententia. Secùs autem dicit ipse, si pars appellans expressè renunciaret appellationi, quia tunc benè videretur confiteri, se nullam causam habere. C. de fide instrumen. l. 3. & sic etiam iudex liberaretur per hanc expressam renunciationem, quod secùs esset in tacita, vt supra dictum est. Facit quod not. in l. Papi. in §. meminisse. ff. de inoffi. testa. & ita fuit disputatum per Bar. vt ait Bald.

Quæro iuxta proximè dicta, quid si à prima sententia fuit appellatum, vt in hac causa appellationis fuit sententia approbata, & pars prædicta non vult appellare

secun-

ſecundo, ſed vult conqueri de iudice, an poſſit? Et vtrum de primo iudice vel ſecundo? & dicit Bald. quod de ſecundo, quoniam ille facit litem ſuam ex eo, quod prima videtur nouata per ſecundam, & transfuſa in ipſam ſecundam. Facit l. 1. in fin. ff. ad turpil.

Quæro, quid ſi iudex, qui debuit condemnare in decem Titium, abſoluit ipſum, poſtea in ſyndicatu fuit iudex condemnatus ad dicta decem exburſanda damnum paſſo, an poterit illa repetere à parte, quam abſoluit? dicit Bal. quod non. per l. mancipia. C. de ſeruis fugitiuis, quia iam fecit litem ſuam, per ea, quæ dicta ſunt. Secùs in alio exactore ſimplici, per l. miſſi. C. de exact. tribu. lib. 10.

Vltimò ad materiam præſentem vide, quod no. ff. de eden. in l. argentarius. in §. fin. & in l. venales. in gloſſ. fina. C. quando prouo. non eſt ne. & per Bald. ſuper rubrica. C. de pœna iudi. qui malè iu. & quod dixi in §. ſi iudex. ſupr. de pace tenenda. & quod dico in §. ſe. & quod plenè habetur in dicta l. ſecunda, cum Auten. ibi poſita. C. de pœna iudi. qui malè iu. & quod nota. C. de Epiſcopis & cleri. Auten. & Bald. in l. obſeruare. in §. proficiſci. ff. de offic. procon. & lega. quæſt. 17. & per Canoniſtas. extra de foro competen. cùm ſit. & de re iudicata. capitulo primo, lib. 6. 23. quæſtione 5. adminiſtratores. & per Iacobum Ardi. in Summa. in titul. de pace tenenda, ſub rubr. ad quos ſpectat pacem tueri.

De materia autem iudicis negligentis in puniendo delicta, habetur in l. prima. C. de monopol. §. deſerto. l. penult. lib. 12. & l. fin. C. de his, qui latro. &c. & per Canoniſtas. de reſcrip. ſciſcitatus.

SVMMARIA.

1 *Pœnam pecuniariam ſoluere nequiens in proprium corpus luet. Et quid ſit dicendum, ſi partem ſoluerit, reſiduum verò ſoluere non poſſit.*

2 *Inopia non liberat à pœna.*

Pœna an poſſit minui propter inopiam. Remiſſiuè.

3 *Duces, Comites, & Marchiones pacem frangentes, qualiter puniendi.*

QVI VERO. Iſte §. ſecundũ verum intellectum refertur, non tãtùm ad cauſam proximè præcedentẽ, vbi locutus eſt de iudice non vindicante pacem violatam, ſed refertur etiam ad caſum. in §. ſi quis verò temerario. ſuprà eo. in quo locutus fuit de violatoribus pacis. Et in ſumma hoc vult.

Violatores pacis ac iudices negligentes in faciendo iuſtitiam, & vindicando pacem violatam, ſi non poſſunt ſoluere pœnam pecuniariam eis iniunctam, propter prædictos exceſſus debent verberibus coherceri in corpus, & inſuper à loco domicilij proprij, per quinquaginta miliaria, per quinquennium relegari. h. d.

1 †Not. regulam, quòd qui non poteſt ſoluere pœnam pecuniariam ex delicto impoſitam, debet luere in corpus, etiamſi ſit iudex, vel in dignitate poſitus, vt hîc. & in l. 1. in fin. ff. de pœnis. & in l. quicunque. C. de ſeruis fugitiuis. Et hîc præſtat argu. ſecundum Bald. quòd iudex, qui in ſyndicatu non poteſt ſoluere cõdemnationem, debeat puniri pœna corporali per iſtum textum. Sed tamen de conſuetudine eſt ſecundum ipſum, quod ponatur in carcere, donec ſoluat. Et ego vidi in perſonis duorum executorũ ita practicari, & Florentiæ & Senis, dum ibidẽ eſſem in officio.

[a] De materia autem [a] ſyndicatorum vide plenè per Bald. in l. obſeruandum. in §. proficiſci. ff. de offic. proconſul. & in l. quicunque. C. de ſeruis fugitiuis. & Ioan. Andr. in addi. Specu. de ſyndico. in princ. & in Specul. de his, qui alie. non interue. verſ. ſyndicus.

[a] De materia autem ſyndicatorũ. Adde Bal. in tract. de ſyndicatu.

2 †Not. hîc caſum, in quo quis non liberatur à pœna propter inopiam, imò maiori pœna afficitur, cùm ictus fuſtium cenſeatur eſſe maior pœna, quàm quælibet pecuniaria quantumcunque magna. l. in ſeruorum. in fi. ff. de pœnis. Et hoc operatur enormitas delicti in caſu noſtro. argu. in l. presbyteri. C. de Epiſc. & cle. Aliàs autem propter paupertatem poſſet minorari pœna pecuniaria. l. eos. in fin. C. de modo mulctarum. & in gl. fi. hîc poſita, quæ per hoc eſt expedita. Et de hac materia an ex [b] inopia minoretur pœna? dicatis, vt ibi, & in l. illicitas. §. fi. ff. de offi. præſi. & C. de pœnis. l. pœnam. Facit quod dixi de alienatione feudi paterni, in capitulo finali.

[b] An ex inopia. Adde in quo differt inops à paupere, vide per Arch. in c. quo iure. 8. diſt. & per Pau. de Caſt. in l. id quod pauperibus. C. de Epiſco. & cle.

3 † Quæro cum gloſſa prima, an Duces, Comites, Marchiones, Capitanei, & cæteri, de quibus dixi ſupr. hac eadem. l. 1. §. 2. ſi violauerit pacẽ, & non poſſint ſoluere pœnam ibidem ſtatutam aduerſus eos, an debeant puniri in corpus, & relegari ſecũdum formam hîc traditam? Et reſpondet gloſſa iſta quod ſic, dicens, quòd iſte §. non ſolùm reuertitur ad iudices, de quibus

bus proximè suprà dixit, sed etiam ad omnes violatores pacis. Et suadet etiam ratio, quia magis delinquunt violatores pacis, quàm iudices negligẽtes in vindicando, quod patet etiam maior pœna, reperitur statuta pro violatione, cùm miles turbator pacis, veniat decapitandus. l. fi. ff. de re mili. Concludit ergò glos. ista quod iste §. includat, non solùm iudices, sed etiam omnes violatores pacis, nisi quando dicti violatores commisissent homicidium, vel aliquod delictum, ex quo venirent decapitandi, quia tunc frustrà tractaremus de ista pœna relegationis. Et hoc voluit tota ista glossa vsque ad finem, & benè. Quæro ab extra, quid si tales cõdemnati ad pœnã pecuniariam, soluerunt partem pœnę, sed non possunt soluere residuum, an nihilominus debeant puniri secundum formam hìc traditam? Et puto quod sic, cùm Imperator simpliciter loquatur de integra solutione dictarum pœnarum, pro quo adduco. l. 3. C. de vsuris rei iudi. & quod dixi per Bald. qui format ibi quæstionem, si non soluatur quartum plus condemnationis elapso certo tempore, &c. de quo dicatis, vt ibi per eum. & in l. rogasti. in §. si tibi. ff. si cer. pet.

Vltimò de materia præsenti habetur. ff. de iurisd. om. iudicum. in l. si quis id quod. & ff. pro socio. in l. sed & socius. §. si habenti. & per Cyn. in l. quicunque. C. de seruis fugitiuis. & Bart. in dicta l. 1. in fi. ff. de pœnis. & quod dixi in §. præcedenti. & per Canonistas. in c. finem litibus. extra de dolo & contumia. & de cleri. maledic. in capitulo finali.

a Cõuẽticulas propriè. Adde capi. militis. 17. dist. c. 2. 79. dist. cũ ex iniũcto. de hære. Archi. in c. de verb. sign. lib. 6. & cõuenticulæ sunt prohibitæ sub graui pœna, vt in c. cõspirationũ. & c. coniurationum. 11. q. 1. l. conuenticulam. C. de Epis. Car. Za. in c. cùm ab Eccle. in. 8. q. de off. ord. & facere cõuenticulam, viuẽte Papa, est crimen hæresis, secundum Bal. in l. quoniã. C. de test. tu. quod dictum Bal. alle. & sequtur Iason in l. de quæstione. C. de pac. minor de tantis patribus, quod non alle. text. in c. si quis. el. 2. & c. nullus. 79. distin.

SVMMARIA.

1 *Cõuenticulæ, quæ ad malum tendunt, reprobantur.*
Conuenticula quid sit.
Conuenire in vnum propter aliquod licitum, non est prohibitum.
Conuenticulæ mercatorum an sint licitæ.
2 *Coniurationes super malis actibus reprobatæ.*

CONVENTICVLAS. Imperator iste Federicus intendens omni studio obuiare, & tollere omnem occasionem, ne pax suprascripta violetur, prohibet in isto §. fieri conuenticulas & coniurationes. Et in summa hoc vult.

Conuenticulares congregationes ad pacem violandam, quocunque modo, & in quocunque loco reprobantur, & cassantur, tàm in præteritum, quàm in futurum, & cõtrafaciens, punitur pœna vnius libræ aurei. hoc dicit. In textu ibi, conuenticulas, propriè[a] cõuenticula est, quando plures in vnum cõueniunt ad malum animo deliberato, collecta multitudine, vt probatur in l. denunciamus. C. de his, qui ad Eccle. confug. Ibi, coniurationes, id est, confœderationes, iuratę ad malũ, sicut in Salustio de coniuratione Catilinæ. Ibi, occasione parentelæ, id est, sumpta hac occasione, quod velint ordinare parentelam tendunt ad ordinandum ea, per quæ pax perturbatur. Ibi, cassamus: Intelligas, vt dixi de conuenticulis illicitis, & factis pro pace violanda. Secùs autem si essent licitæ societates, & approbatæ, quia tunc illæ nõ tolluntur, neque prohibentur. Imò conseruantur per istum & Imperatorem, vt probatur in l. de pace Constan. in princ. & in §. item societatem. & ita not. ibi per gloss. Ibi, puniendis, hoc est dicere, quòd singuli debent puniri pro delicto coniurationis secundum Bald.

1 †Not. quod conuenticulæ ad malum tendentes, reprobatæ sunt de iure, vt hic, & in l. conuenticulam. C. de Episc. & cle. & in glo. 1. hìc posita, quæ ad hoc allegauit concordantes. Secùs autem si propter aliquod licitum aliqui conuenirent in vnum, quia tunc hoc non esset punibile, imò permissum.

Finge enim, quòd ego fui deiectus possessione mea. Nam possum incontinenti congregare amicos, & recuperare dictam possessionem meam, vt no. glo. in l. 3. in §. eum. & in l. cùm fundum. ff. de vi & vi. ar. Multò magis possem congregare personas ad me defendendum, vt non deijciar. l. 1. C. quando liceat sine iudi. vindi. Et quia melius est in tempus occurrere. &c. l. fin. C. in quib. cau. in integ. resti. non est nec. Postquàm ergò lex permittit prædicta, non debeo pati pœnam, vt l. 1. C. de his, qui veniam æta. impe. & ita intellexit Andræas de Iser. & benè, quod confirmo per authoritatem Odofr. in dicta glossa sua, de pace Constantiæ. in §. item societatem, vbi videas.

2 †Not. quòd coniurationes super malis actibus, & inter ciuitatem & populos prohibitæ sunt, vt hìc, & in l. aut facta. in prin. ff. de pœnis. Facit l. 1. C. de Monopo. vbi vniuersitas mercatorum, non potest imponere metam mercibus tuis, vel rebus venden-

vendendis. In istis tamen coniurationibus & confœderationibus ciuitatum videmus de consuetudine seruari contrarium, secundum glossam, & maximè in Lombardia. Quoniam ciuitates inter se faciunt ligas & cōfœderationes iuratas. Et hoc voluit tota glossa secunda hîc posita, quæ per hoc remanet expedita. Sed tu dic, quòd ista talis consuetudo confœderationum inter ciuitatem, est hodie etiam iuridica in ciuitatibus expressatis in pace Constantiæ, per ea, quæ dicta sunt suprà, de quo dixi suprà de pace tenenda. in principio.

Quinimò intelligas istum text. quòd istæ coniurationes ideò sunt reprobatæ, quia tendunt ad malum, videlicet, ad turbationem pacis, de qua tractat iste titulus, quia iste §. adaptatur ad materiam, de qua loquutus est imperator in præcedentibus. vt C. de imponenda lucrati. descri. l. 1. & l. regula. §. fi. ff. de iuris & fac. igno. Secùs autem si tenderet ad bonum, quia tunc essent licitæ, vt not. glo. 11. quæst. 1. si quis clericorum. Vnde si aliquis rationabiliter timeret oppresionem inimici sui, poterit coadiuuare amicos & consanguineos suos, qui iurent secum, vel sint simul cum eo, ad propulsandum iniuriam sibi imminentem. Hoc enim potest facere, per ea, quæ dicta sunt, & quod dixi in §. 1. suprà de pace tenenda. Facit capitulo 1. extra de postu. Coniurationes enim super re licita, licitæ sunt. 16. quæstione 7. sanè. & ita tenet dominus Andræas de Isernia. Quantum verò ad monopolia & conuenticulas mercatorum, de quibus tangit glossa. dic quod non tenent, nisi fiant authoritate publica, vel confirmentur, vt not. Barto. in l. sodales. ff. de collegijs illicitis, & de extraordina. crimi. in l. sub prætextu. vbi etiam determinat, quòd superior potest mandare collegijs, vt portent sibi statuta suorum collegiorum, vt si qua sunt, quæ sapiunt monopolium, procedunt secundum formam dictæ l. primæ. C. de monopol. Et subiungit Barto. quod etiam propter mala statuta, posset licitum collegium cassari, per prædicta, & de hoc etiam tangitur per Bald. in d. l. 1. C. de monopol.

Vltimò ad materiam conuenticularum, dic plenè per glossam in dicto §. item societatem de pace Constantiæ, vbi copiosè omnes remisiones adducuntur, in quibus de iure ciuili tractatur, & per Iacobum Ardizo. in titulo de pace tenenda sub rubricella, quid per pacem vel discordias contingat sub rubrica seq.

De materia verò coniurationum, vide in dicta l. aut facta. in principio. ff. de pœnis. & in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. & C. de seditiosis, per totum. De iure autem Canonico circa prædicta vide in capitulo coniurationum. & quod not. per gloss. in dicto capitulo si qui clericorum. 10. quæstione prima. & quod habetur per Innoc. in capitulo cum I. & A. extra de sen. & re iudi.

De collegijs verò & constitutionibus licitis, habetur in l. prima. C. de sacrosan. Eccle. & dicatis, vt ibi.

SVMMARIA.

1 *Episcopi pro pace tuenda vigilare debent.*

§ EPISCOPOS. Postquam Imperator iste Federicus cúpidus ad pacem obseruandam persequutus est hucusque in hac sua lege violatores pacis gladio, & pœnis temporalibus. Nunc in isto §. eos persequitur gladio spirituali, monens Episcopos locorum, & potestatem eis tribuens excommunicandi omnes violatores pacis, & ineuntes circa prædicta conuenticulas atque coniurationes, donec satisfaciant. hoc dicit. In textu ibi, Ecclesiastica censura. Est nomen generale, & continet sub se pœnam interdicti suspensionis & excommunicationis, sed sic capitur pro pœna excōmunicationis, vt in capit. quærenti. extra de verborum significatione. Ibi, satisfactionem, potest intelligi, vt referatur ad pœnas, in quas incurrunt violatores, de quibus in præcedentibus dixit. Vel potest referri ad proximè dicta de coniuratoribus, videlicet, quòd sint excommunicati, donec perseuerauerint in tali coniuratione, vel conuenticula. Et ita videtur referre Bald. Vel potest referri ad ipsos violatores, videlicet, donec perseuerauerint in ipsa violatione sint excommunicati. Ibi, volumus. Non inferas ex hoc, quod Imperator velit ligare Episcopos sua lege, sed ideò dixit [a] volumus, quoniam ad hoc tenentur Episcopi, etiam secundum suas sacras constitutiones, vt pax conseruetur. Facit pro hoc id, quod dixit glossa in Autentic. quomodo oportet Episcopos. in paragrapho primo, & quod dixi

a Ideò dixit volumus. Adde quòd hoc verbũ, volum⁹, est promulgatorium iuris noui, secundum glo. singul. in Cle. 1. de offi. vicar. quam alle. per singu. Abb. in c. decernimus. de iudi. sed ego vltra Abb. allego aliam gl. in c. fin. de ver. si l. 2. in c. ad nostrã. de proba. 3. in Cle. 1. de censibus.

dixi suprà de pace tenenda. in §. si clericus.

1 †Not. ex hoc textu, quod etiam de iure ciuili spectat ad officium Episcoporum facere, tueri & conseruari pacem, ac punire violatores pacis. De iure verò Canonico expeditisśimum est, vt in capitu. 1. extra de treu. & pace. & in c. nouit. extra de iudi.

Vltimò ad materiam excommunicationis, vide plura, quæ dixi supr. in titulo hîc finitur lex. in prin. & maximè in q. fin.

SVMMARIA.

1 *Receptatores pari pœna puniūtur cum delinquentibus.*

2 *Ementes prædam à violatoribus pacis puniendi sunt.*

Violatores pacis nō capiens, si potuit, sed dimisit eum ire, an puniatur pœna hîc statuta. Et quid sit dicendum, si eis fauit ad fugam.

Indicare malefactorem, an quis indicare tenetur.

§ RECEPTATORIBVS. Postquam Imperator ꝓuidit cōtra violatores pacis: nunc in isto §. prouidere intendit circa ipsorum receptatores. Et in summa hoc vult.

Receptantes violatores pacis, & ementes prædam ex dicta violatione captā puniri debent eadem pœna, qua ipsi violatores. hoc dicit. In textu ibi, indignationem. quid importent ista verba, dixi supr. quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. sed & qui delator. in 1. q.

a *Receptatores puniēdos. Ad l. 2. de recepta. l. non tantū. de incen. rui. nau. l. fi. C. de fur. Archi. in c. 2. de hæ. lib. 6.*

a 1 †Not. receptatores puniendos[a] eadem pœna, quo delinquentes. Et est ratio, quia sine receptatoribus non possunt malefactores diu latere. l. congruit. ff. de officio præsid. & l. prima. ff. de receptatoribus. & in glossa prima hîc posita. in princi. Item, quia eos receptando, videntur quasi consentire delicto ipsorum, & per consequens tanquam consentientes, pari pœna sunt puniendi. l. si quenquam. in fine. C. de Episcop. & cleri. & l. iubemus. in §. œconomos. C. de sacrosanctis Eccle. & in glos. 2. hîc posita. in prin.

2 †Not. quòd ementes prædam captam à violatoribus pacis, puniuntur eadem pœna cum violatoribus. Et est ratio, quia incidunt in suspicionem eiusdem criminis. l. 2. in fin. C. de furtis.

Et intellige prædicta, quando emens sciebat rem esse captam ex dicta præda, quo casu, etiamsi ambulasset per plures manus, idem iuris esset. l. sed vbi. ff. de minori. Secùs autem si ipse emens probabiliter ignorabat, quia tunc non teneretur per dictam legem secundam. & tenet Hostien. in Summa in titulo de resti. in §. qd de præda. & in directoria iuris. in eodem titul. in §. quid de ementibus. Facit quod not. gloss. in dicta l. prima. ff. de recepta. Quid autem de ementibus, de rapinis, vel prædis acquisitis in alijs guerris, extra terminos huius §. an licitè emere valeant, & teneantur ad restitutionem, distinguitur, an guerra sit iusta, vel iniusta, &c. vt plenè traditur per dictum Hostien. in dicto titulo. in §. quid de rapinis. & in directoria. in dicto loco. in §. quid de Principibus.

Quæro cum glossa prima, in versiculo idem fortè, quid si aliquis potuit capere violatorem pacis, sed non cepit, neque receptauit. Vtrum tamen pecunia accepta ab eo, vel parte prædæ, ipsum dimisit ire, an teneatur eadē pœna hîc statuta aduersus receptantes? Et respondet gloss. quod sic, quia videretur esse in pari causa turpitudinis. l. prima. in fina. ff. de recepta. Quinimò secundum ius Lombardorum, si apprehendisset, & dimisisset, teneretur etiam ad emendationem totius damni, vt in l. si quis furem. in Lombarda de furtis. Et hoc voluit tota ista glossa, quæ benè loquitur. Quid autem si simpliciter fauit eis ad fugam? dic quod tenebitur tanquam fautor, vt not. Gandinus in titulo de homicidio. in antepenult. quæst.

Oppon. cum glossa secunda, in versiculo, hoc est verum, &c. contra istum textum, quòd imò receptatores non teneantur eadem pœna, vt est casus in l. fina. ff. de recepta. Solut. ratio sanguinis illud ibi operatur, quando quis receptauit affinem, vel cognatum, quo casu, mitius debet puniri de iure Romano, vt ibi. Hîc verò loquimur de receptante penitus extraneum.

De iure autem Lombardo inter Franchos nulla fit differētia, an receptent affinem etiam patrem, & fratrem, vel receptent penitus extraneum, quia semper talis Franchus scienter receptās latronem, reputatur quasi latro, & iudicatur infidelis ad patriam, sicut ille erat, nisi iurauerit cum viginti testibus sacramentalibus, qui similiter Franchi sint, q̧ nesciebat eum latronem. & ita statutū fuit per l. Papiniani Imperatoris ꝓmulgatam per eum post missam

missam sancti Iac. coram multitudine copiosa, prout habetur in Lombarda. in titu. de furtis. in l. quicunque post missam. & hoc voluit tota ista gloss. vsque ad finem, quæ benè loquitur.

Sed quia fortè posses dubitare, inquantum debeat trahi pœna aduersus receptãtes consanguineos & affines? dic quod hoc erit arbitrarium, prout bono iudici videbitur. argumen. ff. de pœnis. l. hodie. de effractoribus. l. 2. §. 1. & de rapt. virgi. l. 1. §. prius. secundum Andr. de Iser. Si verò dicti affines iam essent banniti: tunc dic per Bar. in d. l. fi. ff. de recepta. Vtrum autem quis teneatur indicare malefactorem? vide quod dixi suprà quæ fuit prima causa benef. amitt. in §. præterea. Sed an possit vel teneatur capere? dic, vt dixi supr. hac l. 1. §. 1.

Vltimò ad materiam præsentem vide in l. 1. & 2. C. de his, qui latro. & in d. l. congruit. & infr. de statu. contra liber. Eccles. in §. credentes. & per Bart. ff. de incendio rui. nauf. in l. quo naufragium. & per Bal. in l. fin. C. de oper. libe. & per Iacob. Ardi. in titulo de pace tenenda. sub rubricella, qualiter puniatur viola. pacis. & per Canonistas. in c. inter alia. extra de immunita Eccle.

SVMMARIA.

1 *Beneficium legis non implorabit, qui legem commisit.*
2 *Domus delinquentis nonnunquam ob delictũ destruitur.*

PRAETEREA. Continuatur iste §. ad ea, quæ dixi suprà in principio huius tituli, videlicet, quòd omnes tenẽtur iurare pacem à 18. anno vsque ad 70. Nunc verò in isto §. declarat, quid si aliquis ex prædictis non vult iurare dictam pacem, & tenere. Et determinat, quod bona sua debent confiscari, & domus sua debet destrui. hoc dicit. quia aliter non summo.

1 †Not. quòd quis non potest implorare beneficium legis, neque eo frui, qui in legem committit, vt hîc. & in l. auxilium. in fi. ff. de mi. & in glo. fin. hîc posita.

2 †Not. casum specialem. in quo propter delictum venit domus delinquentis destruenda. Et hoc operatur enormitas delicti contra violatores pacis, quibus Imperator iste intantum stomachatur, vt videatur recedere à regulis iuris Communis, quæ volunt, quòd propter delicta ciuitates non deformentur ruinis. l. 2. §. si quis neminem. & in l. fi. ff. ne quid in loco publ. & in glo. 1. hîc posita. Ex quibus colligebat Ray. Ar. quod per statutum, vel consuetudinem possit induci, vt domus possit destrui, de quo per Dyn. in l. cætera. in §. si duobus. ff. de leg. 1. quod secùs esset de iure Communi, vt in l. 2. & in l. nemini. C. de edic. priua. Reperitur tamen alter casus, in quo etiam de iure Communi domus destruitur, propter nimiam contumaciam citati, & nolentis cõparere, vt in l. is cum quo. ff. communi diui. Sed tamen ille casus hodie correctus est secundum eundem Ray. per §. oportet autẽ in Auten. de manda. prin. colu. 3. vbi dicit text. quòd iudex debet punire personam, & non contigere res, quia personæ sunt, quæ delinquunt, & non res. Remanebit ergò casus specialis in §. isto, vbi domus destruatur, vt hîc. In cæteris autẽ omnibus casibus secùs. Quinimò dixit Bar. in d. §. si duobus, quod etiam ob debitum publicum non debet domus destrui. Et vide ad prædicta, quòd dixi post glo. suprà hîc finitur lex. in prin. q. 1. Quid si duo habent domum cõmunem, & vnus habet partem superiorẽ domus, alter verò habet partem inferiorem, & iste habens partem inferiorem delinquat, ex quo domus debeat dirui vigore statuti, an debeat dirui tota etiam in præiudicium superioris? dic per Bar. in l. at eius. ff. de aqua plu. arcen. & per Dyn. in l. si finita. in §. ex hoc edicto. ff. de damno infecto.

Vltimò ad materiam pacis firmandæ vide in Auten. de manda. prin. in §. deinde conueniens. & in tracta. de pace Constantiæ circa finem. & quod dixi suprà hac eadem l. in prin.

Circa verò materiam diruptionis domorum, vide in l. senatus. ff. de contrahen. empt. & in l. senatus. ff. de lega. 1. & in locis supr. allegatis.

SVMMARIA.

1 *Exactiones illicitæ prohibentur.*
2 *Exactiones illicitas, vel tributa extorquentes, duplum restituent.*

ILLICITAS. Ad hoc vt remoueat omnis occasio violandi prædictam pacem, prohibet Imperator fieri illicitas extorsiones à subditis, & præsertim à clericis imponendo pœnam aduersus contrafacientes, vt restituant duplum. h. d.

†Not.

a
Ecclesiæ regulariter sũt immunes. Adde c. quãquã. de cẽsi. lib. 6. & in Cle præsenti. e. ti. Ioan. de Ana in c. 1. ex specia li. in 2. col. de iu. Bar. in l. 1. in fi. C. de mu. Bal. in l. placet. in 2. colu. C. de sacrosan. Eccle.
b
Exactiões cẽseãtur licitæ, vel non. Adde Bal. in l. 2. in fi. C. de iure annul. aureo. & p Pet. de Anch. in repe. regulæ. possessor de re gu. iur. lib. 6.

1 †Not. illicitas exactiones esse prohibitas, nedum exigi à laicis, vt hîc, & in l. illicitas. ff. de off. præsi. & in glo. 1. hîc posita. Verùm etiam multò minus à clericis, vt hîc in secunda parte. & inf. de stat. contra liber. Eccle. in §. item nulla communitas, quoniam Ecclesiæ regulariter sunt a [a]immunes ab exactionibus tributorum, & angariarum, lege placet. & l. ad instructionem. C. de sacrosanctis Ecclesijs vbi declaratur, à quibus grauaminibus sint immunes, & à quibus non. Et hoc voluit etiam glossa secunda hîc posita. De qua materia dic plenè, vt ibi per Docto. & in Autentica item nulla. C. de Episco. & cleri. & per Cano. in c. perue. & in c. non minus. extra de immu. Eccl. & per Innocen. in capitulo quãquam. de censibus & procu. lib. 6. & in capitulo de immu. Eccle. libro 6. & quod habetur 16. quæstione prima. §. nouarum. & in Speculo de clericis coniugatis, vbi plura dicit. & in titulo de immunitate Eccle. in versiculo primo. & plenè de materia in directoria iuris. in titulo de pedagijs & guidagijs. & per Ioan. Andr. in Summa sua sub rubricella, de pedagijs & toloneis, & seq. & in capitulo si quis romipetas 24. quæst. tertia. & ibi per Archid.

2 †Nota quòd extorquentes illicitas exactiones vel tributa tenentur ad restitutionem dupli, vt hîc. & C. de superactio. l. 1. libro decimo. Quinimò si talis extorsio illicita fiat aduersus Ecclesias, non solùm prædicta pœna punietur extorquens, sed etiam excommunicabitur. Et insuper perpetua deportatione fructur, vt probatur in d. l. placet. in fin. Et hoc voluit glo. fina. hîc posita, licet malè seruetur secundum Andræam de Isern. de quo plenè per Ray. in Summa sua, sub rubrica de quæstis taleis. & similibus.

Quæro secundum Bald. si dominus vnius territorij promisit mercatoribus derobatis, in suo territorio soluere omnem quantitatem, quam probabunt eis derobatam sub pœna dupli. Modò iudex detulit ei sacramentum, qui iurauerunt damnum suum esse de centum, sed tamen probatum est solùm de certis rebus, & nõ constat aliter de vera extimatione, nisi per iuramentum, quare modò si dominus non soluat, an teneatur ad dictum duplum de centum, tanquam ex probatione facta? Et in hac quæstione multa dicit Bald. pro & contra. Tandem concludit pro parte negatiua, quod non, quia dicta sententia non debet esse maioris efficaciæ, quàm probationes. ff. de iureiurando. in l. sed & si possessori. §. fina. cum l. sequen. Item, quia de pœna nihil fuit cognitum nec iudicatum. ff. de condi. indebi. l. fin.

Vltimò de materia præsenti, quando b exactiones censeantur [b] licitè, vel non. vide plura per Bald. in l. penultima. C. de naufra. & in l. stipendia. C. de execu. rei iu. & quod dixi infrà quæ sint regaliæ. & per Canonistas. in capitulo super quibusdam. extra de verb. sign.

De muneribus autem, ad quæ tenetur Ecclesia, vide quod not. per glossam relatam ad textum. in l. sunt munera. ff. de vaca. mune. & quod not. C. de decur. l. quidam. & Barto. in l. nullus. C. de cursu publi. libro duodecimo. & quod not. per glos. & Cyn. in lege prima. C. de Episcop. & Cleri. & Barto. ff. de mune. & hono. l. rescripto. §. sciendum. & Bald. in lege final. C. sine censu vel reliq. & in locis suprà allegatis.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum quotuplex sit.*
2 *Contractus irreuocabilis duo exigit.*
Statutum an possit tollere iuramentũ, & efficere, vt contractus non confirmetur iuramento. Et an tale statutum valeat. Remissiuè.
Autentica sacramenta puberum, si aduersus vendit, an procedat inter Iudæos & hæreticos.
3 *Iuramentum vi extortum, censetur nullum.*
Absolutio an sit necessaria à iuramentis per metum extortis.
Vis coacta quando intelligatur facta.
4 *Iuramenta interposita de quærelis non exponendis, maleficiorum sunt nulla.*
Iuramentum qualiter præstari debeat per puberem, ad hoc, vt eum obliget.
Consuetudo est attendenda circa formam iuramentorum.
Iurare per nomen, vel caput, vel capillos Dei, an liceat.
Iurans per lapidem falsum, an sit periurus.
Pubes an debeat in cõtractu tertiorari de beneficio restitutionis in integrum.
Iuramentum sine corporali tactu an valeat.
Contractus an confirmetur per iuramentum procuratoris, in animam puberis factum.
Textus nostri §. an habeat locum in impubere.
Pubes furiosus an obligetur iuramento.
Iuramentum super contractu, in quo pubes potest obligari, quid operetur.
Iuramentum an obliget puberem, qui sit verè seruus.
Iuramentum puberis, sine authoritate curatoris factum, an valeat.
Pubes inductus per dolum ad contrahendum & iuran-

& iurandum, an obligetur propter iuramentum præstitum.
Dolus probari quomodo poßit.
5 *Contractus puberis ad iurandum blanditijs inducti, an sit validus.*
6 *Pubes in contractu venditionis læsus, iuramento non obstante contraueniet.*
7 *Maior læsus vltra dimidiam si iuramento firmauerit, contrauenire non poterit.*
Contractus puberis an valeat sine interpositione Decreti.
Iuramentum generaliter à pubere factum, an valeat in omni contractu, & quacunque persona.
Iuramentum ex interuallo super contractu, qui aliàs erat nullus, præstitum, an valeat.
Iuramentum puberis in renunciationibus & stipulationibus factum, an valeat.
Iuramentum à pubere factum, quòd non velit facere contra sententiam, vel contra confeßionem suam, vel contra arbitrium, an valeat.
8 *Pubes iurans non venire contra testamentũ, an teneatur stare iuramento.*
Pubes per iuramentũ renũcians Macedoniano, vel exceptioni nõ numeratæ pecuniæ, an ligetur, vt poßit conuenire Et quia sit in muliere, quæ renunciauit Velleiano.
Donatio causa mortis à pubere facta & iuramento confirmata an reuocari poßit. Et quid sit dicendum in donatione inter viuos.
Pubes faciens contra contractum celebratum & iuramento firmatum, an erit infamis.
Renunciatio inter filium & patrem de bonis maternis facta, & iuramento firmata, an valeat.
9 *Pater minor inter filios bona diuidens, si iurauerit, non contrauenire iuramentum seruabit.*
Iuramentum metu, & per vim extortum, an valeat de iure Canonico, & vtrum pariat aliquam obligationem.
Iuramentum an poßit supplere defectum formæ in feudali conceßione.

§ ITEM SACRAMENTA. Iste est notabilis §. & habet materiam altam, vtilem & profundam, & est solenniter, & copiosè glossatus hic à domino Iacobo Columbi Glossatore nostro, egregiè etiam commentatus à Doctorib. in Autentica sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. vnde tangam vtilia, & necessaria solùm, quæ ad intellectum ipsius & ad propositum nostrum pertinere videbuntur.

Pro cuius noticia sciendum secundum Doctores, quòd iste Imperator Federicus hanc decisionem huius §. ex certa scientia statuit, vt tolleret altercationem opinionum, quæ erat inter Bulgarum & Martinum super intellectu legis primæ. C. si aduersus vendi. qui Bulgarus intelligebat dictam l. in minore, viginti quinque annis contrahente cum decreto, & firmante dictum contractum iuramento, quo casu, non potest amplius contrauenire, secùs autem si contraheret sine decreto, quia tunc quantumcunque firmaret dictum contractum per iuramentum, nihilominus posset contrauenire ea ratione, quia cùm cõtractus esset nullus, iuramentum nihil operabatur, vt in l. non dubium. C. de legibus.

Martinus autem intelligebat, quòd etiam si minor vendat absque decreto, si tamen firmat per iuramentum, quod tunc valeat, & non posit contrauenire per dictam l. primam, quæ simpliciter loquitur. Quę opinio Martini hodie approbata est per istum textum, dummodò ipse minor sit pubes, vt hîc patet. Ex qua opinione concluditur, quòd iuramentum habeat roborare contractum, siue ipse contractus fuerit de se validus, siue ipso iure inualidus, & nullus.

Sed tu fortè immediatè dubitabis, quare posuit Imperator istam decisionem in hac lege, cùm non videatur facere ad titulum nostrum de pace iuramento firmanda? Sed respondeo, quòd ideò hîc posuit, vt cognosceretur diuersitas à iuramento generali, quod præstatur iudici super pace tenenda, in quo requiritur, quòd iurans sit ætatis annorum octodecim, & non infr. vt suprà patet in principio huius legis. Hîc verò loquitur de iuramento speciali, quod præstatur parti super contractu suo, quo casu sufficit, quòd iurans sit pubes, de quo dixi ibi in principio glos. magnæ. Vel possumus dicere, quòd faciat ad titulum ex eo, quod prouidet contra cõmittentes maleficia, vt posint in quærimoniam deduci, & accusari de pace violata, non obstantibus promisionibus violentis firmatis iuramento.

Nunc verò descendo ad textum nostrum, quem diuido in duas partes. Primò loquitur de iuramentis licitè præstitis per minorem. Secundò de iuramentis illicitè extortis tam à maioribus, quàm a minoribus. secunda ibi, per vim autem.

CASVS.

Pubes spontè firmans contractum suum per iuramentum, non potest contrauenire, secùs si non spontè, quo casu, etiamsi esset maior, contrauenire posset. hoc dicit.

†Pra

1 †Pro euidentia dicendorum sciendum est, quod multiplex est iuramentum, quoniam quoddam est litis decisiuum. Et de isto non tractatur hîc, sed in titulo. C. & ff. de iureiurando. Quoddam est obligationis inductorium. Et de hoc similiter nō traditur hîc, sed in l. vt iurisiurandi. ff. de operis libertorum, & in lege finali. ff. de libe. causa. & in lege, si quis pro eo, vbi plenè per Bartolum. ff. de fideiussoribus. Quoddam est iuramentum assertorium, & similiter de hoc etiam non traditur hîc, sed in l. vt iurisiurandi. C. de testamento. in capitulo, etsi Christus. extra de iureiurando. Quoddam est contractus confirmatorium. & de isto tali iuramento loquitur iste §. & dicta Autentica sacramenta puberum. Item sciendum, quòd quædam sunt prohibita deduci in contractu, eò, quia sunt turpia. Quædam sunt prohibita, eò, quia contra bonos mores. Quædam sunt prohibita propter odium. Quædam prohibentur fauore personarum. Et de hac vltima prohibitione loquitur iste §. Non autem loquitur de alijs prohibitis. Sed de illis dic plenè per Bartolum in dicta l. si quis pro eo. In textu ibi, sacramenta: Propriè dicitur sacramentum illud iuramentum, quod præstatur super sacro, vt super altare, vel libro Euangeliorum, & dicam infrà in gloss. Ibi, puberum: Qui autem dicantur puberes, habetur insti. quibus modis tu. fi. in princ. Ibi, spontè: Secùs autem si non spontè, vt quia per vim vel metum, vt statim patebit. Ibi, cōtractibus, subaudi, etiam factis sine decreto, dummodò non sint reprobati, vt suprà dixi. Ibi, rerum: Largè accipe pro quacunque re. l. 1. ff. si cer. petat. & in gloss. hîc posita. Ibi, suarum, scilicet, propriarum, vel communium, vel etiam prorsus alterius, quia largè accipitur, vt non veniant aduersus contractum, vt ff. de verborum significatione. l. verbum. & in glo. hîc posita, quam sequuntur Doctores. Ibi, non retractandis, idem super contractibus suis celebratis, super rebus quibuscunque non retractandis. Ibi, inuiolabiliter, id est, sine aliqua violatione. Ibi, custodiantur, hoc est, quia debet absque dubio custodiri dicti contractus, siue in agendo, siue excipiendo, siue in translatione dominij, vt in glo. hîc posita. Ibi, iustum metum, scilicet, qui cadat in constantem virum. Secùs autem si esset vanus timor. l. metum autem. ff. quod me. cau. & in glossa hîc posita. Ibi, etiam à maioribus, subaudi, nedum à minoribus.

Et intelligas compulsis ad iurandum, ne quærimoniam, &c. licet quidam intelligant, & malè istum textum, quòd isti maiores & potentiores erant illi, qui compellebant iurare, vt tangitur in gloss. fin. in fi. Ibi, maximè, subaudi, nedum in casu suprà dicto. Ibi, quærimoniam, puta, quia iurat, quod non conquęretur iudici de aliquo maleficio commisso contra eum. Ibi, esse momenti, hoc est, dicere, quia non valet in aliquo.

2 †Not. quòd ad hoc, vt iuramento firmetur contractus, & efficiatur irreuocabilis duo exiguntur. Primò, quòd ipse contrahens sit pubes. Secundò, quòd spontè iuramentum præstiterit. Altero enim horum deficiente posset reuocari contractus pubertatis. Ergò sufficit cum iuramento ad validationem contractus, quod videtur satis inhumanum, cùm in tali ætate adhuc satis tenere puberes, posśint de facili decipi, & illaqueari à contrahentibus secum. Et ideò, vt scribit Alberi. de Ro. in Auten. sacramenta puberum, dicit se comperisse Henricum septimum Imperatorem destinasse corrigere istam decisionem, quia facit multos puberes vagari, per orbem destitutos rerum suarum emolumento, adeò, vt ad maiora crimina interdum deducantur, sed morte præuentus id facere non potuit. In multis autem ciuitatibus huic inhumanitati prouisum est per statuta, sicut est in ista ciuitate Paduę, vbi absque decreto & consensu duorum proximiorum, non possunt contrahere etiam cum iuramēto. Vtrum tamen tale statutum posśit tollere iuramentum, vel efficere, vt contractus non confirmetur iuramento, & per consequens, an tale statutum valeat? Et super hoc, quia est longa materia, & diuersitas inter Scribentes, te remitto ad notata per eos in d. Auten. sacramenta puberum. & in l. pactum. C. de colla. & per Bald. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & hîc per Bart. in d. l. si quis pro eo. & per Canoni. in c. cùm contingat. extra de iureiuran.

Intelligas tamen, licet ꝙ videatur esse dura decisio, vt suprà dixi: tamen haberet rationem in se, videlicet, bonum animæ & reuerentiam Dei, & sic conuenit cum iure diuino & naturali, & iure gentium, quod vult religionem & fidem seruari. l. 1. in fin. & l. 2. ff. de iusti. & iure. Quam rationem etiā Ecclesia sequi voluit & mandauit, non obstantibus inhumanitatibus supradictis, vt probatur in capit. quamuis. de pact.

de pact. lib. 6. & in l. licet, de iureiurando. in 6. Vtrum autem inter Iudæos & hæreticos haberet locum iſta Auten. dicit Bald. quod ſic. per l. quoniam. verſi. inter ſe. C. de hæreti.

3 †Not. quòd licet regulariter ea, quæ fiunt per vim vel metum teneant ipſo iure, ſed veniant reſcindenda. l. 2. & 3. C. quod metus cauſa: non tamen eſt ſic in iuramento, quia nullius eſt momenti. Et hîc facit, quod no. in l. iſti quidem. ff. quod metus cauſa. & in c. venerabilem. extra de elect. & extra quod metus cauſa. in c. ad audientiam. Sicut videmus etiã eſſe idem in matrimo. in l. ſi mulier. in §. ſi dos. ff. quod metus cauſa. & in c. cùm locum. extra de ſponſalibus. Et eſt hîc argumentum, quod non ſit neceſſaria abſolutio à talibus iuramentis per metum extortis. Quod an ſit verum de iure Canonico, habetur in capit. Abbas. extra de his, quæ vi metúſve cauſa geſta ſunt. & quod dicam infrà in gloſſa 3. Qualiter autem intelligatur cadere vel coactio violenta? dic vt not. extra quod metus cauſa in c. ſacris. & per Barto. in l. 1. in §. penultimo. ff. quod vi aut clam. & quod no. in lege prima. in §. quæ honorandæ, quarum rerum actio non datur. & ff. quod metus cauſa. l. iſti quidem. §. 1. & in l. penult. ff. de furt. & in c. ad aures. & in cap. dilectus. extra quod metus cauſa.

4 †Not. quòd iuramenta interpoſita de non exponendis quærelis maleficiorum, iſta maximè nullius ſunt momenti. Ad quod facit no. per Inno. in c. ad noſtram. extra de iureiurando. Quod facit in argumentum ad iuramenta interpoſita in contractibus Fœneratitijs, vt ipſo iure non teneant, vt l. eum, qui pendentem in princi. ff. de iniur. & l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Expeditus de textualibus venio ad gloſſas, circa quarum expeditionem hunc ordinem obſeruabo. Nam cùm plurimas quæſtiones adducant, qui non egent additionibus, formabo circa illas ſolùm titulos quæſtionum, remittendo me in reliquis ad ipſam gloſſam. Vbi verò erit opus additione, expediam perfectè quæſtionẽ formatam à gloſ. ſubnectendo additiones neceſſarias.

Quæro itaque primò cum gloſſa prima, qualiter debeat iſtud ſacramentum præſtari per puberem ad hoc, vt habeat ipſum obligare? Et reſpondet gloſſ. quòd debet corporaliter præſtari ſuper aliqua re ſacra, puta altari, vel libro Euangeliorum, vel etiam ſuper re non ſacra, puta ligno, vel lapide habendo voluntatem, & cor ad Deum. Et licet videatur de iure nõ poſſe iurare per nomen, vel caput, vel capillos Dei, vt in Autentica, vt non luxurientur contra naturam.

Tamen de conſuetudine ſeruatur, vt iuretur ad ſancta Dei Euangelia, quæ cõſuetudo in hoc debet attendi. Et hoc vult gloſſ. vſque ad verſicu. quid ſi iurauit, &c. Ex hac gloſſ. no. & elicias hanc concluſionem, quòd conſuetudo attenditur circa formam iuramentorũ. & ſequitur Bal. Vnde in hac ciuitate iuratur ſuper quacunque ſcriptura dato, quod non contineat Euangelia, ſed benè habetur reſpectus per ipſum iurantem, & deferentem ad ipſa Euangelia. & ita no. per glo. Ioan. And. in Cle. 1. de hæreti.

Vtrum autem ſi quis ſcienter, & bona fide iuraret ſup ligno, vel lapide, habendo tamen reſpectum ad ſacra Euangelia, vt quia dicat iuro, ſuper hoc ligno, vel lapide ad ſancta Dei Euangelia, &c. an obligetur iuramento, & ſit periurus, ſi contraueniat? dic quod ſic ſecundum Andræam de Iſernia, quoniam qui falſum per lapidem iurat, periurus eſt, vt dicitur 22. quæſtione 5. in capit. Eccleſ. Spernit enim nomen Dei omnipotentis, quod iurando inuocabatur. l. ſi quis maior. hîc allegata in gloſ. quia habetur reſpectus ad id, quod mente agebatur, vt dixit gloſſ. & probatur in l. generaliter. in §. fina. C. de iureiurando. & in c. quicunq;. & in c. humanæ aures eadem cauſa & quæſtione, vbi videas, quod ibi tractatur de tali iuramento præſtito ſuper lapide.

Et circa prædicta videas etiam in Spec. de iureiuran. in fin. in parte tertia. & in c. & ſi Chriſtus. extra de iureiurã. & 12. quæſtione 5. in capit. qui periurat. Vtrum autem ſit neceſſe, quòd iſte pubes certioretur in contractu de beneficio reſtitutionis in integrum, ad hoc, vt obligetur? dic per Cyn. & Bald. in l. 2. C. de reſcin. vend. per Barto. in l. nam & poſtea. in §. ſi minor. ff. de iureiurando. & in l. ſi duo patroni. §. idem Iul. & per Doct. in Auten. ſacramenta puberum, vbi Communiter tenent, quod non excepto Dyn.

Quæro ſubſequenter cum dicta gloſſa in verſic. quid ſi iurauit. quid ſi iſte pubes iurauit ore, ſed nihil tetigit corporaliter cum manu, an habeat locum determinatio iſtius §. Et dicit gloſſ. quod non. per l. ſi alterius. §. fina, C, ſi minor ſe ma. di. Et

confirma istam determinationem gloss. per c. vt circa in finem. de elect. lib. 6. Item quia quando iuratur nuda voce, non appellatur propriè iuramētum, sed verbum, vt in Auten. de manci. princ. in §. sed neq;. tenet Bald. & Andræas de Isernia hîc. Et licet dicatur, quòd inter simplex verbum & [a] iuramentum non facit Deus differentiam, vt in d. c. & si Christus. & ibi per Inn. & in c. 1. de postu. tamē Ecclesia facit differentiam, vt ibi. Et facit pro hac conclusione glo. dictum c. qui periurat. & quod dixit Hostien. in Summa de iureiuran. in §. qui periurij. & Archi. in dicto capitul. vt circa. & Ioan. Andr. in Cle. 1. de hæred. vbi plenè not. in glo. vbi omninò videas. Facit quod not. glo. 22. quæst. 1. in glos. summæ. & quod not. in Auten. iusiurandum, quod prẹstatur ab his. in prin. quicquid dicat hîc Iacob. de Belui.

a Inter simplex verbū & iuramentū. Adde c. iuramēti. 22. q. 5. gl. fi. in c. cleri- c°. de iureiu. c. 1. et ibi Docto. de pact. Arc. in c. 1. de sepul. libr. 6. Card. Zab. in c. debitores. in prin. de iureiurā. idem Card. in c. ad aures. in 4. q. quod met. cā & Ab. in c. qualiter. de pact.

Quæro subsequenter cum d. glo. in fin. quid si iste pubes non iurauit, sed mandauit alteri, vt iuraret pro eo in animā suam, an per tale iuramentū confirmabitur contractus suus secundum formam hîc traditam? Et glo. ista arguit ad partes, & determinat quod sic, quam sequuntur Doctor. quoniam ea, quæ fiunt in personam procuratoris, videntur fieri in personam domini. ff. de relig. l. ossa. in fin. de hæred. tu. l. postulare. Facit l. item eorum. §. decuriones. quod cuiusque vniuer. no. & de admi. tu. l. ita autem. in §. gessisse. & extra de iureiu. calum. c. fin. lib. 6. & quando no. in d. c. vt circa. de elect. Ad contraria autem allegata per gloss. quia est via Brocardica. Responde, vt per Doct. in d. §. gessisse. & per Dyn. in regula potest quis, & in c. qui per alium. de re. iur. in 6.

Quæro cum glossa secunda, an iste tex. habeat locum, etiam in impubere iurante? & dicit quod non, quia textus dicit de pubere. Item, quia impubes non [b] potest iurare etiam in sui vtilitatem, quando sibi defertur à iudice. l. videamus. in prin. ff. de in litem iuran. Si verò apertè, tunc nō potest iurare, nisi ad sui vtilitatem. l. qui iurasse. in prin. ff. de iureiur.

b Impubes non potest iurare. Adde l. iusiurandum. in §. pupillo. iuncta l. qui iurasse. ff. de iu reiurā. c. paruuli. & c. seq. 22. q. 5. text. & quod ibi no. in c. 1. de delic. pue.

Fallit in liberto impubere, qui rationē operarum, quas præstare potest, obligabitur iuramento, vt quia sit ioculator, vel histrio. l. fin. ff. de libe. causa. Et hoc voluit tota ista glo. licet non ita clarè, vsque ad versic. item, &c. Ex qua gloss. no. & concludo, quod ad validandū cōtractum per iuramentum requiritur, quòd iurans sit pubes factus, vt hic. Si verò esset minor pubere, etiam dato, quod esset doli capax, nō posset validare contractum per iuramentum, licet committat reatū ratione periurij, quia lex diffinit ætatem ad contractum validandum. arg. dictæ l. qui iurasse. Et hanc sententiam sequuntur Doctores Communiter omnes iuris ciuilis. Et refert Ang. ita obseruari, & sic publicè determinatum fuisse Bon. Idem dicit Bal. hîc. Sed glo. iuris Canonici. in cap. 1. extra de delictis pue. tenet, quod si est doli capax, quod tunc iuramento astringatur. Idem videtur sentire Iacob. de Belui. & And. de Iser. hîc. & idem Barto. in Auten. sacramenta puberum. In infante proximo pubertati per l. impuberem. ff. de fur. & l. impuberem. ad l. Cor. de siccarijs. Sicut ergò ex furto, vel delicto obligatur Diabolo: ita quoque debet obligari ex periurio, per d. capitulum primum de elect. pue. Et in hac dubitatione reperio Rapha. Fulgo. in dicta Auten. sacramenta puberum, tenere priorem sententiam, videlicet, quod impuberes etiam doli capaces, non teneantur per istum tex. Et respondet ad iura in contrarium allegata, dicens, quòd aut impubes, licet doli capax iurando peccat? qa scienter falsum iurat: quoniam tunc benè obligatur Diabolo ex periurio, vt in dicto capitulo primo. Aut iurando non peccat, puta, quia iurat se aliquid facturum: & tūc licet postea iuramentum non seruet, non incidit in periurium, quia iuramento non ligatur, sicut in simili videmus in Ecclesia, quæ delinquendo alienat. l. iubemus. C. de sacrosanct. Eccle. Quod secùs est contrahendo. l. iubemus nulli. in dicto titulo. Simile videmus, quòd impubes non obligatur voto, vt in capitulo primo & secundo. extra de regu. lib. 6. Et tamen scriptum est: Vouete & reddite vota vestra, &c. vt extra de voto & voti redem. in capit. magnæ. Et hanc sentētiam sequor, tanquam æquiorem, cùm iste textus de se sit satis rigorosus, etiam in ætate pubertatis, vt sup. dixi. Vnde non vltrà extendendus est ad duriorem rigorem. l. cùm quidam. de liberis & posthumis. & in capitu. odia, &c. Nam infra dictam ætatem præsumptio legis est pro eo, quod ignoret, quid agat. l. 2. in fine. C. de fal. mone. Magna etiam est authoritas Accursij Glossatoris in d. Autent. sacramenta puberum. & Iacob. Columbi alterius Glossatoris. in §. isto. qui hanc opinionem simpliciter secuti sunt.

Quæro subsequenter cum dicta glossa, an iste textus intelligatur etiam de pubere

furioso

furioso iurante? Et respondet quod non, dicens, quod habet locum solùm in pubere sanæ mentis. Et hoc prosequitur gloss. & benè, vsque ad versic. quæro. & dic vt in ea.

Quæro subsequenter cum dicta glossa, an habeat locum iste text. etiam in impubere, qui sit filiusfam. in casibus, in quibus potest obligari? Et dic quod sic, vsque ad versic. *sed nunquid*.

Quæro quid si iste pubes esset verè seruus, *an habeat* locum iste text. si contrahit & iurat? Et respondet quod sic. Idem etiam dicit gloss. si esset putatiuus seruus. Et hoc voluit gloss. vsque ad versicu. item quæro. & benè loquitur.

Quæro subsequenter cum dicta gloss. an iste textus habeat locum etiam si iste pubes habeat curatorem, & contraxit, & iurauit absq; eius authoritate? & ad hanc quæstionem allegauit ista glossa plura argumenta, pro & contra, & tandem concludit, & determinat quod sic, vt habeat locum, siue adultus habebat curatorem, siue non. & dic, vt in gloss. recitando eam vsque ad finem. Quam glossam omnes Doctores sequuntur, ea potissima ratione, quia sacramentum repræsentat eum maiorem vigintiquinque annis. Ergò valet contractus, ac si esset factus à maiore. & per consequens à nõ habente curatorem. & datur talis conclusio, quod in omnibus actibus & contractibus gestis, quibus maiori ligaretur, & non contraueniret in illis pubes iurans similiter ligabitur. Nam quod maioritas ætatis operatur in maiore, vt valeat quod agit, & non veniat contra hoc, operabitur sacramentum in eo, qui est pubes. Vnde vbi contractus factus à maiore, esset nullus eodem modo firmatus à pubere, cum sacramento erit nullus, nec haberet locum iste text. Et probantur prædicta per l. 1. C. si aduersus vendi. vbi contractus firmatus per minorem cum authoritate curatoris, & iuramento non potest rescindi. Ergò per istum textum ad hoc, vt aliquid operetur, necesse est dicere, vt valeat contractus etiam sine curatore, dummodò firmetur iuramento. argumento legis si quando. ff. de legatis primo.

Quæro cum glossa tertia, quid si iste pubes fuit inductus per dolum ad contrahendum & iurandum, an habeat locum iste [illegible] vt videatur spontè contraxisse & iurasse? Et hanc quæstionem ista glossa adducit in argumentum hincinde. Ex quibus quæstio videtur remanere insolubilis, & in circulo reuoluta absque aliquo effectu decisionis, prout alibi dixit gloss. in l. Claudius fœlix. ff. qui potio in pigno. ha. Sed tamen post dicta argumẽta ponit determinationem quæstionis, quæ est talis, videlicet, quòd iste pubes non dicatur spontè iurare, qui dolo fuit inductus. arg. C. de rap. virgi. l. in 1. in fine. Vnde poterit contrauenire per restitutionem in integrum. Et si sibi opponatur de iuramento, replicabitur de dolo. argumen. C. de transact. l. sub prætextu. & l. si ex falsis. Et hoc vult ista gloss. in effectu vsque ad versicu. quid si alias, quam partem videas, qa clara est, & cum ea ptranseunt omnes Doct. Qualiter autem probabitur iste dolus? dicit Bald. quod poterit probari, etiam ex enormi læsione per l. pactum. C. de coll. & not. per Bar. in l. fin. ff. de præto. stipu. & ff. de transact. l. cùm hi. §. in causa. Qualiter autem fiat rescisio prædicti cõtractus firmati iuramento. Et vtrum per Episcopum vel iudicem laicum? vide per Canonistas. in capitulo secundo. de pactis. lib. 6. & in capit. fin. de foro compe. lib. 6. & de iureiur. licet. & Innoc. & Hostien. in capitulo veritatis. extra de iureiur. & in capitulo fin. de sepul. per Doctores nostros. in l. si quis maior. C. de transact. & in l. pactum. C. de colla.

5 †Quæro subsequenter cum dicta gloss. quid si iste pubes fuit inductus blanditijs ad iurandum, an tenebit tunc contractus secundum formam hic traditam? Et respondet quod sic, quia ex industria propria licitum est sibi acquirere. l. si defunctus. C. de arbit. tute. Et hoc voluit gloss. vsque ad vers. Item quod dicit, &c. Et cum hac determinatione pertranseunt Docto. Facit l. si maiores. & l. cùm donationis. ff. de transact. secundum Iac. de Bel.

Oppo. cum dicta glossa de lega. 2. in fine. C. de diui. tute. vbi tenet contractus pupilli, etiam absque iuramento. Solu. ibi loquitur in his, in quibus pupillus de necessitate astringitur de iure ad faciẽdum, vt quando sunt plures tutores, & vnus soluat pupillo pro omnibus tenetur ipse pupillus cedere actionem aduersus alium, vt ibi. & in l. 1. in §. non tantùm. ff. de tute. & ra. distra. Idem in similibus casibus, vt si fuissent plures fideiussores, & vnus solueret pro alijs, debebit pupillus sibi cedere actiones, vt suprà dictum est. l. cùm alter. C. de fideiuss. In quibus omnibus dato, quòd iuramentum nõ sit necessarium

ad corroborandum, tamen si interponeretur, non vitiaret. l. si pupilli. §. fin. ff. de neg. gest. secundum Iacobum de Bel. Sed hîc loquimur in contractibus, in quibus nulla necessitate cogente voluit se astringere, & roborare per iuramentum. Et per hoc est expedita glossa vsque in finem.

Quæro cum glossa magna in principio, an iste §. intelligatur de quocunque contractu, vel actu etiam reprobato de iure Communi, prout est dare exemplum in l. si quis inquilinos. in fin. ff. de leg. 1. in l. stipulatio, hoc modo. ff. de verborum oblig. in l. penultima. ff. de obsequijs. & in fine? Et respondet gloss. quod non, quoniam in illis cùm non valeat principale, tanquam reprobatum à iure Communi, non debet valere iuramentum, tanquam accessoriũ. l. non dubium. C. de leg. Sed hîc loquimur de contractu, qui non est reprobatus de iure Communi, licet sit reprobatus fauore personæ, quo casu, iuramentum habilitat personam. Et hoc voluit ista glossa in effectu, vsque ad versiculum item quæro. Ex qua glossa not. veram conclusionem etiam de iure Canonico, quod aut iuramẽtum interponitur super omninò prohibitis, & tunc non valet principale, nec etiam sacramentum. Aut interponitur super his, quæ aliquo casu permittuntur, tunc licet non valeat principale, tamẽ tenebit sacramentum, vt in dicto capitulo cùm contingat. extra de iureiurando. de quo per Dyn. in capitulo non est obligatorium. de reg. iur. in 6. & per Doct. in d. l. non dubium, secundum Iaco. de Belui. & Nico. de Neapo.

6 †Quæro cum dicta glossa, quid si iste pubes iurauit super contractu venditionis, & postea reperitur læsus, vltra dimidiam iusti precij, an non obstante iuramento poterit contrauenire? & respondet gloss. quod sic. & dic, vt in ea, quæ notabiliter loquitur vsque ad versic. quid in maiore, &c.

Intelligas tamen, quod si iste pubes iurasset, etiam non venire contrà ratione precij, vel quacunque alia ratione, quod tunc non posset contrauenire, obstante iuramento, vt no. glo. in l. 2. C. de rescin. vendi. & extra de empt. & vend. in capitulo cum causa, secundum Iacobum de Bel. hîc, de quo dicatis, vt per Doct. in dictis locis. Vbi autem ipse pubes esset solùm læsus infra dimidiam iusti precij, & iurasset: tunc non posset contrauenire secundum Iacobum de Bel. per l. item si precio. §. fin. ff. loca. & in l. in causæ. ff. de minoribus.

Quod intelligas verum, nisi esset dolus per ea, quæ dicta sunt supr. & in hoc textu.

7 †Quæro subsequenter cum dicta gloss. quid in maiore decepto vltra dimidiam, & iurante non contrauenire, an poterit contrauenire? & determinat quod nõ, & benè. & dic, vt in ea, vsque ad vers. sed quæro. de quo plenè videas per Doct. in d. l. 2. & in d. c. cùm causa.

Quæro subsequenter cum gloss. an iste §. habeat locum, etiamsi ipse pubes contraxerit sine interpositione decreti? & dicit quod sic, probando tribus rationibus, quas prosequaris, vt in ea, vsque ad versic. item quæro, quoniam benè loquitur. & de hoc dixi suprà in prin. huius §.

Quæro subsequenter cum dicta gloss. quid si pubes generaliter iurauit, non venire contra vllum contractum, quem faciet, an valeat sacramentum in omni contractu, & cum quacunque persona? & arguit ad partes multum egregiè, & tandem determinat, quod si in contrahendo, commemorat dictum sacramentum, & quod vult eo astringi, tunc valet, aliàs non. & ita obseruatur de consuetudine, secundum gloss. quæ omnia prædicta latissimè declarauit, vsque ad vers. item quæro. Ex qua glo. concluditur, quod iuramentum generale ad omnes futuros contractus, non ligat ipsum cõtrahentem postea. Et hanc conclusionem sequi videtur gloss. in l. 1. C. si aduersus vend. & Iac. de Bel. & Nico. de Neap. hîc.

Sed alia gloss. in Auten. sacramenta puberum videtur tenere partem contrariam, tanquam tutiorem, vt, videlicet, obliget contrahentem in contractibus futuris, dato quod non fiat mentio in ipso contractu de prædicto sacramento iam præstito. Et hanc partem videtur sequi Bar. ibi & Raph. Fulgo. per hanc rationem potissimam, videlicet, quia ex voluntate solius iurantis pendet iuramentum, & iuratur Deo, qui vbique præsens est, sicut patet in [a] ratihabitione, vt no. in l. Pompo. ff. de neg. ge. & hæc videtur approbata per Innoc. in c. penul. extra de iureiur. & sic virtute dicti iuramenti posset astringi per censuram Ecclesiasticam, secundum Andræam de Iser.

[a] *Sicut patet in ratihabitiõe. Adde Doct. diffusè in regula ratihabitio. de reg. iur. lib. 6.*

Quæro subsequenter cum d. gloss. quid si iste pubes postquam contraxit, & iurauit, sed nõn potuit tradere, quia cecidit à possessione, quã postea recupauit, vtrum teneatur tradere. Item quid si tradidit, sed

postea

postea aliquo casu ad ipsum retrò venit res vendita, an iterato teneatur tradere? & hæc gloss. distinguendo determinat, quod sic, vt in ea vsque ad vers. sed quid, &c. Sed quicquid dicat ista glos. tu dic, quod debemus considerare formam iuramenti, quoniam si iurauit tradere, & tūc tenetur solùm semel tradere, & semel tradendo liberatur in perpetuum, vt ff. de contrahē. emp. l. si cùm vendere. in §. fi. ff. de ver. sig. l. boues. §. 1. instit. de interdic. §. adipiscendæ. Si verò iurauit non venire contra, vel non retractare: tunc tenetur restituere, qa resistendo & non reddendo videtur facere controuersiam & contrauenire, vt in hac glo. & ita tenent Ray. Andr. de Isern. & Nic. de Neapo.

Quæro subsequenter cum d. glo. quid si iste pubes contraxit, & nō iurauit, tunc, scilicet, postea ex interuallo, per iuramentum firmat prædictum contractum, qui fuerat nullus, an habeat locum determinatio huius §. & determinat quod sic. & dic, vt in ea, vsque ad ver. item quæro, &c. quia benè loquitur secundum Doct. Facit ꝓ sua determinatione. l. fi. C. ad macedo.

Quæro subsequenter cum d. glo. an iste §. habeat locum, non solùm in contractu, sed etiam in renunciationibus & stipulationibus? Et arguit ad partes. Et finaliter determinat quod sic. & dic, vt in ea, vsque ad vers. quid si iurauit, &c. Et conclude cum ea, quòd iste text. habet locū, nedum in quocunq; contractu, sed etiam in quocunq; distractu, quia largè accipitur contractus. argu. C. de fide instru. l. cōtractus. Item, quia eadem ratio cadit vtrobiq;, scilicet, authoritas & virtus sacramenti. Ergò idem ius statui debet. l. à Titio. ff. de verb. obli. secundum Iac. de Bel. Et hanc sententiam tenet glo. in l. 3. §. 1. ff. de tutelis & rationibus distra. & in Auten. sacramenta puberum. Item suadet etiam alia ratio, quia fauorabilior est causa distractus, quia tractatur de liberando alium, quàm contractus, vbi cadit obligatio. l. Arianus. ff. de actio. & oblig. Et ita tenendum secundum Communem sententiam Doct. quicquid dixerint Cyn. & Ray. qui tenuerunt contrarium. De qua materia etiam per Doct. in l. vbi pact. C. de trāsact.

Quæro cum d. glo. quid si pubes iurauit non venire contra sententiam, vel contra confessionem suam, vel contra arbitrium, an habeat locum iste §. Et determinat, q, si esset, dato, q, non interuenerit curator suus subiungens, quod licet non posit venire contra sententiam respectu minoris ætatis: poterit tamen à dicta sententia appellare, sicut posset maior, quia iuramentum præstitum substulit solùm obstaculū minoris ætatis: non autem iuris Communis, vt suprà in præcedentibus dictū est. Et hoc vult glo. vsq; ad versic. quid si iurauerit, &c. quam sequuntur DD. Cōmuniter, & glo. in d. Auten. sacramenta puberum.

Intelligas tamē hoc procedere, nisi per iuramentum renunciasset etiam appellationi, quia tūc nec appellare posset secundum And. de Iser. per l. fi. C. de temp. app.

8 † Quæro cum d. glo. quid si pubes iurat non venire contra testamentum, an ligatus erit virtute iuramenti, vt non posit contrauenire? Et respondet gloss. quod si iurauit de suo testamento: tunc non ligabitur. Secùs si iurauit de testamento alterius, super quo maior potuisset pacisci, qa tunc ligaretur. Si verò non potuisset pacisci, prout in l. fin. C. de pact. tunc nō ligaretur, quia iuramētum nihil aliud operatur, nisi quia facit ipsum maiorem, vt sæpius dictum est. Et hoc voluit gloss. vsq; ad versi. quid si filius, &c. quæ benè loquitur. De qua materia dicatis per Doct. ff. de leg. 3. & in l. 1. C. de sacrosan. Eccle.

Quæro cùm d. gl. quid si pubes filiusfa. per iuramētum renunciauit Macedoniano, an ligetur, vt non posit contrauenire? Et determinat quod non, quia odiosum, & contra mutuantes. & dic, vt in ea, quia benè loquitur vsq; ad vers. quid si mulier. & eam Communiter sequuntur Doct. licet Pet. tenuerit contrà per tex. insti. quod cum eo. in §. & quæ diximus.

Quæro subsequenter cum d. glos. quid in muliere pubere renunciante Velleiano per iuramentum, an obligetur iuramento? Et determinat quod sic, quia Velleianum est in fauorem suum. & dic vt in ea vsque ad vers. quid si minor, &c. cum qua pertranseunt Doct.

Quæro cum d. glo. quid si pubes per iuramentum renunciauit exceptioni, non numeratæ pecuniæ, an posit contrauenire? Et post varias opiniones determinat quod sic, per exceptionem doli, & ꝓbando pecuniam non numeratam. Et hoc voluit glo. vsque ad vers. quid si minor. Sed tu dic clarius secūdum Andr. de Iser. quod potest venire cōtrà tanquam maior, quia per sacramentum habetur loco maioris. Qualiter autem maior tunc se iuuet. not. plenè. in l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia. Item, quia iuramentum ha-

bet in se tacitam conditionem, &c. l. fin. C. de non numerata pecu. & tenet etiam Iac. de Bel.

Quæro cum dicta glossa, quid si pubes donauit causam mortis, & iurauit nõ contrauenire, an valeat & obligetur, vt non possit reuocare? Et determinat quod sic, quia est tanquam maior, sed maior posset sic donare, vt non reuocat. l. vbi. ff. de do. causa mor. Igitur & iste pubes iurando.

Nec obstat illud suprà dictum est de testamento, quia testamentum est publici iuris, cui renunciari non potest, vt ibi dixit gloss. Hîc autem priuata, cui potest renunciari. Et hoc voluit glossa ista vsq; ad versic. quid si donauit. & cum ea pertranseunt Doctores Communiter, qui tamen dicunt, quòd aut dicta donatio est facta simpliciter. Aut cum stipulatione & traditione. Primo casu sit idem, quod in testamento. Secundo casu procedat cum d. glo. & hoc sequitur Nico. de Neap.

Quæro cum d. glo. quid in donatione inter viuos facta per puberem simpliciter, & iurata, an possit reuocari? & determinat quod non, & dic, vt in ea, vsq; ad vers. quid si minor, &c. quam determinationẽ confirma secundum Andr. de Iser. per l. 1. & 2. C. si maior fact. & tenet glo. in Auten. sacramenta puberum.

Quæro subsequenter cum d. glos. quid si ipse pubes post contractum celebratum & iuratum, veniat contrà de facto, an erit infamis, & patiatur omnes pœnas, quas pateretur quilibet maior, si iurasset? & ad hanc quæstionem adducit varias opiniones, & tandem determinat quod sic, per l. si quis maior. C. de transact. & l. 1. C. si aduersus delictum. & de hoc dic, vt in gloss. vsque ad ver. quid si filius, &c. quæ benè loquitur, & cum ea pertranseunt Doct.

Quęro cũ d. gl. qd si iste pubes sit filiusfa. & per iuramẽtum renunciauit patri bona materna, an possit contrauenire, & determinat quod sic, quia talis renunciatio non valeret, etiamsi esset maior. insti de inutilibus stipula. in §. item inutilis. & hoc vult ista gloss. vsque ad vers. quid si pater, &c. Sed tu in hac quæstione dic secundum Ia. de Belui. & Nico. de Neap. quod talis renunciatio, videlicet, & etiam contractus, siue sit ex causa aduentitia, siue castrensi, vel quasi peculio, vt ff. de cõdi. inde. l. frater à fratre, vbi de hoc. & C. de pactis conuen. l. pactum dotale. & hoc videtur tenere gloss. in Auten. Vnde si parens. C. de inoffi. test. quod etiam in causa aduentitia hodie teneat contractus inter patrem & filium, de quo tamen, quia opiniones sunt, dicatis, vt ibi per Doct. & in d. l. pactum. & in l. frater à fratre. & in l. pactum. C. de col. & per Canonistas. in c. quamuis de pactis. lib. 6. & in c. licet. de iureiur. lib. 6.

9 † Quæro subsequenter cum d. gl. quid si pater minor diuidat bona inter filios suos emancipatos, & iurauit non contrauenire, an postea poterit venire contrà? Et hæc gloss. non videtur firmare pedem, nisi quod arguit ad partes vsque in finem. Sed tu capiendo omnia membra glos. sic dicas secundum Iacob. de Belui. quod aut ista diuisio habet vim testamenti, seu vltimæ voluntatis, & tunc potest cõuenire, & sacramentum non valet, per ea, quæ suprà dicta sunt. Et ita intelligatur prima opinio glo. Facit. l. quot. & l. si cogitatione. ff. fami. hercis. Aut nõ habet vim testamenti: & tunc non potest contrauenire, vt in secunda opinione gloss. hîc posita, per l. 2. C. de inoff. donat. & tenet etiam Nico. de Neapo.

Oppo. cum glo. fi. de l. si mulier. in §. si metu. ff. quod metus causa, vbi dicitur, q; si aliquis inducatur per vim vel metum ad contrahendum, quod tenet contractus quia coacta voluntas purè est voluntas, sed tamen talis contractus annihilatur ope exceptionis. Hîc autem dicitur, quòd nullius est momenti. Quare malè. Solu. huius timore intellexerunt istum textũ nullius esse menti, &c. scilicet, quantum ad effectum ope exceptionis, & sic concordant. Alij autem & melius intelligunt, quòd ista verba nullius esse momenti, &c. referuntur ad sacramentum: non autem ad contractum. Nam sacramentum non inducitur ad obligandum, sed ad roborandum contractum, ex quo oriebatur obligatio, & ideò effectũ sacramenti tanquam debilior tollitur ipso iure: contractus autem solùm ope exceptionis. Et hoc voluit ista glo. Sed tu assigna etiam aliam rationem, quia hoc operatur natura iuramenti, quæ est, vt non sit vinculum iniquitatis, eò, quòd Deus, qui est ibi præsens, non assistit, sed resistit pacto secundum Bal. l. iuris gentium in fi. ff. de pact. Vtrum de iure Canonico tale iuramentum metu, vel per vim extortũ sit aliquod? vide plenè per c. si verò aliquis. extra de iureiuran. & quod no. 15. q. 6. c. authoritate. & quod habetur per DD. nostros. in l. 2. C. quod metus causa. & videas, quod ibi not. in gloss. & quod dixi suprà in 2. notabili, Item vtrum iuramentum

mentum pariat aliquam obligationē seu actionem tam de iure ciuili, quàm Canonico, vide in l.1. C. de operis libe. & per Innoc. in c. nouit. extra de iudi.

Quęro ab extra, quid si iste pubes concessit feudum cum iuramento non adhibitis paribus, qui debent interuenire secundum formam traditam suprà quot testes sint necessarij, an tale iuramentum suppleat omnem defectum. Et tenet quod non, quia non suppleat, nisi defectum ętatis, non autem alios. per no. per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. Facit quod dixi in c.1. supr. qui testes sint necess. ad probā. feu. inuesti.

Quæro an iste §. habeat locum, etiamsi huic puberi fuerat interdicta administratio? Et dicit Bald. quod si est facta interdictio propter ætatem: tunc habebit locū, quia non potuit iudex interdicere, nisi quatenus lex interdicit. Facit l. qui habet. ff. de tutelis. Si verò est facta interdictio propter malos mores suos, vel propter insidias contrahentium: & tunc non habeat locum iste §. Facit ff. de contrahen. empt. l. si quis sciens.

Vltimò ad materiam huius §. vide plenè per Doct. in Auten. sacramenta puberum. & per Rof. in libellis in tractatu de senatusconsul. & plura tacta per Bal. in c. 1. C. de confessis, & ea, quæ dixi supr. si de feudo fue. contro. in c. si minori. & Bart. in d. l. si quis pro eo. & per Canonistas in d. c. quamuis de pact. in c. licet. de iureiuran. & in c. cùm contingat.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio omnis in Imperatore residet: nō tamen omnia dominia & proprietates rerū. num. 2.*
2 *Iurisdictiones Imperiales non sunt venales.*
3 *Iurisdictionem illicitè vendens de euictione emptori non tenetur.*

§ AD HAEC. Quidam habent super hoc §. vnam rubricam talem, videlicet de allodijs, sed malè. quoniam iste §. est pars legis & tituli præsentis, de pace iuramen. firmanda. quod patet per text. qui ad hæc, &c. quasi ad superiora se continuet. Et facit ad titulum, quoniam Imperator iste volens ꝓuidere quibuscunque casibus, ex quibus possent oriri discordiæ, & conuenienter posset peruenire ad pacis violationem, mandat & statuit in isto §. vt nullus vendens rem suam propriam sit ausus vēdere iurisdictionem, seu districtum imperij, dicēdo, quòd vendat eam liberā & absolutam à iurisdictione, & districtu imperij, ita quòd non sit de iurisdictione, & districtu Imperatoris, subiungens, quòd si fiat huiusmodi venditio, quod sit ipso iure nulla, respectu illius iurisdictionis, & districtus imperij. & hoc vult iste §. Et ꝓ euidētia ipsius præmitte, ꝙ aliud est habere dominium & proprietatem rei. Aliud est habere iurisdictionem & districtum in loco, vbi sita est dicta res. Nam dominium rei potest esse apud vnū, & iurisdictio seu districtus apud alium.

EXEMPLI CAVSA.

Si habeo vnam possessionem in districtu Ferrariēsi, proprietas possessionis erit mea, sed districtus loci, in quo est sita dicta possessio, est alterius, videlicet, ciuitatis Ferrarię. Idem dicas de iurisdictione, quia dicta possessio, licet sit mea respectu proprietatis, tamen iurisdictio loci in qui est sita, est de iurisdictione Marchionis Ferrariæ. Vnde vulgariter dicitur ista possessio est de districtu, seu iurisdictione talis loci, &c. vt prædicta probantur suprà, quib. mo. feu. amit. in fi. & quod dixi supr. de capi. qui cur. vend. in c.1. In text. ibi, ad hæc, id est, iuxta prędicta: & sic patet, quòd se continuat. Ibi, allodium. quid istud sit, plenè declaraui suprà si de feudo fue. controuer. in c.2. vbi videas. & de hoc allodio fit mentio per glo. in l. & si quis. §. sed interdum. ff. de religio. & in l. pe. C. de inge. nu. manu. & infrà in §. seq. Ibi, præsumat, puta, vendendo liberè, ita quòd non sit de districtu, & iurisdictione Principis. Ibi, nō valet, scilicet, ipso iure inquantum d. venditio concernit, & capit districtum & iurisdictionem Imperatoris, quia in ea parte vitiatur, licet inquantum concernit rem propriam venditoris, quæ vendita est, non vitiabitur venditio per regulam, quæ vult, quòd vtile per inutile non vitietur. l.1. §. penuit. ff. de verborum oblig.

1 †No. ꝙ omnis iurisdictio est apud Imperatorē, & ipse est, ꝙ eā tribuit alijs magistratib⁹ creādo eos, vel cōfirmādo, vel ꝓstando authoritatē creādi, vt ff. de off. ꝓfe. vr. l.1. §. cùm vrbē. & in Autē. de defen. ciui. §. interim. & in tractatu de pace Constantiæ. & dixi supr. eo. in §. iudices. quinimò etiā minima iurisdictio nō potest cōferri sine authoritate Principis mediata vel immediata, vt no. in l. & ꝗa. ff. de iurisd. om. iu. & in l. priuatorū. C. eo. & per Inn. extra de off. ord. in c. cùm ab Ecclesiarum. Vnde ergò apud Imperatorē sunt iurisdictiones tanquam apud fontem, à quo fluunt, & refluūt, sicut flumina ad mare. Facit c. quo-

niam in quibusdam. extra ne prælati vices suas.

2 † Nota quòd iurisdictiones Imperiales non possunt vendi, imò contractus super illis nullus est, vt hîc. Et fuit ratio dubitandi, quia videbatur, quod teneret venditio saltem in præiudicium vendentis, cùm quis vendidit rem alienam, etiamsi sit res publica, non consistens in vsu publico, vt l. pacta conuenta. §. fin. ff. de contrahen. emp. cum ibi nota. Sed ratio decidendi est in oppositum, vt ipso iure non teneat, quia iurisdictiones sunt Imperatoris, vt suprà dixi. & iuris publi. l. 1. §. ius publicum. ff. de iusti. & iure. Meritò non cadunt in commertio nostro. l. apud Iul. in §. fin. ff. de lega. 1. & per hoc quidam dixerunt, quòd ista decisio sit superflua, cùm iam per prædicta esset interdicta alienatio. Sed tu dic, quòd ideò Imperator hoc de nouo prohibuit, quia fortè inoleuerat consuetudo contraria, quam Imperator hîc tollere intendit secundum Bal. vel secundum Ia. de Bel. Imperator concesserat iurisdictionē huic vēditori. Et ideò specialiter ꝓhibet eam vēdi, & ita intelligit ipse. Not. ex hoc text. quòd licet iurisdictio sit apud Imperatorem, & quicquid est infra fines imperij sit sub iurisdictione sua, cùm sit dominus mundi. l. deprecatio. ff. ad l. Rodi. de iac. tamen dominia & proprietates omnium rerum existentiū infra dictos confines imperij, non sunt ipsius Imperatoris. Quod facit pro opinione marti. in l. benè à Zenone. C. de quadrien. præscript.

3 † Quæro ab extra, an iste vendens iurisdictionē illicitè, teneatur emptori de euictione? & dicit Bald. quod non, quia ipse emptor scire debuit, quòd illicitè mercatur, per l. quemadmodum. C. de agri. & cen. lib. 11.

Quod admittit etiam And. de Iser. præterquàm in duobus casibus. Primus est, si emptor specialiter sibi per stipulationem prouidisset. per l. si fundum. cum ibi nota. C. de euict. Secundus est, si probabiliter potuit emptor ignorare dictam rem esse infra fines imperij, puta, quia erat in confinibus terrarū Ecclesiæ, vel Franciæ, quæ non subest imperio, per ea, quæ no. in glos. in prin. huius tit. & venditor dicebat rem esse de terra Ecclesiæ, vel regni Franciæ, & vendebat rem liberè destitutam iurisdictionem Imperatoris. Aliàs autem dicit ipse Andr. de Isern. quòd emptor semper præsumitur scire. l. constitutiones. C. de iuris & facti igno. & l. quod te. ff. si cer. pe. Ego verò non puto And. de Iser. in primo suo casu benedicere, per no. per gloss. infr. tit. seq. in l. 1. in §. 1. super verbo bonæ fidei.

Vltimò ad materiam præsentem vide, quod dixi suprà eod. §. iudices. in 1. not. & suprà de capi. qui cur. vend. in capitul. 1. & supr. quibus mod. feud. amit. in fi. & suprà qualiter Vasal. debeat iurare. in c. 1. & infr. quæ sint regaliæ. in c. inter dilectos. extra de fide instru. & extra ne præla. vices suas. in capit. 1. cum ibi not. & in Specu. de proprie. in §. 1. ver. cæterùm. & plenè de materia iurisdictionis. in Specu. de iurisdictione om. iudi. per totum.

SVMMARIA.

1 *Feudum aliquo casu sine feudatarij culpa perditur.*
2 *Dominus aliquando parem vicem non reddit Vasallo.*
Ecclesia nolens Vasallo facere gratiam, an dominus feudi teneatur huic Vasallo ad interesse.

SI VERO. Imperator iste prosequēdo materiam suam circa pacem conseruandam, tollit hîc, ac remouet quandam dubitationem, quæ de facili potuisset esse causa turbationis pacis. Et ex hoc habes, qualiter iste §. facit ad titulum. Et pro euidentia sciendum, ꝙ §. iste intelligitur varijs modis. Vno modo secundum glossam, quam Communiter sequuntur Doct. & Iac. de Bel. & Bal. videlicet, quod si dominus feudi transferat quoquo titulo in Ecclesia rem feudalem, tanquam rem suam propriam & allodialem, quod ex hoc Vasallus iam inuestitus de dicta re, & possidens eam, tanquam feudalem, amittit dictum ius suum, & Ecclesia debet præferri ipsi Vasallo, sed quia iste intellectus videtur esse valdè exorbitans, & durus. Ideò Andr. de Isern. intellexit altero, de duobus modis. Et primò, videlicet, quòd dominus primo infeudauerat Vasallo dictam rem suam, sed solùm abusiuè, ita quòd nondum tradiderat possessionem, & sic non fecerat veram inuestituram, de qua supr. quid sit inuestitura. in prin. Post igitur factam inuestituram abusiuā transtulit eandem rem in Ecclesiā verè, & realiter transferendo possessionē, quo casu, ipsa Ecclesia debet ꝓferri ipsi Vasallo, qui habebat solùm abusiuā, ꝑ ea, quæ no. & quod ibi dixi supr. si de feu. fue. contro. in c. fin. facta. Alio modo intellexit ipse idem An. videlicet, quòd dominus

minus prædictus primò donauerat, vel aliter transtulerat ius dictæ rei in Ecclesiam, quo casu, etiam sine traditione intelligitur translatum verum dominium in ipsam Ecclesiam, vt in l. inter diuinum. C. de sacrosanc. Eccl. Vnde non potuit postea infeudare alteri in præiudicium ipsius Ecclesiæ. Et istæ duæ lecturæ quanquam sint verè & notabiles in se. Ego tamen non recedam à Communi lectura, de qua suprà dixi, secundum quam in summa hoc intendit. Dominus potest priuare Vasallum iure suo, transferendo in Ecclesiam rem feudalem, tanquam propriam & liberam, nisi idem Vasallus ex gratia illud feudum de nouo ab Ecclesia obtineat. h. d. In textu ibi, allodium, quid sit, vide vbi te remisi, supr. in §. præcedenti. Ibi etiam istud referas ad dictionem, si verò, supr. positã. Ibi, infeudatum, scilicet, alicui per dominum allodij. Ibi, conferri Ecclesiæ, per eundem dominum quoquo titulo, vt sequitur. Ibi, contractum, post istud verbum fac virgulam. Ibi, infeudatus, hoc est, Vasallus inuestitus. Ibi, nisi per gratiam Ecclesiæ, hoc est, nisi Ecclesia Vasallo fecerit gratiam, & apud eum dimiserit feudum, recipiendo ab Ecclesia inuestituram, tanquam pro nouo feudo.

1 †Not. hîc casum mirabilem secundum Iaco. de Bel. & Bald. in quo Vasal. priuatur feudo sine culpa sui, quod est contra regulam supr. de feudo sine culpa non amit. in c. 1. sed hoc operatur fauor Ecclesiæ, quod ex facto domini priuetur Vasallus, sicut & alibi patet, quod ex facto vnius priuetur alter, vt suprà si de feudo fuerit cõtrouer. in c. si Vasallus culpam. & suprà quæ fuit prima causa bene. amit. in §. fin. & in glos. hîc posita. in prin. Speciale ergò est fauore Ecclesiæ, quæ habet multa alia priuilegia, prout est videre in toto titu. C. de sacrosan. Eccl. Dicunt tamẽ prædicti Doct. quòd dicta Ecclesia tanquam cultrix iustitiæ, quæ non debet pati aliquid fieri cõtra iustitiam in se, vel in alium, non debet auferre à Vasallo d. feudum, vt supr. de feud. alie. in §. inde potest. Nam naturali ratione ad hoc tenetur, & ideò debet sibi facere gratiam, faciendo id, ad quod tenetur de iure naturali. Facit l. Titius. ff. de obsequijs.

2 †No. hîc casum specialem, in quo dominus non reddit parem vicem Vasallo suo, quod est contra regulam traditam supr. de forma fidelitatis. in fi. Nam hîc videmus, quòd dominus inuito & ignorante Vasallo potest rem feudalem pro anima iudicare, sed Vasallus hoc non posset, vt infr. tit. seq. post prin. & supr. qualit. olim po. feu. alie. in §. donare. Sed hoc operatur fauor, & priuilegium Ecclesiæ, secundum Iac. de Bel. Nam aliàs non posset dominus feudum in alium transferre sine voluntate Vasallorum, vt infrà tit. seq. in §. præterea ducatus. & dixi supr. de lege Cora. in c. 2. in §. ex eadem. Vel assigna rationem differentiæ secundum Bald. quia apud dominum residet plus iuris, quod patet, quia recipit sacramẽtum fidelitatis à Vasallo, sed illud econtrà non præstat, vt dixi in d. c. 1. de forma fidelitatis. Dicit tamen idem Bald. quòd iste §. ponit solùm ius singulare in feudis, vnde non debet extendi ad ius emphiteoticum. argu. in l. cùm filius. ff. de testa. mili. ff. de vul. & pup. l. cohæredi. in §. cùm filię. & vide circa hoc in Spec. de feudis. §. quoniam. versic. sed nunquid feud. Quæro cum glossa in ver. sed nunquid, an si Ecclesia non velit facere gratiã huic Vasallo, vtrũ dominus teneatur huic Vasallo ad interesse? Et respondet quod sic, videlicet, quod aut soluat sibi æstimationem, vel quod det sibi aliud feudum eiusdem bonitatis & quantitatis, perinde ac si fuisset inuestitus de re aliena, quæ fuisset sibi euicta, iuxta ea, quæ habentur in c. 1. supr. si de feu. Vasal. fue. interpel. & suprà de inuesti. de re alie. fac. in princ. Cùm enim illud beneficium non sit sublatum ipsi Vasallo. Ergò sibi debet remanere, per l. præcipimus. C. de appel. Et hoc voluit ista glo. vsque ad finem, quæ benè & notabiliter loquitur secundum Doct. Ex qua collige secundum Bald. quod quanquam aliquis admittatur authoritate iuris ad infringendum, quod fecit, nihilominus tenebitur ad interesse. Et sic rigor huius §. satis temperatur per limitationẽ huius gl. Facit c. si filius. extra de testa. & de præbẽ. inter cætera. & de iure pat. pastoralis, secundum Hostien.

Vltimò de materia huius §. tractatur per Iac. Ard. in Summa. in tit. quib. mod. feud. amit. sub rubr. Vasallus feudũ non amittit sine co. & conuicta culpa. & sub rubric. an dominus inuito Vasallo possit ius, quod habet, &c. & plenè in Summa Py. in titu. qui. mo. vel caus. feu. amit. ad quam summam etiam gloss. hîc posita te remisit. & quod dixi in c. 2. supr. quo tempore miles. & in §. ex eadem. suprà de lege Cora. & in remissionibus, quas ibi adduxi. & quod tangitur per Canonistas. in capitulo nuper.

nuper. extra de dona. inter virum & vxo. & per Host. in Summa. in titu. de feudis. in §. vt autem. vers. sine culpa.

SVMMARIA.

1 *Aequalitas in causis paribus seruanda.*
2 *Imperator Romanorum coronandus Romam petet.*
3 *Contumacia Vasallo non ascribitur, nisi legitimè citetur.*
Citatio quando intelligatur legitimè facta.

§ VT AVTEM. Imperator in hac vltima parte prouidendo de dicta pace conseruanda per totum imperium, vt inter Vasallos & dominos obseruetur æqualitas, statuens insuper modum & formam, qualiter dicti Vasalli se debeant habere erga eorum dominos, in expeditione publicè indicta pro suscipienda corona imperij. Et in summa hoc intendit.

Si Vasallus legitimè vocatus, non associauerit dominum suum in exercitu pro suscipienda corona imperij, aut stipendia debita non contribuerit, amittit feudum, & ad dominum reuertitur. hoc dicit. Præmitte pro euidentia huius §. id, quod not. gloss. supr. de prohibita feudi alienatione, per Loth. in glo. 1. vbi iste §. declaratur. In textu ibi, æquitas: Non loquitur de ea æquitate, quæ describitur, quod est iustitia temperata dulcore misericordiæ, prout describitur in Specu. in titu. de dispensatore. in §. 1. vers. æquitas, &c. de quo dic, vt ibi plenè. & in l. 1. C. de leg. Sed loquitur de ea æquitate, quæ capitur ꝑ æqualitate, de qua in l. fi. C. de consti. pecu. & in glossella hîc posita. Et describitur in isto text. quod est quædam conuenientia rerum, quæ in paribus causis paria iura desiderat, & omnia benè æquiparat. Vnde cùm Vas. recipiat beneficiũ à domino æquũ & conueniens est, vt proinde retribuat seruitiũ domino, vt suprà in quibus causis feudum amittatur. in fin. Et ideò suadetur hîc Vasallo, quòd seruet domino æqualitatem. Et modò per hoc intelligis istum text. qui sequitur. Ibi, per vniuersitatem, id est, per omnia loca. Ibi, seruetur, & maximè inter dominos & Vasallos, vt sequitur. Ibi, Alemania: Ideò de istis specialem mentionẽ fecit, quia in eis magis frequentantur dicta feuda spectantia ad ipsam expeditionem. Ibi, quicunque: Neminem excipit. Vnde intelligas de quocunque habente feudum, etiamsi esset fœmina, & à quocunq; recognoscatur tale feudum secundum Iac. de Bel. & vide ad hoc, quod dixi suprà qui feud. dare poss. in §. hîc autẽ notandum. Sed ego non extenderem, nisi solùm ad Vasallos, qui immediatè habent feuda ab imperio. arg. eorum, quæ no. suprà quali. iura. debe. Vasal. in c. 1. in fi. & ita puto fuisse mẽtem Iac. de Bel. Ibi, indicta, id est, ꝓmulgata, & manifesta, seu denunciata, vt C. de indictionibus super rubrica. & super indicto. l. 1. & quod no. gloss. in l. incola. la. 2. ff. ad municipales. Et intelligas, quòd sit indicta ab Imperatore. Ibi, expeditione, id est, hoste. & ita exponitur in prædicta glo. de prohi. feud. alie. per Lotha. Ibi, Romam, vbi recipere debet coronam, vt in Cle. Romani de iureiuran. & latè dixi supr. quis dicatur Dux, Co. vel Marchio. Nam nõ posset ei mitti, alibi, quoniã est necesse quod ibi suscipiat secundũ Bal. de quo plenè per Barto. in tractatu qui sint rebelles. Ibi, regem, id est, ipsum electum Imperatorem. Nam ante susceptam coronam, [a] non dicitur propriè Imperator vt in l. benè à Zenone. in fin. C. de quadrien. præscrip. secundũ Andr. de Iser. Et aduerte, quia hîc habet respectũ ad maiores Vasallos, qui immediatè recognoscunt feuda ab imperio, sicut sunt Duces, Marchiones, Comites, & similes. Ibi, dominum suum: hîc habet respectum ad alios Vasallos qui non sunt immediatè sub imperio sed mediatè, vt quia recognoscunt feuda sua, à prædictis Ducibus, Marchionibus, Comitibus, vel alijs dominis inferioribus, de quibus omnibus patet in d. titul. quis dicatur Dux, Co. vel Marchio. in princ. Ibi, eundo cum ipso, subaudi, vel mittendo loco sui alium æquè idoneum, qui sit domino acceptabilis, vt infrà titu. seq. in §. firmiter. & in glossella hîc posita. Ibi, stipendia, id est, tributa, quæ alibi appellantur ostenditiæ, vt supr. de capi. Cor. in §. similiter. & olim aliter soluebantur, vt ibi patet. Hodie verò soluitur medietas redditus vnius anni, vt in d. §. firmiter. infr. tit. seq. & in gl. hîc posita, quæ per hoc est expedita, & patet etiam clarè ex dicta glossa prima suprà de prohibita feudi alienatione. per Lotharium. Ibi legitima. Quando autem intelligatur legitima vocatio, dicam in gloss. quæ pluribus modis declarauit. Ibi, per compares, id est, per alios Vasallos, qui sunt pares eiusdem curiæ cum isto Vasallo citato. Si verò non haberet pares, tunc posset fieri talis probatio, etiam per extraneos, vt voluit glossella hîc posita. & dic

vt in

[a] *Ante susceptam coronã. Adde Bar. in 1. constitu. ff. Doct. in l. ex ea. ff. de postu. Spec. tit. de renun. in §. si vers. itẽ quod obtentum. Abb. in c. venerabilem. de elect. Cal. cons. 7. in ru. de priuil. int. an Imperator. Oldr. cõsil. 180. incip. quæstio est, vtrum Imperator.*

vt in ea. Ibi, feudum perdat, subaudi, per sententiam, vt not. infrà titulo sequenti. in §. callidis. Ibi, facultatem, quod intelligas, siue sit nouum, siue paternum, secundum veram lecturam, vt statim dicam in gloss.

1 †Not. primò ex hoc text. æqualitatem *esse seruandam in paribus causis. Facit quod alibi dixit Imperator, æqualitatis enim iustitiæ sumus amatores, vt in Auten. de non elig. secundo nub. in §. fi. colu. 1. Facit etiam, quia vbi est eadem ratio, ibi debet esse idem ius. l. à Titio. ff. de verbo. oblig. & l. illud. ad l. Aquil. & quod dixi suprà de for. fide. in fin.

2 †Not. quòd Imperator Romanorũ debet ire Romam ad suscipiẽdam coronam. Quod intelligas de veteri Roma, non autem de Constantinopolitana, nec posset mittere procuratorem, pro eo, ad dictam coronam suscipiendam, neque posset sibi mitti corona alibi secundum Bal. ar. huius literæ, & per ea, quæ not. in Clementina Romani de iureiuran. & quod dixi in dicto titu. supr. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio. in prin.

Not. ex hoc textu nouam ingratitudinem, per quam Vasallus amittit feudum, & ad dominũ liberè reuertitur. Aliàs autem pluries vidistis suprà quæ fuit prima causa benefic. amit. per totum. & suprà in titu. quibus modis feudũ amit. per totum. Et per hoc habes glo. penult. hîc positã expeditam. Not. quòd Vasallus ad requisitionem domini sui, cogitur præstare auxilium domino domini sui, quod expeditũ & certum est, pro suscipienda corona imperij, vt hîc. Vtrum autem in alijs casibus? dic vt dixi suprà de controuersia inuestit. in fi. & suprà de lege Cora. in c. 2. in §. similiter. & in c. beneficium. supr. si de feu. fue. contro. facit infr. tit. seq. in §. illud quoq;.

3 †Not. quòd Vasallo non potest ascribi contumacia, nisi constet de legitima admonitione seu vocatione. Facit c. licet. suprà si de feud. fue. contro. de quo latè dixi suprà quæ fuit prima causa benefi. amit. in §. sed nec alia. & ex hoc infert Bald. quod quãdo aliquis alligat aliquem monitum, vel requisitum, debet illud probare, quia nemo præsumitur citatus, nisi probetur, vt in hoc text. notabili. facit quod no. glo. 82. d. c. 2. vbi plenè videas. & in Specu. de cita. §. sequitur. vers. sed nunquid. Quæro cum gloss. 4. qualiter ista vocatio, de qua hîc debeat fieri, ad hoc, vt intelligatur legitimè facta, prout vult iste text. Et respondet pluribus modis. Primo modo, quod fiat per ipsum dominum, vel eius procuratorem. ar. ff. de pet. hæ. l. item veniunt. in §. petitã. & debet fieri adhibitis duobus vel tribus ex paribus. ar. supr. quid sit inuest. in prin. & §. 1. Vel secundo modo, vocabitur Vasallus ter coram paribus, spacio competenti secundum formam traditam. suprà de Vasal. qui contumax est. in c. 1. Et hi duo modi approbantur per gloss. Subiungit & tertium modum, videlicet, quòd ipse dominus nõ vocabit de per se, sed per pares curiæ. Quod prosequere, vt in gloss. vsque ad finẽ. Sed tu addas alium modum secundum Iac. de Bel. videlicet, vt fiat vocatio secundum consuetudinem loci. arg. ff. de testi. in l. testium. §. fi. C. de emancip. liber. l. 1. & l. fin. Vel dic secundum Bald. q. sufficiat mitti proclama generale, per terras & loca ipsius domini requirentis, vt C. de remiss. pigno. l. si eo tempore. & in c. humilis. extra de maio. & obe. per Innoc. Sed videtur istum modum Baldi nõ posse procedere, cùm videatur inferri ex isto text. q. sit necessaria specialis vocatio. Ad quod etiam facit, suprà hîc finitur lex. in §. ad hæc. & quod not. suprà si de feu. fue. cõtro. in c. licet. Pro Baldo tamen facit text. in c. 1. de noua for. fide. ibi specialiter vel generaliter. Quæro cum glos. fi. an iste text. in fi. dum dixit, quòd Vasallus amittit feudũ, & ad dominum liberè reuertitur, &c. Vtrũ intelligi debeat tã in feudo antiquo, quàm nouo, & siue supersint agnati, siue non? Et circa hãc quæstionem arguit pluribus rationibus ad partes hincinde, & tandem determinat, quòd habeat locum, & in nouo, & in antiquo, etiamsi supersint agnati, & dic, vt in ea, vsque ad fin. quæ bene & notabiliter loquitur. Et determinat ea potissima ratione, quia istud delictum inobedientiæ in isto casu respicit personã domini, & non solùm ipsum dominũ, sed Imperatorem, & totum imperium, & totam Rempublicam, quæ per hoc minui posset. Ideò ad dominum reuertitur, vt patet suprà, quæ fuit prima causa beneficij amittendi in §. finali. & ibi latè examinaui in conclusionibus, vbi adduxi authoritates omnium, qui hanc partem secuti sunt, & aliorum, qui contrariam sententiam tenuerunt. & ibi plenè videas in prima & secunda, & quadragesimaquinta conclusione.

Quæro ab extra, quia hîc dicitur, quòd Vasallus vocatus ad expeditionẽ, tenetur, aut ire personaliter, aut soluere stipendia, an ele-

* *Aequalitas est seruanda. Adde l. fi. & ibi Bar. C. de fruc. & litis expen. Spec. tit. de dila. in §. 4. vers. sed nunquid ter mini. & an sit seruãda in cõtractib⁹, iudicijs & arbitrarijs? vide per gloss. in l. si cum dies. in §. fi. is. ff. de arb.*

an electio sit ipsius Vasalli facere, quod vult? & respondet quod sic, videlicet, vel ire, vel soluere, vel alium domino acceptabilem loco sui mittere, vt probatur in dicto §. firmiter. infrà titulo proximo, & per regulam in l. plerunque. ff. de iure doti. secundum Iacobum de Bel. Andræam de Isernia. & Bald. facit quod not. glo. infrà titulo proximo. in §. præterea ducatus. & vide quod dixi circa hoc. in dicto §. firmiter.

Vltimò de materia huius §. vide suprà de capi. Cor. in §. similiter. & in remissionibus, quas ibi copiosè adduxi. & suprà de prohibitione feud. alie. per Lotha. in prin. & in dicto §. firmiter. infrà titul. proximo. & plenè in Summa Py. in titulo quib. mo. sine cau. feu. amit. ad quem summa gloss. penult. hîc posita similiter te remisit.

DE PROHIBITA FEVDI ALIENATIONE per Federicum.

RVBRICA.

QVoniam suprà titulo proximo in fine declarauit, qualiter Vasalli tenentur associare dominos suos, vel stipendia eis soluere, quando Imperator vadit Romam pro suscipienda corona. Verùm quia multotiens Vasalli prædicti reperiebátur alienasse eorum feuda, absque licentia dominorum, ita quòd non poterant ire in tali expeditione, & sic imperij vtilitas, & honor diminuebatur. Quare Imperator iste Federicus volens huic morbo prouidere, statuit hanc legem, quæ non solùm concernit alienationes præteritas, sed etiam futuras, quæ quidem lex supposita fuit hîc immediatè post titulum & legem præcedentem, quæ similiter fuit eiusdem Imperatoris Federici.

SVMMARIA.

1 *Alienatio quæcunque feudi domino insciο Vasallis est interdicta.*

2 *Pignoris obligatio in re feudali Vasallis prohibetur.*

3 *Impossibilia de iure non firmantur temporis successu.*

4 *Emptor bonæ fidei precium feudi empti & ad dominum reuersi, à Vasallo repetet.*

5 *Proprietas feudi à domino, an possit pignori obligari absque consensu Vasalli.*

Vasallus alienans feudum sine voluntate domini, si illud recuperauit, an euitet pœnam amissionis ipsius feudi.

Vasallus non habens descendentes, vel agnatos, an possit disponere de re feudali in suo testamento extraneis, ita, vt dominus teneatur inuestire talem legatarium.

6 *Ius feudale à Vasallo non dabitur in dotem filiæ.*

7 *Ius feudale in perpetuam emphiteosim irrequisito domino non dabitur.*

8 *Vasallus etiam de licentia domini amico non vendet ius feudi.*

9 *Precium feudi à malæ fidei emptore empti fisco applicatur.*

10 *Emptor malæ fidei precium non repetit, etiã si de euictione stipulatus sit.*

Emptor bonæ fidei an possit petere precium, si specialiter egit cum vasallo de euictione nõ agendo.

11 *Emptor bonæ fidei precium si non repetit, ad interesse agere poterit.*

Precium an sit restituendũ, si venditio propter defectum solennitatis non valeat.

12 *Vasallus si ius feudale domino pignorauerit, pœnam non incurrit. Et quid sit dicendũ, si plures sint domini, & pignorauit vni, sine voluntate aliorum.*

Feudum quando intelligatur indiuiduũ vel diuiduum.

Dominus quam actionem habeat contra emptorem ad reuocationem feudi alienati.

13 *Vasallus in feudo vsufructuarium alium à se non statuet.*

14 *Vasallus Licentiatus vendere totum feudum an possit partem vendere.*

15 *Licentia à domino data Vasall. de feudo vendendo ipsi domino non nocebit.*

Consensus & licentia domini an debeat præcedere alienationem, an verò sequi.

Verba saluo iure meo & filiorum & agnatorum in vẽditione feudi apposita, quid operentur.

Feudum venditum sub conditione, si possit hoc facere de iure sine amissione iuris & precij, an per hoc euitetur pœna huius legis.

16 *Pignus iudiciale an possit de feudo contrahi.*

17 *Feudum in annos centum locari potest.*

IMPERIALEM. Diuide istud principium vsque ad §. callidis in quatuor partes. In prima Imperator iste Federicus exorditur. In secunda ponit querelas & causas, ex quibus mouetur ad hãc legem promulgandam. In tertia hanc legem, tanquam generalem perpetuam statuit, prohibendo in futurum omnes alienationes feudorum, absq; voluntate dominorum fieri. In quarta cassat & irritat omnes illicitas alienationes, præteritas iam factas, non obstante aliqua præscriptione. secunda ibi, quapropter. tertia ibi, habito igitur. quarta ibi, vnde Imperator.

CASVS.

Imperator Federicus sollicitus circa vtilitatem imperij & subditorum, habita diligenti deliberatione, prohibet alienationem feudorum, siue in totum, siue in parte, absque voluntate dominorum, siue stant

fiant titulo venditionis, siue pignorationis, siue relicti pro anima, seu alterius cuiuslibet alienationis, & insuper reuocationes prædictas alienationes, quæ in præteritum factæ fuissent, non obstante aliqua præscriptione remanente actione ad precium emptori bonæ fidei, hoc dicit. In tex. *circa* superscriptionẽ. Ibi, idẽ, scilicet Imperator Federicus primus, qui etiam *legem* præcedẽtem edidit. Et ideò *dixit idem*, &c. de quo Imperator plura *dixit* sup. de pace tenen. in princi. vbi videas. Ibi, populo, omnia declaraui sup. ti. præceden. in superscriptione. Ibi, solertiam, id est, sollicitudinem. Ibi, iugiter, id est, firmiter. Ibi, Ronchaliæ, omnia ista declaraui sup. ti. 2. in princi. Ibi, fidelibus, id est, vasallis. Ibi, regni, qualiter intelligatur declaraui in dicto loco. Ibi, beneficia, id est, feuda. Ibi, libelli, qualiter hîc fiebat, traditur sup. qualiter olim po. feu. alien. in §. donare. Ibi, expeditionem, id est, exercitum, de quo habita est mentio, supr. tit. proxi. in fin. & in d. l. 1. supr. ti. 2. Ibi, habito igitur consilio, ex hoc patet, quod est lex generalis. l. humanum. C. de leg. Ibi, procerum, id est, sapientum, vt in l. fi. C. de leg. Ibi, hac edictali, ex his verbis etiam patet, hanc esse legem generalem, l. 3. C. de leg. Ibi, pro anima iudicare, id est, relinquere. Nã loquitur extra vulgare loquentis, vt dixi sup. qualiter olim po. feu. alien. in §. donare. Ibi, promulgauit, prout patet sup. tit. 2. in l. 1. Ibi, perpetratas, hoc est, contra ius factas. Ibi, præscriptione, scilicet, longi temporis, non autem de lõgissima, quia per eam omnis tollitur actio secundum opinionem glo. secutus sum sup. de cap. Cor. in §. prætere a. Licet quidam tenuerint contrariũ, per istum text. qui loquitur indistinctè, de quo dic, vt ibi latè dixi, & sentit etiã glossella hic posita, dum vult, quòd ea quę ibi dicta sunt repetantur hîc.

1 †Not. quòd omnis alienatio seu distractio super feudis in totum, vel in partem est interdicta vasallis absq; voluntate dominorum, vt hîc, & sup. de vasal. qui contra constit. Lothar. feud. alie. in c. 1. & supr. qualiter olim po. feu. alie. post prin. & sup. tit. 2. & in l. 1. vbi videas in 1. notab. prout in simili videmus in alijs rebus, quæ sunt prohibitæ alienari de iure communi, quę numerantur per Bal. super rubrica C. quæ res ven. de.

2 †No. quòd etiam pignoris obligatio in re feudali est interdicta vasallis in totũ siue pro parte, vt in hoc tex. & in gl. 1. hîc posita in sui prin.

Quòd intelligas verum, quando ex dicta pignoratione transfertur possessio rei feudalis in creditorem, secùs autem, si fieret simplex pignoratio, seu hypothecatio absq; traditione possessionis, vt dixi sup. de cap. Cor. in §. præterea. in 1. q. & sup. quæ fuit prima causa bene. amit. in §. fi. in conclus. 43. Facit l. obligatione generali. ff. de pignor. & de hoc etiam dixi sup. qui. mod. feu. amit. in §. aut si libellario. & latissimè sup. in ti. de alie. feud. vbi gl. visa est tenere contrarium, de quo vide per Bal. in l. 2. C. de leg. Et scias, quòd iste videtur habere animum non luendi, qui plus acquirit super pignore, quàm valeat pignus, vt ff. de lega. 3. l. qui habebat. in prin. ita tenet Bald. in d. §. aut si libellario.

3 †No. quòd tractus temporis non firmat impossibilia de iure, vt in hoc tex. in fin. & in concordantijs quæ allegantur in gl. pen. hîc posita. Sed quia ista via Brocardica, vt patet in d. glo. quæ aliqua iura in contrarium allegauit, remittendo se ꝑ solutione huius Brocardi ad libellũ disputatorium Pyl. vnde tu dic melius, & latius per Dyn. in c. non firmatur. de reg. iur. in 6. & per glo. in l. per fundum. ff. de serui. rust. præd. & ibi per Doct. & quod dixi sup. si de feud. fue. contro. in c. naturales. in 1. notabili.

4 †Not. quòd solus bonæ fidei emptor repetit precium à vasallo vendente, cùm feudum sit reuersum ad dominum. Non autem malæ fidei quod patet, ex hoc tex. qui concedit repetitionem bonæ fidei emptori. Ergò prohibuisse videtur ipsi malæ fidei emptori, l. cùm prætor. ff. de iudi. Item, quia imputet sibi emptor malæ fidei, cùm scienter emerit rem alienã, & prohibitam vendi. l. si fundum. C. de euict. Et hoc etiam voluit gl. fi. hîc posita in sui princip. Scire enim debuit istam prohibitionem. l. leges. C. de leg. Facit q; dixi sup. per quos fiat inuesti. in §. 1.

5 †Quæro cum gl. 1. an dominus possit pignori obligare suam proprietatem, quam habet in feudo absq; voluntate vasalli? Et ista gl. arguit ad partes ad fi. & nõ determinat, vnde Iac. de Bel. indistinctè tenet, quòd possit, cùm non reperiatur prohibitum per l. 2. C. de vsufru. & ff. de pign. act. l. tutor. in fin. quæ hîc allegantur in glo. hoc idem tenet Andr. de Isern. dicens, quòd cùm hoc non reperiatur

cautum iure feudorum, videatur esse relictum dispositionis iuris communis, vt in c.1.sup. de feud.cogni. Sed de iure cõmuni hoc satis cautum est, per d.l.2.C. de vsufruct.

Nec obstat, quòd non videatur parilitas isto casu inter dominum & vasallum contra regulam positam sup. de for. fide. in fine, quia etiam est dare alios casus, in quibus non seruatur inter eos parilitas, vt ibi per Doctor. & in c. domino.sup. si de feu.fue.controuer. Et est ratio, vt puto, quia secundum consuetudinem antiquam, poterat tam dominus quàm vasallus pignorare ius suum, vt colligitur sup. qualiter olim po.feu.alie. Et in hoc erant pares, sed Imperator hoc correxit solùm in vasallo. Igitur in domino remanemus in dispositione antiqua, ꝑ l.præcipimus. C. de appel. Et sic redacti sunt in hoc ad disparitatem. Facit quod no.glo.sup.tit. proxi.in §.penul. Et hanc partem secutus est etiam Ioan. And.in addit.Spec.in tit. de feudis.§. quoniam.versic.30.quare & dominus Bal.hîc, quia cùm non reperiatur prohibitum in domino, sicut in vasallo. Ergò videtur permissum.ff.ex quibus cau.maio.l.nec non.in §.quod eis.

Limitat tamen hanc opinionem, nisi ipse dominus pignoraret ius suum pro tanto precio, quod non esset spes luitionis, quia tunc esset idem, quod in alienatione, per l.qui habebat.in prin.ff.de leg. 3. Quæro cum glo. 2. quid si vasallus alienauit feudum sine voluntate domini, sed postea illud recuperauit, an euitet pœnã amissionis ipsius feudi? & arguit ad partes. Et finaliter determinat quòd nõ, quia casus est, suprà in titulo quid iuris sit, si post aliena. &c.in c.1.in princ. & hoc voluit ista glos.vsq; ad vers.quid si vasallus, &c. Sed tu circa hanc quæstionem tamẽ dic latiùs, vt ibi dixi. Quæro subsequenter cum d. gl. quid si vasallus qui non habet descendentes, vel agnatos aliquos in suo testamento, disposuit de re feudali, ipsum feudum ligando personæ prorsus extraneæ, vel instituendo hæredem penitus extraneum, an dominus teneatur inuestire talem hæredem, vel legatariũ? Et ista gl. arguit ad partes, & tandem determinat quòd non, quia vasallus nullam habet facultatem disponendi de feudo in testamento, vt est casus sup.de succe.feu. in princip. Et hoc voluit glo.vsq; ad ver. sed an in dotem, &c. quæ benè loquitur, & eam sequuntur Doctor.per istum tex. & quia casus est etiam hîc, & supr.qualiter olim po.feud. alie. in §.donare. Item, quia in materia feudali hæres appellatur filius, vel descendens masculus, vt suprà de alien.feu.in §. & si clientulus.

Et ita intelligitur glos.posita in l.1.§. penult.ff.de aqua quot & æsti.quæ dicit, quòd hæres masculus mortuo vasallo, de facili impetrat inuestituram, non autem eam intelligas de herede extraneo, sed de descendente, qui de facili petit renouationem inuestituræ à domino, prout tenetur facere vt dixi, supr.quæ fuit prima causa benefic. amit. in princip. & de hoc etiam in c. bonæ memoriæ, extra de postul.præla.per gloss. Ex quibus ergò cõcluditur in quæstione gloss. quod feudũ isto casu reuertetur ad dominum secundum gloss.

Quod intelligas verum, etiamsi tale feudum modo prædicto esset translatum in ecclesiam, secundum Bald. vt probatur in c.1.in §.inde potest.supr. de aliena. feud. Sed aduerte, quia ista glos.præsuponit in hac sua quæstione, quòd iste vasallus testatur non habebat descendentes vel agnatos. Ergò infert à contrario sensu, quòd si habuisset, quod tunc tale feudum non reuerteretur ad dominum, sed transiret ad eos. Et videtur sequi Bald. quod verissimum est in feudo antiquo, vt no. gloss. supr.de succes.feud.in §.hoc quoq;. & dixi supr. quæ fuit prima causa benefic.amit.in §. fin.in conclusionibus. Sed in feudo nouo nõ est dubium, quòd agnati non succedunt vt supr.de bene. fra. in c. 1. Vtrum autem tunc filius excludatur, quando pater suus legauit feudum suum nouum extraneo? & ista est maior dubitatio, & secundum hanc glo. quæ indistinctè loquitur videretur dicẽdum quod non. Sed in contrarium facit tex.in d.§.fin. & supr.de vasal.qui contra constitu.Lothar.in c.1. Quare cogita super hoc, sed tamẽ circa ea vide, quod dixi in §. fin. supr. quæ fuit prima causa benefic.amit.in conclusione 21.per quã potes soluere quæstionem.

6 † Quæro subsequenter cum d. gl. an vasallus posit absq; pœna ius suum feudale dare in dotem pro filia sua, & arguit ad partes. Et tandem determinat, quòd non, quia casus est supr.qualiter olim po. feu.alie. in §. donare. Et hoc vult glossa ista vsque ad versic. sed nunquid. &c. Et hanc materiam plenissimè examinaui in d.§.donare.vbi omninò videas, & ibi declaraui

clarauí etiam, quid de melioramentis factis in feudo, an possint dari in dotem. Et de hac materia etiam latè dixi sup. hîc finitur lex. in §. si vasallus.

7 † Quæro cum d. glo. an vasallus possit absq; voluntate domini ius suum feudale dare alteri in emphiteosim perpetuam? Et respondet quod non, quia est alienatio, vt in Autentic. de non alien. in §. alienationis. Et hoc voluit gloss. vsque ad fin. quæ benè loquitur, quoniam hoc videtur satis expressum per istum text. Et addit Bald. hoc esse verum, etiamsi fuisset appositum pactum, vt ex tali contractu nõ transiret vtile dominium, quia videtur esse factum in fraudem legis, per ea quæ dixit Dyn. in l. codicillis. in §. instituto. ff. de lega. 2. Facit infr. in §. sequ. & de hac quæstione plenè per Iacob. Ardizo. in Summa in titu. quib. mod. feud. amitta. sub rubricella, an emphiteoticus vel libelli contractus prohibeatur, & dixi supr. quid iuris sit si post alien. feu. vasal. illud recu. in c. 1. §. 1. & tenet dominus Franc. Zaba. in c. 2. extra de feudis. Facit in Specul. de locat. §. final. versicul. 125. & sequenti.

8 † Quæro cum gloss. 3. quid si dominus dedit licentiam vasallo, vt possit vẽdere feudum Titio amico suo, an ex dicta licentia possit vendere alteri, & dicit glo. quod non, per l. si rem. in §. illud. ff. quib. mod. pign. vel hypot. so. & benè & notabiliter loquitur. Et est ratio, quia fines mandati a custodiendi sunt, l. diligenter. ff. manda. Item, quia potest interesse domini, ne vendatur alteri, quàm dicto amico nominato, argu. C. de iure emphi. l. fin. §. 1. ff. de actio. empt. l. si sterilis. §. si tibi. Item, quia cùm est concessum, vt vẽdatur vni videtur prohibitũ alteri, l. cùm prætor. ff. de iudic. & ff. de lega. 1. l. si quis testamento, secundum Andr. de Isern. Tutius est ergò secundum ipsum, impetrare licentiam simpliciter vendendi, nõ limitandi se ad aliquam personam, quia tunc posset vendere quibuscunq;. argu. C. de bo. va. l. si quando. Facit quia nulla iniuria fit domino, postquàm consensit, vt in c. 1. extra de feudis.

Quod intelligas verum, dummodò non vendat inimico domini, vel personæ prohibitæ, argum. in l. fin. C. de pact. inter emptor. & venditor. & videtur sentire Bald. de qua quæstione per ipsum in l. 2. C. de edilitijs actio.

9 † Quæro cum gloss. fin. in versic. immò nec venditor, &c. an vasallus vendẽs feudum malæ fidei emptori, possit retinere precium, postquàm dictus emptor illud repetere non potest, vt dixi supr. in vltimo notabili. Et respondet quod non, sed applicabitur fisco per l. Lucius. ff. de iure fisci. Et hoc voluit gloss. vsq; ad versic. nec puto. quæ benè loquitur secundum Iacob. de Beluis. & Andre. de Isern. Facit quòd not. in l. dispensatorem. ff. de solutio. licet Bald. arguat in contrarium, per notat. in l. si procuratori falso. ff. de condit. indebit. Facit l. final. C. de fun. limit. libr. 11. sed hoc non est benè dictum, per textum, quæ fuit prima causa benefi. amit. in fi. & supr. de prohib. feu. alie. per Loth. in l. 1. in fine.

10 † Quæro subsequenter cum dicta glossa, quid si emptor malæ fidei expressè stipulatus est de euictione, an tũc possit repetere precium? Et respondet quod non, ad hoc, vt aliquam pœnam patiatur ex suo delicto scienter commisso.

Nec obstat l. si fundum. C. de euict. quia loquitur de alienatio. in qua non est prohibitio alienationis, quia de sui natura est alienabilis. ff. de contrahend. emption. l. rem alienam. Hîc verò loquitur de re expressè prohibita alienari, in qua emptor malæ fidei plus peccauit, quod patet, quia etiam notarius scribens talem contractum punitur in amissione manus, vt infr. hac eadem lege. in §. scriba. Et hoc voluit ista glossa, vsque ad versic. sic ergò. quæ benè loquitur, & eam sequuntur Doctores, & potest assignari etiam alia ratio secundum Bald. quia ipsa stipulatio de euictione est accessoria. Vnde si principale est contra legem. Ergò & ipsa stipulatio. l. non dubium. C. de leg. licet tamen gloss. Accur. in pluribus locis teneat contrarium, videlicet, in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. libr. 11. in l. final. C. de fundis limitofis. & C. non licere habi. in l. 1. libr. 11. & de fundis rei publicæ. l. final. eodem libro. Sed de hoc vide per Doctores in l. si fundum. C. de euict. & in l. final. in fine. C. de litigiosis.

a Fines mandati. Adde l. qui Romæ in §. Calimachus. ff. de verb. obli. l. Meuia. ff. de manumis. testa. l. qui cõcubinam. in §. vxorem. ff. de leg. 3. Cardin. Zab. in c. mãdatum. in 3. q. de rescript.

Quæro subsequenter cum dicta glos. quid si emi bona fide feudum à vasallo, & conueni cum vasallo specialiter, & nõ agam de euictione, an tunc potero repetere precium? Et respondet quod sic, per l. ex empto, in fin. ff. de actio. emptio. Et hoc vult ista glossa vsque ad versicul. sed nunquid, &c. Tu verò de hac quæstione

dic latiùs per glo. & Doct. in l. si familiæ. C. fami. hercisc.

11 † Quæro cum dicta gloss. quid si bonæ fidei emptor, non vult repetere precium, sed vult agere ad interesse, nunquid potest? Et respondet quod sic, per l. emp. actio. C. de euictio. Et ad hoc intentabit actionem ex eo contractu, ff. de action. empt. l. ex emptor. §. his qui viua. & de contrahend. emption. l. sed celsus. §. primo.

Nec obstat, quòd contractus sit nullus, quia hoc est verum quantum ad trāsactionem rei, sed quantum ad præiudicium ipsius vendentis, censetur aliquis, vt ipsi emptori bonæ fidei nascatur actio personalis ex empto, contra ipsum venditorem, vt probatur in dictis iuribus. Facit quod not. in l. final. in fine. C. communia de leg. Et per hoc habes expeditam totam glossam vsque in finem, quanquàm non ita plenè loquuta sit, quæ benè loquitur, & eam sequuntur Doctor. Et pro determinatione gloss. adduco. c. si vasallus feudum. suprà si de feud. fuer. controuers. Quid autem si venditio non teneret ex defectu solennitatis, an precium sit restituendum, vide per Bal. in l. si prædium. C. de prædijs mi.

Oppon. ab extra quod immò valeat alienatio facta per vasallum, etiam non consentiente domino de. c. 1. sup. de alienatio. feudi paterni. Solu. fallit in illo casu, quando alienatur inter proximos agnatos, ad quos est reuersurum, quia nō est propriè alienatio, sed potius refutatio, de quo dic vt ibi latè examinaui.

Oppo. de. c. si vasallus de suo. supr. si de feudo fuerit controuersia, vbi vasallus potest litigare, & transigere etiam sine voluntate domini. Solue, vt ibi plenè dixi, & supr. de contro. inter vasallum & alium, in c. 1.

Oppo. de. c. 1. suprà de feudo non habente propriam naturam feudi, vbi vasallus potest alienare sine voluntate domini. Solu. hoc ideò ibi ita statuitur, quia ab initio fuit concessum, cum eo pacto, vt posset alienari. De quo dic vt ibi plenè dixi, & in c. feudum ea lege. sup. si de feu. fuerit controuersia. & in remissionibus ibi adductis.

Oppo. de. c. 1. sup. de contr. inter do. & empt. feud. & de. c. si vasallus feudum. supr. si de feudo fuerit controuersia. Solue, vt ibi dixi, & maximè, in d. c. 1. in primo notabili.

Oppo. de. c. 1. post princi. supr. qualiter olim po. feu. alie. vbi patet, quod vasallus potest etiam ignorante domino, feudum alteri infeudare. Solue fatendo contrarium. De qua materia dic plenè, vt no. gl. sup. de capi. Cor. in §. præterea. vbi videas, &c.

12 † Quæro ab extra, an vasallus pignorando ius suum feudale domino suo, cadat in pœnam hîc statutam? Respondeo quod non, secundum Bal. quia iam adest consensus ipsius domini, vt in c. 1. extra de feudis. Sed an tunc dominus lucrabitur fructus, vel eos computabit in sortē, dic quod lucrabitur, vt in c. conquestus. extra de vsuris. & dixi in c. 1. de feu. da. in vicem legis com. Quęro quid si sint plures domini, & pignorauit vni sine volūtate aliorum, an possit? Et dicit idē Bald. distinguendum. Aut feudum est indiuiduum, vel diuiduum. Primo casu videtur, quod possit secundo, non parte aliorum dominorum, arg. ff. de leg. 2. l. cùm filius. in princ. ff. de leg. 3. l. pater. §. quindecim. Quando autem intelligatur diuiduum, vel indiuiduum? vide quod not. sup. de fra. de nouo bene. inuest. c. 1. Quęro quam actionem habeat dominus contra emptorem ad reuocationem feudi alienati, dic vt latè dixi sup. in d. c. 1. de cōtro. inter do. & empt.

13 † Quæro an vasallus possit concedere vsumfructum in re feudali, videlicet cōstituendo alium vsufructuarium, dic quòd non, secundum Andr. de Isern. ff. de vsufruct. l. arboribus. §. 1. C. de re alie. l. final. Sed benè posset vendere fructus totius temporis, quo apud eum erit res feudalis, quia prohibitus vendere[a] non prohibetur de fructibus disponere. ff. de legat. 2. l. codicillis. §. instituto. & de leg. 3. l. pater. in princip. Si autem venderet fructus ad tempus, & interim moriatur, ita quod feudum transit ad dominum vel alium, tunc obligatio euanescit. l. lex vectigalis. ff. de pignor. Diuidentur tamen ipsi fructus secūdum formam traditam. supr. de lege Coradi. in §. pen. & vide circa prædicta, quod dixi in §. aut si libellario. sup. quibus mod. feud. amitt. & de lege Coradi. in §. eadem. de quo etiam per Iaco. Ardi. in ti. qui. mo. feu. amit. sub rubrica an possit vendere ius percipiendi fructus cum rub. seq. & in Spec. de pign. §. 1. ver. quid de decimis.

14 † Quæro an vasallus, qui habuit licentiam vendendi feudum, possit ex virtute

[a] *Prohibit⁹ vēdere. Adde qui prohibitus est vēdere frumentū extra territorium, an poterit vendere panem in notabili quātitate, vide per Petr. de Anc. in repet. c. 1. de constit.*

tute eiuſdem licentiæ vendere partem? Et dicit Andr. de Iſern. quod ſic de æquitate. argum. in l. ſi quis cùm totum. ff. de except. rei iudic. & de verbor. ſignific. l. pupillus. §. 1. Idem dicit ipſe, ſi conceſſa eſt licentia Titio videtur conceſſa etiam filijs. ff. de probatio. l. ſi pactum. in fine. Idem dicit ipſe, quòd virtute dictæ conceſsionis, poſſet pignori obligare, per l. 2. C. de patri. qui filios diſtra. & quia leuius fuiſſet concedi licentiam pignorãdi, argu. in l. 2. & l. præſcriptione. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. Facit. ff. de ſeruis expor. l. cui pacto. & ff. de regu. iuris. l. non debet. & facit ff. de ſtatu libe. l. à te. §. final. Rigor tamen qui ſolet ſeruari in contractibus, multum contrariatur prædictis, vbi quicquid non exprimitur, debet haberi pro omiſſo. ff. de verbor. obligatio. l. quicquid. item quia non recedimus à ſignific. verb. l. 1. de exercitoria. & l. non aliter. ff. de legat. 3. Item, quia vterque caſus eſt prohibitus, vt hîc. Meritò ſi conceditur in vno, videtur remanere prohibitio in alio, per l. cùm prętor. ff. de iudic. Quæro quid ſi infeudaui tibi feudum, & tu de hoc feudo infeudas alteri, puta Titio, & iſte Titius vult vendere? an in hac venditione exigatur voluntas mei prioris domini, an voluntas tua? Et Iacob. Ardizo. qui format iſtam quæſtionem in tit. quib. mod. feud. amit. ſub rubricella, an ſufficiat conſenſus maioris domini, dicit quòd debet interuenire conſenſus prioris domini, ſiue antiquioris, non autem proximioris, niſi ille antiquior eſſet abſens, quia tunc voluntas proximioris ſufficeret. Et hoc probat per c. ſi clientulus. ſup. de alienat. feud. & de prohibita feud. alienatio. per Lothar. in l. 1. & de feu. ſine culpa non amit. in c. ſi quis miles. & de lege Coradi. in §. ſimiliter. & argu. ff. rem rat. hab. l. ſi ſine. §. fina. Niſi primus vaſallus eſſet principis, quia tunc ſecundus vaſallus, non debet denũciare Principi, ſed ſuo domino, vt probatur hic. & argu. C. qui pro ſua iuriſdictio. in l. 1. Et hanc partem quòd requiratur conſenſus prioris domini, tenet ſimpliciter Ioan. de Pla. in Summa per §. illud. infr. eod. vbi videas. & Azo in Summa de iure emphiteotico. in materia emphiteotæ. & Bal. in d. §. illud. & quod ibi dixi. & per Zabarel. in c. potuit. extra de locat. in emphiteota. Vbi autem ipſe Titius ſecundus vaſallus faceret contra tenorem huius legis, ita quod feudũ amitteret, ad quem tunc dominũ debeat feudum redire, dic vt no. glo. in d. §. illud. & ibi dicam.

15 † Quæro an de licentia data per dominum vaſalli de vendendo, inducatur præiudicium domino in iuribus ſuis vaſallagijs, quæ habet in dicto feudo? Et dicit idem Andr. quod non, quia fuit cogitatum ſolùm de venditione iuris vtilis ipſius vaſalli. Vnde non debemus extẽdere ad iura domini, argu. extra de præſumptio. c. afferte. & quod not. 3. q. 5. hoc quippe. Vnde ergò etiam ſine aliqua reſeruatione remanet ſaluum ius ſuum ipſius domini. ff. de neg. geſt. l. ſi pupilli. in §. 1. & l. teſta. C. de teſta. Facit l. fina. C. de iure emphiteot. De qua quæſtione vide latiùs per Iacob. Ardi. in tit. quib. modis feudum amitt. ſub rubricella, an emptor qui emit voluntate domini. Quæro an conſenſus & licentia domini ſufficiat ſiue præcedat alienatio, ſiue ſubſequatur, & dic quod ſic, ſecundum And. de Iſern. per l. licet. ff. de iudic. & communia prædior. l. fin. Et eſt ratio, quia tollitur impedimentum propter quod non valebat alienatio. Vnde ceſſat effectus ipſius impedimenti, l. vbi lex. ff. de vſucap. Item, quia agebatur ſolùm de præiudicio conſentientis. Ergò poteſt præcedere & ſequi. C. de emancipat. l. iubemus. ff. de aqua pluuiali arcend. l. in concedendo. in fine. Secùs ſi ageretur de præiudicio alterius, extra de fide inſtrumen. inter dilectos. quia debet hoc fieri ſine alterius iniuria. l. nec diuus. C. de emancipat. In authoritate autem præſtanda dicendum, ꝙ debet adhiberi in ipſo contractu. ff. de autho. tut. l. obligari. de acquirend. hære. l. ſi quis mihi bona. in §. iuſſum. cum ſim. Quęro quid ſi vaſallus vendidit ſaluo iure ſuo, & filiorum & agnatorum, & procedit ad traditionem, an dicta verba aliquid releuent? Et Bald. in §. fina. ſup. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. dixit quod non, per dictum textum, quia cùm non ſit denunciatum domino, videtur per conſequens dominum contemnere. Itẽ, quia in præiudicialibus non iuuat proteſtatio, vt in c. olim. de cenſibus. Verùm, ſi adijceret iſta verba, nec aliter, nec alio modo, fortè non perderet feudum, iuxta not. in ſimili. in l. ſi quidem. C. de except. ff. famil. hercíſc. l. idem Labeo. in §. 1. & de manu. teſta. in l. ſi quis locuples. Et ad p̃dicta vide Bald. in l. 1. C. de his quæ pœ. not. & Zab. in c. 2. extra dę feud. Quæro

quid si vasallus vendat, & transferat sub conditione, si potest hoc facere de iure sine amissione iuris & precij, an isto modo incurrat periculum huius legis? & dixit Iac. Ardi. quod non. arg. ff. de acquir. posses. l. si me in vacuam. post princ. & l. qui absenti. §. 2. ff. de vi & vi. arma. l. cùm fundus. & C. communia de legat. l. fin. §. sin autem.

Quod est verum secundum Bal. nisi quando captio domini posset interuenire per corporalem traditionem, puta castri, quod vix possit dominus recuperare, quia dolus est in traditione, qui debet purgari per amissionem feudi. ff. de dolo. l. eleganter. Et ita dicit se consuluisse, prout asserit in §. hoc quoque. sup. de succes. feud. Idem si dicat, si domino placuerit. ar. ff. de manu. testa. l. si quis locuples. in fin. & ff. qui & à quib. l. 5. in prin. Et ita determinat prædictus Iac. in Summa. in tit. qui. mod. feud. amitt. sub rubricella. si venda. sub conditione, &c. Idē sensit Bal. in §. hoc quoque. sup. de succes. feu. per d. l. si quis locuples. ff. de manu. test. Quæro quid in feudo ecclesiastico, an vasallus possit vendere feudū sine consensu prælati vel capituli? Et de hac quæstione dic, vt latè dixi sup. quæ fuit prima causa ben. amit. in fin.

16 † Quæro an pignus iudiciale possit contrahi de feudo, vel in causam iudicati capituli, dic quod sic ex necessitate, si aliud non habet secundum Iac. Ard. Nam licet voluntariè & ex consensu non possit, vt hîc, tamen secùs si ex necessitate. argu. ff. fami. hercis. l. alienationes. l. cùm putarē. & ff. de damn. infe. l. cùm postulassem. in fin. & ille in quem ex dicta causa peruenerit feudum poterit retinere, donec viuet vasallus. ar. C. communia, de manu. l. 1. post prin. ff. de leg. 2. l. peto. §. prædiū. & ff. de actio. empt. l. fundus. & ita determinat idem Iac. in d. tit. & rub. an pig. iudiciale contrahi possit, & vide quod dixi sup. de inuest. de re alie. facta. in §. quid ergò. & quod traditur per Bal. in l. etiam. C. de execut. rei iudic. & per Bartol. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damn. infe. & in Spe. de primo & secūdo decreto. §. restat. vers. & idē in vasallo, & quod dixi sup. quæ fuit prima causa bene. amit. in fi. in conclu. 34. & sup. si de feu. fue. cōtro. in c. si vasallus de suo. in opp. 3. Quæro an vasallus possit permutare feudum, absque voluntate domini? dic quod non, primò per istum tex. Item, quia sub verbo alienationis continetur, ff. de lib. caus. l. receptissimè. & l. intātum. & l. vel permutare. in Aut. de non alien. in §. alienationis. C. de re. permut. l. 1. & l. permutatio, & tenet idem Iac. in d. ti. sub rubr. vasallus feudum permutare non potest, & Specul. in tit. de feudis. §. quoniam. vers. 32. Similiter non potest vasallus dare feudum suum in compensationem, per d. l. intantum. & ff. de verbor. signif. l. dedisse. Nec potest dare insolutum, per istum textum, & per l. fina. ex quib. caus. in poss. eatur. & ff. de lega. 1. l. senatus. in princ. & tenet idem Iaco. Ardi. in d. ti. super compensare non potest, & sub rubric. an possit dare insolutum.

17 † Quæro quid si vasallus locauit suum feudum ad centum annos, an videtur alienasse, ita quod incidat in pœnam, dixit Bal. quod non, sed tamen nō tenet locatio. vt in c. Abb. 12. q. 2. Facit quod not. ff. de leg. 2. l. codicillis. in §. instituto. hoc tenet Bald. supr. qui feudum da. possunt. in princ. Sed tu dic, quòd si videatur esse facta in fraudem, quod tunc induceret priuationem, vt supr. qualiter olim po. alien. in §. donare. & ibi dixi super tex. & in 4. notabi. De quo in Clem. 1. in fin. de reb. ecclesia. non alien. & Ioan. Andr. in Spec. eo. ti. sub rubrica.

Vltimò ad materiam alienationis feudi, vide plura, quæ dixi in d. l. 1. suprà de prohibita feudi alienatione per Loth. & in c. 1. supr. de vasallo qui contra const. per Lothar. feud. alien. & supr. quæ fuit prima cau. ben. amit. in fi. & in remissionibus copiosis, quas in dictis locis adduxi, & per Canoni. in c. quæ in ecclesiarū. de constit. & extra de reb. eccle. non alie. in c. cùm laicus.

De materia verò pignorationis rei feudalis, dixi supr. de alien. feud. in c. 1. & quod no. per gl. & Doct. in l. lex vectig. de pig. & per Canoni. in c. 1. extra de feu.

De materia autem disponendi de feudo, in vltima volūtate, vel in causam dotis, dixi supr. qualiter olim po. feu. alie. in §. donare. & per Canonistas in c. nuper. extra de dot. inter virum & vxor. & vide ad prædicta in Specul. de loca. in §. nunc aliqua. vers. 121. & seq. & seq. & per Host. in Summa. ti. de feud. §. quid hodie.

SVMMARIA.

1 *Legis menti contrafaciens punietur.*
Pœna transgredientium & contrahentium contra interdicta legum, quæ sit.
2 *Vasallus feudum quando possit alteri infeudare.*

Vasallus

3 *Vasallus inuito domino an possit renunciare feudo.*

4 *Vasallus feudum absque domini voluntate vendens, an illud perdat ipso iure.*

CALLIDIS. Diuiditur in duas partes, in prima prohibet fraudes fieri circa alienationes feu. in secunda statuit pœnam circa fraudantes. Secunda ibi, nam.

CASVS.

Vasallus fraudem cōmittens circa alienatiōem feudi, priuatur ipso feudo, & ad dominum liberè reuertitur. h. d. Et præmitte pro euidentia, quòd pluribus a modis[a] contrahēdo potest fieri fraus legitim. vt no. glo. in l. contra. ff. de legi. & fit quandoq; de contractu ad contractū, vt verbi gratia, si ad extra & palam fingo facere vnum cōtractum, qui de iure permissus est, sed tacitè & clam facio alium contractum, qui de iure reprobatur, vt si maritus fingat vendere vxori, q; de iure licet, sed in veritate hoc facit animo donandi, quod non licet, vt si sponsus §. circa. ff. de do. inter vir. & vxor. Vnde talis fraus reprobatur à iure. l. fraus. ff. de leg. Similiter in casu nostro vasallus sciens se posse licitè infeudare feudū suum alteri, prout no. sup. de cap. Cor. in §. præterea. ostendens ab extra & palam velle infeudare feudum, sed tamen clam in fraudem huius legis facit venditionē dicti feudi sui, & recipit preciū, quo casu, quia fraudat hanc legem prohibentem alienationem feudorum. Meritò non tenet talis contractus fraudulentus & punitur, quia amittit feudum, vt hîc in text. In tex. ibi, callidis. i. dolosis & astutis. Ibi, machinationibus. i. simulationibus, quia machinantur facere vnum contractum palam, & faciunt aliū clam, & de hoc verbo declaratur latè infr. qui testes sint necess. ad proban. feu. ingra. super tex. Ibi. sub colore inuestituræ, vt quia ostendunt ab extra velle infeudare feu. eorum. Ibi, literæ dicunt, subaudi etiam in veritate hoc licet si fieret sine fraude, vt probatur in d. §. præterea. & probatur inf. eod. in §. illud: sed quando per fraudem fit, tūc non licet, vt hic, & hoc voluit glo. hic posita. Ibi, vendūt, scilicet, clam & in fraudem huius legis. Ibi, figmentum. i. talis fictio & simulatio. Ibi, vel aliud, scilicet, quod tendat contra istam legem, dicta l. cōtra. ff. de legi. Ibi, vlterius, id est, deinceps. Ibi, amittat, scilicet, pro ea parte, pro qua est facienda alienatio. quoniam si totum feudum fuit alienatum, amittit totum. Si verò pars, debet amitti solum illa pars, vt sup. de vas. qui cōtra const. Lot. feu. alie. in c. 1. Et in gl. hîc posita in prin. no. quòd nedum ea, quæ fiunt cōtra legē expressè, sed etiam ea quæ fiunt in fraudem legis, ipso iure nulla sunt, vt hîc & in l. non dubium. C. de legi. Et est ratio, quia simulatus ti. contra mentem legis factus, nō est titulus. l. ab Anastasio. C. mand. & l. emptor. ff. de aqua plu. arc. Quis autem magis punitur, an faciendo expressè contra legem, an subdolè & per fraudem, & dixit Bald. in d. l. fraus, quòd quanto dolus est callidior, tanto punibilior, ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. 2. §. pen. & vide quod dixit Spec. in tit. de dol. in §. 1. vers. item pone aliquis.

1 † Not. quod ita punitur ille, qui facit contra mentem legis, sicut ille, qui facit cōtra verba & mentē, vt hîc, & in l. 1. in fi. supr. de prohibita feu. alienat. per Loth. & in l. hac edictali, C. de secund. nupt. Et est ratio, quia virtus legis principaliter consistit in mente, nam mens est idem, quod ratio legis, vt not. Dyn. de reg. iur. in c. fin. lib. 6. Quæ autem sit pœna transgredientium[b] & contrahentium contra interdicta legum, dic secundum Docto. & in d. l. non dubium, quod aut pœna est statuta certa, & illa debet attendi, vt hîc, aut non est statuta vel determinata, tunc erit arbitraria, vt l. hodie. ff. de pœnis. & l. 1. §. expilatores. & ff. de effractio. Hîc enim est statuta certa pœna, tum quia annullatur actus, tum quia contrahentes puniuntur in amissione rei. Nam etiam annullatio actus est pœna, quando fit ratione prohibitionis, vt hîc, & ff. de contrahend. empt. l. senatus. Secùs autem si fuerit ratione modi, vel formæ non seruati, quia tunc non intelligitur pœna, vt dixit Ioan. Andr. in c. fi. de elect. libr. 6. & ita determinat Bald. in l. non dubium.

2 † Not. ex hoc textu, quòd licet vasallus non possit alienare absque domini voluntate, potest tamen alteri infeudare, dummodò hoc faciat sine fraude, vt probatur hîc, & in c. beneficium. supr. si de feud. fue. controuer. quæ fraus intelligitur ex eo, quod interuenit precium quoquo modo, & infr. medietatem iusti precij, licet quidam tenuerunt, quod solùm præsumatur fraus, quando est vltra medietatem, vt ibi no. & ibi latè dixi.

a *Pluribus modis. Adde gl. in verbo fraudē. & ibi An. de Bútr. in c. quāto. de priuil. Inno. in c. illo vos. de pigno. Inn. in c. ad nostrā. de empt. & vē. Inno. in c. inquirendū. de pec. cle. Petr. de Ancha. in repe. c. 1. de cōstit. Hosti. in Summa. ti. de empt & ven. in §. fi. in vlt. col. Bald. in l. humanum. C. de leg. Bal. in l. pacta nouissima. C. de pactis. Petr. de Anc. cō. 252. inc. ex ordine cōtractuum. Idem Petr. de Anc. cons. 9. inci. plurimæ coniecturæ.*

b *Quæ autē sit pœna trāsgredientiū. Adde gl. in c. generali. de elec. lib. 6. & quid de transgressore cōsuetudinis. vide gl. in c. ex literis. de cōsue. Arc. in c. in his. 11. dist. Docto. in c. cùm omnes. de cōstit. Bal. in l. 1. in 2. col. C. quæ sit lōg. consue. Bal. in l. si quis. non dicam rapere. C. de epis. & cleric.*

Et intelligas dictam infeudationem valere, dato quòd interueniat precium, dummodo interueniant tria, quæ ibi no. & de quibus dixi & collegi suprà de lege Coradi in §. similiter. in 2. nota. Vtrum autem feudum poßit emi[a] per pecuniam domino permittente alienationem, vide sup. de ben. frat. &c. in capi. 1. & quod ibi no. per gloss. & ibi dixi.

[a] *Vtrum autē feudū poßit emi. Ad. Bal. in l. licet. C. de libe. causa Doct. in c. ad nostrā de emptio. & ven. Abb. in c. cū seculum in 1. not. de iure patron.*

3 † Quæro cum gloss. 2. an vasallus qui non alienat, poßit inuito domino renūciare feudum. Et arguit ad partes, & tandem determinat, ꝙ debemus attendere causam propter quam datum est feudū, quoniam si feudum est datum simpliciter sine præstatione alicuius seruitij, sed est simplex & rectum, & tunc potest refutari. Si verò est cōditionatum, vt quia est datum ad certum seruitium, tunc nō potest vt sup. de vasal. qui contra constit. Loth. feu. alien. in c. 1. Et hoc voluit glo. ista vsq; ad finem quanq; non ita clare, de quo dicatis, vt plenè notat. per glossato. in capit. fin. sup. de Capi. qui cur. vendi. & ibi dixi & in d. c. 1. super tex. & in 3. no.

4 † Quæro cum glo. quid si vasal. vendat feud. sine voluntate domini. Ita quòd ex hoc amittat illud, & ad dominum reuertatur, secūdum formam hìc traditam, an amittat ipso iure, an requiratur sentētia priuatiua? Et respondet quòd respectu ipsius vendentis, non requiritur aliqua sententia, quia hoc iure priuatus est, & incontinenti est apertum domino, vt suprà in titul. quid iuris, &c. & in capit. 1. Sed respectu illius, qui emit bona fide, est necesse quod feratur sentētia ad hoc, vt poßit agere de euictione cōtra ipsum vendētem per l. 1. ff. de euict. Et hoc vult glo. vsq; ad ver. item etiam. Ex qua glos. no. secundum Bald. quòd quanquàm vasallus per alienationem ipso iure cadat & reuertatur ad dominum, tamen non poterit dominus propria autoritate possessionem apprehendere, & tollere à bonæ fidei emptore. Et est ratio, quia ipse emptor non habet causam ab ipso domino. argu. ff. si mulier. vend. no. in l. 1. in §. necessario, & facit ad prædicta. ff. de negat. gest. in l. at qui natura. in §. cum absente. & hoc tenet etiam Petr. de Cer. Faciunt no. per Inn. in capitulo ex parte extra de feud. & ibi etiam tangitur per dominum Franc. Zaba. & ex prędictis ego possum inferre secundum Andr. de Iser. ꝙ ista disputatio, an cadat ipso iure vasallus, vel nō cadat, sit superflua postq; ab emptore non potest auferri, nisi per sentētiam, & sic in effectu necessaria est sententia ad hoc, vt dominus ipsam rem auferre poßit, nisi dicas ꝙ operaẗ respectu fructuū medij tēporis, vt in Aut. de incest. nupt. in prin. Sicut diximus, quādo disputatur de dominio vxoris in re dotali, per l. in reb. C. de iur. dot. Et circa materiam pręsentis quęstiōis vide ꝙ dixi sup. in c. 1. de feu. sine cul. non amit. & quib. mod. feu. amit. in §. 1. & statim dicam.

Op. cùm dicta gl. contra pręcedentia, ꝙ imò semper requiratur sentent. in priuatione vasalli, quod patet, quia vasallus non potest priuari, nisi ex causa & culpa cognita per iudiciū parium, vt est casus in c. 1. sup. de feud. sine cul. nō amitt. Sol. hìc loquimur de amiss. feu. per alienationē. Ibi autē per feloniam & delictū vasalli, vbi requiriẗ sentētia, vt ibi in ca. 1. sup. quo tempore mil. &c. Et per hoc est expedita gl. vsq; ad fin. Et assigno rationē, quare magis per alienationem priuatur ipso iure, q̃ per delictum, cùm potius videatur dicendū cōtrarium, quia plus videtur offendere dominū vasall. per delictum, q̃ per alienationē, per ea quæ habētur suprà, si vasal. feu. priue. cui defer. debeat. Sed respondeo secundum Bal. quia ille qui alienat & tradit, se facit penitùs alienū à feu. vt hìc, quoniam istud habere feud. pro delicto in iure, ergò ius & possessio perditur. arg. ff. pro derelicto. in l. fi. facit. l. prętoris. in prin. cum ibi no. ff. de damn. infect. Quod secùs est, quando per delictum, vt in d. c. 1. de feu. sine cul. nō amitt. & sup. quæ fuit prima causa benefi. amit. in fin. Facit quod ad propositū dixit Inno. in c. ex parte, extra de feud. & habetur sup. quib. mo. feu. amit. in §. vel si cū filia. Et ad prædicta vide plura, quæ dixi in d. c. 1. de feu. sine cul. non amit. & in c. 2. & quod tangitur in Spe. de loca. §. nunc aliqua ver. 47. & ver. seq. Sed an & quando vasallus amittat feudū per negligentiam, nō petitæ inuestituræ requiratur sententia, dixi suprà quæ fuit prima causa benefi. amit. in principio.

Op. ab ext. quòd imò feu. nō reuertatur ad dominū per alienationem vasall. vt vult iste tex. sed reuertatur ad agnatos suos ipsius vasalli, vt probaẗ sup. de succ. feud. in § hoc quoq;. & sup. qualiter olim po. feud. alie. in §. pe. Sol. Iste textus debet intelligi in feu. nouo, vel si volumus intelligere de antiq. debemus supponere ꝙ hìc nulli extabant agnati. Ita no. per glo.

glo. in dicto §. hoc quocq;. & de hoc dic, vt plenè dixi sup. quæ fuit prima causa benefic. amittendi. in §. fin. in conclusionibus.

Vltimò ad materiã huius §. circa fraudem, vide sup. de prohib. feu. ali. per Lothar. iuxta fi. & supr. qualiter olim pote. feu. alie. in §. donare, & in c. beneficium, suprà si de feud. fuerit controu. & sup. de feu. sine culpa non amit. in c. 2. Quantum verò ad materiã alienationis: vide ea quę dixi suprà proximè in princip. huius l. & in remissionibus quas ibi adduxi.

SVMMARIA.

1 *Notarius de contractu prohibito instrumentum conficiens puniendus.*

2 *Pœna triplex pro eodem delicto quandoq; infligitur.*

3 *Notarius minor 25. annis de contractu vetito actum faciens manu non perdet.*

4 *Notarius falsum conficiens instrumentum, vtram manum amittere debeat.*

SCRIBA. Notarius scribens instrumentum de alienatione feudi, illicitè facta, punitur in amissione officij & manus cum infamia, h. d. In tex. ibi, scriba, id est, notarius, vt suprà de prohi. feu. alie. per Loth. in l. 1. in fi. Et probatur ex eo quòd statim subijcit de instrumento. Ibi, super hoc. i. super contractus alie. feudi, siue sciat apertè & palàm, dummodò non interueniat volũtas domini, vt suprà in princ. l. dixi. siue fiat clàm & simulatè, vt suprà proximè dixi, quoniam iste §. refertur ad omnia suprascripta, & cõtinuat eandem materiam secundum And. de Iser. arg. C. de ver. sig. l. pen. vbi fit similis relatio. & in l. etiã. C. si tutor vel curat. Ibi, sciens. Nam secùs si ignorans, vt dixi in d. l. 1. in quarto no.

1 †No. puniendum notarium, facientẽ scienter instrumentum de cõtractu prohibito. Quod facit in ar. secundum Bald. contra notarios, qui scribunt instrumenta scienter confecta in fraudem vsurarũ, [a] vt debeant ab officio tabellionatus cum infamia remoueri. Facit d. l. 1. sup. de prohi. feud. alie. per Loth. & l. iubemus. in §. his tabellionibus. C. de sacrosan. ec. quæ hic allegatur per gl. Aduertant ergò bene notarij, ne scribant in contractu prohibito propter pœnas eis imminentes, in quibus punirentur l. fin. ff. de leg. 1. secundum And. de Isernia.

2 †Nota casum in quo quis punitur triplici pœna pro vno & eodem delicto. Et rationem assignaui in dicta l. 1. in vltima nota. & dic de hac materia vt ibi dixi, & in remissionibus, quas ibi adduxi.

3 †Quæro ab extra, quid si iste notarius, qui scribit tale instrumentum erat minor vigintiquinq; annorum, an puniretur ista pœna, vt amputetur ei manus, [b] & dixit Bald. in dicta l. 1. quod nõ, quia istud instrumentum reuerà non est falsum, sed temerarium. argu. noua in Autent. de non alienat. in §. quia verò verisimile. colum. 1. & probat per l. 2. Codice si aduersus delictum. Ista opinio sua placet mihi, quia non est æqua, sed tamen ego puto, quòd de rigore iuris non benè sustentaretur. Tum per istum textum, qui indistinctè loquitur, tum quia tale delictum procedit ex animo, in quo etiam minor non excusatur, vt in l. 1. Cod. si aduersus delict. & no. in dicta l. 2.

4 †Quæ[illegible] quam manum amittere debeat iste notarius, an dextram cum qua scripsit, an sinistram, in qua minus potest? Et dixit Andreas de Isernia, quòd licet regulariter pœnæ sint potiùs molliẽdæ quàm exasperandæ, l. interpretatiõe. ff. de pœnis, tamen in casu nostro, debet amittere manum cum qua scripsit, quia in eo, cum qua deliquit debet puniri, infrà de statu. contra libe. eccl. in §. omnes peregrini. ff. de dam. infect. l. qui bona. in §. si quis extra de tempo. ordin. in capitulo literas, in fin. Et suadet ratio, ne iterum possit committere tale crimen. Et ideò debet vitari occasio, argum. instit. vi. bon. rap. in §. sed nedum talia. Nec ob. dicit ipse, quod no. in Autenticis, sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis, vbi punitur in manu minus potente, quia ibi loquimur in eo casu & delicto, quòd ita potest committi per manum, sinistram, sicut per dextram, sicut est in furto, tunc benè habet locum dicta lege fin. de interpretatione, vt mitius puniatur, sed in notario scribente, vel in percutiente, dicit ipse puniendum delinquentem in manu, cum qua deliquit, quia de cætero non poterit notarius scribere habiliter cum sinistra, sicut faciebat cum dextra, similiter percutiens non poterit ita percutere cum sinistra, sicut cum dextra, vt ex prædictis colligitur. Et hæc est notabilis limitatio ad ea, quæ traduntur in dicta Autentica, sed nouo iure, tamen ista ratio non

[a] *In fraudẽ vsurarũ. Add. Bal. in l. 2. C. de Manich. Bal. in l. 1. ad fin. de sepul. viol. & an talis notari. conficiens sit periurus, vide per Arch. & Domi. in ca. sicut suo. 46. di. & an tenetur ad restitutionẽ vsurarum, de quo p Ang. in l. scienter. ff. de peric. et per Laur. de Rodulph. in tract. vsurarum q. 58.*

[b] *Vt amputetur ei manus. Adde glos. in Aut. sed nouo iure. C. de ser. fug. & per Innoc. in c. fraternitatis. de hæret.*

non videretur habere locum in casu nostro, quia cessat ista suspicio faciendi de nouo similia instrumenta, cùm sit priuatus officio, vt hîc patet.

Vltimò ad materiam præsentem vide, quę dicta sunt in d.l.1.suprà de prohi. feud.alien.per Loth.

De materia verò notarij delinquentis circa officium suum, an de iure possit ampliùs agere officium suum, vide quod no. per gloss. & Bartol. ff. de edendo.l.si quis ex argentarijs.in §.1.ff.ad l.Iul.repe. in l.eadem.in §.1. & in Spec.de instruct. edict. in §. restat. ver. quid si tabellio, & ibi vide plura de notario, & Bald. in l. 2. Cod.de indicta vidui. Qua autem pœna puniatur notarius de iure Communi si delinquat in officio? not. in Autent. de non alienan. in §. ad hæc. & ibi etiam no. an iste talis notarius delinquens posset restitui? dixit quoq; And. de Iser. quòd vbi pœna non esset certa & determinata? quod punirentur extra ordinē per l. sanctio. de pœnis. Postremò videas in Summa Iac. Ard. in vltima charta, sub rubricella, vbi quis manum amittit. vbi tractat de materia huius §. & numeratur casus 23. in quib. quis de iure manū amittit.

SVMMARIA.

1 *Vasallus inuestituræ renouationem infra annum & diem non petens feudum perdit.*

2 *Vasallus minor 25. annis inuestituram infra debitum terminum non petens, vt læsus restituetur. Et quid sit dicendum si haberet curatorem.*

3 *Fœmina in feudo succedens an debeat inuestituræ renouationem petere.*

PRAETEREA SI QVIS. Postquàm Imperator iste Federicus prouidit dominis, ne cōtemnantur à vasal. suis circa alienationes feudi, vt sup. dixi. Nūc prouidet ne contemnantur circa petitionem inuestiturarum. Ista enim procedunt à pari. Quantum ad amisionem feudi, vt suprà quæ fuit prima causa bene.amitt.in prin. & in fine, & hîc in principio, dum dixit præterea, &c. quasi continuando se ad præcedentia. Et hoc modo adaptatur ad titulum istum, & in summa hoc vult.

Si vasallus maior quatuordecim annorum succedens in feudo non petierit inuestituram à domino, vel ab hærede domini, per negligentiam suam infra annum & diem amittit feudum. hoc dicit. In text. ibi, infeudatus, id est, vasallus, & potest intelligi propriè de illo, qui aliàs fuit inuestitus, sed nunc per mortem domini tenetur petere renouationem inuestituræ ab hærede, vt suprà de capit. Coradi, in principio, qui hæres etiam habetur pro domino suo proprio, vt instit. de hæred. quali. & diff. in §. final. Vel potest etiam intelligi impropriè de eo qui nunquàm fuit infeudatus, sed succeßit in dicto feudo, vasal. in feudato, qui similiter tenetur petere inuestiturā à proprio domino, vt probatur in dicto capitulo primo de capitulo Coradi in principio. Ibi, sua incuria, hoc est, quia non curauit ex proposito petere dictam renouationem inuestituræ, vt differat à sequenti, quādo per simplicem negligētiam destitit. Ibi, inuestituram, dic.1. renouationem inuestituræ antiquæ, quæ nunc per istam cōfirmatur, vt suprà per quos fiat inuest. in princ. Et sic intelligitur iste tex. in feudo antiquo, & ideò dixit infeudatus, &c. quoniam in feudo nouo abusiuè cōcesso & permisso, non est statutū certum tempus, vt dixi suprà, quæ fuit prima causa bene.amittendi, in principio super text. Vbi autē quis esset inuestitus de nouo, & iam habuisset propriam inuestituram realem, tunc benè teneretur petere renouationē inuestituræ à successore domini sui mortui, vt dixi sup. si de feu. fue. controuer. in capitul. si minori. in primo no. & isto casu adhuc haberet locum iste §. Ibi, à proprio domino, hoc est, à domino suo immediato & proximiore, vt probatur inf. eod. §. illud quoq;. Ibi, amittat. s. per sentētiam, vt sup. quę fuit prima causa beneficij amittēdi, in principio. Ibi, redeat, subaudi, si non habet agnatos, quādo feudum est antiquū, quoniam si extarent agnati, & vellent feudum, tunc ipsi præferentur domino, vt dixi suprà in dicto c.1. quo temp. mil. Sed quando feudū esset nouum, tunc agnati benè excluderentur, vt no. sup. de succeß. feu. in §. hoc quoq;, & quod ibi dixi & suprà in §. callidis. in fi. & tenet And. de Iser. hîc. Facit quod dixi suprà, quę fuit prima causa benefic. amit. in prin. & in conclusionib. de quo per Iaco. Ard. in Summ. quib. mod. feud. amitt. sub rubricell. si non petat inuestit. an ad agnatos, &c.

1 †No. ꝙ vasallus debet petere renouationem inuesti. & fidelitatē polliceri inf. tempus limitatū ex consuetud. feu. quod est vnius an. & diei, ꝙd si nō facit amittit feudum, vt hîc & in dicto capitulo 1. in principio, suprà quæ fuit prima causa benefic.

nefi.amittendi,& in gloſſella fin. hîc poſita. Quare autem tale tempus ita limitatum fuit, declaraui in dicto tit. quæ fuit prima cauſa benefic. amittendi. in principio. Miles tamen vaſallus habet terminũ anni & vnius menſis, vt ſup. quo tempore miles. in dicto cap. 1.

Et prædicta procedunt in vaſallo maiore 14. anno. vt hîc, quoniam infra dictã ætatem non currit ſibi tale tempus, cùm non ſit habilis ad iurandum fidelitatẽ, vt probatur ſupr. ſi de feu. fue. contro. in c. ſi minori. De quo ibi latè dixi, & in c. ſi quis deceſſerit in eo. tit. Item ſubſequenter intelligi debent prædicta, niſi quis ex iuſta cauſa impediretur ad petendam talẽ renouationem inueſtituræ. Quæ autem ſit & cenſeatur iuſta cauſa, probatur in d. c. 1. ſup. quo temp. mi. & ibi plenè dixi, & hoc etiam voluit glo. 2. hîc poſita quę per hoc eſt expedita, &c.

2 †Quæro cum gl. 1. quid ſi iſte vaſallus eſt maior 24. ann. ſed minor 25. & nõ petierit inueſt. ſecũdum formã hîc traditã, an ſit reſtituendus tanquã lęſus? Et dixit gl. ꝙ ſic ſub dubio fortè, ſed tu dic etiam ſine ſorte, quòd veniat infallenter reſtituendus, ſecundum Iac. de Bel. & An. de Iſer. & Pet. de Cer. dicẽtes, quod eò ipſo, quod non petijt inueſtituram infra iſtud tẽpus, eſt læſus, & ideò reſtituendus per l. interdum. ff. de minoribus & l. ait prætor. & C. in quib. caſi. in inte. reſti. nõ eſt neceſſ. in l. fin. Hoc idem tenet Iacobus Ard. in Sum. qui. mo. feud. amit. ſub rubricel. an pręſcriptio anni & diei maiori 14. anno. currit per l. minoribus. C. de in inte. reſti. mi. Hoc idem videtur ſequi Io. An. addi. Spe. in ti. de feudis. §. quoniam. verſic. 27. Et de quęſtione iſta vide Hoſt. in Sum. §. quibus modis. verſic. ſed nunquid. & in directoria iuris, ti. de feud. §. nunquid minor.

Nec obſtat l. fin. C. in quibus caſi. in integ. reſtit. non eſt neceſſ. vbi minor ipſo iure ſeruatur illæſus aduerſus curſum temporis, & abſqꝫ beneficio reſtitutiõis, quia lex tollit ſolum præſcriptiones veteres & inductas ante ipſam legem, non autem tollit præſcriptiões inductas poſt dictam legem per leges & cõſtitutiones nouas, vel per conſuetudines ſeu ſtatuta municipalia, vt tenet Inn. in cap. cõſtitutus. extra de in inte. reſti. Vnde ergò hîc debet currere pręſcriptio, ſed datur reſtitutio ſecundum hanc gl. & tenet Spe. dẽ reſtit. in integ. §. 1. ver. hoc autem notandum, & ver. ſed minore. Facit l. ſinè hærede. in §. Lucius ff. de admi. tut. Et hanc opinionem ſequuti fuerunt And. Bald. Guido de Suza & Old. & Albr. de Roſ. & Rapha. Ful. in dicta l. fin. & Hoſti. in Summa de in inte. reſt. in §. in quibuſdã. verſi. præſcri. Quicquid ibi dicat Bart. qui non approbatur per Modernos.

Ex quibus omnibus infertur talis concluſio vera, quòd tempus conſuetudinarium currit minori, ſed datur reſtitutio, vt ſuprà dictum eſt. Nam regula eſt, quòd ſemper minor reſtituitur, niſi contrarium reperiatur in iure expreſſum, vt no. ff. de minoribus. in l. auxiliũ. & in Auten. de hæred. & fal. in §. pupillis. & de hoc per Bald. in dicto capitulo primo, ſuprà quo tempore mil. Ex hac concluſione videtur ſequi vnum inconueniens valde magnum, quòd iſte minor poſsit ſemper reſtitui vſqꝫ ad ætatem 29. annorum, & ſic dominus ſuus ſtabit in ſuſpenſo per totum dictũ tempus, vt non poſsit effectualiter arctare iſtum minorem vaſallum ad ſuſcipiendam renouationem inueſtituræ, quod videtur eſſe contra mentem huius literæ cum ſi. Sed reſpondeo, quod dominus debeat conſtituere iſtum minorem in vera contumacia per munitionem parium, vel alio modo, prout fieri poteſt de iure, ſi nõ habet pares, quia tunc eſſet in dolo, & non reſtitueretur amplius l. ſi ex cauſa. §. ſi in commiſſum. ff. de minoribus. Facit in Auten. vt cùm de appellat. cogend. §. fi. vnum de prædictis, & quod dixit Iacobus de Bel. in dicto §. de pupillis, & tenet Bald. hîc. Quid autem ſi iſte pubes haberet curatorem, qui permittat labi tale tempus, dixit prædictus Iacob. Ard. in Summa quibus modis feud. amit. ſub rubricell. ſi non petierit vaſallus inueſtituram infrà annum & diem, &c. §. quòd autem, &c. quòd iſto caſu eſt ſimilis infanti, vt C. de in integ. reſti. l. ſi curatorẽ. Sed redũdabit in damnum curatoris. argum. C. de fun. pa. l. 2. in Auten. de trien. & ſemiſ. in §. ſi verò lis vel minori feudũ reſtituetur. arg. ff. de rebus eorum. l. 3. §. penultimo, ſed dominus Andr. de Iſernia hîc ſentit quòd minor ipſo iure ſit tutus per dictam l. ſi curatorem.

3 † Quæro ab extra. quid in fœmina, cùm iſte textus loquatur de vaſallo maſculo, nunquid fœmina quæ ſuccedit in feudo teneatur petere renouationem inueſtituræ; ſecundum formam hîc tradi-

traditam, & si non facit cadat à feudo, & si cadit, an computetur istud tempus anni & diei post ætatem ann.12. vel 14? Et dixit Bal. quòd videtur istum textū non extēdi ad fœminas, cùm loquatur de masculo arg. in l. si verò. in §. de viro. ff. solu. ma. Sed tamen quía eadem est ratio, arguit in contrarium, ꝙ intelligatur etiam de fœmina.

Quod puto verum, postquàm non reperitur dispositum in contrarium facit c.1. suprà de benef. fœmin. & videtur expressum sup. per quos fiat inuest. in §. per sonā. Sed subiungit idem Bal. quod istud tempus anni & diei non incipit sibi currere, nisi post ætatem 14. ann. per istum text. qui tale tempus limitauit. Et hanc opinionem sequor tanquàm æquam per c.1. suprà de feu. cog. Licet rigor iuris sit in oppositum vt insti. qui. mo. tute. fini. in principio.

a Quicunq; neminem excipit. Adde textū l. c. si Romanorū. 19. a. l. 3. de offi. præsi. gl. in f. cap. solitæ de ma. & obed. Ioan. An. in Clem. potest quis de regu. iur. libr. 6. in mer. Ang. in l. procur. Co. mand.

Vltimò ad materiam huius §. vide quod dixi suprà si de feud. fuerit controuersia. in cap. si minori. cum sequ. & plures quæstiones & oppositiones ad materiam pertinentes, quas formaui in dicto titulo quæ fuit prima causa benefi. amittendi. in prin. & in remissionibus ibi adductis in vtroq; iure. & in l. fina. suprà de prohib. feud. alien. per Lotharium & Iacobum Ardizon. in locis suprà allegatis, & in directoria iuris in titul. de feud. §. 2. amittendi.

SVMMARIA.

1 *Vasallus dominum ad exercitum euntem associaturus, spacium competens ad iter rapiendum habebit.*

2 *Vasallus domino per substitutum æquè idoneum famulari potest, secùs si non sit domino acceptabilis.*

3 *Vasallus habet electionē mittendi vel soluendi personaliter dominum comitandi.*

4 *Vasallus dominum si voluerit personaliter comitari, pecuniam dare non debet cogi.*

FIRMITER. Si vasallus legitimè vocatus, non fuerit cum domino in exercitu, vel non miserit alium loco sui, qui sit acceptus domino, vel non soluerit dimidiam partem redditus feu. vnius anni, admittit ipsum feudū, quod reuertitur ad dominū. h.d. Et continuatur iste §. ad præcedentia sic. Quia suprà in principio tituli prouisum est dominis aduersus vasallos cōtemnentes dominos circa alienationes feudi, & hoc vsq; ad §. præcedētem. Ibi verò prouidit circa negligentiam vasallorum in renouādo inuestituras. Nunc verò prouidet aduersus vasallos contemnentes dominos associare, quando vadūt in expeditionem. Et hoc modo facit ad titulū, quia sicut vasallus per alienationem contemnit dominum, vt suprà quæ fuit prima causa ben. amittendi. in fi. ita & recusando ipsum associare, vt hîc in isto text. In tex. ibi, Alemania, quare facit speciale mentionem de istis magis quàm de alijs, dixi suprà tit. proxim. in fin. Ibi, quicunque [a] neminē excipit, Vnde de quocunque vasallo, etiam si esset fœmina, est intelligendū, vt ibi dixi. Ibi, expeditione, declara omnia verba, vt ibi dixi. Ibi, vocatus, hoc ideò dixit, quia vasallus nō necessitatur ad offerendum spontè seruitium, vt suprà si de feud. fuerit controu. in cap. licet. Ibi, spacio competenti secūdum formam l.1. ff. si quis caution. quod declara, prout exemplificauit glos. 1. hîc posita, & prout infrà dicam. Ibi, temerè, quasi dicat, secùs si ex iusta causa, vt probatur in l.2. §.2. ff. si quis cautio. Ibi, acceptabilem, id est, aptum vt acceptetur secundum And. de Isern. Et debet intelligi esse acceptabilis domino, quādo iste vasallus mittit alium loco sui, qui sit æquè idoneus sicut ipse, art. suprà de lege Conradi in §. ex eadem, & in gl. 2. hîc posita in fin. facit l. Thais. in §. soror. ff. de fideicō. liber. Ibi, dimidium, dic ꝙ iste tex. loquitur secundum ista iura nouissima. Olim verò aliter obseruabatur, prout plenè notauit glos. 1. sup. de prohib. feud. alien. per Lothar. in l. 1. & dixi sup. de capi. Cora. in §. similiter. Et hoc etiam sensit glo. 3. hîc posita. Ibi, feudi, scilicet, quod tenet à Domino. Ibi, ab episcopo, potest nanq; episcopus & quicunq; alius prælatus recognoscere feudum à Rege vel Imperatore, vt patet suprà de ca. Cora. in §. fi. & quod ibi dixi. Vtrum autem seruiat per substitutum, dixi suprà, si de feud. fuerit controu. in cap. si quis decesserit, potest quoq; prelatus habere vasallos laicos, vt patet suprà in titul. de cler. qui inue. facit in capitulo 1. Ibi, amittat, scilicet per sententiam, vt dixi suprà in tit. proxim. in §. fi. in fi. Ibi facultatem.

Quod intelligas verum siue feud. sit nouum siue antiquum, & siue vasallus habeat agnatos siue non, vt dixi in dicto §. fin. vbi gl. hic tenet, licet And. de Isern. teneat contra.

1 †Not. ꝙ debet dari vasallo spacium competens ad iter rapiendū in aliquo ... domi-

dominum suum in exercitu, vt dixi super textum.

Quod tamen intelligas habita consideratione, qualitas personę ff. de ver. ob. l. continuus. in §. cùm ita, & etiam itineris qualitate d. l. 2. & 3. ff. si quis cautio. attenta via recta, & non per circuitus, nisi ex causa necessaria, vt ff. de exec. tut. in l. non solum. Dabitur quoque vasallo aliud spacium præambulū ad prædictum iter, inf. quod possit præparare sibi necessaria pro viatico & alijs suis opportunis. Et hoc spacium debet esse arbitrio boni viri, vt l. ab hostib. in §. final. ff. ex quib. cau. maior secundū Bald. Facit quod dixi in c. 1. sup. quo tempore mil. & sup. de inuest. inter do. & vasal. lis oriatur. in c. 1.

2 †Not. ex isto tex. casum expres. quod vasal. potest seruire domino per substitutū, a dum tamen sit æquè idoneus, qui sit acceptabilis domino, & hoc voluit etiam glo. 2. in princ. hîc posita, quæ per hoc est expedita. Et de hac materia dic, vt plenè dixi supr. si de feud. fuerit controu. in c. si quis decesserit, & suprà quæ fuit prima causa ben. amit. in §. sed nec alia. Quæro ab ext. quid si vasallus misit loco sui personam non æquè idoneam, neque acceptabilem domino, sed dominus acceptauit, an intelligatur vasal. satisfecisse, & respōdet Bal. quod sic ar. ff. de iudi. l. sed & si susceperit, & ff. de fideiuss. l. qui satisdare. etiā si iste dominus fuisset prælatus ecclesiæ. quia factum prælati præiudicare posset ecclesiæ, in acquirēdis & maximè in pœnis, vt ff. de publi. l. fi. §. si quis. Dummodò dixit ipse, non vertatur magnum prę iudicium ecclesiæ. Facit quod dixi suprà de cap. Corad. in §. fin.

3 †Quęro an sit in electione vasal. dandi & soluendi, ac eligendi quam partem velit, videlicet ire personaliter, vel mittere alium, vel soluere, & dic quod sic, vt dixi sup. ti. prox. in fi. Sed tamen si eligat mittere alium, debet mittere personam idoneam, quę sit apta acceptari per dominū, & in cognoscendo istud vir bonus arbitrabitur, & in arbitrando non debet esse nimis delicatus, neque nimis onerosus, sed tenere medium, l. cōtinuus. in prin. ff. de ver. ob. & in Aut. de consulib. in princi. quia non debet attendi nimia austeritas domini. ff. de vsuris. l. si bene. Nec etiam vasalli. debet tenere extrema, vt mittat viles. ff. de pi. ac. l. si seruos. Et de hac quæstione dixi etiam in d. §. fi. suprà ti. proxi. Quid autē si vasal. sit nobilis & famosus, qui si iret personaliter, iret multum associatus, sed vult mittere vnum substitutū, loco sui, qui non sit iturus ita associatus, an dominus possit recusare: dic quod sic: quia non est æquè idoneus, nisi ille esset ducturus tot secum, prout dominus erat ducturus. Idem dicas si vasall. erat multū consiliatius & industriosus, & dominus dicat, volo tuam industriam & tuum cōsilium, & nolo substitutū, quia longa est differētia inter artifices. l. inter. ff. de solut. Tūc similiter dixit idem And. quod dominus potest hoc dicere, & maximè pro bono publico, vt in Autent. de rest. & ea quæ perit in §. quamobrem, & C. de cad. tol. in §. penu. Sed tamen est obuiandum malitiæ domini ff. de rei ven. l. in fundo, vt quia fortè ex pecunia, quam solui vasall. dominus possit reperire ita strenuū & sapientem, sicut ipse est, & sensit etiam Iac. Ard. in Sum. in tit. qui. mo. feu. amit. sub ribricell. an per alium possit seruire vasall. domino, vbi videas, & latè dixi in d. c. si quis decesserit, sup. si de feu. cōtro. & in c. fi. de capi. qui cur. ven.

a Vasallus potest seruire domino per substitutū. Adde glo. & ibi. Cyn. in l. si quis cōsensu. C. d. episc. & cler. Ba. in l. continuus. in. §. si ab eo. ff. de verbo. oblig. Bal. in leg. 1. in §. ne autē C. de caduc. tol. Arc. in c. episc. 88. distinct.

4 †Quæro quid si vasal. velit ire personaliter, sed dominus vult pecuniā, an audiatur dominus, & dic: quod nō, quia est in electione vasal. vt suprà dixi. Et quia durius soluitur pecunia, quàm personale seruitium præstetur. ff. de ope. lib. l. ad hæc opera. §. fi. De infirmis vel aliter inhabilibus, & aliàs legitimè excusatis ad seruiētium cum persona quid iuris: vide in d. c. si quis decesserit, vbi omnia prędicta declarantur.

Vltimò ad materiā huius §. vide plura quæ dixi in d. §. similiter de capit. Corad. & in d. §. fin. sup. tit. prox. & in dictis remissionibus, quas in dictis locis adduxi, & per Ia. Ard. in loco sup. allegato.

De materia autem quādo & qualiter vasallus teneatur, & debeat adiuuare dominum suum in guerra sua, dic plenè, vt scripsi suprà in tit. hîc fi. lex. in prin. & in §. 1. & vide Host. in Summ. tit. de feudis. §. vt autem. ver. item amittit.

SVMMARIA.

1 *Feuda dignitatum & principatuum regalium sunt indiuisibilia.*

2 *Feuda inferiora & absque dignitate diuidi possunt.*

3 *Dominus sine vasalli consensu ius quod habet in feudo in alium non transferet. Et quid sit dicendum in causa necessitatis.*

4 *Vasallo plures dominos habenti, cui maluerit seruire, optio datur.*

Res petens subsidium à vasallis Baroni sui,

 Baro

Baro verò ipſemet habet guerram, cui ſit deſeruiendum.

5 *Vaſallo decedente cum filio vtili, altero inutili ad ſeruiendum domino, vter eorum ſuccedat.*

6 *Vaſallus vniuerſitatis illā requiſitus iuuabit.*

Vniuerſitas an debeat priuari feudo propter delictum hominis priuati in iſta vniuerſitate, & quando poßit feudo priuari.

7 *Iuriſdictiones & curiæ diuiſibiles.*

8 *Dignitates regales ſtatuto inducente diuidi poſſunt.*

Vnus habitans in domo communi duobus, abſente altero, an teneatur alteri ſoluere partem penſionis.

Diuiſio in fratres facta, vt vnus habeat totam Marchiam, alter verò omnia bona allodialia, an valeat?

9 *Caſtra de nouo Marchioni conceſſa, non ſunt de marchionatu.*

Feudum de nouo duobus pro indiuiſo datū, an poßit diuidi.

PRAETEREA DVCATVS. Quia diuiſio habet inſtar alienationis, vt in l. 1. C. cōmunia vtriuſq; iudi. Iccircò annectitur iſte §. ſub iſta rubric. de prohib. feud. alie. Et diuiditur in quatuor partes, quoniam in prima declarat, an feuda ſint diuiſibilia. In ſecunda an omnes vaſalli ad quos pars feudi peruenit, teneātur iurare fidelitatem. In tertia an dominus alienando partem feudi poſsit inducere vaſal. inuitum ad habendum plures dominos. In quarta an dominus poſsit transferre ius ſuum in alium ſine voluntate vaſalli. Secunda ibi, ita vt omnes. Tertia ibi, tamē. Quarta ibi, nec dominus.

a *Omne regnū in ſe diuiſ. Add. c ſi ea. 25. quæſtio 2. originaliter Matth. 12. & Lucæ 11.*

b *Vnū regnū nō capit duos. Adde ca. nunc autē. 7. q. 1. gl. in Clene Roma. de iureiu. Ioan. And. in add. Spe. ti. de reſcr. præſenta. Bal. in Aut. hoc amplius in 2. col. C. de fideicō. Bal. in l. penu. C. de cōd. inſertis. Bal. in l. ſi viua. C. de bon. matern.*

CASVS.

Feuda ducatus Marchiæ, & comitatus non ſunt diuiſibilia. Alia verò feud. ſic, quo caſu omnes vaſalli, ad quos portio feu. ex diuiſione peruenit, iurare debent domino, quinimò non poteſt Dominus transferre ius ſuum in alium, ſine voluntate vaſal. h. d. In tex. ibi. ducatus, quid ſint iſtæ dignitates, & quare ita appellantur, dixi ſuprà in tit. quid ſit dux, com. vel march. in prin. Ibi, decreto, hoc ideò dixit, quia fortè ante hanc legē diuidebantur talia feuda, per ea quæ no. in. c. omnes, ſup. ſi de feu. fue. cōtro. Ibi, aliud autem feu. ſ. inferius à prędictis, & de his feudis inferioribus etiam tangitur, in d. c. quis dic. dux, com. vel mar. & ſuprà qui feu. da. poſſ. in prin. Ibi, conſortes, id eſt, conuaſalli, qui habent partem in dicto feudo, pro indiuiſo, vel quia ſint plures filij, qui ſucceſſerunt patri, vel plures vaſalli qui aliquo ti. licitè ſimul & pro indiuiſo, acquiſiuerunt ſecundum Andr. de Iſer. Ibi, fidelitatem, id eſt, iuramentum fidelitatis, vt ſuprà in tit. quid pręced. de. inueſt. an fid. in c. 1. in fi. Ibi, ita tamē. Hîc infert ex prædictis, hoc modo, quia ſicut quando plures vaſalli ſuccedentes in eodem feu. omnes iurabūt, donec illud tenebunt pro indiuiſo, & ſi illud diuidant inter ſe, quia nolunt ſtare in communione: tūc illi ſoli, ad quos portio huius feudi ſpectabit iurare debebunt: vt hîc & ſic intelligitur de diuiſiōe facta ex cauſa neceſſaria. Et ita non habet vim alienationis, vt eſt text. in Auten. de litigio. in §. 1. col. 8. Non autem debet extendi ad diuiſionem factam ex cauſa voluntaria, quæ habet inſtar alienationis, vt in d. l. 1. Cod. communia vtriuſq; iudi. vt quia vaſallus vellet alienare partem feudi alicui extraneo diuidendo illud, quia tunc non poſſet, vt ſuprà de vaſallo qui contra conſtit. Lothar. feud. alien. in princ. ita quoq; arguendo à ſimili in perſona plurium dominorū ſuccedentium in loco vnius domini, patris eorum, donec tenēt dictum ius pro indiuiſo, eſt iurandum cuilibet iſtorum per vaſallos. Sed ſi diuidūt tunc iurabitur ſolum iſtis, ad quos portio huius iuris feudalis peruenit, vt no. gl. in l. ſi vſusfructus. §. 1. ff. de vſufr. & probatur ſuprà de eo qui ſibi hęredibusq; ſuis maſcul. & fœm. in capit. 1. Si verò dominus vellet volūtariè diuiderē iſtud ſuum ius directum feudale, transferēdo partem in alium extraneum: tunc non poſſet, vt hîc in iſto text. quia ita debet intelligi, prout declaraui in dicto c. omnes filij. Et nunc habes intellectū huius literæ. Ibi, transferat. dic vt probatur ſuprà de lege Coradi in §. ex eadem.

1 †Nota quòd feuda dignitatū & principatuum regaliū non diuiduntur, vt hîc & no. per gloſ. in cap. ſi hęredes, extra de teſt. Et eſt ratio quod debent ſtare vnitæ & non diuiſæ, ne per diuiſionem diminuantur, & deducantur ad deſtructionē, vt no. gloſ. in c. licet extra de voto & voti reddēdi, quoniam vt ait Philoſophus: Virtus vnita fortior eſt ſe ipſa diſperſa. Hinc eſt quod ſcribitur in lege Euangelica, quòd omne regnum in ſe diuiſum
a [a] deſolabitur. Et Philoſopus: Non eſt bonum pluralitas principatuum, vnus ergò princeps. Nam vnum regnum non
b capit duos, [b] vt ait Cicero, & habetur 7. q. 1. in apibus, & in l. fi. ff. de re. diuiſio.

Et intellige prædicta vera, nisi ex priuilegio speciali principis prædictę dignitates essent factæ diuisibiles, vel consuetudine inducat scientibus & videntibus Imperatoribus, ita ꝙ ex certa eorũ scientia diuiduntur secundum And. de Iser. & Bal. per l. de quibus in fi. ff. de legi. & dixi suprà de alie. feu. in §. fi. in fin. Et quanquam sint indiuisibilia respectu iurisdict. & dignitatis, tamen possunt dux, comes vel marchio alteri infeudare, vt suprà de his qui feu. da. po. in prin. secundum Iacobũ de Belu. & ad hanc materiam vide plenè per Bald. in Auten. hoc amplius. C. de fideicom. vbi plura dicit.

2 †Not. ꝙ feud. inferiora, quæ non habent annexam dignitatem & principatuum sunt diuisibilia. Nam valuasores & valuasini, & cæteri vasalli talia feu. inferiora tenentes, de quibus habetur in dicto tit. quis dicitur dux, comes, &c. possunt inter se ipsa feuda diuidere sine licẽtia dominorũ, & sine periculo illa amittendi, vt hîc & suprà tit. 2. & sup. de natura succ. feu. in c. 1. & in d. c. omnes filij. Ex quibus infertur, ꝙ aliquid licitum est inter minores, quod prohibitum est inter maiores, quod videtur esse contra regulas iuris in l. Barbarius in fin. ff. de officio prætoris, & lege non debet actori. digestis de regulis iuris. Sed hoc ideò statutum est in casu nostro, quia maior est ratio, quæ restringit maiores vasallos dignitates & principatus tenentes, vt dixi suprà in præcedenti nota. Hinc est quòd Imperator secũdum iuris rationem, non dat talia feud. vt filij succedant, quoniam in talibus non est successio, nisi per inuestituram à succedentibus acquiratur de nouo, vt suprà de feud. mar. in c. 1. Quanquam hoc videatur ex cõsuetudine vsurpatum, vt suprà in tit. de alie. feud. in fin. Sed alia feuda inferiora dantur etiam, vt ad descẽdentes in infinitum transeant, vt suprà qui feu. dar. po. in §. antiquissimo. Posset tamen Imperator hoc idem facere etiam in maioribus si vellet, quia potest tollere ista positiua, sicut vult l. fi. C. si contra ius vel vtili. publ. cum ibi no. & plenè dixi in d. c. 1. de feud. march. vbi videas. In beneficijs autẽ ecclesiasticis seu præbendis non possunt esse duo homines inuestiti, de eadem præbenda, siue sit magna, siue parua, quia est mõstruosum in vno corpore, esse duo capita, vt in c. maioribus. extra de præbend. & dic vt ibi per Ioan. And.

3 No. ꝙ dominus nõ potest ius suum, quod habet in feu. trãsferre in alium extraneum absq; voluntate vasalli, vt hîc & sup. quo tempore mil. in c. 2. Et est ratio, quia per contrarium vasall. similiter non potest ius suum in alium transferre absq; voluntate domini vt patet suprà in prin. huius tit. Vnde quia debent ad paria iudicari dominus & vasallus, vt sup. de for. fi. in fin. Meritò congruum fuit, paria iura decernere, vt sup. tit. proxim. in §. fin. & dixi suprà de lege Cora. in §. ex eadem in primo not. Et non solùm prohibetur dominus alienare totum, vt hîc in fine. Quinimò etiam partem, ne vasall. reperiatur habere plures dominos, respectu eiusdem feudi, vt hîc in ver. ita tamen & de hoc dic vt dixi sup. text. Quid aũt si ex necessitate vellet vendere, dic per la. Ar. in Sum. tit. qui. mo. feu. amit. sub rubric. si propter necessitatem dominus vellet vendere, &c. Facit quod dixi in c. 2. suprà quo tempore mil. & de lege Cor. in §. ex eadem.

Oppos. cùm glos. 1. quòd imò vasallus cõpellatur habere plures dominos, de l. si cuius. in §. sed & si plures. ff. de vsuf. vbi si vsufructuarius recognoscit vsumfructum à pluribus, tenetur omnibus satisdare. Et ex hoc colligit ibi gloss. ꝙ vasallus iurare debet singulis hæredibus domini. Solut. Licet ibi gl. nõ soluat, quod ex causa necessaria vasallus benè cõpellitur habere plures dominos, videlicet quando moritur relictis pluribus hæredibus, quia tunc omnibus est præbẽda fidelitas a per vasallum, vt ibi, quoniã iuramentũ fidelitatis est indiuiduũ, & ideò cuilibet est iurãdum, vt ff. de operis liberto, lege vt iurisiurandi. in fi. Itẽ quia omnes dicti hæredes habentur loco vnius, scilicet illius, cui successerunt. l. cui fundus. ff. de condit. & demonstrationi. Sed hic loquimur, quando ex mera voluntate & proprio motu dominus vellet constituere alio, dominos ipsi vasallo, & tunc nõ potest hoc fieri contra voluntatem vasalli, vt in isto textu & quod sup. eodem dixi, & latius in dicto capitulo omnes.

4 †Quæro cum glossa secunda. quid si vasallus habeat plures dominos & vnusquisq; eorũ petit seruitium à vasallo, cui dabitur electio, an vasallo eligẽdi, quem dominũ velit, cui seruiat, an dabitur dominis? Et respondet glo. ꝙ vasall. argu. in l. plerunq;. ff. de iure dot. Et hoc vult vsq; in fin. Sed tu aduerte, quia ego puto, quod

a Quia tunc omnibus est præbenda fidelitas. Adde quid de patre qui decessit relictis plurib. filijs, an vasall debet iurare fidelitatem omnib. filijs: an verò debet iurare vni ex illis filijs. Hîc sunt duæ opi. Prima opi. quòd omnibus. Et hoc firmat gl. in l. si cuius. in §. 1. ff. de vsufruct. Bal. in l. 1. in 22 q. ff de rerum diuisio. Ang. in l. 2. in §. ex his, & ibi Loth. Ro ff. de ver. ob. Ioã. de Imol. in l. 4. ff c. Ang. in l. communis. ff de in ius voc. Alb de Ros. in l. duo patron ff. de iureiu. Io. An. in add. Spec. ti. de lo. in §. nunc aliqua. ver 72. contrariam opi. tenet Alb. de Ros. in l. stipulatio. in §. quæsitum ff. de noui ope. nuncia. idem Alb. in l. commun in prin. ff. de alimen. & ciba. leg. idem tenet Host. in Sũ tit. de feu. in §. fin. ver. sed nunquid tenebitur idẽ tenet Specu. tit. de feu et ibi Io. And. in add. in §. cæterum. vers. 29.

 quod

quod ista gloss. non bene possit adaptari ad casum istius §. in quo dominus per voluntariam alienationem iuris sui feudalis, non potest facere vt vasallus inuitus habeat plures dominos, vt suprà dixi, quia per talem alienationē factam sine voluntate vasalli, priuaretur dominus d. iure suo, & applicaretur ipsi vasallo, secūdum ea quæ dicta sunt in dicto §. ex eadem. & quod no. gloss. suprà, per quos fiat inuesti. in fin. Vnde isto casu superfluum est disputare, cuius sit electio, cùm illa pars alienata non transferatur in aliquem dominum, sed in ipsum vasallum. Quare necessarium est intelligere gloss. videre meo in casibus, in quibus vasallus potest habere plures dominos iuridicę, quo casu, quis tunc habeat electionem, & qualiter seruitia tunc præstētur tam in damno quàm in faciendo, siue domini habeant guerram inter seipsos, siue cum alijs, vide quod scripsi in dicto capitul. omnes, vbi plenè in quęstionibus examinaui omnia prædicta discurrendo per singula membra. Quid autem si Rex habeat guerram & petat subsidium à vasallis Baroni sui, iste autem Baro dixit, quòd vult ꝙ sibi seruiant, quia etiam ipse habet guerram, cui debeant seruire? vide in Spec. de feu. §. quoniam. versic. 16.

Opposit. cum glo. fi. de dict. §. ex eadem in versic. ꝙ Mediolani, &c. vbi expressè dicitur, ꝙ dominus potest transferre ius suum in alium sine volūtate vasallorū, dummodo transferat in coæqualem vel maiorem. Et huius timore contrarij: ista gloss. dat plures solutiões, quas recita vt in ead. Et tandem tu resideas in hac solutione, quæ vera est, videlicet ꝙ ibi loquimur secundum specialem consuetudinem Mediolanensium, quæ non est trahenda ad alia loca, vbi non viget talis consuetudo, quoniam in alijs locis vbi non est dicta consuetudo, debet attendi & obseruari id, quod disponit ista lex, videlicet vt hodie dominus feudum sine volūtate vasalli ad alium non transferat, vt hîc & in dicto §. ex eadē in princ. & sensit gloss. scilicet in princip. ibi, posita, & dixi in capi. 2. suprà, quo tempore miles. & in dicto §. ex eadem in secundo notabili. Et per hæc habes nunc expeditam istam gloss. cum suis necessarijs vsq; ad versic. quid si vasallus, &c.

5 † Quæro cum dict. gloss. quid si vasal. decesserit relictis duobus filijs, quorū vnus est vtilis: alter verò inutilis ad seruiendum, an solum vtilis succedat in totum, si adest voluntas domini. Et respondet quòd ista quæstio est multum dubia, & disputabilis secūdum Coradinum glossatorem antiquum. In qua cōtrariè & variè adducūtur sententiæ per tit. suprà an mutus vel aliter imperfectus, &c. Et hoc vult glos. ista vsq; ad fin. quæ non aliter soluit quæstionē istam. Sed tu dic secundum And. de Iser. ꝙ ista quæstio videtur habere modicam dubitationem præsupponendo, ꝙ inhabilis in totum excludatur à succedendo, prout videtur præsupponere ista glosa. Quoniam postquā adest voluntas domini, vt habilis succedat in totum non dubium, ꝙ poterit in totum retinere postq; dominus facit sibi gratiā, vt suprà quemadmod. feud. a fi. pertin. in capitulo 1. Item & alia ratione, dato ꝙ dominus non cōsensisset, quia cùm istud feudum esset paternum, debet potius præferri ipse frater agnatus quàm dominus, per ea quæ habentur in tit. si vasal. [illegible] feud. priuet. cui defer. debe. Et de [illegible] men quæstione dic plenè per Ioann. Andræā, in addit. Specu. in tit. de feu. §. quoniam. vers. 27. & tangit etiam super [illegible] brica. Vtrum autem inutilis succedat [illegible] feudo? dic vt dixi suprà episcopum vel abbatem. in §. fin. & in dicto titu. an mutus, &c. capitulo 1. Si verò dominus à principio dedisset feudum duobus, quorum vnus est vtilis & alter inutilis, se[illegible] dominus ignorabat: tunc vtilis non habebit nisi partem suam, nec accrescit sibi portio inhabilis, etiamsi efficeretur caduca. arg. in l. fideicommissa. in §. seruo. ff. de leg. 1. & l. plane. in prin. in dicto tit. & de duobus reis. l. reos. §. 1. Secùs si ex certa scientia dedisset per dictū §. seruo. & C. de legatis. l. cùm rem alienam secūdum Andr. de Iser.

Opposit. ab extra, quòd imo feuda marchionatus, ducatus & comitat. possint diuidi, postquàm procedunt ab Imperiali munificentia. argu. in l. 1. C. si [illegible] cius liber imperialis sine hærede. Solut. dicit, quòd hîc loquimur in iuribus feudalibus. Ibi verò loquitur in casu speciali illius legis, & donationis factæ per Imperatorem, vt ibi dixit Bartol. de quo no. in l. 1. C. de bon. vacan. & dixi sup. de [illegible] bene. fra. in capit. 1.

6 † Quæro ab extra, quid si aliquis est vasallus alicuius collegij vel vniuersitatis, an teneatur adiuuare vniuersitatem? & dicit Iaco. Ardiz. quòd sic, non tamen

aliquam

aliquam singularem personam, nisi administratorem.arg. ff.de rerum diui. l.in tantum.§.vniuersitatis.ff.de in ius vocã. l.sed & si hac. §. qui manumittitur. & debet se abstinere ab offensione administratoris, aliàs feudo priuaretur.arg.extra de pœnis.in c.in quibusdam. Sufficit etiam vasallo, si denunciet administratori ad excusationem sui, vt inuestiatur, argu. ff. quod vi aut clam. l. ꝓhibere. §.2.& l.aut. §.item ait. & ff.ad municip.l.municipes. Sed quid si vniuersitas habet feudum, q̃d quidem acquirere potest, vt arg. ff. de acquirend.possessio. l.2.ff.ad exhiben.l.tigni.§.item si. & aliquis singularis homo de vniuersitate offendat dominum, seu administratorem, dic quod propter hoc vniuersitas non amittet feudum, ar. supr. dictarum legum. Non enim vniuersitas de facili dolum facere potest, nisi dicatur quòd vniuersitas puniatur ex facto administratoris, quo casu, punitur vniuersitas, scilicet, durante administratione, sed eo remoto vel mortuo redibit feudũ ad collegium vel vniuersitatem, arg. ff. de capi.Coradi.§.fin.ff.de acquir.posses. l.1.in fine. & de liber.vniuersi. l.1. Et hæc fuerunt verba Iaco. Ardi. in Summa sua. in tit.qui.mod.feud.amit.sub rubricella. an vasallus vniuersi. & in charta 3. de vasallo vniuersi. Quid autem si non petijt inuestituram.infr.debitum tempus, dixi in d.c.1.in fi.de capi.Corã. vbi videas.

7 † Quæro an iurisdictiones & curiæ possint diuidi, & respondet quod sic, ad exemplum vsufruct. Nisi essent iurisdictiones Marchionatus, Ducatus, vel Comitatus, vt hic, quia cùm talia exceptuẽtur, videntur omnia alia includi, l. cùm prætor.ff.de iudic.& probatur ff. si serui. ven. l. & si fortè in. §. & si hæredes. & ff. communi diui.l.cõmuni diui.in §.si duo. & §.cum de vsufruct.& ad l.Falcid.in l.1. in §. si vsufruct. & ff. de vsufruct. l.quotiens. Et fiet ista diuisio iurisdictionis, vel per adiudicationem, vel alterius annis, vel vni fiet locatio, & pẽsio inter eos diuidetur. Vel etiam per diuisionem territorij, & regionis, cautionibus tamẽ interpositis de non impediendo ad inuicẽ, vt in d.§.si duo.& §.cum de vsufructu.& l.item quamuis.in d.§.1.& ff.de aqua pluuiali arc.arg.l.Lucio. in fin. Et ita determinat Iacob. Ardizo. in tit. quibus modis feudum amitta. sub rubricella vtrum diuidi possit feudum iurisdictionis & curiæ, & Bald.hic dicens, quod quanquã ipsa substantia iurisdictionis non possit diuidi, quia est quid incorporale in se, tamen commoditas ipsius iurisdictionis benè potest diuidi, ff.de neg. ge.l.qui aliena.in §.fin.& ff.communi diui.l.arbor. in §.aquarum. Et ex prædictis infert Bal. contra duas determinationes quas facit Bart. in l.tutores. in fi.ff.de admi.tut. vbi consuluit in quæstione facti, quòd si duo vasalli diuidunt feuda paterna, & castra sua, & iurisdictiones inter eos, & vnus delinquat in parte alterius, quod nõ poterit per ipsum puniri, quia ista iurisdictio adhuc est inter ambos insolidum, & par in parem[a] non habet imperium. Et hanc suam determinationem probat per istum textũm, & per nota. in l.communi diuidundo, in princip.ff.communi diuidundo.

Sed dixit Bald. quòd ista determinatio procederet in iurisdictionibus Marchiæ, Ducatus, & Comitatus. Sed in alijs inferioribus non, quia in istis cadit vera diuisio administrationis, vt supr. dictum est. Facit quod dixit Gul. de Cu. in l.fin. ff.de rerum diuisio. & vide eundem Bal. in c.1.in fin.qualiter iur.de vas. Secundò ibidem dixit Bart. quod propter tale delictum posset dominus eorum aduocare ad se iurisdictionem vtriusque & totum feudum ad quemlibet pertineret insolidum, quod non est verum, secũdum Bal. per l. si quis sit. ff. sol. matri. & per l.Gallus.in §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. & l.loci corpus. §.si fundus.ff. si serui.ven. Et puto quod Bald. dicat verum, quia hîc præsupponitur, quod feudum erat paternum, quo casu ex tali delicto commisso in alium, quàm in dominum, debet admitti frater, tãquam agnatus, excluso domino prout dixi sup. quæ fuit prima cau.ben.amit.in §. fin.in conclusionibus.

8 † Quæro an per statutum vel consuetudinem posset induci, quòd istæ regales dignitates diuidantur, & Ioan. Andr. in addi. Spec. tit.de feu. super rubrica.vers. non omittam. videtur tenere, quod sic, si Imperatoribus scientibus hoc fiat, arg. ff.de leg. l. de quibus. ff. de contrahend. empt.l.si in emptione.§.omnium.de mu. & ho.l.munera. §. mixta. de aqua plu.ar. l.1.in fi. & l.in Summa. de aqua quoti.& æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. De qua tamen quæstione, dic plenè per eum in loco supra allegato, vbi argumenta plurima hinc inde facit, & quod tangitur in

[a] *Par in parem. Adde c.innotuit. de elect. l.nam magistratus. ff. de arbit. l.ille à quo in. §.tempestiuum. ff. ad Senatuscõ. Trebel.*

c. fin. extra de consuetud. & quod suprà dixi. Quæro quid si duo habent domum communem in feudum, & vnus solus eã habitauerit altero absente, an teneatur, soluere alteri partem pẽsionis? dic quod non, quia habet ius in quolibet cespite terræ in qualibet parte dominus pro indiuiso, & sic suo iure vsus est, l. merito. ff. pro socio. Et hoc benè facit, quod no. gl. magna. in fin. in l. sabinus. ff. pro socio. & tenet Ri. Malum. in l. si quis putans. in §. sine. ff. fami. hercisc. & ibi per Doct. Facit quod dixit Dyn. in c. in re communi. de reg. iur. libr. 6. Quæro quid si duo fratres Marchiones diuidunt bona sua inter se hoc modo, quia ad vnum peruenit tota Marchia, ad alium peruenerũt omnia alia bona allodialia, an teneat talis diuisio? Et dic quod sic, quia quo ad Marchionatum non est facta diuisio, vt probatur in l. & puto in §. 1. ff. fam. hercisc. & in d. l. si quis putans. §. pen. communi diuidundo. & sensit gl. in l. si familiæ. C. fami. hercisc. Facit dictum c. omnes. si de feu. fue. contro.

Et hoc intelligas verum secundum Andr. de Iser. nisi talis diuisio fuisset facta in fraudem domini, vt quia totũ feudum ex diuisione deuenit ad illum, qui habebat filios, sed bona allodialia ad illũ, qui penitus non habebat, neque sperabat habere, & feudum erat nouum. Ita quod ad dominum portio sua debebat reuerti, per c. 1. sup. de benefi. fra. Quia tunc talis diuisio non teneret in præiudicium domini. ar. in §. callidis. supr. eo. & ff. quæ in fraud. cre. in l. 1. & ita intelligi debet, d. c. omnes. secundum ipsum And. de Iser.

9 † Quæro quid si Marchioni, vel Duci concedantur noua castra de nouo, an intelligãtur esse de Marchionatu, vel Ducatu, vt habeant eandem naturam, & dixit Bal. quod non per l. in agris. ff. de acquir. rerum domi. Quæro datum est feudum de nouo duobus pro indiuiso, isti postea diuidunt inter se, ita quod vnus habet duas partes alter tertiam. Iste qui habet solùm tertiam partem moritur, ita quod portio sua debet reuerti ad dominum, vt in d. c. 1. supr. de be. fra. vel aliter portio ipsius deficit & debet redire ad dominum, an tunc dominus debet habere solùm illam tertiam partem, peruentã ad illum vasallum ex diuisione, an verò integram medietatem, & respondeo secundum Andr. de Iser. quod debet habere medietatem integram, Immò dicit ipse & fortius, quod dominus posset incõtinenti reuocare, quasi censeatur alienatio vltra medietatem per princ. huius l. & ff. de vasal. qui contra constitut. Lothar. in c. 1.

Vltimò ad materiam præsentem adducas plura, quæ scripsi in d. c. omnes filij. & vide in remissionibus, quas ibi in vtroq; iure adduxi, & quod dixi supr. de alie. feu. in §. fi. & per Bald. in l. si plures. C. de condi. infer.

De materia autem diuidui & indiuidui si instrui cupis, vide Bart. ff. de verb. oblig. l. stipulationes non diuiduntur. & Ioan. Andr. in addit. Spec. tit. de feud. super rubri. & Bald. in d. l. si plures. & in l. pro hæreditarijs. C. de hære. acti. & quod dixi supr. de fra. de no. bene. inuesti. in c. 1. & per Iac. Ardizo. in Summa. ti. de suc. fe. sub rubr. in feud. regni Marchiæ, Ducatus, &c.

SVMMARIA.

1 *Vasallus filium, vel domesticum offendentem dominum satisfacere compellet.*

2 *Ingratitudo vasalli in dominum, quando maior dicatur.*

3 *Dominus promittens feudum vasallo illum inuestire debet non obstante felonia in ipsum ante inuestituram commissa.*

4 *Tempora circa feudorum inuestituras consideranda.*

5 *Filius feudum auitum perdet ob patris delictum.*

6 *Hæres domini non priuabit vasallum feudo ob culpam in dominum commissam de qua ipse dominus in vita non fuit conquestus.*

7 *Vasallus domesticum offendentem dominum duobus modis ad dominum deducet.*

Pater an teneatur deducere filium emancipatum, qui offendit dominum?

8 *Pactum quod pater feudo priuetur ob delictũ filij non valet.*

Pater an poßit filium dare pro noxa.

Item an poßit eum ob hanc causam, quòd dominum offenderit, exhæredari.

Pro domesticis an quis teneatur, si inuadant rem alterius.

9 *Vasallus vxorem dominum offendentem à se non repellet.*

INSVPER. Quia non solùm vasallus priuatur feudo, quando contemnit dominum suum alienãdo feudum sine ipsius domini voluntate, vt supr. in principio tituli visum est. Verùm etiam, quando contemnit ipsum non satisfaciendo de offensa illa-

ta ipsi

ta ipsi domino, vt hîc. Meritò interseruit istum §. sub hoc titulo, prout in simili dixi supr. eod. in §. firmiter. in principio. Et diuiditur in tres partes, quoniam in prima ostendit, quid habet agere pater pro offensa illata, per eius filium aduersus dominum suum. In secunda ostendit quid iuris, quando filius offendens cõtemnit satisfacere. In tertia extendit prædicta ad alios domesticos vasalli offendentes dominum. Secunda ibi, sin autem. Tertia ibi, pariq.

CASVS.

Si filius aut domesticus vasalli offendat dominum, debet deduci per ipsum vasallum ad satisfaciendum domino, aut eos à se separet. Si verò filius offendens recusat satisfacere, non succedet in dicto feudo post mortem vasalli, hoc dicit. In text. ibi, offenderit, scilicet, tali offensione, quam si pater fecisset amitteret feudũ, secundum And. de Isern. Ibi, priuabitur, scilicet, per sententiam, argu. in c. 1. supr. quo tempore miles, secundum Andr. de Isern. Facit quod dixi sup. eod. in §. callidis. Ibi, & filius, scilicet, offendens. Ibi, contemnit, hoc est, quia ipse filius non vult satisfacere. Ibi, nisi prius, scilicet, viuente adhuc patre; quia mortuo patre, ista satisfactio non satisfaceret, cùm pater mortuus esset incapax propter delictum suum, vt ff. de lega. præstan. l. item veniunt. Nisi dominus eum spontè in amicitiam argu. ff. de adimen. leg. l. quod si iterum. & C. famil. herci. l. in ipsius. secundum Bald. Ibi, faciat, videlicet, vt requisitus à domino, deducat domesticum ad satisfaciendum domino, aut separet illum à se. Et domestici intellliguntur omnes illi quos secum habet in domo. l. qui iurisdictioni. & ff. de iur. om. iudi. & l. præsenti. C. de his qui ad eccles. confu. & in glossella fin. hîc posita, & vide quod not. sup. in tit. qualiter vasal. debet iurare fi. in c. 1. §. 1.

1 † Nota. quòd vasallus tenetur deducere filium seu domesticum delinquentẽ ad satisfaciendum domino, pro dicta offensa, vel eos à se separare. Et est ratio, quia vasallus tenetur adiuuare dominum contra omnes, & filios, & fratres, & patrem, si potest ante delictum, & offensam commissam, vt supr. hîc finitur lex. in fi. Vnde similiter post delictum commissum, debet eos reducere ad satisfaciendum, vel saltem ad eos separandum à se. Ex hoc infertur, quod tempore offensæ commissæ, iste offendens stabat cum vasallo. Vnde si non habitaret cum vasallo, tunc pater excusabitur à pœna, quanquam non separet, quoniam separare nõ potest, postquam secum non habitat, cũ priuato præsupponat habitum, l. remittit. ff. de iureiurand. Nam ibi non est liberatio, vbi non est obligatio, vt ff. de verbo. obligat. l. decem. Sed tamen quãtum respectu ipsius filij nolentis satisfacere, benè remanebit pœna, quia mortuo patre, non succedet in feudo secundum An. de Iser. & probatur in c. 2. sup. de cap. qui cur. vendi.

2 † Not. quòd maior reputatur ingratitudo vasalli delinquentis in dominum post gratiam consummatam, quàm ante, quod patet, quia tempore quo tenet feudum, si relinquat amittit illud, vt suprà quæ fuit prima causa beneficij amitten. in §. porro. Si verò delinquat antequàm ad feudum vocetur, potest per satisfactionem submouere obstaculum sui delicti, vt hîc. & in d. c. 2. de Capitaneo qui curiam vendid. Facit ad prædicta, quod dixit Cyn. in l. fin. C. de libe. eorum lib. & quod dixi suprà de succesion. feud. in §. primo.

3 † Quæro cum glossa prima, quid si dominus promisit mihi feudum, ego post dictam promisionem & concesionem feudi, sed antequam haberem inuestituram de dicto feudo, commisi feloniam aduersus ipsum dominum, postea peto inuestituram de dicto feudo, dominus verò recusat facere, propter dictam feloniam commissam, ego verò nego dictam feloniam commisisse. An hoc non obstante, teneatur dominus me inuestire? Et respondet glo. quod sic, neq; dictũ delictũ, quod dicitur commissum obstabit, ar. ff. de dolo. l. eleganter. §. pe. Et hoc vult ista glossa circa istam quæstionem. Sed tu aduerte, ne erres, quoniam ista glossa implicat cum hac quæstione duas alias quæstiones, quarum vna est si vasallus committens delictum iam fuerit inuestitus, & postea moritur, hæres autem suus petit renouationem inuestituræ, & obijcitur sibi de felonia commissa per vasallum mortuum. Vnde iste hæres negat, quæritur an iste hæres debeat inuestiri, & respondet glossa quod sic. Alia quæstio est, quæ reuertitur ad primam. Sed in hoc solum est diffe-

Domestici intelliguntur. Adde gl. in l. respiciendũ. in §. delinquunt. ff. de pœnis. Specu. in ti. de teste. in §. 1. versic. item quod est domesticus. Io. Andr in c. fi. de ver. sig. lib. 6. in Nouel. Domi. in c. regulæ. 29. dist. Bar. in l. etiam. C. de testi.

differentia, quia in prima vasallus, cui erat promissum feudum, negabat feloniā commissam. Hîc verò confitebatur, sed dicebat, quod prius debet inuestiri, quàm cognosci dicta felonia. Et in hac quæstione similiter concludit ista glossa, quod debet primo inuestiri, cùm per dictam feloniam non possit priuari & disuestiri, nisi prius inuestiatur, argu. ff. de ædil. edict. in l. bouem. in §. si sub conditione. Et nunc habes totam istam gl. expeditam vsq; ad finem. Sed quia ista glos. defectiuè loquitur, idcirco videamus sigillatim secundum Doctor. in qualibet quæstione veritatem.

4 † Pro quarū declaratione primò sciendum, quòd circa inuestituras feudorū possunt considerari tria tempora. Primū tempus est, quando dominus promittit, & concedit vasallo feudum. Secundum tempus est, quādo dominus inuestit vasallum de dicto feudo iam promisso & cōcesso, & vasallus iurat fidelitatem. Tertium tempus est, quando virtute dictæ inuestituræ dominus transfert possessionem ipsius feudi, & tunc feudū propriè capit effectum suum, prout prædicta declaraui, sup. quid sit inuestit. in princi. & per Dyn. in regula prima, de reg. iur. lib. 6. Hoc præmisso, nunc venio ad declarationem primæ quæstionis, & vltimæ simul, & semel, quia procedunt à pari. Circa quas quæstiones dicunt Docto. quod hoc, quod dixit ista gl. videtur durum & inconueniens, quod ille qui posset destruere iam ædificatum nō possit resistere, vt non fiat ædificium ex culpa, & causa, ex qua iam factum destrueretur, l. nec nō. in §. exemplo. ff. ex qui. cau. maio. Et ideò videtur, quod dominus possit condicere obligationē ex promissione, qua dictum feudum spopondit, cùm promisit dare, vt vasallus esset grauatus, qui nūc est ingratus, & sic causa est reducta ad nō causam, immò non est secuta, quia vasallus fecit contrariū. ff. de condit. sine causa. in l. 1. Si ergò dominus potest habere hanc actionem, multò fortiùs habebit exceptionē, per regulam cui damus, &c. in l. inuitus. ff. de reg. iur. Item per aliam regulam, quia vasallus petijt, quod restituturus est, vt ff. de except. do. l. dolo. & l. 2. in §. & generaliter. Ex quibus infertur contra determinationem huius gl. q̄ si vasallus agat vt inuestiatur, quia promissum est ei feudū, proponet dominus exceptionem, quia culpauit, & sic non est bonum expectare, vt inuestiatur. ar. ff. ad vell. l. aliquando in fin. Et ita notabiliter determinat And. de Iser.

Et prædicta sunt vera, quando constat de felonia cōmissa, vt in vltima quæstione gl. vel incontinenti dominus vult p̄bare, secundum Iac. de Bel. quia tunc nō cogitur dominus facere inuestituram, aliàs secus. ar. ff. ad exhiben. l. 2. §. idem. ad Treb. l. ille à quo. §. si de testimonio. & C. de compen. l. fi. & hoc tenet And. de Iser. vt quia dominus dicat hodie constat, hodie agatur, per l. si is à quo. vt in pos. lega. & iudex statuat certum tempus, infra q̄d dominus faciat cōstare de culpa. l. si quis libertatem. §. planè. ff. de pet. hære. & hoc confirmat Hostię. dicens, quòd si ista p̄batio huius feloniȩ exigit altiorem indaginem, tunc iste vasallus debebit inuestiri, quia principaliter sua petitio tendit ad possessionem adipiscendā potius, quàm ad causam petitorij. ar. in l. fi. C. de edi. diui Adri. tol. & extra de conces. præb. in c. post electionem. Vnde cùm in præsenti causa non requiratur libellus, per ea quæ not. sup. per quos fiat inue. in §. fin. debet procedi summatim, & ea quæ requirunt altiorem indaginem reseruantur, per ea quæ not. in l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiur. & quod dixi sup. de contro. inter vasal. & episc. c. 1. & de alie. feu. pater. in c. 1. & per ista habes nunc clarè, & copiosè expeditas istas gl. Venio nunc ad declarationem alterius quæstionis eiusdē glo. quæ fuit, quod si post mortem patris vasalli delinquentis, qui iam fuerat inuestitus petat filius se inuestiri, & excipiatur de felonia patris, quod hoc non obstante debeat inuestiri filius, & ita concludit ista glo. Et circa hanc quæstionem dixit Bal. esse considerandum, an exigat altiorem indaginem, vel non dictum est sup. proximè in præcedenti quæstione, quia vasallus petet summatim se inuestiri, & si opponatur per dominum de felonia patris replicabit iste filius patris mortui, q̄ super hac felonia non procedatur, quia exigit altiorem indaginem, sed reseruetur ius suum ipsi domino circa hanc culpā, l. 2. C. de fal. & tenet etiam An. de Iser. Nā si ipse vasallus cōtestaretur litē super hac exceptione, tunc esset necesse super ipsa cognosci, vt extra de resti. spo. in c. 1. & quod no. in l. si de vi. in fi. ff. de iudi. & ita intelligit Bal. Sed tu aduerte circa hāc quæstionē, q̄a fortè dubitabis, q̄a postq̄ dominus nō fuit cōquestus de dicto suo vasallo

vasallo delinquente dum vixit, videtur quòd non possit hoc opponere post eius mortem in personā hæredis, per ea quæ statim tanguntur in pen. glo. hîc posita. Quare necessarium est intelligere istam glossam, vel quod dominus ignorauit, vel si sciuit, tunc intelligatur, quòd dominus iam fuerat conquestus de vasallo eo viuente, vel saltem præparabat conqueri, sed morte præuentus non potuit, quia tunc poterit istis casibus dominus opponere de dicta offensa aduersus hæredem. Secùs autem si sciuisset, & potuit vasallus placitare, & noluit, quia tunc nō posset placitare hæredem, per ea quę no. sup. quæ fuit prima causa benefi. amit. in §. porrò. Et ita intelligit Andr. de Isern. hîc istam gl. ad hoc, vt ista quæstio procedat, & sequitur etiam Bal. dicens, quod si non est multum iudicium ingratitudinis contra offensorem, non poterit moueri contra filium. Quoniam hæc pœna venit ex delicto. arg. ff. solut. matrimon. l. rei iudicatæ. §. hæredem. & de iure fisc. l. eius qui delatorem. Item, quia ista actio tendit quasi ad vindictam. Et ideo non datur hæredibus, nec contra hæredes. argu. ff. de colla. bo. l. cùm emancipati. §. si emancipati. & quod nota. in l. si ille. C. de decu. lib. 10. Nisi esset talis felonia, per quam delinquens perdidisset feudum ipso iure, quia tunc traheret secum executionem etiam in hæredem, vt nota. ff. quod quisq; iuris. in l. 3. in §. quod aut. Ex quo infert ipse Bald. quòd si esset felonia commissa alienando, vel esset alia felonia, in qua esset appositum pactum, quod vasallus caderet à feudo ipso iure, si eam committeret, tunc tale præiudicium trāsiret in hæredem etiam quærela non præparata secundum ipsum, quod est notatu dignum. Et vide circa prædicta omnino, quod notat. per gloss. & Canonistas in c. si. extra de do.

5 † Quæro cum glos. 2. quid si pater vasallus delinquat in dominum, an filius perdat feudum auitum? Et arguit ad partes, vt patet in ea. Et tandem determinat quod sic, per c. 1. supr. si vasal. feud. priue. cui defer. de. Et hoc vult ista glossa vsque ad versic. quid si vasallus, &c. Sed tu dic melius circa hanc quæstionem, prout dixi in d. c. 1. supr. quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. final. in conclusionibus. Quæro subsequenter cum d. gloss. quid si vasallus habens feudum antiquum, commisit delictum erga dominum, ex quo cadebat à feudo, sed dominus sibi remisit dictam iniuriam, & reseruauit sibi feudū, postea moritur vasallus, agnati volunt succedere in dicto feudo tanquā antiquo, sed dominus dicit, quod fuit effectum nouum per dictam refutationē, ex quo ad ipsum spectat, quæritur an cēseatur antiquum, vel nouum? Et respondet glo. quod antiquum, & sic agnati debent admitti. argu. in l. peculium. in §. si ære alieno. ff. de pecul. Et hoc voluit tota ista gloss. vsque ad finem. Sed tu circa istam quæstionem latius, & melius dicas prout scripsi, supr. de vasal. decre. æta. in c. 1. & per gloss. & per Doct. in d. §. si hæred. & in l. quod dicitur. §. pen. ff. de impensis. & quod ibi per Barto. & 12. distin. c. præceptis. & per Bal. in l. 1. ff. de rerum diuis. in q. 15.

6 † Quæro cum gloss. penulti. quid si vasallus delinquit contra dominum, sed dominus in vita non est conquestus de vasallo, an mortuo ipso domino, poterit hæres suus placitare cum dicto vasallo conqueri de eo occasione dicti feudi, & per consequens auferre sibi feudum? Et respondet glossa quod non, argu. in l. fin. C. de reuo. donat. in l. omnimodo. §. 1. C. de inoffic. testam. Et hoc vult tota ista glossa, vsque ad finem. Sed tu dic de hac quæstione melius, vt dixi in d. §. porrò. supr. quæ fuit prima causa benefic. amit. & supr. quibus mod. feud. amit. in §. 1. & quod dixi supr. circa glossam primam in fine, quæ omnia ad hanc quęstionem trahenda sunt secundum Bald. Facit glos. in d. l. finali.

7 † Quæro ab extra de forma qualiter deducat vasallus prædictum offendentem domino ad satisfactionem, respondeo secundum And. de Iser. duobus modis, vel quod offendens se ponat in manibus domini offensi, tanquàm in arbitratorem, qui puniet eum, sicut iudex posset punire facta reconciliatione & pace. Et si excederet in puniendo, posset reduci ad arbitrium boni viri, per not. in l. penult. ff. de arbitr. & C. de do. promis. in l. 3. Et dicit quòd poterit dominus etiā relegare ipsum offendentem, vt stet extra prouinciam, vel terram domini, sicut posset iudex, vt in l. final. ff. de iureiurando. & extra de iureiurando. in cap. veniens. Non tamen posset corporaliter punire, nec prætor debet exequi talem sententiam in criminibus publicis, L. non distinguemus. §. iul. ff. de condit.

dit. de arbi. Secundo modo dicit ipse, quod sufficit quòd vasallus deducat offensorem ad dominum, videlicet, vt stet iuri, & per modum iudiciarium cognoscatur, & vindicetur. argum. C. de preci. Imperat. offer. l. rescripta. Ad quod facit supr. quæ fuit prima causa benef. amitt. in §. item qui domino. Ego verò his dictis domini, an assentirem excepto quod in eo, quod dixit de relegatione, quia arbitrator non potest relegare. l. nulli. C. de sent. & interloc. omnium iudic. & quod nota. in d. §. Iul. Facit l. Titio. in §. Titio. ff. de condit. & demonstrat. & quod ibi per Dyn. Nisi ipse dominus haberet authoritatem relegandi. argu. ff. de interdi. & relegat. l. 1. in princip. & in §. sicut.

Quæro, quid si iste filius offendens sit emancipatus à patre, an habeat locum iste textus, vt eius pater vasallus, teneatur ipsum deducere? Et dic quod sic, secundum Andr. de Isern. quod patet, quia etiã tenetur pro cæteris domesticis extraneis, vt hîc facit l. pridem de quæstionibus.

8 † Quæro an teneat pactum? quod pater cadat à feudo propter delictum filij? & Bal. in l. 1. C. de his quæ pœnę no. sentit quod non, quia est iniustum pactum. argu. in l. pater. ff. de hæred. instit. & per no. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. Ego autem putarem contrarium, postquam pater in inuestitura se astrinxit ad tale pactum & obligationem, per ea quæ habẽtur in §. penult. & fin. supr. quid sit inuestitura. Nam cùm non videatur turpe, videtur esse iusta causa beneficij amittendi, vt in §. sed nec alia. supr. quæ fuit prima causa benef. amit. Quæro an pater posset dare filium pro noxa? dic quod non, secundum Bald. instit. de noxali. in §. final. Quæro an pater per talem separationem filij perdat ius patrię potestatis? dic quod non, secundum Bald. arg. in l. abdicatio. C. de pa. po. Quæro an pater ob hãc causam posset filium exhæredare? dic quod non, secundum Bald. cùm non sit inter causas enumeratas in Autentic. vt cùm de appel. cog. in §. causas. Quæro an quis teneatur pro domesticis, si rem alicuius inuadant? dic quod non, secundum Bal. argum. extra de restitut. spoli. in c. cùm ad sedem.

9 † Quæro an vasallus teneatur repellere à se vxorem suam offendentem dominum? dic quod non, secundum Bald. argu. C. de furt. l. manifestissimi. §. final. Vnde ergo ab istis domesticis, de quibus loquitur iste textus, debet excipi vxor secundum ipsum.

Vltimò de materia huius §. tangitur supr. de Cap. qui cur. vend. in c. 2. & inf. in §. sequ. & vide Iacob. Ardizo. in Summa. in tit. qui. mo. feu. amit. sub rubricella. si filius vasalli dominum antiquiorem offenderit. & sub rubricella. vasallus tenetur dominum adiuuare, &c. per Canonistas in c. in quibusdam in fine. extra de pœnis. Facit quod habetur in l. obseruare. in §. proficisci. ff. de offic. proconsul. & in l. final. in princip. ff. nau. cau. stabu. & in l. qui cum vno. in §. qui filium. ff. de re milita. & per Ioan. And. in addit. Specul. in titu. de feudis. in §. nunc dicamus. vers. sed quare.

SVMMARIA.

1 *Vasallus aliquo casu feudum potest infeudare, nec per hoc dicetur alienare.*

2 *Vasallus plurium dominorum ex diuersis feudis priore etiam contra alios obligatur.*

3 *Vasallus vasalli mei an sit vasallus meus.*

4 *Feudum illicitè alienatum reuertitur ad dominum directum.*

5 *Feudum non est alienandum sine licentia domini habentis directum dominium.*

6 *Vasallus de feudo inuestitus dominum compellet vt ostendat sibi feudi limites.*

Vasallus an teneatur dare feudum præscriptum. Et quid dicẽdum si dubitatur quale feudum sit.

Dominus an possit compellere vasallum vt ostendat suam inuestituram.

Feudum concessum vt omni anno percipiatur de Camera decem, an vasallus possit compellere dominum, vt tot possessiones sibi designet, ex quibus ista decem recipere possit.

ILLVD QVOQVE. Prosequitur continuando eandem materiam, de qua suprà in §. proximo tractauit, videlicet, vbi filius vel domesticus vasalli offendit dominum, quòd ipse vasallus requisitus à domino, tenetur reducere delinquentem ad satisfaciendum domino, vel ipsum à se repellere, vt in d. §. præcedenti dicitur. Nunc verò declarat in isto §. de subfeudatario, qui offendit dominum domini sui, qui dominus suus si sit requisitus per priorem dominum offensum, vt deducat istum offendentem, & non faciat, priuatur feudo. Et diuiditur in tres partes, quoniam in prima ponitur dictum cum determinatione, & cum vna

vna exceptione in vasallo offendente dominum domini sui. In secunda, ponit aliam exceptionem à dicta determinatione. In tertia ponit aliud dictum cum determinatione in primo feudatario requisito à domino suo, vt deducat sub feudatarium suum offendentem ad satisfaciendum dicto domino suo offenso. Secũda ibi, nisi requisitus. Tertia ibi, & nisi.

CASVS.

Vasallus offendens dominum domini sui, priuatur feudo, & reuertitur ad dominum suum, à quo dictum feudum recognoscebat, nisi ista offensa fuisset facta per dictum vasallum, seruiendo licitè alteri domino suo antiquiori, à quo aliud feudum tenebat, vel nisi de prædicta offensa requisitus satisfacere sit paratus. Sed si dominus huius vasalli offendentis, idemque vasallus sit requisitus deducere istum offendentem, vel satisfaciendum, & non faciat, quod amittit feudum, hoc dicit. Et præmitte pro euidentia huius literæ, quòd vasallus potest suum feudũ alteri infeudare in totum, vel in partem, dummodò faciat syncerè, & sine fraude, & infeudet æquali personæ, prout ipse est, & eadem forma, & conditione qua ipse habet, prout dixi sup. de capit. Corra. in §. præterea. vbi etiam gloss. plenè tangit, & gloss. 1. hîc posita, de hoc tamen infrà latius dicam in primo notabili. In textu ibi, habuerit, subaudi, quod potest, & licitum est, vt supr. dixi in euidentiali. Ibi, offenderit, scilicet, tali offensione, quæ est sufficiens ad amissionem feudi, vt dixi supr. in §. præcedenti, super text. Ibi, fecerit, vt quia habeat alium dominũ antiquiorem, à quo ab antiquo recognoscebat aliud feudum, & erat sibi obligatus ex debito fidelitatis seruire. Vnde si seruiendo huic suo domino antiquiori & priori offenderet istum dominum posteriorem, vt quia fortè haberent Guerram inter se, & adiuuando priorem in dicta guerra, offendit posteriorem: non debet ob hoc priuari feudo, quod posteriori recognoscit, quia in fidelitate quæ fit posteriori domino semper excipitur fidelitas, quæ debet pręstari primò, vt supr. hîc finitur lex. in §. finali. & suprà de prohibita feu. alienatio. per Lotharium. in l. 2.

Et prædicta procedunt, nisi iste vasallus prædicta machinasset in fraudem; prout sequitur in textu. Ibi, priuetur, & sic patet, quod feudum reuertitur ad dominum suum immediatum, non autem ad dominum domini. Ibi, requisitus, scilicet, ipse vasallus offendens, vt satisfaciat. Ibi, ab eo, scilicet, domino suo immediato, à quo tenet feudum. Ibi, offendit, quo casu, non perdet feudum, prout dictum est supr. in §. præcedenti. de filio & de domesticis offendẽtibus, alioquin perderet, & rediret ad dominum suum immediatum, vt sup. proximè dixit. Ibi, requisitus, scilicet, vt deducat subfeudatarium suum ad satisfaciendum ipsi maiori domino, de offensa illata, qui vasallus si sit negligens in requirendo, & deducendo offensorem ad satisfaciendum, debet amittere feudum, vt sequitur vsque in finem.

1 † Not. hîc textum expressum in quo hodie de iure nouissimo, vasallus potest alteri infeudare feudum suũ, nec ex hoc intelligitur alienare, quod patet, quia iste idem Imperator Federicus, qui prohibuit alienationem feudorum, vt supr. in principio huius legis, admittit infeudationem, vt hîc.

Quod intelligas verum, dummodò infeudet syncerè, & sine fraude, & ęquali personæ, prout ipse est, & ea forma & conditione, quibus ipse habet, vt dixi in d. §. præterea suprà allegato, & hoc etiam sensit gloss. 1. hîc posita, quæ per hoc est expedita.

Et intelligas hoc esse verum, etiamsi feudum esset ecclesiasticum, vt in cap. ex transmissa. & ibi per Butr. extra de foro competen. vbi declarat an tale feudum apud secundum intelligatur alterasse naturam suam.

2 † Not. quòd vasallus plurium dominorum *a* ex diuersis feudis est obligatus debito fidelitatis priori domino, in tempore ad pręstandum seruitia licita, etiã in offensam aduersus dominos posteriores. Et est ratio, quia qui prior est tempore, potior debet esse in iure. Nam iste vasallus, primò fuit ligatus ipsi domino priori. Ergò fidelitas sua contra omnes & posteriores dominos extendit vires suas, vt notat. in d. §. final. supr. hîc finitur lex. & ibi dixi in penultima quæstio. Facit l. in operis. ff. loca. & quod nota. gloss. suprà de noua forma fidelitatis. in princip. & per Bal. in l. 1. in §. ne autem. C. de cad. tol. Ad materiam autẽ vtrum quis possit esse vasallus

a Vasallus pluriũ dominorũ. Adde & quid si iste vasallus qui habet plures dominos si prælientur ad inuicẽ quis tenetur vasallus adiuuare. vide per Speculati. de feu. in §. quoniã. vers. 12. quæritur. & per Bal. & Ant. de But. in . veniens. de iureiur. & per Io. An. in regula cõtractus. de regul. iur. lib. 6.

vasallus plurium, vide quod dixi in l. 2. de prohib. feud. alien. per Lothar. & in c. omnes. si de feud. fue. contro. & quod no. per gloss. & Doctor. in c. ex ore. de priuilegi.

Opp. cum gloss. 2. quòd immò vasallus offendendo dominum domini, non debeat amittere feudum, cùm non sit, nec videatur eius vasallus, dato quòd sit vasallus sui vasalli, prout in simili videmus de socio socij mei, qui non intelligitur ex hoc esse socius meus, vt l. nam socij. ff. pro socio. Similiter videmus in liberto liberti mei, qui non intelligitur ex hoc esse libertus meus, l. si quis à liberis. ff. de lib. agno. Solut. secundum Iacob. de Bel. & Nic. de Neap. Licet glos. ista non soluat, quod ideò in §. isto ita statutũ est, quia cùm dominus primus ex dilectione primi vasalli, fuerit causa huius feudi cõcedendo sibi dictum feudum. Ergò vasallus vltimus debet diligere dominum domini sui, à quo mediante ipse habet causam huius beneficij, arg. ff. manda. l. si verò non remunerandi. §. item. Pap. nam sicut vasallus, non debet copulare amicitias cum inimicis domini, vt infr. in tit. 2. c. 1. Ita per contrarium non debet copulare inimicitias cum amicis domini, & sic nõ debet offendere amicum domini sui, vt hîc. Idem confirmat Andr. de Iser. quia quanquam vasallus vltimus non retineat à primo domino, ex eo quia secum non contraxit, nec fidelitatem iurauit, tamẽ tenet rem suam, quia id, quod procedit ex re sua, videtur esse suum. ff. de rei vendit. l. solum. §. 1. & C. de fur. l. fin. §. cùm in secunda, quod patet, quia secundus non potest accipere, nisi ea lege & pacto, quo habet primus, vt sup. dictum est. Ex quibus patet, quòd determinatio huius §. est vera, quòd vltimus vasallus teneatur ex offensa facta in primum dominum, à quo mediatè & successiuè habet causam.

Non obstant leges hîc in glo. allegatæ in contrarium, quia in illis causa prima nihil influit in personas vltimas secũdum Bald.

a Vtrum autẽ vasallus vasalli mei. Adde gl. in c. legitur. 81. dist. gl. in Cle. 1. de iureiur. Bal. in c. cùm dilecti. de dolo & cont. Bal. in l. 1. C. communia de lega.

3 † Vtrum autem vasallus vasalli mei a intelligatur esse vasallus meus, dic per gl. & Docto. in l. Modestinus. ff. de verbor. sign. & latius in l. de accessionibus. ff. de diuer. & tempo. præscri. Facit quòd dixi sup. de contr. inuest. in §. fi. & per Bar. ff. de lib. agno. l. si quis à liberis. & in Spec. de feud. §. quoniam. vers. 14. &c. Quæro cum glo. fi. quid si vasallus primus infeudauit feudum secundo, secundus tertio, & sic successiuè, demùm vltimus alienauit dictum feudum sine licentia. Ad quẽ dominum dictum feudum debet redire? Et respondet gl. quod ad primum. Nam similiter primus dominus est ille, q laudare debet dictas alienationes. Et si deberet solui aliquid pro dicta laudatione, attenta consuetudine patriæ, deberet solui ipsi primo domino. Et est ratio, propter frequentiam talium alienationum, ex quibus ipse dominus iustè põt timere de amissione iuris sui. Et ideò dictũ laudiuium, id est, dicta præstatio dictæ solutionis, debet sibi solui in signum subiectionis. arg. in c. 2. extra de censi. licet iste tex. videatur facere in cõtrarium. Et hoc voluit ista glos. quæ allegauit aliqua iura vsq; ad ver. sed nunquid, licet non ita clarè loquuta sit.

4 † Ex qua gl. colligo duas conclusiones, prima est dominus primus, qui habet directum dominium est ille, qui reuocat feudum alienatum illicitè. Et hanc conclusionem sequuntur Doct. Et est ratio, quia apud alios infeudantes nullum dominium remansit, quia transtulerunt in vltimum alienantẽ, vt no. gl. & de lege Cora. in §. similiter. Et de hac quæstione plenè per Io. And. in addi. Spec. in tit. de feudis. §. quoniam. vers. 37. Dixit tamen Bal. quod licet vasallus infeudando alteri transferat vtile dominium, tamen remanent aliquæ reliquiæ apud ipsum, q; patet, quia debentur ei seruitia per suum vasallũ, & sibi iuratur fidelitas. Vnde nõ est in totum ius suum absorptum, ar. in l. talem. §. fi. ff. de hær. inst. Et ex hoc infert quod si ex consuetudine induceretur, q; in alienatione dicti feudi exigeretur eius licentia, quod tunc, si vasallus alienaret absque eius licentia, quod feudum deberet reuerti ad ipsum dominum, & non ad priorem dominum. Concludens, quod ad eum debet reuerti, qui habuit authoritatem dandi licentiam alienationi.

5 † Secunda conclusio quam colligo ex ista glossa est quod in alienatione feudi requiritur licentia prioris domini habentis directum dominium. Sed de hac conclusione, dic latius vt dixi supr. hac eadem, l. in principio, in quæstionibus. Facit quod dixit Franc. Zaba. in c. fi. extra de locato in emphiteota, & Specul. in titu. de locato. §. nunc aliqua. versic. 105. & versic. 126. Restat modò respondere ad istum tex. qui prædictis conclusionibus obuia-

obuiare videtur, secundum istam glossam quę tamen non soluit, quia dico, quod iste textus loquitur, quando dominus primus fuit offensus per ingratitudinem delicti: quo casu, dictum feudum Vasalli delinquentis, non debet redire ad ipsum priorem dominum offensum, sed ad dominum immediatum ipsius Vasalli offendentis. Sed conclusiones suprà scriptæ loquuntur, quando ipse prior dominus offenditur per ingratitudinem cõtractus, scilicet, alienationis, quo casu, feudum redit ad ipsum dominum priorem, & potest assignari ratio dfferẽtiæ, quia frequẽtia alienationis hoc operatur ad hoc, vt dominus non priuetur iure suo. Et ita sensit hæc gloss. Nam ipse dominus primus per talem renouationem conseruat ius suum, & dat causam, vt Vasalli abstineant à talibus alienationibus. Sed in delictis & offensis aduersus dominum commissis, non vrget tale dubium amissionis feudi. Vnde sufficit quod Vasallus punitur in amissione iuris sui, quod reuertitur ad ipsum dominum immediatum, à quo recognoscit, vel satisfaciat domino priori de offensa per ipsum cõmissa, vt in hoc text. Neq; etiam accidit ita sæpe, q; Vasalli prosiliant ad offendendum dominum priorẽ, sicut prosiliuit ad alienandũ. Meritò talis frequentia alienatiõis debuit habere speciale ius. arg. ff. de vsuca. l. iusto. in princi. secundum And. de Iser. Facit l. singularis. ff. si cer. pe.

6 †Quæro subsequenter cum dicta gl. an Vasallus inuestitus de feudo, in quo nõ sunt specificati confines, neq; quantitas feudi possit compellere dominũ, vt ostẽdat sibi feudum, & fines quantum protenditur, & dixit gl. quod sic, per l. Titius hæres. ff. de act. emp. & hoc voluit gl. vsq; ibi nunquid. Quæ benè loquitur, & benè determinat secundum Doct. Sed tamen ipse vasal. melius faceret, si hoc declararet tẽpore inuestituræ, & poneretur in priuilegio seu instrumẽto inuestiturę, Quoniam si post factam inuestituram veniat in controuersiã, posset dominus ostendere modicum terræ, & dicere hoc est feudum tuum, & se liberare. arg. in l. quod rerum. in §. 1. ff. de le. 1. secundum And. de Iser. Et facit ad hanc quæstionem, quod no. gl. in L. si in rem. in prin. ff. de rei ven. & C. quando & qui. quarta pars debe. l. 2. lib. 10. Vtrũ autem quando factum est antiquum, & Vasallus longo tempore seruitia pręstitit, & non apparet, quantum sit feudum, quis tunc debeat probare, an dominus vel Vasallus, & contra quem sumatur, dic, vt plenè dixi suprà si de feudo fuerit controuersia, in capit. Vasallus. el. 1. & suprà de controuersia inter Vasallum & fe. in c. primo. Sed quid ecõtrà si dominus præcipiat Vasallo, vt det sibi feudum præscriptum, an Vasallus teneatur dare, & quid si dubitetur, quid & quãtum sit feudum, dic de his quæstionibus per Iac. Ardi. in titulo quib. modis feudum amitt. sub rubrica, si dominus præcipit, quod Vasallus det feudum p̄scriptum, &c. cum rub. sequen. Et vide ad prędicta no. per Bar. in l. 1. C. de conduc. & act. lib. 11. & in Specul. de loca. §. nunc aliqua. versicu. 59. & versicul. sequenti. & sequenti. & per Hostien. in Summa. in titu. de feudis. §. vt autem versi. quid si Vasall⁹. vbi tenet, quod debet ostendere feudum, & si non facit, quod præsumi debet, quod totum teneat, vt ff. ad l. Aquil. l. item mella. §. si plures. & quod dixi suprà de cõtro. inuestitu. in princip. Quid autem si dominus vult cõpellere Vasallum, vt ostendat sibi suam inuestituram, dic per Baldum. in c. 2. C. quomodo & quando iudex. Facit c. Vasallus supr. si de feudo fuerit contro. & dixi de controuer. inuestitu. in prin. & quę fuit prima causa benefic. amitten. in prin. Quæro subsequenter cum dicta gl. quid si dominus concessit Vasallo feudum, vt omni anno recipiat decem de camera, an poterit ipse Vasallus compellere dominũ, vt designet sibi tot possessiones, ex quibus posset ipse Vasallus recipere dicta decem, & respondet arguendo quod sic, per L. si quis argentum. §. primo. C. de donatio. & hoc voluit tota glossa vsque ad finem. Sed tu dic secundum Doctores, quod ista glos. non benè loquitur, quoniam dominus in tali concessione feudi, non habuit respectum ad possessiones, sed solùm ad introitum, & pecunias ipsius cameræ. Vnde debet sibi solui de camera, prout fuit facta concessio. Hinc est, quod si euacuaretur camera aliqua ex causa, haberet necesse ipse Vasallus expectare, donec esset in camera, vnde sibi posset solui, prout suprà dixi de cognitione feudi, in capitulo secundo, & probatur infrà titulo tertio in princ.

Nec obstat. dicta l. si quis argentum. quia ibi donauit certum redditum ex possessionibus, ideò debet tradere fundos, vt ibi. Hic verò nullas possessiones designauit, sed certum redditum percipiendum ex camera, sicut si dixisset ex quadam ga-

bella.argumẽ.in l.cùm certus.ff.de tri.vi. & oleo legato. Secùs autem si dominus in concessione feudi dixisset, concedo tibi decem in feudum recipienda ex possessionibus, quæ confiscabuntur, sed interim habeàs dicta decem ex gabellis, quia tunc si in futurum confiscarentur aliquæ possessiones, isto casu, benè deberent assignari possessiones secundum formam concessionis per dictam L. si quis argentum. in §. primo. Verba enim concessionis & priuilegiorum attendi debent. argumen.ff.de transactione.l. de his. & l. prima.§. si conuenerit. ff. depositi. secundum Andræ. de Iser. Facit ad hanc quæstionem, quod dixi in dicto capitulo secundo de feud. cog.

Vltimò circa materiam huius §. vide, q̃ dicta sunt in §. p̄ceden. & in remissionibus ibi adductis, & Ia. Ar. in tit. q. mo. feu. ami. sub rubrice l. si Vas. dominũ antiqorem offendit, & sub rubrice l. excusatur, si vult q, adiuuet cõtra dominum ipsius domini. Et p Cano. in c. ad aures extra de pœnis. & q, habet sup. in ti. hîc si. lex. in §. fi. & supr. de no. fi. for. in gl. 2. & q, dixit Bal. in l. eũ qui. in fi. ff. de iureiu. & Spec. in ti. de aduo. §. 1. versi. quid si auocatus.

a Dominꝰ feudi. Add. Doc. in c. caterũ. de iudic. Abbas. consi. 83. in 1. volu. Io. de Ana. consil. 32.

SVMMARIA.

1 *Dominus inter Vasallos de causa feudali litigantes iudicabit.*

2 *Pares de lite feudi causa inter dominum & Vasallum vertente iudicabunt.*

3 *Parium de numero non erit, qui fidelitatem domino non iurauerit.*

4 *Domino de causa inter Vasallos nolente iudicare, quid fiendum.*

Iurisdictio quando deuoluatur ex negligentia iudicis.

Vasalli litigantes, an possint consentire in alium iudicem, quàm dominum in causa feudali.

Prorogatio inter Vasallos an & quando habeat locum.

5 *Dominus de lite inter Vasallos vertente iudicare volens, vbi stare debeat. Et quid sit dicendum de Episcopo, vel arbitro, vel in iudice delegato.*

6 *Pares de lite inter dominum & Vasallum orta cognituri, quomodo sint eligendi.*

7 *Pares si non habuerit dominus de causa inter ipsum & Vasallum cognoscet ordinarius iudex.*

8 *Pares de domino & Vasallo cognituri, vbi sedeant pro tribunali.*

9 *Controuersia inter dominum & non Vasallum coram quo discutienda.*

Controuersia inter Vasallum & non dominum, quis sit iudex verus.

10 *Pares curiæ debent esse eiusdem patriæ.*

Pares an sint iudices, si dubitatur an aliquis sit Vasallus.

11 *Libellus in causa feudali porrigetur, & lis secundum iuris ordinem contestabitur.*

Et quid sit dicendum si non sit deputatus notarius qui scribat.

12 *Feudum à duobus si petatur vter eorum præferetur.*

Fiscus an præferatur Vasallo petente feudum à tertio.

Domini terrarum an sint iudices inter suos ciues.

Domini possessionem an sint iudices inter suos agricolas.

PRAETEREA SI INTER. Quia sæpe occasione alienationis feudi oriuntur controuersiæ, & dubitari posset, quis sit iudex competens ad dirimendas tales controuersias, vt supr. de alienatione feudi pac. in §. primo. Idcircò iste Imperator Federicus interseruit istum §. in hac sua lege, & in titulo de prohibita àlienatione feudi, ad hoc, vt omnia necessaria ad istum suum tractatum includeret. Et ex his habes qualiter iste §. faciat ad titulum nostrum. Et diuiditur in duas partes. Nam in prima declarat de potentia iudicis, quando quæstio feudalis vertitur inter Vasallos. In secunda quãdo inter dominum & Vasallum. Secunda ibi, si verò.

CASVS.

a Dominus feudi [a] est iudex inter vasallos suos simul litigantes de causa feudali, pares verò curiæ sunt iudices, si causa feudalis vertatur inter dominum & vasallos suos. hoc dicit. Et præmitte quid sit curia, & qui sint pares, vt dixi suprà an apud iudices, vel curi. quæstio feud. merum. de. In textù ibi, Vasallos, subaudi, & constat ambos esse Vasallos eiusdem domini, vt statim dicam in glossa. Ibi, de feudo, secùs si de alia re non feudali, quia tunc coram iudice ordinariõ rei ventilatur causa, per regulam L. iuris ordinem. C. de iur. om. iur. secundum Baldum, & in gloss. finali hîc posita. Ibi, lis oriatur, scilicet, occasione feud. vt suprà dixi. Ibi, pares curiæ, scilicet, coniuratos, quod est infrà. Nam est necesse, quod pares iurent fidelitatem domino, ad hoc, vt possint esse iudices in dicta causa feudali: vt probatur suprà de controuersia feudi apud pater mi. in capitulo primo in fine.

1 †Nota regulam, quod dominus est iudex inter Vasallos, vt hìc, & in c. ex parte. de fo. comp.

Quam regulam intelligas veram, quando certum est istos litigantes esse vasallos eiusdem domini, & de alijs rebus nõ litigiosis, vt hîc, & no. sup. de inuest. in maiori. fa. in §. fi. & latius supr. in ti. an apud iudi. vel

di. vel do. qõ. feud. termi. c. 1. & statim declarabo in glossa prima, quæ hoc disputat.

2 †No. aliam regulam, quod pares sunt iudices competentes super controuersijs, quæ oriuntur inter dominum & Vasallũ, occasione feudi, vt hîc & supr. de alie feu. apud pa. termi. & sup. in ti. apud quem vel quos conten. de feu. esse debe. in c. 1. & ibi plenè dixi, &c.

3 †No. quod qui fidelitatem domino nõ iurat, non est reputandus pro pari.

Quod intelligas verum, domino vel Vasallo dissentiente, vt probatur in dicto capitulo primo suprà de controuer. feud. apud pa. termi. in fine. & quod ibi nota. in gloss. quod præstat argumentum ad quæstionem scholaris, qui non vult iurare rectori, vt non debeat reputari pro scholari. Facit extra de constitu. ex literis, & quod not. in l. quædam. in §. nummularios. ff. de eden. & de hoc etiam latius tetigi in dicto capitulo primo, in vltima notabili.

Opponitur cum gloss. prima quod dominus non sit iudex competens inter Vasallos, sed immò talis causa debeat terminari coram iudice, vel arbitro, vt probatur supr. de lege Cora. in §. si inter. in principio. Sol. hîc constat vtrunq; Vasallum, litigantem esse Vasallum eiusdem domini, & de alijs feudis, de quibus nulla erat quæstio, vel etiam de parte huius feudi, de quo erat quæstio. Quoniam quæstio non erat de toto feudo, sed solùm ex parte. Ita quod certum erat ambos esse Vasallos de aliquo feudo, vel aliqua parte feudi, quæ non erat in litigio, & tunc de illo feudo, quod est in litigio, vel de parte feudi, dominus est iudex inter Vasallos litigantes, vt hîc. In contrario verò non erat certum, quod ambo essent Vasalli, quia non tenebant alia feuda à dicto domino, sed ambo concurrebant ad volendum vnum feudũ, de quo quilibet eorum allegabat diuersos inuestitores, & tunc propter talem incertitudinem talis causa debet ventilari coram iudice ordinario, vel coram arbitro compromissario, in quem dicti asserti Vasalli litigantes se compromittent de dicto iure suo, sine præiudicio domini seu dominorum. Et ita intelligitur contrarium, & probatur ista solutio in c. cũ tempore. extra de arbitris. & supr. de inuest. in mar. facta, in capitul. primo in prin. & in dicto capitulo primo suprà an apud iudices vel do. &c.

Non ob. similiter text. in §. si duo. & in §. si tres. qui hîc allegantur in gl. quoniam. in §. si duo. similiter non constabat ipsos litigantes esse Vasallos. Et ideò causa coram Comite ventilatur, vt supr. dictum est. Vel intelligitur secundum aliam lect. ibi positam, quod ambo Vasalli agebant contra tertium possessorem, quem cõstabat non esse Vasallum.

Similiter non obstat. §. si tres, quia potest solui eodem modo, quod hîc non constabat Vasallos litigantes alias esse Vasallos. Vel potest solui alio modo, q. ibi vertebatur quæstio de violentia, ex qua dubitatur de violatione pacis, & ideò dictus Comes iudex ordinarius loci cognoscit de tali violentia, vt ibi. Et per hoc habes expeditam istam gloss. vsq; ad versiculum, nec vnus, &c. quanquam non ita clarè, & ad plenum secuta sit. Et de prædictis solutionibus dicatis latius, vt in contrarijs scripsi.

Opponi. subsequenter cum dicta gl. quod immò si quæstio vertatur inter duos Vasallos de eodem feudo, quod pares curiæ soli sunt iudices competentes, non autem dominus solus, neq; dominum cum curia, vt in c. 1. sup. an apud iudicẽ vel cur. quæstio feu. termi. debe. Sol. ibi contentio erat inter duos Vasallos, quorum vnus dicebat feudum esse nouum, & se inuestitum à domino. Alter verò dicebat feudum esse antiquum,[a] & ad se spectare tanquam ad agnatum, quo casu, dominus solus non potest esse iudex, cùm causa videatur ad ipsum spectare, ex eo quod teneretur de euictione illi, quem inuestiuit, tanquam de feudo nouo. Neq; potest etiam idem dominus esse iudex, vna cum curia, vt cesset præsumptio, ne præsentia ipsius domini faciat & inducat curiam, vt sit magis fauorabilis inuestito de nouo, quàm alteri. Et ideò statutum est in illo casu, vt curia sua sit competens, vt cognoscat in dicta causa. Vnde ergò dixit ista gl. quod vnus prædictorum non potest trahere alterum inuitum, ad iudicium curię, hoc est authoritate propria, sine licentia ipsius curiæ, neq; ad iudicium domini, scilicet, solius, neq; etiam ad iudicium domini simul cum curia. Sed curia sola poterit vocare vnum ex prædictis Vasallis, ad instantiam alterius, quia curia sola debet cognoscere de dicta causa, vertente inter prædictos dominos, quorum vnus dixit feudum nouum, & alter dixit feudum antiquum.

a *Feudum esse antiquũ. Ad de quod dicatur feudum antiquũ. vide per Bal. in Autent. de functo. C. ad Treb. Oldra. consi. 178. & per Paulũ de Cast. cõsi. 136.*

tiquum. Et hoc modo intelligitur dictum capitulum primum, an apud iudices, &c. Hic verò in isto §. cessat dicta suspicio. Ex quibus omnibus liquet, qualiter iste §. non contradicit prioribus iuribus in contrarium allegatis, tam in principio huius glossæ, quàm hic, quoniam magis sunt diuersa, quàm contraria, quæ glossa per hoc est expedita clarius, & pinguius, quàm in ea tangatur, vsq; ad versiculum, sed quid, &c. Et de hac quæstione plenè, dixi in dicto capitulo primo, apud quem vel quos. & in dicto capitulo primo in principio. in §. fina. suprà de inuestitura in maritum facta, & plenè in dicta summa Py. titulo apud quem vel quos iudic. caus. feud. debe. agi. Ad quam summam ista glossa te remisit.

4 †Quæro subsequenter cum dicta gl. quid si dominus, qui debet esse iudex inter duos Vasallos litigantes secundum formá huius §. nolit cognoscere, qualiter succurratur? Et respondet glo. dando duplex remedium petere volenti. Primò, vt faciat cogi ipsum dominum superiorem ad cognoscendum de dicta causa, per l. 3. in §. 1. ff. de arbitris. Secundò vt conueniat aduersarium suum coram iudice ordinario ipsius rei, quia actor debet sequi forum rei. Et hoc vult gloss. vsq; ad vers. sed nunquid. Et benè loquitur secundum Doctor. Facit pro confirmatione primi remedij de mune. & ho. l. si quis magistrat⁹. in Auten. de defen. ciui. in §. interim. & de emp. appel. l. fi. & supr. si de inuestitur. inter do. & Vasal. c. 1. & supr. quid sit inuest. in §. 1. & bonus tex. sup. de mili. Vasal. qui contum. est. in fin. 11. quæsti. 3. in c. cùm sumus. Pro confirmatione verò secundi remedij. Facit extra de foro compe. in capi. verùm. in capitul. licet. & in capitul. ex transmissa. Idem dicas, si ipse dominus esset negligens in reddenda iustitia. ar. in Auten. de man. prin. in §. socer. & in Auten. de sanct. Epis. in §. si quis autem pro pecuniaria. & in l. Imperator. ff. de appe. De iure autem Canonico quando ex negligentia iudicis deuoluitur iurisdictio, vide in c. 1. de sup. neg. præla. & quod no. de offi. de lega. cum causa. & de offi. ordi. pastoralis, &c. Quæro cum d. gl. an prædicti Vasalli simul litigantes, possint spontè consentire in alium iudicem, quàm in dominum de dicta causa feudali. Idem quod sententia lata inter eos per dictum iudicem sit valida? Et respondet gloss. ponendo duas opiniones, prima est, quod non. Et potissima ratione, quia Imperator specialiter dedit hanc authoritatem, & cognitionem ipsi domino, inter has speciales personas, videlicet, Vasallos suos litigantes. Vnde si fit contrarium, fit contra legem. Et per consequens non valebit, quod actum est. L. non dubium. C. de legi. Secunda opinio est, quod aut isti Vasalli litigantes prorogauerunt istam iurisdictionem domini in alium iudicem per errorem, vt quia putabant istum iudicem suum, & tunc non valeat quod actum est, secùs si ex certa scientia, vt quia benè sciebat istam iurisdictionem, & cognitionem esse domini, sed tamen voluerunt, quod ille alter iudex cognosceret, & tunc valebit, quod actum est per L. prima & secunda in principio. ff. de iudic. Et hoc voluit tota ista glossa vsque ad finem. Et hanc secundam opinionem sequitur Iacobus de Beluisio. ff. de officij. eius cui manda. est iurisdictio. L. prima. in principio, & Nicolaus de Neapolis, hoc idem. in l. prima. C. vbi de curi. vel coharta. Sed dominus Andræ. de Isernia sequitur primam opinionem, quando dominus ignorauit causam agi coram alio iudice, argumentum. C. si à nõ competen. iudic. L. final. & quod notat. in L. prima. C. vbi de crimin. agi oportet, & extra de procuratoribus. capi. ignorantis. Si verò sciuit, & non prohibuit, tunc præiudicabit sibi. ff. de re iudica. L. sæpe. §. primo. extra de offi. deleg. cum olim. Secùs autem si prohibuisset, vel prohibere voluit, sed non potuit, quia tunc non valeret, quod ageretur coram alio iudice. argum. ff. quibus modis pignus vel hypo. Solu. L. sicut. & non videtur. Et in hanc sententiam videtur inclinare etiam. d. Baldus dicens, quod ad hoc, vt cesset omnis collusio, quod domino prohibente, non potuerunt dicti Vasalli prorogare dictam iurisdictionem in alium per capit. ex transmissa. extra de foro competen. Vbi verò dominus ignorauit talem prorogationẽ, & tunc tenet quod non valeat ipsa prorogatio, quia ageretur de eius præiudicio. Et ita etiam tenet Bartol. ff. de oper. noui nunciatione. L. prima. §. primo. & post. Et subiungit, quod si ex tali prorogatione iudex incœpisset cognoscere ignorante domino, tunc dominus poterit Vasallis p̃cipere sub debito fidelitatis, ne procedant amplius coram iudice.

Nec obstat regula. l. vbi cœptum. ff. de iu-

dicijs. quia intelligitur quando nõ fit præiudicium iurisdictioni alterius, vt notauit Ioannes Monachus in capitu. accusatur. de hæreticis, libro 6. & ita dixit Baldus. Concludo ergò, quod dominus potest ꝓhibere istam prorogationem fieri, postquam ista cognitio ratione rei spectat ad ipsum, quia de facili posset fieri collusio in sui præiudicium, vt quia fortè posset adiudicare iniustè feudum alicui insidioso domino. Facit ad prædicta. capitu. cæterùm. & capi. verùm. extra de foro competenti. Vbi verò quis esset iudex ratione personæ, tunc non posset prohibere, quin partes se submittant alteri iudici, per dictã legem primam de iudi. secundum And. de Isernia.

Sed intelligas hoc verum, nisi talis iurisdictio esset reseruata Principi, vt Imperatori, vel Papæ. Quia tunc non posset aliquo modo declinari & prorogari in alium, vt notatur extra de excessibus prælatorum. in capitul. inter dilectos. per Innocentium, & de constitutionibus, in c. cum M. Ferrariensis, & per Archidiaco. in capitul. tibi. de scriptis. libro 6. & Baldus hic. Et de materia huius prorogationis in causa feudali, habetur per Canonistas, in c. extransmissa. extra de foro competenti. & per Butr. in dicto capitul. cæterùm ibi.

Quæro an in causis, &c. & in capitu. ex transmissa suprà allegata. in sexto notab. per Bar. in dicta L. prima. §. & post. ff. de oper. no. nuncia. & quod dixit idem Bald. in capitulo primo suprà de inuesti. in maritum facta.

5 † Quæro cum glossa secunda in quo loco debeat stare dominus ad cognoscendum inter suos Vasallos? Et respondet, q̃d vbi voluerit seruata honestate sua, & maiorum suorum. ff. de iustitia & iure. L. penultim. in fine. & hoc voluit glossa vsque ad finem, quæ benè loquitur secundũ Iac. de Beluisio.

Et intelligas eam, quod dominus potest eligere locum, vbi vult quando haberet plura loca, vbi maiores sui soliti sunt iudicare, & probatur in l. si vt proponis. la 2. C. quomodo & quando iudex, secus autem si haberet, nisi vnum solum locum, in quo iudicare solitum est, quia tunc non posset eligere alium, vt in l. cùm sententiam. cũ ibi no. C. de sen. & interlo. om. iud. & d. l. pen. Et si alibi cognosceret vel sententiaret, esset nullum ipso iure, vt dixit Bal. in d. l. penu. Nisi pares essent contenti prorogando de loco ad locum. argu. ff. de solu. l. quæro. Vel nisi ipse dominus non posset ibi sedere ex aliqua iusta causa impeditus, quia tunc posset etiam alibi. argu. eorum quæ no. in l. 1. C. de sent. ex peri. recitan. Quid autem in Episcopo, dic q̃ potest in quocunq; loco suę diocœsis pro tribunali sedere, propter eius dignitatem, vt in c. cùm Episcop⁹. de off. or. lib. 6. Quid autẽ in arbitro & iudice delegato, dic eis sufficere si in loco honesto. ff. de arbi. l. si cùm dies. quid in officialibus discurrentibus per prouinciam, vt sunt barisellí. dic q̃ etiam in agro possunt ius dicere iuxta illud: vbi te inuenero, ibi te iudicabo. Quid autem in paribus curiæ cognoscentibus, dicam statim in glossa sequenti, vbi tangitur,

6 † Quæro cum glossa tertia, qualiter pares debeant eligi, qui cognoscere debẽt de controuersia orta inter domi. & Vasal. Et respondet quod debent eligi de communi consensu ipsius domini & vasalli, Et si discordes essent in eligendo, tũc dominus prius eligat vnũ vel duos, vel quot sibi placuerit, quo facto, postea Vasallus similiter elegit totidẽ. Et ille non potest eligi pro pari inuita parte ad cognoscẽdum in dicta causa, nisi qui iurauerit fidelitatem domino. Et prædicta omnia probantur in d. c. 1. sup. de contro. feu. apud pa. termi. Et hoc voluit ista gl. vsq; ad vers. Et hæc vera &c. quæ benè loquitur. & de hac quæstione, & sua materia dic latius, vt scripsi in d. capitulo primo.

7 † Quæro subsequenter cum dicta gl. quid si dominus nõ habet pares in sua curia, quis tunc cognoscet de tali cõtrouersia vertente inter dominum & Vasallum? Et respondet quod iudex ordinarius rei, qui conuenitur, siue sit suus iudex ratione personæ, quæ conuenitur, siue ratione quæ rei petitur, per regulam vulgarem, q̃d actor debet sequi forum rei L. secunda. C. de iurisdictione omnium iudiciũ. Et hoc vult gloss. vsq; ad versic. sed quid, cum qua pertranseunt Doctor. & benè. de quo etiam per Canonistas. in c. cæterùm. extra de iudic. & ibi per Zaba. in quæstione tertia. & dixi in §. 3. supr. quid sit inuestitu. Et aduerte pro declaratione gl. quia quis sortitur forum non solùm ratione personę & domicilij, sed etiam ratione possessionis & rei petitę, & pluribus alijs modis no. per glossam. in l. hæres absens. in §. 1. ff. de iudi. Quæro subsequenter cum dicta glossa, de remedio, quando ex dicta controuersia orta inter dominum & Vasallum, reus

conuentus non vult comparere? Et respõdet se remittendo ad ea, quæ tanguntur suprà de milite Vasallo qui contum. est. in c.1. & vt ibi plenè declaraui, siue Vasallus vocatus à domino nolit comparere siue econtrà, & nota. in cap. cæterùm, extra de iudici.

8 †Quæro cum dicta gl. in quo loco debeant pro tribunali sedere isti pares Vasalli, electi ad cognoscendum de dicta cõtrouersia, orta inter dominum & Vasallum? Et respondeo cum gloss. capiendo omnia membra, & clarius quàm ipsa, quia aut est de communi consensu actum inter pares de loco, & ille seruabitur; Aut non, & tunc pares qui iudicare debent, possunt eligere. Et si de loco sunt concordes, ille locus seruabitur; dummodo sit habilis partibus litigantibus & honestus. dicta L. si cùm dies. in §. sed si arbiter. ff. de arbi. Si verò dicti pares sunt discordes in eligendo locum, tunc ille locus debet eligi, in quo idem dominus consueuit sedere ad cognoscendum inter pares suos, per dictam legem penultimam. ff. de iusti. & iure. dummodo sit securus litigantibus & honestus, per ea quæ dicta sunt suprà. Si verò dominus non habeat locum, tunc ille locus debet eligi, vbi aliàs communiter solitum sit iudicari, dummodo non sit incõmodum litigantibus. l. si locus. ff. de iudicio. Si verò non esset talis locus habilis litigantibus, & tunc dominus tanquam maior & honorabilior, debet eligere locum argument. suprà de milite Vasallo qui contumax est, in capitulo primo, dummodo ipse dominus eligat locum cõuenientem, vt non sit nimium onerosus, nec nimium delicatus parti, sed teneat medium, & non extrema. argumentum in Autentic. de consuetudi. Et si circa hoc oriretur dubitatio, an sit conueniens locus, vel nõ, tunc recurritur ad bonum virum, argum. ff. de verbo. oblig. l. continus. §. cũ ita. & ff. de leg. prima. l. huiusmodi. in §. fi. Et hæc est ipsa veritas, licet quidam voluerint dicere in isto vltimo membro, q̃ dominus primò eligat locum ad primũ actũ causæ, secundò Vasallus eligat locum ad alium actum, & sic successiuè ad hoc, vt ad paria iudicentur dominus & vasallus per c.1. in fin. sup. de for. fide.

Quod non est verum, quoniam plus tenetur vasallus domino, quàm econtrà, vt ibi, quia videret inconueniens, q̃d continentia vnius causæ, diuidatur per tot loca, ar. in l. nulli, C. de iudi. & per hunc mo- dum habes expeditã totam istam glo. vsq; ad finem. licet non ita clarè locuta sit, quę ita debet intelligi secundũ cõem opinionẽ Docto. Et facit ad prædicta, quod habetur in c. bonę. & in c. ne pro defectu. extra de elec. & ff. de pig. act. in l. si seruos. & quod dixit Innocen. in c. cùm contingat. extra de foro compe. & quod dixi supr. in q.3. & appellatur tribunal talis locus iudicij, vt no. gloss. in Autenti. de nupt. in §.3. de quo in Specul. de arbitro. §. sequitur. ver. de loco autem. Quid autẽ in arbitris iuris, qui succedunt in iurisdictione iudicis ordinarij recusati dixit Bal. q̃ possunt eligere locũ habilẽ & idoneũ, sicut possunt arbitri simplices, per dictam l. si locus. facit quod no. in l. cùm sentẽtiam. C. de sen. & interlo. om. iudi. in vlti. glos. & hanc materiam vide, quod no. in c. statuimus. de offi. iudi. dele. li. 6. & in c. statutum. in §. cùm verò. de rescrip. lib. 6.

9 †Quæro cum gloss. fina. quid si controuersia vertatur inter dominum & aliũ, qui non est Vasallus, vel inter Vasallum & alium, qui non est Vasallus, coram quo iudice tunc debeat ventilari dicta causa? Et respondet quod coram iudice sub quo reus sortitur forum, vel ratione personæ, vel ratione ipsius rei, de qua vertitur quæstio, per dictam regulam, quod actor sequitur forum rei. Cùm enim iste casus non sit determinatus consuetudine feudorũ, debemus recurrere ad dispositionem iuris cõmunis, vt supr. de feud. cogni. in c.1. & hoc vult ista glo. vsq; ad fin. quæ benè loquitur secundum Iac. de Belui. & Bal. & Doct. & probatur in c.1. sup. de contro. inter vasal. & alium, & dixi in d. c.1. supr. in titu. apud quem vel quos. Quæro ab extra, quid si dominus agit coram paribus contra Vasallum rei vendicatione, & dixit eum cecidisse à feudo. Iste verò vasallus nominat alium dominum in iudicio. An iste nominatus debeat cognoscere? dic quod non secundum Baldum. Et est ratio, quia dicitur reus, vt extra de lite non contestata, quoniam frequenter. & C. vbi in rem acti. in L. 2. ergò non potest esse iudex. vt C. ne quis in sua causa, quia debet esse iudicium trium personarum. L. qui iurisdictione. ff. de iur. om. iudic. facit quod dixit Innocẽ. in c. ex parte. extra de verborum significatione.

10 † Quæro vtrum isti pares debeant esse de eadẽ prouincia? dic quod sic secundũ quod esset incongruum, quod debeant vagari extra suam prouinciam pro iudicando.

cando. arg. in d. §. si duo. & seq. & suprà de pace tenen. & in Auten. de lite conte. circa princi. & de quæstore. §. super. Nisi fortè in ea prouincia non reperirētur pares, quia tunc sumeretur de locis vicinis. arg. in l. 4. §. si tam vicinum. ff. de dam. infect. & l. diuus Marcus. ff. de tuto. & cur. da. ab his.

Quæro si aliquis agit contra dominū, & dixit se vasallum ipsius, & petit se inuestiri de certo feudo, dominus verò negat, an pares debeant cognoscere hoc, & dixit Bald. quod sic ratione huius dubitationis. arg. ff. de iudi. l. si quis ex aliena. & sup. de controuers. inter Vasal. & Episcop. Facit quod not. in l. pe. ff. ad munici. & C. de peti. hæred. in l. si putas. Facit quod dixit Inno. in c. verùm. de fo. compe.

11 †Quæro qualiter in causa feudali debeat procedi? Respondeo quòd libellus est porrigendus, & lis contestanda, secundum ordinem iuris. C. de lit. conte. l. 1. & in Auten. offeratur. Nam vbi deficit vsus feudorum, recurrimus ad legem scriptam, vt suprà de cogni. feud. in c. 1. & ita tenet Iaco. Ardizo. in Summa in tit. de conten. feud. sub rubricella, qualiter in causa debeat procedi, tamen iuramentum calumniæ non exigitur, vt sup. de succes. feu. in §. in quibus. Et si dominus & Vasallus vicissim ambo conquerantur, ratio Vasalli prius discutiatur, vt tenet Iaco. Ardi. de conten. feud. sub prima rubrica per text. de cap. extraor. in §. si contentio. Quæro quid si non est deputatus notarius, qui scribat in causa, qualiter fiet, dic per Bald. in l. non enim. ff. de adop.

12 †Quæro quid si duo concurrant ad petendum feudum contra tertium possessorem, quis eorum debeat præferri, & an vno agente sileat alter, dic responsionem collige ex his quæ habentur in l. fin. C. de peti. hæred. Quid autem si dominus, vel fiscus concurrant cum Vasallo petente, contra tertium, dic vt in l. apud Iul. ff. de iur. fisci. Et de materia competitorum tetigi. sup. de lege Cora. in c. si inter. Quæro an domini terrarum sint iudices inter suos ciues, & homines de terra sua, dato quod non sint Vasalli ratione feudi. Item an similiter domini possessionum sint iudices inter suos agriculas, vide in Auten. de quęstore. in §. si verò forsan. & quid ibi habet.

Postremò ad materiam præsentem adducas alias oppositiones, & quæstiones quas formaui & scripsi sup. de inuesti. in mari. fac. 1. in prin. & in §. fi. sup. de contro. feud. apud pares termi. in c. 1. & in copiosis remissionibus quas in dictis locis adduxi. & sup. de lege Cora. in princ. Et vide plenissimam distinctionem in materia iurisdictionis feudalis, quam vltra alios abundè scripsi in d. tit. sup. apud quem vel quos conten. feud. esse debe. in c. 1. Et vide ad materiam plenè per Hosti. in Summa. tit. de feudis. §. 1. per totum. & per Cano. in dicto capit. cæterùm. de iudi.

SVMMARIA.

1 *Iurari non debet contra Deum, nec contra Imperatorem. Et quid sit dicendum, si Imperator moriatur & alter creatur. num. 4.*

2 *Dominus ratione duplici Vasallo fidelitatem pollicebitur.*

3 *Vasallus fidelitatem domino iurans seipsum non excipiet.*

Rex sub quo Vasallus viuit, an excipiatur in iuramento fidelitatis, sicut dicitur de Imperatore.

4 *Iuramentum contra Imperatorem & contra omnem hominem non valet.*

5 *Proditor Imperatoris ecclesiastico non priuatur feudo.*

ILLVD. Adaptatur iste §. ad tit. istum hoc modo. Quoniā intentiò principalis huius Imperatoris Fede. fuit in hac sua lege prouidere circa vtilitatem imperij, vt remaneat incorrupta, vt patet sup. in prin. huius l. Et ideò statuit hîc, vt in quocunq; sacramento fidelitatis semper habeatur memoria Imperatoris, ne per obliuionem posset in futurum deduci imperium ad corruptionem per Vasallum. Vnde vbicunq; requiritur inuestitura in qua iuretur fidelitas, siue feudū acquiratur de nouo, vt sup. quid sit inuesti. in prin. siue feudum transferatur in alium de volūtate domini per alienationē, vt in hoc titu. Siue dictum feudum super quo iurari debet fidelitas sit diuisibile, siue indiuisibile, vt sup. eo. in §. p̄terea Ducatus. Siue prior Vasallus alteri infeudauit, qui similiter debet iurare fidelitatem, vt sup. eod. in §. illud. Nam in omnibus casibus istis, & generaliter in omnibus alijs, vbi iuraretur fidelitas, vt sup. qualiter vasallus iura. deb. in c. 1. semper debet excipi nominatim p̄sona Imperatoris, vt hîc, & suprà de no. fi. for. c. 1. in princi. Ipsa autem fidelitas nihil aliud est, quâm ipsum sacramentū, q̄ præstatur domino à vasallo, vt sup. quid p̄ęce. deb. inuestit. an fide. in c. 1. in fine. Et forma huius fidelitatis est tradita sup. de for. fide. in tit. ibi seq. 27. q. 5. in c. de forma.

a In omni sacramento excipi intelligitur. Adde gl. in c. cōstitutus. de rescri. gl. in c. de forma. 22. q. vlti. gl. in c. q̄ cōtra mores. 8. di. Do. in c. venientes. de iureiu. & in l. fin. ff. qui satisda. cog.

1 †No. quòd sicut in omni sacramento excipi intelligit a vt non iuretur contra Deum, vt in Auten. vt non luxuri. contra

naturam. in c. 1. col. 1. Ita nec contra Imperatorē, cùm ab omni iuramento fidelitatis excipiatur nominatim Imperator, vt sup. dixi, cùm sit dominus mundi, vt l. deprecatio. ff. ad l. Rho. de Iac. & habet curam totius orbis, vt in prooemio. ff. in princ. Facit quod no. gl. in c. venerabilem. extra de ele. Eodem modo intelligas, quod persona & authoritas Papæ semper intelligitur exceptuata, vt in c. veniēs. extra de iureiu. Imò etiamsi nominatim, & specialiter nō exceptuaretur, intelligitur tacitè exceptuata, vt not. gl. in c. constitutus. extra de rescrip. Debet quoq; Vasallus quicunq; in suo sacramento fidelitatis exceptuare personā sui domini antiquioris, vt sup. in tit. hîc fi. lex. in fi. & sup. de prohibita feu. aliena. per Lotha. in c. 2.

a *In gñali sermone. Adde ꝙ in gñali sermone nō videtur quis loqui cōtra seipsum secundū Bal. in c. cū in iure. de ele. & sermo relatus in personā intelligitur secundū qualitatē illi⁹ personæ, vide ꝑ Barba. consil. 47. incip. ad Clementissimū Deū in 4. volum.*

2 †Quæro cum glo. prima an dominus teneatur iurare fidelitatem Vasallo suo, sicut econtrà statutum in Vasallo, qui iurare tenetur domino suo, vt in d. tit. de for. fide. Et respondet quod sic, duplici ratione. Primò per istum text. qui dixit in omni sacramēto, &c. quasi voluerit inferre de duplici sacramento. Vno, scilicet, præstando per Vasallum. Altero per dominum. Secūdo, quia ipse dominus tenetur reddere parem vicem ipsi Vasallo, vt in d. tit. de for. fi. in fi. & 22. q. 5. c. de forma. & hoc voluit ista gloss. quæ ad hoc allegauit etiam alia iura vsq; in fi. Sed tu teneas contrarium, & melius secūdum And. de Iser. videlicet, vt dominus nullo modo iuret per rationes, quas dixi in d. c. in fi. de forma fide.

Nec ob. prima ratio sup. allegata quoniam iste text. non infert illam illationem, de qua præsupponit ista glo. vcz. de iuramento domini, sed habet respectū ad alia plura iuramenta fidelitatis, quæ in diuersis casibus possunt fieri à Vasallis, quos suprà declaraui.

Non ob. secunda ratio, quia benè fatēdum est, quòd dominus debet reddere parem vicē vasallo, &c. neq; faciendo omnia in vasallum, ad quę tenetur facere vasallus in dominum. Sed in hoc est differentia inter eos, quia Vasallus per sacramentum, ꝙ præstare debet, est astrictus, dominus verò absq; sacramento est astrictus, vt sic in effectu intantum teneatur dominus vasallo, sine sacramento, inquantum tenetur Vasallus domino cum sacramento. Expressum est enim in iure de sacramento Vasalli, non autem de sacramento domini, vt dixi latius in d. c. 1. vbi videas.

3 †Quæro cum glo. 2. an Vasallus in sacramento fidelitatis debeat seipsum excipere, & dixit ꝙ non, & benè, quoniā nō est necesse, quia in generali sermone a nō cōtinetur persona loquētis, vt ff. cōia prędio. in l. quicquid. & hoc voluit tota ista gloss. vsq; in fin. & de hac qōne dic latius, vt dixi sup. hîc fi. lex. in d. §. fi. vbi glo. diffusè examinauit. Quæro ab extra quid si iurans & ille, cui iuratur, sint sub eodem Rege, an in iuramento fidelitatis debeat excipi persona Regis sicut hîc dicitur de Imperatore, & dixit Bald. quod sic, & nihil allegat. Tu verò adducas tex. in d. c. 1. sup. de no. fi. for.

Ego intelligerem istam determinationem veram, quando hoc dictaret solita consuetudo. Secùs fortè, si induceretur de nouo ista forma noua, quia in exactione Homagij seu fidelitatis, non debet induci nouitas, vt in c. dilecti. extra de ma. & obedien. & in c. consuetudinis. extra de cōsue. Facit quod sup. dixi in titu. qualiter Vasal. iura. debe. fi. in c. 1. in 2. not. vbi videas.

4 †Quęro quid si aliquis iurauit cōtra Imperatorē expressè, & contra oēm hominē an valeat? & dic ꝙ non secūdum Bal. Tum quia dolus est expressus, tum quia est contra legem. arg. ff. de pac. l. iuris gentium. in §. prætor. & C. de legi. l. non dubiū. Quinimò isto casu putarem, ꝙ iste talis iurans si est Vasallus debeat amittere feudum. ar. sup. in d. c. 1. de no. fi. for. & sup. eod. in §. illud. & sup. q̄ fuit pri. cau. benefi. amit. in §. item qui domino. Quæro quid si Vasallus iurauit fidelitatē domino, & in iuramento fidelitatis exceptuauit Imperatorē secūdū formā hîc traditā, si postea idē Imperator moriatur, & alter creatur, an iste Imperator de nouo creatus, intelligatur exceptuatus in dicto iuramento. Et dixit Bal. ꝙ sic. Quia ipsa dignitas imperialis videt̄ exceptuata. arg. ff. de le. 1. l. ꝙ Principi. & C. de hę. insti. l. fi. Facit quod not. in c. quoniam Abbas. extra de offi. deleg.

5 †Quæro an proditor Imperatoris amittat feudum ecclesiæ, dic ꝙ non, nisi ꝑ sententiam ecclesiæ. Et ideò si ecclesia eū absoluit, nō ꝑdit, in Cle. pastoralis. de re iudi. Et ita dixit Bald. in l. 1. ff. de re. diui. q. 42.

Vltimò ad materiam huius §. vide alia, quæ dixi in d. §. fi. sup. hîc fi. lex. & in pluribus remissionibus ibi copiosè adductis, & quod dixi in d. c. 1. in prin. de no. fi. for. & plenè per Iaco. Ardi. in tit. qualiter iura. de Vasal. sub rubricel. contra quos debeat iurare fidelitatē, & qui intelligantur exēpti ꝑ Cano. in c. ego Episcopus. in §. papatum, & ꝙ no. gl. in d. c. venientes. extra de iure.

QVAE

QVAE SINT REGALIAE.

RVBRICA.

Continuatur ad proximè præcedentia hoc modo, quoniam ſup. tit. proxi. §. fi. poſuit vnum ſpeciale priuilegium, quod habet Imperator, videlicet, q; in quocunq; ſacramento fidelitatis excipiatur. Sed quia non eſt nouum, vt quibuſdam ſpecialiter enumeratis, ſubijciatur clauſula generalis. l. ſi ſeruus. §. inquit lex. ff. ad l. Aquil. Idcircò ſumpta inde occaſione ſubiecit author hîc iſtum titulum, in quo declarantur, & ponuntur plura alia priuilegia, & regalia quæ ſpectant ad ipſum Imperatorem, vt patet in litera. Et quod iſta ſit bona & vera continuatio patet. Quia licet iſte titu. non habeat ſupraſcriptionem Imperatoris, tamen eſt lex facta per eundem Imperatorem Fede. ſicut lex præcedens, ſecundum And. de Iſern. cùm immediatè ſubſequatur legem præcedentem. arg. in l. quicunq;. C. de apo. pub. lib. 10. q; patet. quia ipſe Imperator in prin. tit. pcedentis, dicit, q; vult, q; vtilitas regni ſeruetur incorrupta. Nunc verò hîc declarat, q̃ ſunt ea, quæ tendunt ad vtilitatem ipſius regni, & dixi etiam in d. §. fi. ſup. tit. proxi. Quod aũt fuerit iſta lex facta per Imperatorẽ Fed. primum, qui fecit etiam legem præcedentẽ, tenet expreſſe glo. Odof. de pace Conſtan. in prin. ſuper verbo in criminalibus.

Quęro ab extra pro intellectu rubricę, quare magis appellentur regalia, quã imperialia, cùm pprius fuiſſet appellare imperialia, poſtquam ad imperium ſpectant? Reſpondeo q; ſecutus eſt cõem vſum loquendi, nam quicunq; etiam magiſtratus inferior, & quilibet officialis, quantumcunq; minimus, qui ratione officij ſui debet habere aliquas honorãtias, vt puta pro ſupraſcriptione ſententiæ vnum par cirothecarũ, ſicut eſt hîc Paduæ, appellat iſtas tales honorantias eſſe ſua regalia, & tamẽ nõ eſt Rex neq; Imperator. Nam propter cõſuetudinẽ, & vſum loquẽdi, recedimus à propria ſignificatione verborum. l. cùm delationis. in §. aſinam. ff. de fun. inſtru. Vel poſſumus dicere, quòd ideò appellauit regalia, quia Imperator etiam appellatur Rex, vt dixi ſup. de no. fi. for. in prin. quinimò ſecundum Andre. de Iſer. & Bald. iſta poſſunt extẽdi etiam ad alios Reges, quàm Imperatorem Romanum, vt iſta ſint regalia in quolibet regno, dummodò contrariũ non appareat ex inſtitutione & conſuetudine regni, quia quilibet Rex eſt monarcha in regno ſuo. 7. q. 4. ſcitote. & no. 7. q. 1. in apibus. licet Hoſt. in Sum. de cenſi. videatur intelligere cõtrarium, vt ſolùm ad Imperatorem ſpectent, non ad alios Reges, & licet iſtud poſſet ſubſtentari de ſubtilitate iuris, tamen ſecundũ An. de Iſer. videmus de facto Reges exercere tales iuriſdictiones, quinimò & populos & alios dominos. Vnde non immeritò poteſt dici, quòd iſti tales liberi Reges, & populi habeant in terris ſuis, quãtum imperator in imperio. Facit ad prędicta. ff. de capti. l. poſtliminium, in princi. cum ibi no. in l. 2. in §. viam. ff. ne quid in lo. pu. & in titu. de pace Conſtan. in prin. cum ibi no. in glo.

SVMMARIA.

1 *Mandros græcũ vocabulum latinè oues ſonat.*
Via publica quæ ſit.
Aqua ex fluminibus publicis, an liceat duci ad fundos priuatos.
2 *Portus quis locus eſſe deſcribatur.*
3 *Gabellæ quæ dicantur.*
Differẽtia inter vectigal, tributũ & annonã.
Vectigalia an poßint præſcribi.
Fraudare vectigal an ſit peccatum, & quot ſint neceſſaria vt vectigal poßit imponi.
Moneta approbata quæ. Remißiuè.
4 *Alchimiſtæ qui ſint, & an puniendi.*
Mulcta & pœna quomodo differãt, & à quibus & quoties imponi poßint, & vtrum à iudice eccleſiaſtico imponi debeat.
5 *Angaria munus perſonale dicitur.*
Fiſcus an debeat ſoluere plauſtra vel naues ratione neceßitatis à ſubditis acceptæ.
Collecta qualiter imponi poßit.
6 *Tabelliones à ſolo Principe creandi.*
Notarius creatus in vno loco certo, an poßit extra dictum locũ conficere inſtrumenta.
7 *Piſcationes communes ſunt, ſed iuriſdictio & maris protectio Principi conueniunt.*
Theſaurus quid ſit.
8 *Theſaurus inuentus cui ſpectabit.*
Actio qualis competat ratione theſauri.
Theſaurus an poßit ſolo viſu occupari.
Pecunia inuenta in domo empta, cuius ſit, an venditoris, an verò emptoris.
Theſaurus an poßit excipi in vẽditione fundi, vel alterius poſſeßionis.
Inuentor pecuniæ alicuius, ſi nequit experiri cuius ſit, quid facere debeat.
Theſaurus in fundo feudali vel Emphiteotico inuentus, cuius ſit, an Vaſalli, an verò dñi proprietatis. Et quid ſit dicẽdum de vſufructuario, & creditore.
9 *Pecunia in domo vendita ſi reperiatur, an venditori, an verò emptori debeatur.*

REGALIAE. In hac lege ſeriatim deſcribuntur ea, quæ ſunt iura præcipua, & quæ principaliter ad Imperatorẽ ſpectant. h. d. totus titulus, & attende, quia cùm iſta lex ſummariè explicet dicta iura, neq; habeat gloſſas declarãtes ali-

tes aliter text. vel materiam. Idcirco ego super quolibet verbo text. adducam declarationes necessarias, vt materia huius legis funditus intelligatur. In tex. ibi, regaliæ, subaudi sunt, & ita subaudit gloss. hic posita & benè. Nam voluit vti breuitate. Vnde postquam suprà in rubric. posuerat verbum principale, noluit hic amplius repetere, sicut in simili facit Iurisconsultus in l. 1. in princip. ff. quod metus causa, & dicas quòd istæ regaliæ, propriè sunt res regni, quæ specialiter spectant ad ipsum Regem seu Imperatorem. Ibi, Arimandiæ est nomen certæ gabellæ ita denotatæ, secundum vsum patriæ fortè, quæ debebatur ex armentis animalium, iuxta l. 1. §. 1. ff. de abigeis.

1 † Mandros enim græcè, idem quod oues, vt not. gloss. 1. q. 7. dispensationes in suprascriptione, vel est gabella, quæ soluitur ex licentia faciendi arma, quod solùm Principi licet, vt in Autē. de armis. in prin. Ibi, viæ publicæ, quid sint viæ publicæ, declaratur in d. l. 2. in §. viam. ff. ne quid in loco publi. videlicet, quod est certum solùm limitatum per directū certis finibus latitudinis, & publicatur per Principem pro vsu publico meandi, qui habet ius publicandi, vt ibi, & istæ tales viæ publicæ, tanquam ad Principem spectantes, non possunt alterari sine suo iussu. ar. in l. quod Princip. cum ibi no. ff. de aqua plu. arcen. in d. l. 2. in §. ait Prætor. Ibi, flumina nauigabilia. Quædam sunt flumina nauigabilia. Quædā verò de se nō sunt nauigabilia, sed sunt apta ad faciendum, aliud flumen, in quo ingredietur nauigabile, vt statim sequitur in tex. Vnde ista talia flumina sunt iuris publici, & ideò nullus potest ea impedire sine licentia Imperatoris, vt hic, & probatur in l. quominus. ff. de flumini. Vtrum autem & qualiter ex his fluminibus possint duci aquæ ad fundos priuatos, & quomodo in eis molendina fiant, & de materia molendinorum, plenè ponit Bart. in d. l. quominus & in suo tractatu Tyberiadis, vbi videas, & per dominum Bald. super rubrica, & in l. 3. ff. de rerum diuisio. Ibi, portus.

a An sit peccatum fraudare vectigalia. Adde l. 1. & ibi Bar. ff. de legi. Do. in c. innouam⁹. de cēsibus Doc. in c. quia plerique. de immu. eccle. Doc. in c. 1. de consti. Bertachi in tractatu de gabel.

2 † Portus est locus conclusus, vbi rates morantur, & in quo merces portantur, & exinde exportantur, ita describitur per tex. coniuncta gloss. in l. portus. ff. de verb. sig. Vnde redditus seu vectigal dicti portus proueniens ex dictis mercibus, est de regalibus Cæsaris, vt hic & in l. intra publica. §. fin. ff. de verb. sig. Ibi, ripatica, id est, gabellæ, quas soluunt transeuntes cum nauì portum alicuius fluminis, de vna ripa ad aliam. Vnde non intelligas, quòd ripæ sint de regalibus, quia eorum vsus est publicus. l. riparum. ff. de rerum diui. Sed quantum ad protectionem, vt nemo vsurpet ripas, hoc benè censetur iste inter regalia, sicut ipsa flumina publica, vt probatur in ru. ff. ne quid in flumi. publi. ripáve eius fiat. Vel intelligas ripatica, scilicet, si ex cōsuetudine, vel ab vsu aliquid solueretur de ripis secundum And. de Iser. & Bal. Vtrum autem ille, qui debet transire per dictam ripā seu portum, ex quo debet solui gabella, possit transire per vadum ad hoc, vt euitet gabellam, dic per Bald. in l. 3. C. de priuile. fis. Ibi, vectigalia.

3 † Sunt gabellæ quæ soluuntur de mercibus, quæ portantur de loco ad locum. Et ideò sic dicta sunt, quia p̄stantur de rebus, q̄ vehuntur, vt no. gl. super rubrica. C. de vectig. vulgariter etiā appellātur Tholonea, vt sequitur in tex. Ideò sic dicta iuxta vulgare à tollo tollis, quia de talibus mercibus quæ portantur de ciuitate ad ciuitatem, tollitur, & p̄statur octaua pars, vt l. ex præstatione. C. de vectig. & no. super dicta rubri. Vnde dicitur in Euangelio, quòd beatus Matthæus sedebat in tholoneo, &c. Nā erat Publicanus, & habebat talia vectigalia. Facit quod no. in l. 1. ff. de publicanis. & per Io. & Rayn. in eorum Summis. rub. de peda. tholo. quæ autē differentia sit inter vectigal tributum & annonam. no. gl. in d. l. 1. §. 1. Sed vtrū ista vectigalia possint præscribi, dic per Cynum in l. 1. C. noua vectigalia. per Bar. in l. si Publicanus. in §. fin. ff. de publi. per Bal. in l. si plures. C. de condi. insertis. & per Cano. extra de cēsi. in c. peruenit. & per Ioan. Andre. in addi. Specula. de causa posses. in §. quia verò. versic. quid de colligentibus. Sed an sit peccatum

4 fraudare vectigal *a* vide per Bald. in l. pen. in fin. C. de nau. fœnore. & in l. 2. C. de iure aureorum annulorum, & in l. secunda. C. de vectigal. & in l. veluti. ff. de iust. & iure. & Bart. in l. vectigalia. ff. de publicanis. Item vt vectigal imponi possit, quot sint necessaria, dic vt not. per gloss. & Bart. in l. minus. ff. de verbo. significa. & per Bald. super rubrica. ff. de rerum diuisio. per nota. extra de censibus. in cap. innouamus. & 33. quæstione 3. si quis romipetas. & quod nota. extra de verbo. significat. in capit. super quibusdam. & per Hostien. in Summa de censibus. Et vide circa prædicta, quod dixi in §. illicitas suprà de pace iuramenti. Ibi, monetę, id est, authoritas cudendi & for-

& formandi monetas publicas, est de regalibus. Et ad solùm Imperatorũ spectat, vt hic & in l.1.ff.de contrahen. empt. Et dominus in Euangelio Matth. 12. dum dicitur, cuius est imago, Cæsaris, &c. Sed tamen etiam alij Reges in suo regno hoc faciunt, vt in c. quanto. extra de iureiuran. & certi Principes, & communitates, prout videmus de facto.

Quod intelligas, prout dixi super rubrica. Vel quia habeant hanc authoritatẽ ex priuilegio Imperatoris, vt C. de veteris numis. pote. in l.1.lib.11. & ff. de auro & argento legato. in lege quintus. in §. penult. Vel ex consuetudine, quia hodie Imperatores non fabricant monetam ad sufficiẽtiam, vt not. gloss. in l. penult. C. de falsa mone. Et de hac materia, dic vt ibi per Cy. & per Cano. in d.c. quanto. & si aliquis fabricaret absq; authoritate publica, quanquam esset bona moneta, nihilominus puniretur, vt probatur in lege sacrilegij. §.1. cum ibi no. ff. ad l. Iul. peculatus. & in d. c. quanto. vbi etiam colligit gloss. penul. quæ requirantur ad hoc, vt sit moneta approbata, & dic vt ibi, & in d. l. 1. ff. de contrahen. empt. De falsantibus autem, & tondentibus monetas [a] dic vt in l. 1. C. de fal. mone.

4 †Quid autem de Alchimistis [b] qui faciunt aurum & argentum alchimiatum, an debeant puniri, & vtrum tale aurum & argentũ possit solui pro bono, & dixit hîc An. de Butr. quem sequitur Bal. quod si est Sophisticum, non licet vendere, & tales facientes, puniuntur de falso. ff. de pigno. actio. l. eleganter. §. qui reprobos. Si verò facerent verum aurum, tunc secùs, quia non esset illicitum vendere verum aurũ, pro vero auro. Facit lex 4. ff. de legat. 1. de quo dic per Ioan. Andr. in addit. Specul. in titu. de crimine falsi. super rubrica. & per Tho. de Aquino secunda secundæ quæst. 77. artic. secundo, & per Oldr. in cap. consilijs. Sed quid de aurifice, qui non facit argentum ad ligam ciuitatis, not. per Bart. ff. ad legem Corne. de fal. l. lege Cornelia. vbi videas. Ibi, cõpendia, id est, solutiones pœnarum, & mulctarum, vt in lege mulctarum. C. de modo mulctarum, quæ autem differentia sit inter mulctam, & pœnam, dic vt in l. si qua pœna. ff. de verbo. sign. Nam pœna regulariter est declarata à lege, mulcta verò non. Sunt & aliæ differẽtiæ de quibus dicatis, vt ibi per glo. & Bart. & per Bald. in l. certa ratione. C. quando prouo. non est neces. & in Spec. de senten. prola. §. 2. versic. est & quarta, à quo autem imponi possint, dic vt not. in l. 2. §. fin. ff. de iud. & in l. aliud. de verbo. signi. Et vtrum per iudicem ecclesiasticum possint imponi. dic vt not. extra de dolo & contu. c. 1. & in Specu. loco præallegato. Quotiens autẽ mulcta possit imponi, dic per Barto. in gl. in l. nunquam plura. ff. de priua. delic. & in l. fin. C. de modo mulctarum, & per Cy. in l. quicunq;. C. de seruis fugi. Et omnes istæ tales pœnæ & mulctæ, sunt de regalibus, & fisco applicantur, vt hîc, & no. ff. si quis in ius voca. non ie. in l. 2. §. 1. & ff. si quis ius di. non obtemper. in l. prima. Qualiter verò in mulctis feratur sententia, vide per Specul. de senten. §. vt autem. ver. si verò iudex. Ibi, bona vacan. id est, in quibus non extat aliquis hæres, quia vltimo loco succedit fiscus, vt in Auten. de hære. & fal. in §. si verò. & C. de bo. vacan. l. 1. & l. vacantia. libro 10. fallit in casu posito. inf. de statutis & consuetudinibus contra liber. eccl. tol. in §. omnes peregrini. & ibi declarabitur. Possunt tamen & alijs modis bona effici vacantia, & habebit similiter locum ista litera, vt in l. 1. & 2. ff. de iure fisci, & vide circa hanc materiã, quod not. per glo. & Doctò. in l. 1. C. de here. decuri. & in l. 1. C. vnde vir & vxor. Ibi, legibus auferuntur, vt habetur in toto titulo. C. de his qui. vt indig. per quem titulum exemplifica, & declara istam literam. Ibi, conceduntur, declara & exemplifica per legem, si ideò & per legem si aliam. C. de his qui. vt indi. Qualiter autem procedatur & cognoscatur in istis casibus, vide in l. 1. C. vbi causæ fiscales. Ibi, incestas nuptias, istud declara & exemplifica, prout & secundum quod traditur in l. qui contra. & in Auten. incestas. C. de incestis nuptijs. cum ibi not. per glo. & Doct. & per Cano. in c. cùm secundum de hereticis. lib. 6. vbi omninò videas. & plenissimè per Bar. in l. si adulterium cũ incestu. §. fratres. ff. de adulte. & quod no. in Auten. de incestis nup. §. 1. Et addit Bal. quod idem esset, si contraheretur incestus sine nup. cùm maius sit delictum argu. in Auten. de resti. & ea quæ parit. in §. fina. [c] Quæ autem dicantur incestę nuptię [c] no. gloss. ff. de nup. l. incestæ. & in Auten. de incestis & inutilibus nup. in prin. Ibi, condẽnatorum, scilicet, corporaliter ad mortem. Ibi, proscriptorũ. i. deportationem, vt no. glo. in Auten. vt nulli iudi. in §. fi. Ibi, in nouis constitutionibus, subaudi, quæ sunt in d. §. fi. in Autẽ. vt nulli iudic. & transumptiuè in Auten. bo. damnat. C. de bo. dam.

Et ideò

[a] *Et tondentibus monetas. Adde Bar. in l. qui falsam. ff. de fal. & gl. in l fi. C. de vete. nu. lib. 11.*

[b] *De Alchimistis. Adde Doc. in l. eleganter. in §. qui reprobos. ff. de pigno. ac. Doct. in c. Episcopi 36. q. 5. Io. And. in addi. Spec. in titu. de cri. fal. Ol. consi. 74. inci. an Alchimista. & per sanctũ Thomã secunda secũdæ. q. 77. ar. 2. circa fin.*

[c] *Quæ autẽ dicantur incestæ nuptiæ. Adde Io. An. & Archi. in c. cũ secũdũ. de hære. lib. 6. gl. in l. incestæ. ff. de ritu. nup.*

Et ideò fecit mentionem de nouis constitutionibus, quia per has nouas constitutiones corriguntur iura antiqua circa ista bona damnatorum & proscriptorum confiscāda. De quo dicatis, vt ibi, & vide quod plenè dixi suprà de pace tenen. in §. si verò pacis. in secunda oppositione. Ibi, Angariarum & perangariarum a. Ista sunt quædam munera, ad quæ tenentur prouinciales exhibere Imperatori, dum transitum facit per loca, cum expeditione.

a *Angariarū & Perangariarū. Adde glo. in c. nō minus de immu. ecc. Arch. in cap. quia. 10. q. 3. idē Archi. in c. ecclesiarū 12 q. 2.*

5 †Et est Angaria onus mere personale, videlicet, vt quis seruiat cum persona sua ipsi Imperatori, & expensis Imperatoris per Angaria est onus mixtum, scilicet, vt seruiat cum persona expensis proprijs, vel quod etiam soluat pecuniam, vltra seruitia personalia, vt probatur in l. munerum. in sup. patrimoniorum. ff. de mune. & hono. in gl. hîc posita. Quicquid dicat gl. in c. non minus extra de immunita eccle. Et de his clarius habetur in l. neminem. C. de sacrosan. eccle. Vnde dicitur in passione domini nostri Iesu Christi, quid angariauerunt portare crucem, &c. & sic munus solùm personale fuit. Ibi, præstationes. Nam subditi tenentur exhibere naues, & plaustra ipsi Imperatori in sua expeditione pro portandis, & vehendis armis & rebus de loco ad locum, vt probatur in dicta l. neminem. & in l. 2. & in l. cursum. C. de cursu publico. libro 12. Vbi patet, quod etiam quibusdam præfectis officialibus Imperatoris hoc priuilegium conceditur, vt sine aliquibus vecturis & solutionibus pro trāsportandis rebus habeant dicta plaustra, & naues gratis. Facit. l. iudicibus in eo. titulo. Quidam tamen sunt exempti ab his talibus muneribus, sicut sunt ecclesiæ, vt in dicta l. neminem. vel si ex priuilegio constaret, vt probatur in dicta l. cursum. Vtrum autem quando fiscus ex aliqua causa necessaria accipit plaustra, vel naues subditorum, debeat eis soluere? dic quod sic secundum Andre. de Isern. arg. in l. si locus. ff. quemadmodum serui. amit. & ff. de capti. l. in bello. §. si deportatum. Ibi, extraordinaria collatio. Vt quando Imperator propter aliquam imminentem necessitatem publicam, vult iudicare, & ponere aliquam collectam extraordinariam, vt pro defensione imperij. Et istud tale impositum appellatur superindictum, & censetur inter regalia, quia soli Imperatori licet imponere per suum rescripum, vt probatur in l. 1. C. de superindicto. libro decimo. & est munus extraordinarium, vt ibi not. in gloss. super rubrica. & sic est extraordinaria collatio, vt in hoc text. & in dicta l. neminem.

Non tamen intelligas, quòd si Vasalli pro indicto soluant dominus eorum, iuxta ea quæ habentur suprà titu. proxi. in §. firmiter quod teneantur etiam soluere Imperatori, ne duplici onere grauentur. l. nauis onustę. in §. cùm autem. ff. ad l. Rodi. de iactu. cum ibi not. secundum And. de Iser. Qualiter autem debeat imponi collecta, not. plenè per Bart. in l. 1. C. de Apochis pub. libro 10. & per Bald. in l. fi. C. sine censu vel reli. & in l. etiā. & in l. pe. C. de execu. rei. iudi. & vide Bart. in titu. de annonis & tribu. libro secundo. & in l. 1. de superindicto. & in l. 4. in §. actor. ff. de re iudi. Vel intelligi potest, quod istud tale munus extraordinarium, de quo in isto text. sit de suscipiendo milites armatos, qui vadunt cum Imperatore in expeditione, ad quod onus subditi tenentur. l. 1. in fin. C. de Episcopis & Cleri. Ibi, fœlicissimam, quare ita dicat collige ex not. in gloss. in prœmio. ff. orū. super rubric. super verbo fœlix, vt quia omnia sibi prosperè succedunt. Ibi, regalis, id est, imperialis, cùm Imperator etiam Rex appellatur, vt dixi suprà super rubric. Ibi, minimis, id est, adeò procedentis, vt suprà de pace tenen. in princip. Ibi, expeditiorem exercitum seu hostem, vt not. glo. 1. sup. de prohi. feud. alie. per Lotha. & dixi in §. fin. sup. titu. 2. Ibi, magistratuum, dicit quòd potestas faciendi magistratus est de regalibus, quoniam ex l. regia. populus Romanus transtulit in Principem omnem potestatem suam, vt in l. 1. post princ. ff. de offic. Præfect. Præto. affri. & in l. 1. in 4. col. C. de veteri iure enucle. & quod hæc talis potestas sit apud Principem, probatur in Auten. de defenso. ciui. per totum, & quod ibi nota. in §. nulla. & suprà de pace iura. fir. in §. iudices. cum ibi nota. in gloss. vt ibi plenè dixi in primo notabili. Iurisdictio tamen datur pluribus alijs modis, vt nota. in l. & quia. ff. de iurisdict. om. iudi. Ibi, expediendum, id est, faciendam, in dicto §. iudices. & supra de pace tenen. in §. index. & supra, quæ fuit prima causa benefic. amit. in §. item qui domino.

6 † Vtrum autem creare tabelliones sit de regalibus, & ad solū Principem spectet, dicit Innoc. quòd sic in c. cum Pet. tabellio. extra de fide instru. Hosti. verò dixit quod non, sed quòd imò etiam Episcopi, Barones & alij Comites habentes plenam iurisdict. possunt creare notarios, prout

prout ipse not. in Summa eo. titu. §. quibus instrumentis. & Bar. sequitur hanc opinionem in l. nō aliter. ff. de adop. quia cùm iudex posset tabellionem priuare officio, & ipsum punire. l. iubemus. C. de defen. ciui. ita & creare. l. 1. C. de offi. cōsul. & in Autē. de defenso. ciui. §. ex prouinciali. de quo dicatis, vt per Bar. latius in d. l. nō aliter. & per Bal. in l. 1. C. de testa. & per Canonistas in dicto c. cum P. Tabellio. Vtrum autem notarius creatus à populo vnius ciuitatis, vel ab vno iudice in vno loco, possit extra dictum locum cōficere instrumenta, vide Bar. in d. l. non aliter. & in l. 1. C. de Summa tri. & in Specul. de instru. edict. in §. restat. versi. quid de his. Ibi, argentariæ. Nam hoc est de regalibus, vt in quocunque prædio priuato fodiatur argentum, aurum, vel aliud metallum Princeps & eius fiscus habeat certam partem, vt in l. 1. & in l. cuncti. & l. per amicos. C. de metallarijs. & l. inter publica. in fin. cum ibi not. de verbo. signi.

Et ista procedunt, nisi esset consuetudo in contrarium, quoniam circa talia debet attendi consuetudo, vt l. venditor. in §. si constat. ff. communia prædio. Censentur enim esse prædicta in patrimonio priuatorum, quorum sunt feudi, vnde fodiuntur, vt l. 4. in fin. cum l. seq. & sequen. in princip. ff. de rebus eorum. Et per prædicta quidam voluerunt intelligere istum text. solùm, quando argentum foderetur in loco Cæsaris.

Quod non puto verum, quia tunc non esset aliquod regalæ, cùm & quilibet priuatus, cuius est fundus habeat prædictam portionem, prout ex prædictis legibus. C. de metalla. colligitur. Cogitabā insuper, si iste text. posset intelligi in argentarijs, qui solebāt eligi authoritate publica & à fisco, vt dixit gloss. magna. in fin. in l. quædam. in §. nummularios. ff. de eden. & per l. argentarius. in §. 1. in eod. titu. vt sic ista talis electio argentariorum esset de regalibus, quemadmo. electio magistratuum, de quibus proximè dixeram. Et per hūc modum iste text. propriè loqueretur, & non violaretur litera. Ibi, palatia. Intelligit Bald. de palatijs deputatis in ciuitatibus pro iustitia exhibenda. Sed Andre. de Iser. intelligit de domibus, quas Imperator in ciuitatibus consueuit habere. Vtraq; expositio bona. Facit. l. prætoria. ff. de operibus publi. Vtrum autem prædicta palatia per nō vsum intelligantur præscripta, dixit Andre. quod non per l. præscriptio. in eod. tit. de operibus publi. Facit. quod not. in c. quod non liceat. extra de præscrip. & quod habetur in l. fin. C. de sacrosan. eccles. Ibi, piscationum redditus, subaudi, consuetus, vt quia fiscus exigit publicum vectigal piscariarum, prout dixit. d. l. inter publica. in fin. Cùm de iure communi, piscatores sint communes omnibus, tam in mari, quàm in fluminibus publicis. l. 2. & l. 3. de rerum diui. Nam in istis piscationibus attenditur consuetudo. l. si quisquam. cum ibi not. ff. de diuer. & temp. præscrip. Facit ad prædicta insti. de rerum diui. in §. flumina. cum ibi not.

7 †Intelligas tamen, quod quanquam piscationes de iure sint communes omnibus, tamē iurisdictio & protectio maris, & fluminum publicorū spectet ad Principē, vt not. in d. l. 2. de rerum diui. Ibi, & salinarum. s. publicarum. l. 1. in prin. ff. quod cuiusq; vniuer. not. Vel ex quibus solui debet dictum vectigal. vt d. l. inter publica. in fi. ff. de verb. sig. Non autem intelligas, quod proprietas omnium salinarum spectet ad Principem, quia etiam in patrimonio priuatorū possunt esse. l. magis puto. in princip. ff. de rebus eorum. Vnde in istis sicut in superioribus attenditur consuetudo secundum And. de Isern. & benè. Videmus enim hodie hoc esse vsurpatum à dominis terrarum in vendendo sal certo modo eorum subditis, prout ipse dixit. Ibi, maiestatis. Vbi omnia bona delinquentis confiscātur, vt l. quisquis. & in l. fi. C. ad l. Iul. Maiest. & in Auten. vt nulli iudi. in fin. & in Auten. bona damnatorum. in fin. suprà allegata. Et de hac materia criminis læsæ Maiestatis. vide plenè per Bart. in apparatu suo super Extrauaganti ad reprimendam. Ibi, thesauri. quid sit thesaurus [a] & qualiter diffiniatur, habetur ff. de acqui. rerum do. in l. nunquam. in §. thesaurus. & not. gloss. plenè insti. de rerum diui. in §. thesauros. vbi videas. Ibi, in loco Cæsaris, id est, in re patrimoniali ipsius Imperatoris, vt not. in d. §. thesauros. Ibi, inuenti. scilicet, à casu, & non data ad hoc opera. Nam medietas erit inuentoris, & alia medietas erit ipsius Imperatoris, vt hic & in d. §. thesauros. secùs si data. quia tunc acquireretur totum Imperatori, vt ibi patet. Ibi, ex loco religioso, subaudi, quia idem est, videlicet, quòd medietas sit inuentoris, & alia fisci seu Imperatoris. l. 3. §. fin. ff. de iure fisci.

Nec obstat dictus §. thesauros, vbi videtur dicere text, quòd isto casu acquiratur

[a] *Quid sit thesaurus. Adde quod thesaurus est beneficiū fortunæ, vt in l. is qui. in §. 1. ff. de acqui. rerū do. & quot requirūtur, vt thesaurus dicatur thesaurus, vide per Barba. cōsil. 39. inci. clemētissimū & piissimum saluatorē. in 4. volum. in princ.*

in totum inuentori. Quia ſolue, vt ibi not. in gloſſ. in vtroque loco. Ibi, ſi data opera. Hucuſq; declarauit, quando quis inuenit thesaurum in loco Cæſaris, vel religioſo *a* à caſu, & non data opera, nunc verò declarat quando inuenit data opera, & nō à caſu. Quia totum tunc ſpectabit ad Imperatorem, vt ſequitur & in l. 1. C. de theſau. lib. 10. Vnde conclude in hac materia, q. interdum quis reperit theſaurum arte magica & improbata, & tunc ſiue reperiat in ſuo, ſiue in alieno totum acquiritur fiſco, vt no. in d. l. 1. C. de theſauris. & ipſe quærens punitur, vt ibi. Quia prohibetur talis ſciētia, vt C. de maleficijs. per totum. Interdū quis reperit theſaurum in ſuo fundo, vel re ſua, tunc eſt totus ſuus, ſiue reperit data opera, ſiue à caſu, dummodò non arte reprobata, vt in d. l. 1. C. de theſau. Interdum quis reperit in fundo alieno, & aut à caſu, vt arando, vel aliter quocunque caſu; & non ſtudio perſcrutandi data opera, & tunc medietas eſt inuentoris, alia verò medietas debet eſſe domini illius loci, vbi repertus eſt theſaurus, vt in dicto §. theſauros. & in d. l. 1. C. de theſau. Si verò reperitur theſaurus in fundo alieno data opera, & non arte magica, & tunc ipſe inuentor nihil debet habere, ſiue hunc theſaurum quæſiuerit domino volente, ſeu ignorante, vel eo inuito, vt in d. l. 1. C. de theſauris circa medium, ſed totus acquiritur ipſi domino loci, vt ibi not. gloſſ. & in d. §. theſauros. Interdum quis reperit theſaurum in loco proprio Cæſaris, & tunc ſi data opera, nihil lucratur, ſed in totum acquiritur Cæſari. Si verò reperit à caſu, & tunc lucratur medietatem, alia verò medietas eſt Cæſaris, vt hîc & in d. l. 3. in fin. de iure fiſci. eodem modo diſtinguendum eſt, quando quis reperiret theſaurum in locis fiſcalibus, vel in locis religioſis, vel in monumentis, quia aut data opera, & tunc in totum acquireretur fiſco, ſeu illi ciuitati, cuius erat locus publicus, vt in d. c. theſau. Aut à caſu, & tunc medietas erit fiſci, altera verò medietas erit repertoris, vt probatur in dicta l. tertia. in §. fin. Licet quidam voluerint dicere, quòd theſaurus repertus à caſu in loco religioſo, ſit in totum repertoris, per dictum §. theſau.

a *Vel religioſo. Adde gl. in c. ſi quid inue niſti 24. q. 5. & in l. nō intelligitur. in §. ſi in locis. de iure fiſci.*

b *Quid de feudatario, vel Emphiteota. Adde gloſſ. in verbo in ſuo inſti. de rerū diui. & ibi vide Iaſ. in add. ad Porchū. & illa additio incipit & pro opinione iſtius gloſſ.*

Quod non eſt verum, vt in iſto text. & ad hoc vide gloſſam in dictis locis, & in d. l. 1. in princip. ff. de rerum diuiſio. Interdum theſaurus reperitur à caſu in loco, qui in nullius bonis eſt, tunc eſt totum inuentoris, vt tenet Cyn. & Bald. in l. lapilli. ff. de rerum diui. Sed per quam actionem petatur theſaurus repertus, dic vt not. in dicto §. theſauros. & in l. prima. C. de theſauris. Vtrum autem reperto theſauro, ſolus viſus ſufficiat ad occupandum & acquirendum, an requiratur tactus, & gloſſ. in §. Item lapilli. inſtit. de rerum diui. dixit quòd ſolus viſus ſufficit, ſed Cyn. in dicta lege lapilli. & in l. licet de acquiren. poſſ. tenet, quod non intelligatur inueniſſe, qui non apprehendit. arg. C. de fideiuſſo. l. ſi Barſatoram. De quo dicatis per Docto. in l. 3. in §. Neratius. ff. de acqui. poſſe. in d. l. 1. & in gloſſ. fin. & quod ibi per Docto. C. de theſauris. & per Bald. in d. l. lapilli. Quid autem ſi vendis mihi domum, in qua poſtea reperio pecuniam abſconditam per te, vel patrem tuum, ita quod non eſt theſaurus. Quæro ad quem pertinebit dicta pecunia? dic quod ad vendentem, ſi hoc fecit per errorem. l. à tutore. ff. de rei vendi. Secùs autem ſi ex certa ſcientia vendidit, & nihil exceptuauit, quia tunc videtur omnia tranſtuliſſe. l. 1. ff. de condi. indeb. & l. Campanus. ff. de operis libert. Idem dicas, ſi quis venderet tunicam, in qua eſſet ſuta pecunia, & ignorabat, quoniam dicta pecunia non videtur vendita. arg. in l. 1. ff. de his quæ in teſtam. delen. An tunc vendens poſſeſsionem, vel fundum poſsit exceptuare theſaurum, ſi vnquam reperiretur, dic quod ſic ſecundum Andream de Iſern. per l. 1. §. ſi conuenit. ff. depoſiti. Nā iſta exceptuatio theſauri, non deducit contractum inutilem, quia aliàs ſecùs, vt in l. 1. ff. de contrahen. empt. Sed pone quòd in quodam nemore inueni ſaccum pecuniæ, vel annulum, & cuius fuerit diligenter inquiſiui, nec reperire potui, quid debeo facere, & dixit Bald. in l. 1. ff. de rerum diui. vbi format quæſtionem, quod in foro animæ, poſtquam non eſt meus, debeo aſsignare Epiſcopo loci, vt det pauperibus, vt in Auten. omnes peregrini. C. communia de ſucceſ. de quo dic etiam per Bart. in l. falſus. in §. qui alienum. ff. de furtis. & ibi etiā vide per ipſum Bart. an ipſe repertor petere poſsit precium, pro inuentione à domino, & per Bald. in l. 2. ff. de rerum diui.

Quæro quid in feudatario vel Emphiteota *b* qui reperit theſaurum in fundo feudali vel Emphiteotico, an dominus proprietatis debet habere, vel ipſe, dic q. ipſe, quia vtile dominiū prefertur directo, & ita tenet gloſſ. in d. §. theſauros. & And. de Iſer.

de Iser. hîc. Sed quid in creditore, qui reperit thesaurum in fundo, vel domo pignorata, dic quod pro medietate diuiditur inter eos, dicta l. si is qui. §. fi. de acqui. rerum do. & glo. in dicto §. thesauros. Quid autẽ de vsufructuario, qui reperit thesaurum in re, in qua habet vsumfructum, an spectet ad ipsum, vel ad proprietatem, dic de hac quæstione & similibus in d. l. si is qui.

Postremò circa hanc materiam thesauri, restat mihi vna dubitatio, quid si in ecclesia, vel fundo ecclesiastico reperiatur thesaurus, non data opera, an acquiratur ecclesiæ? Et iste text. facit quod non. Idem videtur in d. §. thesauros. & in l. 3. §. fi. de iure fisci. Sed in contrarium multum facit me dubitare, quòd imò debeat acquiri ecclesiæ. Primò quia habet dominium dictæ rei. l. fi. C. de sacrosan. eccles. Ergò debet habere partem quemadmodum dominus. Secundò, quia non debet esse deterioris conditionis quàm priuatus, imò potius melioris, vt patet infrà titu. fi. in princ. & per totum. Tertiò, quia pro hac parte videtur sentire gloss. in §. ferè. insti. de rerum diui. quare cogita. & vide in d. l. non intelligitur. §. si in locis. de iure fisci.

Vltimò ad materiam præsentis titu. vide in l. eum qui vectiga. cum l. sequen. in princip. & §. fin. de verbo. sig. & Bald. in l. rescripta. C. de præcibus impe. offe. vbi ponit plura, quæ singulariter spectant ad solum Imperatorem, vt in l. prima. C. de iure aureo. annulo. & in l. pe. C. de exc. rei iud. & q. habetur in tractatu de pace Constan. post princip. & per Canonistas. in c. in generali. & quod ibi not. de elect. libro sexto. per Arch. & extra de verbo. sig. in c. super quibusdam. & de censibus. in c. innouamus.

De potestate & regalibus spectantibus ad Papam, vide plenè in Specul. in tit. de legato. in §. nunc ostendendum. per totũ. Et per Bald. qui multa ponit in d. l. rescripta. & in l. pe. C. de bo. quæ lib. & quod no. extra de transl. Epis. c. 1. & quod de Imperatore, dixi suprà, quis dica. Dux, Comes, vel Marchi. in princi. & de Papa vel Abba. in princip.

QVOT TESTES SINT NECESSARII AD PROBANDUM feudi ingratitudinem.

RVBRICA.

QVoniam sup. in princ. tertij libri præsentis tractatus feudorum, videlicet, in titu. quæ fuit prima causa benefic. amit. per totum descripsit author noster plures causas ingratitudinis, ex quibus Vasalli priuantur suo iure feudali. Et circa prædicta occurrebat frequenter, quod domini procedebãt ad dictam priuationem, etiam non probata sufficienter dicta ingratitudine, vel probata per testes non idoneos, & ex hoc vasalli querelam exposuerunt apud Imperatorem Henricum quintum, qui volens obuiare prædictis incõuenientijs, statuit hanc legem, quam author hîc iuxta finẽ huius operis interseruit ad limitationẽ prædictorum. Nec videatur incõueniens, quod iste tit. trahatur ad remota, quia ponitur hîc tanquam vna clausula, quæ habet limitare omnia præcedentia, prout in simili facit Iurisconsultus in l. talis scriptura. in fi. ff. de leg. 1. & in l. si idem in fin. ff. de iurisdi. om. iud. Posset quoq; adaptari cõtinuatio ista ad titulum secundum suprà proximum, vbi per Imperatorem Federicum numeratę sunt quędam causę, ex quibus vasalli feudis eorum priuantur. Et sic erit continuatio ad proxima.

SVMMARIA.

1 *Testes quinq; requiruntur, vt aliquid legitimè probetur.*
Infamia facti an repellat quem à testimonio.
2 *Testimonium erit veritatis manifestatiuum cum probatione clara.*
Habilitas testis quo tempore requiratur.

SI VASALLVS. Iste est tex. Imperatoris Henrici quinti, qui coronatus fuit de imperio à Celestino 3. Papa, & imperauit annis octo, & incepit eius imperium anno domini 1192. prout patet ex Chronicis & annalibus Imperatorum. Non enim est ille Henricus, qui composuit tractatum ad reprimendam, &c. quoniam ille fuit Henricus septimus. vt ibi patet ex suprascriptione, & ex gloss. Bar. ibi posita, quæ dixit, quod illa est 11. colla. Ista verò lex est sub 10. colla. Fuit præterea alter Henricus secundus, de quo fit mentio in capitulis extraordinarijs alterius compilationis in prima constitutione. Item & alter Henricus Rex Romanorum, de quo fit mentio de pace Constantiæ in suprascriptione. Et in Summa hoc vult iste titulus.

Ad probandum ingratitudinem delicti commissi per Vasallum erga dominum, requiruntur quinq; testes idonei, qui ma-

nifestè probent. h.d. In text. ibi, vniuerso populo, quare hoc dicat, vide quod dixi suprà de prohi. feud. alie. per Lotha. in princ. circa suprascriptionem. Ibi, inhonestis factis, vt suprà, quibus mod. feud. amit. §. 1. & 2. & sup. quæ fuit prima causa benefi. amit. in §. porrò. Ibi, machinationibus, vt in d. §. 1. sup. quib. mod. feud. amit. in d. §. porrò. Et totus iste text. sumptus est ex l. liberti. C. de inoffi. testa. Propriè enim machina-
a tio a consistit in arte verborum. l. 1. §. 1. cum ibi not. ff. de calum. & pluribus alijs modis fit, vt not. Bar. in tit. qui sint rebelles. in fi. super verbo machinantur. Facit quod dixi suprà titu. 2. in §. callidis. super text. Ibi, appetierit, vt in d. §. porrò. post princi. & suprà de capi. qui cur. vendi. in c. si voluerit. Ibi, copulauit, scilicet, eo respectu, vt esset contra dominum, quoniam ista duo requiruntur, vt latè dixi suprà, hîc potest esse tit. qui. mo. feu. amit. & in d. c. 1. suprà, qui. mod. feud. amit. vbi gloss. tangit. De quo etiam per gloss. & ibi dixi in d. §. porrò. in gloss. 1. Ibi, credatur, vt quia alias graues, & inhonestas iniurias intulit domino, vt qa manus in ipsum iniecit, vel veneno, vel gladio sibi insidiatus est, vel similia egit, vt in d. §. porrò. Vel cum accusauit, vt in l. 1. §. cùm patronus. ff. de offi. præfect. vrb. & q. ibi not. Facit quod dixit gloss. in d. §. 1. sup. quibus modis feudum amit. Ibi, cucurbitauit, vt probatur in d. §. 1. sup. quib. mod. feud. amit. vbi est similis text. Et est idem ac si diceret, si adulterium commiserit cũ vxore domini, vt ibi & sup. hic potest esse tit. qui. mo. feu. amit. in c. 1. & in c. 2. sup. de feu. sine cul. non amit. Ibi, dereliquerit, vt sup. in d. tit. quib. mod. feu. amit. in prin. Et intelligo dummodò potuerit eum adiuuare, vt sup. in d. tit. de feu. sine cul. non amit. in c. 1. in fi. Ibi, priuabitur, scilicet, per sententiam. dixi in d. §. porrò. Ibi, opiniones. i. famæ, ita quod non sint infames, neq; de iure neque de facto in isto casu secundum Bal. Vtrum autem regulariter infamia fa-
b cti b repellat quem à testimonio, dic vt no. per gloss. & Docto. in l. 1. C. de Summa tri. & per Canonistas in c. testimonium. extra de testi. Ibi, data. De hac materia datæ & Idus, dic vt not. gloss. super data sexti libri. & in locis, quos allegauit sup. de prohi. feu. alie. per Lotha. in l. fi. in fi.

a *Propriè enim machinatio. Adde an machinatio suffi cit ad impediẽ dũ & dirimẽ dũ matrimoniũ, vide per An. de Bu. in rub. de cõuer. in fide. Abb. in cap. 1. de eo qui duxit in [illegible] pol. p [illegible] Abb. in c. super eo. eo. [illegible]*

b *Infamia facti. Adde gl. in l. 3. in §. causæ. ff. de carbo. edicto. tñ vbi agitur de probanda ingratitudine testis infamis infamia facti ipso iure repellitur. tex. est ad hoc no. in c. 1. in vers. integræ opinionis quẽ ad hoc notat ibi Bal. q testes sint necess. ad probãdam ingratitu. in vsibus feu. & an possit testificari in causa ciuili, vide per Barba. cõs. 41. incipi. à Ioue principiũ. in 3. volu.*

1 † Not. ex hoc tex. in fi. vnum casum, in quo ad probationem legitimè fiendam, requiruntur quinq; testes sicut alibi in simili videmus, quod ad probandam solutionẽ debiti in scriptis contracti, requiruntur quinq; testes. in l. testium. C. de testi. idem in confessione solutionis, vt in Auten. rogati. Ibi, posita. Alius casus est in donatione causa mortis, vt in l. fin. C. de do. causa mortis, alter casus est in codicil. l. fi. C. de codicil. Alter casus habetur in Auten. de fide instru. in §. oportet verò. Regulariter enim sufficiunt duo testes. l. vbi numerus. ff. de testi. & inf. tit. seq. in §. 1. Et fuit ratio decidendi in hac lege ad hoc, vt cautius ageretur cum Vasallis, ne de facili fortè p viles, & redemptos testes, aut paucos, possent domini priuare vasallos suos feudis. Et ideò statutum fuit, vt non per pauciores quinq; testibus idoneis, & summæ atq; integræ opinionis fieret talis probatio. Et hanc rationem assignauit Iustinianus Imperator in d. l. testium. ex qua lege text. hîc in fine sumptus est de verbo ad verbum. Et ex his patet quomodo ista lex est fundata, cum bona ratione, & pro lege obseruanda est, licet gloss. hîc posita dubitauerit, an sit lex. Item ab antiquo reperiretur esse inserta in hoc volumine inter alias leges, & intitulata Imperatori, qui habuit authoritatem eam condẽdi. Vnde debemus opinari, hanc esse legem, quemadmodum aliàs hîc insertas. arg. in l. in Summa. ff. de aqua plu. arcen. cum ibi not. & ita tenetur quòd sit lex per Iaco. de Bel. & Iac. Ardi. Nico. de Neap. & Bal. in c. si voluerit. sup. de ca. qui cur. ven. Licet idẽ Bal. aliter videat sentire.

2 † Not. quod testimonium debet esse manifestatio veritatis cũ probatione clara, vt colligitur ex isto text. Facit quod no. in l. 1. §. si quis argentum. ff. de depositi. & ff. de ven. in pos. mit. l. 1. §. si ea. & extra de proba. c. in præsentia. & de succes. ab intesta. cùm dilectus. Quo autem tempore requiratur habilitas testis, dixi in c. 1. sup. an re. sint test. qui pa. esse desi.

Vltimò de materia huius tituli dicatis, vt per gloss. & quid ibi dixi in dicto c. si voluerit. sup. de capi. qui cur. ven. & per Iacob. Ardizo. in Summa. in tit. quib. mod. feud. amit. sub rubricella amittit feudum, si dominum interfecerit, vbi expressè determinat secundũ decisionẽ hîc positam.

DE NOTIS FEVDORVM.

RVBRICA.

Continuatur ad præcedentes hoc ordine, quia sup. in toto hoc opere tractauit in particulari de varijs & diuersis consuetudinibus, & legibus feudalibus. Nunc verò generales traditiones, & regulas seu

las seu notulas in dicta materia feudali adducere, & subijcere intendit hic iuxta finẽ sui tractatus, quia non est nouum, vt quibusdam enumeratis, quædam generalis subijciatur clausula, quæ omnia comprehendat. l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad l. Aqui. Et probatur hæc continuatio ex notatis, per gl. super rubrica. ff. de reg. iur. quæ similem continuationem posuit, & benè. Nam iste mos authorum supponere regulas & conclusiones generales in fine suorum tractatuum, vbi videmus in volumine fforum. & in libro Decretalium in fi. & in sexto libro Decretalium, & aduerte quod iste titulus, non est formaliter traditus, & compilatus pro text. Sed potius sunt quædam notulæ, seu glossæ, quæ fuerunt reductæ per conclusiones in materia feudali per aliquos sapientes, ad declarationem eorum, quæ dicta sunt suprà in præsenti opere. Quod patet, quia vt plurimum pro confirmatione ipsarum adducuntur leges, aut Romanæ vel Lombardæ. Et hoc etiam voluit gloss. hîc posita in prin. tituli cum qua pertranseunt Docto. &c.

SVMMARIA.

1 *Creditores cameræ vel cauenæ Vasallis præferendi.*
2 *Amicus in prosperitate amicum non deseret in aduersitate.*
Vasallus an teneatur dominum egenũ alere.
Alimenta ex feudo, quod retinere non potest, an Vasallo sint præstanda.

NOTANDVM. Feudũ quod de camera, vel cauena debetur, tunc demum exsoluẽdum est, quando camera vel cauena habet vnde soluat, deducto ære alieno. h. d. Præmitte pro euidentia, quid sit feudum de camera vel cauena, vt dixi suprà de feud. cogni. in c. 2. In text. seu litera ibi datur, vt quia Vasallus debet habere omni anno decem, quæ sibi debent solui ex camera vel cauena, vel ex alio certo loco. Ibi, sine culpa promissoris, id est, domini, & subaudi, quia secùs, si ex sua culpa, quia tunc teneretur dominus soluere, dato quod tunc nihil esset in camera, vel in cauena. ar. in l. etiam. in §. 1. & in §. fi. ff. sol. matri. Ibi, soluto. Simile videmus in donatore propter eius liberalitatẽ pristinam, vt in l. inter eos. in §. his quoq;. ff. de re iudi. Ibi, quem videre agentem, hoc est dicere, vt Vasallus videat dominũ suum agentem. Ibi, quem, scilicet, dominum. Ibi, habuit, scilicet ipse Vasallus. Ibi, in cõiugem, id est, earum à coniungo coniungis secundum Andre. de Isern. Vel dic secundum Bald. quod iste text. loquitur per similitudinem de marito ad dominum, quoniam sicut vxor non potest conuenire maritum, nisi deducto ne egeat, cùm iniquum esset, vt ipsa videret ipsum egentem, quem primò habuit in coniugem. l. marito. ff. solu. matri. Ita quoque dicendum est de Vasallo ad personam sui domini per istum text. Et ex isto text. sumit Bald. quod si apponeretur pactum in contrarium, quod non valeret, vt ff. solu. ma. in l. alia in §. 1.

1 † Not. quod creditores cameræ & cauenæ præferuntur Vasallis concurrentibus, secum in exigendo, à dicta camera, vel cauena, quod sibi debetur. Et potest esse ratio, quia in creditore nulla est liberalitas domini, sed in Vasallo sic. Meritò magis fauetur creditori. arg. in l. iuris ignorantia. Habet enim necesse Vasallus expectare, vt prius æs alienum soluatur, donec ex camera, vel cauena sibi solui possit. Et est ratio, quia ista verba, quod debeat habere de cauena vel camera, sunt adiecta loco donationis, vt tantũ de dicto loco fieri debeat dicta solutio. arg. in l. 1. ff. de exercitoria. Facit quod dixi sup. tit. 3. in §. illud. & l. fin. in §. fin. de contrahen. emp. & quod not. in l. 7. in §. hactenus. ff. de vsufruct. secundum dominum And. & Bald. Secùs autem, vbi locus esset adiectus causa demonstrationis, quia tunc dato, quod in eo loco non esset, debent tunc solui ex alijs bonis. l. quidam testamento. ff. de leg. 1. & de lega. 2. l. Lucius.

Intelligas tamen, quod ista sua expectatio, seu dilatio non aufert sibi ius suum, quia cùm facultas cameræ obtulerit, tunc soluetur Vasallo etiam pro præterito tempore, quo fuit cessatum, sicut videmus in similibus præstationibus annuis esse fiendum, vt sterilitas vnius anni recompensetur cum fertilitate alterius. l. licet. C. locati. l. legatum. §. 1. ff. de annuis lega. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obli. cum similibus. Quod enim differtur, nõ aufertur, vt not. in l. deberi. C. de fideicõmis. liber. Secùs si obligatio esset simplex limitata ad certum locum, vt quia quis sit obligatus ad soluendum decem amphoras vini, quod nascetur hoc anno ex tali fundo, quia tunc si non nascerentur, nisi quinque, non debebitur vlterius. l. cùm certus. ff. de tri. vi. & oleo leg. & de hoc dic vt ibi nota.

2 †Not. quod qui habuit amicũ in proſpera fortuna, debet ſibi quoq; compati, dũ eſt in aduerſa, vt hîc & in l. ſi cùm dotẽ, in §. ſi maritus. & in §. ſin autem in ſeuiſsimo. ff. ſolu. ma. Quæro ab extra, an iſte tex. extendatur ad alia feuda, vt ſi dominus veniat ad inopiam, debeat vaſallus ſibi relinquere tantum ne egeat, & de hoc dic, vt no. in l. in cõdemnatione. ff. de reg. iur. & per Cyn. in l. fina. C. de reuo. dona. & per Iacob. Ardizo. in titu. quibus modis feudũ amit. ſub rubricella, an vaſallus teneatur dominum egenum alere, & ibi determinat quod non. ff. de admi. rerum ad ciui. perti. l. 3. §. pe. & vbi pupil. edu. l. 1. in fin. Niſi dominus pro facto vaſalli conſumpſiſſet ſua bona. argumen. ff. de decurio. l. decur. De quo dic, vt plenè dixi in c. licet. ſuprà ſi de feu. fue. controuerſ. Et ſi apponeretur pactum in donatione feudi, illud deberet ſeruari, dato quod feudum non eſſet de camera vel cauena, vt ſup. quid ſit inueſti. in §. penul. Licet Bald. hîc videatur tenere contrarium, faciens differentiam in feudo cauenæ, & alia feuda.

a Nam ſeruus nõ poteſt eſſe teſtis. Adde Bal. in rub. C. de Sũma trini. Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. pe. ff. de eden. Bar. in l. de pupillo in §. ſi quis ipſi. 5. q. ff de noui ope. nũ. c. veniens. el. 2. & ibi Doct. de teſti. Spec. tit. de teſte. in §. 1. ver. itẽ ꝙ eſt ſeruꝰ. Cal. conſi. 25. in ci. teſtator hñs filios in tit. de teſti.

b Qui aũt intelligantur idonei teſtes. Adde quot requiruntur vt teſtes dicantur idonei. vide per Doc. in c. 2. de teſti.

Quod non puto verum, vt dixi in dicto c. licet. & ſi pactum nõ ſeruaretur, deberet vaſallus priuari feudo, vt ſuprà quæ fuit prima cauſa beneſi. amit. in §. ſed nec eſt alia. Vtrum autem vaſallo ſint præſtanda alimenta ex feudo, quod retinere non poteſt, dixi ſup. Epiſcopum vel Abba. in §. ſi. vbi videas.

Vltimò ad materiam præſentem vide plura, quæ dixi in capit. 2. ſup. de feu. cogni. & in remiſsionibus quas ibi adduxi.

SVMMARIA.

1 *Pares curtis ad probandum nouam inueſtituram requiruntur.*
Teſtes idonei qui cenſeantur.
2 *Teſtes duo ſufficiunt vbi leges numerum non ſtatuunt.*

QVOD AVTEM PARES. Regula quæ diſponit, quod inueſtitura debet fieri coram paribus, habet locum, quando dominus habet pares. Secùs ſi non haberet, quod tunc poſſet fieri etiam coram extraneis, & idoneis teſtibus ſaltem duobus. h. d. Et venit ad limitationem eorum, quæ traduntur ſup. quid ſit inueſtit. in princip. Qui autem ſint pares, habetur in c. 1. in princip. ſi de inueſtit. inter dom. & Vaſal. Nam ſunt conuaſalli, qui tenent feudum ab eodem domino. In tex. ſeu litera. Ibi, inueſtituræ feudi, ſcilicet, noui. Ibi, & non alij, ſubaudi, prout, dixi in dicto titu. quid ſit inueſtitu. in princip. Ibi, alioquin, ſcilicet, ſi non habeat alios Vaſallos. Ibi, adhibeat dominus, ſcilicet, teſtes etiam extraneos, quos, &c. vt ſequitur in text. & probatur ſuprà de conſuet. recti feudi. in §. 1. Ibi, poterit dummodò ſint idonei, vt probatur ſuprà, quid ſit inueſtitura. in §. ſi verò inueſtitura. Ibi, liberos, a tamen. Nam ſeruus non poteſt eſſe teſtis, vt l. qui teſtamẽto. §. ſeruos. ff. de teſta. & l. ſerui. ff. de teſti. Ibi, argumentatione probat prædicta arguendo de lege Lombardorum, vt ſequitur. Ibi, legis, ſcilicet, publicè. Ibi, de compagenſibus ſuis, hoc eſt, de habitantibus in eodem loco, vbi ipſe habitat. Nam pago idem eſt quod villa, vt l. forma. ff. de cenſibus, pagenſis eſt ille, qui habitat in villa. Vnde compagenſis eſt ille, qui ſimul habitat in eadem villa vel terra. Et hoc probatur in Lombarda in titu. de teſtibus. in §. ſi quis cum altero. & in l. optimus quiſque in pago. Ibi, idoneos, b qui autem intelligantur idonei teſtes b colligitur ex l. tertia. per totum. & in l. idonei. ff. de teſtibus. & plenè in l. optimam. in fin. C. de contrahen. & commit. ſtipu. Ibi, duos vel tres, vt colligitur ex dicto §. ſi verò inueſtitura. ſuprà quid ſit inueſti. vbi text. loquitur in plurali numero. Ibi, pluralis iſta verba vſque in fin. ſumuntur ex l. vbi numerus. ff. de teſti.

1 † Not. quod ad inſtituendam ſeu probandam nouam inueſtituram feudi acquiſiti de nouo, ſunt neceſſarij pares curtis, vt hìc & ſuprà, qui teſtes ſint neceſſarij ad probandam inueſtituram. Et eſt ratio, ne quid falſitatis excogitetur in perniciem domini, quod facile non eſt credẽdum in perſonam partium, qui iam iurauerunt fidelitatem ipſi domino, vt dixit text. inf. eo. in §. idcircò.

Et prædicta procedunt, quando dominus habet pares. Secùs autem ſi non haberet pares, quia tunc ſufficerent alij teſtes etiam non pares, dummodò aliàs ſint idonei, vt hîc & in d. §. 1. ſuprà de conſue. recti feudi, & in §. ſi verò quid ſit inueſtitu. Et eſt ratio, ne facultas probationum anguſtetur & tollatur. l. quoniam. C. de hæreticis. & l. generaliter. C. de iureiur. & ff. de teſti. in l. current.

2 †Not. quòd vbi lex non ſtatuit numerum teſtium, debent ſufficere duo, vt hìc & in dicta l. vbi numerus. & l. inter. in fin. ff. de verbo. ſignifi. Et eſt ratio, quia in ore duorum vel trium ſtat omne verbũ, vt in c.

licet

licet vniuersis.extra de testibus.& in capi. cùm esses.extra de testa. De quo dic plenè per Dyn.in capi.pluralis locutio.de regu. iuris.libro 6.

Vltimo ad materiam præsentem, vide gloss.magnam,& quod ibi dixi supr.qd sit inuesti.in prin.& in d.§.si verò inuestit. & in remissionibus ibi adductis,& plenius in remissionibus,quas adduxi supr.in titu. qui test.sint neces.ad proban.feu. inuesti. & ibi materiam istam satis examinaui, & quod etiam dixi in d. §.1.supr.de consued. rect.feu.& infrà eo.§.idcircò.

SVMMARIA.

1 *Res propriæ & etiam communes in feudum dari possunt.*

Res communis an possit in totum dari in feudum.

2 *Hæredes factum defuncti non irritabunt.*

3 *Inuestitus de nouo eodem iure fungetur in re infeudata qua fungebatur inuestiens.*

Feudum commune cum alio habens, an possit suam partem dare in feudum.

4 *Partes ad æqualitatem reducuntur in iudicio communi diuidundo.*

Quod possum per me, an possit etiam fieri per alium.

ITEM SCIENDVM. Diuiditur iste §.in quatuor partes vsq; ad §.idcircò.&c.Quoniam in prima parte ostendit, qualiter quis possit infeudare partem suam, quam habet cum alio in re communi. In secunda declarat, quod hæres huius infeudantis,non potest cōtrauenire prædictæ inuestituræ. In tertia declarat, qualiter iste inuestitus habet illud ius in dicta re,quod habebat inuestiens & eius hæres.In quarta docet, quod inuestitura feudalis potest dari & accipi per procuratorem.Secunda ibi,item hæres. Tertia ibi,item eadem. Quarta ibi,item inuestitura. Inuestitura potest fieri de cōmuni, q̃ si fiat,poterit tam inuestitus quàm inuestiens compellere consortem ad diuidendū, quam inuestitus hæres inuestientis nō potest infringere. Ipseq; inuestitus consequitur ex dicta inuestitura,idem ius,q̃ habebat inuestiens ad eo, q̃ poterit vsq; ad 40. annos petere,vt diuisio malè facta iterum fiat,& reducentur partes ad æqualitatem; & inuestitura potest dari & accipi per procuratorem.h.d.In tex.seu litera.Ibi,& si.i. quamuis.Ibi,faciat.s.dominus inuestiens. Ibi, qui inuestiuit, scilicet, dominus. Ibi, eum,scilicet,qui tenet rem communem. Ibi,per iudicē, scilicet, cognoscentem de dicta diuisione, vt l.ad officium. ff. communi diui.Ibi,& ille,quasi dicat,q̃ non solùm dominus inuestiens,potest cogere ad diuisionem, sed inuestitus. Ibi,eius,istud verbum eius regitur cum verbo pater, q̃d est infr.Ibi,inuestituram, quia non potest infringere, postq̃ est hæres etiā si aliquod ius habuisset in dicta re infeudata.l.cum à matre.C.de rei ven.secundum Andræ. de Iser. Ibi,hæredi suo. Nam sicut potuisset inuestiēs,seu eius hæres, vsq; ad 40. annos agere cōtra consortem post factam diuisionem,& reducentur ad æqualitatem,nō obstante diuisione facta,si in ipsa diuisiōe intercessisset læsio,ita eodem modo,poterit petere iste inuestitus, vt iterum fiat diuisio æqualis,& partes reducant ad æquationem.i.ad æqualitatem in dicta re, vt sequtur.Ibi,ad 40.annos,ista verba sunt sumpta ex Lōbarda in ti.de præscriptione.l.si inter fratres,& dixit Pet.de Cer.& Bal.esse speciale in feudis, vt isto casu possit peti ista adæquatio,vsq; ad 40 an. Nam in alijs præscribitur 30.nisi actio esset perpetua.l. 1. C. de annali excep. Ibi, accipi potest, vt est casus sup.per quos fiat inuesti. c.1.in §.sed vtrum.Ibi,lege,si quis, subaudi, & in d.l.si inter.de præscrip.supra allegata.

1 †No.ex prima parte,quod non solùm possunt dari res propriæ in feudum, sed etiam communes, quo casu, pars pro indiuiso intelligitur data, quam inuestitor habebat in re communi, vt hîc & in l.5.§. fi.ff.de lega.1.& C.de dona.l.portio.& C. de communi.rerum alie.l.falso.& de iure doti.l.ante diuisionem.

Quod intelligas verum, si nondum prouocatum erat ad diuisionem, vel aliter esset res effecta litigiosa.arg.in l.1.in fi. C.communi diui.& ff.fami.hercis.l. alienatio.& tenet Iacob. Ardiz.in Summa.in titu.quibus modis feudum acquir.sub rubricella,quod res communes possunt dari in feudum. Facit quod no.gl.in d.l.portionem.Vtrū autem quis posset dare in feudum totam rem communē? dic q̃ sic in p̄iudicium ipsius dantis, sed non in præiudicium alterius domini socij, prout dicimus,quando quis dat in feudum rem alienam. De quo dic vt latè dixi suprà in titu. de inuesti.de re alie.facta.

2 †No.ex secunda parte,quod hæredes non possunt infringere factum defuncti, vt hîc, & in lege fi.in Auten. hoc amplius. C.de fideicō.De quo dic per Doct.in l.ea quæ à patre. C.de resti.mili. & facit suprà

qui ſucce.tene.in c.1. & ff. de iure doti.l.ſi ego.in §.1.

3 †Not. ex tertia parte quod inueſtitus de nouo, fungitur eodem iure in re feudata, quo fungebatur inueſtiens ante conceſsionem inueſtituræ, vt hîc & ſup. de lege Corad.in c. 2. in §. profectò. & l.in hoc iudicium.in §.ſi inter ſocios. ff. communi diui. & ff. de regul. iur. l.quod ipſis. Vnde poteſt cõmune eiuſdem rei deducere cauſam ad iudicium, & tranſigere & componere, vt ſuprà ſi de feud. fue. controuer.in c.ſi Vaſal.de ſuo. & etiam prouocare conſortem ad diuiſionem, vt hîc & in dicta L. ad officium. Nemo enim compellitur ſtare[a] in communione l.fi.C.communi diui. Vtrum autem habes feudum commune cum alio, poſsit dare in feudum partem ſuam alteri, dixit And.de Iſer. quod ſic per iſtum tex. dummodo ſeruet ea, ad quæ tenetur vaſallus, quando vult feudum ſuum alteri infeudare, vt dixi ſup. qualiter olim po.feu.alie.in §.1.& in c.beneficium. ſup. ſi de feu. fue.contro.

a Nemo enim compellitur ſtare. Adde gloſ. in l. 1. ff. fa. herc. l. 1. in §. ad hoc. & ibi Cyn. C. de Anna. exce. Ioan. And. in add. Spec. tit. de iudic. in §. ſequitur videre. ver. itẽ ſi hæres.

4 †No. ex dicta tertia parte, quod in iudicio cõmuni diuidẽdo partes debent reduci ad ęqualitatẽ, vt hîc. & in l. pe. in fi. C.cõmuni diui. l.ſi non ſortem. in §.ſi cẽtum.ff.de condi.inde. Et eſt ratio, quia hîc iudicium eſt bonæ fidei. l. per hoc iudiciũ. §.2.ff.communi diui. & in d.l. in hoc iudicium.in §.1. No. ex hac quarta parte regulam, quòd id quod poſſum per me, poſſum facere per procuratorem, vt hîc & in d.§. ſed vtrum. Nam in ſimili videmus, quod Vaſallus poteſt ſeruire per alium,[b] vt ſup. de prohi.feu.alie.per Fed. in §.firmiter. & in c.ſi quis deceſſerit. vt ſupr. ſi de feu. fue. contro. Eodem modo poteſt acquiri poſſeſsio per alium.l.1.C.de acqui.poſ.& in l. per procuratorem.cum ſi. Similiter beneficium eccleſiaſticum, vt in capitu. accedens.extra de præben. Sed quia iſta eſt via Brocardi, an quod poſſum per me, poſſum per alium: dic vt dixi in dicto §.ſed vtrum.

b Vaſallus poteſt ſeruire per aliũ. Adde Barto. in l. continuus. in §.ſi Labeo. ff. de verb. obl. Bald. in l. 1. in §. ne autẽ. C. de cadu. toll. Archi. in c. Epiſcop. 88. diſtinct.

Vltimò pro remiſsionibus ad præſentem §. facientibus ſufficiant remiſsiones hîc in litera per authorem adductæ, & quas in notabilibus in qualibet parte allegaui, & præſertim in Summa Iacob. Ardizo. in dicta rubricella, quod res communes poſſunt dari in feudum, vbi iſtum §. examinauit.

Circa verò materiam diuiſionis, dixi in capitul. omnes. ſuprà ſi de feudo fuerit controuerſia, & ſuprà titul. tertio in §. præterea ducatus.

SVMMARIA.

1 *Falſitati & fraudibus via debet præcludi.*

IDCIRCO. Iſte §. continuatur cum §. quod autem pares. ſup. e. Quoniam aſsignat rationem eorum, quæ ibi tãguntur. vcz. quare in inueſtitura feudi de nouo creandi ſunt neceſſarij pares, prout ibi dicitur, quia reſpondetur per hunc §. quod ratio eſt, quia in iſtis paribus ceſſat ſuſpicio fraudis & præſumptio ſuſpicionis, vt non cõmittant falſitatem aliquam in dominũ domini, tum qa ſemel iurauerunt fidelitatem ipſi domino tum propter beneficium ſuum, quod habuerũt à domino, quæ rationes ceſſant in alijs teſtibus non paribus, qui pſumuntur facilius excogitare fraudem aduerſus dominũ, & citius corrumpi gratia, odio, vel pecunia. Et ideò vbicunq; extant pares, illi debẽt admitti pro teſtibus ad ipſam inueſtiturã creandam & probandam. Secùs autem ſi nulli eſſent pares, quia tunc etiã extranei deberent admitti, ne facultas pbatiõum anguſtetur, & tollatur, vt ibi dixi, & ſupr. qui teſt. ſint nece. ad proban. inueſt. in c.1. & hoc vult iſte §.

1 †Ex quo no. etiam per conſuetudines feudorum eſſe præcludendam viã, in quãtũ eſt poſsibile aduerſus falſitates, ſicut etiam cautum eſt de iure Cõmuni, vt L.1.§. editiones. ff. de eden. facit quod dixi ſupr. ti.2.in §. callidis. Cætera verò ad materiã huius §. pertinentia, dic vt dixi in locis ſuperius allegatis, & in remiſsionibus ibi adductis, & per Ia. Ard. in Sum. ti. de conten. feu. ſub rubricella, quando ſacramentum datur Vaſal. quando domino. §.1.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum feudi ſi falſum fuerit acerrima indagatio non neceſſaria erit.*

SI INSTRVMENTVM. Vbi controuerſia vertitur inter domi. & vaſallum, de inſtrumento inueſtituræ, quia dominus dicit illud falſum, & ſe nullam inueſtituram feciſſe, & vaſallus ſit in poſſeſsione feudi vigore dicti inſtrumẽti, quod apparet non abolitũ, nec cancellatum, ſtabitur ſacramento vaſalli, licet aliqua ſuſpicio, ſeu præſumptio ſit cõtra prędictum inſtrumentum. Vbi verò prædictus vaſallus non eſſet in poſſeſsiõe, tunc ſtabitur ſacramento domini iurantis ſe

tis se non inuestiuisse.h.d. Et diuiditur in duas partes. Nã in prima vasallus possidebat. In secunda dominus. Secunda ibi, & iniquũ. Et præmitte pro euidentia ordinẽ traditum supr. in titu. de contro. inuest. in prin. & in §.1. vbi declaratur, quid iuris sit, quando cõtrouersia oritur inter domi. & vasal. de inuestitu. feudi, & de tali ordine sensit ista litera. In text. seu litera. Ibi, falsum à domino, subaudi, sed nõ probat plenè, licet solùm quasdam cõiecturas & suspiciones adduxit, & ideò statur sacramẽto vasalli possidentis, & prædictas suspiciones & coniecturas per sacramẽtum purgantis. vt sequitur. Ibi, defensio, id est, sacramentum ad sui defensionem, vt dixi in d.c.1. in princ. quid sit inuesti. Ibi, vasallo, subaudi possidenti, & qui in possessione stetit ad minus per annum, vt sup. si de inuesti. inter dominum & vasallum lis orit. in c.2. in fin. & no. gloss. in dicto capitulo primo, de controuer. inuesti. Ibi, affert, id est, produxit. Ibi, instrumentum, subaudi, non abolitum, & non cancellatum. argu. in l. fi. C. de edict. diui. Adri. tol. Ibi, & aufertur domino, scilicet, defensio isto casu, licet sciat veritatem. Et est ratio, videlicet, propter cõmodum possessionis, quam habet vasallus, vt in dicto capitulo primo, de controuersia inuestitu. Secùs autem si non possideret, quia tunc esset iniquum, auferre domino defensionem, vt sequitur. Ibi, cùm domini est defensio, id est, sacramentum, quia statur sacramento domini ad sui defensionem, cùm ipse dominus possideat, & vasallus agat ex dicto instrumento suspecto. Ibi, ex ordine, subaudi, tradito, supr. in dicto titulo de controuersia inuestitu. in princip. & in §. primo. Ibi, possideat. Et hoc intelligas procedere ꝑ ut statim dicam. Nota ex ordine tradito circa controuersias inuestiturarum hoc esse tenendum, & obseruandum, quia aut constat de inuestitura, quæ habet debitas solennitates, & tunc si dominus possidet tenetur tradere possessionẽ feudi, ipsi vasallo, vt in dicto titulo de controuersia inuestiturę, primo responso. Aut dubitatur de viribus instrumenti ipsius inuestituræ, & tunc statur sacramento domino, qui nouit veritatem, vt in hoc §. in secunda parte.

Quod intelligas verum, nisi aliquid induceretur per vasallum, quod haberet mouere animum iudicis ad deferendũ sacramentum ipsi vasallo, quia tunc iudex posset deferre vasallo, si sibi videretur. Et per hoc vide, quod latè dixi in §. sacramẽtum. supr. de consue. rect. feu. in 2. not. vbi declaraui istum passum, tam in inuestitura veteri, quàm in noua. Et ad hoc facit, ꝙ no. glo. super verbo defensio. supr. in d. tit. de contro. inuesti. in princi. & quod ibi latè dixi in distinctione, sed interdum vasallus possidet, & dominus dicit non inuestiuisse eum, & allegat instrumentum inuestituræ, esse falsum, & tunc si vasallus sterit in possessione pacifice per annum domino sciente, & non contradicente, & tunc debet stari solo sacramento ipsius vasalli, vt hîc in prima parte, & in d.c.2. in fi. suprà si de inuesti. inter domi. & vasal. lis oritur. Aut possedit minus anno, vel possedit anno domino ignorante, & tunc deferri domino debet sacramentum, vt sup. de consuetud. recti feudi in fine. Nisi aliud sit q̃d moueat iudicem ad deferendum ipsi possessori, vt dicitur, quo casu, stabitur sacramento vasalli, vt solus iuret, vel cum sacramentalibus 12. vt supr. de conten. inter domi. & vasal. de inuestit. in princ. de quo dixi suprà de consue. recti feudi in prin. in 3. notab. Vbicunque enim in hac materia feudali, tractatur de sacramento pręstando, debemus recurrere ad theoricam traditam. in dicto §. sacramentum, & notat. glossa sexta, suprà de controuersia inuesti. in principio.

Et prædicta sunt vera in vasallo possidente, qui nõ est Gastaldus, seu actor ipsius domini, quia aliàs esset præsumptio contra ipsum, & deferretur sacramentum domino, vt supr. de conten. inter domi. & vasal. in §. hoc ita.

1 †No. quod instrumentum feudi dicatur falsum, non fit acerrima indagatio, q̃d patet, quia licet per aliquas coniecturas deducatur falsitas: nihilominus stabitur sacramento vasalli possidentis, qui illud producit. Et hoc ideò, quia ista falsitas deducebatur ciuiliter. Secùs autem si criminaliter, quia tunc regula est in contrarium, quod in crimine falsi acerrima fiat indagatio. L. vbi falsi. C. de falsis. cum ibi no. in gloss. Iste enim qui allegat falsitatem, debet probare plenè. L. sciant cuncti. C. de proba. Vnde quanquam aliquam suspicionem adducat, purgabitur talis suspicio per sacramentum ipsius possidentis, & instrumentum producentis. Facit ad prædicta L. iubemus. C. de probati. Statur enim instrumento publico, donec probetur contrarium. L. cum precibus. C. de probatione.

Vltimò

Vltimò de materia huius §. vide in dictis quinque locis allegatis, videlicet, in dicto ti. de contro. inuesti. in prin. de conten. inter dominum & Vasallum. & in titu. de inuesti. inter domi. & Vasal. & in dicto c. 1. in prin. de consue. rect. feu. & in §. sacramentum. & per Iac. Ardi. in Summa in titu. de conten. feud. sub rubricella, decurritur ad sacramentum Vasall. & in remissionibus quas adduxi in d. §. sacramẽtum. & de gradi. in §. fi. & quod dicam statim in §. fin. infrà eod. vbi declaratur forma iuramenti.

SVMMARIA.

1 *Pares in pares, ius dicere possunt.*
2 *Testis in iudicio licitè deponit id, quod extra iudicium se nescire asseruit.*
Iuramentum posterius an poßit derogare & tollere prius iuramentum.
Testis an poßit corrigere dictum suum.
Testis qui semel deposuit, an poßit compelli, vt iterum testificatur.
Testis negans id se deposuisse, quod notarius scripsit, cui credendum.

NOTANDVM. Pares compelluntur per eorum iuramentum dicere veritatẽ de his, quæ sciunt circa controuersias vertẽtes inter dominos & Vasallos. Et licet quandoq; extra iudicium, & sine iuramẽto dixerint se nihil scire, tamen ad dictum iuramẽtum cogendi sunt. h. d. In text. seu litera. Ibi, si pares, subaudi, qui in testes producuntur, vt quia fortè erat controuersia de inuestitura feudi noui, quæ per pares debet probari, vt dixi supr. eod. in §. 1. & in §. idcircò. Vel potest intelligi de controuersia, quæ esset orta circa feudum antiquum, q̃d patet per istum text. qui dicit de omni controuersia, &c. quo casu, secundum regulas communes, omnes testes regulariter possunt compelli ad deponendum veritatem l. si quãdo. C. de testi. Ibi, & paribus. s. tanq̃ iudicibus. Nam supponitur in isto tex. q̃d pares erant pro testibus aliqui pro iudicibus. Nam in causis vertentibus inter dom. & Vasallum pares cognoscunt, & sunt iudices, vt supr. in tit. 3. in §. pen. dominus etiam poterat eos compellere ratione iurisdictionis, quam habet in Vasallos suos, vt supr. quid sit inuesti. in §. 1. Et si nollet eos compellere, tunc haberetur recursus ad superiorem, vt suprà si de inuestitura inter dominum & Vasallum lis oritur. in c. primo. Ibi, quod si dicant, scilicet, extra iudicium, & sine iuramento. Ibi, dominus cogit. Et si nollet cogere, tunc recurreretur ad superiorem, qui eos coget, vt suprà dixi, quinimmò si ipse dominus esset causa, vt subterfugerent, & nollent deponere, præsupponeretur habere iniustam causam, vt not. in c. cùm causam, extra de testibus.

1 †No. quod pares habent iurisdictionem in pares, vt hîc & sup. de contro. feu. apud pa. termi. & de contro. inter vasal. & Episcop. Possunt enim compellere pares testes ad deponendum veritatem per eorum iuramentum, sicut possunt cæteri iudices. l. 2. §. 1. cum ibi no. ff. si quis cau. & de tabel. exhi. l. locum. §. exhiberi. Vtrum autem & qualiter testis cõpellatur inuitus, dic vt in d. l. si quando. & l. inuiti. & in l. lege Iul. ff. de testi.

2 †No. quod licet testis primò dixerit extra iudicium se nescire, tamen si postea in iudicio iuratus deponat super facto, tãquam sciens, valebit eius dictum, secundũ Bal. vt hîc & in d. §. 1. quid sit inuest. Ex quo inferas, quod ipse testis non incidet in falsum, quanq̃ primò celauerit veritatem extra iudicium.

Quod intelligas verum, si nondum iurauerat. Aliàs si cũ iuramento affirmasset vnum extra iudicium, non posset postea cum iuramento affirmare contrarium in iudicio, quia incideret in falsum. argumentum eorum, quæ no. in l. Lucius. ff. de his qui no. infam. & dixi in d. c. 1. si de inuesti. inter domi. & Vasall. in notabilibus. Si tamen ipse testis deposuisset per iuramentum se non recordari, & postea etiam iuratus deponit super facto dicens, se non recordari, quod tunc nõ incidit in falsum, sed probabit, quia possibile est, quod qui nõ recordatur hodie, recordabitur cras secundũ Bal. De quo etiam dixi in d. §. 1. sup. quid sit inuestitu. vbi videtur tex. & de his tangit Bar. in l. eos. ff. de falsis. & per Bald. in l. gesta. C. de re iudic. & per Iacobum de Are. in L. secunda. in §. quod obseruari. C. de iura. calum. quod autem si testis per iuramentũ deponat sup facto, & postea ex interuallo dicat per iuramentum, se falsum deposuisse, cui dicto standum est, dic per Bal. in Autenti. si dicatur. C. de testi. & supr. de contro. inuesti. §. item si Vasal. & in l. generaliter. C. de nõ nu. pecu. & in Auten. at qui semel. C. de pba. & ibi per gloss. & Cy. an possit testis corrigere[a] dictum suum, de quo per Bartol. ff. de adulteri. in L. si postulauerit. §. si negauerit. & ff.

[a] *An poßit corrigere. Adde capitu. clamor. de testi. gl. in §. qui verò multi. in Autent. de testibus.*

& ff. de falsis. in l. eos. & per Canoni. extra de testi. cogen. in c. præterea. gloss. fina. & in c. per tuas. extra de testi. & in Specul. de teste. §. primo. versi. item quot testes. Sed vtrum testis qui semel deposuit, possit cōpelli iterum testificari, dic vt not. per glo. & Doctor. in dicto capitulo præterea. extra de testi. cogen. Quid autem si testis dicat se aliter deposuisse, quàm sit scriptū p notarium, cui vt credendum, tangit Spec. in titulo de instrumento edict. in §. restat. versicu. quid si dum. & in titulo de teste. §. 1. versi. sed pone ecce iudex. Et vide circa has quæst. testium. q. dixi supr. de inuesti. inter do. & Vasal. c. 1. in notabilibus.

Vltimò ad materiam præsentis §. adducas plura, quæ scripsi in d. §. 1. supr. qd sit inuest. & in d. c. 1. si de inuest. inter do. & vas. & vide in remissionibus, quæ hîc in litera allegantur præsertim in d. l. si quādo.

SVMMARIA.

1 *Sacramentum principalis à sacramento successoris differens erit.*

2 *Vasallus in controuersia inuestituræ debet dominum & inuestitorem exprimere.*

Et an cogatur nominare authorem suum, & an debeat in iudicio nominare.

CVM DATVR. Diuiditur in duas partes vsq; ad finem. Quoniam in prima parte assignat differentiam inter sacramētum domini, & sacramētum successoris. In secunda ex hac differentia infert, q Vasallus, qui litigat cum domino occasione inuestituræ feudalis, debet declarare, qui fuit dominus, qui inuestiturā fecit, ad hoc vt cognoscatur, an iste dominus q litigat, sit dominus principalis, qui inuestituram fecit, an eius successor. Secunda ibi, si qua, &c.

CASVS.

Vbi controuersia inuestituræ feudalis debet terminari per sacramentum domini, debet ipse dominus, qui inuestiturā fecit iurare de veritate, videlicet, se inuestituram non fecisse. Si verò sit eius successor debet iurare de credulitate, videlicet, se non credere, quod antecessor fecerit dictam inuestituram, & ideò per Vasallum declarandū est, quis fuit ille dominus, qui dictam inuestiturā fecit. h. d. Et venit iste §. ad declarationem eorum quę dicta sunt suprà eo. in §. si instrumentum. In text. seu litera. Ibi, defensio, id est, sacramentum ad sui defensionem, vt declaraui in d. §. si instrumentum. Ibi, dicitur. s. per Vasallū. Ibi, à se, scilicet, domino. Ibi, iurare debet, scilicet, ipse dominus. Ibi, nō fecisse, & sic iurat de veritate. Ibi, successori eius. s. domini. Ibi, non credere, & sic iurat de credulitate. Ibi, dicetur. i. si Vasallus dicat dominum fecisse sibi aliquam inuestituram. Ibi, debet. s. Vasal. Ibi, hæreditarium. i. successoris illius, qui dicitur fecisse inuestituram. Ibi, principali. i. illius, qui dicitur fecisse inuestituram. Ibi, iurare debet. s. successor, quoniam iurat de credulitate secūdum eius conscientiam, vt supr. dixit. Ibi, alieno facto. s. de veritate alicuius facti. Ibi, hæres, subaudi, siue sit hæres. Ibi, sed contrarium reperitur, subaudi, & malè, qa illud ius Lombardorum non habet in se rationem, & ideò non attendendum, neq; seruandum aliquo modo And. de Iser.

1 †Not. quod sacramentum principalis differt à sacramento successoris, vt hîc, & in l. generaliter hîc allegata in litera. Et ideò diuerso modo iuratur, quoniam alia est conscientia ipsius principalis, qui iurare debet de veritate, cùm in facto ,pprio non sit tolerabilis ignorantia. vt ff. ad Velleia. Quanq, & alia est conscientia ipsius succedentis, qui habet iustam ignorantiæ causam. l. qui in alterius. ff. de reg. iu. & ,pbatur in §. sacramentum. in ver. dominus verò. supr. de consue. rec. feu. Facit l. videamus. in prin. ff. de in litē iuran. & l. Marcellus hîc allegata, & quod dixit Bart. in l. inter omnes. in §. rectè. ff. de fur. Qualiter autem debeat iurare Vasallus, dic vt dixi supr. de consue. rect. feu. in ver. & cùm datur in notabili vltimo.

2 †No. quod in cōtrouersia inuestiturę debet vasallus nominare dominum, & inuestitorē suū, & exprimere psonā, à q habuit inuestiturā, facit l. si ita. in §. Grisogonus. ff. de verb. obli. & l. sine possidetis. C. de ,pba. Vtrum autem quis debeat nominare authorem suum, dic vt per glo. & Doct. in l. cogi. C. de peti. hęre. An autem Vasallus conuentus possit nominare dominū in iudicio, dic per glo. & Doc. in l. 2. C. vbi in rē actio. & in Spec. de primo decre. §. restat. ver. sed nunquid. & ibi Io. An. & in versic. quid si Emphiteota. cum sequen. facit qd dixi suprà si de feu. fue. contro. in c. si Vasal. in oppositione 2.

Vltimò ad materiam huius §. vide alia, quæ dixi in d. vers. & cū datur. & in remissionibus, quas ibi adduxi, & quod dixi sup. eod. in dicto §. si instrumentum, in primo no. & in remissionibus ibi adductis. & sup. si de inuestitur. inter dominum & Vasallum. in c. 1. in prin.

DE

DE STATVTIS ET CONSVETVDINIBVS CONTRA libertatem ecclesiarum tollendis.

RVBRICA.

Explicitis varijs causis feudalium cõflictibus, agere nunc intendit author deliberare ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum secutus ordinem Gratiani in suo laudabili opere Decretorum, qui post finitos varios tractatus causarum subiecit in fine dicti operis sui de cõsecratione ecclesiarum. Et hæc continuatio punitur ibi in glossa summæ. Nunc similem ordinem orditus est Imperator Iustinianus in suo opere Autẽticorum. In quo nobis tradit in fine dicti sui operis tractatum de priuilegijs ecclesiasticarum personarum, vt probatur in vltima rubric. dicti operis, quæ intitulata est de sanct. Episcop. & in principio dicti tituli, vbi hæc continuatio comprobatur. Considerauit etiam author noster tempora Imperatorum, qui leges in hoc opere intersertas nobis reliquerunt, quoniam secũda temporaImperatorum eas leges successiuè, & ordinatè collocauit, quod patet, quia primò posuit leges & capitula Coradi primi, de quo suprà de his qui feud. dare poss. in princip. & in titulo de lege commiss. & de capi. Coradi, cuius imperium incœpit anno 1015. Subsequenter posuit leges Lotharij tertij, de quo in pluribus locis huius operis fit mentio, præsertim in titul. suprà de prohibit. feudi alienatione per Lothar. cuius imperium incœpit 1127. Tertiò subiunxit leges Federici primi, de quo suprà de pace tenenda. & de pace iur. fir. & in titulo de prohibi. feud. alienati. per Federicum, cuius imperiũ incœpit 1153. Vlterius adiecit leges Henrici Quinti, de quo habetur suprà titu. secundo, cuius imperium incœpit 1192. Postremò & vltimò subiunxit istam legem, quæ fuit Imperatoris Federici secundi, cuius imperium incœpit 1211. Et de hoc Imperatore Federico secundo plura dixi suprà de pace tene. in principio, vbi reprobauit Andr. de Isernia, qui hanc legem attribuit Federic. primo, prout ipse scribit hîc, quod nõ est verum, vt ibi apertissimè demonstraui, vbi videas.

SVMMARIA.

1 *Statuta contra ecclesiæ, vel clericorum libertatem sunt inualida.*

Ecclesia quot modis dicatur.

2 *Statuentes contra ecclesiæ libertatem, & eis consentientes sunt puniendi.*

3 *Vasallus ecclesiæ libertatem ecclesiæ in aliquo grauans feudo priuatur.*

AD DECVS. Statuta & consuetudines contra libertatẽ ecclesiæ, vel ecclesiasticarum personarum, ipso iure sunt nulla, & debent dicta statuta aboleri de volumine statutorum, & contra facientes, vel obseruantes puniuntur pœnis hîc descriptis. hoc dicit. In tex. ibi, erroribus, vt infrà. e. in §. Gazaros. Ibi, destitutis. i. destructis. Ibi, Apostolicã disciplinam, de qua in L. prima. C. de summa trinita. & fi. cat. Ibi, configere, scilicet, firmare. Ibi, fauente, id est, sinente, vel permittẽte. Ibi, ecclesia. Est autem ecclesia congregatio fidelium, vnde fideles non possunt velle nisi bonum. 23. quæstio. prima amouere. Nam si appeterent malum, non essent fideles, quoniam si carerent effectu, carerent etiam nomine. l. imperialis. §. primo. C. de nup. Vnde ergò ecclesia ipsa non vult, nisi bonum, vt hîc, & suprà de alie. feu. §. 1.

Non autem intelligas de ecclesia prima, id est, de ipsis parietibus, vt no. glos. in L. sicut. in §. primo. quod cuiusque vniuersit. nomine. Quot autem modis dica-

a tur ecclesia, [a] no. extra ne præla. vices suas. c. fi. gl. fi. extra de verborum significatione. c. cùm clerici. & Ioan. Andr. de Immu. ecclesi. super rubr. & Bal. super rubrica. C. de sacro. sanct. ecclesi. Ibi, quæ nihil debet. Ista est quædam interpositio. Ibi, quod nobis. Iste versi. regitur cum alio versicul. nihil velit ecclesia, quod est suprà. Ibi, nos Federicus, scilicet, secundus, vt suprà dixi, & aduerte, quia in hac sua lege, nihil inducit de nouo, nisi in additiõe pœnarum, quia etiam ante hanc L. erant talia statuta, ipso iure nulla, vt l. priuilegia. C. de sacro. sanct. ecclesi. & tenet Bald. in Auten. cassa. Ibi, hac edictali. Et sic est generalis, vt dixi suprà de prohibi. feud. alienatione, per Lotharium. in l. prima. Ibi, de capitularibus, id est, de libris, in quibus dicta statuta conscribuntur. Et ita exponitur per glossam in c. nouerit, extra de sententia excomm. Ibi, publicationem edicti. Ista est natura legis promulgata, vt non liget,

b nisi post duos menses, [b] postquam est publicata, in Autentic. vt fact. no. constitut. in principio, colum. quinta. Ibi, ne locum, id est, homines locorum. Nam ponitur

continens,

a Quot modis dicatur eccl. Adde gl. in c. scire debes. 7. q. 1. & per Io. And. in add. Specu. tit. de immu. eccle.

b Nõ liget nisi post duos mẽses. Add. tex. in c. nouerint. & in c. grauamẽ. de sen. excom.

a continens pro contento[a], prout in simili fit in l. solent. ff. de off. procon. nam homines dicti loci soluent de communi, vel cogentur inter eos collectam imponere, vt soluant. ff. quod cuiusque vni. l. 1. §. 1. secundũ Andr. de Iser. Ibi, marcarum. Quælibet marca est valoris vnius ducati, cum dimidio vel circa. Ibi, promulgatis, de quo consilio fit mentio in l. placet. C. de sacrosanct. Eccle. & ibi ponuntur dictæ pœnæ. & habetur etiam in c. aduersus. extra de immu. Eccle. & ibi est statuta pœna excõmunicationis, & probatur etiam in c. nimis. in e. tit.

1 †Not. quòd statuta contra libertatem Ecclesiarum vel clericorum facta & fienda, non valẽt. & dicit Inno. in d. c. nouerit. Quod intelliguntur esse cõtra libertatem b Ecclesiarum,[b] quando sunt contra priuilegia concessa Ecclesijs seu Ecclesiasticis personis, per Imperatorem vel Papam. Et hoc probat per istum tex. dũ dixit, aduersus Canonicas vel Imperiales sanctiones, &c. sed Bar. latius dicit, quòd illa intelliguntur esse contra libertatem Ecclesiarũ vel Ecclesiasticarũ personarũ, propter quæ clerici fiũt magis timidi, & alij in cõmuni magis audaces. Et hoc ꝓbat per tex. in l. 1. §. quæ honorãdæ. ff. quarũ rerũ actio non datur. De quo ibi per eum. & hoc sequitur etiam Bald. in Aut. cassa. de sa. san. Eccle. Ad quod facit glo. no. in Auten. de non alienan. in §. œconomum, super verbo de genere colu. 1.

2 †Not. quòd non solùm statuentes, sed etiam vtentes & consentientes statutis prædictis puniuntur, & omnes habitantes in loco vbi prædicta fiunt.

Quod intelligàs verum secundũ And. de Isern. nisi essent pupilli doli non capaces, vel viduæ, quæ ignorauerunt, vel absentes, qui non consenserunt, arg. l. 1. §. viduas. & §. impuberes. de fals. monet. ff. de decre. ab or. fa. l. fi. de ac. & oblig. l. ex maleficijs. Illi verò qui fuerunt in ciuitate, quãdo statuta fuerunt ædita, non possunt prætendere ignorantiam, si campana sonata, vel signo dato cum tuba, vel cũ præcone, vt omnes congregarentur, vocati sunt omnes, arg. ff. de insti. l. 1. §. proscribere. & extra de postulat. c. 1. Nam debuerũt ire & contradicere quo casu, non essent obligati, quia refertur ad vniuersos, quod publicè fit per maiorem partem. Et ideò non sufficeret secundum ipsum, vt pœna locum haberet, nisi fuisset pars maior. ar. in l. aliud. in §. refertur. ff. de reg. iur. & de hoc dicatis, vt ibi per glossam & Doctor. Et isti tales statuentes & officiales locorũ, qui dicta statuta deleri non faciunt, sunt excommunicati, & priuantur eorum feudis, vt in c. grauem. extra de sentent. excommunic.

3 †Quæro ab extra, an vasallus ecclesiæ facientes aliquid contra libertatem ecclesiæ, priuentur feudo? dic quod sic, vt in d. c. grauem. Similiter turbantes electionẽ Papæ vel Senatoris, vt in c. vbi periculum. & in c. fundamenta. de elect. lib. 6.

Vltimò quia iste textus transsumptus est per Autent. cassa & irrita. C. de sacrosancta eccle. Iccirco hîc aliter non insisto circa materiam, cùm per Doctores ordinarios latissimè ibi fit euacuata, & ideò dicatis vt ibi per Doctor. nostros, & per Canonistas in d. c. nouerint. & in d. c. graue. extra de sentent. excom. & in c. fin. de immuni. eccle. lib. 6. & in c. 1. extra de iureiuran. & in c. 2. de foro compet. eod. li. & per Doct. in l. fin. C. de pact. & in l. Deo nobis. C. de episc. & cleric. & vide quod dixi sup. de alien. feud. in §. inde potest. & plenè per Ioan. in Summa sua sub rubrica de legibus & consuetud. §. 3.

a Continẽs pro contẽto. Adde quod est figura, & de multis figuris facit mẽtionem glo. in verbo parte ablata. in c. forus. de verb. signif.

b Contra libertatem Ecclesiasticã. Adde text. in c. 1. de verb. sign. li. 6. Abb. & Ioan. de Imol. in c. fin. de re. ecclesi. non alie. Bart. in l. cũctos populos. C. de sum. tri. Ang. cõs. 48. inc. ex themate dicto. Abb. consil. 64. incip. videtur primò dictum legatum. in 1. vol. idẽ Abb. cõs. 84. inci. præsens dubium in eo. vol.

SVMMARIA.

1 *Pœna condemnationis, vel mulcta an possit remitti.*
Communitates in ecclesiam, vel ecclesiasticas personas nullam sibi potestatem vsurpabunt.
2 *Seculares bona ecclesiæ inuadentes foro subijcientur ecclesiastico.*
3 *Exactiones illicitas ab ecclesijs extorquentes triplum restituent.*
4 *Bannum quandoq; ex causa est relaxandum.*

ITEM NVLLA. Nullus laicus potest imponere collectam, vel aliud onus, clericis, vel pijs locis, nec inuadere bona ecclesiarum, & si requisiti neglexerint emendare, tenentur ad triplum, & banniuntur. hoc dicit. In text. ibi, exactiones, quæ sint ista, dixi sup. de pa. iura. firm. in §. illicitas. Ibi, angarias. Quid sit istud declaraui sup. in tit. quæ sint regaliæ. Ibi, pijs locis, quæ plura numerantur in l. illud. C. de sacrosan. eccle. Ibi, inuadere, id est, occupare, vt supr. de pace te. in prin. Ibi, præsumant, scilicet, ex prædicta causa qua non soluunt collectas, vel etiã ex alia, vt not. glo. in Aut. item nulla. C. de episc. & cleri. Ibi, requisiti, subaudi, trina admonitione, vel vna pro tribus, quia est requi-

sitio iudicialis, vt in c. constitutionem. de senten. excom. libr. 6. Si verò requisitio fieret à parte, tunc sufficeret vna, vt not. gl. in Clem. 1. de hæret. & tenet Bal. in d. Auten. item nulla. Ibi triplum sic insti. de act. in §. tripli. Ibi, banno Imperiali. Istud tale bannum cùm non habet adiectam certam pœnam, intelligere debemus, vt sit cõdemnatio pro motu iudicis, inspectis circumstantijs delicti. ff. de pœnis. l. hodie. quasi dicat, quod subiacebit banno, id est, condemnationi imponendæ per Imperatorem, vel alium iudicem habentem authoritatem ab eo, condemnando, relegando, vel deportando, prout videbitur conuenire qualitati ipsius delicti, secundum And. de Iser. Vel intelligas, vt statim dicam in §. sequen. Ibi, quod, scilicet, bannum seu sententia, vel condemnatio. Ibi, satisfactione, id est, nisi satisfaciat ipsi condemnationi & ecclesiæ quam læsit. l. 2. C. de preci. impe. offe. & tenet idem And. Vtrum autem pœna condẽ-
a nationis, vel mulcta possit remitti[a], dic vt in l. eos. in fin. C. de modo mulctarum. C. de offic. præs. l. illicitas. §. fin. ff. de quæstionibus. l. 1. in fi. de pœnis. l. diuisiones. & C. de pœnis. l. pœnam.

1 † No. quòd communitates nullam habent potestatem in ecclesiam, nec in ecclesiasticas personas, nec possunt eis imponere collectas, quod intelligas regulariter. Sunt enim quædam munera à quibus etiã hodie clerici non excusantur, de quibus in l. placet. & l. ad instructionem. C. de sacrosanct. eccl. & de quibus dixi in d. §. illicitas. sup. de pace iuram. firm. in notabilibus, vbi videas.

2 † Not. quòd seculares non possunt inuadere bona ecclesiæ, & si inuadunt fiunt de foro ecclesię ratione delicti, quod est notatu dignum, & hoc tenuit glos. & Doct. in d. Auten. item nulla. de quo plenè extra de for. compet. in c. cùm sit generale, sicut in simili dicimus de loco in Aut. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet.

3 † Not. quòd extorquentes illicitas exactiones ab ecclesijs, vel ecclesiasticis personis, tenentur ad restitutionem tripli. Nam ante hanc legem tenebantur solum ad duplum, vt in d. §. illicitas. quæ fuit determinatio Imperatoris Federici primi. Iste verò Federicus secundus adduxit dictam pœnam ad triplum, extendens etiam ad dictã pœnam, ad inuasionem bonorum immobilium, quod est singulare secundum Bald. in d. Aut. item nulla.

4 † Nota. quòd bannum potest ex causa relaxari. Ex quo infertur quod bannum est
b quædam interlocutoria[b], quod patet, quia diffinitiua non posset relaxari regulariter. l. quod iussit. ff. de re iud. Quod in proposito posset fieri, vide in locis quos allegaui supertext. Et de hac materia banni, & bannitorum, dixi supr. in titu. hîc finitur lex. in princip. vbi videas, & per Doct. in l. 1. C. de hære. insti.

Vltimò circa materiam præsentem me vlterius non extendo, cùm iste §. sit transsumptus hodie per dictam Autentic. item nulla. C. de episco. & cleric. vbi plenè examinatur materia per Doct. & dicatis vt ibi. Sed tamen de materia plenè videas in remissionibus, quas adduxi in d. §. illicitas. in 1. notabili. & in fi. com. Et per Canonistas in l. prohibemus. extra de cens. & in c. quia nonnulli. de immunit. eccle. lib. 6.

SVMMARIA.

1 *Quid operetur & quæ sit differentia, quando aliquid fit ipso iure, vel per sententiam. Communicantes excommunicatis excommunicantur.*

ITEM QVAECVNQVE. Perseuerans in excommunicatione sibi iniuncta, propter violationem adhibitam contra libertatem ecclesiarum, ipso iure subiacet banno imperiali, de quo exire non potest, nisi prius ab ecclesia absoluatur. hoc dicit. In text. ibi, excommu-
c nicatio[c], quid sit excommunicatio declaraui supr. hîc finitur lex. in princip. Ibi, libertatem ecclesiæ. Nam violans libertatem ecclesiæ, incurrit pœnam excommunicationis, l. placet. in fin. C. de sacrosanct. eccle. & sup. eo. in princip. in expositione literæ in fin. Ibi, ipso iure etiam absque sententia secundum Andr. de Isern. per c. euidentia. extra de accu. Facit quod dixit Bal. in l. si qua. C. de secund. nupt. quid autem operetur, & quæ differentia sit, quando fit ipso iure, vel per sententiam, ponit Cyn. in Auten. incestas. C. de secun. nupt. Ibi, banno imperiali, intelligas, quod istud bannũ capitur pro diffidatione quadam, quam facit Princeps ponendo ipsum bannitum extra suam protectionem, vt patet infr. in §. gazaros. Et est ista diffidatio, quemadmodum initium belli futuri, secundum Bald. Nam fidelis non debet offendere fidelem, nisi primò ipsum diffidauerit, vel habuerit authoritatem à iure, vel à iudice. Aliàs reputaretur proditor, vt in c. 1. de homicidio. lib. 6. & ibi Ioan. Andr. Et ideò non intelligas, quòd per tale bannum, quis posset impunè

a
Vel mulcta possit remitti. Adde Ho. in Sum. titu. de mulcta. in vers. nũquid remitti poss-sit, & quæ sit differẽtia inter mulctam & pœnam, vide per Spe. ti. de sen. prola. in §. 1. ver. & quartas species. Arc. in c. statuimus. in vlt. col. 16. q. 1.

b
Bannum est quædã interlocutoria. Adde Bald. in c. ex literis. de constit.

c
Quid sit excõmunicatio. Adde Host. in Sum. ti. de sent. ext. in §. 1. Doct. in rubri. eod. titu. Car. zab. in c. si celebrat. de cle. ex. mi. in 1. q.

punè offendi, vel occidi, nisi statuto, vel alia consuetudine caueretur, ar. C. de episc. audien. l. additos. C. de appel. abditos. Vel nisi essent diffidati tanquam hostes, vt dixi supr. hîc finitur lex. In his enim diffidationibus attenditur consuetudo secundũ And. de Isern. argu. in l. si publicanus. in fi. ff. de pub. Operabitur ergò dictum bannũ ad futuram pœnam, vel alia, de quibus dixi sup. hîc finitur lex. & sup. §. proxi. & habetur in l. 1. de hære. insti. Quidam tamen, vt Gul. de Cun. & Nicol. de Neapo. voluerunt, quòd durante banno iste bannitus posit offendi in rebus & persona, arg. sup. proximo §.

Quod non puto verum de iure, per ea quæ not. per gloss. & Doctor. in l. ad cogni. ff. quibus ex causis in pos. eatur. De quo tamen dicatis, vt ibi, & in d. l. 1. C. de hære. insti. & de hac latè dixi in d. ti. hîc finitur lex. in pen. q. vbi videas. Ibi, extrahatur, q, est, quando reducitur in securitatem publicã, vt non stet amplius inter diffidatos.

1 †Not. quòd communicantes possunt excommunicari. De quo per Innoc. in c. grauem. extra de sentent. excommu. & vide quod dixi sup. si de inuestit. inter domi. & vasal. c. 1. circa medium. Nota. quòd in banno potest poni non solùm singularis persona, sed etiam communitas, vt hîc, & sup. in §. proximo. Not. quòd in banno potest quis extrahi, facta tamen satisfactione & habita concordia ab offenso.

Quod intelligas verum in casu nostro, eò quia bannum fuit impositum ratione contumaciæ, ex eo quia perseuerat in excommunicatione. Nam assumit naturam excommunicationis, cui cohæret in qua ecclesia nunquam clauditur gremium redeuntibus. Si verò bannum iam traxit suũ effectum, tunc non relaxatur, l. 1. ff. de requi. reis. Facit quod nota. in c. ex literis. extra de consti. de quo dixi in d. tit. hîc finitur lex. in q. quæ incipit quæro de vna quæstione.

Postremò ad materiam huius §. vide Bald. in Auten. quæcunque. quæ est situata super l. si ecclesiæ. C. de episc. & cleric. vbi iste §. transumptus est. & ideò hîc aliter nõ insisto. & vide sup. in §. præcedenti. & in d. titu. hîc finitur lex. in prin. vbi plures quæstiones adduxi ad materiam nostram pertinentes.

SVMMARIA.

1 *Seruitores & cæteri de familia clericorum an sint de iurisdictione clerici.*
Iudex denegans iustitiam laico, an amittat iurisdictionem.
Clerici ad iudicem secularem non sunt trahendi.
Clericus ratione feudi, quod recognoscit à laico an teneatur sibi iurare fidelitatem.
2 *Actor clericum trahens ad examen prohibitũ, iure suo priuatur.*
3 *Priuilegio priuatur qui potestate sibi concessa abutitur.*

STATVIMVS. I. Iste §. venit ad correctionem Autent. clericus. C. de episc. & cleri. & omnium legum dicentiũ, quòd clericus posit conueniri coram iudice seculari. Et diuiditur in duas partes. Nam in prima statuit vt nullus clericus conueniatur coram iudice seculari. In secunda punit iudices nolentes facere iustitiam clericis. Secunda ibi, sancimus.

CASVS.

Clericus non potest trahi ad iudicium seculare, siue sit causa ciuilis, siue criminalis, & si cõtra factum fuerit, tunc actor cadit à iure suo, & non tenet sententia, & iudex priuabitur potestate iudicandi, quam potestatem etiam amittit, si negat clericis facere iustitiam. hoc dicit. In textu ibi, cõstitutiones Imperiales, quæ volunt quòd actor sequatur forum rei, l. 2. C. de iurisdi. omn. iudi. & in l. cùm clerici. C. de episco. & cleric. Vnde cùm clerici sint de foro ecclesiæ, non possunt conueniri nisi in foro suo, ibi canonicas sanctiones, quæ disponunt, vt clerici nullo modo subeant iudicia secularia, cùm hoc priuilegium sit indultum toti collegio clericali, vt extra de foro compet. in c. si diligenti. Quinimmò dicunt Canonistæ per istum textum non inducitur ius nouum, sed est recedere ab errore veterum legum, quia clerici nunquam fuerunt[a] de iurisdictione temporali iudicum laicorum, quia Deus à principio istas iurisdictiones distinxit, & tenet Bal. facit c. sollicitè. extra de maio. & obedien. & in Autent. quomodo oportet epis. in princip. Ibi, cadat non ipso iure, sed per sententiam, vt puto per not. in Aut. habita. in fin. C. ne filius pro patre. & in l. 2. §. quod si actor. C. de iur. cal. licet Andr. de Isern. voluerit quod ipso iure, per l. final. cum ibi not. C. de iure emphit. Ibi, personis ecclesiasticis, vt sunt religiosi vel professi, vt differat à præcedenti, per c. 1. sup. de vasal. milit. qui ar. bel. depo. & in c. qui clericus, sup. si de feu. fue. contro. & supr. de bene. fe. in fine.

[a] *Clerici nunquã fuerunt. Adde an Papa posit facere quòd clerici conueniãtur coram iudice laico, vide per gl. singul. in verb. & discuti. in c. si Imperator. 96. dist. glo. in verbo diuino. in c. quãquam. de censib. lib. 6. Abb. in c. si quis de maio. & obe. Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. Ab. in c. proposuit. de cõcess. præb. & per Car. Zab. in c. perpendimus. de sent. excom.*

fine. Vel Heremitæ, qui etiam sunt de iuris-
a dictione Episcopi a. vt not. 16. q. 1. qui verè. & in l. 2. ff. de in ius vocan. Vel clerici coniugati, qui incedunt in habitu, & tonsura cum virginibus cōtraxerunt, qui non possunt trahi coram iudice laico, vt in c. 1. de
b cler. cōiu. c. 1. li. 6. Vtrum aũt seruitores b & cæteri de familia clericorum sint de iurisdictione cleric. dic vt not. glos. 11. q. 1. c. 2. & per Ioan. And. in c. fin. extra de vi. & hone. cleric. Ibi tertiò requisiti. Ad eorum malitiam superandam, vt in simili videmus. in Autentic. iubemus. C. de iud. vbi amittant. Quid autem si iudex denegaret iustitiam laico, an amittat iurisdictionem? dic quod non in Autent. vt in medio litis. Item quia hîc est speciale. Igitur in cōtrarium est ius commune. l. quod verò. ff. de legibus. Tenebitur tamen parti ad interesse in Auten. de quæstore. §. sed hoc. & in Autent. vt liti. iurent. §. 1. secundum Doctor. & de hoc dic plenè per glos. extra de hæreti. in c. excommunicamus. in §. si verò dominus. & in c. vergentis.

a Qui etiã sunt de iurisdictione Episcopi. Adde gl. in c. nulla ratione. 93. di. Do. in c. indemnitatibus in §. super adiecta. in 1. nota. de ele. lib. 6. & Ab. in c. 2. de foro compet.

b Vtrũ aũt seruitores. Adde c. sicut. de ver. sig. li. 6. Pau. de Cast. in l. 1. in 2. col. C. de epis. & cler.

1 † Nota. quod etiam de iure Ciuili non possunt hodie clerici trahi coram iudice seculari, sicut etiam prohibitum est de iure Canonico, vt no. gl. in l. 1. ff. de iudi.

Quod intelligas verum, siue conueniantur ratione rei ecclesiasticę, siue ratione rei patrimonialis, vt in c. si diligenti. extra de foro cōpeten. Sed hoc fallit in vno solo casu, vbi clericus potest trahi coram iudice laico, videlicet, quando clericus, vel ecclesia tenet, & recognoscit feudũ à domino laico, quia tunc ratione talis feudi, efficitur de iurisdictiōe domini laici, vt tenet Innoc. in c. cæterùm. extra de iudic. & in Specul. in titu. de reo. & Bald. in l. fin. C. sine censu vel reli. in fin. Arc. in c. 1. de cleri. coniug. lib. 6. & Gul. C. de episco. & cle. Aut. cleric. & Nicol. de Neapol. hîc facit c. 1. in fin. sup. an apud iu. vel do. quæstio feu. ter. De quo etiam tangitur in titu. de feud. & benè. in c. de negotio. vbi videtur dici cōtrarium, & vide ad prædicta, quod dixi in c. qui cleric. sup. si de feu. fuerit cōtrouersia. In beneficijs autem ecclesiasticis clarum est, quod clericus non potest inuestiri per laicum, neque ea capere, de manu laici, vt in c. si quis imperatorum. cum tribus capitulis sequentibus, in tit. de feudis & beneficijs. in capitulis extraordinarijs. & in c. 2. in §. sanè. de decimis. lib. 6. Sed an clericus ratione feudi, quod recognoscit à laico, teneatur sibi iurare fidelitatem, dic quod sic in c. nimis. extra de iureiurand. & ibi per Hostien. Vtrum autem de iure ciuili clericus posit renunciare foro, dicunt Doctor. quod non, per istum textum, sicut non potest de iure Canonico, per d. c. si diligenti. & ita notat. per gloss. & Doctor. in d. l. 1. ff. de iu. & in l. si quis in conscribendo. C. de pactis.

Et intelligas supradicta procedere in clerico, qui conuenitur. Sed in clerico agente dic, quod sequitur forum rei, etiam coram iudice laico, vt in c. si clericus laicum. extra de foro compe. facit C. de episcop. & cleric.

2 † Not. quod actor qui trahit clericum ad vetitum examẽ, debet priuari iure suo. Facit Autent. habita. in fin. C. ne filius pro pa. Vtrum autem intelligatur trahere per solam citationem. Et vtrum trahens posit pœnitere? dic vt ibi notat. per gloss. & Doctores.

3 † Nota. quod priuilegium meretur amittere, qui concessa abutitur potestate, nam iudex denegans facere iustitiam, priuatur officio iudicandi. vt hîc in fine. & in l. Iudæos. C. de Iudæis. Facit textus in Autentic. causa quæ fit cum monacho. C. de episcop. & cleric. Simile videmus in vasallo, qui denegat domino suo facere iustitiã, qui priuatur feudo, vt supr. quæ fuit prima causa benefic. amittend. in §. item qui domino.

Vltimò quia iste textus huius §. transumptus est in Autenti. statuimus. quæ est situata super l. omnes. C. de episc. & cleric. Ideò me circa suam materiam aliter non extendo, sed te remitto ad ibi no. per Doct. præsertim per Bal. Et similiter ad nota. per gl. & Doct. in d. l. 1. ff. de iudi. & in Aut. habita. in fi. C. ne filius pro patre.

SVMMARIA.

Hæreticus quis.
Bona clericorum hæreticorum applicantur ecclesiæ & non fisco.
1 *Offensa in æternam maiestatem grauius punitur, quàm quæ in temporalem committi, & quæ sit pœna offendentis.*
2 *Hæresis sola suspicione condemnationem recipit.*
Hæreticus non est, qui imagines Sanctorum prosternit in terram, vel frangit, vel aliter iniuriam intulit.
Processus qualis sit contra clericos.
Hæreticus an sit, qui causa inuestigandæ veritatis, vel ex leuitate dicit aliquid hæreticum. Et quid sit dicendum si pertinaciter resistendo vellet defendere.
Maledicens Deo, vel eius Sanctis, an sit hæreticus.

Hæreticus

Hæreticus an priuetur ſuo iure feudi.
Libellus qualiter concipiatur contra hæreticos.

GAZAROS. Omnes hæretici ſunt infames atque banniti & bona eorum confiſcãtur, nec filijs eorum eis ſuccedunt. Et ſuſpectus de hęreſi niſi ad mãdatum eccleſiæ ſe legitimè purgauerit, & per annum in dicta ſuſpicione hæreſis perſeuerauit, tanquã infamis, & bannitus, ac hæreticus habeatur. hoc dicit. Et præmit- a te pro euidentia quòd hæreticus propriè [a] eſt ille, qui falſas ac nouas opiniones gignit, vt ſequitur, 24. q. 3. c. hæreticus. hæreſis enim gre. dicitur ab electione, quod ſ. eã ſibi vnuſquiſque eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem, quicunq; igitur ſcripturam aliter intelligit, quàm ſenſus Spiritusſancti flagitat, à quo ſcripta eſt, licet ab eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt. 24. q. 3. hæreſis. Vel poteſt dici, quòd hæreſis capiatur ex diuiſione, vt ſic hæreticus appelletur tanquam diuiſus & ſeparatus à fide catholica, vt probatur per text. & gloſſ. in l. ſi duas. in §. 1. ff. de excu. tuto. Et iſtud nomen hæreticus, eſt nomen generale, comprehendens ſub ſe omnes ſpecies hæreticorum, quorum infinitæ ſunt ſpecies, & nuncupantur ex nomine ſuorum autorum. vt 24. q. 2. quidam in princip. & per totum, & in hoc textu, in quo fit mentio de quibuſdam talibus hæreticis nuncupatis à nominibus authorum ſuorum. In textu ibi, Gazaros, ſic dictos, quia ſequuntur errorem, & ſectam illius Gazari ſic nominati. Ibi, paternos, ſic dictos à paterno authore, & ſimiliter expone in ſequentibus. Ibi, circunciſos, ſcilicet, Chriſtianos ſequentes iſtum errorem circunciſionis. l. Iudæi. C. de Iudæis.

Non autem intelligas de Iudæis, quoniam illis eſt licitum abſque pœna. l. circũcidere. ff. ad l. Cor. de ſic. Ibi, vtriuſque ſexus, hoc eſt, ſiue ſint maſculi ſiue fœminæ. Ibi, cenſeantur, hoc ideò dicit, quia ſunt multæ ſectæ hæreticorum, circa 80. & plures, quæ diuerſis nominibus nuncupantur, quæ deſcribuntur in d. c. quidam autem. & in c. penultimo. extra de hære. & in Clem. fin. de hæreticis. Ibi, infamia, ſcilicet, iuris, vt nota. in l. 1. in fin. C. de ſumma trinitate, & fide catholica. Ibi, bannitus. Iſti ergò poſſunt impunè offendi, cùm ſint diffidati tãquam hoſtes & banniti, vt dixi ſupr. eod. in §. item quæcunque, & latius ſupr. hîc finitur lex. in principio. in q. penult. Ibi confiſcamus, & intelliguntur bona confiſcata à tempore commiſsi criminis. vt C. de hære. l. quicunque. Tamen executio non fit ante ſententiam, vt in c. cùm ſecundum. de hære. libr. 6. Et bona clericorum hæretico- b rum [b] applicantur eccleſiæ, & non fiſco, vt in Clement. volentens. de hære. & nota. in l. quicunque. in fin. C. de hæreticis. Ibi, reuertantur, ſubaudi, niſi per miſericordiam reſtituerentur eis reductis ad catholicam fidem, vt patet in text. & in gl. in c. vergentis. extra de hæreticis. Ibi, filij, ſubaudi, etiã ſi ſint ortodoxi, & non infecti dicto errore. vt tenet gloſſ. in c. quicunque. in §. 1. de hæretic. lib. 6. & probatur in d. c. vergentis. vbi gloſ. etiam hoc firmat.

[a] *Hæretic⁹ propriè. Adde gl. in c. quæ dignior. 24. q. in diffuſe per Felin. in rubr. de hæret.*

[b] *Bona clericorum hæreticorum. Adde Bal. in l. 2. C. de ſacr. ſanct. eccl. Doct. in c. 2. de male. Hoſt. in Sum. eod. ti. in §. fi. verſ. ſed cui Domi. in c. 1. in §. ſacri. de homi. libr. 6. Car. in Cle. 2. in §. 1. in 2. q. de hære. Idem Card. in c. ad noſtram. eod. titu. & in iſta materia eſt optimum conſilium Franciſci Paui. olim audito. ſa cri palatij. incip. vt veritas eliciatur ſuper hoc ar.*

Nec obſtat l. Manichæos. & l. cognouimus. & Autentica idem de Neſtorianis. C. de hæreticis. vbi diſponitur contrarium, vt filij orthodoxi non repellantur, quia corriguntur per iſtum textum, & per dictũ c. vergentis. ſumptum ex iſto textu, & ita ibi ſoluitur per gloſſ. & tenet Ray. in Autent. Gazaros. Et hanc opinionem ſecuti ſunt Iacob. de Bel. & Nicol. de Neapo. Iacob. de Ra. & Cy. licet Gof. tenuerit cõtrarium, & Tancre. vt ibi refert Cyn. Ibi, maieſtatem, vt in d. c. vergentis. Et de temporali maieſtate offenſa, dic, vt in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſtat. Ibi, ſola ſuſpicione, id eſt, præſumptione, quæ ſit probabilis, quia aliàs non induceretur iſta purgatio, vt expoſuit gloſſ. quæ hoc idem tenet in c. excommunicamus. in §. 1. extra de hæreti. vbi ponitur iſte textus ad literam. Ibi, perſonæ, hoc ſemper eſt attendendum, vt ſecundum qualitatem infamiæ & perſonæ indicatur purgatio. extra de purg. canoni. in c. inter. Ibi, ſi per annum, videmus tamẽ, quod ex cauſa hodie inquiſitores interdũ abbreuiant iſtud tempus. Facit c. vt commiſsi. de hæreticis. libr. 6. Ibi, condemnamus.

Intelligas iſtum textum in cauſa hæreſis ſolùm, non ex alia cauſa, vt in l. annus. ff. de requiren. re. & notat. in d. c. excommunicamus.

† Not. text. quod longè grauius eſt offendere æternam maieſtatem quàm temporalem, vt hîc, & in d. c. vergentis. & in l. Manichæos. de hære. & eſt ſimilis text. in c. conſtituimus. extra de maledictis. De pœna autem offendentis temporalem, traditur in l. quiſquis. C. ad l. Iuliam maieſtat. vt ſupr. dixi. De pœna verò offendentis diuinam maieſtatem & æternam per hæreticam

ticam prauitatem, traditur hîc, quoniam a hęretici sunt infames[a], & banniti bona eorum publicantur, filij eis non succedunt. Quinimmò excommunicantur per ecclesiam, & damnantur, vt in c. vt inquisitionis. de hęreticis. lib. 6. cùm tale crimen merè sit ecclesiasticum, vt ibi dicit text. in §. fi. Et postquam sunt damnati per ecclesiam vltimo supplicio, puniũtur per iudices seculares, l. 1. in fin. C. de summa trinit. & in c. ad abolendam. in §. 1. cum ibi not. in glo. super verbo laicus. extra de hære. cum hac tamen distinctione, quia si tales hæretici sunt de docentibus hæreticam & illicitam doctrinam, tunc puniuntur vltimo supplicio, obseruantes verò dictam hæresim, deportantur perpetuò. Sed addiscentes puniuntur in 10. libris auri, vt prædicta probatur, in l. quicunque. in fin. C. de hæretic. & not. per gl. in d. c. pe. extra de hęre. Possunt tamen prædicti hæretici condemnati, statim post sententiam reuerti pœnitere, & reconciliari ecclesiæ authoritate damnatis Episcopi, vel Inquisitoris, qui debent si reuertuntur ad fidem catholicam, parcere sibi, eò quia ecclesia nunquam claudit gremium redeuntibus, vt in epistola liquet. §. fin. de summa trini. & in c. super eo. de hęreti. lib. 6. Facit ad prædicta, c. vt commissi. de hæret. libr. 6. verùm dicunt tradi perpetuo carceri, vt in d. c. penul. in fin. Ex interua. Verò post sententiam non reconciliabuntur sine authoritate Papæ, secundũ Andr. de Isern. argu. in c. excommunica. in §. sanè. extra de hæretic. & probatur in d. c. super eod. cum ibi nota. Sed postquam isti hæretici tales pœnitentes semel reuersi sunt ad fidem catholicam, & postea reperti fuerint in hæresim recidisse, tunc sine vlla penitus audientia & venia, sunt relinquendi iudicio seculari, vt in c. ad abolendam. in §. illos. extra de hæretic. & in c. super eo. de hæretic. lib. 6. Si tamen adhuc & iterato pœniteant & appareant manifesta signa pœnitentiæ, non denegabuntur eis petita sacramenta pœnitẽtiæ, & Eucharistiæ, vt in d. c. super eo. in fin. aliàs secùs, vt in d. c. excommunicamus. in §. sanè. neque tradi ecclesiasticæ sepulturæ, vt ibi. Et eorum memoria etiam post mortem damnata est, l. Manichæos. C. de hæreticis.

a *Hæretici sunt infames. Adde c. 1. 4. q. in c. alieni. c. beatus. & c. si qs à suo 2. q. 7. c. infames. 6. q. 1 Hos. in Summa tit. de off. dele. in §. cui possit delegare. versic. qui autẽ dicãtur infames.*

2 † Not. quod ex sola suspicione hæresis potest quis condemnari. Facit l. 2. in fin. C. de hæreticis.

Quod intelligas verum, quando ista talis suspicio, & pręsumptio est violẽtissima, vt fuit hîc. Quoniã primò probabilis propter infamiã. Secundò, quia noluit se purgare. Tertiò, quia perseuerauit per annum in sua pertinacia, post debitam admonitionem. Meritò condemnandus est, vt hîc, & in d. c. excommunicamus. in §. 1. Aliàs autẽ ex sola suspicione de tam graui crimine, non deberet cõdemnari, vt in c. literas. extra de præsumpt. & in c. inter sollicitudines. extra de pur. cano. & ita no. per gl. in c. excommunicamus. Et dicit idem Vincen. & nonnulli Canonistæ, quod etiam si iste suspectus de hęresi veniat post annũ, dummodò ante sententiã & pręstet purgationẽ sibi iniunctam, quod euitabit pœnam hîc statutam, argu. ad hoc extra de præbend. c. si tibi absenti. in fi. lib. 6. & tenet etiam An. de Iser. per l. mancipiorũ. de op. lega. Quid autẽ si fuerint manifestè & notoriè deprehensi in delicto hæresis, dic vt in d. c. ad abolendam. in §. 1. Qui verò Sanctorum imagines, vel beatæ Virginis, aut Crucifixi prosternit in terram, vel frangit, vel aliter iniuriam intulit, an sit hæreticus? dic quod nõ, sed debet puniri alia pœna durissima, vt in c. si canonici. in fi. de offi. or. li. 6. de quo in l. 1. C. nemini licere signum Saluatoris, &c. Qualiter autem contra clericos hæreticos procedatur, dic vt in c. 1. de hæret. li. 6. & in d. c. excommunicamus. in §. clericis. vtrum autem ille, qui causa inuestigandæ veritatis, vel ex leuitate dicit aliquid hæreticum, an sit censendus hæreticus? dic quod non, vt in c. dicit Apostolus. 22. q. 3. quid autem si pertinaciter resistendo vellet defendere? dic vt ibi, & eadem causa, q. 1. scisma. & de his dic etiam, vt in c. accusatus. de hære. li. 6. De illo autẽ qui maledixit Deo, vel eius Sanctis? dic vt in l. 1. C. si quis impe. male. & extra de offi. dele. de causis. Quæro an hæreticus priuetur suo iure feudi? dic quod sic, vt in c. fi. extra de hęre. & dixi sup. hic finitur lex. in prin. in no.

Vltimò de materia præsenti me vlterius non extẽdo, quoniam latè tractatũ est à Doctoribus nostris, præsertim iuris Canonici in locis vbi iste textus transumptus est, nam in Aut. Gazaros. C. de hære. habes istum tex. ad literam inscriptũ, & in c. vergentis. & in c. excommunicamus. sup. allegatis. & in c. cum cõtumacia. de hære. li. 6. & per Cy. in l. quisquis. in fi. C. ad l. Iuliam maiestat. & per Bar. in l. 1. de summa trinit. & plenissimè vide per Hostien. in Summa. vbi in infinita dicit, quæ hîc non repeto. Qualiter autem cõcipiantur libelli contra hæreticos, habes in Spe. de hære.

De materia verò Inquisitorum hæreticæ

ticæ prauitatis, habetur in c. vt officium. & in c. statuta. & in c. vt inquisitionis, & in pluribus alijs capitulis. de hæret. lib. 6. & in Clem. 1. & 2. de hæret. & per Bal. in l. 1. ff. de offic. præfe. vrb.

SVMMARIA.

1 *Administratores locorum ab hæretica prauitate prouinciam debent expurgare.*
2 *Sententia lata per rectorem qui iuramentum non præstitit nulla censetur.*
3 *Bona contumacis in hæreticis propullandis sunt diripienda.*

STATVIMVS. II. Diuiditur in tres partes. In prima mouet quoscunq; gubernatores terrarum ad iuramentum, quòd iuxta posse exterminabunt hæresin de terris suæ iurisdictioni subiectis. In secunda punit eos gubernatores recusantes dictum iuramentum præstare. In tertia prouidet aduersus ipsos gubernatores negligentes purgare eorũ terras, à dicta hæretica prauitate. Secunda ibi, alioquin. Tertia ibi, si verò.

CASVS.

Gubernatores terrarum siue perpetui sint, siue ad tempus constituti, iurare tenẽtur in principio suæ assumptionis, q̃ purgabũt terras suæ iurisdictioni subiectas hæreticis, & ab hæretica prauitate, qui si iurare recusauerint, non potientur sua iurisdictione. Et si post admonitionem debitam steterint per annum, negligentes in purgádo suam terram, licitè poterit dicta eorum terra per fideles occupari, qui dictam purgationem faciant, dummodo ex hac occupatione non fiat præiudicium maiori domino non consentienti huic delicto. hoc dicit. In tex. vniuersos hæreticos cuiuscũq; sectæ, quæ plures sunt, vt dixi. sup. in §. præcedenti. Ibi, denotatos, prout habetur in c. quidam autem. 24. q. 3. vbi beatus Isidorus denotauit omnes sectas hæreticorum, & reperiuntur etiam denotatæ aliquæ sectæ, in c. pen. extra de hære. in Clem. fin. de hæretic. Ibi, exterminare, id est, purgare, vt inf. sequitur. Ibi, vel temporalem, id est, ad tempus. Ibi, & inanes, hoc videtur durum, & ideò qualiter intelligatur, statim dicam. Ibi, dominus temporalis, siue sit perpetuus siue ad tempus, vt supr. dixi. Et ex hoc non intendit includere terras ecclesiæ, de quibus non potest intromittere, sed Papa de his disponit eodẽ modo, in d. c. excommunicamus. & tenet Ray. in Aut. si verò. C. de hæret. Ibi, domini principalis, subaudi, si illa terra recognoscebat ab alio domino in feudum, prout habetur sup. de prohib. feu. alie. per Fed. in §. illud quoq;. & sup. de pa. iur. firm. in fin. Ibi, principalis, vt quia non recognoscunt aliquem alium dominum, nisi principem, vt sup. quis dicat. Dux, Comes vel Marchio, vel vt sunt ciuitates Lombardiæ, per l. Constantiæ.

1 † No. quod administratores locorum, pro defensione fidei Christianæ iurare tenentur, expurgare prouinciam, quam regunt ab hæretica prauitate. Nam & ante hanc legem iurare tenebãtur, quòd essent catholici, vt in Aut. iusiurandũ, quod præstatur ab his in prin. col. 2. Facit l. iubemus. dum ibi not. C. de episcop. audi.

2 † Not. quod sententia lata per potestatem & rectorem, qui dictum iuramentum non præstitit nulla est, vt hîc.

Quod intelligas verum, secundũ Ray. nisi publicè, & communi opinione habitus fuisset pro potestate & vero rectore, quia tunc sententiæ latæ per ipsum tenerẽt, per l. Barbarus. ff. de offi. prætor. Aliàs sequeretur vnum valdè inconueniens, quòd subditi ignorantes de tali iuramento non præstito, si litigarent putantes verum rectorem, quod vexarentur frustra litibus & expensis. Et sic ista pœna esset potius litigãtium, qui non deberent ex alio delicto puniri, l. sancimus. C. de pœnis. & patet in isto textu in fin. Ibi saluo iure, &c. Et quod hoc sit verum, patet ex c. excõmunicamus. in §. moneantur. vbi iste tex. ad literá transumptus est eo excepto, quod ibi non inseruntur ista verba hîc posita, quæ annullant dictas sententias, quasi Papa prædicta considerans, noluerit infringere sententias in damnum subditorũ, qui non sunt in culpa & ne sententiæ sint illusoriæ. l. si prætor. ff. de iud. Et hoc sequitur etiã An. de Iser. de quo dicatis per Canon. in d. c. excõmunicamus. & per Ray. in Aut. statuimus. quę est situata super d. l. iubemus. C. de epi. aud. vbi similiter ista prima pars huius §. vsq; ad ver. si verò. &c. transumpta est per Yrneriũ. Et ad hoc vide in Spec. de instr. edi. in §. restat. ver. quid si instrumentũ. & gl. in c. decernimᵘ. de sent. exc. li. 6. Not. quòd iudex & administrator, qui negligit facere iustitiam, est puniẽdus, vt hîc, & dixi supr. eod. in §. statuimus. & quod no. in c. vergentes. de hære.

3 † Not. casum in quo Imperator indicit bellũ, vt aduersus cõtumacẽ in exterminãdo hæreticos de terra sua, qlibet fidelis possit violenter eius terrã occupare. Et hoc est

fauore fidei, quod patet, quia etiam ecclesia tale bellum indicit, vt in d.c.excommunicamus.in §. 1. & ibi notat. in gloss. super verbo occupandam. Cui autem applicabitur dicta terra, videtur dicendum, quod occupanti, per istum textum, & supr. in princi. huius legis. Et si habebat alium dominum principalem, tunc occupans recognoscet ab eo iure, quo faciebat expulsus. argu. huius literæ. & supr. de lege Corad. in §. profectò. licet Andre. de Isern. videatur sentire, quod redibit ad eum, quo tenebat.

Quod non puto verum, quia tunc fideles non inuitarentur, ita de facili ad occupandum dictam terram, si non speraret lucrari dictum ius, quod habebat expulsus. De qua materia solet tradi per alios Doctores in Autentic. cassa. C. de sacrosancta ecclesia.

Vltimò de materia primæ & secundæ partis huius §. habetur transsumptiuè in locis sup. alleg.

De tertia verò parte in versic. si verò. habetur in Autent. si verò quæ est situata. super l. Manichæos. C. de hære. & in d. §. 1. in fin. & in d.c. excommunicamus. In quibus ambobus locis iste text. transsumptus est, & ideò dicatis de materia, vt ibi.

De materia autem hæreticorum dixi sup. §. proxi.

SVMMARIA.

1 *Hæretici cum suis fautoribus sunt puniendi.*
Malefactorem vel hæreticum an quis cogatur indicare.

2 *Excommunicatus contumax absolutionem spernens actibus legitimis priuatur.*
Instrumentum per excommunicatum confectum an valeat, & an excommunicatus potest exercere officia tabellionatus.

CREDENTES. Prosequitur eandem materiam hæreticorum, & in summa hoc vult.

Credentes hæreticis eosq; receptantes, defensantes, vel eis fauentes banniuntur, & excommunicantur, & si per annum perseuerauerint in hac contumacia, tunc ipso iure efficiuntur infames, & incapaces publicorum officiorum, atq; intestabiles actiuè & passiuè, & in iudicijs alios trahere non possunt, licet tracti respondere cogantur. hoc dicit. In textu ibi, credentes, dic quod credentes erroribus hæreticorum similiter hæretici censentur, vt in c. penult. in fine, extra de hæretic. Facit l. 2. in fine. & l. quicunque. in fine. C. de hæreticis. Et isti tales puniuntur, vt dixi supra eod. in §. Gazaros. in 1. notabili. Ibi, receptatores, sine quibus hæreticus diu latere non potest, argum. ff. de offic. præsid. l. congruit. & l. 1. ff. de receptatoribus. Et intelligas etiamsi hæreticus receptatus esset consanguineus receptantis, vt nota. in c. si episcopus, & sequen. extra de hæreticis. & in d.c. excõmunicamus. §. credentes. in eodem titulo. Ibi, defensores dando eis consilium, vel auxilium, Ibi, fautores, fauendo eis, vel negociationem cum eis excercendo. Ibi, bannitus. De huiusmodi bannis, dic vt dixi supr. eod. in §. item nulla. Ibi, infamis. De hac infamia dixi supr. eodem. in §. Gazaros. Et ex hoc textu colligitur, quod a excommunicatus non sit infamis [a], cùm solùm incurrat infamiam, postquam stetit per annum excommunicatus & non satisfecit, vt hîc secundum Nicol. de Neapol. Sed de hoc dicas vt scripsi in c. 1. supr. quo tempore miles. Ibi, intestabilis, scilicet, actiuè & passiuè. vt sequitur. Facit ff. de testa. l. cum lege. Ibi, cogatur. Et est ratio, quia delictum suum non debet ei præbere immunitatem. ff. de minoribus. §. Papi. exuli. Facit c. intelleximus. extra de Iudicijs. Ibi, firmitatem. De hoc dixi supr. in proximo 2. notabili. Ibi, admittatur, dic vt in c. si aduersus. extra de hæreticis. Ibi, momenti, si quo etiam traditur in dicto capitulo, si aduersus.

a Excommunicatus non sit infamis. Ad de glos. in c. 1. quo tempore mil. Inn. in c. testimonium. de testib. Bal. in rubr. extra de summa tri.

1 † Not. quòd non solùm hæretici puniendi sunt de hæresi, sed etiam auxilium eis præbentes, & fauentes, & eorum errores defendentes, simili pœna cum hæreticis puniendi sunt, 11. q. 3. qui consentit & probatur in c. sicut. & in c. si aduersus. cum ibi notat. extra de hæreticis. & in gloss. in d. §. credentes. Dicit tamen Hostiens. in Summa, quòd isti tales non sunt hæretici, sed tanquam rebelles & inobedientes, prædictis pœnis puniuntur, vt videtur sequi etiam Andre. de Isernia. in §. Gazaros. suprà eodem.

Quod non videtur benè dictum, per regulam communem, quæ facit istos tales reputari reos eodem genere delicti. l. 1. C. de his qui latro vel aliàs occul. & l. 2. ff. de receptatoribus. Probatur etiam, quia sunt excommunicati & repulsi à quocunque fauore ecclesiæ, sicut hæretici, quinimmò debent carere sepultura, vt in dicto capitulo sicut. & ideò sto cum opinione gloss. in dicto capitulo si aduersus, cùm elapso anno

anno contumaciæ, de quo in isto textu, debeant inter hæreticos reputari, vt ibi no. Quid autem de eo qui scit aliquem hæreticum, an teneatur ipsum denunciare, Et dic quod sic sicut proditorem principis, in Autent. vt lice. ma. & auiæ. in §. causas. Mitius tamen punietur isto casu, secundum Andr. de Isern. quàm receptans. argu. in l. Metrodorus. ff. de pœnis. Vtrum autem regulariter teneatur quis indicare malefactorem? vide in l. qui vas. in §. qui furem. ff. de furt. & per Canonistas in capitulo qui furem. extra de furtis. & dixi supr. quæ fuit prima causa benefic. amittend. in §. præterea.

2 †Not. quòd perseuerans in excommunicatione[a] & contumacia per annum, & contemnens satisfacere ad mandata ecclesiæ, repelli debet à quocunque actu legitimo, vt hîc, & in d. c. excommunicamus. in §. credentes, & supr. eo. in §. Gazaros. adeò, quòd non poterit donare nec vendere, nec alio modo contrahere, vt l. Manichæos. C. de hæreticis. & tenet gloss. in d. §. credentes. & And. de Isern. in isto §. Vtrum autem infra dictum annum poterit notarius, qui iam erat excommunicatus, vel alij, de quibus in isto §. conficere instrumenta, & exercere dicta eorum officia, dic vt nota. per gloss. in c. decernimus. de sentent. excommunic. li. 6. & in Spec. de instru. edict. §. restat. ver. quid si instrumentum. Quid autē si esset cerdo, vel pilliparius, seu faber, vel aliam artem similem exerceret, an isti tales prohibeantur operari, dic quod non, ne fame pereant. argu. in l. is cui. ff. de ali. & ci. leg. & de liberis agnosc. l. necare. secundum And. de Iser.

Vltimò de materia præsentis §. te remitto ad dictum c. excommunicamus. in §. credentes. & in §. sicut ait. extra de hære. in quibus iste text. transumptus est de verbo ad verbum, & vide in Summa Bartol. de Pisis, in litera hæreticus. & in Spec. in loco supr. allega. & de materia hæreticorum dixi sup. in §. gazaros. & in Aut. credentes. C. de hæret.

SVMMARIA.

1 *Clausula generalis non obstante in constitutione Principis sufficiens erit.*
2 *Statuta à Principe non excusant præuaricatores à pœna.*
3 *Gabella non debetur si nauis per tempestatem ad portum deijciatur.*
4 *Piratæ hostes fidei & Imperatoris reputantur,*

NAVIGIA. Res naufragorum auferri non possunt prętextu alicuius consuetudinis, vel statuti, nisi essent piratarum, vel hostium Christiani nominis, vel Imperij, & puniuntur contrafacientes. hoc dicit. In tex. ibi, si quo, id est, aliquo. Ibi, rupta fuerint, & sic naufragium passa. l. 1. C. de naufr. lib. 11. & l. deprecatio. ad l. Rod. de Ia. Multis enim modis patitur nauis. vt ff. de incen. rui. nau. in l. expugnatur. Ibi, piraticam prauitatem[b]. Isti sunt latrones, & derobatores maritimi, quos Corsarios appellamus. Ibi, modis alijs, de quibus in l. 1. & in l. quo naufragi. & in l. fi. ff. de incen. rui. nau. Quinimmò dicit Andre. de Iser. quòd illæ pœnæ non sunt correctæ, per istum text. sed addit potius pristinæ pœnæ propter enormitatem delicti. arg. l. 4. in fi. C. de sepult. vio.

1 †No. quod in constitutione Principis sufficit generalis clausula non obstantiū. Et est ratio, quia non tenetur scire speciales consuetudines, vel statuta, vt in c. 1. de constit. in 6. facit infr. §. sequ.

2 †Not. quod consuetudines, vel statuta quæ cassantur à Principe, nō excusant trāsgressores à pœna, cùm ex dicta cassatione dicta statuta, vel consuetudines non valeant, vt hîc, & in d. l. deprecatio. ff. ad l. Rod. de Iac.

3 †Not. ex isto tex. ibi, integra reseruentur, &c. quòd si per aliquam tempestatem nauis[c] veniat in portum; quod non debet soluere gabellam seu portitorium. Facit l. 1. C. de naufragijs. & l. Cæsar. cum l. fina. §. si propter. ff. de public. & tenet Bald. in d. l. prima.

4 †Not. quòd Piratæ æquiparantur hostibus fidei & Imperatoris, & possunt impunè ab omnibus derobari, & quia sunt ipso iure diffidati. Facit quod dixi sup. eod. in §. quæcunq;. & sup. hîc finitur lex, & quod dicunt Doctor. in l. amissione. in §. qui deficiunt. ff. de capi. di.

Vltimò de materia præsenti me aliter non extendo, sed te remitto ad Autent. nauigia. C. de furt. vbi iste textus ad literam transumptus est, & ibi per glos. & Scribentes tractata, vbi videas, & ibi etiam declaratur. infr. quantum tempus, & vsque ad quod tempus ista talis causa debeat inchoari & expediri, & in d. titul. de incend. rui. naufrag. & C. de naufragijs. & in L. prima & secunda. & in l. de submersis. & in l. quotiens. in l. final. per Bartol. & Scribentes. & in d. l. deprecationi. & per Canonist. 1. q. 7. dispen-

a *Perseuerās in excommunicatione. Adde Doct. in c. rursus. & c. quicunq. 11. q. 3. gl. & Doctor. in c. contingit. de dol. & cont. Inn. in c. cum bonæ. de æta. & qual. Ant. de But. in c. 1. de iudi.*

b *Piraticam. Adde quod tales sunt hostes propriè æquiparantur hostibus fidei. vt in Aut. nauigij. C. de furtis. & ibi Bald. dicit q; tales Pirati sunt ipso iure defidati, & tales sunt excōmunicati, secundum Ioā. de Ana. in c. ad liberandā. de Iudæis. & tales dicūtur militare sicut catulus in sylua, secundum Innoc. in c. lator. in vlt. col. de pig.*

c *Si per aliquā tempestatem nauis. Adde Bar. in l. quotiens. C. de nauig. lib. 10. Felin. in c. querelā. in 4. col. de iureiu. adē Fel. in c. significasti. el 1. in prin. de homi.*

diſpenſationes. & ibi gloſſ. & extra de raptoribus. in c. excommunicatio, & in directoria iuris, in rubric. de naufragio. & per Ioan. Andr. in eius Summa, ſub rubrica de his qui ſpolia. naufragantes, & per Ray. in Summa, in rubri. de naufragijs.

SVMMARIA.

1 *Aduenæ & peregrini ab hoſpitali non ſunt repellendi.*
Peregrini non poſſunt capi pro repræſſalijs.
2 *Lex Imperatoris, locorum ſtatuta & conſuetudines ſuperabit.*
Statutum inualidum non excuſat à delicto.
3 *Bona vacantia non in fiſcum ſed deuoluentur in Chriſtum.*

OMNES PEREGRINI. Aduenæ & peregrini ſecurè hoſpitentur, & liberè teſtentur, & ſi inteſtati moriantur, bona eorum per Epiſcopum loci ſeruentur hæredibus, ſi fieri poteſt. Aliàs diſtribuantur in pias cauſas. Et hoſpites tenentur aſsignare Epiſcopo bona ſua, ſub pœna tripli, non obſtante aliquo ſtatuto, vel conſuetudine in contrarium. Et qui impediuerit eorum teſtamenta, fiet inteſtabilis, ac punietur etiam criminaliter, prout criminis qualitas exegerit. hoc dicit. In text. ibi, peregrini. Accipias in bona parte, ſicut ſunt iſti, qui vadunt ad viſitandum limina Apoſtolorum [a] Petri & Pauli, vel ſancti Iacobi, prout dicitur in ſimili. Inſti. de hære. inſti. §. fin.

Non autem intelligas de relegatis vel deportatis, qui ſimiliter appellantur peregrini, & ſic in mala parte. vt C. de hære. inſti. in l. 1. & in l. nec apud. Quoniam iſti tales non poſſunt liberè hoſpitari vbi volunt, ſed neceſsitantur ad habitandum in loco ſuæ relegationis, vel deportationis, l. relegati. ff. de pœnis. Ibi, liberè, id eſt, ſecurè. Ibi, voluerint, ſcilicet, in quocunque hoſpitio ſolito recipere hoſpites. Nam aliàs nemo compelletur recipere, vt not. per gl. & Doctor. in l. 1. in §. 1. ff. nau. caupo. ſtabu. Ibi, facultatem, ſubaudi, dummodo teſtẽtur, ſecundum formam iuris, l. ſi quando. C. de inoff. teſt. Ibi, aſsignandum, ſcilicet, dictum triplum erogando in pias cauſas. Ibi, ſi qui, id eſt, aliqui. Ibi, præſumpſerint, ſubaudi, prohibendo dictos teſtari de bonis ſuis. Ibi, id eſt, prohibentibus. Ibi, puniendi, ſcilicet, extra ordinem officio iudicis. ff. de extra. l. 1. §. 1. ſecundum Ray.

1 † Not. quòd peregrini & aduenæ, non debent ab hoſpitali repelli, vt hîc, & in d. l. 1. §. 1. ff. nau. cau. ſtabu. & per Cyn. in l. 1. C. de epiſco. audi. & per Bart. in l. 1. §. ſerui. ff. fur. aduer. nau. cau. ſta. Quod præſtat arg. quòd peregrini, qui ſunt in peregrinatione, non poſſunt capi pro repręſalijs, ſecundum Bart. & Bal.

2 † No. quòd lex Imperatoris poteſt caſſare ſtatuta & conſuetudines locorũ adeò, quod tales conſuetudines & ſtatuta, non excuſent delinquentem à pœna. Ex quo infert, quod ſtatutum inualidum, non excuſat à delicto, vt hîc, & ſupr. §. proximo, & in Auten. caſſa & irrita, C. de ſacroſanct. eccl. & in princ. huius tit. Not. quòd quando ſuperior caſſat cõſuetudinem & ſtatuta, ſufficit apponere generalem clauſulam, licet non apponat tenorem ſtatutorum, de quo dixi in §. præcedenti, vbi aſsignaui rationẽ.

3 † Not. hîc caſum ſpecialem, in quo bona vacantia non perueniunt [b] in fiſcum, ſed in Chriſtum, hoc eſt, in Epiſcopum loci, qui diſpenſat in pias cauſas, vt hîc. Regulariter enim ſuccedit fiſcus in talibus bonis. l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10. & ſupr. quæ ſint regaliæ. & quod ibi dixi ſuper verbo vacantia. Not. regulam, quòd quis punitur in eo, in quo deliquit, ſic. C. de ſer. fugit. l. 3. & in Auten. de non alie. in §. ſi quis autem.

Poſtremò de materia huius §. vide plenè per Doct. præſertim per Bald. in Auten. omnes peregrini. C. communia de ſucceſ. vbi de verbo ad verbum iſte §. trãſumptus eſt, & per Canoniſtas. extra de emptio. & vend. in c. 1. & extra de ſepulturis. in c. animarum. & per Arch. lib. 6. & quod habetur in c. cùm tibi extra de verbor. ſignific. & in titul. de peregrinantib. & 24. q. 3. ſi quis romipetas.

[a] *Ad viſitandũ limina Apoſtolorũ. Adde quod tales nõ poſſunt capi pro repræſalijs, vt eſt gl. in l. 2. in §. legatis. ff. de iudi. Paul. de Caſt. in l. minoribus. C. cõmu. de ſucceſ. & per Bar. in tractatu repræſaliarum.*

[b] *Bona vacantium nõ perueniant. Adde Angel. in Aut. omnes peregrini. in 2. not. C. com. de ſucceſ.*

SVMMARIA.

1 *Agricultores & eorum animalia, ſunt immunes à captura.*

AGRICVLTORES. Perſonæ animalia, & inſtrumenta pertinentia ad operam ruſticalem, non poſſunt capi pro debito, & contrafacientes incurrunt infamiam, & reſtituunt ablata in quadruplum, & nihilominus corporaliter puniuntur. hoc dicit. In textu ibi, agricultores. Intellige generaliter de omni colente agrum, vt ſequitur & not. gloſſ. in l. 1. C. de agri. & cenſ. lib. 11. Ibi, inſident, id eſt, habitant. Ibi, parte terrarum, ſiue in Italia, ſiue

ſiue in prouincijs, vt not. gloſſ. in l. pigno. C. quæ res pig. ob. poſsit. Ibi, inſtrumenta, vt ſunt ligones, aratra & ſimilia plura, quæ enumerantur in l. inſtrumenta. ff. de fund. inſtru. & inſtru. leg. vbi videas pro intellectu huius l. Et quæ animalia intelligantur exempta. Ibi, inuadere, ſcilicet, per iudicẽ, vt dicit Cy. & Pe. in l. executorem. C. quæ res pign. obli. poſ. & gloſſ. hoc ſentit in d. l. pigno. licet Andr. de Iſern. teneat contrarium dicens, quòd per modum iudiciariũ poteſt, quia inalienabilia veniunt in executionem rei iudicatæ, ſi aliud non habet condemnatus. ff. de re iudic. l. commodis. & C. de execu. rei iudic. l. ſtipendia. Ibi, capere, ſcilicet, loco pignoris, d. l. pignoris. C. quæ res pigno. obl. poſ. Ibi, auferre ſine aliqua cauſa. Ibi, puniendus, ſcilicet, extra ordinem, l. 1. §. expilatores. ff. de effract. & tenet Ray. in d. l. executorẽ, & dixi de hoc ſup. §. proxi. Not. agricolas conſeruandos eſſe in ſecuritate, vt non capiantur pro debitis, ſecundum Bald. Multa quoque alia priuilegia habent, de quibus not. gloſſa in Autent. nullum credentem agricolæ, &c. colum. 4.

1 †Not. quòd non ſolùm perſonæ deputatæ ad agriculturam, ſunt immunes, & liberæ à captura, ſed etiam animalia & inſtrumenta. Et eſt ratio, ne huius occaſione pereat commoditas cœleſti prouiſione cõceſſa, l. 2. C. de ferijs. Aſsignatur etiam & alia ratio, ne detur cauſa ſterilitati agrorũ, & conſequenter penuriæ fructuum. ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. de opere.

Et intellige prędicta vera, etiam ſi ſponte fuiſſent pignorata, vel hypothecata, niſi ſimul cum prædijs fuiſſent obligata, quæ tunc benè teneret pignoratio, eò quia ceſſant rationes. ſup. dictæ leges quemadmodũ. C. de agri. & cenſi. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. & tenet Petr. & Cyn. in d. l. executorem. & Nicol. de Neapol. hîc. licet gloſſa teneat contrarium in d. l. pignorum. & malè ſecundum prædictos Doctor. Eodem modo intelligas, quòd non teneat talis pignoratio vel captura, etiam in ſubſidium, ſi nihil aliud eſſet in bonis, niſi fieret vna ſimul cum prædio, per ea quæ ſuprà dixi, & tenet idem Pet. & Cyn. & Nicol. de Neapol. licet gloſſa in d. l. executorem. teneat contrarium, & malè ſecundum ipſos, quia non euitaretur damnum Reipubl. cui non poteſt renunciari. l. quos prohibet. ff. de poſtulat. ſecundum Nicol. de Neapoli. Et ideò dicit ipſe, quòd cautela quam ponunt notarij in inſtrumentis, circa huiuſmodi obligationes, nihil valent per iſtum textum.

Vltimò de materia præſenti habetur in Autentic. agricultores. C. quæ res pign. obli. poſ. vbi iſte text. eſt tranſumptus ad literam, & vide per Cyn. in d. l. executorem. & quod tangitur in d. tit. nullum credentẽ agricolæ. & C. de agric. & cenſib. in l. 1. & l. litibus. & in d. l. pignorum. C. quæ res pign. obli. poſſ. & per Canoni. in c. innouamus. extra de treuga & pace.

HABITA. Iſta eſt Autent. habita, quæ eſt ſituata in Codice ſub tit. ne filius pro patre, quam quidam dicunt originaliter, & primordialiter hîc eſſe ponendam, prout eam habuit & commentauit Andr. de Iſern. In dicto verò titulo ne filius pro patre ſit tranſumptiuè poſita.

Sed hoc non eſt verum, nec vllus alius ex Commentatoribus huius libri eam hîc poſuit. Et hoc patet etiam ab effectu, quia communiter in hoc opere non reperitur inſcripta, cùm originaliter per Imperatorem Federicum primum, cuius fuit dicta conſtitutio, iuſſum fuerit à principio eam conſtitutionem poni ſub dicto titulo ne filius pro patre, prout expreſſè apparet in fine dictæ conſtitutionis. Vnde ergò non eſt hîc inſerenda neque inſcribenda. Et ideò ſuper ea non inſiſtam, ſed te remitto ad ea, quæ ibi copioſè dicta ſunt per gloſſam & Scribentes, & præſertim per Bald. qui eam Aut. amplíſsimè commentauit.

INCIPIT EXORDIVM SEV PROLOGVS IN CApitula extraordinaria.

RVBRICA.

POSTQVAM. Igitur glorioſi Domini noſtri Ieſu Chriſti gratia ſuffragante, & vtriuſque Iacobi patrocinio, iam tandem poſt multos labores, ad finem optatum huius operis deducti ſumus, placuit huic fini ſubijcere quædam capitula extrauagantia, & Decretales, ac leges ac decreta ab Imperatoribus, & ſummis Pontificibus promulgata, & nonnullas conſuetudines, ex plurimorum ſapientum ſententijs elicitas, & confirmatas, quæ in præſenti compilatione non habentur, neque poſita ſunt,

ſed

ſed alibi ſparſim, & in diuerſis locis tractata, & poſtea collecta per dominum Iacob. Ardizo. in Summa ſua. Quæ & ſi non appareant in opere noſtro pro legibus, & decretis, ac conſuetudinibus recepta, neque Autentica, prout ait Bald. ſup. de prohibit. feud. alien. per Feder. in §. præterea Ducatus. Et cenſeantur Apocrypha, vt ait ipſe Bal. ſup. de gra. in princ. Attamen vt nihil antiquitatis penitus ignoretur, prout in ſimili dicit, Imperator inſti. de teſta. in prin. & vt omnia iura noſtra reformata, nobis non ſint incognita, vt in l. 1. in §. & cum tri plici. C. de caduc. tollen. prædicta capitula, leges & decreta, ac conſuetudines, hîc ordinatim ſubijciã, præſertim cum ab eodem domino Iac. & Bal. ſæpè ad corroborationem ſuorum dictorum, atq; opinionum, ſuis in voluminibus allegentur, atq; adducãtur, prout in ſimili videmus de Decretalibus extrauagantibus, vt no. extra de fid. inſtr. in c. paſtoralis. Diuiſit enim ipſe dominus Iaco. in Summa ſua, has extrauagantes, cõſuetudines, & deciſiones, in duos titulos principales, quorum primus ita rubricatus & intitulatus eſt, videlicet, De capitulis extraordinarijs, & alterius compilationis feudorum. Alterius verò tituli rubrica talis eſt, De feudis & beneficijs, cõſtitutiones Regales, & Imperiales, & Decreta. Sequendo itaque ordinem ſuum, ſubijciam primò rubricam primam, cum omnibus ſuis capitulis, quæ ſub ea collocãtur, poſtea ſubſequenter adaptabo aliam rubricam, ſimiliter cum omnibus ſuis capitulis, & deciſionibus, quæ ſibi attributa ſunt.

DE CAPITVLIS EXTRAORDINARIIS, ET ALTERIUS COMPILATIONIS FEUDORUM.

RVBRICA.

SVmmoperè mandare curamus, vt ſi quis aliquem de beneficio inueſtierit, quòd ille qui inueſtitus fuerit, non poteſt proprium vendere, nec pro leuiſsima rẽ locare, nec infeudare, niſi maiorem partẽ apud ſe retinuerit, & ſi in deſperatione filiorum fuerit, nullà ratione nec quolibet modo dare poteſt. Quę omnia ſi facta fuerint nullius momenti erunt, & eò defuncto, omnia ad priorem dominum reuertuntur, & ſi dominus conqueſtus fuerit paribus, pares auditis rationibus, intra anni ſpacium expedire faciant, vaſallo non faciẽte ſatisdationem, domino dent poſſeſsionem, ſaluis ſuis rationibus, niſi diffinitiuam promeruerint ſententiam. Feuda ſcutiferorum vt ad libitum dominorũ poſsint adimi, rationis non eſt, dum tamẽ ſeruient laudationem curiæ, vt inter conditionalia, & non conditionalia aliqua ſit differentia, dicimus, vt ſi quis alicui dederit beneficium conditionale, vtpote quæ dantur propter habitationem, deſerta habitatione, beneficium amittetur, & etiam quo certo conſtituuntur ſeruitio, non dato ſeruitio, non poterit retinere beneficium.

Quoniam autem de fidelitate mentionem fecimus, ſuper eam ſummatim diſpiciamus, ſi beneficium eſt ſine fidelitate, & vaſallus aliquid, quod ſit contra ſuũ dominum fecerit, amittat beneficiũ laudatione parium. Hoc idem dicimus de his qui fidelitatem iurant. Si cui militi fidelitas requiſita fuerit à domino, dominus ſecundum quoſdam librum militi oſtendere debet, & miles eam facere debet, vel parium laudatione ſtare intra annum, quod niſi factum fuerit, miles ſecundum quoſdam de beneficio damnari poteſt, quod contra præceptum domini Lotharij Regis Papiæ datum videtur. Librum autem quod vaſallo oſtendi ſolet, non neceſsitate fieri, ſed voluntate. Eſt enim quoddam ſignum requiſitæ fidelitatis memoriæ cauſa. Et venit aliquando vt vaſallus dicat domino ſe facturum fidelitatem, quam pares laudauerunt, tunc non perdit beneficium ſi ſtat per dominum, quod faciat curiam, qui fidelitatem iurant, ſi voluntate vtrorumque ſeparatio facta fuerit, fidelitas finitur, ſi ſua voluntate vaſallus, vel iudicio parium feudum dimiſit, fidelitas durat. Cùm plures fratres vaſalli paternum habent beneficium, donec eum indiuiſum poſſident, vna fidelitas & vnum ſeruitium domino fieri debet. Si verò partium fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates, ſeruitia verò non pro partibus, vt vnum primũ, videlicet, grauiora, ſed pro quantitate beneficij moderanda. Plures autem domini, & ſi feudum intra ſe diuidant nullo modo, niſi vnam fidelitatem ex feudo habere potuerunt, ſeruitium verò omnibus grauitate, ſed moderamine faciendũ eſt. Cùm feudum hæreditarium vni ex cohæredibus, propria culpa auferetur à paribus, præiudicium cæteris non præiudicat.

Hoc autem ita intelligitur, & viuo eo, vel

vel suis heredibus, feudum ad ceteros venire nō intelligitur. Si contentio fuerit inter dominum & vasallum, & dominus habuerit aliquam cōtentionem contra vasallum, & vasallus, contra dominum: vasalli ratio prius discutiatur, quoniam pares, maiorē iurisdictionem de suo pari, quàm de suo domino habent. Generaliter verò est in feudis, dominos de euictionibus teneri, aut si quis sciens inuestituram alterius beneficij acquisierit, eo victo, nullam aduersus dominum vasallum actionem habere dicimus, quoniam in acquirēdo, nullam habuit fidem. Vnum quidem non minus vtile, sed satis congruum superioribus, aduertere ex comprobato vsu, in scriptis bono arbitrio reducere procuraui. Si quis igitur pro vice dominicaria vel villicaria, & vt dicam, pro decania, vel alijs quibus angarijs feudi quod improprium est, nisi specialiter hoc actum sit inter contrahentes, id est, nominatim feudum cum honore fecerit. Et ita vt non liceat domino auferre, quod datum fuerit, etiamsi administratio illa auferatur, quod datum penitus ablata administratione, sine omni obstaculo auferri liceat. Si autem, quod superius dictum est, probare conetur, quodammodo possidere vasallum à quibusdam credatur, non iureiurando decidi oporteat, sed testibus, vel instrumēto, vel alijs legitimis probationibus, causa firmiter approbetur. Si qua contentio de beneficio inter aliquos, prout superius fieri solet, orta fuerit, si vnus dominus, vel loco domini habeatur, & alter vasallus vel loco vasalli habeatur, si per pares secundum vsum regni iudicium ventiletur, primò de suo recto beneficio inuestiri debet, & si possessio aliquo modo perturbata fuerit, restitui debet. Si alter ex fratribus, qui paternum habebat beneficium, suam portionem dederit domino, vel alicui extraneo, dominus extraneus tam diu teneat sine pręiudicio, quàm diu ille, qui dedit, hęredem masculum, habuerit. Si verò sine hęrede decesserit alter frater, si vixerit vel eius hęres, sine vllo obstaculo & temporis præscriptione beneficium, quod hæreditariū est, vendicet à quocunq; possidēte. Hoc idem dicimus, & si fratres fuerint, & alter ab altero ex fratribus acquisiuerit. Hoc enim verissimum ex vsu comprobato dicimus. Quoddam vsui traditum recordationis causa, in pscriptis ponere procuraui. Si quis igitur habens filiū, & filium ipsum à domino inuestire fecerit, nisi nominatim cum domino pactus fuerit, vt si filius decesserit ante patrem, quod feudū ad patrem reuertatur, Dicitur autē defuncto patre, patrem carere beneficio, & domino acquiri beneficiū, si maritus de feudo suæ vxoris inuestiatur, ea absente, nisi nominatim quasi gerēdo vxoris negotiū, inuestiatur sibi acquirit feudum ea sciente vel iubente, si verò vtriq;, in simul inuestiantur, pro parte sibi proficiunt, nisi cùm iam dicta distinctione factum fuerit. Et dicimus etiam, vt si vnus ante alterū sine hærede decesserit, quod alterius pars domino acquiratur. Vnū quidem satis vsitatum dicimus, quod si aliquis decesserit nullo in feudo relicto hærede, ius feudi ad dominum pertinere dicimus. Fruges autē extantes, non ad dominum, sed filias ipsius vasalli, vel etiam ad vxorē eius ptinerēt, & hac ratione creditor eas retinere potest, licet pignus habere non possit. Et hoc ideò cum distinctione imperialium constitutionum. In beneficijs, vt in cæteris cōtractibus, pręscriptiones currere satis humanum, & rationi congruum videtur. Si quis ergò feudū alienum bona fide ab aliquo, iusta traditione accepit, licet dominus nō sit, cùm verus dominus in traditione putetur, longi temporis pręscriptione ius sibi acquirit. Si verò malam fidem habuerit, nulla poterit se tueri pręscriptione, nec etiam de euictione agere poterit. De ingressu curię à quibusdam varia, ac diuersa putantur, nos quod sępius, ac rationabiliter in multis curijs, & ciuitatibus intelleximus, in scriptis bonę recordationi, inserere procurauimus. Quicunque igitur beneficium per inuestituram acquisierit, sine possessionis traditione, pares ad inuestituram habeat, vt per ipsos veritas discernatur, cùm controuersia inde fuerit. Sanè si possidet, alijs quibusdam adiuuetur adminiculis. Veruntamen quia milites inopes vasallis sunt, per testes, vel per breue testatum, probatio satis competens esse dignoscitur. Beneficia conditionalia quæ in maioribus curijs à veteri tempore esse noscuntur, vtpote Patriarcharum, Archiepiscoporum, Abbatum, Abbatissarū, Ducum, Marchionum, Comitum, Capitaneorum siue etiam Maiorum vasallorū

ſecundo, tertio, vel deinceps alijs dantur vaſallis tacitè conditiones eos ſequũtur, niſi nominatim in ipſis traditionibus, ipſæ conditiones excipiãtur. Hoc idem etiam de his conditionibus, quæ nouiter conſtituuntur ad harum ſimilitudinem, veriſsimum fore, ſapientib. placet. Si duo fratres in hæredes maſculos & fœminas, de beneficio inueſtituram acceperit, altero decedente, filia relicta neptem cum patruo ad feudum venire dicimus, cùm vnuſquiſq; fratrũ, ſuę ſoboli benè conſuluit. Si enim frater ſuus ſine vlla progenie deceſſerit, feudum non ad ſuperſtitem, ſed ad dominum peruenit, niſi pactum de ſucceſſione factum foret. Beneficium intelligitur de veteri, ſi in inueſtitura dictum ſit, de recto beneficio fiat inueſtitura. Hæc autem inueſtitura ab vnaquaq; perſona fieri poteſt, ſiue ſeculari, ſiue eccleſiaſtica, ſi antiquitus eorum conſuetudo fuerit. Hęc ſecundum quoſdã, & à fœmina, & à minore 15. an. De nouo ſi fiat inueſtitura nominatim, & de certa re, oportet fieri hęc inueſtitura à muliere, ſecundum quoſdam non valet, quibuſdam valere placet, quæ ſententia verior eſt. A minore autem 18. an. non valet, hoc etiam de minoribus annis 25. aſſeritur, vt quibuſdam placet. A Prælatis eccleſiarum verò tradi, & legitimè dici poteſt iure, vt valeat inueſtitura, dum tamen diſpenſator, aliàs diſsipator videri non poſsit, quòd ſi aliter intelligeretur, nullum beneficium ab eccleſiaſticis perſonis datum, retineri poſſet. Dicitur etiam, quòd ſi coniunctę perſonę gratia, vel etiam alicui alteri, tale dedit feudum quod duos conſimiles vaſallos acquirere poſſet, inutile eſt beneficium, ſi quicunq; paratus eſt facere fidelitatem domino ſuo, prout pater fecerat fidelitatem patri, vel anteceſſori domini, dum tamen bona fide dicat, & non doloſè, ſed iuſto errore, omninò condemnari non poteſt. Cùm enim controuerſia eſt inter ipſos ꝑ antiquitatem feudi, vel per breue teſtatum, vel per teſtes, domino incumbit probatio, alioquin per vaſallũ veritas inquiratur. Quoddam ſatis benè diſpoſitum ad vtilitatem regni, & ad pernitioſam calliditatem deſtruẽdam, in ſcriptis inſerere curauimus. Quidã miles bina beneficia à duobus dominis, prout ſolitum eſt, acquiſiuit, qui decedens duos reliqt filios, qui paterna beneficia inter ſe diuidentes, alter eorum ſuo domino, pro beneficio, quod ad eum venit, fidelitatem, nullo antepoſito, ſicut & vti pater fecerat, fecit. Alter verò frater alteri domino ſimiliter pro ſuo beneficio, quia alium & nullum dominum habere videbatur, nullo antepoſito, fidelitatem fecit, defuncto poſteriore fratre ſine filijs, vtrunq; feudum in vnam, vt prius venit perſonam, & ſic dominus talem fidelitatem quęrit, qualem frater eius fecerat, quas altercationes amputantes dicimus illud, quòd frater fecit nihil ſuperſtiti obeſſe, licet in ſecundam & tertiam generationem, & vſq; ad infinitũ foret. Quod nomine gaſtaldię vel guardię in feudũ datur, ablata gaſtaldia, vel guardia, iure auferri poteſt. Quidam dominus habens beneficium reliquit duos filios, & vnuſquiſq; ipſorum habuit duos, vel tres filios, vnus illorum fratrum deceſſit, vna tantùm filia relicta portionem illius, non ad omnes ſuperſtites, ſed ad patruos illius, & ſuis poſterioribus pertinere dicimus, qui accepit inueſtiturã beneficij vtilis eſt hęc inueſtitura, & qui ſciens hoc agit, de euictione agere non poteſt, inter dominum & vaſallũ nulla fraus debet eſſe, & inde poteſt accipi, ſi vaſallus doloſè ſteterit per annũ, quare reinue. ſui beneficij non damnabitur. Dolus enim abeſt, ſi iuſta cauſa impediente ſteterit, vel etiam cùm amore ſeruitium fecerit domino conſcio. Dicimus autem, vt ſi contra ea, quæ in fidelitate nominantur fecerit, de beneficio carebit. Vaſallus habens feudum deliquit contra dominum cui iudicatũ eſt. Agnati cum domino litigant, quidã domino dicunt pertinere, quidam agnato, dicimus, ad dominum non pertinere, donec aliquis maſculus ex delinquenti vaſallo ſupereſt, alij verò contradicunt.

DE FEVDIS ET BENEFICIIS CONSTITVtiones imperiales; &c.

SVMMARIA.

1 *Vaſallus dominum interficiens, vulnerans, obſidens, vel contra ea, quæ in fidelitate nominantur faciens, feudo ſpoliabitur.*

IMPERATOR

IMPERATOR AVGVstus Henricus secundus De militum beneficijs, quoniam dubias, variasq; causas in regno nostro esse cognouimus, ideoque ad Reipubl. statum, quædam statuimus.

1 † Siquis ergo dominum suum interfecerit, vel vulnerauerit ipsum dominum, suamúe dominam obsederit, vel eam cucurbitauerit, vel contra ea quæ in fidelitate nominantur, vel his supradictis consiliũ dederit, parium laudatione beneficium amittat. Si verò de supradictis se defendere voluerit, testibus apertè domini deficientibus, cum tribus paribus se expurget. Si autem pares habere non potuerit, cum duodecim propinquioribus parentibus se defendat. Vsu verò curiali solus defendat, si quis autem suorum parium idoneus, tamẽ exinde se veritatem scire dixerit, & per pugnam eum fatigare voluerit, vt per pugnã se defendat dicimus. Si quis autem fecerit, quod domino non seruierit, parium laudatione beneficium non amittat. Curiali tamen vsu id redimere potest pro medietate, quantum valuerit. Sed si hoc defendere voluerit, duos, vel vnum saltem parẽ ostendat, & cum his se seruisse iuret. Et si pares paremúe habere nequierit, cum tribus, vel duobus propinquioribus parentibus se intra annum seruire iuret. Vsu tamẽ curiali solus iurare conceditur. Qualiter autem iuret, an solus, an cum alijs, nihil interest, dumtamen seruitia nominet. Si autem concorditer cum domino suo se habuerit domino sæpe videndo, tunc dicimus, vt probet per testes, seruitium fecisse, & per se non stetisse. Si autem aliqua inter dominum & vasallum discordia fuerit, vel si domicilia in longinquum habuerit. Vasallus domino se repræsentando seruitium promittat, vt si necesse fuerit, hoc probare iureiurando, saltem ad finem controuersiæ vasallo à paribus dato, siquidem intra annum seruierit quod leuissimum fuerit, & dominus aliud seruitium imposuerit, quod vasallus neglexerit. Vnde damnum domino illatum fuerit vsque ad fruges, scilicet, parium existimatione damnum resarciat. De alijs verò culpis, vnde beneficium non amittitur, parium laudatione defendat se, vt supr. vel emendat.

SVMMARIA.

1 *Sacramento fidelitatis astringitur, ad quem feudi iura transeunt.*

SI QVIS INVESTItus de feudo ligio [a], pro quo omnes fidelitatem domino debet Lucio, Titio ex se descendentibus filijs sibi hæredibus institutis, vita decesserit, diuisione facta, si ad solum Titium feudum perue-
1 nerit rationabiliter † placuit eum solum fidelitatis sacramento esse obnoxium, ad quem solida feudi iura transierint, quod si ab alio domino Lucius postea feudum per inuestituram acquisierit, pro quo similiter ei, contra omnes homines fidelitatem fecerit, decedente Titio sine liberis ad quem deuoluatur feudum, quod ex diuisione habuerat, an ad Lucium fratrem, an ad dominum, quæri potest? Et cùm placeat quem ligium hominem duorum esse non posse, videri potest feudum ad dominum pertinere, sed rectius visum est feudum, quod per inuestituram acquisierit, impedimẽto ei non esse, liberéq; ei per substitutum acceptabilem domino priori seruire.

[a] *De feudo ligio. Adde qd sit feu. ligiũ vide gl. sing. in verbo homo quæ ligi°. in Cle. pastoralis. de re iu.*

SVMMARIA.

1 *Imperator nemini, omnes autem sibi fidelitatẽ præstare tenentur.*

EX FACTO INCIDISse scio Federicum Principem nostrum, cùm ab initio Dux esset, & pro Ducatu fidelitatẽ faceret, diuino nutu postea Imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate pro Ducatu petenti, domino re-
1 spondisse † non teneri se fidelitatem facere, cùm omne hominum genus sibi fidelitatem debeat, & ipse soli Deo, & Romano Pontifici, sed cum insistente feudi domino adhuc contenderetur, proceribus prudenter visum est, feudum amissum esse, vel alium Ducem in Ducatu constituendum, qui feudo seruire debeat, & domino fidelitatem faciat.

SVMMARIA.

1 *Ecclesia nemini pro feudo, quod detinet fidelitatem præstare tenetur.*

DE NEGOTIO SVper quo nos consulere voluisti, tibi secundum ius Curiæ, & vsum feudi breuiter respõ-
1 deamus † quatenus pro feudo, q, ab aliquo

per ecclesiam detinetur, nulla sit facienda fidelitas. Insuper etiam te instructum esse volumus, quod si dominus à quo feudum tenebatur, diem suum pluribus hæredibus relictis obierit, vasalli qui cõmuniter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, nisi domini illud feudum primò partirentur. Quoniam secundum ius feudi, non debet quis duas fidelitates pro eodem feudo facere.

MVLIER QVAE FEVDVM secundi viri contemplatione acquisierat, si ex vtroq; matrimonio superstitibus libris decesserit, solos ex secundo viro susceptos filios, ad feudi successionẽ admitti vsu curiarum obtentum est.

SVMMARIA.

1 *Filia militis feudum tenere poterit, si seruitium ad quod datum est, exhibere voluerit.*

SI CVI MILITI AD CERtum seruitium feudum fuerit datum, isq; relicta ex se descendente fœmina decesserit. 1 †Id seruitium iuxta feudi cognitionem, non minus decenter pręstare possit, quã masculus, & si in inuestitura minimè cautum sit, vt & fœminæ ad id aspirare valeat, eam tamen admitti rectum putam⁹. Quinimmò hoc casu simul cum masculo in feudo eam succedere, quidam putant, quod multomagis dignũ obseruantia existimamus, cùm feudum sic datum est, vt nullum pro eo seruitium fiat, vt pleraq; hodie feuda dantur. Item si quis eo tenore de feudo aliquo sit inuestitus, vt in eo succedant fœminæ, sicut masculi, siue feudum id ad certum fuerit datum seruitium, siue pro eo indeterminate fuerit promissum seruitium, inuestito moriente, in feudo succedent pariter & mares & fœminæ. Quanquam enim superstite masculo ex eo, qui primus feudũ acquisiuit, fœminæ excludantur, & si in maribus & fœminis fuerat acquisitum, vt in feudis regulariter tradi solet, sermonẽ tamen inuestituræ, nec non vim verborũ, & sensum contrahentium intuentes, discretionem sexus in eiusmodi feudi successione non fecimus.

IVGALES A' QVODAM milite simul de eodem feudo inuestiti fuerant, vt in se descendentesq; suos id haberẽt: hi ex se filio, & filia superstitibus defuncti sunt, inter quos feudi quæstio agitatur, masculus enim vniuersum feudum sibi vendicat, fœmina verò ad parentum pariter cum fratre vocari se defendit, quidã pro masculo, quidam pro fœmina ꝓnunciant. Eorum, qui pro filia iudicant sententiam sequendam esse censeo, cum filia antedictorum iugalium contubernio superest ex prædefuncta vxore alia suscepto masculo, qui consanguineos ad eam frater sic in cæteris priorum sententia sanè sequenda est, quod si sola ex eo matrimonio relicta filia, nullo ex eo, vel alio cõnubio superstite masculo, ab hac luce subtracti fuerint, feudum scindi fert Prudentum nostræ ciuitatis opinio, vt dimidiam quidem partem fœmina sibi acquirat, reliquam verò dominus, aut eius hæres accipiat.

FEVDA HABITATIOnum nisi aliud specialiter cautum sit, morte accipientium finiuntur.

IMPERATOR HENRIcus. Si contigerit feudum in curia, aut fidelis neglectu consortibus applicari, nullus ex eo leuamen detrusus excipiat, ne senioris sui contemptus illusus fiat, ob quem feudum inde dimiserat. Sanè qui aliter fecerint, quàm quod mens saluberrimę nostræ constitutionis exposcit, beneficio se carituros esse cognoscant, ita vt eis amplius sperare non liceat, seniori danda licentia ab ipsis, eorumq; posteris, quàm cæteris detentatoribus, prædictum beneficium vendicandi.

QVAESITVM SCIO, DVdumq; apud prudentes fuisse causam hanc, si serui quibus macula seruitutis obstaculo fuerat, libertate donati fuerint, an ad feudi successionem valeant aspirare. Deniq; post magnas varietates obtinuit sentẽtia distinguentium, ꝙ tempore libertatis donum assecuti fuerint, vt si quidem eo tempore, quo cohæres alter, vtpote his constitutis inhabilibus, aut dominus quasi ad se deuolutum vendidisset ab eis successione, sint penitus alieni, neq; legitimè factum est, superuenienti facto postea retractetur, qui si re integra manumissi fuerint, in feudum rectè succedere queunt.

ANTIQVATVM ESSE ipsis rerum experimentis nos ipsi cognouimus, fideles nisi aliud cõtractibus pactiones insertę desiderent dominorũ sumptibus eisdem seruitia ministrare. Iustum namque est, vt illi consequantur stipendium, quo tempore suum commodare reperiũtur obsequium, præsertim cùm nec quisquam proprijs cogatur impendijs militare, maximè cùm extra ciuitatis suę, tentoria seruitutis exhibendi eos conuenit fatigari.

GREGORIVS SEPTIMVS. Si quis Imperatorum, Regũ, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quarumlibet secularium potestatum, aut personarum inuestituram, Episcopatuũ, vel alicuius ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit, ecclesiastica communione priuetur.

QVONIAM INVESTITVras cõtra sanctorum patrum authoritatem, à laicis in multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in ecclesia, imò ruinam sanctæ religionis oriri, ex quibus censuræ religio conturbatur, decernimus vt nullus clericorum inuestituras, Episcopatus, vel abbatiæ, vel ecclesiæ de manu Imperatoris vel Regis, vel alicuius laicæ personæ viri, vel fœminæ suscipiat. quod si pręsumpserint, recognoscãt inuestituram illam, ab Apostolica authoritate irritam esse, & se vsq; ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere.

SI QVIS CLERICVS ABbas, vel Monachus, per laicos ecclesias obtinuerint, excõmunicationi subiaceat.

CONSTITVTIONES SANctorum Canonum sequentes statuimus, vt quicunq; clericorum ab hac hora inuestituram ecclesiæ, vel ecclesiasticæ dignitatis de manu laici accepit, & qui manum imposuerit gradus sui, periculo subiaceat & communicatione priuetur.

MAIVS EST POSSESSIOnem dare, quàm inuestituram cõcedere.

NVLLA IVRIS CONSTItutione, aut consuetudinis vsq; longæui obseruantia, ꝓhiberi sciscitatus inuenio, vasallum arctiori, quanq̃ in se habeat lege, feudum in alium vbi libet posse transferre.

LONGINQVITATE TEMporis fit sæpe, vt non pateat conditio originis, vnde iam statutum est, vt professionem suam liberti ecclesiæ debeant facere, qua profiteantur se, & de familia ecclesiæ esse, & eius obsequium nunquam relicturus. His quoq; adijcimus, vt quotiens cursum vitæ sacerdos impleuerit, & de hac vita migrauerit, mox cùm successor eius aduenerit, omnes liberti ecclesiæ, vel ab eis progeniti cartulas suas in conspectu omnium, debent ipsi, qui substituitur Pontifici publicare, & vt professiõem in conspectu ecclesiæ renouare, quatenus status sui vigorem illi obtineant, & obedientia eorum ecclesia non careat. Sin autem scripturas libertatis suæ, intra annum ordinationis noui Pontificis, manifestare contempserint, aut professiones renouare noluerint, vacuæ & inanes cartulæ ipsæ remaneãt, & illi origini suæ redditi sunt perpetuo serui.

LIBERTI ECCLESIAE, quia nunquam eorum moritur, patrona à patrocinio ecclesię nũquam discedant, nec posteritas quidem eorũ, sicut priores Canones decreuerunt, ac ne fortè libertinitas eorum in futura prole nõ pateat. Ipsamq; posteritas se ab ecclesiæ patrocinio non subtrahat, necesse est, vt tam idem liberti, quàm eius progeniti, professionem Episcopo suo faciant, per quam ex familia ecclesiæ libertos se esse fateantur, eius patrocinium non relinquant, sed iuxta virtutem suã obsequium ei, vel obedientiam præbeant.

QVICVNQVE FIDELIVM propria deuotione de facultatibus suis, aliquid ecclesiæ contulerunt, si fortè ipsi filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem ecclesia suffragium vitæ temporis vsu percipiant.

ET IVRE ET MORIBVS receptum est, vasallum clericali se militiæ clericantem feudum amittere. Scriptum est enim in diuinis eloquijs: Miles Christi seruiat Christo, milites seculi seruiant seculo.

SI QVIS EPISCOPVS SEcularibus potestatibus, vsus ecclesias pro ipsis obtinuerit, deponatur, & segregetur omnes illi, qui se communicant.

ILLVD PER OMNIA INterdicimus, vt nullus clericus præbendam suam, seu beneficium aliquod ecclesiasticum aliquo modo alienare præsumat, quod si præsumptum olim fuerit, vel aliquando fuerit, irritum erit, & vltioni canonicæ subiacebit.

QVICVNQVE MILITVM, vel cuiuscunq; ordinis, vel professionis persona, prædia ecclesiastica, à quocunq; Rege, seu seculari Principe, vel ab Episcopis inuitis, seu Abbatibus, aut ab aliquibus ecclesiarum Rectoribus suscepit, vel inuaserit, vel eorum consensu tenuerit, nisi eadem prædia ecclesiæ restituat, excommunicationi subiaceat.

SI TRIBVTVM PETIT Imperator, nō negamus agri ecclesiæ soluant tributum, si agros ecclesiæ desiderat Imperator, potestatem habet vindicandorum, tollat eos, si libitum est Imperatori, non do, sed non nego, quia nō ecclesia dari Imperatori, non pontificalis apex more capitis ecclesiæ præeminens, potest subijci Regibus.

DE HIS QVAE CLERICI emerint, vel viuorum donationibus acceperint, consueta Principibus debent obsequia, vt & annua eis persoluant tributa, & vocato exercitu cum eis, consensu tamen Romani Pontificis, proficiscantur ad castra.

FINIS.

INDEX TITVLORVM SEV RVBRICARVM TOTIVS LIBRI FEVDORVM OBERTI DE HORTO IVXTA ORDINEM AB IACOBO ALVAROTO EIVSDEM voluminis explanatore obseruatum, qui hîc Alphabetica serie inseruntur.

Numeri sequentes titulos seu rubricas, semper indicant paginam.

A.

Alienatione feudi. Folio. 54
Alienatione feudi paterni. 270
Apud quem vel quos cōtentio de feudo esse debeat. 63
An agnatus vel filius poßit repudiare feudum, & hæreditatem retinere, vel econtrà. 285
An apud Iudicem vel curiam domini quæstio feudi terminari debeat. 288
An ille qui interfecit fratrem domini. 266
An maritus succedat vxori. 60
An mutus, surdus, vel aliter imperfectus. 264
An remouendi sint testes qui pares esse desierunt. 150

B.

Beneficio fœminæ. 243
Beneficio fratris, & qualiter frater fratri succedat. 68

C.

Capitulis Coradi. 273
Capitaneo qui curiam vendidit. 295
Capitulis extraordinarijs, & alterius compilationis feudorum. 350
Clerico qui inuestituram facit. 263
Constitutiones feudales domini Lotharij Imperatoris, &c. 65
Consuetudine recti feudi. 248
Contentione inter dominum & vasallum de inuestitura. 78
Contentione inter dominum & vasallum de inuestitura. 81
Contentione inter me & dominū de portione fratris mei. 52
Contentione inuestituræ inter dominum & vasallum de inuestitura feudi. 50
Controuersia feudi apud pares terminanda. 146
Controuersia inter dominū & emptorē feudi. 279
Controuersia inter masculum & fœminam de beneficio. 278
Controuersia inter vasallum & alium de beneficio. 281
Controuersia inter vasallum & Episcopum. 152
Controuersia inuestituræ. 18

D.

Duobus fratribus à Capitaneo inuestitis. 150

E.

Eo qui finem fecit agnato. 292
Eo qui sibi hæredibusq́ suis masculis & fœminis. 147
Episcopū, vel Abbatē, vel Abbatissam, vel dominum plebis, &c. 36

F.

Feudi cognitione. 92
Feudis datis minimis valuasoribus. 61
Feudis & beneficijs cōstitutiones Imperiales. 351
Feudo dato in vicem legis commissoriæ. 87
Feudo guardiæ & gastaldiæ. 13
Feudo marchiæ, ducatus, & comitatus. 58
Feudo non habente propriam naturam feudi. 291
Feudo sine culpa non amittendo. 69
Filijs natis ex matrimonio ad morganicam contracto. 242
Forma fidelitatis. 115
Fratribus de nouo beneficio inuestitis. 138

G.

Gradibus succedendi in feudum. 136

H.

Hic finitur lex, deinde consuetudines Regni incipiunt. 233
Hic potest esse titulus, quibus modis feudū amittatur. 61
Hic potest esse titulus, qui successores teneantur. 49
His qui feudum dare possunt. 1

I.

Imperator Lotharius Eugenio Papæ. 66
Inuestitura de re aliena facta. 120
Inuestitura in maritum facta. 143
Inuestitura quam Titius accepit à Sempronio. 142
In quibus causis feudum amittatur. 162

L.

Lege Coradi. 257

M.

Milite vasallo qui arma bellica deposuit. 154
Milite vasallo qui contumax est. 156

N.

Natura feudi. 42
Natura succeßionis feudi. 293
Notis feudorum. 340
Noua forma fidelitatis. 116

P.

Pace tenenda. 213
Pace iuramento firmanda. 304
Per quos fiat inuestitura. 104
Prohibita feudi alienatione per Federicum. 320
Prohibita feudi alienatione per Lotharium. 301

Q.

Qualiter dominus proprietate priuetur. 290
Qualiter olim feudum poterat alienari. 324

Qualiter vasallus iurare debeat. 112
Quæ fuit prima causa beneficij amittendi. 164
Quæ sint regaliæ. 337
Quemadmodum feudum ad filiam pertineat. 79
Quid præcedere debeat, an inuestitura, an fidelitas. 112
Quibus modis feudum amittatur. 26
Quibus modis feudum constitui potest. 80
Quid iuris si post alienationem feudi vasal. illud recupe. 282
Quid sit inuestitura. 96
Quis dicatur Dux, Comes vel Marchio. 129
Qui successores teneantur. 16
Qui testes sunt necessarij ad probandū nouam inuestituram. 246
Quot testes sint necessarij ad probandū feudi ingratitudinem. 340
Quo tempore miles, &c. 71

S.

Si de feudo fuerit controuersia. 183
Si de feudo vasallus fuerit interpellatus. 180
Si de inuestitura inter dominum & vasallum lis oriatur. 81
Si vasallus feudo priuetur cui deferri debeat. 245
Successione feudi. 44
Statutis & consuetudinibus contra libertatem Ecclesiæ tollendis. 344

V.

Vasallo contra constitutionem Lotharij feudum alienante. 268
Vasallo decrepite ætatis. 142

INDEX NOVVS ET LOCVPLETISSIMVS OMNIVM VERBORVM, RERVM, MATERIARVM, QVAESTIONVM ET DECISIONVM SINGVLARIVM

in hiſce Commentarijs D. Iacobi Aluarotti contentarum, iuxta ordinem Alphabeticum.

A.

Abbas & Abbatiſſa in temporalibus pares iudicantur, nam & vterq; infeudare poteſt, in ſpiritualibus autem nō item. De his qui feu.da.poſ.§.1.nu.9.Fol. 3

Abſentia parium ſolennitatē circa nouam inueſti.fiendam non ſecludit. De cōſue.rec.feu.§.quòd autem. num.2.fol. 250

Abſenti an poßit fieri gratia & remißio. De cōſuetud.recti feudi.§.quòd autē.ſub num.3.fol. 250

Abſenti an & qualiter poßit per pactum prouideri. De eo qui finem fecit agnati.§.1.ſub nu.2.fol. 293

*Abſolutio ab excomunicatione in integrum reſtitutio dicitur. Hîc finitur lex.§.1.nu.7.fol.*234

Abſolutio an ſit neceſſaria à iuramentis per metū extortis. De pace iura.firman.§. item Sacramēta.ſub num.3.fol. 315

Abſtinere à malo non ſufficit niſi bonum feceris. De forma fideli.ca.vnico.num.3.fol. 115

Actio cui datur exceptio non negatur. De inueſti.de re alie.fac.§.rei autem. num.2.fol. 121

Actioni pignoraticiæ an præſcribatur & tollatur ſpacio 30. annorum. De feud. dat. in vicem l. commiſ.§.1.ſub num. 2.fol. 87

Actor forum rei debet ſequi. De inueſti. in mari: fac.§.1.num.4.fol. 144

Actor negatiuam poſitionem adducet in iudicio. De contē.inter dom. & vaſal.de inueſt.c.vnico.num.2.fol. 78

Actore nil probante an debeat reus abſolui. De contro.inueſti.§.1.num 7.fol. 19

Actore non probante abſoluitur reus. De conſue.recti feud.§.ſi num.1.fol. 257

Actor clericum ad examen vetitum trahens iure ſuo priuatur. De ſta.& conſue.§.ſtatuimus.el.1.num.2. 346

Actoris intentione fundata reus ſuas exceptiones opponet. De contro.inueſti.§. Item ſi vaſallus. num.2. 22

Actus non expectatis expectandis eſt inualidus. De conſue.rect.feud §.quòd autem. nu.1. 250

Actio directa & contraria an ex contractu feudali oriatur, ſicut in cæteris contractibus. De lege Coradi.§.ſimiliter.ſub num.7. 262

Actio iniuriarum an poßit vendi vel cedi. De pace iura.firman.§.iniuria. ſub num.4. 306

*Actio pro iniuria allata ſemel ciuiliter inſtituta, an poſtea pro eadē iniuria criminaliter agi poſſit. De pace iura.firman.§.iniuria.ſub nu.3.*306

Actio qualis competat ratione theſauri. Quæ ſint regaliæ.§.1.ſub num.8. 339

Actus quando remouet rem à ſua ſubſtantia perpetuò, non reintegratur. Quid iuris ſi poſt alie. feud. vaſallus & c.§.præterea.ſub num.1. 283

Adiuuare nō dicitur qui ad peccandum auxiliatur. Hîc finitur lex.§.1.num.8. 236

Adiutorium dominis Imperatorem pro corona ſuſcipienda comitantibus quale debeatur à vaſallis. De prohi.feud.alie. per Lotha. c.1. nu.6. 302

Adminiſtratores locorum prouinciam ab hæretica prauitate expurgabunt. De ſta. & conſue. §.ſtatuimus.el.2.num.1. 348

Adoptiui naturalibus non in omnibus æquiparādi. Si de feud.fue.contro.c.adoptiuus. num. 2. 193

Aduenæ & peregrini ab hoſpitali non ſunt repellendi. De ſta. conſue.§ omnes.num.1. 138

Adultus an poßit ſuos vaſallos liberare à fidelitate. Per quos fiat inueſti.§.1.ſub num. 6. 106

Affectus non punietur niſi effectus ſubſequatur. De capi. qui cur ven.ca.ſi voluerit.nu.2. 298

Affectus non ſequuto effectu qualiter puniendus. Quæ fuit pri.cau. be. amit.§.ſed & qui. nu.12. 174

Agnatus hæres vaſalli, an poßit hæreditatem repudiare, & retinere feudum hæreditariū. An agnat. vel filius poßit repud.§.ſi cōtigerit.ſub num.9. 287

Agnatus alienans partem ſuam feudi, quam tenebat pro diuiſo cum alio agnato, & ſic illam amiſit, an in hac parte ſibi præiudicauerit per hanc ſuam alienationem, ſi poſtea pars agnati ſibi aperiatur. De vaſallo cōtra conſtitut. Loth. §.ſi vaſallus. ſub num 4. 269

Agnati ad feudum vocati propter delictum vaſalli delinquentis mortem nō præſtolabuntur. Quæ fuit pri.cauſa be. ami.§. ſi.num. 13. 178

Agnati alienationi nō conſentientes an ſint alienatoris hæredes. De alie.feud. pater. c. 1. nu.7. 270

Agnati an ſuccedant filio vaſalli mortui de feudo paterno tanquā nouo inueſtiti. An agna. vel fil.poſ.repu.feu.c.vnico.num.7. 287

Agnati an poßint vaſallo filios habente & feudū refutante mortuo reuocare feudum. De alie. feu.pater.c.1.num.6. 270

Agnati domino præferendi in redemptione feudi Quali.olim feud.po.alie.§.porrò.nu.5. 128

Agnati feudum antiquum quo tanquam nouo inueſtitus eſt vaſalli filius an poßint reuocare. An agna.vel fil.c.vnico.nu.8. 115

Agnati proximioris cōſenſus quando agnatis naſciturus ſit nociuus.de ſuc.feu.§.hoc quoq;.nu.6.fol. 47

Agnati & extranei æquiparantur in contractibus. Fallit per quos fiat inueſti §.ſed & res.ſub num.2.fol.106. Item agnatus dans iuſtum precium, extraneus verò vltra, quis ſit præferendus. ibidem ſub num.3. 106

Agnati vaſalli in feudi poſſeßione decedentis in

eadem

eadem conseruandi sunt. Si de feu. fue. contro. c.1.num.2.fol. 183
Agnatis cõceditur quod extraneis denegatur. De alie.feu.pater.c.1.num.5. 270
Agnatis conceditur quod extraneis negatur. Per quos fiat inue.§.scilicet & res. num.2. 106
Agnatis conceditur quod extraneis denegatur. De alien.feu.§.& si clientulus. nu.2. 56
Agnatis pluribus ex diuersis lineis ad feudum vasalli mortui aspirantibus qui primò sint vocandi. De na.suc.feu.c.vnico.nu.6. 29
Agnatus ad acquisitionem feudi antiqui non admittitur nisi à stipite primi acquirentis progrediatur. Si vas.feu priue.cui defer.deb.c.vnico. num.3. 245
Agnatus feudum suum retinens agnati sui hæreditatem ad quam vocatur repudiare poterit. De Capi.qui cur.ven.c.filius.nu.2. 299
Agnatus iuri succedendi renunciare potest. De eo qui finem fe.agna.c.vnico.nu.1. 293
Agnatus proximior in feudo an admittatur infeudante mortuo. Per quos fiat inuest.§.sed & res. num.8. 107
Agnatus proximior vasalli absq; liberis decedentis feudum sine protestatione apprehendens nõ per hoc vasalli creditoribus tenebitur. An agn. vel fil.c.vnico.nu.14. 288
Agnatus rem ab agnato venditam pro eodem precio reuocare potest. Quali.olim feud.po.alien.§. porrò.num.6. 128
Agnatus succedens agnato in hæreditate & feudo paterno illam refutabit, & istud retinebit. An agna.vel fil.pos.repe.feud.c.vnico.num.1. 286
Agnatus vasallo feudum alienanti consentiens filijs non præiudicabit. Quæ fuit pri. cau.bene. amit.§.fi.nu.24. 179
Agnatis magis fauetur quàm domino. Si de feud. fue.contro.§.si de feudo.nu.2. 183
Agnatus vasallo extraneo in feudi emptione præferendus. Per quos fiat inuesti.§.sed & res.numer.3. 106
Agens malè, odit lucem. Si de inuesti.inter do. & vasal.lis oriat.§.1. nu.6. 83
Agricolæ & eorum instrumenta sed & animalia eximuntur à captura. De sta.& consue.§.agricultores.nu.1. 139
Alchimistæ qui sint, & an puniendi. Quæ sint regaliæ.c.vnico.nu.4. 338
Alexandria Lombardiæ ab Alexandro Papa denominata. De pac.ten.c.vnico.nu.2. 214
Alienare feudum volenti tria requiruntur. Si de feu.fue.contro.c.beneficium.nu.2. 209
Alienare non intelligitur, qui facit inuestituram de feudo antiquo. Per quos fiat inuestit.§.1.numer.2. 104
Alienari prohibitum non potest transferri per feudum. Per quos fiat inuestit.§ sed & res. num.1. 106
Alienatio, distractio, vel quodlibet commercium super feudis prohibetur vasallis. De proh.feu. alie.per Loth. c.1.nu.2. 302
Alienatio feudi noui legitimè facta neq; per filios neq; per agnatos reuocanda. Quæ fuit pri. causa. ben.amit.§.fi.nu.35. 180
Alienatio feudi necessaria domino etiam ignoranti erit nociua. Quæ fuit pri.causa bene.amit. §.fin.nu.25. 179
Alienatio feudi inter agnatos permittitur. Quæ fuit prima causa benefic.amitten.§.fin.num.18 179
Alienatio feudi inter agnatos licita. Si de feu.fue. contro.c.Titius filios.nu.2. 199
Alienatio feudi reuocabitur à filijs vasalli viuetis. Si de feud.fue. controu. c. Titius filios.numer.3. 200
Alienatio fit potentiori de consuetudine Mediolanensi, quæ non fieret minus potenti. De lege Coradi.§.ex eadem lege.nu.7. 260
Alienatio quæcunq; feudi domino inscio vasallis est interdicta. De probi.feud. alie.per Fede.c.1. num.1. 321
Alienatione feudi legitimè facta, non officitur per hoc hæredibus vasalli, sed ad illud reuocandum, primò venit filius si extat, sin minus agnati. De succes.feud.§.hoc quoq;.nu.1. 45
Alienationi cõsentiens iure suo priuabitur. Si de feu.fue.contro.c.Titius filios.nu.4. 200
Alimenta ex feudo, quod retinere non potest, an vasallo sint præstanda. De notis feudorum.§.1. num 2. 341
Aliud dictio iam dictorum implicatiua. De feud. guar.& gast.c.vnico.§.1.nu.3. 13
Amicus in prosperitate amicum non deseret in aduersitate. De notis feu.c.1.nu.2. 341
Angaria munus personale dicitur. Quæ sint regaliæ.c.vnico nu.5. 338
Animus in maleficijs, quomodo cognoscatur. De pac.ten.§.si quis alium.nu.4. 218
Anni varijs modis incipiunt. Hic finitur lex.§. his consequenter.nu.1. 239
Annus quare in mense Septembris incipere dicatur. Hic finitur lex.§. his consequenter.num.1. 240
Annus quotuplex inueniatur & eorum quilibet quis esse definiatur. Hic finitur lex.§.his consequenter.nu.1. 240
Appellatione ciuium an veniat clericus. De milite vasal. qui arma bellic. depos.§. miles qui. num.12. 156
Appellatione pacis, an contineatur trenga. De pa. ten.§.1.nu.8. 215
Appellatione mercatoris quis contineatur. De pa. ten.§.mercator.nu.1. 228
Appellatione pendente appellator tuetur in possessione. Quo tempore miles. §. sancimus.nu.4. 77
Aqua ex fluminibus publicis, an liceat duci ad fundos priuatos. Quæ sint regaliæ.§.1. numer.1. 337
Arbiter an possit per viam reconuentionis cognoscere. De controuersia feudi apud pares determinanda.§.1.num 5. 147
Archiepiscopus Mediolanensis in feudum non dabit quod suus prædecessor non infeudauit. De cler.qui inuestit.fac.c.vnico.nu.2. 263
Archiepiscopus quis, vnde dicatur, qualiter ordinetur & consecretur, & qua fulgeat dignitate. Episcopum vel abbatem.§.1.nu.16. 39
Archiepiscopus vnde dicatur, & quæ sit eius iurisdictio. Item in quo differat à Patriarcha. De his qui feu.da.pos.§.1. nu. 3. 2
Argumentatio de liberto ad vasallum, an valeat & quid operetur. De consue.recti feu.§.in quibus.nu.1. 254
Argumentis an sit iudicandum in materia feudali. De feud cogn.§.1.nu.4.& 5. 94
Argumentum de similibus ad similia, an habeat locum

locum in feudis. De feud. March. Duca. & Comit. §. si duo fratres. sub nu. 2. 60
Argumentum ab allusione vocabuli validū. Per quos fiat inuest. §. nulla num. 3. 110
Arma quare in palatijs Principum, dominorum, vel ciuitatum portari vetentur. De pace te. §. ad palatium nu. 1. 229
Arma portans quo animo deferat, qualiter cognoscetur. De pa. te. §. mercator. num. 3. 228
Artifices & mercatores, an poßint metam inter se ponere rebus vendendis. De pace tenen. §. post natale. sub nu. 6. 227
Ascendentes per rectam lineā suis descendentibus in feudo non succedunt. De na. suc. feud. c. vnico. nu. 1. 118
Ascriptitij bona religionem ingredietis cui pertinebunt. De milite vasal. qui arma bellica depo. c. vnico. nu. 10. 156
Assertio actoris in iudicio facta est sibi nociua. De contro. inter vasal. & Epis. c. vnico. nu. 4. 153
Augmentum feudi, an poßit in dotem dari. Quali. olim feu po. alie. §. donare. num. 12. 127
Autem dictio continuatiua dicitur & proximè dictis aduersatur. De feud. Guar. & Gastal. c. vnico. §. 1. nu. 4. 13
Authentica sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem, an procedat inter Iudæos & hæreticos. De pace iura. firm. §. item sacramenta. sub nu. 2. 314
Auxilium præstans in committendo furto, an & qualiter puniatur. De pace tenen. §. si quis. sub nu. 1. 231

B.

BAnnitorum rebus impunè damnum datur. Hic fini. lex. §. 1. num. 11. 234
Banno domini pendente feudi ius non alienabit vasallus. Hic finitur lex. §. 1. nu. 13. 235
Banno quis priuatur eo quod sibi iure naturæ debebatur. De pa. te. §. si verò. nu. 5. 217
Bannum ex causa relaxandum. De sta. & consue. § item nulla num. 4. 345
Bannum non obligationem à vasallo debitam domino, sed obligationis effectum tollit. Hic fini. lex. §. 1. num. 12. 234
Bannum quatuor modis acceptum in iure reperitur. Hic fi. lex. §. 1. num. 23. 236
Bannitus an poßit aliquid exigere à suis debitoribus. Hic finitur lex. §. 1. sub num. 8. 234
Bannitus an poßit vendere sua bona. Ibidem. sub nu. 13. 235
Banniti quando poßint rebanniri. Ibidem. sub nu. 19. 236
Bastardus generis nobilitate nō potietur. Quis di. Dux, Co. §. cæteri. nu. 8. 135
Bellum qualiter cognoscetur, an iustè vel iniustè moueatur. Hic fi. lex. §. 1. nu. 21. 236
Bellum iustum tria requisita habere necesse est. Ibidem. sub nu. 17. 236
Beneficio atq; iuri proprio renūciare quis potest. Quali. olim feu. po. alie. §. porrò. num. 2. 128
Beneficium in specie præter feudi naturam ad certum seruitium dari potest. In qui. cau. feu. amit. §. vnico. nu. 7. 163
Beneficium legis non implorabit qui in legē commisit. De pa. iura fir. §. præterea nu. 1. 313
Beneficium quot modis sumitur, & vt perfectū dicatur quæ in eo quærantur. In quibus caus. feu. amit. §. vnico. nu. 6. 163
Bestia fera, quæ porcum meum rapuit, inscētia & capta per alium, cuius sit porcus. De pace tenen. § nemo. sub num. 2. 219
Bona contumacis non fisco, sed applicanda sunt proximis. De pace tenen. §. si verò. nume. 2. 217
Bona ecclesiæ allibellata centum annorum elapso curriculo ad dominum redeunt. De alie. feud. §. inde potest. nu 7. 55
Bona homicidæ cui applicanda. De pa. iura. §. homicidium nu. 3. 309
Bona mobilia de ipso territorio esse creduntur in quo reperiuntur. De pace tenē. §. si verò. nu. 1. 217
Bona occasione generalis arbitrij quando poßint publicari. De pa. tenen. §. si verò. nume. 8. 217
Bona regalia quæ sint & in quotuplici differentia. De his qui feu. da. pos. §. 1. num. 11. 3
Bona vacantia in Episcopum nonnunquam & in fiscum quandoq; deuoluuntur. De statu. & cōsue. § omnes. num. 3. 138
Bona clerici infeudantis in dubio cuius esse præsumantur, an ipsius, an verò ecclesiæ. De Cler. qui inuest. fe. §. 1. 263
Bona damnati, vtrum hodie & qualiter, & quādo confiscanda. De pace tenen. §. si verò. sub num. 5. 217
Bona conditionalia, an veniant in confiscatione. Ibidem sub num. 8.
Bona violatoris pacis, an sint confiscanda. De pace tenen §. si quis alium. sub nu. 5. 218
Bona sua an quis perdat propter suum homicidium. An ille, qui interfe. fratrem domini. §. 1. sub num. 4. 267
Breue testatum per domini sigillum quandoque probatum. Qui testes sint neces. ad proban. no. inuesti c. vnico. nu 5. 248
Breue testatum quod & quare sic vocetur hic apertè demonstratur. De controuer. inuesti. §. 1. num. 3. 18

C.

CApitaneus quot modis dicitur. De feud. March. c. si Capitanei. nu. 1. 59
Carboniana bonorum poßeßio locum sibi vendicat in feudo. An agna. vel fil. c. vnico. nu. 11. 288
Cardinalis quis, qualis esse debeat, quot genera, quot numero, qui & ad quid sint. Episcopum vel Abba. §. 1. nu. 11. & seq. 38
Carontes seipsum interfecit quod ense cinctus ad locum concilij accesserit. De pace tenen. §. ad palatium. nu. 2. 230
Castra de nouo Marchioni concessa non sunt de Marchionatu. De prohi feu. alie. §. præterea Ducatus. num. 9. 131
Castrum per Principem Comiti ablatum & alteri venditum, an poßit à Comite restituto vendicari. Hic fini. lex. §. 1. num. 19. 236
Casus in quibus inculpatur pugna se purgare tenetur. De pace tenen. c. 1. nu. 14. 215
Casus nouus si emergat ad Principem recurritur. Consti. feuda. c. vnico. num. 1. 66
Causa feudalis inter eos, quos non constat esse vasallos, coram ordinario discutietur. De lege Coradi.

Coradi. §. 2. nume. 8. 258

Causa domino feudi præiudicialis non potest in sua curia terminari. An apud iudi. vel cur. c. vnico nu. 1. 289

Causa inter maritum & agnatum per pares curiæ non terminatur. De inuesti. in mari. fac. §. 1. num 3. 144

Causa iure Romano & iure loci viuentium secundum quod ius decidatur. De feud. cogni. c. 1. num. 1. 93

Causa iusta superueniens dolum secludit. De prohi. feu. alie. per Lotha ca fina. nu. 3. 304

Causa inter vasallum & emptorem sacramento emptoris dirimetur. De capi qui cur. ven c. similiter. el. 2. nu. 1. 299

Causæ feudi amittendi sub certis regulis non possunt tradi. In quib. cau feu. amit. §. vnico. num. 2. 162

Cautela quod dominus possessionem feudi tradere non possit cogi. Si de feu. fue. controuer. c. si facta. num 7. 202

Citare quis valeat. De milite vasal. qui contu. est. § 1. num. 9. 158

Citari personæ quæ possint & quo tempore. De mili. vasal qui contu. est. § 1. num. 10. 158

Citatio in actione reali in reos contumaces quales producat effectus. De mili. vasal. qui contu. est. §. 1. nu. 14. 158

Citatio iuxta iuris communis formam & feudorum consuetudines, qualiter fieri debeat. De milite vasal qui contu. est. § 1. num. 8. 158

Citatio noua contumacis pro audienda sentẽtia priuationis non quæritur. De mili. vasal. qui contu. est §. 1. nu 16. 159

Citatio verbalis non est tuta. De mili. vasal qui contumax est § 1. sub num 5. 157

Citatio quando intelligatur legitimè facta. De pace iura. firmanda. §. vt autem. sub nume. 3. 320

Citatus à non suo iudice, an teneatur comparere saltem allegaturus priuilegium suũ An apud iudicem vel curiam domini quæst. sub num. 3. 180

Citationis causa tempus, locus, ad cuius petitionem adduci debent. De mili. vasal. qui contu. est. §. 1 num. 4. 160

Citatus à non suo iudice priuilegium suum dicturus debet comparere. De mili. vasal. qui contu. est §. 1. nu. 11. 158

Citatus comparebit priuilegium obiecturus, non tamen trahetur inuitus. An apud iudi. vel cur. do. c. vnico nu. 4. 289

Citatus an & quando potest & debet comparere. De inuest. in maritum facta. §. illud tamen sub num. 2. 145

Ciuitas quædam habet eam iurisdictionem, quam olim habebat præses Prouinciæ. Si de inuesti. inter dom. & vasal. lis oria. §. 1. sub nume. 8. 83

Ciuitas solenniter translata in dominium & iurisdictionem alterius, an intelligãtur translata iura molendinorum dictæ ciuitatis. De capitaneo qui curiam vendi. §. 1. sub nume. 2. 297

Clausula non obstan. in rescriptis Imperatoris, an debeat apponi. Si de feud. fue. controuer. c. 1. naturales nu 6. 195

Clausula non obstante præscriptione, quid operetur, si à contrahentibus, vel à testatore sit prolata. Et quid sit dicendum in priuilegio, vel rescripto. De capitulis Coradi. §. præterea. sub num 5. 273

Clerici an præstare debeant iuramentum dominis laicis. Qualiter vasal. iur. debe. c. vnico. nu. 4. 114

Clerici dominis ciuitatum fidelitatem seruabunt. De pace tenen § si Clericus. num. 3. 220

Clerici quæ bona infeudare possint. De his qui feu. da pos § 1. num. 10. & 15. 3. & 4

Clericus de nouo potest inuestiri feudo. De milite vasal qui arma belli depo. ca. vnico. nu. 11. 156

Clericus feudum à Laico recognoscens ipsius iurisdictioni subesse dicitur. Si de feud. fue. controuer. c qui Clericus num. 6. 190

Clericus feudum retinere potest, sed tamen per substitutum seruiet De benefi. fe. §. fi. num. 3. 244

Clerici non debent trahi coram iudice seculari. De sta. & consuet. §. statuimus. el. 1. nume. 1. 346

Clericus priuandus feudo, quis auferre possit, an Prælatus, an verò dominus feudi. De pace tenen. §. si Clericus. nu. 3. 220

Clericus ratione Clericatus, an mutet forum iam contractum. De milite vasal. qui arma bellica depo. §. miles. sub nu 6. 155

Item an Clericus reputetur amplius de vniuersitate ciuium. Ibidem.

Clerico mortuo an agnati sui, an verò ecclesia præferatur in bonis. Si de feud fue. controuer. § qui Clericus sub nu. 5. 190

Clericus feudum à Laico recognoscens, an teneatur sibi iurare & fidelitatem facere. Ibidem in d § qui Clericus sub num 6. 190

Clericus an possit reconueniri coram paribus, qui sint Laici. De contro. feudi apud pares determinan. § 1. sub nu. 5. 147

Clericus non est feudi capax. De benefi fe. § fi. num. 1. 244

Clericus præbendatus Laico fratri cohabitanti, an peculium suum conferre teneatur. De fra. de no. benef. inuestit c. si duo fratres. nume. 9. 141

Clericus pacem frangens in decem libras Laico præsidenti, Episcopo autem iuxta statuta sua punientur. De pace tenen. § si quis aliquem. num. 1. & 3. 220

Clericus si de nouo feudum acquisiuerit illud tenere non valebit De benefi fæmi. § fi. num. 4. 245

Clericus seu Prælatus, an & quando & quas res infeudare possit. De his qui feud. da pos. § 1. num. 16. 4

Clericus an possit pro se ipso feudum retinere. Si de inuest. inter dom. & vasal. lis oriatur. § 1. sub num. 7. 84

Cogitatio peccandi non debet puniri. De cap. qui cur. ven. c. si voluerit. nu. 1. 298

Cognati à feudo repellendi. De his qui feud. da. pos. §. hoc quoq. num. 10. 11

Coitus omnis extra matrimonium reprobatus. De filijs natis ex matri. ad morga. contract. c. vnico. num. 1. 243

Collaterales an possint per pactum in feudo nouo succedere. De benef. frat. & quali. frat. §. 1. num. 2. 68

Collaterales vsq. ad 7. gradum succedunt in feudo. De

do. De his qui feu.da.pos.§.hoc quoq.nume.1. & 9. 10

Collatio dignitatum regalium ad Principem pertinet. Quis dic. Dux, Com. & c.§.1.nu.2. 129

Collationes dignitatum regalium ad Imperatorem spectant, & an ad Reges in suis regnis. De feu. Mar. c.1.num.1. 58

Collecta qualiter imponi possit. Quæ sint regaliæ. §.1.sub num.5. 338

Collecta vel contributio de vino & oleo ex terra feudali qualiter fienda. De capi. Cora. c. similiter. num.4. 276

Collecta pro fructibus imponenda. De capi. Cora. c. similiter. nu.3. 276

Comes dicitur qui primi ordinis comitiuam meretur. Quis di. Dux, Comes, & c.§.1.nu.3. & 5. 130

Communicantes excommunicantis excommunicantur. De sta. & consue. §. item quæcunque. num.1. 345

Communitates in ecclesiam nullam exercebunt authoritatem. De sta. & consue. §. nulla. nu.1. 345

Communitatis parte in dominum delinquente nõ priuabitur feudo tota communitas. Quæ fuit prima cau. benefi. amit. §. fi. num.14. 178

Comparendi impossibilitas iudicium manus tenet ligatas. De milite vasal. qui contu. est. §.1. num.19. 159

Competitor competitorem ob delictum in se commissum infringere potest. De pace tenen. §. si duo. num.2. 222

Competitor maiores pro se habens præsumptiones prius ad probandum admittitur. De pace tenen. §. si duo. nu.1. 222

Computatio graduum in materia feudali, qualiter fieri debeat, & quid sit gradus. De grad. succed. in feudum. §.1. sub num.3. 137

Competitores qualiter & quando se impediant. De pace tenen. §. si duo. sub num.1. 218

Concedentes fundũ in feudum perdentes fructus concedere creditur. Hic finitur lex. §. his consequenter. num.6. 241

Concilium triplex. Epis. vel Abb. §.1. sub nu.2. 36

Concessio generalis an comprehẽdat ea, quæ quis verisimiliter in specie non fuisset concessurus. Si de feud. fue. controuers. §. in generali. sub num.1. 206

Condemnatus ad patibulum, an gratia obtenta recuperet etiam feudum. Hic finitur lex. §.1. num.20. 236

Condemnatus in pecunia non soluens, an possit puniri in corpore. De pace tenen. §. si quis alium. sub num.6. 219

Conditio turpis contractui matrimonij adiecta ob loci consuetudinem ferenda. Si de feu. fue. cõtrouer. c. filij. num.1. 203

Confœderationes & ligæ inter ciuitates, quando permisse. De pace tenen. c.1. nu.8. 215

Confirmari non potest ex post facto quod non valuit ab initio. Si de feu. fue. controuer. c. naturales. nu.1. 194

Confessio vasalli contra se coram testibus non paribus facta, quando sibi officiat. Qui sint testes ad proban. no. inuest. c. vnico. nu.7. 248

Confessus non est, qui dubitanter respondit. Si de feud. fue. controuer. §. vasallus. sub nume.4. 208

Confessio dubia quid operetur, & quis sit modus practicandi. Ibidem in d. §. vasallus. sub nu.4. 208

Coniurationes super malis actibus reprobatæ. De pa. iura. fir. § conuenticulas. num.2. 311

Consensus domini in feudi alienatione agnatis nõ præiudicabit. De alie. feu. paterni. c.1. nume.1. 270

Consistorium quid. Epis. vel Abb. §.1. sub nu.2. 36

Consensus extranei non quæritur, vbi de iure proprio disponitur. Si de feu. fue. controuer. c. moribus. nu.5. 185
Et quomodo intelligatur procedere.

Consensus facit licitum, quod aliàs non liceret. De controu. feudi apud pares determinanda. §.1. sub num.3. 146

Consentiens alij in suijpsius præiudicium sibi imputet. Qui. mod. feu. amit. §. præterea. num. 2. 3. & 4. 33

Consensus posteriorum agnatorũ prioribus agnatis non nocebit. De alie. feu. paterni. c.1. nu. 2. 270

Consensus domini circa alienationẽ feudi adhibitus, qualificat ipsum feudum secundum qualitatem consensus. Quid iuris, si post alie. feudi vasal. §. profectò. sub num.2. 285

Consensus & licentia domini, an debeat præcedere alienationem, an verò sequi. De prohib. feu. alie. per Fede. §.1. sub num.15. 323

Consobrini filij fratrum, quando dicãtur. De feu. Mar. c. si capitanei. nu.3. 59

Constitutio Principis generali clausula non obstan. cõtenta erit. De sta. & consue. §. nauigia. num. 1. 138

Consuetudo est attendẽda circa formã iuramentorum. De pace iura. firman §. item sacramenta. sub num. 4. 315

Consuetudo cuiuscunq. Prouinciæ, quantum ad citationes est seruanda, sed non extante consuetudine, iudex tenetur seruare dispositionem iuris. De milit. vasal. qui contumax est. §.1. sub num.5. 157

Consuetudines diuersæ diuersis in locis esse possunt. Quali. olim feu. po. alie. §.1. num.2. 124

Consuetudines malæ quanto tempore præscribantur. De feu. cogni. c.1. nu.4. 94

Consuetudines feudorum in quibus feudis locũ habeant. De his qui feu. da. po. §.1. nume.14. 4

Consuetudinis rectitudo cadit in feudo cameræ vel cauenæ. Quid sit inuesti. §. si verò vasallus. num.3. 101

Consuetudo bona quare naturalis sit dicenda. In quib. cau. feu. amit. §. vnico num. 5. 163

Consuetudo renouandæ inuestituræ Mediolanẽ. non stringit. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §.1. nu. 4. 164

Consuetudo vbi confirmat contractum minoris, non requiritur decretum iudicis. Per quos fiat inuesti. §.1. sub num. 2. 104

Consuetudo bona & quæ mala dicatur in feudali materia. Quali. olim feu. po. alie. §. porrò. nu.1. 128

Consuetudo in feudis legem scriptam superat. De feud. cogni. c.1. nu.2. 93

Consuetudo in materia feudali attendenda. De feu. cogni. c.1. num.5. 94

Consuetudo mala non est seruanda. Et q̃ sit mala & irra-

& irrationabilis consuetudo. De feud. cognit. §. 1. sub num. 2. & 3. 93

Item cõsuetudines feudales sint locales. Ibidẽ.

Consuetudo quotuplex. Ibidem.

Consuetudo præscripta, si tollatur per legem superuenientem, an possit iterum præscribi. Ibidem nu. 4.

Deficiente expressa & propria consuetudine, põt argui per similem consuetudinem, quando intelligatur verum. Ibidem sub nu. 4.

Consuetudo iuris communis dispositionem sic alterare potest, vt etiam à lege Romanorum eadem aut mos vinci nequaquam valeat. De his qui feu. da. po. §. hoc autem. nu. 3. 9

Consuetudo irrationabilis aliquo casu recipitur. De alie. feu. §. in feudo. nu. 1. 57

Consuetudo legem superat, à lege autem non vincitur. De capi. Cora. c. 1. nu. 2. 274

Consuetudo Mediolanen. fert multa cum vniuersitate transire, quæ nõ possunt de per se. De lege Coradi. §. ex eadem lege. nu. 3. 260

Consuetudo Mediolanen. in fundo per dominum alienando non seruanda. De lege Coradi. §. ex eadem lege. nu. 2. 260

Consuetudo Mediolanen. rem ob quam lis mouetur, non autem personas considerat. De lege Coradi. §. 1. nu. 3. 258

Consuetudo qua feudum alienari vetatur optima censetur. Qualiter olim feud. po. alie. §. 1. num. 1. 124

Consuetudo quanto tempore inducatur, & de hoc plures opi. De his qui feu. da. po. §. 1. nu. 12. 3

Consuetudo quotuplex. De feu. cogni. c. 1. num. 3. 94

Consuetudo solida in iuramento fidelitatis est seruanda. Qualiter vasal. iura. debe. c. vnico. num. 2. 113

Contractus sub conditione, vel in diem celebrati cum Clerico, non astringunt pro futuro tempore successorem. Hic põt esse tit. §. 1. sub nu. 3. 49

Contractus reprobatus fingitur non celebratus, & ideò ex tali non debet solui gabella. Quo tempore mi. §. si quis. sub nu. 2. 75

Contractui feudali iuramento vel stipulatione vallato, an possit renunciari. De capi. qui cur. ven. c. fi. nu. 3. 300

Contractus puberis ad iurandum blanditijs inducti, an sit validus. De pa. iura. fir. §. item sacramenta. nu. 5. 316

Contractus irreuocabilis duo exigit. De pace iura. fir. §. item sacramenta. nu. 2. 313

Contractus an firmetur per iuramentum procuratoris, in animam puberis factum. De pace iuramen. firman. §. Item sacramenta. sub nu. 4. 315

Contractus puberis an valeat siue interpositione decreti. Ibidem in dicto §. Item sacramenta. sub nu. 7. 316

Controuersia capitaneorum lege Coradi, valuasorum autem coram paribus desinienda. De lege Coradi. §. 1. nu. 1. 257

Controuersia de feudo inter quas reperiatur personas. Apud quem vel quos. c. 1. nu. 3. per totum. 64

Controuersia inter vasallum & dominum, quis sit iudex verus. De probi. feu. alie. per Fed. in §. præterea. sub nu. 9. 335

Controuersia de feudo si fuerit inter do. & vasal. qñ stetur simplici verbo domini. De controu. inuesti. §. si verò feudum. nu. 1. 20

Controuersia feudi existente inter dominum & vasal. cui debeat deferri iuramentum. De cõtrou. inuesti. §. 1. nu. 8. 19

Controuersia inter dom. & vasal. de feudo, si oriatur apud pares terminabitur. De aliena. feud. pater. §. si inter. nu. 1. 272

Controuersia inter dominum & non vasallum coram quo discutienda. De probi. feud. alie. per Fed. §. præterea. nu. 9. 335

Controuersia inter masculum & fœminã, masculi sacramento qñ terminetur. De controuer. inter mas. & fœmi. de benef. c. vnico. nu. 1. 279

Contumacia trina citatione conuincitur. De milite vasal. qui contu. est. §. 1. nu. 3. 157

Contumacia an exigat interlocutionem. De mili. vasal. qui contumax est. §. 1. sub nu. 18. 159

Contumax verus, si veniat adhuc curia sedente, an possit se purgare, & an audiri debeat. De mili. vasal. qui contu. est. §. 1. sub nu. 15. 159

Contumacia vasallo non ascribitur, nisi legitimè citetur. De pa. iura. fir. §. fi. nu. 3. 320

Conuersus an gaudeat priuilegijs creditorum. De milite vasallo qui arma bellica deposuit. §. miles qui. sub nu. 3. 155

Conuenticulæ quæ ad malum tendunt reprobantur. De pa. iura. fir. §. conuenticulas. nu. 1. 311

Conuenire in vnum propter aliquod licitum, non est prohibitum. De pace iura. firman. §. conuenticulas. sub nu. 1. 311

Conuenticula quid sit. Ibidem.

Conuenticulæ mercatorum an sint licitæ. Ibidẽ.

Coradus Imperator feudum alienari vetuit, reuocari autem permisit. De capi. Cora. c. præterea. nume. 1. 274

Corporalia possidentur, incorporalia nequaquã. Quid sit inuesti. §. si verò vasallus. nu. 1. 101

Credentie manifestatio, an sufficiat ad priuandũ feudo vasallum. Hic potest esse titulus. c. vnico. nu. 4. 62

Creditor fugienti defectu iudicis rem potest auferre debitori. De pace iura. fir. § si quis verò aliquod. nu. 2. 306

Creditor qui non est dominus, an debeat in possess. mitti in bonis feudalibus propter contumaciã debitoris. De mili. vasal. qui contu. est. §. 1. nu. 17. 159

Creditor non potest adipisci dominum in pignore per pactum legis commissoriæ. De feudo da. in uicem legis commis. sub nu. 1. 87

Item Creditor cui pignoraui castrum meum, an poterit vti iurisdictionibus & alijs iuribus incorporalibus.

Creditores cameræ vel cauenæ vasallis præferẽdi. De notis feu. c. 1. nu. 1. 341

Culpa vnius quomodo vergat in præiudicium alterius. Quib. mo. feu. amit. §. item si fuerint. num. 4. 34

D.

Damno duplici nemo afficiendus. De feu. da. minimis valuas. c. vnico. nume. 2. 61

Dans castrum, an dicatur ius patronatus ecclesiæ conferre. Si de feud. fue. controuers. c. in generali. num. 2. 207

Decedere illicò intelligitur is, qui moritur antequàm sit

quàm sit ei impositum nomen in Baptismate, quod est tempus octo dierum. Epis. vel Abb. §. quin etiam. num. 5. 40
Decretum primum die feriata interponendum. De milite vasal. qui contu. est. §. 1. nume. 20. 159
Decretum quid sit. Epis. vel Abba. §. 1. sub nu. 2. 36
Decima possessa iure feudi, an possit præscribi. Si de feud. fue. controuer. §. si quis. sub nume. 5. 189
Decisio causæ simpliciter alicui commissa, debet iudicare secundum illa iura, prout committẽs iudicaturus fuisset. De feudi cognitione. §. 1. sub nu. 1. 93
Defendenti se multa conceduntur, quæ offendere volenti vetantur. De pace tenen. §. mercator. nu. 2. 228
Delatio iuramenti est effectus principalis semiplenæ probationis. De consue. rec. feu. §. sacramentum. nu. 7. 252
Delator quis dicatur, & quot modis capiatur. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. sed & qui. num. 1. 172
Delicta solennibus verbis nonnunquam intitulanda. In quib. cau. feu. amit. §. vnico. num. 3. 163
Delictum patris in materia feudali, quando noceat filio. Et quid econtrà delictum filij, an noceat patri. Et quid sit dicendum in crimine læsæ maiestatis, hæresis, etc. Si vasallus feudo priuetur cui deferri debeat. §. 1. sub nu. 3. 245
Item an de iure diuino delictum patris noceat filio. Ibidem.
Delinquens criminaliter de domo propria nolens trahi potest. De pace tenen. §. si iudex. num. 3. 221
Descendentes in infinitum in feudo succedunt, quibus deficientibus ad collaterales agnatos deuoluetur. De na. successio. feu. c. vnico. nume. 4. 294
Differentia inter vectigal, tributum & annonã. Quæ sint regaliæ. §. 1. sub num. 3. 337
Dignior ad eligendum & votum suum deponendum prius admittitur. De controuer. apud pares termi. c. vnico. nu. 1. 146
Dignitas personatus quæ sit. Episcopum vel Abba. §. 1. nu. 17. 39
Dignitatem inferiorem adeptus superiori qua pollebat est priuandus. Quis dica. Dux, Com. §. cæteri. nu. 12. 136
Dignitates regales statuto inducente diuidi possunt. De prohi. feud. alie. per Fede. §. præterea Ducatus. nu. 8. 329
Dignitates plures eodem tempore, an quis possit habere. Quis dicatur Dux, Co. § cæteri. nu. 11. 136
Dignitates regales non sunt perpetuæ & successibiles, sed temporales & ad vitam possidentis. De feud. March. Duca. & Com. §. 1. sub nu. 1. 58
Dimidia quando dicatur venire partis appellationẽ. De controu. inuesti. §. cùm autem. nu. 4. 21
Dispositio rei principalis trahitur ad accessoria in feudali materia. De inuesti. de re alie. fac. §. rei autem. nu. 3. 121
Dispositio §. & iterum, de capitulis Coradi, an habeat locum in feudo dato ecclesiæ ab alio, quàm à Rege. Dicto §. & iterum. sub nume. 2. 277
Dispositio §. & iterum, de capitulis Coradi, an procedat in alio Clerico, qui non est Episcopus vel Abbas. Ibidem. 277
Dispositio c. item sciendum, de controuersia inter mas. & fœm. De benef. in fine literæ, an habeat locum etiam in casu, quando est controuersia inter masculum & fœminam, & quid sit dicendum, si est controuersia inter dominum & fœminam. De contro. inter mas. & fœm. de benef. §. 1. sub nu. 3. 279
Dispensatio per Papam facta, vt quis accipiat suã consanguineam in vxorem donec habeat liberos, qui succedant in regno, an valeat. Si de feudo fuerit controuersia. §. naturales. sub nume. 11. 297
Disuestitura quæ & quotuplex. Per quos fiat inuesti. §. nulla. nu. 8. 111
Diuisio simplex in feudo paterno postea aperto diuidentibus non præiudicat. Impera. Lotha. c. vnico. nu. 3. 67
Diuisio inter fratres rusticos simul habitantes, & in cõi laborantes qualiter fieri debeat, quando vnus habet plures filios ad laborandum, quàm alter. De frat. de no. benef. §. si duo. sub num. 9. 142
Diuisiones fructuum inter dominum & hæredes vasalli mortui fiendæ. Hîc finitur lex. §. his cõsequenter. nu 3. 240
Diuisio inter fratres facta, vt vnus habeat totam Marchiam, alter verò omnia bona allodialia, an valeat. De prohibit. feudi alie. per Fed. § præterea Ducatus. sub nu. 8. 329
Diurnitas temporis cum præstatione seruitij facit præsumi pro vasallo, & omnia solenniter esse acta. Quid sit inuest. §. si verò. sub nume. 2. 101
Doctor decretorum Doctori legum præferendus. Quis dica. Dux, Comes. §. 1. num. 21. 134
Dolus probari quomodo possit. De pace iuramen. firman. §. item sacramenta. sub numero 4. 315
Domus quando possit destrui. Hîc finitur lex. §. 1. sub nu. 11. 234
Domini eiusdem feudi duo si fuerint, altero in vasallum peccante ad quem deuoluetur portio eius. Si de feu. fue. controuer. c. domino. nu. 4. 212
Domini Prouinciarum & ciuitatum modernis temporibus bella indicere possunt, quod Romanis olim spectabat. Hic finitur lex. §. 1. nu. 2. 234
Domini terrarum malefactores in suis terris non fouebunt. De pace tenen. §. si iudex. nume. 1. 220
Dominium duplex in feudo reperitur. De inuest. de re alie. fac. §. quamuis enim. numero 1. 123
Dominum posse feudum alienare vasallo inuito, qualiter intelligendum. Quali. olim feu. potest alie. §. de illa. nu 2. 129
Domino à banno vel excommunicatione restituto omnia iura sua ei restituuntur. Hîc finitur lex. §. 1. nu. 9. 234
Domino bannito vasallus fidelitatem non seruabit. Hîc finitur lex. §. 1. nu. 5. 234
Domino & vasallo à possessore feudum vendicantibus vter eorum præferatur. De inuesti. de re alie. fac. §. rei autem. nu. 7. 121

Dominus probans pignus, nisi soluat debitum, nō potest repetere rem. De content. inuesti. §. similiter. sub nu. 1. 52

Dominus inuestituram à se factam non reuocabit. Si de feud. fue. controuer. c. feudum. nume. 3. 213

Domino ob culpam commissam proprietate feudi priuato ad vasallum ipsa proprietas deuoluetur. Qualiter dominus proprie. priue. c. vnico. num. 3. 290

Domino proditionis crimen perpetrante in Principem feudi proprietas in fiscum transferetur. Si de feu. fue. contro. c. domino. nu. 4. 212

Domino quærenti, an res feudalis sit fideliter vasallus respondebit. Si de feu. fue. controuer. c. vasallus. el. 2. nu. 1. 208

Domino vendicanti feudum tanquam pignus à vasal. tanquam feudum possidente onus probandi debet incumbere. De controu. inuesti. §. similiter. nu. 2. & 3. 23

Dominus abusiuè inuestiens ad interesse tenetur, quod si soluerit liberabitur. Si de feu. fue. contro. c. si facta. nu. 6. 202

Dominus aliquando parem vicem non reddit vasallo. De pace iura. fir. §. si verò. numer. 1. 319

Dominus an immediatè vasallum inuestiri petentem teneatur inuestire. Per quos fiat inuesti. §. nulla. nu. 5. 111

Dominus an vasallo fidelitatem iurare debeat. De forma fideli. capitu. vnico. numero 7. 116

Dominus an vendicet feudum à vasalli creditore pro debito intentatum. De inuesti. de re. alie. fac. §. rei autem. nu. 8. 121

Dominus concedens feudum cum pacto quod pro facto proprio non teneatur de euictione, an teneatur pro facto authoris. Si de feu. vasal. fue. interpel. c. vnico. nu. 7. 182

Dominus cum curia sua inter vasallos suos est iudex ordinarius. De inuestit. in mari. fac. §. illud tamen. nu. 1. 145

Dominus an possit agere actione iniuriarum suo vasallo facta. De pace iura. fir. §. iniuria. sub num. 4. 306

Dominus quam habeat actionem contra emptorem ad reuocationem feudi alienati. De probi. feu. alie. per Fe. §. 1. sub nu. 12. 322

Domini terrarum, an sint iudices inter suos ciues. De probi. feu. alie. per Fed. §. præterea. sub nume. 12. 336

Domini possessionum, an sint iudices inter suos agricolas. Ibidem.

Dominus non habens curiam parium, quis cognoscere de causa pōt. An apud iudicem vel curiam domini. §. 1. sub nu. 1. 289

Dominus alienans proprietatem feudi inuito vasallo, an priuetur proprietate & applicetur vasallo. Qualiter dominus proprie. priue. sub nume. 4. 290

Dominus contra vasallum committentem Feloniam vel infidelitatem, an potest pugnam facere per campionem, quem supponat loco sui ad pugnam faciendam. De alie. feu. pat. §. non est. sub nu. 1. 272

Dominus an possit percipere vasallum, vt pugnet pro eo. Ibidem.

Dominus occidens fratrem suum, vel aliquem alium proditoriè, an priuaretur proprietate feudi ad instantiam vasalli. An ille qui interfe. frat. domini. §. 1. sub nu. 4. 267

Domini an possint reducere suos subditos discordantes ad pacem. De pace tenen. §. si Clericus. sub nu. 1. 220

Dominus decedens sine agnatis, an vasallus potest feudi proprietatem lucrari. Si de feu. fue. contro. §. domino. sub nu. 5. 212

Dominus an teneatur præcisè ad tradendum, vel an succedat obligatio ad interesse. Si de feuda fue. contro. §. si facta. sub nu. 9. 202

Dominus nolens coram paribus inuestire vasallū, neq; ei tradere possessionem, neq; recipere ad fidelitatem, sed volens in continenti probare contra ipsum vasallum, dicendo hodie constat, hodie agatur, an sit audiendus. De controuer. inter vasal. & Epis. §. 1. sub nu. 7. 154

Dominus propter inobedientiam & contumaciā, an priuetur proprietate feudi. De milit. vasal. qui contumax est. §. si verò. sub num. 9. 161

Dominus spolians vasallum de re non feudali, an potest conueniri à vasallo. Ibidem in §. si verò. sub nu. 9. 161

Dominus de calumnia si iurare voluerit, idem à vasallo exigere poterit. De consue. rect. feu. §. in quibus. nu. 3. 255

Domini an teneantur de delicto famulorum. De pace tenen. §. ministrales. nu. 4. 232

Domino de causa inter vasallos nolente iudicare quid fiendum. De probi. feu. alie. per Fede. §. nu. 4. 334

Domino dicente vasallo quod accipiat possessionem feudi, non statim dicitur vasallus apprehendisse. De consue. rect. feu. §. 1. nu. 4. 249

Dominus delinquentis nonnunquam ob delictum destruitur. De pace iura. fir. §. præterea. nu. 2. 313

Dominus de lite inter vasallos vertente iudicare volens, vbi stare debeat. De probi. feu. alie. per Fe. §. præterea. nu. 5. 335

Dominus de voluntate vasalli vtile dominium accipiet, & in alia directum conferet. De contro. inuesti. §. cùm autem. nu. 3. 21

Dominus nolens compellere pares testimonium dicere renuentes, quid iuris. Quid sit inuestit. §. si enim. sub nu. 4. 100

Dominus dubitans, an sit feudum, super quo denunciatur sibi lis, an litem cōtestari debeat. Si de feudo vasallus fuerit interpellatus. §. negocium. nu. 9. 182

Dominus feudi eadem fide vasallo qua vasallus domino astringitur. Si de feu. fue. contro. c. domino. nu. 2. 211

Dominus feudi fœminam ad se reuerso potest inuestire feudo. De succ. feud. §. filia verò. nu. 1. 48

Dominus feudi in personam delinquens vasalli spoliatur proprietate feudi. Si de feu. fue. controuer. c. domino. nu. 1. 211

Dominus feudi possessionem tradere tenetur, vbi à vasal. fidelitatis sacramentum præstatur. Si de feud. fue. controuers. c. si facta. numero 2. 201

Dominus an teneatur pro domesticis, si rem alterius inuadant. De prohibit. feu. alie. per Fed. §. insuper. sub nu. 8. 331

Dominus feudi proprietate priuatur, si infra annum vasallo petenti inuestituram ab ipso denegatur. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. 1. nu. 11. 165

Dominus

Dominus feudi quando vasallum compellat, vt inuestiturã ostendat. De controuer. inuest. §. 1. num. 9. 19

Dominus feudi quo actionis genere aget aduersus eum, qui feudum à vasallo comparauit. De controuer. inter dom. & empto. feud. c. vnico. num. 5. 280

Dominus feudum alienans sine vasalli voluntate, an priuetur proprietate. Quo tempore miles. c. si quis fuerit. nu. 4. 76

Dominus feudum esse nouum se probaturum asserens impedit possessionem tradi agnatis. Si de feu. fue. contro. c. 1. nu. 5. 183

Dominus feudum non alienabit, si vasallus reclamauerit. De lege Cora. §. ex eadem lege. nume. 1. 260

Dominus habitationes suas concedens, an vasallos conferre dicatur. Si de feu. fue. contro. c. in generali. nu. 3. 207

Dominus in dubio alteri competitorum gratificari potest. De lege Coradi. §. 2. nume. 2. 258

Dominus inuestitura verbali facta receptaq; fide vasallum in possess. mittet. De no. for. fide. §. inuestituram. nu. 1. 119

Dominus in quibus inter vasallos suos iudicare possit. De inuestitu. in mari. fac. §. 1. numero 2. 144

Dominus inter vasallos de causa feudali litigantes iudicabit. De probi. feu. alie. per Fede. §. præterea. nu. 1. 333

Dominus laicus feudo non adhuc sibi aperto aliũ inuestire potest. Si de feud. fue. contro. c. moribus. nu. 3. 185

Dominus laicus quo casu feudo per vasallum possesso alium inuestire possit. Si de feu. fue. contro. c. moribus. nu. 1. 185

Dominus melioris conditionis est quàm vasallus. De consue. rect. feu. §. & cùm datur. nume. 2. 253

Dominus laicus si quem feudo verbaliter inuestierit non curatur quando dies cesserit. Si de feu. fue. contro. c. moribus. nu. 2. 185

Dominus non potest purè inuestire vasal. de feu. nondum aperto sine consensu possidentis. De feu. da. in vi. leg. com. c. si quis. nu. 1. & 2. 89

Dominus promittens feudum vasallo illum inuestire debet nõ obstan. Felonia in ipsum ante inuestituram commissa De prohibit. feu. alie. per Fede. §. insuper. nu. 3. 330

Dominus promittens simpliciter velle dare feudum, quando tradere teneatur. De no. for. fide. §. inuesti. nu. 5. 119

Dominus quare possit sub conditione alium inuestire de feudo vasal. viuentis. De feu. da. in vi. leg. com. 90

Dominus quo casu nouum vasallum habere cogatur. Qualiter olim feu. po. alie. §. si verò nume. 4. 125

Dominus sine vasalli consensu ius quod habet in feudo in alium non transferet. De probi. feud. alie. §. præterea Ducatus. nu. 3. 327

Dominus si quem de feudo inuestiuerit cũ omni incremento ipsius, cui spectabit tale incrementum. De contro. inuesti. §. rursus. nu. 2. 25

Dominus ratione duplici vasallo fidelitatem pollicebitur. De probi. feud. alie. per. Fede. §. fi. num. 1. 336

Dominus vasallo in re feudi iustitiam facere recusans eius priuabitur proprietate. Quæ fuit prima causa benef. amitt. §. item qui domino. num. 2. 170

Dominus vasallo abusiuam inuestituram si largiatur veram inuestituram tradere cogetur. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. est & alia. nu. 7. 167

Dominus vasallo sibi seruitium velle exhiberi mandare debet. Hic finitur lex. §. ad hæc. nu. 3. 238

Dominus vasallo iustitiam denegans feudi proprietate, an priuetur. Quid sit inuesti. §. si enim domino. nu. 5. 101

Dominus vasallum iniustè spolians vltra pos. restitutionem, ad quam pœnam teneatur. De milite vasal. qui contu. est. §. si verò. nu. 10. 161

Dominus vasallum de potestate absoluta feudo non priuabit. De pace tenen. §. quicunq. nu. 2. 231

Dominus vasallum ignorãtem de re aliena inuestiens ei de euictione tenetur. An apud iudi. vel cur. do. c vnico. nu. 2. 289

Dominus vasallum iustum bellum mouentem etiam aduersus patrem proprium tuebitur. Hic finitur lex. §. fi. nu. 5. 242

Dominus vnius terræ, an possit eam alij domino subijcere ipsius hominibus inuitis. Quo tempore miles. c. si quis fuerit. nu. 5. 76

Dominus vtili rei vendicatione contra vasallum aget seruitiũ debitũ negligentẽ. Quæ fuit pri. causa benef. amit § sed nec alia. nu. 4. 171

Dominus feudi aperti, an teneatur creditoribus. De inuestit. de re alie. facta. §. quid ergò nu. 3. 122

Dominus ex vna possessione, an tenetur feudi possessionem vasallo conferre. Si de feud. fue. contro §. si facta nu. 8. 202

Domus nomine quid intelligatur. De pace tenẽ. § si iudex. nu. 5. 218

Donatio causa mortis à pubere facta & iuramento confirmata an possit reuocari Et quid sit dicendum in donatione inter viuos. De pace iura. firman § item sacramenta sub nume 8. 17

Dubitans dubitanter respondere debet. Si de feu. fue. controuers. capit. vasallus. el. 1. nume 9. 187

Dubius dubium præstabit responsum. Si de feud. fue. controuers. c. vasallus. el. 2. numer 4. 208

Duces à quo creandi. Quis dicatur Dux, Co § 1. num. 20. 133

Dux, Comes, Marchio, Capitaneus, Valuasor, qui dicantur. Quis di. Dux, Co &c. §. 1. 129

Duces, Comites & Marchiones pacem frangentes qualiter puniendi. De pa. iur. fir. §. quia verò. nu 3. 311

E.

Ecclesia & eius Prælatus, & Clericus feudũ à domino Laico recognoscere possunt. De cap Cora. c. fin. nu. 1. 277

Ecclesia immortalis creditur. De alie. feu § in de potest. nu. 4. 55

Ecclesia damnum patitur ob culpam, quæ à Prælato committitur. De capit. Cora c fi nu. 2. 277

Ecclesia non priuabitur feudo, si Prælatus negligens fuerit in inuestituram petendo. De capit. Cora. fin. nu. 4. 278

Ecclesia nolens facere gratiam vasallo, an dominus teneatur huic vasallo ad interesse. De pace iura. fir. §. si verò. sub nu. 2. 319

Ecclesia quot modis dicatur. De statut. & consue. contra libert. §. 1. sub nu. 2. 344

Ecclesia pro feudo non cogetur promittere. De feu. & benef. c. de negocio. nu. 1. 352

Ecclesiasticæ personæ & dignitatem habentes, an & quando infeudare possunt. De his qui feud. da. po. §. 1. nu. 7. & 13. 2

Edictum citatorium pro omnibus tribus citationibus, an possit iudex proponere. De milite vasallo qui contumax est. §. 1. sub nume. 6. 157

Edicta citatoria, an habeant propria nomina. De milite vasallo qui contu. est. §. 1. numero 12. 158

Electi à domino poterunt definire etiam si vasallus renuerit eligere. De contro. apud par. termi. c. vnico. nu. 6. 147

Item vnus ex his electis iudicibus, an potest sine alio citationem committere. Ibidem.

Itẽ an possit fiere id, quod alter incœpit. Ibidẽ.

Electio contractum rescindenti in alternatiuis spectat. De feu. da. mini. valua. c. vnico. nu. 3. 61

Electio iudicum partibus committenda. De cõtroner. apud pares termi. c. vnico. numero 2. 146

Ementes prædam à violatoribus pacis puniendi sunt. De pa. iur. fir §. receptatoribus. nume. 2. 312

Emens partem iurisdictionis, quam habebat vnus ex tribus fratribus in castro, an per hoc sit exemptus à iurisdictione alterius. De capit. qui curiam vendidit §. 1 sub nu. 4. 297

Emphiteota emphiteoticam rem inscio domino si vendiderit recuperare non poterit. Quid iur. si post alie. & c. nu 4. 284

Emphiteota emphiteotico iuri domino nolente nõ renunciabit. De cap. qui cur. ven. c fi. nume. 2. 300

Emphiteuta an renunciare possit Emphiteota inuito domino. De capitaneo qui cur. vend. §. similiter. nu. 4. 301

Emphiteota moriente, an possit filius eius hæreditatem repudiare. An agna. vel fil. pos. repu. feu. nu. 4. 286

Emphiteota an possit ius suum alteri allibellare. De capi. Cora §. præterea. sub nu. 3. 275

Emptor secundus feudi quanto tempore potest contra dominum præscribere. Et an præscriptio longissima intrat contra dominum. De ca. Co. §. præterea. sub nu. 6. 275

Emptor bonæ fidei, an possit petere precium, si specialiter egit cum vasallo de euictione non agendo. De probi. feu. alie §. 1. sub nu. 10. 322

Emptor ignorans se feudum emere, an possit præscribere. De feu. non hab. prop. natu. feud §. 1. sub nu. 3. 291

Emptor sciẽs feudum sibi vendi ignorante domino, an incidat in pœnam l. de probi. feud. alie. per Loth. §. 1. sub nu. 6. 302

Emptor bonæ fidei precium feudi empti & ad dominum reuersi à vasallo repetet. De probi. feu. alie. c. 1. nu 4. 321

Emptor bonæ fidei precium si non repetit ad interesse agere poterit. De probi. feud. alie. c. 1. num. 11. 321

Emptor feudi illud retinebit, donec venditor precium restituerit. Si de feu. fue. controu. c. si vasallus. el. 1. nu. 3. 208

Emptor feudi, an teneatur ad seruitium, ad quod feudum erat datum. De capi. qui cur. ven. c. fi. num. 5. 120

Emptor feudi à vasallo ignorante domino vel si malit vasallo restituet. De contro. inter do. & empto. feud. c. vnico. nu. 1. 280

Emptor malæ fidei precium non repetit etiamsi de euictione stipulatus sit. De probi feud. alie. c. 1. nu. 10. 322

Emptor ignoranter deceptus ad interesse aget cõtra venditorem. Si de feu. fue. contro. c. si vasallus. el. 2. nu. 2. 207

Emptor secundus quanto tempore possit contra dominum præscribere. De ca. Cora c. præterea. num. 6. 275

Emptum aliquid ex cuius pecunia refert scire, non autem cuius nomine. De benef. frat. & qualiter frat. §. 1. nu 4. 68

Episcopi pro pace tuenda vigilare debent. De pa. iur. fir §. conuenticulas. nu. 1. 312

Episcopus de bonis ecclesiæ, quando possit infeudare. De contro. inter vasal. & Episc. c. vnico. num. 3. 153

Episcopus an possit in voto dispensari. Si de feu. fue. contro. §. qui Clericus. sub nu 3. 190

Episcopus quis sit, vnde dicatur, quomodo consecretur, & quibus sit insignitus nominibus. De his qui feu. da. po §. 1. nu. 4. 6

Æqualitas in causis paribus seruanda. De pa. iur. fir. §. fi. nu. 1. 319

Æqualitas in iudicijs seruanda. Quid sit inuestit. § præterea. nu. 3. 103

Æqualitas inter dominum & vasallum in amissione iuris feudalis seruanda. Qualiter dominus proprie. priue. c. vnico. nu. 1. 290

Æqualitas inter dominum & vasallum seruanda. Si de feu. fue. contro. c. dño. nu. 3. 211

Æqualitas in numero iudicium eligendorum inter pares seruanda. De coutro. apud par. termi. c. vnico. nu. 3. 146

Æquitas rigori præfertur. An maritus succe. vxo. c. vnico. nu. 3. 60

Æquiparatio Laicorum ad Clericos quando fallat. Si de inuest. inter dom. & vasal. lusoria. §. 1. sub nu. 7. 84

Equo vendito, an sella intelligatur vendita. De capi. qui cur. vend § 1. sub num. 1. 296

Exactiones illicitas vel tributa extorquentes duplum restituent. De pa. iur. fir. §. illicitas. nume. 2. 313

Exactiones illicitæ prohibentur. De pa. iur. fir. §. illicitas nu. 1. 313

Exactiones illicitæ, si ab ecclesijs extorqueantur in triplum restituentur. De sta. & consue. §. item nulla. nu. 3. 345

Excommunicatio an possit suspendi. Hîc finitur lex. §. 1 sub nu. 7. 234

Excommunicationem contemnens, an sit priuandus feudo. Ibidem sub nu. 13. 235

Excommunicatio maior infamiam secum defert. Quo tempore miles. c. 1. num. 10. 7.3

Excõmunicationis duæ species in iure notantur. Hîc fini. lex. §. 1. nu. 24. 237

Excommunicatus per annum contumax actibus legitimis priuandus. De sta. & consue. §. credentes. nu. 2. 349

Expensa

Expensæ factæ in melioratione rei feudalis sunt deducendæ feudo ad dominum ob generationis vasalli defectum reuertente. Et quid sit dicẽdum in expensis modicis. Et quæ sint modicæ expensæ. Hîc fi.lex.§.si vasallus.nu.1. 238

Expensæ in feudo acquirendo adhibitæ quo iudicio fratri restituendæ. De fra.de no. benef.inuesti.c.si duo fratres. nu. 7. 141

Expensæ à vasallo factæ non repetentur, si feudũ ipsius culpa ad dominum reuertatur. Hîc fini. lex.§.si vasallus.nu. 2. 238

Extimatio non debetur ex legato feudi quod pro anima datur. Quali.olim feu.po.alie.§.doñare. nu.11. 127

Extimatio portionis defectæ quam frater superstes domino soluit. Quali.fienda, de fra. de no. benefic. 140

Extinctum semel restaurari non poterit. Quid iuris, si post alie.& c.ca.1.nu.2. 283

Extraneus an ratione iniuriarum admittatur ad accusandũ. De pace iura.fir.§.iniuria. sub nume 4. 306

F.

FActa contra iuris dispositionem pro non factis habentur. Quo tempore miles.c.si quis fecerit.nu.2. 75

Falsitati & fraudibus via debet præcludi. De notis feu.§.idcircò nu.1. 342

Familiares Principum si per discordiam pacem violauerint punientur. De pace tenen.§.si ministrales.nu.3. 232

Familiares Principum iurisdictioni ordinarij loci in quo delinquunt subijciuntur. De pace tenen.§.si ministrales.nu.1. 232

Famulus quis. De pace tenen.§.si ministrales. sub nu.4. 232

Federicus primus quo tempore & quot annis imperauit. De pa.tenen.ca.1.nu.1. 214

Federicus secũdus triginta annis imperans multa priuilegia concessit ecclesijs, sed & leges bonas edidit. De pace tenen.c.1.nu.3. 214

Federicus tertius pauca narratu digna operatus est. De pa.tenen.c.1.nu. 4. 214

Felonia simplex duplici plectitur pœna. De prohi.feu.alie.per Loth.c.1.nu.5. 302

Fœmina à masculo si semel excludatur mors masculi non ei patrocinatur. Episcopum vel Abba.§.quinetiam.num.3. 40

Fœmina in inuestitura cũ masculo copulatiuè posita, quomodo succedat. Epis. vel Abb.§.quin etiam. nu.2. 40

Fœmina cum suis descendentibus feudi sunt incapaces. De gradi.succes.in feud.§.1.nume.3. 136

Fœmina feudi dominium habere potest. Per quos fiat inuesti.§.fœminam.nu.1. 48

Fœmina filijs suis masculis feudum prius acquirit quàm fœminis. De benefic. fœmi.§.1.nume.2. 244

Fœmina in feudo succedens, an debeat inuestituræ renouationem petere. De prohi feud.alie. per Fed.§.præterea si quis.nu.3. 326

Fœmina non admittetur ad feudum in detrimentum agnatorum. De alie.feu.paterni.c.1.nu.3. 270

Fœmina vasallos & fideles, sed & iurisdictionem habere potest. Per quos fiat inuestit.§.fœminam.num.1.& 2. 109

Fœmina in materia feudali non potest testificari. Qui testes sint neces.ad proban.no. inuestitu.c. vnico.nu. 1. 247

Fœmina non admittitur in feudo vel priuilegio alicui generi suo ac posteris concesso. De grad. succed.in feud.§.1.sub nu.3. 137

Fœminæ an & qualiter à successione feudorum excludantur. De his qui feu.da.po.§.hoc autẽ. nu.1.& 2. 9

Fœminæ cum masculis in feudo fœmineo non succedunt. De benef.fœmi.§.1.nu.1. 243

Fœminæ duobus casibus succedunt in feudum. De na.succ.feu.c.vnico.nu. 3. 294

Fœminæ in feudo non succedent donec masculus supererit. De cap.qui cur. ven.c.similiter. el. 1.nu.1. 298

Fœminæ quo ordine cum masculis in emphiteosi succedant. De eo qui sibi hæredibusq́ suis. c. vnico.nu. 8. 149

Fera ab vno vulnerata, ab alio capta, ad quẽ pertineat. De pace tenen.§.nemo.nu.2. 229

Feudatario an domino onus probandi quando incumbat. De feud.§.si verò nume.1.& sequen. 14.& 15

Feudatarius Clericus an poßit feudum retinere & per substitutum seruire. Si de feu.fue.contro.c.qui Clericus.nu.2. 189

Feudatarius si efficiatur Clericus feudo priuabitur. Si de feu.fue.contro.c.qui Clericus.nu.1. 189

Feudatarius, qui tenetur adiuuare dominũ, appellatur miles. De milite vasal. qui arma bellica deposuit in prin.§.miles qui. 155

Feudatarius ecclesiæ tenetur iurare fidelitatem nedum ecclesiæ sed etiam Prælato. Si de feud. fue.contro.§ qui Clericus.sub nu. 6. 190

Feuda à capitaneis concessa nequaquam reuocenda. De his qui feu.da.po.§.notandum.nume.1. 12

Feuda dignitatum & principatuũ regalium sunt indiuisibilia. De prohi.feu.alie.per Federi.§. præterea.nu.1. 327

Feuda an amore & honore, an etiam pecunia acquiri poßint. De feu.da.in vi.leg. Cor.c.1.nu.2. 87

Feuda inferiora & absq; dignitate diuidi possunt. De probi.feud.alie.§.præterea Ducatus.nu.2. 327

Feuda nummis licitè comparantur. De capi.qui cur. ven.c.similiter. el.3.nu.2. 29

Feuda precio comparantur. De feud.da minimis valua.c.vnico.nu.4. 61

Feuda regalia succeßionem an admittãt. De alie. feu.§.in feudo.nu.2. & per totum. 57

Feudi constitutio quando per receptionem seruitiorum inducatur. De feu.da.in vi.leg.com.c. quidam.nu.2. 91

Feudi definitio multiplex. In quib.cau.feu.amit. §.vnico.nu.9. 163

Feudi portio alienata à vasallo ad dominum remeabit. Quæ fuit prima cau.bene.amit.§.illud enim.nu. 5. 175

Feudi essentialia quædam sunt & naturalia aliqua. Quæ fuit prima causa benef.amit.§.est & alia.nu.6. 167

Feudi est natura, vt vasallus non disuestiatur sine causa. De his qui feu. da.po.§. notandum. num. 6. 12

Feudi natura per pactum alteratur. Per quos fiat inuesti. §. nulla. nu. 2. 110
Feudi natura quæ, & in quibus consistat. De natura feudi. c. vnico. nu. 7. 44
Feudi nondum aperti inuestitura quomodo fiat. Hic potest esse tit. §. 1. nu. 2. 49
Feudi pars domino reseruata quomodo sibi prosit, & quomodo intelligatur. Quib. mo. feud. amit. §. item si quis. nu. 3. 35
Feudi rigor hic monstratur, quare feudo quis priuetur. Episcopum vel Abbatem. §. mutus. nu. 3. & 5. 41
Feudo propter culpam amisso quis succedat, & ad quem reuertatur feudum, & cui dominus feudi gratiam facere debeat. De his qui feu. da. po. §. & quia nu. 9. 7. & 8
Feudorum librum scientiam non habere dicentiũ opinio fatua. De his qui feu. da. po. § hoc quoq. num. 5. 11
Feudum ab alienante recuperatum nõ minus regredietur ad dominum. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. fi. nu. 29. 179
Feudum ab alio possessum à nemine peti debet. Fallit in quibusdam casibus. Quo tempore mil. ca. si quis fecerit. nu. 1. 75
Feudum an possit emi, & quando. De benef. frat. & quali. fra. § 1. sub nu. 5. 69
Feudum ab intestato acquiritur, de quo in testamento non disponitur. De succes. feu. §. 1. nu. 1. 44
Feudum per libellum voluntate domini alienatum, si postea per libellum à vasallo recuperatur, an remaneat feudum. Quid iuris si post alie. feu. vasal. §. profectò. sub nu. 4. 285
Feudum quando intelligatur indiuiduum vel diuiduum. De probi. feu. alie. §. 1. sub nu. 12. 322
Feudum concessum, vt omni anno percipiatur de camera decem, an vasallus possit compellere dominum, vt tot possessiones sibi designet, ex quibus ista decem recipere possit. De probi. feud. alie. per Federic. § illud quoq. sub nu. 6. 333
Feudum à fratre emptum ex communibus bonis, nomine tamen vtriusq. & domino sciente, quæ requirantur. De benef. frat. §. 1. nu. 1. 68
Feudum in generali restitutione fideicommissi non computandum. Et quid in emphiteosi ecclesiæ vel Laicorum dicendum. Si de feu. fue. contro. §. in generali. nu. 4. 207
Feudum an veniat in vniuersali petitione hæreditatis. Ibidem in d. § sub nu. 4. 207
Feudum non est, quod recipitur nomine transactionis in feudum. Si de feud. fue. controu. §. si vasallus. el. 3. sub nu. 6. 111
Feudum in quintam personam translatum, an potest reuocari per priorem dominum. De lege Cora. §. similiter. nu. 7. 262
Feudum in certo cameræ vel cauenæ reditu, quandoq. constituitur. De feu. cognit. §. sciendum. nu. 2. 95
Feudum an & quando acquiratur per successionem. Ibidem.
Feudum antiquum, an verò nouum censeatur, si dominus vasallo, qui erat feudo priuandus, remittit culpam. De vasallo decrepit. ætatis. §. 1. sub nu. 2. 243
Feudum rectum & nõ rectum quid sit, & in quibus consistant. De contro. inter vasal. & Epis. §. 1. sub nu. 2. 152
Feudum an possit concedi per transactionem. De contro. inter vasal. & alium de benef. §. 1. sub num. 2. 282
Feudum ex persona vincentis deuentum ad tertiam personam, an dominus possit vendicare ab isto tertio possessori. Ibidem sub nu. 282
Feudum venditum & traditum, sed in continenti recuperatum, an censebitur feudum, & an per hanc recuperationem euitabit, quis pœnã alienatorum. Quid iuris post alie. in §. præterea liceat. sub nu. 283
Feudum commune cum alio habens, an possit suã partem dare in feudum. De notis feudorum. §. item. sub nu. 3. 343
Feudum acquisitum à fratre, an censeatur cõe, si frater protestaretur de nouo acquirendo fratre. De bñf. fra. & qualiter fra. §. 1. sub nu. 5. 69
Et quid sit dicendum, si vnus frater nolit habere ratum, quod frater suo nomine eget.
Feudum alienatum, an & qualiter sit reuersurũ ad filios alienantis. De suc. feu. §. hoc quoq. sub num. 1. 45
Feudum rectum & nobile duobus fratribus concessum, vno decedente, an alter admittatur. De succes. feu. §. in alio. sub nu. 6. 48
Feudum nouiter à fratribus acquisitũ, est & censetur nouum, adeò quod in tali vnus alteri non succedit. Quib. mod. feud. amit. §. item. nume. 1. 34
Feudum concessum duobus fratribus cum pacto, quod vnus alteri succederet, facta diuisione, vnus alienauit vltra partis suæ medietatem, & tandem sine hærede decessit, dubitatur, an dominus, an verò alter superstes frater in altera parte non alienata, admittatur. Quib. mod. feu. amit. §. item. num. 2. 34
Feudum in quos transferatur agnatos. De aliena. feu. §. et si nu 4. 57
Feudum à vasallo sine domini licentia alienatum ad agnatos nõ ad dominum reuertitur. De suc. feu. §. hoc quoq. nu 1. 45
Feudum absq. inuestitura non constituitur. Quib. mo. feu. consti. potest. c. vnico. nu. 1. 80
Feudum ab vno ex fratribus, si acquiratur cæteris non communicabitur. De fra. de no. benef. inuesti. c. si duo fratres. nu. 1. 140
Feudum à duobus si petatur vter eorum præferetur. De probi. feu. alie. per Fede. §. præterea. num. 12. 336
Feudum ad certa datum seruitia quando refutari queat domino inuito. De cap. qui cur. ven. c. fi. nu. 1. 300
Feudum à domino pecunia acquiritur. De inuest. in mari. fac. §. 1. nu. 1. 144
Feudum ad dominum reuertitur, si à vasallo vocato pro re necessaria non associatur. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. fi. nu. 34. 180
Feudum ad tempus datũ ipso tempore elapso reuocari potest. De conten. inuesti. nu. 2. 52
Feudum ad agnatos deuoluetur, si vasallus in capite maximè diminuatur. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. fi. nu. 26. 179
Feudum ad agnatos reuertetur, nisi in dominum à vasallo peccetur. Quib. mod. feu. amit. §. item si fuerint. nu. 5. & 6. 34
Feudum ad quem deuoluetur, si nato instituto posthumus prætereatur. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. 1. nu. 9. 165
Feudum ad quem deuoluatur, si ius vasalli in eo perdatur.

perdatur. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. fi. num. 8. 177
Feudum aliquo casu sine feudatarij culpa perditur. De pace iura. fir. §. si verò. nu. 1. 319
Feudum alienari lege Coradi prohibetur. De lege Cora. §. similiter. nu. 1. 261
Feudum alienatum quando reuertatur ad dominum. De succes. feu. §. hoc quoq. nu. 4. 46
Feudum aliquo casu retinetur quamuis iuramẽtum fidelitatis non præstetur. Si de feud. fue. controuer. c. si minori. nu. 2. 198
Feudum amissum negligentia petente inuestituræ ad quem redeat. Quo tempore miles. c. 1. nume. 15. 75
Feudum an æqualiter spectet ad filios, & in quibus casibus hoc falsum sit. De his qui feud. da. po. §. & quia. nu. 10. 8
Feudum an per votum sine tamen ingressu religionis amittatur. Si de feu. fue. contro. c. quia Clericus. nu. 3. 190
Feudum an sit extinctũ, si dominus vasal. ab omni seruitio liberauerit. De feu. da. in vi. c. quidã. num. 4. 92
Feudum an peculium castrense vel aliud dicatur, hic meritò dubitatur. De fra. de no. benef. inuesti. c. si duo fratres. nu. 6. 141
Feudum à valuasore minimo vendicando fructus tempore medio collectos, an repetat. De feu. da. mini. valua. c. vnico. nu. 5. 61
Feudum antiquum etiamsi licitè alienetur per hoc vasalli hæredibus, non efficitur. Si de feu. fue. contro. c. Titius filios. nu. 1. 199
Feudum antiquum de licentia domini sine agnatorum consensu ab agnatis reuocatur. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. fi. nu. 23. 179
Feudum à quo debeat poßideri lite super eo pendente. Si de feu. fue. contro. c. 1. nu. 4. 183
Feudum à vasallo venditum & tandem reperitatum, quare non reintegretur. Quid cur. si post alie. feu. §. fi. nu. 4. 285
Feudum à vasallo nõ tolletur, nisi culpa & causa legitima reperiatur. De his qui feu. da. po. §. notandum. nu. 7. 12
Feudum cameræ vel cauenæ in rebus solo hærentibus consistit. De feud. cogni. c. sciendum est. 95
Feudum diuisione non alteratur, sed sua formali natura potitur. De probi. feu. alie. per Lotha. c. satis. nu. 1. 301
Feudum duobus pro diuiso concessum, vno fines alterius præscribente quo mortuo, an ad conuasallum vel ad dominũ præscripta portio reuertetur. De contro. inuesti. §. rursus. nu. 8. 26
Feudum ea conditione dari potest, vt in eo succedat adoptiuus. Si de feud. fue. contro. c. adoptiuus. nu. 3. 193
Feudum ecclesiasticum, an poßit alienari sine cõsensu Prælati vel capituli. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. fi. nu. 6. 176
Feudum debet ad dominum reuerti, si ipse offendatur reatu vasalli. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. fi. nu. 6. 176
Feudum duobus modis acquisibile. De feudi cognit. c. sciendum. nu. 3. & 6. 95
Feudum Gastaldiæ quod dicatur. De feu. Guar. & Gastal. c. vnico. §. 1. nu. 8. 14
Feudum Guardiæ & Gastaldiæ datum pro mercede dicitur irregulare. De feu. Guar. & Gast. c. vnico. §. 1. nu. 5. 13
Feuda Guardiæ & Gastaldiæ & pro mercede, quare anno tantùm poßint durare. & nume. 7. 13. & 14
Feudum de nouo duobus pro diuiso datum, an poßit diuidi. De probi. feud. alie. per Fede. §. præterea. sub nu. 9. 329
Feudum domino sciente nec contradicẽte alienatum non reuocabitur. De probi. feud. alie. per Lotha. c. 1. nu. 7. 302
Feudum Guardiæ & Gastaldiæ dicitur irregulare. De conten. inuesti. §. insuper. nu. 3. 52
Feudum Guardiæ & Gastaldiæ quare non sit durabile. De feud. Guar. & Gastal. c. vnico. §. 1. num. 1. 13
Feudum Guardiæ nonnunquam post annum reuocatur. De conten. inuesti. §. insuper. nu. 1. 52
Feudum generationis defectu aperitur & caducatur. Quali. olim feu. po. alie. §. si verò. nu. 2. 125
Feudum illicitè alienatum, an reuertatur ad dominum. Quib. mo. feu. amit. §. aut si libellario. nu. 3. 31
Feudum illicitè alienatum reuertitur ad dominum. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. fi. nume. 19. 178
Feudum illicitè alienatum reuertitur ad dominum directum. De probi. feu. alie. per Fede. §. illud quoq. nu. 4. 332
Feudum in generali bonorũ venditione non includitur. De capi. qui cur. ven. c. 1. nu. 1. 296
Feudum ignoranter venditum, an poßit à venditore recuperari. De contro. inter dom. & empto. feu. c. vnico nu. 8. 279
Feudum in annos centum locari potest. De probi. feu. alie. per Fede. c. 1. nu. 17. 323
Feudum in quibus rebus indiuisibilibus constituatur. De frat. de no. benefi. inuesti. §. 1. nu. 2. 139
Feudum in rebus immobilibus & eis cohærentibus constare dicitur. De feu. cogni. c. sciendum est. nu. 1. 95
Feudum in dotem dari quando poßit. Quali. olim feu. po. alie. §. donare. nu. 3. 6. 7. & 8. 126
Feudum in quartam personam datum à quoto domino reuocari poßit. De lege Cora. §. similiter. num. 5. 261
Feudum nouũ domino consuetudine alienari potest filijs dissentientibus alienantis. De alie. feu. pater. c. 1. nu. 8. 271
Feudum ob non petitam inuestituram amissum, ad quem deuoluatur. Quæ fuit prima caus. benef. amit. §. fi. nu. 18. 178
Feudum non reuertetur ad dominum, qui culpæ in se commissæ à vasal. fuit in causa. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. fi. nu. 9. 177
Feudum olim actu retrosimili in statum pristinũ poterat reintegrari. Quid iuris si post alie. feu. vasal. illud recu. c. 1. nu. 1. 283
Feudum pacto absq. fidelitatis promißione constituitur. De cap. Cora. c. 1. nu. 1. 274
Feudum pacto absque fidelitatis pollicitatione constituitur quandoque. Quæ fuit prima causa benefic. amitten. §. est & alia. numero 4. 166
Feudum paternum & feudum antiquum quomodo differant. De succ. feu. §. hoc quoq. nu. 3. 45
Feudum paternum quod dicatur. De gradi. succ. in feu. §. his verò. nu. 2. 137

Feudum per præscriptionem acquisitum, an trãseat ad hæredes. Si de feu. fue. contro. c. si quis per triginta. nu. 6. 189

Feudum pro mercede datum quod sit. De feud. Guar. c. vnico. § 1. nu. 10. 14

Feudum propter fidelitatẽ datur, rursus propter infidelitatem denegatur. Per quos fiat inuesti. §. nulla. nu. 1. 110

Feudum propter imperfectionem à vasallo ablatum ad filios vel agnatos mittetur. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. fi. nu. 20. 179

Feudum pro filijs acquisitum, an pro nascituris acquiri intelligatur. De eo qui sibi hæredibusq́ suis. c. vnico nu. 7. 149

Feudum petens si succubuerit, vt allodium petere valebit. Si de feu. fue. controu. c. vasallus. cl. 1 nu. 8. 187

Feudum per inuestituram, vel per id quod pro inuestitura habitum est acquiritur. De consue. rect. feu. §. 1. nu. 1. 249

Feudum per pecuniam quandoq; acquiritur. Quemadmodum feud. ad filiam pertineat. c. vnico. nu. 3. 79

Feudum præsumitur antiquum cuius non apparet initium. Si de feu. fue. contro. c. 1. nu. 1. 183

Feudum quando poßit alienari. De capi. Coranum. 3. 275

Feudum quare ad dominum vel agnatum potius quàm ad vasallum possessum remaneat. De mili. vasal. qui arma belli depo. c. vnico. nu. 6. 155

Feudum quanquam circa alienationem alteratũ sit, quandoq; non tamen circa amißionis causas alterari debet. De feu. non ha. prop. na. feu. ca. vnico. nu. 3. 291

Feudum quomodo probetur paternum, vt vasallus obtineat partem non possessam. De controu. inuesti. §. cùm autem. nu. 5. & seq. 21

Feudum quot modis acquiri poßit. Quib. mo. feu. consti. potest. c. vnico. nu. 3. 81

Feudum quod & quare dicatur paternum. De na. succes. feu. c. vnico. nu. 5. 294

Feudum quomodo inter vasallos diuidendum. Fallit vt ibi. Quib. mo. feu. amit. §. item si fuerint. nu. 3. 34

Feudum acquisitum de bonis proprijs, sine aliquo interesse fratris sui, an debeat inter fratres cõmunicari, & quid de fructibus ex eodem feudo De frat. de nouo bene. §. si duo. sub nu. 5. 141

Feudum si concessum sit Francum, an nihilominus vasallus teneatur iterũ domino in exercitum. Et vtrũ sumptib. proprijs. De capitaneo, qui cur. ven. §. similiter. nu. 6. 301

Feudum rectum quando acquiri dicatur. De cõsue. rect. feu. §. 1. nu. 4. 249

Feudum non alienabitur si in inuestitura de alienatione caueatur. De cap. Cora. c. præterea. num. 4. 275

Feudum non alteratur, si per vasalli refutationẽ ad dominum reuertatur. De vasal. decrep. æta. c. vnico. nu. 1. 143

Feudum non conferetur alicui in eorum præiudicium cui apertum est. Si vasal. feu. priue. cui defer. deb. c. vnico. nu. 2. 245

Feudum non debet alterari in eorum præiudiciũ ad quos est reuersurum. An agna. vel fil. pos. repu. feu. c. vnico. nu. 3. 286

Feudum non debet pignorari sine ipsius domini voluntate. De capi. Cora. c. præterea. nu. 2. 274

Feudum non est alienandum sine licentia domini habentis directum dominium. De probi. feud. alie. per Fe. §. illud quoq;. nu. 5. 232

Feudum nostris temporibus in nulla parte pignorari potest. Quib. mo. feu. amit. §. aut si lib. llario. nu. 2. 31

Feudum nouum sub conditione datum, vt censeatur antiquum, an tale sit dicendũ. De vasal. decrep. æta. c. vnico. nu. 3. 143

Feudum nouum à fratribus initium habens eius est conditionis, vt in eo vnus alteri non succedat. De succes. feu. §. in alia verò. nu. 1. 48

Feudum secundum naturam & regulas & consuetudines feudorum semper est præsumendũ. Quid sit inuest. §. præterea. nu. 2. 103

Feudum semper ad vasalli agnatos deuoluitur, vbi eius culpa non reperitur. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. fi. nu. 11. 178

Feudum seruo alieno datum, an sibi vel ipsius domino acquiratur. Per quos fiat inuest. §. personam. nu. 2. 108

Feudum sine domini consensu alienatum post annos triginta, an poßit ab eo reuocari. Quid iur. si post alie. feu. § fi. nu. 3. 285

Feudum sub pacto datum, vt nullum inde exhibeatur seruitium iure feud. dicitur datum. In qui. cau. feu. amit. §. vnico. nu. 8. 163

Feudum vasalli occidentis seipsum, non reuertetur ad dominum. Quæ fuit prima causa benefi. amit. § fi. nu. 15. 178

Feudum vetus quod sit, & quod nouũ. Per quos fiat inuesti. c. 1. nu. 1. 104

Feudum vnicum vnica inuestitura comprehensum in locis diuersis esse potest. De lege Cora. §. ex eadem lege. nu. 8. 261

Feudum vt perdatur quot culpæ requiruntur. De feu. sine culpa non amit. c. 1. nu. 4. 70

Feudum vt præscriptione acquiratur quæ ad hoc requirantur. Si de feu. fue. controuer. c. si quis per triginta. nu. 2. 188

In feudo antiquo primo loco admittũtur descẽdentes in infinitum, q̃bus deficientibus, vocãtur transuersales iuxta gradus. De feud. Mar. Duca. Comit. § si Capitanei. sub nu. 1. 59

Fidelitas an pluribus fieri debeat, vbi sunt plures decedentis domini hæredes Si de feud. fue. controuer. c. omnes filij. nu. 2. 191

Fidelitas est iusiurandum domino occasione feudi à vasallo præstitum. De controu. inter vasal. & Epis. c. vnico. nu. 2. 152

Fidelitas iuramentum à vasallis præstitum dicitur. Quid præce. debe. c. vnico. nu. 2. 49

Fidelitas qualiter præstatur vbi feuda dignitatem diuiduntur. Si de feu. fue. controuer. c. omnes filij. nu. 9. 192

Fidelitas qualiter fienda & quæ eius sit forma. Per quos fiat inuest. § nulla. nu. 6. 111

Fidelitatem solus præstabit ad quem iura feudi deueniunt. De feu. & benef. c. 2. nu. 1. 139

Fidelitatem domino nolens iurare, non est reputandus ꝑ pari, neq; eligendus, domino vel vasallo litigantibus dissentiente, secùs ipsis consentientibus. De controuersia feudi apud pares determinanda. §. 1. sub nu. 3. 146

Fidem qui non præstiterit eam non sperabit. De for. fide. c. vnico. nu. 6. 116

Filia defuncti de beneficio interim gaudebit, si dominus ei super illo litem mouerit. Si de feud. fue. contro. c. defuncto. nu. 1. 184

Filia renunciando patrimonio, an dicatur renunciare

ctare feu. De eo qui finem fecit agnato. c. vnico.nu. 5. 293

Filiam vasalli mortui dominus de nouo feudo inuestire potest. Quemadmodum feud. ad filiam perti.c. vnico. nu. 2. 79

Filia an in feudo succedat fratre statim post mortem patris decedente. De succe. feu. §. filia verò.nu.2. 48

Filia in feudo etiam nouo non succedet. Quemadmodum feudum ad filiam perti.c. vnico.nu.1. 79

Filia & si in allodialibus & patrimonialibus bonis succedere poßit, in feudalibus tamen succedere nequibit. Si de feu. fue. controuer. c. inter filiam.nu.3. 184

Filia in re emphiteotica succedere pôt. Si de feud. fue.contro.c.inter filiam.num.2. 184

Filia fœmina an in fœmineo feudo à matre ortum habente succedat. De succes. feud. §. in alia. nu.5. 24

Filia fœmina feudi capax minimè creditur. Nam & fratrem defuncti nequaquam impedire potest, nisi fortè hoc in inuestitura expressum esset, vel ipsum feudum esset maternum. De his qui feu.da.pos.§.& quia.num.8. 7

Filia prædium dicente hæreditarium, contra agnatis feudale illud asserentibus interim poßidebit filia. Si de feu.fue.controuers. c. inter filiam.nu.1. 184

Filiæ prædium asserenti allodium tandem dicenti esse feudale fœmineum, an obstet exceptio rei iudicatæ. Si de feu. fue. controuer.c. inter filiam.nu.4. 184

Filiæ non succedunt matri in feudo nouo, licet à matre sumpserit initium, nisi per pactum speciale. De benef. fœmi.§.1.sub nu. 2. 244

Filij domini, an succedant illi in proprietate feudi. An agna. vel fil. ca. vnico.nu.15. 288

Filij & nepotes vasalli defuncti succedũt in feudum, & quando frater succedat fratri. De his qui feu.da po.§.& quia.num.1.& 4. 6

Filij decedentis vasalli feudum pro indiuiso retinentes fidelitatem domino præstabunt. Si de feu.fue.contro.c.omnes filij. nu.1. 191

Filij duorum matrimoniorum qualiter succedant. An maritus vxo.succe.c.vnico. num.4. 60

Filij naturales, an succedunt matri in feudo fœmineo. An mar.succed. vxo.c.vnico.sub nu.3. 60

Filij masculi succedunt in feudo fœmineo. An maritus succedat vxori.c.vnico. sub nume.3. 60

Filij aliquo casu à feudo repelluntur, & remotiores agnati admittantur. Si vasal.feud.priue. cui defer.debe.c.vnico. nu.1. 245

Filij post feudi alienationem nati eandem reuocabunt. Si de feu.fue.controuer.c.Titius filios.nu.6. 201

Filij adoptiui, an ex authoritate Principis, vel statuto poßint succedere in feudo. Si de feud. fue.contro.§.adoptiuus.sub nu. 2. 193

Filij naturales qui & quotuplices. Si de feu.fue. contro.§.naturales.sub nu.4. 195

Filij qui lege Salica dicuntur nati, in feud. non succedũt, sed nec in proprietate, prioribus extantibus. Si de feu.fue.controuer. §.filij nati. sub nume. 2. 203

Filij nati ex matrimonio nullo, sed per Papæ dispensationem validato, an sint legitimi. Si de feu.fue.contro.c.naturales.nu.11. 199

Filij fratrum an succedant patruo in stirpes, vel in capita in feudo. De succes.feud.§.1.nu.3. 44

Filij fratris pro quibus receptum est feudum, an excludant filios proprios. De eo qui sibi hæredibusq́ suis. c. vnico. nu.6. 149

Filij fratrum, quando consobrini dicantur. De feu. Mar. Duca. & Co. in §. si capitanei.nu.3. 52

Filij emancipati, an ad succeßionem feudi admittantur. De his qui feu.da.pos. §. hoc quoq. nu.11. 11

Filij sororum consobrini vocantur. De his qui feu.da.po.§.hoc quoq.nu.3. 10

Filij etsi à patre inæqualiter instituti sint, æqualiter tamen in feudo succedere debent. De his qui feu.da.po.§.& quia.nu.2. 6

Filio exhæredato, an & quando nepos non exhæredatus succedere poßit. De his qui feu.da pos. §.& quia.num.13. 8

Filio non præiudicatur si feud. acquisitum à vasal. de cõsensu domini alienatur. Quæ fuit prima causa benef.amit.§.fi.nu.17. 178

Filio vasalli ante immixtionem in hæreditate nõ currit tempus inuestituræ petendæ. Quæ fuit prima caus.benef.amit.§.1.nu. 12. 166

Filius succedens patri in feudum, non acquirit illud, sed acquisitum iam capit, & an sit propriè dicenda possessio. De feudi cognit.§.sciendum.sub num.5. 96

Filius agnatis exclusis ad feudum à patre illicitè alienatum cũ beneficio inuentarij admittitur. Si de feu.fue.contro.c.Titius filios.nu.5. 201

Filius cæteris agnatis & domino præfertur in feudo antiquo cõsuetudine permittẽte alienato. Quæ fuit pri.cau.bene.amit.§.fi.nu.22. 179

Filius exhæredatus, an & quando patri in feudo succedat. De his qui feud.da.po.§.& quia. nu.12.& 14. 8

Filius ex matrimonio nullo quod tamen validum putabatur, an succedat in feudo. Si de feu.fue.. controuer.c.naturales.nu. 12. 199

Filius emancipatus postea adoptatus, an poßit in feudo succedere. Si de feu.fue.contro. c. adoptiuus.nu.4. 193

Filius & hæreditatem & feudum repudians, si res hæreditarias vel feudum tenere reperiatur ad onera & seruitia compelletur. An agna. vel fil.c.vnico.nu.13. 288

Filius feudo semper priuatur, vbi ex culpa ipsum amittitur. Quæ fuit prima causa benef.amit.§. fin.num.16. 178

Filius hæreditatem patris non refutabit, si feudum eius tenere voluerit. De capi. qui cur. ven.c.filius.nu.1. 299

Filius naturalis, an succedat in feudo materno. Si de feudo fuerit controuersia. §. naturales. sub nu.8. 196

Filius ex concubina natus excluditur à succeßione feudi per filium postea ex legitimo matrimonio natum, non obstante statuto, quod primogenitus succedat in feudo. Ibidem in dicto §. naturales.sub nu.9. 196

Filius natus ex legitimo, an auo succedat in feudo. Ibidem in d.§.naturales.sub.nu.14. 199

Filius dñi delinquens in vasallum, si postea succedat patri, an priuetur proprietate. Si de feu. fue.contro.§.domino.sub nu.5. 212

Filius

Filius patrem bannitum vel hostem non alimentabit. De pace tenen. §. si verò. nume. 4. 217

Filius masculus verbum quid importet. De alienati.feu.§.etsi.sub num.1. 56

Filius patri in hæreditate & feudo succedens hæreditati quare renunciare nō poßit. An agna. vel fil.pos.repud.feu.c.vnico.num.2. 286

Filius post mortem patris Clericus postea laicatus feudū patris obtinebit. De mili.vasal.qui arma belli.depo.c.vnico.nu.8. 156

Filius ex Clerico auo non succedet in feudo. Si de feud.fue.controuer.ca.qui Clericus.nume.4. 190

Filius vasalli ob ingratitudinem feudo priuati, an priuetur feudo paterno. Quæ fuit prima causa benef.amit.§.præterea.nu.5. 168

Filius filiæ in feudo succedat. De succes.feudi.§. filia verò.num.3. 48

Filius septem casibus patri non succedet in feud. De naturali.suc.c.vnico.nu.2. 294

Filius in potestate patri succedit in feudo sola administratione deficiente, filius autem emancipatus non item. De his qui feud.da.pos.§.& quia.nu.11. 8

Filius emphiteote, qñ poßit emphiteosim tenere & hæreditati renunciare. An agna. vel fil. pos.repud.feu.c.vnico.num.6. 287

Filius adoptiuus in feudo non succedet. Si de feud. fue. controuers. c. adoptiuus. nume. 1. 193

Filius viuo patre Clericus, sed tempore mortis paternæ ad laicalem vitā redactus patri succedet in feudo. De militari vasal.qui arma belli. depo.c.vnico.nu.7. 155

Filius vasalli defuncti hæreditatem refutans feudum tenere non poterit. An agnatus vel fil.c.vnico.nu.9. 287

Filius in re certa institutus, an succedat in feudo æqualiter cum fratribus. An agnatus vel filius,&c.§.si contigerit. nu.12. 288

Filius vasalli an poßit paternam hæreditatem repudiare auitum feudum retinendo. An agna. vel fil.c.vnico.nu.10. 288

Filius vasalli de vtero matris iam mortuæ extractus, an poßit in feudo succedere. An mu.surdus, vel aliter imperfect.c.vnico.nu.5. 265

Fiscus an debeat soluere plaustra vel naues ratione neceßitatis à subditis acceptæ. Quæ sint regaliæ.§.1.sub num.5. 338

Fiscus an præferatur vasallo petente feudum à tertio. De prohib.feudi alie.per Fed.§.præterea.sub nu. 12. 336

Forma alia in iuramento fidelitatis statuto vel consuetudine, an dari poßit. De noua for. fideli.§.1.nu.8. 118

Forma substantialis per accidentalem quandoq; declaratur. De no.for.fideli.§.1.nu.1. 117

Forensis an teneatur pœna statuti disponentis super portatione armorum. De pace tenen.§.si quis.sub nu.2. 228

Frater succedit fratri in feudo nouo, si hoc per pactum in inuestitura est prouisum. De frat. de nouo benef.sub num.4. 140

Frater quomodo fratri succedat in feudo. Quib. mod.feud.amit.§.item si.num.3. 34

Frater decedens instituendo hæredem extraneū, an dicatur mori cum legitimo hærede. De his qui feu.da.pos.§.& quia.nu.6. 7

Frater fratris mortui partem in re indiuisibili ad se trahens, an dicitur totam rem in feu.habere De fratribus de nouo bene.inuesti.§.1.num.3. 140

Frater fratri in emphiteosi ecclesiastica quando succedat. De succes. feud.§. in alia.nume.6. 48

Frater fratri in feudo nouo quatuor casibus specialibus succedit. De benefi.fra.c.vnico.nu.1. 68

Frater, quorum tres habebant vnum feudum donauit alteri fratri partem sui feudi, & postea monachatur, an solus donatarius habebit partem ingreßi, an verò vterq;. De alienat.feudi paterni.§.1.sub num. 6. 270

Frater vt fratri succedat in feudo nouo duo requiruntur. De succes.feud.§.in alia.nume.3. 48

Fratre vno culpam committente propter quam iure feudum amittat, an alter frater succedet in feudo. De his qui feu.da.po.§.& quia.nu.7. 7

Fratres vtrinq; coniuncti fratrem ex patre tantùm impediunt in succeßione feudi. De gradi. in succes feu.§.his verò.num.3. 137

Fratris nomine, an consobrini veniant. De feud. Mar.c.si Capitanei.nu.2. 59

Fraudantes annonam taxatam sunt puniendi. De pace tenen.§ post natale.nu.2. 227

Fraudes de medio tollendæ. De prohi.feud.alie. per Loth.c.1.nu.3. 302

Fraus in contractu præsumitur, si precij tenuitas inspicitur. Quali.olim feu.po.alie.§.donare.nu.4. 126

Fructus feudi per fratrem acquisiti fratribus cōmunicatur. De fratri.de no. benef.inuesti.c.si duo fratres.nu.5. 141

Fructus separati à terra, an debeant censeri inter bona immobilia præscriptorum & damnatorum. De pace tenen.§.si verò.sub nu.5. 217

Fructus & pensiones, ad quem pertineant, si fundus vendatur. Hîc finitur lex.§.his consequēter.sub nu.5. 241

Fructus qualiter diuidantur inter hæredes & successores in beneficio Clericorum morientiū. Ibidem.

Fructus qualiter sint diuidendi inter legatarios, si legatum singulis annis sit relictum. Ibidem.

Fructus naturales & industriales qui. Ibidem.

Fructus dicuntur deductis expensis. Ibidem.

Fundus legatus cum pacto quod non alienetur, an poßit in feudum dari. Per quos fiat inuesti. c.1.nu.4. 105

Fundus datus in feudum cum omnibus animalibus super eo existentibus, finito feudo, an debeat reddi æstimatio animalium quæ non extant, vel quæ deteriorata sunt. De feudi cogni.§.sciendum enim.nu 6. 96

Item an fundus poßit cum rebus mobilibus in feudum dari. Ibidem.

Fugitiuus cuius expensis sit remittendus. De pace tenen.§.si iudex.nu.3. 221

Fugitiuus latitans, an sit indicandus. De pace tenen.§.si iudex.sub num.3. 218

Fundo vendito, an intelligantur venditi boues, atratra. De cap.qui cur.vend.§.1.sub nume.1. 296

Furans ei cum quo pacem fecit, an dicatur illam violare.

violare. De pace tenen. §. si quis quinque. nume.2. 231

Fur manifestus quis. De pace tenen. §. publici latrones. sub nu.3. 230

Fur in foro pœnitẽtiali, an poßit puniri in aliquo alio, quàm ad restitutionem rei. Ibidem in §. si quis. sub nu.1. 131

Fur & furtum quid sit, & qualiter puniatur. De pace iuramen. firman. §. iniuria. sub nume.3. 306

Fures & latrones cuiuscunq; generis qualiter hodie puniantur. De pace tenen. §. si quis. sub nu.1. 131

Furtum modicum quandoq; grauiter puniendũ. De pa. tenen. §. si quis quinq;. nu.1. 231

Fustes nomine armorum quando intelligatur. De pace tenen §. si quis rusticus. nu.3. 228

G.

GAbella non soluetur si nauis tempestate ducta ad portum venerit. De sta. & consue §. nauigia. nu.3. 349

Gabellæ quæ dicantur. Quæ sint regaliæ. c. vnico. nu.3. 337

Gastaldiæ ius quot annis præscribatur. De feud. Guar. §. si verò. nu.12. 16

Gastaldus quis esse definiatur. De feu. Guar. §. si verò. nu.5. 15

Gastaldus vel alter officialis emens rem tempore officij, an pecunia propria emere dicatur. De feu. Guar. §. si verò nu.11. 16

Gratis quandoq; est licitum, quod precio non est licitum, & econtrà. De benef. fra. & quali. fra. §.1. nu.6. 69

Grauatus sex hebdomadarum termino fruetur, si causa appellationis ad Imperatorem deuoluta est. Quo tempore miles. §. sancimus. nume.2. 76

Guardia quæ sit hîc describitur. De feu. Guar. c. vnico. §.1. nu.9. 14

Gubernator ciuitatis vel patriæ subditorum vtilitati studere debet. De pace tenen. § post natale. nu. 4. 227

Gustus vel odoratus corruptus si fuerit, nõ propter hoc vasallus feudo priuãdus erit. An mutus, surdus vel aliter imperfectus. §.1. sub nume.6. 265

H.

HAbitatio propria priuilegiatum facit habitantem. De pa tenen. §. si iudex. nu.2. 220

Habitus solus non efficit monachum sine professione, sed sola vera professio vel præsumpta sic. De milit. vasal. qui arma bellica deposuit in prin. §. miles qui. 144

Habitatio communis societatem non facit. De fra. de no. benef. inuesti. c. si duo fratres. num.2. 140.

Habilitas testis quo tempore requiratur. Quod testes sint neces. ad proban. feu. ingratitud. §. 1. sub nu.2. 340

Hærede verbum in materia feudorum quid importet. De aliena. feu. §. & si Clientulus. nu.1. 56

Hæredes vasilli substantiam vel corpus regalis feudi nequaquam secabunt. De alienat. feud. §. in feud. num.3. 57

Hæredes factum defuncti non irritabunt. De notis feud. §. illud sciendum. nu.2. 342

Hæredes vasalli, qui feudum accepit sibi vel hæredibus suis, an acquirant feudum ex successione, an verò ex pacto. De eo qui sibi hæred. suis. §.1. sub nu.5. 149

Hæredis nomine qui veniant. De alie. feu. §. & si Clientulus. nu.3. 56

Hæres defuncti in posseßione rei hæreditariæ, quam defunctus poßidebat tempore mortis, manebit, donec discutiatur de iuribus aduersarij. Si de feu. fue. contro. §. inter. sub nume.1. 184

Hæres dictio in pacto de non petendo feu. ab hæredibus ad filios extenditur. Si de feu. fue. contro. c. fi. nu.2. 213

Hæres domini Laici inuestientis compellitur ad implendam inuesti. Qui succ. tene. nume. 4. 17

Hæres domini vasallum non molestabit de quo dominus dum viueret non fuit conquestus. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. porrò. nume.3. 169

Hæres inuestitoris quibus casibus inuestituram adimplere debeat. De Cle. qui inuest. fa. c. vnico. nu.1. 263

Hæres domini non priuabit vasallum feudo culpam in dominum commissam de qua ipse dominus in vita non fuit conquestus. De prohi. feu. alie. §. insuper nu.6. 331

Hæres emens partem feudi à cohærede, an teneatur inuest. petere partis emptæ. Per quos fiat inuest. §. sed & res. nu. 6. 107

Hæretici cum suis fautoribus puniendi. De sta. & consue. §. credentes. nu.1. 348

Hæreticus quis sit. De sta. & consue. §. Gazaros. num.1. 347

Hæreticus non est, qui imagines sanctorum prosternit in terram, vel frangit, vel aliter iniuriam intulit. Ibidem in d. §. Gazaros. sub nu.2. 347

Hæreticus an sit, qui causa inuestigandæ veritatis, vel ex leuitate aliquid dicit hæreticum. Et quid sit dicendum, si pertinaciter resistendo vellet defendere. Ibidem.

Hermafroditus an in feudo succedat potentia sexus indicat. An mutus surd. vel aliter imperfect. c. vnico. nu.8. 266

Hermafroditus in suis actibus æstimabitur secundum sexum in quo præualet. Qui testes sint neces. ad proban. no. inuestitu. c. vnico. nume. 2. 247

Homicida fuga petente quid fiet de bonis illius. De pace iur. fir. §. homicidium. num.4. 309

Homicida voluntarius tempore pacis statutæ minuendus est capite. De pace tenen. c.1. nu. 9. 215

Homicidium à diuersis commissum qualiter puniendum. De pa. iur. fir. §. homicidium. nu.8. 309

Homicidium quando intelligatur fieri ex improuiso casu, vel dolo. De pace tenen. §.1. sub nume.16. 216

Homicidium vnum & idem plures commiserũt, an teneantur omnes. De pa. iura. firman. §. homicidium. sub nu.7. 309

Homicidium patens pugna probari potest. De pa. tenen. c.1. nu.13. 215

Homicidium tempore pacis cōstitutæ perpetrans capite minuitur. De pace iura. fir. §. homicidium. nu.1. 309

I.

Ignobilis nobilem ad pugnam non prouocabit. De pace tenenda. §. si miles aduersus. nume.1. 226

Ignorans sicut non videtur renunciare iuri, ita nec dubitans. Si de feu. fue. contro. §. vasallus. sub nu.4. 208

Ignorantiam alleganti quando credendum. Si de feu. fue. controuer. c. si vasallus. el.2. nume.4. 208

Ignorantia à mendacij pœna vasallum excusabit. Si de feu. fue. controuer. c. vasallus. el. 2. nu.3. 208

Ignorantia facti & probabilis vasallum feudum alienantem ab eius excusabit priuatione. De contro. inter dominum & empto. feu. cap. vnico. nu.1. 280

Ignorantia iuris vasallum alienantem feudum excuset. De controuer. inter do. & empto. feu. c. vnico. nu.6. 280

Immunitas concessa posteris ad quos extendatur. De his qui feud. da. po. §. hoc autem. nume.9. 10

Imperator an ciuitates societatis Lombardiæ mixto & mero imperio poßit priuare. De natura feu. c. vnico. nu.6. 44

Imperator dicens in naturalium legitimatione sint legitimi & quod in feudo succedere possint, an reddat eos habiles ad successionem. Si de feu. fue. contro. c. naturales. nu.3. 195

Imperator an poßit alicui auferre ius suum. Si de feud. fue. controuer. §. naturales. sub nume.4. 195

Imperator an poßit legitimare in terris ecclesiæ, vel Papa in terris imperij. Ibidem in d. §. naturales. sub nu.14. 199

Imperator an poßit legitimare spurios ad hoc, vt succedant pro virili. Si de feu. fue. controu. §. filij nati. sub nu.3. 203

Imperator potest legem statuere contra Clericos delinquentes, & potest eos de suo territorio bannire. De pace tenen. §. si Clericus. sub nu.3. 220

Imperfectio naturalis vasallum in feudo succedere non permittit. An mutus, surdus, vel aliter imperfectus. §.1. sub nu.2. 265

Imperator de absoluta sua potestate legitimare, & ad successionem habilitare potest. Si de feu. fue. controuer. c. naturales. nume.4. 195

Imperator etiam Rex dicitur, & vbi sit eius regnum. De his qui feu da. pos. capit.1. nume. 5. 2

Imperator qualiter & à quibus sit eligendus. Quis dica. Dux, Co. §.1. nu.9. 131

Imperator nemini fidelitatem omnes autem sibi polliceri & seruare debent. De feu. & benefic. c. ex facto. nu.1. 352

Imperator verus quis, an Romanus an Constantinopolitanus. Quis dicatur Dux, Co. §.1. nu. 8. 131

Imperator contra nolentem hæreticos exterminare bellum indicere potest. De sta. & consue. §. statuimus. el. 2. nu.3. 348

Imperator iudex dicitur cum de feudo inter Capitaneos disceptatur. Apud quem vel quos. c.1. num.1. 63

Imperator Romanorum coronandus Romam petet. De pace iuramen. firman. §. fina. nume.2. 320

Imperator subditorum vtilitatibus incumbit. De probi. feu. alie. per Lotha. c.1. nume.1. 301

Imperator in manibus electorum imperio renunciare non potest. Quis dica. Dux. Co. §.1. nu.13. 132

Imperator in legitimatione an debeat clausulam non obstan. &c. exprimere. Si de feud. fue. controu. c. naturales. nu.5. 195

Imperator quot coronis, vbi, & à quo coronādus. Quis dicatur Dux, Comes. §. 1. nume. 11. 131

Imperator quare tribus coronis coronetur hic ratio redditur. Quis dica. Dux, Co. vel March. §.1. nu.12. 132

Imperator vasallum de iure non disuestiet. De his qui feudum dare possunt. §. notandum. num.6. 12

Imperatori pertinet ecclesias tueri. De pa. tenen. c.1. nu.7. 215

Imperatoris potentia in legibus condendis, an circa omnes extendatur. De pace iura. fir. c. 1. nu.5. 305

Imperatoris sententia quare seruanda. Si de inuesti. inter dom. & vasal. lis oria. capi.1. nume.6. 83

Imperfectio accidentalis etiam perpetua non impedit vasallum à successione feudi. An mutus, surdus, vel aliter imperfec. c. vnico. nume.6. 265

Imperium Romanum à Deo immediate dependet. Quis dicatur Dux, Comes, &c. §. 1. nume.7. 131

Imperia quæ & quot fuerint. Ibidem nu.6.

Imperium merum an transferatur in generali donatione castri. De cap. qui cur. ven. c.1. nu.3. 297

Impotentia quæ & quando vasallum excuset, ne pellatur à feudo. De feu. sine culpa non amit. c. si quis miles. nu.3. 71

Impoßibilia de iure non firmantur temporis successu. De probi. feud alienat. capit. 1. nume.3. 321

Impubes fidelitatem polliceri non compellitur. Si de feu. fue. controuer. c. si minori. nume.1. & 3. 199

Impotentia excusat obligatum. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. sed nec alia. nume.2. 171

Infamia non omnis vasallum feudo priuabit. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. illud enim. num.2. 175

Infamis an quis efficiatur ex cōdemnatione actionis iniuriarum. De pace iura. fir. §. iniuria. sub num.4. 306

Infamia facti an repellat quem à testimonio. Quot testes sint neces. ad proban. feu. ingratitud. §.1. sub num.1. 340

Infami domino fidelitas non seruanda. Quo temp. miles. c.1. nu.5. & 9. 72

Incrementum quot modis feudo accidat. De controuer. inuestitu. §. si quis de manso. nume.5. 24

Incrementum feudi per viam præscriptionis acquisitum, quando secundò pertineat vasallo. De contro. inuest. §. rursus. num.7. 26

Incrementum si fuerit quis illud obtinebit. De contro. inuesti. §. si quis de manso. nu. 1. & seq. 23

Infans an possit inuestiri & sine tutore feudum acquirere. Per quos fiat inuestitu. §. personam. num. 4. 108

Infans miles esse potest. Quo tempore miles. cap. 1. num. 6. 73

Infans vel furiosus an possit infeudare. Per quos fiat inuesti. §. 1. sub nu. 4. 105

Item an possit inuestituram recipere. Ibidem sub num. 5. 105

Infantia vasalli an excuset ipsum, ac si haberet tutorem. Quo tempore miles. §. 1. sub nume. 14. 74

Et quid sit dicendum in adulto.

Infeudare quæ personæ possint. De his qui feud. da. po. §. 1. nu. 8. 2

Infeudatio à vasal. facta de suo feudo primo valida quando infirmetur. Qualiter olim feu. po. alie. §. si verò. nu. 3. 125

Infeudatio facta inuito vasalli hærede an resoluatur vasallo decedente. Si de feu. fue. controu. c. beneficium. nu. 4. 209

Infeudatio facta pro medietate precij in fraudem legis, an dicatur fieri. Si de feu. fue. contro. ca. beneficium. nu. 3. 209

Infinitas toleratur licet vitanda dicatur. De his qui feudum dare po. §. hoc quoque. nume. 6. 11

Infinitas rei licitum vel illicitum non viceat. De lege Corad. §. similiter. nu 4. 216

Ingratitudo gratiam præueniens illam impedit. De cap. qui cur. ven. capi. quæsitum. numer. 1. 297

Ingratitudo quæ sit causa feudi amittẽdi. In quibus causis feudum amitta. §. vnico. numer. 4. 163

Ingratitudo an sit remissa si post dictum statutum tempus elapsum ad petendam renouationem inuestituræ dominus recepit vasallum ad cõsuetum obsequium. Quo tempore miles. §. 1. num 7. 73

Ingratitudo vasalli in dominum quando maior dicatur. De probi. feu. alie. per Fed. §. insuper. num. 2. 330

Ingratitudo non qualibet feudo amittendo sufficiet. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. illud enim. nu. 1. 175

Iniuria vxori filiæ vel nurui illata maior putatur quàm si sorori irrogetur. Qui. mo. feu. amit. §. item si fidelis. nu. 4. 28

Iniuria maior irrogatur si pili vel barba detrahantur, quàm si manu quis verberetur. De pace tenen. §. si quis aliquem. nu. 3. 219

Iniuria maior sit domino ex persona filiæ & nurus quàm sororis. Quæ fuit prima causa bene. amit. §. rursus. nu. 1. 168

Iniuria furto iuncta quibus legibus punienda. De pace iura. fir. §. iniuria. nu. 4. 306

Iniuria remissa in foro pœnitentiali, an amplius possit intentari. De pace iura. firm. §. iniuria. num. 4. 306

Iniuria in bonum fructum facta, an nihilominus faciens teneatur de iniuria. De pace iura firm. §. iniuria. sub nu. 4. 306

Iniuriatus an teneatur remittere iniuriam. Ibidẽ in d. §. iniuria.

Iniuriarum causa ciuiliter & criminaliter agi potest. De pace iur. fir. §. iniuria. nu. 3. 306

Inimicitiæ pendente primo tempore sopitæ, an vasallus adhuc habeat integrum tempus, vel solùm illud, quod superat. Quo tempo. miles. §. 1. sub nu. 15. 75

Inimicitiæ excusatio quanto tempore durabit. Quo tempore miles. §. 1. sub nu. 15. 75

Innocentia nonnunquam Duello cõprobanda. De pace tenen. c. 1. nu. 10. 215

Inopia non liberat à pœna. De pa. iura. firman. §. qui verò. nu. 2. 311

Inquisitio an habeat locum in homicida, qui vult se excusare volendo probare pugnam. De pace tenen. §. 1. sub nu. 17. 216

Insidiæ domino paratæ à vasallo pro delicto reputantur consummato. De capita. qui cur. ven. c. si voluerit. nu. 3. 298

Insultus de per se punibilis esse quomodo intelligatur. Quibus mod. feud. amit. §. similiter. nume. 2. 30

Instrumentum feudi si falsum fuerit acerrima indagatio non necessaria erit. De notis feu. §. si instrumentum. nu. 1. 342

Instrumenta arrogationis & adoptionis qualiter concipiantur. Si de feud. fue. contro. §. adoptiuus. sub nu. 2. 193

Instrumentum inuestituræ si dicat, concedo tibi, cui ius dabit, qualiter intelligatur. Quid sit inuest. §. 1. sub nu. 7. 98

item Instrumentum inuestituræ, si dicat concedo pro annua quantitate, an censeatur feudum. Ibidem.

Instrumentum fieri potest in prima persona contrahentis. De noua for. fide. §. 1. nume 2. 117

Instrumentum per excommunicatum confectum, an valeat. De statutis & consue. §. credentes. sub num. 2. 349

Interuallum temporis inter vnam citationem & aliam quantum esse debeat. De mili. vasal. qui contu. est. §. 1. nu. 13. 158

Interpellatio legalis vasallum non ligabit, nisi à tempore quo scire cœpit. Hic finitur lex. §. ad hæc. nu. 2. 238

Interpretatio in dubijs semper est facienda pro inuestitura & successore feudi, nisi contrarium probetur. Quid sit inuesti. §. præterea. nu. 2. 103

Inuasio facit quod inuadens vasallus feudũ perdit. De pace tenen §. si duo. nu. 3. 222

Inuestitura quotuplex, & qualibet, & quæ esse definiatur. Quid sit inuestitu. capit. 1. & 2. 96

Inuestitura vetus à minore fieri potest. Per quos fiat inuesti. c. 1. nu. 2. 104

Inuestitura verbalis cum annulo facta possessionem feudi non confert. Si de feu. fue. contro. c. si facta. nu. 3. 201

Inuestitura qualiter per vasallum à domino petenda. Per quos fiat inuestitu. §. nulla. num. 4. 110

Inuestitura abusiua an transferat possessionem. Quid sit inuest. cap. 1. num. 6 & 7. 98

Inuestitura aliquo casu per non pares probatur. Qui testes sint necessarij. capit. vnico. nume. 6. 248

Inuestitura purè facta de feudo per alium possesso, an requiratur consensus possidentis, & quã valeat, si possidens non consentiat. De feudo dato inuicem leg. commis. §. si quis. nume. 2. 90

Inuestitura facta, quod deficientibus masculis feudum

feudum pertineat ad vnam fœminam, sed postea extantibus pluribus fœminis, an succedat primogenita, an verò dominus poßit gratificari, cui voluerit. De eo qui sibi hæred. suis. §. 1. sub nu. 6. 149

Inuestitus de feudo tanquam de veteri & antiquo, an præsumatur antiquum. De vasal. decrep. ætatis. §. 1. sub nu. 3. 143

Inuestitura simpliciter facta, intelligitur de iusto feudo, nisi aliud sit dictum. Per quos fiat inuestitu. §. 1. sub nu. 2. 104

Inuestitura de feudo alieno à Laico facta quando effectum sortiatur. Hic potest esse tit. c. vnico. num. 1. & 4. 49

Inuestitura & dari & accipi per procuratorem potest. Per quos fiat inuesti. §. sed vtrum. nu. 2. 109

Inuestitura à domino facta de feudo nullatenus retractabitur ab ipso. Si de feu. fue. controu. c. si facta. nu. 1. 201

Inuestitura per domini mortem vel ipsius vasalli debet fieri. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. 1. num. 3. 164

Inuestitura noua à domino facta antiquæ vigorẽ non eneruabit. De vasal. decrep. æta. c. vnico. num. 2. 143

Inuestitura verbalis etiam cum annulo possess. feudi haudquaquam tradit. De no. for. fide. §. inuestitura. nu. 2. 119

Inuestitura verbalis Clericorum quare suos non arctet successores. Hic potest esse titu. c. vnico. num. 3. 49

Inuestitura quotuplex. De contro. inter vasal. & Epis. c. vnico. nu. 1. 152

Inuestitura duplex, & vnaquæq; definiatur. Qui succes. tene. nu. 1. 16

Inuestituram petens duo exprimere debet De ca. Cora. c. 1. nu. 4. 274

Inuestitura an sit valida cui sunt adiecta probrosa vel turpia pacta, vel etiam impoßibilia. Quid sit inuestitura. §. præterea. nu. 6. & seq. 103

Inuestitura vel domini vel vasalli morte renouanda. De capi. Cora. c. 1. nu. 1. 274

Inuestitura noua feudi, aut per pares curiæ, aut per instrumentum probabitur. De controu. inuesti. §. 1. nu. 1. 18

Inuestitura noua an fuerit facta si dubitetur per pares curiæ probabitur. De contro. inuesti. §. 1. num. 4. 19

Inuestitura ad quæ referatur bona. Per quos fiat inuesti. c. 1. nu. 3. 105

Inuestitura de feudo eius, qui putabatur mortuus cùm viueret, an valeat ipso postea moriente. Si de feud. fue. contro. c. moribus. numer. 7. 186

Inuestitura ignoranter inuestiti, an teneat. Per quos fiat inuestitu. § personam. numer. 3. 108

Inuestituræ tria tempora consideranda. Quid sit inuesti. c. 1. nu. 2. 97

Inuestiturarum instrumẽta excipiendi ordo. Qui præce. debe. c. vnico. nu. 1. 112

Inuestitura Clerici an in testes requirat pares curtis. Qui suc. tene. nu. 5. 17

Inuestiens de feudo nondum aperto, quando poßit inuestituram reuocare. Qui succ. tene. nume. 7. 18

Inuestitus de nouo eodem iure fungetur in re infeudata qua fungebatur inuestiens. De notis feu. §. illud sciendum. nu. 3. 342

Inutilis an succedat in feudo & quid iuris sit, si vnus est vtilis, alter verò inutilis. De prohi. feud. alienat. per Federic. §. Ducatus. nume. 5. 327

Inuentor pecuniæ alicuius, si nequit experiri cuius sit, quid facere debeat. Quæ sint regalia §. 1. sub nu. 8. 339

Irritum non censetur quod ab initio authoritate legitima conficitur. An remo. sint test. qui par. ca. vnico. nu. 1. 151

Itinerans damnum faciens pabulatione, an dominus agri poterit retinere equum, donec sibi emendetur damnum. De pace tenenda. §. quicunq; sub nu. 2. 233

Iudex an actori vel reo sacramentum deferre debeat. De consue. rect. feu. §. sacramentum. nume. 8. 252

Iudex subditorum discordias sedabit. De pace tenen. §. si ministrales. nu. 2. 232

Iudex iuramentum deferre si noluerit, is cui deferendum erat quandoq; appellabit. De consue. rect. feu. § sacramentum. nu. 10. 253

Iudex arbitrium habens litem suam faciet iniquè iudicando De pace iura. fir. §. iudices. nume. 5. 310

Iudex iustus æquitatis sectator. Quæ fuit prima cau. benef. amitten §. prædictis modis. nume. 3. 175

Iudex quando poßit cognoscere in causa pignoris & fructuum ex ipso pignore. De contro. inuesti. §. similiter. nu. 4. 23

Iudex ecclesiasticus an bellum indicere valeat. Hic finitur lex. §. 1. nu. 3. 234

Iudex ecclesiasticus an poßit cognoscere de pace violata. De pace tenenda. §. 1. sub numer. 7. 215

Iudex maximus, magnus, minor, & infimus quis dicatur. De pace iura firm. §. iudices. sub nu. 3. 310

Iudex denegans iustitiam Laico, an amittat iurisdictionem. De statutis & consue. §. statuimus. sub nu. 1. 346

Iudex qui fuit negligens, & nihil iudicare voluit, vel qui malè iudicauit, an poßit puniri pœna in d. § iudices. De pace iuramen. fir. constituta.

Iudex qui ex dolo malè pronunciauit qualiter puniendus. Et quid sit dicendum si per imperitiam malè iudicasset. De pace iuram. fir. in d. §. iudices.

Iudex imperitus debet consulere peritos in ferenda sententia. Ibidem.

Iudex in syndicatu ad decem condemnatus, an poterit illa repetere à parte quam absoluit. Ibidem in d. §. iudices. sub num. 6. 310

Iudicium communi diuidundo, an habeat locum in feudo. Si de feud. fue. contro. §. omnes filij. sub nu. 11. 192

Iudex superior additur propter eius potentiam qui aduersatur. De milite vasal. qui contu. est. §. si verò. nu. 5. 160

Iudex inferior insufficiens, si fuerit superioris fauor implorabitur. De milite vasal. qui con. est. §. si verò. nu. 6. 160

Iudex sacramentũ deferens quatuor considerabit. De con-

De consue.rect. feu. §. sacramentum. nume.9. 252
Iudices & magistratus quare constituantur in ciuitatibus. De pa.iura.fir.§.iudices.nume. 8. 310
Iudices in iure dicendo negligentes puniendi. De pace iuramen. firman. §. iudices. num.2. 310
Iudices maiores si delinquunt maiorem quàm minores pœnam subibunt. De pace iura. fir.§.iudices.nu. 3. 310
Iura cur tam variè circa fructuum diuisiones processerint. Hic fini. lex. §. his consequenter. nume.4. 240
Iura super armorum delatione quæ sint. De pace tenen.§.si quis rusticus.nu.2. 228
Iura secundum locorum varietatem variantur. De capi. Cora c.similiter.nu. 2. 276
Iura circa materiam successionis feudorum dissonentia quæ & quotuplicia. De his qui feu.da. po.§.& quia.nu.5. 6
Iurandi electionem habens, si non iurat, neq; tamen recusat, quid sit dicendum. Si de inuestit. inter dom.& vasal. lis oria.§.si quis.sub nu 4. 86
Iuramentum an & quando possit contractum à iure reprobatum validare. De feu.dato inuicem legis commis.§ si quis.sub nu.2. 90
Iuramentum possessoris in lite pendente morientis transit ad hæredem. Et quid sit dicendum in iuramento in litem, & quando iuramentum obliget successores. Si de inuestitu. inter dominum & vasal.lis oriatur.c.1.sub nume.2. 82
Iuramentum calumniæ, an remittatur liberto sicut patrono. De cons.recti feu.§.in quibus.sub num.2. 265
Iuramentum nunquam potest in defectum probationis deferri, nisi cognito & diligenter examinato defectu. De grad.succed.in feud.§.si verò.sub nu. 2. 138
Iuramentum fidelitatis non obligat, quando feudum consistit in pecunia. Si de feud vasallus fuerit interpellatus.§. 1. sub numer.6. 181
Iuramentum qualiter præstari debeat per puberem ad hoc, vt eum obliget De pace iuramento firmanda. § item sacramenta. sub nume.4. 315
Iurare per nomen, vel caput, vel capillos Dei, an liceat Ibidem.
Iurans per lapidem falsum, an sit periurus. Ibidem.
Iuramentum sine corporali tactu, an valeat. Ibidem.
Iuramentum super contractu, in quo pubes potest obligari, quid operetur. Ibidem.
Iuramentum an obliget puberem, qui sit verè seruus. Ibidem.
Iuramentum puberis sine authoritate curatoris factum, an valeat. Ibidem.
Iuramentum generaliter à pubere factum, an valeat in omni contractu & quacunq; persona.d.tit. De pace iuramẽ.fir.§.item sacramenta.sub num.7. 316
Iuramentum ex interuallo super contractu qui aliàs erat nullus præstitum, an valeat. Ibidem.
Iuramentum puberis in renunciationibus & stipulationibus factum, an valeat. Ibidem.
Iuramentum à pubere factum, quod non velit facere contra sententiam, vel contra confessionem suam, vel contra arbitrium, an valeat. Ibidem.
Iuramentum metu & per vim extortum, an valeat de iure Canonico & vtrum pariat aliquam obligationem.d.§. item sacramenta.sub nu.9. 317
Iuramentum an possit supplere defectum formæ in feudali concessione. Ibidem.
Iuramentum posterius. 343
Iuramenta an sint præstanda tam à principalibus, quàm ab eorum hæredibus. Si de inuesti.inter dom & vasal c si quis.nu.5. 86
Iuramenta interposita de querelis non exponendis maleficiorum sunt nulla De pace iuramen. fir § item sacramenta.nu.4. 315
Iuramentum quotuplex sit. De pace iura.firman. §.item sacramenta.nu.1. 314
Iuramentũ supplebit vbi probatio defecerit. De consue.recti feudi. §. sacramentum. numer.2. 251
Iuramentum contra Imperatorem & contra omnẽ hominem non valet. De probi. feu.alie.per Fede.§.si num 4. 336
Iuramentum in causis feudalibus quando sit deferendum. De consue.recti feu.§.sacramentũ. nu 3. 251
Iuramenti fidelitatis triplex species. Qualiter vasal.iura.debe.c.vnico.nu 1. 113
Iuramentum in probationis defectum non præcipitanter deferendum. De gradi.suce. in feu.§. si verò.nu.2. 138
Iuramentum quolibet quinquennio quare sit renouandum. De pace iuramen firman.c.1.nu.3. 305
Iuramentum quando super futuro præstandum. De no.for.fideli.§.1.nu.5. 117
Iuramentum vi extortum censetur nullum. De pace iura firman.§.item sacramenta. nume.3. 315
Iuramentum de calumnia nec domino nec vasallo in feudali causa deferendum. De consue.recti feudi.§.in quibus nu.1. 254
Iurantis posse in iuramento subintelligendum esse. De no.for.fide § 1.nu.6. 118
Iurare super incerto quo casu quis compellatur. De consue.rect.feudi § & cùm datur. num.3. 254
Iurare vel referre tenetur cui primò iuramentum defertur. De inuestit. in mari. fac.§ item placet.nu.1. 144
Iurari non debet contra Deum nec contra Imperatorem. De probi.feu.alie.per Fed.§ fi. nu.1. 336
Iure accrescendi an possit alia pars obueniens retineri parte propria perdita. De his qui feu da. po.§.& quia.nu.16. 9
Iure datoris resoluto quomodo intelligatur ius acceptoris resolui. Qui.mo.feu.amit §.rursus. nu.1. & seq. 32
Iurisdictio principis in pluribus consistit. Quis dicatur Dux, Comes.§ 1.nume.14. 132
Iurisdictio feudalis penes dominum existens ad fœminas non transmittitur. De eo qui sibi hæredibusq; suis.c.vnico.nu.2. 148
Iurisdictio à vasallo acquisita diuisibilis quando dicatur. De inuesti.de re alie.fact. §.econtrario.nu.4. 123

Minor non dicitur alienare, sed alienatum inuenire, qui veterem inuestituram confirmat. Per quos fiat inuestitu.§.1.sub nume.2. 104

Minor quatuordecim annis, an possit inuestiri vel inuestire sine tutoris authoritate. Si de feud. fuerit controuers. cap. si minori. nume.7. 198

Minor quatuordecim annis ad iurandum, an cōpellatur. Si de feu. fue. contro. c. si minori. nu.4. 198

Minor quatuordecim annis domino feudi p substitutum famulabitur. Si de feu. fue. contro. c. si minori. nu.5. 198

Minori inuestienti de feudo antiquo, an necessaria sit authoritas tutoris vel curatoris. Per quos fiat inuesti. c.1. num 5. 105

Moderatio inculpatæ tutelæ qualiter & quando intelligatur fieri. De pace tenen. §.1. sub nu.15. 215

Modus citandi qualis. De mili. vasal. qui contu. est. §.1. nu.5. 157

Modus sententiæ appositus sicut conditio est obseruandus. De pace tenen. §. si verò. nume.3. 217

Molendinum in flumine castri, an concedatur vbi castrum cum suis pertinentijs conceditur. De capi qui cur. ven. c.1. nu. 2. 297

Moneta approbata quæ. Quæ sint regalia. §.1. sub nu 3. 337

Morganica promissio interpretatur. De fil. na. ex matri. ad mor. contra. c. vnico. numer 2. 243

Mora vasalli remissa creditur, si eius beneficium à domino acceptatur. Quæ fuit prima causa benef. amit. §.1. nu.10. 165

Mora tradere debentis quid operetur. De no. for. fide. §. inuestituram nu 3. 119

Mors agentis in remotis fama probatur. Quo tempore miles. c.1. nu.11. 74

Mortuum & vulneratum esse ad mortem æquiparari, quomodo intelligas. Quibus mod. feud. amit. §.1. nu 2. 26

Mulcta & pœna quomodo differant, & à quibus, & quoties imponi possint, & vtrum a iudice ecclesiastico imponi debeat. Quæ sint regalia. §.1. sub nu 4. 338

Mulier armata vadēs ad pugnam, an per hoc succedat in feu. De his qui feu. da. po. §. hoc autē. nu.10. 10

Mulier in dotem feudum suum dare potest. De inuest. quam Titius acc à Sempro. c. vnico. nu.6. 142

Mulier vasalli, an possit per substitutum seruire. An maritus succed. vxo. c. vnico. sub num.4. 61

Mulier quamobrem deterioris sit cōditionis ipso masculo. De his qui feud. da. po. §. hoc autem. nu.4. 9

Mulieres ad feudi successionem possunt fieri habiles. De eo qui sibi hæredibusq. suis. c. vnico. nu.3. 184

Mulieres quas valeant obtinere dignitates. Quis dica. Dux, Co. §. cæteri nu.10. 136

Mulieres quæ armis assuefactæ reperiantur. De his qui feudum dare possunt §. hoc autem. nume 5. 9

Mutus an possit de nouo feudum acquirere. Epis. vel Abba. § mutus nu.8. 42

Mutus pluribus modis quis efficitur. Epis. vel Abba. §. mutus. num.1. 41

Mutus feudo si priuetur ex ipso tantùm substentatur. Epis. vel Abb. §. mutus. nu.4. 41

A muto qualiter per dominum possit feudum reuocari. Epis. vel Abba. §. mutus. sub num.8. 42

Mutus an priuetur feudo ad seruitium dato cui mutitas non obest. Epis. vel Abb. §. mutus. nu.6. 42

Mutus vel aliter imperfectus, an possit feudum tenere & per subst. tutum domino seruire. An mu. surdus vel aliter imperfec. c. vnico. nu.4. 265

Mutus vel surdus an infeudare valeant. Per quos fiat inuest. c.1. nu.6. 105

N.

Natura feudi de consensu vnius agnatorum alterari potest. De eo qui finem fecit agna c. vnico nu 4. 293

Naturales filij et an si legitimentur ad feudum non admittentur. Si de feu. fue. contro. c. naturales nu.2. 195

Naturalis in feudo succedet, si dominus sciens eū naturalem non exclusit. Si de feu. fue. contro c. naturales nu.13. 199

Naturalis per subsequens matrimonium legitimatus an in feudo sit admittendus. Si de feud. fue. contro c. naturales. nu 8. 196

Natus ex concubina, quam postea desponsauit, an possit succedere. Si de feu. fue. contro. §. naturales. sub nu. 8. 196

Natus ex Iudæa an fiat legitimus per subsequens matrimonium, & vtrum possit fieri dispensatio. Ibidem in d. §. naturales. sub nu.9. 196

Natus ex Clerico in minoribus constituto subsequenti matrimonio non legitimatur. Si de feu. fue. contro. c naturales. nu 9. 196

Necessitas an excuset à periurio. Si de feud. fue. controuer. §. licet vasallus. sub nume.4. 240

Negare mendaciter & rem ab alio negatam non manifestare differunt. Si de feu. fue. contro c. vasallus. el.1. nu 4. 186

Negatiua licet de sua natura non sit probabilis, tamen per iuramentum potest explicari. De feu. dato in vicem l. cōmis. §. quidam sub nu.2. 91

Negatiua responsio iuramento firmata, an possit retractari, vt euitetur pœna. Si de feud. fue. contro c. vasallus. sub nu. 6. 187

Nepos an succedat cum patruo in feudo aui sui, et si plures sint nepotes, an tunc in capita, an verò in stirpes admitti debeant. De natura succes. feu. §.1. sub nu 6. 194

Nepos ex filio loco patris auo succedit in feudo. De succ. feu §.1. nu.2. 44

Nepos an materteram excludat. De eo qui sibi hæredibusq. suis. c. vnico. nu.5. 148

Nepos patruo præferendus in feudo. De na succ. feu. c. vnico. nu.7. 295

Nepotes ex diuersis fratribus patruo succedentes in feudo in stirpes, an in capita vocentur. De gradi. succ. in feu. §. his verò nu. 4. 137

Nobilem qui se profitetur hoc probare tenetur. De pace tenen. § si miles aduersus. 226

Nobiles qui dicantur. Quis dicatur Dux, Co. §. cæteri verò, nu.1. 134

Nobilis

Nobilis cum ignobili pugnare volens admittetur. De pace tenen. §. si miles aduersus. num. 4. 226
Nobilis grauius punitur quàm ignobilis. De pa. iur. fir. §. si quis verò. nu. 1. 307
Nobilitas accidentalis ad quotum vsq; gradum protendatur. Quis dicatur Dux. Com. §. cæteri. nu. 9. 135
Nobilitas ex antiquitate generis originem trahit. De pace tenen. §. si miles aduersus. nume. 2. 226
Nobilitas à virtute potius quàm à genere prouenit. Quis dicatur Dux, Com. §. cæteri. nu. 6. 135
Nobilitas quæ dicatur & quot modis sumatur. Quis dicatur Dux, Comes. § cæteri num. 5. 134
Nobilitatem patris magis quàm matris proles imitatur. Quis dicatur Dux, Com. vel March. §. veteri. sub nu. 7. 135
Non negans an fateri dicatur. Si de feu. vasallus fue. interpel. c. vnico. nu. 5. 181
Nomina debitorum nec inter mobilia nec immobilia sunt computanda. De pa. tenen. §. si verò. num. 7. 217
Nomina debitorum inter immobilia an computentur. De feu. cog. c. sciendum est. nume. 4. 95
Notarius de contractu prohibito instrumentum conficiens puniendus. De prohi. feud. alie. per Fed. § scriba. nu 1. 325
Notarius super contractu prohibito instrumentum conficiens punietur. De probi. feu alie. c. 1. nu. 4. 302
Notarius falsum conficiens instrumentum vtrâ manum amittere debeat. De probi. feu. alie per Fe. § scriba nu. 4. 325
Notarius minor 25. ann. de contractu vetito actũ faciens manum non perdet. De probi. feu. alie. per Fe § scriba. nu 3. 325
Notarius in vno aliquo loco certo creatus, an possit extra dictum locum conficere instrumenta. Quæ sint regaliæ. §. 1. sub nu. 6. 338
Nouitas an possit induci in exactione fidelitatis. De for. fi. c. vnico. nu. 10. 51
Nuncius potest ad iudicia constitui, & fungetur vice procuratoris. Si de inuestit. inter dom. & vasal. lis oria. §. 1. sub nu 5. 83

O.

OBertus in Iure peritissimus. maximus fuit aduocatus. In quib. causis feud. amit. §. ibi salutem. nu. 1. 162
Oblati qui veste seculari retenta se & sua in approbatam religionem dediderunt dicuntur. De milite vasal qui arma bellica depo. c. vnico. num. 3. 155
Et an tales oblati retineant bona. Ibidem.
Obligatio inter dominum & vasallum mutuo cõsensu dissolui potest. Si de feu. fue. contro. ca. si facta. nu. 5. 201
Occidens alium seipsum defendendo non punitur. De pace tenen. c. 1. nu. 12. 215
Occidens alium ob defensionem suorum filiorum vel conseruationem bonorum non mulctabitur. De pace tenen. nu. 17. 216
Occidens ex improuiso non punietur. De pace tenen. c. 1. nu 16. 216
Occidens extra limites imperij si in terra imperij accusetur, an ibi puniatur. De pace tenen. c. 1. nu. 18. 216
Occidens potestate mandante excusabitur. De pace iuramen. firman. §. homicidium. nu. 6. 309
Occidens vacua manu an puniatur, sicut qui gladio interfecit. De pa. iura. firm. § homicidium. nu 5. 309
Occidens ex improuiso an debeat puniri. De pace tenen. §. 1. sub nu 16. 216
Ab opinione an liceat recedere. De pa. iuram. firman. §. iudices sub nu. 3. 310
Offensa in maiestatẽ æternam grauius quàm quæ in temporalem committitur punienda est. De sta. & consue. §. Gazaros. nu. 1. 347
Offendens parti læsæ pro eodem condemnatus & reipublicæ. De pace tenen. §. si quis aliquem. nu. 5. 219
Offerre non compellitur qui duntaxat ius suum iam quæsitum conseruare nititur. Si de feud. fue. contro c. licet. nu. 1. 204
Officij contemplatione facta creduntur quæ in officio efficiuntur. De feu. Guar. §. si verò. nume 6. 15
Ratione officij præsumitur quis bona sua subtraxisse dommo. Fallit. De conten. inuest §. 1. sub nu. 2. 51
Officio ablato quando dicatur ablatum beneficium. De feu. Guar. c. vnico. § 1. nu. 11. 14
Opinio Oberti semper quoad fieri potest saluanda. De capi. qui curi. ven. c. similiter. el. 3. nume. 3. 300
Opinio Oberti huius author operis nonnunquam reprobatur. De capi. qui cur. ven. c. similiter. el. 1. nu 3. 298
Opinionum diuersitas legis promulgandæ occasionem præbuit. Qualiter olim feud. po. alie §. 1. nu. 3. 124
Ordines ecclesiastici quot, & qui sint. Episco. vel Abb. §. 1. nu. 7. 37
Ordo inuestituræ qualis sit. De contro. inter vasallum & Epis §. 1. sub nu 2. 152

P.

PAcis violator ad tria tenetur. De pace iura. fir. §. iniuria. nu. 1. 305
Patientia sine contradictione, habetur pro cõsensu expresso. Si de inuest. inter do & vasal. §. si quis. sub nu 5. 85
Pacta exorbitantia communi feudorum natura in inuest. feud apposita. Quid sit inuest §. præterea nu. 1. & 4. 103
Pacto aliquid sit licitum quod secluso pacto illicitum censeretur. De his qui feud. da. po. §. & quia nu. 3. 6
Pactum amplificatiuum amplificationem operabitur. Si de feud. fue. controu. c. feudum. nu. 2. 213
Pactum quare plus operetur quàm lex. De feud. March c. si duo nu. 2. 60
Pactum de non petendo feudum de personis expressis intelligendum. Si de feu. fue. controu. c. vltimo. nu 1. 213
Pactum secundum rei in eo deductæ naturam interpretandum. Si de feu. fue. contro. c. si. nu. 3. 213
Pactum operatur, vt à propria rei natura recedatur. De feu. non hab. propr. na. feud. c. vnico. nu. 1. 219
Pactum naturam superat. Si de feu. fue. contro. c. feudum. nu. 1. 212

Pactum

Pactum quod pater feudo priuetur ob delictum filij non valet. De prohi. feu. alie. per Fe. §. insuper. nu. 8. 331
Pactum contractui nouam formam præbet. De fra. de no. bene. inuest. §. 1. nu. 1. 139
Pactum quod ob delictum non amittatur feudum valere dicitur. Quali. olim feud. po alie. §. porrò. nu. 7. 129
Pactum legis commissoriæ in feudis reprobatum. De feudo dato inuicem legis commis. c. 1. nu. 1. 87
Pactum de non succedendo à iure reprobatum loci consuetudine toleratur. Si de feu. fue. cōtro. c. filij. nu. 2. 203
Pactum amplificatiuum amplificare debet, nam & verba aliquid operari debent. De feud. non hab. propr. na. feu. c. vnico. nu. 2. 291
Pactum de non succedendo à iure reprobatum ex consuetudine admittendum. Si de feu. fue. cōtro. c. mulier. nu. 2. 194
Pactum legis commissoriæ in feudū, quemadmodum & pignoribus reprobatum. De capi. qui cur. ven. c. similiter. el. 3. nu. 1. 290
Pactum quod super successione futura improbatur iuramento quando refirmetur. Si de feud. fue. contro. c. moribus. nu 6. 185
Pactum adiectionis in diem quod. De feu. da. inuicem leg. commis. c. 1. nu. 4. 89
Pactum circa feudi refutationem receptum absenti agnato proderit. De eo qui finē fec. agna. c. vnico. nu. 2. 293
Pactum personale ad personas in pacto complexas solùm extenditur. De eo qui finem fecit agna. c. vnico. nu. 2. 293
Pactum conuentum qui fregerit ipsius commodo carebit. Quæ fuit prima causa benef. amit. § sed nec alia nu. 2. 171
Pactum de re retrouendenda, an valeat, & an ex mora veniant fructus. De feudo dato inuicem leg. com. §. 1. sub nu. 2. 87
Pactum vt filij nati ex secundo matrimonio non succedant, an valeat & quomodo. Si de feud. fue. contro. §. filij nati sub nume. 1. 203
Pactum vt filij secundi matrimonij excludant priores an valeat, & an hîc poßit speciali consuetudine induci. Ibidem in d. § filij. sub nu. 2. 203
Papa ad feudum temporale nec Imperator ad ecclesiasticum legitimare potest. Si de feud. fue. contro. c. naturales. nu. 14. 199
Papa Vrbanus potest Prælatis & personis ecclesiasticis prohibere, ne dent in futurum res ecclesiasticarum in feudum, præteritam tamen dationem consuetudo feudalis confirmat, & permittit eam in futurum, si est ecclesiæ consuetudo. Et quomodo intelligatur procedere. Epis. vel Abba. §. 1. nume. 4. 36
Papa ante consecrationem & coronationem, licet sit electus, nō scribit Pontificatum in data, nec appellat se simpliciter Episcopum, sed se electū in Episcopum, secùs verò post coronationem. Epis. vel Abba. §. 1. sub nu. 8. 37
Papa vnicus in toto orbe terrarum est, & esse debet. Quæ sit ratio. Epis. vel Abb. §. 1. sub nu. 8. 37
Papa an poßit se ipsum deponere & renunciare papatui. Epis. vel Abb. §. 1. sub nume. 8. 37
Papa an successorem sibi eligere poßit. Epis. vel Abb. §. 1. nu. 9. 37
Papa electores Imperatoris eligendi iure quando poßit priuare. Quis dica. Dux, Co. & c. §. 1. nume. 10. 131
Papa quam habeat authoritatem quibusq; dignitatibus polleat. Epis. vel Abba. §. 1. nume. 10. 37
Papa quare sic dicatur, & à quibus, & quomodo eligatur. Epis. vel Abb. §. 1. nu. 8. 37
Papa pater patrum interpretatur. Epis. vel Abb. §. 1. nu. 2. 36
Papæ prouidentia erga subditos temperata. Epis. vel. Abb. §. 1. nu. 3. 4. & 5. 36
Paragraphi hoc quoq; duplex intellectus. De his qui feu. da. po. §. hoc quoque. nume. 2. 10
Parentes dictio pro agnatis capitur. Quemadmodum feud. ad filiam perti. cap. vnico. nume. 4. 79
Parentibus & coniunctis aliquo casu plus creditur quàm extraneis. De consue. rect. feu. §. Et cùm datur. nu. 1. 253
Pares curiæ debent esse eiusdem patriæ. De prohibit. feud. alie. per Fede. §. præterea. nume. 10. 335
Pares inter dominum & vasal. in causa feudi noui & inuestituræ realis sunt iudices. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. est & alia nu. 2. 166
Pares si nō habuerit dominus de causa inter ipsum & vasal. cognoscet ordinarius iudex. De prohi. feu. alie. per Fe. §. præterea. nu. 7. 335
Pares qui dicantur. Si de inuest. inter do. & vasalis oria. c. 1 nu. 4. 83
Pares curiæ inter vasal. agentem & dn̄m reum iudices competentes. De controu. inter vasal. & Epis. c. vnico. nu. 5. 153
Pares curiæ non tenentur inuiti de causa feudali cognoscere. An apud iudi. vel cur. do. c. vnico. nu. 5. 289
Pares in pares ius dicere poßunt. De no feu. §. notandum. nu. 1. 343
Pares curiæ an sint testes in inuestitura noua feudi probanda. De conten. inuesti. §. 1. nu. 4. 51
Pares absentes an sint citandi in facienda inuestitura. Quid sit inuesti. c. 1. nu. 8. 99
Quid sit dicendum, si noluit venire.
Pares curiæ quanto expectandi temporis spacio pro inuestitura fienda. De consue. rect. feud. §. quod autem. nu. 3. 250
Pares curiæ an poßint simul esse testes & iudices. De conten. inuest. §. 1. sub nu. 3. 51
Pars absens & contumax in causa appellationis etiam in causa feudali & ante litem contestatam, nihilominus potest procedi ad sententiam diffinitiuam. Si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. §. 1. sub nu. 6. 83
Paria sunt non facere, & viciosè facere. Per quos fiat inuest. §. 1. sub nu. 3. 105
Partes an poßint per publicum instrumētum renunciare dispositioni. De feudo da. c. vnico. sub nu. 5. 61
Pares curtis ad probandum nouam inuestituram requiruntur. De notis feudorum. §. quod autem. nu. 1. 341
Pares de domino & vasallo cognituri, vbi sedeant pro tribunali. De probi. feu. alie. per Fe. §. præterea. nu. 8. 335
Pares tempore inuestituræ, sed non tempore probationis testes erunt congruentes. Qui sint testes necess. c. vnico. nu 8. 147
Pares curiæ de feudalibus causis an cognoscant per vi-

per viam reconuentionis. De contro. apud par. ter. c. vnico. nu. 5. 146
Pares an poßint pro domino testificari. Quid sit inuesti. §. si enim domino. nu. 6. 101
Pares audientiam in alia causa denegabunt in cõtumacia perseueranti. in prima causa. De mili. vasal. qui contu. est. §. 1. nu. 18. 159
Pares de lite feudi causa inter dominum & vasallum vertẽte iudicabunt. De probi. feu. alie. per Fe. §. præterea. nu. 2. 334
Pares de lite inter dom. & vasal. orta cognituri quomodo sint eligendi. De probi. feu. alie. per Fe. §. præterea. nu. 6. 335
Paribus discordantibus an sufficiat maioris partis consensus. De controuer. apud par. termi. c. vnico. nu. 7. 147
Et quæ sit pars maior.
Parium de numero non erit qui fidelitatem domino non iurauerit. De probi. feu. alie. per Fe. §. præterea. nu. 3. 334
Pars partem in iudicium nisi iudice iubente trahere non poterit. An apud iudi. vel cur. do. c. nu. 3. 289
Pars quæ à sententia per imperitiam iudicis lata non appellauit contra ipsum iudicem agere valebit. De pace iura. fir. §. iudices. nu. 6. 310
Parricida vasallus est feudo priuandus. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. fi. nu. 3. 176
Et quid sit parricida.
Partem poßidens totum poßidere præsumitur. De conten. inter me & dominum. c. vnico. nu. 1. 53
Partes ad qualitatem reducuntur in iudicio communi diuidundo. De notis feu. §. illud sciendum. nu. 4. 342
Partes quo casu in fauorem suum à iure introducta relaxare queant. De cõtro. apud par. termi. c. vnico. nu. 4. 146
Partis appellatione dimidia intelligitur. De alie. feu. §. 1. nu. 2. 54
Pater futuris descendentibus prouidere potest. De duo. fra. à cap. inuesti. c. vnico. num. 1. 150
Pater renuncians feudo cum pacto, vt post mortem filij succedat in feudo, mortuo filio, an poßit filio succedere. De natura succes. feud. §. 1. sub nu. 7. 295
Pater an teneatur deducere filium emancipatũ, qui offendit dominum. De probi. feu. alie. per Fe. §. insuper. sub nu. 7. 331
Pater an poßit filium dare pro noxa. De prohibit. feu. alie. per Fede. §. insuper. sub nu. 8 331
Item an poßit eum ob hanc causam, quòd dominum offenderit exhæredare. Ibidem.
Pater an poßit filios secundi matrimonij à successione repellere. Si de feu. fue. contro. c. filij. nume. 3. 203
Pater minor inter filios bona diuidens si iurauerit non contrauenire iuramentum seruabit. De pa. iura. fir. §. item sacramenta. nu. 9. 317
Pater delinquens filio non præiudicat in feudo quod commune habet cum ipso. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. fi. nu. 10. 177
Pater in feudo filij aduentitio vsumfructum, an habeat. De fra. de no. benef. inuesti. c. si duo fratres. nu. 8. 141
Patriarchæ seu primates qui, quot, & qua fulciãtur authoritate. Epis. vel Abba. §. 1. nu. 15. 39
Patris factum in materia feudorum, an obsit filio. De succes. feu. §. hoc quoq. nu. 5. 47
Patronus libertum suum non accusabit, nec contra eum feret testimonium. De consuetu. rect. feu. §. similiter. nu. 3. 256
Paupertas à periurio non liberat. De alie. feu. pater. c. fi. nu. 1. 273
Pax ab omnibus tuenda atq; seruanda est. De pace iura fir. c. 1. nu. 1. 305
Pax indicta à 18. anno vsq; ad 70. iuramento quare firmanda sit. De pace iura. firmã. c. 1. nume. 2. 305
Pax tanquam necessaria ab omnibus appeti debet. De pace tenen. c. 1. nu. 5. 214
Pax violata an debeat ab altera parte seruari. De pace tenenda. §. 1. sub nu. 8. 215
Pax promissa per alium quàm per Imperatorem, an habeat locum lex Federici. De pa. tenenda. Ibidem sub nu. 8. 215
Pecunia in domo vendita si reperiatur, an venditori, an verò emptori debeatur. Quæ sint regaliæ. c. vnico. nu. 9. 340
Pecunia non potest in feudum dari. Si de feud. vasal. fue. interpel. capitu. vnico. nume. 6. 181
Pecunia data in feudum an poßit repeti. Si de feudo vasallus fue. interpellatus. §. 1. sub nu. 6. 181
Pecunia inuenta in domo empta cuius sit, an venditoris, an verò emptoris. Quæ sint regaliæ. §. 1. sub nu. 8. 339
Pœna transgredientium & contrahentium contra interdicta legum quæ sit. De probi. feud. alie. per Fe. §. callidis. sub nu. 1. 324
Pœna an poßit minui propter inopiam. De pa. iura. fir. §. si verò. sub nu. 2. 313
Pœnitentia an in delictis habeat locum. De capit. qui curiam vend. §. si voluerit. sub nume. 3. 298
Pœna armorum an confundatur cum vulnere subsequuto. De pace tenen. §. si quis. sub nu. 3. 228
Pœna capitalis qualiter intelligatur in homicidio. Ibidem sub nu. 9. 215
Pœna pecuniaria à lege vel statuto taxata in forma librarum, an debeant solui secundum tempus legis conditæ, vel secundum tempus hodiernum. De pace tenenda. §. si quis alium. sub num. 4. 219
Pœna delicto commensuranda. De vasal. con. consti. Lotha. feu. alie. c. vnico. nu. 1. 268
Pœna legalis pro membri mutilatione quæ nunc & quæ olim fuerit. De pace iura. fir. §. homicidium. num. 2. 309
Pœna legis an potius attendatur quàm pœna statuti. De pace iura. §. iniuria. nu. 5. 306
Pœna duplex pro eodem delicto imponenda. De pace iuramen. firman. §. si quis verò. nume. 2. 307
Pœna triplex pro eodem delicto quandoq; infligitur. De probi. feu. alie. per Fed. scriba nume. 2. 325
Pœna triplex reperitur, & quilibet qualiter definiatur. Si vasal. feu. priue. cui. defer. deb. c. vnico. nu. 4. 246
Pœna non plectitur à quo delictum non perpetratur. An remo. sint testes qui pares esse desie. c. vnico. nu. 3. 151
Pœna parti soluenda nomine compositionis fieri intelligitur. De pace tenen. §. si quis aliquem. nume. 2. 219

Pœna

Pœna pecuniaria iuxta delicti qualitatem augenda vel minuenda. De pace tenen. §. si quis aliquem. nu. 4. 219

Pœnam pecuniariam soluere nequiens in propriũ corpus luet. De pace iura. fir. §. qui verò. nu. 1. 311

Pœnam pro iniuria imponens iudex plura considerabit. De pa. iura. firman. §. iniuria. num. 2. 305

Pœnarum duplicatio in delictis qualiter attendatur. De pace tenen §. si duo. nume. 4. 222

Pœnæ pecuniariæ ad quem pertineant. De pace tenen. §. si quis aliquem. nu. 6. 219

Pensiones inter mobilia bona computandæ. De pace tenen. §. si verò. nu. 6. 217

Pensiones loco fructuum succedere dicũtur. Hîc fini. lex. §. his consequenter. nu. 1. 240

Percutiens sine sanguinis effusione pecuniaria pœna corrigetur. De pace tenen. §. si quis aliquem. nu. 1. 219

Periurus an sit infamis habendus. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. illud enim. nume. 3. 175

Periurus an de suo feudo sit saluus. De for. fide. c. vnico. nu. 4. 115

Periurium incurritur, si ob paupertatem quod iuratum est non impletur. Si de feud. fue. contro. c. licet nu. 3. 204

Persona affecta si fuerit, vt bona efficiantur consequens erit. Hîc fini. lex. §. 1. nu. 14. 235

Personarum dignitas attenditur, vbi de discernenda iurisdictione causarum feudalium laboratur. Apud quem vel quos. c. 1. nume. 2. 63

Personæ domesticæ quæ dicantur. Qualiter vasal. iura. debe. c. vnico. nu. 3. 113

Personæ ecclesiasticæ dignitatem habentes possunt infeudare. Qui succes. tenea. num. 2. 17

Pignus in re feudali non constituitur. De inuest. de re alie. fac. §. quamuis enim. nu. 3. 123

Pignus iudiciale an poßit de feudo contrahi. De prohibit. feu. alie. per Fede. c. 1. num. 16. 323

Pignus cui appositum est pactum legis commissoriæ non præscribitur vllo tempore iure offerendi. De feudo dato inuicem legis commis. §. 1. sub nu. 1. 87

Pignoratio feudi, an hodie sit licita vsq; ad medietatem. De alienat. feu. §. 1. sub nume. 3. 54

Pignorare ius suum directum in feudo, an dominus poßit. De alienat. feu. §. 1. sub nu. 3. 54

Pignoratio an sit alienatio. Per quos fiat inuesti. §. 1. sub nu. 4. 105

Pignus an & quando poßit præscribi. De feudo dato inuicem legis commis. §. 1. sub nu. 2. 87

Item Princeps an poßit facere, vt creditor rem venditam habeat in pignus, & teneat iure domini. Ibidem.

Pignoris obligatio in re feudali vasallus prohibetur. De prohi. feud. alie. per Fed. c. 1. num. 2. 321

Pirate hostibus adsimilantur. De sta. & consue. §. nauigia. nu. 4. 349

Piscationes communes, sed iurisdictio & maris protectio Principi cõueniunt. Vnde sint regaliæ. c. vnico. nu. 7. 339

Populus quid differat à communi. De pa. iura. firman. §. 1. in prim. 305

Populus Romanus an poßit Imperatorem deponere, item an sit superior Imperatore. Si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. §. 1. sub nu. 6. 83

Possessio annualis pro vasallo præsumptionem facit. Si de inuesti. inter do. & vasal. c. si quis. nu. 4. 86

Possessio annalis domino non contradicente præsumptionem facit pro poßidente. De consuet. recti feu. §. 1. nu. 3. 249

Possessio corporalis præsumptionem pro vasallo afferet poßidente. De contro. inuesti. §. 1. nu. 6. 10

Possessio corporalis facit, vt poßidentis sacramento stetur. De conten. inuesti. §. 1. nume. 2. 51

Possessio in iuribus incorporalibus qualiter tradenda. De consue. rect. feu. §. 1. nu. 6. 250

Possessio si quiete per annum teneatur facit, vt pro possessore præsumatur. De consue. rect. feu. §. fi. num. 2. 257

Possessio feudi facit, vt in dubio causa poßidentis iuramento expediatur. Si de feu. fue. contro. c. 1. nu. 3. 183

Possessio maioris partis bonorum in vno loco præsumptionem certorum facit in eodem existentium. De contro. inter mas. & fœmi de benef. c. vnico. nu. 2. 279

Possessio quæ præsumptionem inducat, vt stetur sacramento poßidentis. Quid sit inuest. §. si verò vasallus. nu. 2. 101

Possessio corporalis rei feudalis non inducit rectũ feudum. Quib. mo. feu. consti. potest. c. vnico. nu. 2. 80

Possessio feudali vasallo tradenda à domino qualis esse debeat. Si de feud. fue. contro. c. si facta. nu. 4. 201

Possessio corporalis possessorem tuetur. De conten. inter do. & vasal. de inuesti. c. vnico. nu. 1. 81

Possessioni probandæ duo testes sufficiunt. De pa. tenen. §. si tres. nu. 1. 223

Possessoris sacramento quo casu non stetur. De conten. inuest. §. 1. nu. 1. 52

Poßidens iustè poßidere creditur in oppositum ab aduersario probetur. De pace tenenda. §. si tres. nu 3. 223

Poßidens rem pignoratam tanquam feudum, si deciderit à possessione, an poßit dictam rem vindicare. De feudo dato inuicem l commis. §. quidam. sub nu. 3. 91

Et quis debeat in rei vendicatione præferri.

Possessio continua qualiter probari poßit. Si de feudo fuerit contro. § si quis. sub nu. 2. 188

Portus quis locus esse describatur. Quæ sint regaliæ. c. vnico nu. 2. 337

Potens per se per alium potest. Per quos fiat inuesti. § sed vtrum. nu. 1. 109

Potens per se per alium potest. De lege Cora. §. ex eadem lege. nu. 5. 260

Precium feudi à malæfidei emptore empti fisco applicatur. De probi. feu. alie. per Fe. c. 1. nu. 9. 322

Precium feudi absq; omni consensu venditi cui applicetur. De probi. feud. alie. per Lotha. c. 1. nu. 8. 301

Precium restituere debet qui contractum rescindi petet. De his qui feud. da. po. §. notandum. num. 3. 12

Precium an & quando potest imponi rebus alienis. De pace tenen. §. post natale. sub nu. 2. 227

Præmium an liceat recipere pro remißione iniuriarum. De pa. iura. fir. §. iniuria. sub nu. 4. 306

Prælatus

Prælatus in vasallum committens feudi proprietatem quare non amittat. Si de feu. fue. contro. c. domino. nu. 6. 212

Prælatus solus Feloniam in se commissam remittere an possit. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. fi. nu. 7. 177

Prælatus in vasallum suæ ecclesiæ si delinquat, an ecclesia feudi proprietate priuari debeat. De capitulis Cora. c. fi. nu. 3. 277

Prælatus vasallum spolians feudo, cuius proprietas ecclesiæ pertinebat quomodo puniendus. De milite vasal. qui contu. est. §. si verò nu. 1. 161

Prælatus non disponet de futuris ad detrimentũ successoris. Qui suc. tene. nu. 2. 17

Prælatus infeudare solitus in masculos alterando feudi naturam, an idem feudum valeat infeudare in fœminas. De his qui feu. da. po. §. 1. nume 17. 5

Prælatus successor feudum à prædecessore illicitè concessum an reuocare possit. Hic potest esse titu. §. vnico. nu. 1. 62

Prælati an possint de iure infeudare agnatis suis. Si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. §. 1. sub num. 7. 84

Præscriptio 30. anno. an habeat locum in feudo, quando vasallus fuerit in mala fide. Si de feu. fue. contro. §. si quis sub nu. 3. 188

Præscribens & dominus si simul concurrant, quis in vendicando debeat præferri. Ibidem in §. si quis. sub nu. 4. 188

Præscriptio 30. annorum feudatarium in feudo tuetur. De feu. da. inui. leg. commiss. c. quidam. nu. 1. 91

Præscriptio feudi longissima domino, an sit noxia. De inuest. de re alie. fac. §. quid ergò. nu. 2. 122

Præscriptio longissimi temporis, an his verbis nulla obstan. præscriptione intelligatur. De ca. Cora. c. preterea. nu. 5. 278

Præscriptio feudi viuente vasallo alienante incipit currere. De cap. Cora. c. præterea. num. 7. 76

Præsens an semper præsumatur scire & intelligere. Si de inuest. inter dom. & vasal. lis oria. §. 1. sub nu. 3. 83

Præsumptio violata probationem contrariam nõ admittit. Quid sit inuest. §. præterea. nume. 5. 103

Præsumptio onus probandi in aduersarium transmittit. De gradi. succ. in feu. §. si verò. nume. 1. 138

Primogenitus præsens inuestituræ secũdi de feudo quod suum esse ignorabat, an dicatur cõsentire. Quib. mod feu. amit. §. præterea. nume. 5. 33

Primogenitus si inuestituræ secundi consenserit, quis præferatur. Quib. mo. feu. amit. §. præterea num. 1. 33

Primogenitus Regis à natura mutus, an in regno succedat. Episcop. vel Abba. §. mutus. num. 7. 42

Princeps est fons à quo dignitates profluunt. Quis dica. Dux, & c. §. 1. nu. 4. 130

Principis voluntas iusta causa dicitur. De his qui feu. da. po. §. hoc autem. nu. 8. 10

Principi seculari secundum quod ordo iustitiæ exigit obediri debet. Hic fin. lex. §. 1. nu. 17. 236

Priuatio feudi eisdem causis fit quibus exhæreditatio diuortium & donationis reuocatio. Quæ fuit prima causa bene. amit. §. prædictis modis. num. 1. 174

Priuatio feudi duplici ingratitudine consurgit. Quæ fuit prima cau benef. amit. §. fi. nu. 1. 176

Priuilegio priuatur qui potestate sibi concessa abutitur. De statu. & consue. §. statuimus. el. 1. num. 3. 348

Priuilegiũ à Principe concessum, nõ debet intelligi derogare solennitatibus iuris, & subuertere solitum ordinẽ consuetudinis, nisi quantum in ipso priuilegio est cautum. Quid sit inuest. § præterea. sub nu. 2. 103

Probatio per eos qui sunt eiusdem regionis conuenienter fiet. De pace tenen. §. si tres. num. 2. 223

Probatio fortior contra fiscum quàm contra priuatum in feudalibus quæritur. De his qui feu. da. po. §. hoc quoq. nu 7. 11

Probatio vnius testis ad deferendum sacramentum iudicem mouebit. De consue. recti feudi. §. sacramentum. nu 4. 258

Probatio feudum nouum asserenti incumbit. De gradi succe. in feu. §. si verò nu. 3. 138

Probatione deficiente ad consilium alioquin sperandum recurritur. De contentione inuestiture inter do. & vasal § 1 nu. 1. 51

Probatione deficiente ad sacramentum recursus habetur. Quid sit inuesti. §. si verò inuesti nume 2. 103

Probatione deficiente in causa vertente inter filiã & agnatos defuncti, an res feudalis sit agnatorum sacramento standum erit. De capi. qui cur. ven. c. si contentio. nu. 1. 299

Probatione deficiente sacramento possessoris causa definienda est. Si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. c. 1. num. 1. 82

Inopia probationum deficiente, deprehenditur aliquid licitum, quod aliàs non liceret. Si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. c. 1. sub num. .. 82

Procurator constitui an possit ad iurandam fidelitatem domino feudi. Si de feu. fue. controu. c. omnes filij nu. 8. 192

Proditor Imperatoris ecclesiastico non priuatur feudo. De prohi. feu. alie. per Fed. § fi. nume. 5. 336

Proœmium legis vel statuti quid importet. De pace tenen. §. 1 sub nu. 6. 215

Promittens non offendere Titium fratrem Titij interficiendo, an incidat in pœnam. Quib. modi feu. amit. §. similiter. nu 4. 30

Proprietas feudi à domino an possit pignori obligari absq; consensu vasalli. De prohi. feu. alie. c. 1 nu. 5. 321

Proprietas & possessio rei feudalis in ementem à vasallo transfertur. De feu. non hab. prop. na. feu c. vnico. nu. 4. 292

Protestatio domini vasalli protestationem non dirimit. Si de feu. vasal. fue. interpel. c. vnico. num. 3. 181

Prouincia an de nouo possit sibi Regem ordinare. Quis dica. Dux, Co. §. 1. nu. 19. 138

Prouincia quæ dicatur, & an possit diuidi. Si de inuest. inter dom. & vasal. lis oria. c. 1. nume. 7. 84

Prouisio specialis vbi de euictione agitur plusquàm generalis operatur. De inuest. de re alie. fac. §. 1. nu. 4. 120

Pubes iurans non venire contra testamentum,

an teneatur stare iuramento. De pa.iura.firm. §.item sacramenta.nu.8. 317

Pubes in contractu venditionis læsus iuramento non obstante contraueniet. De pa. iura. fir. §.item sacramenta.nu.6. 316

Pubes minor 18.annis pacem cum inimico iuratã frangens, an sit puniendus. De pa.iur.fir.c.1. nu.5. 306

Puellæ non maritatæ capite reuelato debent incedere. Quæ fuit prima causa benef. amit. §.rursus.nu.2. 168

Pugna quibus sit fienda casibus. De alie.feu.pater.c.non est.nu.4. 110

Pugna ob Feloniam & infidelitatem fienda. De alie.feu.pa.c. non est.nu.1. 272

Pugna quibus armis instruenda. De alie.feu.pater.c.non est.nu.1. 273

Pugna locum non obtinebit, vbi de delicto apertè constiterit. De pace tenen.capi. 1. numer.11. 215

Pugnare volentem duo iurare oportet. De pa.iu. fir.c.1.nu.7. 306

Pupillus an cogatur per substitutũ domino feudi famulari. Si de feu.fue.contro.c. si quis decesserit.nu.2. 198

Pupillus doli capax, an possit præstare iuramentum fidelitatis. Si de feu.fue.contro.§.si minori.sub nu.2. 198

Purgationum alia vulgaris, alia canonica, & quot modis quælibet ipsarum fiat. De pa.tenẽ. §.similes rusticus.nu.1. 225

Q.

QVarta in bonis mariti vxori debita in iure, vbi reperiatur. De inuesti.de re aliena. fac.§ quamuis enim.nu.4. 123

Quærela vasalli à domino de feudo spoliati pro libello debet haberi. De mili.vasal. qui contu. est.§.si verò.nu.4. 160

R.

RAtio dictorum maiorum nostrorum non semper redditur. De his qui feud.da po. §.hoc autem.nu.7. 10

Ratihabitio roborat quod à principio nullũ erat. De alienat.feud.pat.§ 1.sub num.4. 170

Receptio testium an possit committi in causis feudorum. Si de inuesti.inter do.& vasal.lis oria. c.1.nu.8. 85

Receptatores pari pœna puniuntur cum delinquentibus. De pa.iur.fir.§.receptatoribus.nume.1. 312

Receptare quis dicatur. De pace tenen.§.si Clericus.sub nu.2. 220

Recursus ab inferiore ad superiorem pro iustitia tuenda habetur. Si de inuesti.inter do.& vasal. lis oria.c.1.nu. 5. 83

Reo fauendum potius quàm actori, quare & iudex absolutioni procliuior quàm damnationi esse debet. Hic finitur lex.§.ad hæc.nu.4. 238

Redditus & prouentus communicari debent his, quibus panis vnus communis est. De frat.de no.bene.inuesti.c.si duo fratres.nu.3.& 4. 140

Refutatio in dubio an præsumatur facta in personam, an verò in rem. De eo qui finẽ fecit agnat. §.1.sub nu.2. 293

Rex an possit bona regni infeudare in diminutione regalis iurisdictionis, & an eius successor posset eadem reuocare. De his qui feu.da.po.§. 1.nu.19. 5

Rex sub quo vasallus viuit, an excipiatur in iuramento fidelitatis, sicut dicitur de Imperatore. De probi.feu.alie.per.Fe.§.illud.sub nume.3. 336

Regi si duo filij vnico partu nascantur, vter eorum in regno succedet. De feud.Mar.c.1.nu.2. 58

Reges qui vngantur & coronis decorentur. Quis dica. Dux, Co. vel Mar.§.1.nu.17. 133

Reseruatio iuris prius inuestiti non præiudicat secundo in pos.feu. Si de feu.fue.contro.c.si facta.nu.9. 202

Restitutiones necessariæ quæ de mili. vasal. qui contu.est.§ si verò sub nu.11. 161

Responsio infra terminum à iudice datum facta, non potest reuocari. Si de feu.fue.contro.c. vasallus.el.1.nu.11. 187

Res in præiudicium alterius infeudari nõ potest. De feudo dato inuicem legis commis.§.1.sub nu.4. 89

Rei vendicatio an & quomodo tollatur. De feudo dato inuicem l.commis.§ 1.sub nu.2. 87

Res feudalis esse quæ dicatur. Si de feu.fue contro.c.si quis per triginta.nu.1. 188

Res propriæ & etiam communes in feudum dari possunt. De notis feu.§.illud sciendum.nu.11. 342

Res quæ dicatur ecclesiæ subiecta. Epis.vel Abba §.1.nu.6. 37

Res subiecta domino ecclesiæ infeudari de nouo non potest. Epis. vel Abb.§.1 nu 1. 36

Res vna pro alia non soluitur. Si de feud fue.interpel.c.vnico.nu.4. 181

Res de iure præscripta, an possit etiam in foro cõscientiæ tuta teneri. Si de feu.fue.contro.§.si quis.sub nu.5. 189

Res pro re an possit per iudicem dari insolutum. Si de feu.vasallus fuerit interpellatus.sub nume.4. 181

Res communis an possit in totum dari in feudum. De notis feu.§.item.sub nu.1. 342

Respondens obscurè interrogata creditur negare. Si de feud.fue.controuer.c. vasallus.el.2.nu.5. 208

Restitutio & missio in iuribus negatiuis qualiter fienda. De milite vasal. qui contu.est.§.si verò.nu.12. 161

Restituere nolenti an possit res sine iudicis authoritate auferri. De pa.iur.fir.§ si quis verò aliquod.nu.nu. 3. 306

Renouatio inuestituræ infrà quantum temporis spacium fienda. De probi.feu.alie.per Lotha c. fi.nu.1. 304

Reus absoluitur si ab actore nil probatur. Si de inuesti.inter dominum & vasal.c.si quis nu.3. 85

Reus conuentus actori suo rem restituere potest. De controuer.inter do.& empto.feu.c.vnico. nu.3. 280

Rex Francorum gloriosissimus, excellentissimus, & illustris vocatus. Quis dica. Dux, Com.§.1. nu.16. 133

Rex quilibet in suo regno Monarcha censetur, & quid possit Rex in regno, & Imperator in imperio. De his qui feu.da.po.§.1.nu 6. 2

Rex se & alios in virtutibus regens dicitur. Quis dica. Dux, Co.§.1.nu.15. 132

Regi si

Rege ad monasterium transeunte iura regni ad sanguinis successores deuoluentur. De milite vasal. qui arma bel. depo.ca. vnico.nume.12. 15

Recognoscens castrum in feudum, an recognoscat territorium. De cap. qui cur. ven.c.1. nume.4. 297

Regna Asiæ quæ sint & quæ Africæ. Quis dica. Dux, Co.§.1.nu.18. 133

Relictum de fructibus feudi factum à vasallo, an valeat cum grauamine hæredis. De succes.feu. nu.4. 45

Relictum de fructibus feudi factum à vasal. an valeat cum grauamine hæredis. De succes.feu. §.1.nu.1. 45

Remedia vasalli in possessione feudi à domino læsi. De mili.vasal. qui contu. est. §. si verò. nu. 1.& seq. 160

Remitti ad locum delicti an quis debeat. De pace tenen.§.si Clericus.sub nu.2. 220

Renunciatio hæreditati paternæ in instrumento dotali facta & confirmata iuramento valet, & in quo foro talis iurans possit conueniri. De feu. da. inuicem l. commis. §.si quis. sub nu.2. 90

Renuncianti iuri proprio ad idem non patet regressus. De benef. Fe.§.si nu.2. 244

Renunciatio an locum habeat quando contractus stipulationem vel iuramentum fuit celebratus. De capitaneo qui cur. vend §. similiter. nu.5. 301

Renunciatio inter patrem & filium de bonis maternis facta. & iuramento firmata, an valeat. De pace iura. fir. §.item sacramenta. sub nu.8. 17

Rigor iustitiæ in maleficiis puniẽdis quomodo sit seruandus. De pace tenen. §.si quis altum. nume.3. 218

Rusticus arma deferre prohibetur. De pace tenẽ. §.si quis rusticus.nu.1. 227

Rusticus diffamatus an ad pugnandum cum milite purgationis causa sit admittendus. De pace tenen.§ si miles rusticus.nu.2. 225

Rusticus iurisdictiones & dignitates de patrimonio venditoris emere potest. De lege Cord. §.ex eadem lege.nu.6. 260

Rusticus militem non accusabit, nisi se non calumniari iurauerit. De pace tenen.§.si rusticus.nu.1. 224

Rusticus militem violatæ pacis accusans pugnam inducere valebit. De pace tenen.§. si rusticus. nu.1. 224

Rusticus quis sit. De pace tenen.§ si rusticus.sub nu.1. 224

Rustici ecclesiarum, an sint de foro ecclesiæ. De pace tenen.§ similes.sub nu.1. 22

Rusticitas an excusat rusticum sagacem. De pace tenen.§.si quis.sub nu.1. 227

Rusticus portans arma, an incidat in duplicẽ pœnam, scilicet, amissionis armorum & solidorũ 20. Ibidem in d.§.si quis.

S.

Sacramentales rem feudalem esse masculo fœminæ ve competentes qualiter iurent. De contro. inter mas. & fœmi.de benef.c. vnico. nu.3. 279

Sacramentum præsumptioni possessionis adiectũ solennitatis supplet defectum. Quid sit inuesti. §.si verò vasallus.nu.4. 102

Sacramentum principalis à Sacramento successoris differens erit. De notis feud. §.fi. nume.1. 344

Sacramento vasalli possidentis vt stetur necesse est, quod steterit in possessione per annum, vel per 30.annos, si simpliciter dominus in libello petit feudum à vasallo. De content. inter dom. & vasal.§.1.sub nu.2. 78

Salaria Doctorum an dicantur soldata. Quis dica. Dux, Co.§.cæteri.nu.4. 134

Salus propria alienæ saluti præferenda. De alie. feu.pa.c.fi.nu.4. 27

Sancimus verbum Imperatoris est. Consti.feu.c. vnico.nu.2. 66

Scholaris qui non vult iurare Rectori, non debet pro scholari reputari. De contro. feu. apud pares determi.§.1.sub nu.3. 140

Scientia vel ignorantia domini rem alienam infeudantis non consideratur. De inuestitu.de re alie.fac § 1.nu.3, 120

Scientia coniectatur ex præsentia. Si de inuestit. inter do.& vasal.lis oria.c.1.nu.3. 83

Sciens aut ignorans quando quis intelligatur & iudicetur. De pace tenen.§.si Clericus.sub nume.2. 220

Scientia domini an requiratur in feudo nouo empto, vt frater succedat fratri De benef.fratris & qualiter fra.§.1.sub nu.5. 69

Scipio quare cum Annibale in Italia pugnare recusauerit. Quib.mod feud.amit.§.1. numer.11. 27

Scire quis dicatur. Si de feu.fue.controu.c. vasallus.el.1.nu.2. 186

Scriptura an in feudali inuestitura requiratur ad solennitatem. Quid sit inuest.capit.1. nume.4. 97

Seculares bona ecclesiæ inuadentes foro subiiciuntur ecclesiastico. De sta.& consuet.§.item nulla.nu.2. 345

Senex an possit infeudare. Per quos fiat inuest.§. 1.sub nu.5. 105

Sententia imprudenter lata est ipso iure nulla. De pace iura fir.§.iudices.nu.4. 310

Sententia lata à potestate qui iuramentum non præstitit nulla est. De sta.& consuet.§ statuimus.el.2.nu 2. 348

Sententia an requiratur super declaratione culparum quibus feudum amittitur. De feud. sine cul.non amit.c.1.nu.3. 70

Sententia in priuatione iuris feudalis requisita, nec sufficit delicti euidẽtia. Qualiter dominus proprie.priue.c.vnico.nu.2. 290

Sententia an præiudicet agnatis, si ut præiudicat domino. Si de feu.fue.contro.§.si vasallus.el. 3.sub nu.4. 210

Seruitia præstare non valentes feudum retinere nequibunt. An mu.furd. vel aliter imperfec. c.vnico.nu.3. 265

Seruitij magnitudo perpetuitatem affert beneficio. De his qui feu.da po.§.notandum.num.4. 12

Seruitium non inducit feudum. Si de feud. fue. contro.c.si.quis per triginta.nu 3. 188

Seruitium qualiter pluribus domini hæredibus præstandum. Si de feu.fue.contro. c.omnes filij.nu.10. 192

Seruitium propter feudum debitum qualiter ab hæredibus vasalli illud pro indiuiso retinenti-

 bus sit

bus sit præstandum. Si de feud.fue.contro.ca. omnes filij.nu.7. 192

Seruitium successori vasalli indignum supplebitur per aliū. De ca.qui cur. ven.c.fi.nu.6. 301

Seruitium inter plures hæredes vasalli, idoneor præstare debet. Si de feu.fue. contro.§.omnes filij.sub nu. 7. 192

Seruo scienter inuestito à domino moriente ad quē reuertatur feudum. Per quos fiat inuestitu.§. personam.nu.5. 109

Similes culpæ similem pœnam requirunt. Hic potest esse tit.c.vnico.nu. 3. 62

Silentium annale vim refutationis obtinet. Qualiter olim feu.po.alie.§ porrò.nu.3. 128

Simplicitati hominum subuenitur. De no.for.fi. §.1.nu.4. 117

Societas an contrahatur viuendo in communi ad vnam mensam, & communicando inuicem bona De fra de no benef.§. si duo.sub nu.12. 140

Soldata an poßit ad hæredem transire. Quis dica. Dux, Co.§ cæteri nu.3. 134

Soldata quæ definiatur esse. Quis dica. Dux, Com. §.cæteri nu 2. 134

Solennitas in citato expreßè dicente se nolle venire quæ seruanda. De mili. vasal.qui contu. est.§ 1 nu.15. 159

Solennitas in venditione rei feudalis vel emphiteoticæ omissa non priuat vendentem suo iure. Quid iur. si post alie.& c.c.1.nu.4. 283

Solēnitas quæ seruetur in feudi inuestitura. Quid sit inuesti c.1.nu.3. 97

Solennitas debita iuramenti, an præsumatur interuenisse, si simpliciter in instrumēto est scriptum, quòd talis iurauit. Quid sit inuestit.§ si enim.sub nu.4. 100

Solennitas vbi non apparet, an & quando poßit viciare inuestituram. Qui testes sint necessarij ad proban non. inuest.§.1.sub nu.6. 248

Species pro specie quo casu præstari queat. De inuesti.de re alie fac § 1.nu.2. 120

Statuentes contra ecclesiæ libertatem puniuntur. De sta.& consue.c.1.nu.2. 345

Statuta à Principe cassata transgressores non eximunt à pœna. De statu.& consuetu.§.nauigia. nu 2. 349

Statutum ecclesiæ vel Clericis derogans censetur nullum. De sta.& consue.capitu.1.num 1. 345

Statuto inducitur vt feudum alienetur. Qualit. olim feu po.alie.§.1.nu 5. 124

Statutum vnum ad aliud refertur, & per aliud quandoq; suppletur. Quali olim feu po.alie.§. de illa.nu.1. 129

Statutum an poßit tempus præscriptionis 30. anno abbreuiare. Si de feu.fue.contro. §. si quis. sub nu. 5. 189

Statutum inualidum nō excusat à delicto. De sta. & consue.§ omnes peregrini.sub num.2. 349

Statutum an poßit tollere iuramentum & efficere, vt contractus non confirmetur iuramento, & an tale statutum valeat. De pace iura firm. §.item sacramenta sub nu.2. 314

Statuta contra ecclesiæ vel Clericorum libertatem sunt inualida. De sta & consue.contra libertatem ecclesi.toll.in prin. 344

Subditus aduersus patriam vel fiscum agens veniam petere an debeat. De mili. vasal.qui cōtu.est.§. si verò.nu.9. 160

Subtilitas scrupulosa dicitur perniciosa. De natura feud.c. vnico. num. 5. 45

Succeßio feudi iuxta modum succeßionis in hæreditate est regulanda. De gradi.succ.in feu.§. 1.nu.1. 136

Succeßio locum habet in re præscripta iure feudi. De feudo dato inuicem leg.com. c.quidam. nu.3. 91

Succeßio in feudo semper aspicit stipem & non alium, qui non est stipes agnationis communis. De grad.succed in feu.§ his verò sub nume.2. 137

Successor Clerici prædecessoris gesta habere rata non compellitur. Si de feu.fue contro.c.moribus.nu.4. 185

Successor inuestientis inuestituram per prædecessorem non ratificabit. De conten. inter dom.& vasal. de inuest.c. vnico.nu.1. 81

Successor Prælati quare prædecessoris ratificare factum non teneatur. Qui suc.tene.nu. 3.& 5. 17

Successor vasalli tempore inuestituræ petēda decedentis, an habeat tempus integrum ad petendam inuestituram. Quo tempore mil. c.1.nu.8. 73

Suspitio hæresis sufficit, vt suspectus condemnetur. De sta.& consue.§ Gazaros.nu.2. 347

Suus abstinendi beneficio potitur quando hæreditati feudum annectitur. An agna. vel fil. post.repud.feu c. vnico.nu.4. 286

Synodus idem est quod concilium, & vnde deriuantur & dicantur. Epis.vel Abb.§.1.sub nume.2. 36

T.

TAbelliones à solo Principe creandi. Quæ sint regaliæ c. vnico.nu.6. 338

Tacens consentire videtur. Quæ fuit prima cau. benef.amit §.fi.nu. 31. 180

Tempora circa feudorum inuestituras consideranda. De probi.feu.alie.per Fe.§.insuper.nume. 4. 3.0

Tempora quæ & quot appellantibus conceduntur. Quo tempore miles.c.sancimus.nu.3. 72

Tempus ex quo renūciatio tacita inducitur ignoranti non currit. Quali.olim feu.po.alie.§.porrò.nu.4. 128

Tempus inuestituræ petendæ ad natiuitatē vtile. Quo tempore miles c.1.nu.12. 74

Tempus infrà quod est petenda inuestitura, an poßit dominus minuere. Quo tempo.miles §.1. sub nu.14. 74

Tempus quantum requiratur ad hoc, vt res domino sciente, & non cōtradicente possessa, præsumatur feudum. De consue.rect.feu.§.1.sub nu 5. 249

Terminus legalis non est peremptorius. Quo tempore miles.c.1.nu.3. 72

Terminus legalis legitimè probatus non est peremptorius. De probi.feu. alie.per Lotha.c fin. nu.2. 304

Testium ad testimonium adhibendorum conditio inspicienda An remouen. sint test. qui par.c. vnico.nu.1. 152

Testificari quis & quando dicatur compelli. De consue rect.feu.§ similiter.nu.4. 256

Testimonium erit veritatis manifestatiuum cū probatione clara. Quot testes sint necess. ad proban.feu. ingra.c. vnico.nu.2. 340

Testes quot

Testes quot sint necessarij in purgatione, & qualiter in ea procedatur. De pace tenen. §. si rusticus. sub nu. 2. 224
Testes idonei qui, ad probandum nouam inuestituram. De notis feudorum. §. quod autem. sub nu. 1. 341
Testis an possit corrigere dictum suum. De notis feu. §. notandum. sub nu. 2. 343
Testis qui semel deposuit, an possit compelli, vt iterum testificatur. Ibidem in §. notandum.
Testis negans id se deposuisse quod notarius scripsit, cui sit credendum. Ibidem in d. §. notandũ.
Testis est citandus, & quid sit dicendum, si inuitus trahatur ad iudicium, an valeat eius dictum. Si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. §. 1. sub nu. 3. 83
Testis qui venit non citatus, an probet. Ibidem.
Testi, qui prius deposuit, & postea iurat, an credatur, ita vt eius dictum valeat. Ibidem.
in Test. duo sunt necessaria, iuramentum & depositio. Ibidem.
Testi qui primò voluit celare veritatem, nihilominus si postea compulsus deponat, an credatur. Et an & quando incidat in pœnam falsi. Ibidem sub nu. 4.
Testis qui semel deposuit, an possit infringere dictum suum. Ibidem.
Testi dicenti veritatem creditur, licet accepisset pecuniam, vt reticeat veritatem. Et an talis testis sit puniendus. Ibidem.
Testis ad perhibendum testimonium à iudice, an possit compelli, & an ex causa aliqua possit se excusare. Ibidem in d. §. 1. sub nu. 5. 83
Testes qui tempore inuestituræ non erant pares, an censeantur testes legitimi, si postea tempore depositionis pares esse inueniuntur. An remo. sint pares, qui pares esse desie. §. 1. sub nu. 3. 151
Testis de domo aduersarij quandoq; producitur. Si de inuesti. inter do. & vasal. c. si quis. num. 2. 86
Testis si non legitimè examinetur non facit, vt iuramentum deferatur. De consue. rect. feu. §. sacramentum. nu. 6. 252
Testis vnicus ab vtraq; parte concorditer electus plenè probabit. De consue. rect. feud. §. sacramentum. nu. 11. 253
Testis vnicus probationem semiplenam facit. De consue. rect. feu. §. sacramentum. nu. 5. 252
Testis falsus in causa homicidij, vt homicida punietur. De pace iur. fir. §. homicidiũ. nu. 7. 309
Testis hodie si recordatus non fuerit cras recordatus audietur. Quid sit inuestit. §. si enim domino. nu. 2. 99
Testes in inuestitura probanda quot sufficiant. Si de inuest. inter do. & vasal. c. si quis. nu. 1. 86
Testis in materia feudali iurans mẽtionem faciet Euangelij. Quid sit inuestit. §. si enim domino. num. 4. 99
Testis in iudicio licitè deponit id, quod extra iudicium se nescire asseruit. De notis feud. §. notandum. nu. 2. 343
Testes de substantia inuestituræ tempore quo fit dicuntur esse. Qui testes sint neces. ad proban. no. inuesti. c. vnico. nu. 4. 247
Testes duo sufficiunt, vbi leges numerum non statuunt. Quot testes sint neces. ad proban. feu. ingra. §. quod autem. nu. 2. 340
Testes extra prouinciam existentes, an possint examinari. De pace tenen. §. si tres. nu. 4. 223
Testes non produci post dicta & probata quomodo intelligatur. Quid sit inuest. §. si enim domino. nu. 3. 99
Testes possessionis qualiter probandi & examinandi. De pace tenen. §. si tres. nu. 4. 223
Testes produci possunt ad probandum tenorem instrumenti ipso amisso. Quid sit inuestitu. §. si enim domino. nu. 1. 99
Testes sacramentales qui & quare sic vocentur. De his qui feu. da. po. §. hoc quoq;. nu. 8. 11
Testes quinq; requiruntur, vt aliquid legitimè probetur. Quot testes sint neces. ad proban. feu. ingra. c. vnico. nu. 1. 340
Testes quot de iure communi & quot de consuetudine ad probandum requiruntur. Quid sit inuesti. c. 1. nu. 5. 97
Thesaurus inuentus cui spectabit. Quæ sint regaliæ. c. vnico. nu. 8. 339
Thesaurus quid sit. Quæ sint regaliæ. §. 1. sub nume. 7. 339
Thesaurus an possit solo visu occupari. Quæ sint regaliæ. §. 1. sub nu. 8. 339
Thesaurus an possit excipi in venditione feudi, vel alterius possessionis. Ibidem.
Thesaurus in feudo feudali vel emphiteotico inuentus, cuius sit, an vasalli, an verò domini proprietatis. Et quid sit dicendum in vsufructuario & creditore. Quæ sint regaliæ. §. 1. sub nu. 8. 339
Titulus in materia feudorum non habebit locum. De inuesti. quam Titius accepit à Sempro. c. vnico. nu. 2. 142
Traditio fictè facta, an mereatur pœnam. Quid iuris si post alie. feu. vasal. §. præterea. sub nu. 3. 283
Transactio an habeat locum in iuribus decimalibus. Si de feud. fue. controu. §. si vasallus. el. 3. sub nu. 2. 210
Transactio quando agnatis sit præiudicio. Si de feu. fue. contro. c. si vasallus. el. 3. nu. 6. 210
Transactionis nomine si quid suscipiatur loco rei succedere non creditur. Si de feu. fue. controu. c. si vasallus. el. 3. nu. 3. 210
Translatio fit in priuatũ quæ in ecclesiam haudquaquam fieri potest. De alie. feud. §. inde potest. nu. 2. & nu. 6. 55
Transuersales propriè non intelliguntur capere feudum per ius accrescendi, sed potius ex iure inuestituræ primi acquirentis. De feu. Marck. Duca. & Com. §. si Capitanei. sub nu. 1. 59
Transuersales an succedant militi in feudo nouo acquisito. Imperator Lotha. c. vnico. nu. 2. 67
Transuersales siue collaterales quando & quomodo succedant inter se. De his qui feu. da. po. §. hoc quoq;. nu. 4. 12
Transuersales in feud. succedunt deficiente linea descendente. De gradi. succ. in feu. §. his verò. nu. 1. 137
Treuga quid sit & quotuplex reperiatur. De pa. tenen. c. 1. nu. 14. 215
Tutor an possit pro pupillo minore quatuordecim annis iurare. Si de feu. fue. contro. c. si minori. nu. 6. 198

V.

Valuasores minores plus possunt quàm maiores. De his qui feud. da. po. §. notandum. nu. 5. 12

Valuasores maiores olim vasallos non disuestiebant sine culpa, minores autem sic. De natura feud.c.vnico.nu.1. 43
Valuasores minores quando feudum valuasoribus inimicis auferre poßint. De feu. da. minimis valua.c.vnico.nu.1. 61
Vasallatieum ius delicto non confiscatur. Hic fini.lex.§.1.nu.6. 234
Vasalli dominis Imperatorem comittantibus opē ferent. De capitu. Cora. c. similiter. nume.1. 276
Vasalli fuga non nocente domino, an puniatur vasallus fugiens. Quibus mod. feu.amit. §. 1. num.7. 27
Vasalli filia in feudo non succedat in præiudiciū agnatorum. De succes.feu.§.hoc quoq.num.2. 45
Vasalli quare olim maiorem quàm nunc habuerint authoritatem. De aliena.feud.§.1.nume.1. 54
Vasalli absentia an excuset ab inuestitura petenda. Quo tempore miles.c.1.nu.13. 74
Vasalli defuncti filia stante masculo fratre an succedat in feudo. Epis.vel Abba.§. quinetiam si. nu.4. 40
Vasalli ecclesiæ cōtra libertatem ecclesiæ aliquid facientes, feudo sunt priuandi. De sta. & consue.c.1.nu.3. 345
Vasalli duo si de feudo eodem succeßiuè inuestiantur vter eorum præferetur. Si de feud.fue. contro.c.si facta.nu. 10. 203
Vasallo religionem intrante, an dominus, an verò agnatus in feudo præferatur. De milite vasal.qui arma belli.depo.c.vnico. nume.5. 155
Vasallo plures dominos habenti cui maluerit seruire optio datur. De probi.feu.alie.§.præterea Ducatus. nu.4. 327
Vasallo decedente cum filio vtili altero inutili ad seruiendum domino vter eorum succedat. De probi.feu.alie.per Fede.§.præterea Ducatus. nu.5. 327
Vasallo mortuo quandiu per lineam masculinam superest descendens quispiam non admittentur cæteri agnati. De gradi. succe.in feud.§.1. nu.2. 136
Vasallo inuito an poßit dominus feudum alienare. Quo tempore miles.c.si quis fecerit.nume.3. 75
Vasallo infra tempus inuestituræ petendæ moriente filius ei succedens quantum temporis ad idem habebit. Quæ fuit prima cau.benef.amit. §.1.nu.8. 165
Vasallo pœnitenti quod dominum accusauerit quando ignoscatur. Quæ fuit prima cau.benef. amit.§.sed & qui.num.7. 173
Vasallo à vinculo iuramenti liberato tenetur dominus circa priuationem feudi ob Feloniam ad vicem reddendam. Qualiter dominus proprie. priue.c.vnico.nu.3. 290
Vasallo ad Clericatum ascendente ad quem reuertetur feudum. De benef.fœmi.§.fi.num.4. 244
Vasallo spoliato de suis solitis præstationibus, an subueniri poßit per succeßorium, & quomodo sit formandus libellus. Quid sit inuest.§.si verò.sub nu. 4. 102
Vasallo absenti vel ignoranti qualiter subueniatur agente domino. De inuest.de re alie.fac.§. rei autem.nu.9. 321
Vasallus in materia feudali potest esse testis & quare. Si de inuestitura inter dom.& vasal.lis oria.§.1.sub nu. 4. 83
Vasallus an & quando poßit compelli à domino feudi, vt sit testis, & deponat veritatem. Quid sit inuest.§.si enim.sub num.4. 100
Vasallus an sit de iure Romano. De conten.inuest. §.1.sub nu.3. 51
Vasallus mendacij reus si fuerit, beneficio priuabitur defensionis. De controu. inuestitura.§. item si vasallus.nu.5. 22
Vasallus sine iuramento absoluitur, si per dominum probetur. De controuers. inuestituræ. §. item si vasallus.nu.4. 22
Vasallus post elapsum tempus domino petente recusans obsequium, an sit priuandus feudo. Quo temp.miles §.1.sub nu.13. 74
Vasallus petens inuestituram à domino infra tempus debitum, & debito modo, dominus autem non vult ipsum inuestiri, an priuari debeat dominus proprietate feudi istius. Quo temp. miles.§.1.sub nu.14. 74
Vasallus comparens infra tempus debitum coram domino, sed tantùm narrauit, qualiter pater suus erat mortuus, & non vlterius prosecutus est, an feudo veniat priuandus. Quo temp.mil. §.1.sub nu.13. 74
Vasallo refutante feudum paternum, vt alter inuestiatur desinit ei esse paternum. Impera. Lotha.c.vnico.nu. 4. 67
Vasallo viuente an alius verbaliter & realiter inuestiri poßit. Hic potest esse titu.§.vnico. nu.1. 50
Vasallus dominus non coget infra annum, vt inuestituram renouet. Quæ fuit prima cau.bene. amit §.1.nu.14. 166
Vasallum à domini seruitio impoßibilitas excusabit. De alie.feu.pater.c.fi.nu.5. 173
Vasallus ius quod habet in feudo non potens obtinere per transactionem sibi debet consulere. De contro.inter vasal.& alium de benef.c.vnico. nu.2. 281
Vasallus aliquo casu domino plus quàm patri obligatur proprio. Hîc finitur lex.§.fi. nume.2. 241
Vasallus feudum per libellum de consensu domini alienans sic vt singulis annis solidos quinq; recipiat, illud ius nomine feudi retinebit. Quid iur. si post alie.feu.§.fi.nu.1. 285
Vasallus inuestitura reali absq; fidelitate inuestitus domino eam petenti quando præbebit. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §.est & alia.nu.5. 167
Vasallus ne feudo destituatur inuestituram petet & fidelitatem pollicebitur. Quæ fuit prima cau.benef.amit.§.1.nu.5. 165
Vasallus secreta domini non reuelabit. De for.fi. c.vnico.nu.2. 115
Vasallus olim maiorem authoritatem in feudo quàm nunc habebat. Qui.mo.feu.amit.§.aut si libellariè.nu. 1. 31
Vasallus vasalli domino domini famulabitur. De lege Coradi.§.similiter.nu.3. 261
Vasallus vxorem dominum offendentem à se non repellet. De probi.feu.alie.per Fed.§.insuper. nu.9. 331
Vasallus dominum iurare non valens non punietur. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. item qui dominum.nu.4. 168

Vasallus

Vasallus dominum ciuiliter vel criminaliter temerariè accusans feudo priuandus. De consue. rec. feu. §. similiter. nu. 1. 256

Vasallus an per hæredem domini feudo priuetur ob culpam, de qua dominus in vita non est conquestus. Quib. mod. feud. amit. §. item si fidelis. nu. 6. 28

Vasallus per alium verberans dominum feudo priuatur. Quæ fuit prima caus. benef. amit. §. porrò. nu 6. 169

Vasallus dominum detentum vltro se offeret ad liberandum. Quæ fuit prima caus. benef. amit. §. sed & qui. nu. 3. 172

Vasallus legitimam personam in iudicio comparendi habet. De controu. inter vasal. & alium de benef. c. vnico. nu. 1. 262

Vasallus vxorem domini alteri adulterandā tradens feudo priuabitur. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. sed & qui. nu. 11. 173

Vasallus morti domini insidiatus pœna legis Corne. de Sicca. tenetur. Quæ fuit prima cau. bene. amit. §. porrò. nu. 2. 170

Vasallus vt feudo poßit priuari ad seruitium cōuentū debet interpellari. Quæ fuit prima causa benef. amit §. sed nec alia. nu. 6. 171

Vasallus infra annum qui ad inuestituram petendam datur domino obsequetur. Quæ fuit prima cau. benef. amit. § 1. nu. 15. 166

Vasallus seruitium exhibere domino non tenetur nisi ad idem interpelletur. An ille qui interfe. fra. do. c. fi. nu. 1. 268

Vasallus contra dominum agens veniam petere non obligatur. De milite vasal. qui contu. est. §. si verò. nu. 8. 160

Vasallus ob Feloniam feudum perdens descendentibus præiudicabit. Si de feu. fue. controu. c. si vasallus. el. 1. nu. 1. 206

Vasallus feudi retentione grauatus illud dimittere potest. Si de feud. fue. contro. c. omnes filij. nu. 5. 191

Vasallus recognoscens feudum à domino aliud ab eo super quo lis vertitur, debet statim inuestiri & ad fidelitatem recipi. De alie. feu. pater. §. si inter. nu 2. 272

Vasallus sua culpa ad seruitium præstandum impotens factus feudo priuandus. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. sed nec alia. nu. 7. 171

Vasallus quot & quibus casibus dominum in Guerra iuuare neceßitetur. Hic fini. lex. §. 1. nu. 1. 234

Vasallus Feloniam in vnum dn̄orum committens feudi partem perdet. De vas. contra consti. Lotha. feu. alie. c. vnico. nu. 2. 268

Vasallus quot modis in dominum peccet. Quibus mo. feu. amit. § aut si libellario. nu. 4. 31

Vasallus feudum quando poßit alteri infeudare. De prohi. feu. alie. §. callidis. nu. 2. 324

Vasallus dominum in prælio campestri morantem relinquens feudo priuandus. Quæ fuit pri. cau. benef. amit. § item qui dominum. nu. 2. 167

Vasallus in dominum committens causa sui iuris seruandi non punietur. Quæ fuit prima causa benef. amit. § sed & qui nu. 10. 173

Vasallus domesticum domini offensorem requisitus non tradens feudo priuatur. Quæ fuit prima cau. benef. amit. § item qui domino. num 3. 170

Vasallus de feud. verbaliter inuestitus domino realem inuestituram offerenti contumaciter fidelitatem denegans, vt ingratus feudo carebit. Quæ fuit prima cau. benef. amitt. §. est & alia. nu. 1. 166

Vasallus contra dominum si aduocauerit suo feudo statim carebit. Quæ fuit prima caus. benef. amit. §. sed & qui nu. 6. 173

Vasallus contumax etiam feudi non adepta poßes. priuabitur suo iure. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. est & alia. nu. 3. 167

Vasallus domino seruitium ob quod sibi datum est feudum denegans ipso priuandus est. Quæ fuit pri. cau. benef. amit. §. sed nec alia. nu. 1. 171

Vasallus dominum præliantem deserens feudo priuatur, sed & nōnunquam capite minuitur. Quæ fuit prima causa benef. amit. §. item qui dominum. nu. 1. 165

Vasallus dominum ad exercitum euntem associaturus spacium competens ad iter rapiendum habebit. De prohi. feu. alie. §. firmiter. nu. 1. 326

Vasallus ob culpam in dominū, an feudo ipso iure priuetur, vel an sententia requiratur. Qui. mo. feu. amit. §. item si fidelis. nu. 8. 29

Vasallus occidens proditoriè debet feudum amittere. An ille qui interfe frat. do. c. 1. nu. 3. 266

Vasallus incestuosus an feudo sit priuandus. Qui. mod. feud. amitta. §. item si fidelis. nume. 14. 29

Vasallus an poßit feu. vendere sine licentia domini vel etiam infeudare. Per quos fiat inuest. §. sed & res. nu. 4. 107

Vasallus feudum non alienabit illud tamen poterit infeudare tribus concurrentibus. De lege Coradi. §. similiter. nu. 12. 261

Vasallus in iudicio non comparebit nec ipsius domini præsentia sibi obstabit. De controu. inter vas. & alium de benef. c. vnico. nu. 3. 282

Vasallus relinquens dominum non credens mortiferè læsum qui tamen est, an feudo priuetur. Qui. mo. feu. amit. §. 1. nu. 13. 28

Vasallus domino poßeßionem tradere renuenti fidem quando seruabit. De no. for. fide. §. inuesti. nu. 4. 119

Vasallus occidens conuasallum an priuetur feudo. An ille qui interfe. do. c. 1. nu. 6. 267

Vasallus quare feudo priuandus. Hîc potest esse tit. & c. c. vnico. nu. 1. 62

Vasallus qui feudum liberè vendidit preciū loco feudi non tenebit. De feu. non haben. prop. na. feu. c. vnico. nu. 5. 292

Vasallus domino se offerre quando debeat. Si de feu. fue. contro. c. licet. nu. 2. 204

Vasallus fidelitatem iurare non compulsus volēs tamen est admittendus. Si de feu. fue. controu. c. si quis decesser. nu. 1. 198

Vasallus dominum non iuuabit contra seipsum. Hîc fini. lex. §. fi. nu. 4. 241

Vasallus à pœna in dominum ignoranter commissa excusatus ad emptoris interesse tenebitur. Si de feud. fue. contro. c. si. vasallus. el. 2. nume. 1. 207

Vasallus interpellatus seruitium præstabit. & nu. seq. Si de feu fue. contro. c. licet. num. 8. & seq. 205

Vasallus etiam non vetatur experiri proprium ius. Si de feud. fue. controu. c. si vasallus. el. 3. nu. 4. 210

Vasallus alienans feudum eò non priuatur, nisi traditio sequatur. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. fi. nu. 32. 180

Vasallus à quo petet inuestituram duobus de hæreditate domini contendentibus. Quo tempo. miles.c.1.nu.14. 74
Vasallus qui multis annis domino non seruiuit, an postmodum ad seruitiũ admittatur. Si de feud. fue.contro.c.licet.nu.5. 204
Vasallus de euictione contra dominum agens in re feudali ipsum vocabit. Si de feud.vas.fue.interpel.c.vnico.nu.1. 181
Vasallus coram domino citatus non comparens puniendus. De inuesti. in mari.fac.§.illud tamen.nu.2. 145
Vasallus hodie feudum agnato poterit alienare. Per quos fiat inuestitu. §.sed & res. numer.5. 107
Vasallus si habitum religionis susceptum dimiserit feudum non recuperabit. De mili. vas.qui arma bel.depo.c.vnico. nu.4. 155
Vasallus dominum aduersus patrem iuuabit. Hic fini.lex.§.fi.nu.1. 241
Vasallus si in causa feudali nõ obtineat per transactionem sibi consulat. Si de feu.fue.contro.c.vas.el.3.nu.1. 210
Vasallus fratrem suum proditoriè occidens, an succedat ei in hæreditate. Quæ fuit prima cau.bene.amit.§.fi.nu.5. 176
Vasallus agens de euictione non ad duplum, sed ad tantundem aget. Si de feu.vas.fue.interpel.c.vnico.nu.2. 181
Vasallus feudũ alteri sibi æquali potest sine fraude largiri. Quæ fuit prima cau.benef.amit.§.fi.nu.30. 179
Vasallus in possessorio inquietatus de euictione agere debet. Si de feu.vas.fue.interpel.c.vnico.nu.10. 182
Vasallus non tenetur se omni anno nisi vocatus fuerit præsentare. Si de feu.fue.contro.c. & si vasallus.nu.1. 190
Vasallus animo se defendendi morti domini insidiatus feu.non est priuandus. Quæ fuit prima cau.benef.amit.§.porrò. nu.4. 169
Vasallus ab Epis. successore inuestituram petens de feudo recto qui tamen aliud habet feudum, an ad fidelitatem admitti debeat. De controu. inter vasal. & Epis.c.vnico.nu.7. 153
Vasallus alienans rem feudalem inscio domino aduersatur. Quæ fuit prima cau. benef.amit.§. illud enim.nu.4. 175
Vasallus quãdo alienet feudum in fraudem agnatorũ Per quos fiat inue.§ sed & res. nu.7. 107
Vasallus feudum negans iuramento domini si cõuincatur feudo non priuabitur. Si de feu. fue. contro.c.vasallus.el.1.nu.7. 187
Vasallus longissimo tempore domino obsequutus si seruitium consuetum denegauerit feudum diffitẽs, rem ob quam seruiebat ostẽdere cogetur. Si de feu.fue.cõtro.c.vasallus.el.1.nu.10. 187
Vasallus iniustitiam faciens domino in re non feudali feudum non perdit. Si de feu. fue.contro.c. vasallus.el.1.nu.5. 186
Vasallus legitimam habet personam pro re feudali in iudicio comparendi. Si de feu.fue.contro.c.si vasallus.el.3. nu.1. 209
Vasallus in personam domini delinquens feudum tam nouum quàm paternum perdet. Quæ fuit pri.cau.bene.amit.§. fi.nu.4. 176
Vasallus si ad clericatum promoueatur ad quem feudum deuoluetur. Quæ fuit prima cau.bene.amit.§ fi.nu.33. 188
Vasallus quis sit eius antiquior dominus nesciens cui Homagium præstabit. Hic fi.lex.§.fi.nu.9. 242
Vasallus domino censum pro feudo debitum non soluens, ipsum amittit. Quæ fuit pri.cau.bene.amit.§.sed nec alia.nu.5. 171
Vasallus dominum à periurio non liberans non amittet feudum. De alie.feu.pater.c.fi.num.2. 273
Vasallus nulli filiorum & hæredum domini inter se bellantium opem præstabit. Si de feu.fue.cõtro.c.omnes filij.nu.11. 192
Vasallus redimens feud. iam alienatum non releuatur à pœna priuationis. Quæ fuit pri.cau.bene.amit.§.fi nu.28. 179
Vasallus secretorum domini reuelator quõ puniendus. Hic potest esse tit.c.vnico.nu.2 & 6. 52
Vasallus domino iniustè se defendenti poterit auxiliari. Hic.fi.lex.§.1.nu.16. 235
Vasallus re feudali malè vtens illam perdet. De pa.tenen §.quicunq. nu.1. 231
Vasallus quare nec olim nec hodie feudum poterat donare. Quali. olim.feud.po.alie.§.donare. nu.1.& 4. 126
Vasallus feudum melius faciet, ipsum autem non extenuet. De inuest. de re alie.fac.§.ecõtrario. nu.2. 123
Vasallus quando possit feudum refutare in præiudicium alterius. Quib.mod. feud.amitta.§. rursus.nu.2. 32
Vasallus in feudo non debet molestari, nisi de culpa possit conuinci. Quo tempo. mil.c.sancimus. nu.1. 76
Vasallus non habens titulum se tuetur etiam cõtra dominum. Si de feu. fue. cõtro.c.si quis per triginta. nu. 4. 188
Vasallus an dñi vel proprijs debeat militare expensis Qui.mo.feu.amit.§.1.nu.12. 27
Vasallus delinquens grauiter in alium quàm in dominum feudo priuatur. Quæ fuit prima cau.bene.amit.§.fi.nu.12. 178
Vasallus seruile nõ faciet feudum in domini præiudiciũ. De inuest. de re alie. fac §.quid ergò. nu.1. 122
Vasallus feudi vtilitatẽ pro tempore poterit vẽdere. Quæ fuit pri.cau.ben.amit.§.fi.nu.27. 179
Vasallus iuxta feu. rem feuda. si emerit, feudalis res an dicatur. De inue. de re alie.fac.§. econtrario.nu.1. 122
Vasallus non erit plurium dominorum. De lege Cora.§.ex eadem lege.nu.10. 261
Vasallus comprouittere potest de feudo controuersia inter ipsum & alium oriente. De le.Cora.§.2.nu.3. 259
Vasallus dominum alloquẽs reuerebitur. De milite vasal.qui contu.est.§.si verò.nu 7. 160
Vasallus à fidelitate propter domini infamiam quõ liberetur. Per quos fiat inuest.§ nulla.nu.7. 111
Vasallus domino vltimo fidelitatem pollicens antiquioris domini personam excipiet. Hic fi.lex.§.fi.nu. 6. 242
Vasallus tenens feudum liberum, an teneatur cũ domino ire ad exercitum. De cap.qui cur.ven.c.fi. nu.4. 300
Vasallus agens actione iniuriarum contra dominum in rem publicam conuiciantem non punitur. Quæ fuit pri.cau.bene.amit.§.sed & qui. nu. 9. 173

Vasallus quan-

Vasallus quando sciet dominum iustum bellum mouisse, vt teneatur ei seruire. Hic fini. lex. §.1.nu.22. 236

Vasallus inuestiturae renouationem infra annum & diem non petens, feudum perdit. Quae fuit pri.cau.bene.amit.§.1.nu. 2. 164

Vasallus dominum iniustè bellantem vel quempiam offendentem volens iuuare potest. Hic fi. lex.§.1.nu. 15. 235

Vasallus alij si infeudauerit feudi qualitatem vel formam non variabit. De lege Cora.§.profecto. nu 1. 262

Vasallus domino bannito vel excommunicato nō auxiliabitur in bello. Hic fi.lex.§.1.nu.8. 234

Vasallus de feudo aucto praemiatur à domino. De inuest.de re alie.fac.§ econtrario.nu. 3. 123

Vasallus Clientulus appellatur. De cōten.inuest. §.1.nu.3. 51

Vasallus pro debitis dōmini quando poßit detineri. De capit. Cora. capitu. similiter. nume. 5. 276

Vasallus minor si fuerit accusando dominum feudum non amittit. Quae fuit pri.cau. bene.amit. § sed & qui.nu.13. 174

Vasallus mendaciter feudum negans illo non potietur. De lege Cora.§.fi.nu.1. 262

Vasallus si pro se & haeredibus suis inuestiatur quando succedat foemina. De eo qui sibi haeredi.suis.c.vnico.nu.1. 147

Vasallus dominum non inueniens à quo inuestituram petat, feud. non amittit. Quae fuit prima cau.bene.amit.§.1 nu.6. 165

Vasallus sine liberis religiosam profitens vitam feudum perdit. De mili.vas.qui arma bel. depo.c.vnico.nu.1. 155

Vasallus tam in inuestitura vera quàm similitudinaria intentum suum pro banno litem superabit. De consue rec.feu.§.1.nu.1. 249

Vasallus iudicans contra dominum in causa ipsius domini feudo priuatur. Quae fuit pri.cau.bene. amit.§ sed & qui.nu.8. 173

Vasallus inuestituram à domini successore infra annum nō petens feudo priuatur. Quae fuit pri. cau bene.amit.§.1.nu.1. 164

Vasallus accusans dominum in Principē, vel rempublicam peccantem non punietur. Quae fuit prima cau.benef.amitt.§. sed & qui. nume 5. 173

Vasallus dominū si voluerit personaliter comitari, pecuniam dare non debet cogi. Ad probi. feu.alie.per Fe.§ firmiter.nu. 4. 327

Vasallus negligens feudum perdit. De alie. feud. paterni c.fi.nu.1. 273

Vasallus solùm feudum super quo lis mouetur à domino recognoscens lit. penden. fidelitatem non pollicebitur. De contro.inter vas.& Episc. c.vnico.nu.6. 153

Vasallus feudum esse nesciens si inuestituram petere omiserit non priuabitur. Quae fuit prima cau.bene.amit.§.1.nu.12. 166

Vasallus feudum falsò negans de mendacio conuictus feudo priuatur. Si de feu.fue.contro.c. vasallus.el.:.nu 2. 208

Vasallus si inuestiuit alium vasallum de feudo cui spectabit incrementum. De controu.inuest. §.rursus.nu 1.& seq. 25

Vasallus contra dominum in causa non feudali nō debet testificari. De consue.rec.feud. §.similiter.nu.2. 256

Vasallus dominum siue iustè siue iniustè praeliantem quando iuuabit. Qui.mo.feu.amit.§.1.nu. 3.& 4. 26

Vasallus dominum an vinculis ipsius debitum soluendo liberabit. Si de feud.fue.contro.c. licet.nu.7. 205

Vasallus vasalli an poßit retinere feudum & priori domino famulari. Qui. mo. feu.amit.§.rursus.nu.6. 32

Vasallus habet electionem mittendi vel soluendi vel personaliter dominum comitandi. De probi.feu.alie.per Fe.§.firmiter.nu.3. 327

Vasallus quare hoc tempore feudū nequeat alienare. Quali.olim.feu po.alie §.1.nu.4. 124

Vasallus pro feudi incremēto feudi ad maius seruitium quando teneatur. De contro.inuest.§.si quis de manso.nu.7. 24

Vasallus feudo olim legare non poterat & hodie quare non valeat. Quali.olim feu.po.alie.§ donare.nu. 2. 126

Vasallus de euictione ad quotam agere dicatur. De inuest.de re alie.fac.§.1.nu. 1. 120

Vasallus pro suis successoribus fidelitatem non iurabit. Quae fuit prima cau.bene.amit.§.1.nume. 7. 165

Vasallus ad iustitiam domini citari debet. De mil. vas.qui contu.est.§.1.nu.1. 156

Vasallus an animam domini adiuuare & an corpus teneatur alimentare. Si de feu.fue.contro. c.licet.nu.6. 205

Vasallus alteri inuitus à domino non debet delegari. De lege Cora.§.ex eadem lege. nu. 9. 261

Vasallus si ius feudale domino pignorauerit poenam non incurrit. De probi feu.alie. per Fede. c.1.nu. 12. 322

Vasallus Licentiatus vendere totū feudum, an poßit partem vendere. De probi.feu.alie.per Fed.c.1. nu. 4. 322

Vasallus coram arbitro litigare potest de feudo. De lege Cora.§.2.nu. 4. 259

Vasallus inuestiturae renouationem infra annum & diem non petens feudum perdit. De probi. feu.alie. per Fe.§.praeterea si quis.nu.1. 325

Vasallus si recipiat ignoranter feudum quod iam erat suum tanquam Guardiae & Gastaldiae qd iuris. De feud Guar.& Gast.§.si verò. nu.4. 7.& seq. 15

Vasallus insultum faciens in castrum in quo ignorabat dominum esse an feudo priuetur. Qui.mo. feu.amit.§ similiter.nu.3. 30

Vasallus salutem propriam domini saluti praeferet. Quae fuit pri.caus. bene. amit. §. item qui dominum. nu. 2. 167

Vasallus quibus domino casibus collectas vel tributa dare sit cogendus. De ca. Cora.c.similiter. nu.6. 276

Vasallus feudum vendens an illud ante traditionem posses recuperet excusabitur. Quid iura.si post alie.&c c.1.nu. 3. 283

Vasallus etsi nihil feudi absq; domini voluntate alienare poßit. Potest nihilominus cuipiam infeudare, vbi syncerè & sine fraude id fecerit. De his qui feu.da po.§.1.nu. 2. 2

Vasallus feudum aequali sine fraude & eadem lege infeudare potest. Si de feu fue. contro.c.beneficium.nu.1. 209

Vasallus def ens vel accusans dominum perdit suum feudum. Quae fuit prima cau. bene.amit. §.sed & qui.nu.2. 172

Vasallus domino de re feudali iustitiam denegãs ea destituetur. Quæ fuit prima cau. bene. amit. § item qui domino. nu 1. 170
Vasallus sciens periculum vel graue damnum domino immineret notificabit. Quæ fuit prima cau. bene. amit. §. præterea. nu. 1. & seq. 168
Vasallus feudum perdit si morbũ grauem incurrit. Epis. vel Abb. §. mutus. nu. 2. 41
Vasallus à lege vel homine si interpellatur congruo tempore arbitrio iudicis declarando potietur. Hic fi. lex §. ad hæc. nu. 1. 238
Vasallus feudum in ecclesiam quare allibellare non poßit. De alienatione feud. §. inde potest. nu. 1. 55
Vasallus in feu. potitur vtili dominio. De contro. inter vas. & alium de bene. c. vnico. nu. 4. 282
Vasallus ignoranter vxorem domini cognoscens, an feudo priuetur. Hic potest esse tit. c. vnico. nu. 5. 62
Vasallus feudo non priuatur, nisi coram paribus culpa probata. De mil. vasal qui contu. est. §. 1. nu 2. 157
Vasallus an feudum amittat si amicitiam cum domini hostibus contrahat. Qui. mo. feud. amit. §. item si fidelis. nu. 5. 28
Vasallus contra dominum leuans manum non tamen percutiens feudum perdit. Quæ fuit prima cau. bene. amit. §. porrò. nu. 7. 169
Vasallus liberè valens feudum alteri tradere an poßit proprietatem sibi vendicare. De feu. nõ hab. prop. na. feu c. vnico. nu. 6. 292
Vasallus post delictum effectus furiosus pro culpis præcedentibus feudo ciuiliter priuabitur. An ille qui inter se. fra. do. c. 1. nu. 5. 267
Vasallus nullam feudi partem quod est in vel extra curtem domini alienabit. Qui. mo feu. amit. §. item si quis. nu. 1. 135
Vasallus ligius vasallum non ligium alterius domino inuito an se facere poßit. Hic fini. lex. §. fi. nu. 8. 242
Vasallus poßidens rem feudalem domino debet restituere probanti se loco pignoris dedisse. De contro. inuest § similiter. nu. 1. 23
Vasallus & dominus eadem fide mutuo obligantur. De for. fi. c. vnico. nu. 5. 115
Vasallus hîc quæritur, an in feudo dominetur. De inuestit. de re. alien. fac. §. rei autem. nume. 5. 121
Vasallus rem feudalem à poßidente tanquam vtilis dominus vendicabit. De inuesti. de re. alie. fac. §. ei autem. nu. 1. & 4. 121
Vasallus ignoranter vxorem domini adulterans, & si concubinam, & si sponsam vel pedissequã an feu. priuetur. Qui. mo. feu. amit. §. item si fidelis. nu. 10. & seq. 29
Vasallus sine iuramento absoluitur, si per dñm nil probetur. De contro. inuest. § item si vasallus. nu. 4. 22
Vasallus quartus à quo prior dominus feudum vendicauit, an poßit de euictione agere aduersus tertium vasallum qui sibi infeudauit. De lege Cora §. similiter. nu. 6. 262
Vasallus parentibus & propinquis destitutus ad iurandum extraneos producet. De consue. rec. feu. §. & cùm datur. nu. 4. 254
Vasallus iniurijs à domino affectus ipsum prouocabit ad pugnam. De alie. feu. pater. c. non est. nu. 3. 272
Vasallus excommunicato domino fidelitatẽ præstare non tenetur. Hic fini. lex. §. 1. nu. 4. 234
Vasallus si mutus, cæcus vel surdus efficiatur, feudo statim priuabitur. An mutus, surd. vel aliter imperfec. c. vnico. nu. 7. 266
Vasallus vniuersitatis illam requisitus iuuabit. De probi. feu. alie. per Fede. § præterea Ducatus. nu. 6. 328
Vasallus fidelitatem domino iurans seipsum non excipiet. De probi. feu. alie. per Fe. § fi. num. 3. 336
Vasallus vasalli an teneatur seruire antiquiori domino. De controu. inuesti. §. rursus. nume. 5. 26
Vasallus feudum quando pignori obligare poßit. De aliena feud. §. inde potest. nume. 5. 55
Vasallus in controu. inuestituræ debet dominum & inuestitorem exprimere. De notis feud. § fi. nu. 2. 344
Vasallus vxorem domini ad peccatum inducens feudo priuandus. Qui. mo. feud. amit. §. item si fidelis. nu. 1. 2. & 7. 28
Vasallus sine domini voluntate qualiter poßit feudum refutare. De vasal. contra consti. Lotha. feu. alie. c. vnico. nu. 3. 268
Vasallus notoriè proditor an ipso iure feudo priuetur. Quo tempore miles. c. sancimus. nume. 5. 78
Vasallus feudum à libellario possessore recuperans illud non tanquam feudum, sed vt libellum tenebit. Quid iur. si post alie. feu. §. fi. nu 2. 285
Vasallus quando feudum suum alteri infeudare poßit. De controuer. inuest §. rursus. nume. 4. 26
Vasallus feudum absq; domini voluntate vendẽs an illud perdat ipso iure. De probi. feu. alie. §. callidis. nu. 4. 324
Vasallus brachijs iam abscißis an teneatur dominum iuuare prœliantem. Quib. mo. feu. amit. §. 1. nu. 5. 27
Vasallus feudum tanquam rectum tenens illud domino restituet, si ille se per Guardiam concessisse probet. De contro. inuest. §. item si vasallus. nu. 1. & 3. 21
Vasallus seruire an teneatur vbi causa euictionis vt pendens habetur. De inuesti. de re alie. fac. §. 1. nu. 5. 120
Vasallus minor 25. ann. inuestituram infra debitũ terminum non petens, vt læsus restituetur. De probi feu. alie. per Fe. § pterea si quis. nu. 2. 32
Vasallus probans se fouere ius in parte feudi possessi. in ea parte de qua est quæstio inter ipsum & dominũ obtinebit. De contro. inuesti. §. cùm autem. nu. 1. 20
Vasallus dominum priorem contra posteriorem iuuabit. Hîc fini. lex. § fi. nu. 10. 242
Vasallus fratrem domini in odium ipsius domini si occiderit feudum amittit. An ille qui inter se. fra. do. c. 1. nu. 2. 266
Vasallus dño denunciare debet litem sibi motam etiamsi ipse dominus hoc nõ ignoret. Si de feu. vasal. fue. interpel. c. vnico. nu. 8. 182
Vasallus si dominum insultauerit feudo priuabitur. Quib. mod. feud. amit. §. similiter. nume. 1. 30
Vasallus filium vel domesticum offendentẽ dominum satisfacere compellet. De probi. feud. alie. per Fe. §. insuper. nu. 1. 330
Vasallus legitimè probãs inuestituram à domino mittetur

mittetur in possessionem. De contro. inuesti. §. 1. nu. 1. 18
Vasallus an teneatur dominum iuuare contra patrem proprium filium fratres & etiam contra se. De for. fide. c. vnico. nu. 9. 116
Vasallus contra arbitratore de feudo non poterit litigare. De l. Cora. §. 2. nu. 5. 259
Vasallus tenens feudum, an debeat expressè consentire. Qui suc. tene. nu. 8. 18
Vasallus quando teneatur domino præstare viam per loca feudi. De controu. inuesti. §. si quis de manso nu. 6. 24
Vasallus feudum an vendicet à domino iniustè qui possidet. De inuesti. de re alie. fac. §. rei autem. nu. 6. 121
Vasallus domino proprijs expensis famulari an teneatur. De no for. fide. §. primo. nu. 7. 118
Vasallus vt culpa conuincatur quot testes exiguntur. De feud. sine cul. non amit. c. 1. num. 5. 70
Vasallus feudum alienans eodem priuabitur. De feud. sine cul. non amit. c. si quis miles. nume. 1. 71
Vasallus olim feu. partem alienare & totum poterat infeudare. Hodie neq; partem neq; totum poterit alienare. Quali. olim feud. po. alie. §. si verò. nu. 1. 125
Vasallus vasalli mei an sit vasallus meus. De probi. feu. alie. per Fede. §. illud quoque. nume. 3. 332
Vasallus domesticum offendentem dominũ duobus modis ad dominum deducet. De probi. feu. alie. per Fede. § insuper. nu. 7. 331
Vasallus feudum venditum à domino de manu emptoris reuocatum, an possit recuperare. De contro. inter dom. & empto. c. vnico. nu. 7. 281
Vasallus nõ ligius domino antiquiori citius quàm vltimo auxiliabitur. Hîc fini. lex. §. fina. nu. 3. 241
Vasallus dominum in prælio pugnantem si reliquerit feudo priuandus. Qui. mo. feu. amit. §. 1. nu. 1. 26
Vasallus plurium dominorum ex diuersis feudis priori etiam contra alios obligatur. De probi. feu. alie. per Fe. §. illud quoq; nu. 2. 332
Vasallus aliquo casu feudum potest infeudare, nec per hoc dicetur alienare. De probi. feud. alie. per Fed. §. illud quoq; nu. 1. 332
Vasallus de feudo inuestitus dominum compellet, vt ostendat sibi feudi limites. De probi. feud. alie. per Fe. §. illud quoq; nu. 6. 333
Vasallus dominum cucurbitans viuentem feudum perdet. De feu sine cul. non amit. c. si quis miles. nu. 2. 71
Et quid sit dicendum, si dominus est mortuus vxor remansit vidua.
Vasallus dominum interficiens, vel vulnerans, vel dominum obsidens, vel cucurbitans feudo priuatur. De feu. & benef. c. 1. nu. 1. 352
Vasasallus ordinem Hierosolymitanorum ingrediens feudo non priuatur. De mili. vasal. qui arma belli. depo. c. vnico. nu. 9. 156
Vasallus ob ignominiosum delictum à curia domini repulsus à feud. est repellendus. An ille qui interfe. fra. do. c. 1. nu. 7. 267
Vasallus fratrem domini non proditoriè occidens non perdet feudum. An ille qui interfe. fra. do. c. 1. nu. 1. 266
Vasallus qui feudum negauit penitere non valebit. Si de feu. fue. cõtro. c. vasall⁹. el. 1. nu. 6. 187
Vasallus à periurio si domino non liberauerit, non propterea feudum amittit. Si de feu. fue. contro. c. licet. nu. 4. 204
Vasallus in feudo vsufructuarium alium à se non statuet. De probi. feu. alie. per. Fe. c. 1. num. 13. 322
Vasallus permittens ius suum præscribi, si dominus illud auocauerit ipse vas. non recuperabit. Si de feu. fue. contro. c. si quis per triginta. nume. 5. 189
Vasallus inuito domino an possit renunciare feudo. De probi. feu. alie §. callidis. nu. 3. 324
Vasallus etiam de licentia domini amico nõ vendet ius feudi. De probi. feu. alie. c. 1. nu. 8. 322
Vasallus ob Feloniam à curia domini exclusus, quando sit feudo priuandus. An ille qui interfe. fra. do. c. 1. nu. 4. 267
Vasallus salutem domini præliantis proprie saluti an præponere debeat. Quib. mo. feud. amit. §. 1. nu. 6. 27
Vasallus domino aduersus patriam propriam opẽ non præstabit. Hîc fini. lex. §. fi. nu. 11. 24[illegible]
Vasallus ecclesiæ an & quomodo possit alienare feudum sine consensu Prælati. De his qui feu. da. po. §. 1. nu. 18. 5
Vasallus filio domini viuentis fidelitatem quando iurabit. De for. fi. c. vnico. nu 8. 116
Vasallus fideiubens pro domini accusatore priuabitur feudi iure. Quæ fuit prima causa benefi. amit § sed & qui. nu. 4. 172
Vasallus si feudum domino pignorauerit, an ipse dominus fructus lucretur. De feu. da. inui. leg. commis. c. 1. nu. 3. 89
Vasallus si absq; insidijs dominum offenderit, an puniatur. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. porrò. nu. 5. 169
Vasallus fidelitatem domino iurans propriam non adimet personam. Hîc finitur lex. § fi. nume. 7. 242
Vasallus quomodo dicatur feudum habere in domini curte. Quib. mod. feu. amit §. item si quis. nu. 2. & 5. 35
Vasallus domino per substitutum æque idoneum famulari potest. de probi. feud. alie. § firmiter. nu. 2. 327
Vasallus concubens cum sorore domini in ipsius domino priuatur feudo. Quib. mo. feu. amit. §. item si fidelis. nu. 3. 28
Vasallus possessionem feudi non assequetur inuestitura verbali. De contro. inuestitu. §. 1. nu. 5. 19
Vasallus vasalli mei an sit vasallus meus. De cõtro. inuest. §. rursus. nu. 6. 26
Vasallus dominum quando sequatur ad bellum. Quib. mod. feu. amit. §. 1. nume. 18. 27
Vasallus fidelitatem omnibus domini hæredibus polliceri debet. Si de feu. fue. controu. c. omnes filij. nu. 6. 191
Vasallus feudum vel illius conditionem negans mendacij conuictus ipso priuatur. Si de feud. fue. contro. c. vasallus. el. 1. nu. 1. & 3. 186
Vasallus in vna feudi parte ius habens præsumitur & in alia habere. De controu. inuest. §. cùm autem. nu. 2. 20
Vasallus sine consensu domini, nullã feudi partẽ, quod est in vel extra curtem domini alienabit. Fallit vt ibi. Quibus mod. feud. amit. §. item si quis. sub nu. 1. 35

Vasallus non

Vasallus non potest disponere, vt vnus filiorum suorum habeat duas partes in feudo, alter verò tertiam. De succes. feu. sub nu. 1. 44
Vasallus vtrum marito, an verò vxori simul ægenti teneatur seruire. An maritus succ. vxo. c. vnico. sub nu. 4. 61
Vasallus iterum à domino, quē culpauit inuestitus, an ex dicta culpa possit in hoc priuari. De feu. sine culpa non amit. §. sancimus. sub nu. 4. 70
Vasallus non potest declinare iurisdictionē, neq; partes litigantes de cōmuni consensu possunt dominum dimittere. De inuest. inter mari. fac. §. illud tamen sub nu. 1. 145
Vasallus probans plenè suam intentionem in causa principali, an Episcopus successor, si cōdemnandus huic vasallo, ad istam annuam præstationem. De contro. inter vasal. & Epis. c. vnico. sub nu 7. 154
Vasallus ad instantiam domini citari debet. De milite vasallo qui contumax est. §. 1. nu. 1. 156
Vasallus trina citatione vocatus non comparens, feudi possessione priuandus. Ibidem nu. 6. 157
Vasallus religionem intrans, an dominus, an verò agnatus in feudo præferatur. De milite vas. qui arma bellica deposuit. §. 1. nu. 5. 155
Vasallus an possit agere contra dominum spoliantem tertium, qui spoliauit vasallum. De mili. vasal. qui contu. est. §. si verò. sub nu. 9. 161
Vasallus succubuens in iudicio spoliationis, an postea debeat audiri, si velit agere actione directa. Ibidem §. si verò. sub nu. 11. 161
Vasallus cadens à possessione, an possit dictam rem venditare. Si de feud. fue. contro. § si quis. sub nu. 4. 188
Vasallus sicut præscribit rem sibi datam in feudū, ita econtrà dominus præscribit ius petendi seruitium. Ibidem in § si quis. sub nu. 5. 189
Vasallus Clericus suscipiens ordines minores an amittat feudum. Si de feud fue. controu. §. qui Clericus. sub nu. 4. 190
Vasallus volens alienare feudum, an teneatur petere licentiam ab omnibus hæredibus domini. Si de feu. fue. contro. §. omnes filij sub nu. 6. 192
Vasalli an possint diuidi inter numeros dominos. Ibidem in d. § omnes filij. sub nu. 11. 192
Vasallus alienans feudum, an remaneat vasallus, si propter pactum feudum à domino non potest reuocari. Si de feu. vasal. fue. interpellatus. §. 1. sub nu. 7. 182
Vasallo qualiter succurratur, si tantùm pars feudi sit euicta. Ibidem in d §. 1. sub nu. 10. 182
Vasallus propter inuestituram ex iusta causa non petitam, à priuationis pœna excusatur. Quo temp. miles. §. 1. nu. 4. 72
Vasallus qui cecidit à vacua possessione, an possit eam iterum à domino recuperare. Si de feu. fue. controuer. §. si facta sub nu. 7. 202
Vasallus recusans præstare seruitia, nunquā præscribit contra dominū. Si de feu. fue. contro §. licet vasallus. sub nu. 1. 204
Vasallus domino se offerre quando debeat. Si de feu. fue. contro. §. licet vasallus. sub nu 1. 204
Vasallo viuente excluduntur agnati. Ibidem in d. §. si vasallus. nu. 5. 111
Vasallus quot modis & qualiter priuetur iure suo ad hoc, vt ex eo possit percipi similiter, qualiter dominus possit priuari proprietate feudi.
Si de feu. fue. contro. §. domino. sub nu. 6. 212
Vasallus obligatus dare militem domino in omni guerra, an teneatur dare, si ipsemet est in guerra cum domino. Hîc fini. lex. §. fi. sub nu. 4. 241
Vasallus an possit esse testis contra dominum. De consuet. rect. feu. §. & cùm datur sub nu. 2. 253
Vasallus an possit in infinitum infeudare, vel an solùm vsq; ad tertiam personam. De lege Cora. §. similiter. sub nu. 2. 261
Vasallus occidens proditoriè filium fratris domini, vel filium fratris sui, an amittat feudum. An ille qui interfe. fra. domini. §. 1. sub num. 5. 267
Vasallus delinquens habeat duos dominos, quorum alter vult sibi remittere delictum, alter verò non, quid iuris sit. De vasallo contra cōstitut. Loth. §. 1. sub nu. 4. 269
Vasallus infeudans alteri, si postea idem feudum refutauit domino, an præiudicet illi, cui iam infeudauerat. De alie. feu. pater §. 1. sub nu. 5. 270
Vasallus an teneatur dominum adiuuare contra se. De alie. feu. pater §. si à morte sub nu. 4. 273
Vasallus ecclesiasticus an possit de suo feudo infeudare. De capitulis Coradi. §. præterea. sub num. 3. 275
Vasallus infeudando alteri, an possit capere precium. Ibidem sub nu. 4. 275
Vasallus an possit repudiare feudum in præiudicium filij. An agna. vel filius possit repud. feu. §. si contigerit. sub nu. 10. 288
Vasallus an possit refutare feudū ad certum seruitium datum inuito domin. De ca. qui curiam vendidit. §. similiter. el. 4. sub nu. 2. 300
Vasallus alienans feudum cum voluntate domini, an incidat in pœnam legis. De prohibita feud. alie. per Loth. §. 1. sub nu. 6. 302
Vasallus alienans feudum sine voluntate domini, si illud recuperauit, an euitet pœnam amissionis ipsius feudi. De probi. feu. alie. per Fe. §. 1. sub nu. 5. 321
Vasallus non habens descendentes, vel agnatos, an possit disponere. De re feudali in suo testamento extraneis ita, vt dominus teneatur inuestire talem legatarium. Ibidem in d. §. 1. sub nu. 5. 321
Vasalli litigantes, an possint consentire in alium iudicem, quàm dominum in causa feudali. De probi. feu. alie. per Fe. in §. præterea. sub nu. 4. 334
Vasallus potestas existens ciuitatis domino de crimine accusato iusticiam denegans non acceptando ipsius fideiussiones. feudum amittet. Quæ fuit prima cau. benef. amit. §. item qui. nu. 4. 170
Vasallus in personam domini insultum faciens, feudum perdet. Quæ fuit pri. caus. benef. amit. §. porrò si. nu. 1. 169
Vasallus cum Hostilus domini amicitiam contrahens feudo priuandus. Ibidem. §. porrò si. nu. 2. 169
Vasallus animose defendendi morti domini insidiatus, feu. non est priuandus. Ibidem §. porrò si. nu. 4. 169
Vasallus si absq; insidijs dominum offenderit, an puniatur. Ibidem § porrò si nu. 5. 169
Vasallus per alium verberans dominum feudo priuatur. Ibidem § porrò si. nu. 6. 169
Vasallus dominum se occisurum iurans, si vltrà non præ-

non processerit, feudo non priuatur. Ibidem §. porrò si. nu. 9. 179
Vasallus scienter negans qualitatem feudi, perdit totum feudum. Si de feu. fue. contro. §. vasallus si. nu. 3. 186
Vasallus ad certa seruitia obligatus, an ratione precij. De Capita. qui cur. ven. §. similiter. nume. 1. 300
Vasallus in feudo potitur vtili dominio. De controuer. inter vasallum & alium de beneficio. §. si causa. nu. 4. 282
Vasallus an teneatur dominum egenum alere. De notis feu. §. notandum. sub nu. 2. 341
Vasallus an teneatur dare feudum præscriptum. De prohi. feu. alie. per Fe. §. insuper. sub nu. 6. 333
Vectigal imponi vt possit, quæ requirantur. Quæ sint regaliæ. §. 1. sub nu. 3. 337
Vectigalia an possint præscribi. Ibidem in d. §. 1.
Venatio in agris ad animalia periculosa permissa est, ad cætera autem prohibita. De pace te. §. nemo. nu. 1. 229
Venari cum armis an sit licitum. De pace tenen. §. nemo. sub nu. 1. 229
Vendere non cogar frumentum tempore caristiæ quod mihi est neces. De pa. tenen. §. post natale. nu. 5. 227
Vendere si quis cogatur precium iustam ei statuetur. De pace tenen §. post natale. nu. 2. 227
Vendens omnes possessiones, quas habebat in castris, non videtur vendere iurisdictiones, quas ibi habebat ratione personæ, secùs si ratione rerum. De capit. qui cur. ven. §. 1. sub nu. 4. 287
Vendens prædia cum omnibus suis iuribus, quæ ibi habet, an videatur vendidisse iura colligendi passagium. Ibidem.
Vendere mutus an quis possit compelli. De pace tenen. §. post natale. sub nu. 3. 227
Venditio feudi sine licentia domini banniti facta an valeat. Hic finitur lex. §. 1. nu. 10. 234
Venditio generalis quod specialiter non venderetur non includit. Si de feud. fue. contro. c. in generali. nu. 1. 206
Venditionis nomine omnis contractus alienationis comprehenditur. De contro. inter dom. & emp. feu. c. vnico. nu. 4. 280
Venditor mēsuram si fraudauerit, vt pacis turbator pœnam subibit. De pace tenen §. post natale. nu. 5. 227
Venditio facta cum pacto, si ad certū tempus rem integraliter non solueris, quòd tunc rem venditam debeas retinere in feudum, an tale pactū valeat. Et quid sit dicendum in fideiussore, cū quo tale pactum factum est. De feudo dato in vicem leg. commis. §. 1. sub nu. 2. 87
Venditio facta cum pacto, vt liceat mihi rem pignoratam reemere post quinquennium, & non ante eodem precio, an iste contractus sit & censeatur validus, vel vsurarius. Ibidem in d. §. 1.
Verba saluo iure meo & filiorum & agnatorum in venditione feudi apposita quid operentur. De prohi. feu. alie. per Fe. §. 1. sub nu. 15. 323
Verba, concedo tibi rem in emphiteosin, & cuicunq; dederis, important personam extraneam. Si de feu. fue. contro. §. feudum. sub nu. 2. 213
Verba legis in feudali materia impropriari possunt. De benef. frā. c. vnico. nu. 2. 68
Veritatem dicere qui non vult, nocere desiderat. Si de inuest. inter do. & vasal. lis oria. §. 1. sub nu. 4. 82
Viator an possit portare arma. De pace tenen. §. mercator. sub nu. 1. 228
Via publica quæ sit. Quæ sint regaliæ. §. 1. sub nume. 1. 337
Victualia pro duplici status terrarum & populorum tuitione quolibet anno taxanda. De pace tenen. §. post natale. nu. 1. 227
Violator pacis particularium personarum, an sit puniendus. De pace tenen. §. si quis alium. rume. 6. 218
Violator pacis & recuperator eandem frangentis similem pœnam subibunt. De pace tenen. §. si quis aliquem. nu. 2. 220
Violatores pacis non capiens si potuit, sed dimisit eum ire, an puniatur. Et quid sit dicendum, si eis fauet ad fugam. De pace iura. fir. §. receptatoribus. sub nu. 2. 312
Virga virilis diminuta non impedit à successione feudi. An mutus, surdus vel aliter imperfec. c. vnico. nu. 9. 266
Vis coacta quando intelligatur facta. De pace iura. fir. §. item sacramenta. sub nu. 3. 315
Vniuersitas an debeat priuari feudo, propter delictum hominis priuati in ista vniuersitate. De prohi. feu. alie. per Fe. §. præterea. sub num. 6. 328
Vniuersitas non priuabitur feudo, si administrator eius nō petijt inuestituram à domino, à quo vniuersitas feudum tenebat. De capi. Cora. §. hæc sunt. sub nu. 4. 274
Voluntarium in initio quandoq; necessarium fit ex postfacto. De nat. feu. c. vnico. num. 3. 43
Voluntas an & quando pro ratione sufficiat. De his qui feu. da. po. §. hoc autem. nu. 6. 10
Voluntas domini in contractu feudali adhibita, facit ipsum contractum extendi & non resolui. De alie. feu. §. & si. sub nu. 1. 56
Vsurpatum verbū, in bona quandoq; & nonnunquam in mala sumitur parte. De alie. feud. §. in feu. nu. 4. 57
Vulnerans tantùm, an poterit probare se vulnerasse animo se defendendi. De pace tenen. §. 1. sub nu. 12. 215
Vulnerans animo se defendendi excusatur, aliter autem punietur. De pa. tenen. §. si quis alium. nu. 2. 216
Vulneranti vel vulnerato an incumbat probatio. De pace tenen. §. si quis alium. nu. 5. 218
Vulneranti voluntariè tempore pacis manus abscindetur. De pace tenen. §. si quis alium. nu. 1. & nu. 4. 218
Vulneratus mortiferè quis dicatur. Qui. mo. feu. amit. §. 1. nu. 8. & 9. 27
Vxor et si cæteris bonis mariti partem quæret, non tamen in feudalibus. De inuest. de re alie. fact. §. quamuis enim. nu. 2. & 5. 123
Vxor marito non succedet in feudo. De inuestit. quam Titius acce. à Sempro. capi. vnico. nu. 3. 142
Vxor vasalli defuncti seruitium causa feudi debitum non incongruè præstabit. De feu. & benef. c. si cui militi. nu. 1. 352

FINIS.

EXPRESSVM FRANCOFVRTI AD MOENVM PER MARTINVM LECHLER, IMPENSIS HIERONYMI FEYERABEND.



ANNO M. D. LXX.

est: Translata est gloria dei ab Israel, eo quod capta esset arca Dei.

¶

Petite, et dabitur vobis: quærite, et inuenietis: pulsate, et aperietur vobis. Oĩs enim qui petit accipit: & qui quærit inuenit: et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nũquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit: nũquid serpentem porriget ei? Si ergo vos quum sitis mali: nostis bona data dare filiis vestris, quãto magis pater vester, qui in cœlis est: dabit bona petentibus se? Omnia ergo quæcũque vultis vt faciãt vobis homines: ita et vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetę. Intrate per angustam portam: quia lata porta, et spaciosa via est, quę ducit ad perditionem et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & arcta via est, quæ ducit ad vitam: et pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite a falsis prophetis, qui veniũt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi

¶ Secundũ Matthæum Lectio secunda.

Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. Et accesserũt ad eum discipuli eius, & suscitauerũt eum dicentes: Domine salua nos perimus. Et dicit eis Jesus: Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicẽtes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei?

Et quum venisset Jesus trãs fretum in regionem Gerasenorum, occurrerũt ei duo habẽtes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamauerunt dicẽtes: Quid nobis & tibi Jesu fili dei? Venisti huc ante tẽpus torquere nos? Erat autem non longe ab illis grex multorũ porcorum pascẽs. Dæmones autem rogabãt eum, dicẽtes Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregẽ porcorum, & ait illis: Ite. At illi exeũtes, abierũt in porcos, & ecce magno ĩpetu abiit totus grex per pceps in mare, & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem, nunciauerunt hęc omnia, & de iis qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Jesu. Et viso eo, rogabãt eum vt transiret a finibus eorum.

Et ascendens Jesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et quum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, Surge & ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata, (tunc ait paralytico) Surge, tolle lectũ tuum, & vade in domũ tuam. Et surrexit, & abiit in domum suam. Uidẽtes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talẽ hominibus.

¶ Feria quarta, ex primo Regum Cap. 6. ...

Fuit ergo arca dñi in regione Philisthinorum septem mensibus. Et vocauerũt Philisthiim sacerdotes & diuinos, dicentes: Quid faciemus de arca domini? indicate nobis quõ remittamus eam in locum suum. Qui di[xerũ]t: Si remittitis arcã d[ei] Israel, nolite dimittere eam vacuam: sed quod [hab]etis reddite ei pro pe[ccat]o, & tunc curabimini, & [sci]etis quare non recedat [ma]nus eius a vobis. Qui di[xer]ũt: Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderũtque illi: Juxta numerũm prouinciarũ Philisthinorum quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis & satrapis vestris. Facietisque similitudines anorum vestrorũ, & similitudines murium qui demoliti sunt terram, & dabitis deo Israel gloriam: si forte releuet manum suam a vobis, & a diis vestris, & a terra vestra. Quare aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Egyptus, & Pharao cor suum? nonne postquã percussus est, tunc dimisit eos, & ab[ierunt]? ... arripite ... nouum ... cas fœtas ... impositum ... te in plau[strum] vitulos ea[rum] ... letisque arca[m] ... neis in pla[ustro] aurea quæ ... delicto, pon[etis] ... lam ad latus ... tite eam vt v[adat] ... cietis, & si qui[dem] ... finium suoru[m] ... contra Betsa[mes] ... cit nobis hoc ... de, sin autem ... mus quia neq[uaquam ma]nus eius tetig[it nos, sed] casu accidit. Fec[erunt er]go illi hoc modo ... tes duas vaccas ... bant vitulos: in ... ad plaustrum, vi[tulos] earum concluserũ[t] ... Et posuerunt arc[am] super plaustrum, & ... lam quæ habebat ... aureos & similitudi[nes mu]rum. Ibant autem ... ctum vaccę per viam ... ducit Bethsames, & i[tine]re vno gradiebantur ... gentes & mugientes, & ... declinabant neque ad ... xteram neque ad sinistram. Sed & satrapæ Philisth[iim] sequebãtur vsque ad te[r]minos Bethsames.

labit corã Christo meo, cunctis diebus. Futurũ est autẽ, vt quicunque remanserit in domo tua, veniat & oretur pro eo, vt offerat nummũ argenteum et tortã panis dicatque: Dimitte me obsecro, ad vnã partem sacerdotalẽ, vt comedam buccellam panis.

¶ Secundũ Matthæũ. Lectio secunda.

Esto consentiens aduersario tuo cito, dũ es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerẽ mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimũ quadrantem.

¶ Audistis quia dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico [vo]bis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupi[scendum] ... vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.

Dictum est autẽ: Quicunque di[m]iserit vxorem suam, det illi libellum repudii. Ego autẽ dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, nõ iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Jerosolymam, quia ciuitas est magni regis: neque per caput tuum iuraueris: quia non potes vnum capillum album fa[cere]

bitis in regnum cœlorũ. Audistis quia dictũ est antiquis: Nõ occides: qui autem occiderit: reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis, quia oĩs qui irascitur fratri suo: reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo, raca, reus erit cõcilio, qui autẽ dixerit, fatue: reus erit gehẽnę ignis Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum, ante altare & vade, prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniẽs, offer munus tuum.

¶ ...

Uenit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eũ: Hæc dicit dominus: Nũquid non apertus reuelatus sum domui patris tui cum esset in Egypto in do[mo] ... retur in templo, & magis honorasti filios tuos q̃ me, vt comederetis primitias omnis sacrificii Israel populi mei? Propterea ait dominus deus Israel: Loquens locutus sum, domus tua, et domus patris tui ministraret in conspectu meo, vsque in sempiternum. Nunc autem ... dicit dominus: Absit hoc a me sed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum qui autẽ contemnunt me, erũt ignobiles. Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, et brachiũ domus patris tui, vt non sit se[nex in domo tua] ... Et v[idebis] ... tuum, in templo ... uersis prosperis Israel, & non erit senex in domo tua omnibus diebus ... runtamen non auferam ... ex te ab al[tari] ... sed vt defici[ant] ...

...atur in tenebras exte...
...tes, ibi erit fletus & stri...
...dentium. Et dixit Je...
Centurioni: Vade, & si...
credidisti fiat tibi. Et...
...atus est puer ex illa ho...
Et quum venisset
Jesus in domum Petri, vi...
...rum eius iacentem
...citantem, & tetigit
...eius, & dimisit eam
& surrexit & mini...
...eis. Vespere au...
...to, obtulerunt ei mul...
...monia habentes, &
...spiritus verbo, &
...male habentes cu...
...t adimpleretur quod
...a est per Isaiam pro...
...dicentem: Ipse in...
firmitates nostras accepit
& ægrotationes nostras por...
tavit. Videns autem Je...
sus turbas multas circum
se, iussit discipulos ire trans
fretum. Et accedens vnus
scriba, ait illi: Magister,
sequar te quocunque ieris.
Et dicit ei Jesus: Vulpes
foveas habent, & volucres
cœli nidos: filius autem ho...
minis non habet vbi ca...
put suum reclinet. Alius
autem de discipulis eius ait
illi: Domine, permitte me
primum ire & sepelire pa...
trem meum. Jesus autem
ait illi: Sequere me, &
dimitte mortuos sepelire
mortuos suos.

...ferunt? ... & facite pla... ...num, & dux... ...quibus non... ...iugum... ...Amen dico vobis, ...ueni tantam fidem ...ael. Dico autem vobis ...multi ab oriente & ...cidente venient, & recum... ...ent cum Abraham & Isa... ...c & Jacob in regno cœlo... ...um: filii autem regni eius

Z 5

Et quum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in teloneo, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eum. Et factum est: discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Jesu & discipulis eius. Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? At Jesus audiens, ait: Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. Euntes autem discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Feria quinta. Ex ... Lectio ...

Porro Bethsamitæ metebant triticum in valle, & elevantes oculos suos, viderunt arcam, & gavisi sunt quum vidissent. Et plaustrum venit in agrum Josue Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus & conciderunt ligna plaustri, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino. Levitæ autem deposuerunt arcam dei, & capsellam quæ erat iuxta eam in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidem grandem. Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolaverunt victimas in die illa Domino. Et quinque satrapæ Philisthinorum viderunt, & reversi sunt in Accaron in die illa. Hi sunt autem ani aurei quos reddiderunt Philisthim pro delicto, Domino: Azotus vnum, Gaza vnum, Ascalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum: & mures aureos secundum numerum vrbium Philisthiim quinque provinciarum, ab vrbe murata vsque ad villam quæ erat absque muro, & vsque ad Abel magnum, super quem posuerunt arcam domini quæ erat vsque in die illa in agro Josue Bethsamitis. Percussit autem dominus de viris Bethsamitibus, eo quod vidissent arcam domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta milia plebis. Luxitque populus, eo quod dominus percussisset plebem plaga magna. Et dixerunt viri Bethsamitæ: Quis poterit stare in conspectu domini Dei sancti huius? & ad quem ascendet a nobis? Miseruntque nuntios ad habitatores Cariathiarim, dicentes: Reduxerunt Philisthiim arcam domini, descendite,

pro eo? Et non audierunt vocem patris sui, quia voluit Dominus occidere eos. Puer autem Samuel proficiebat atque crescebat, & placebat tam Deo quam hominibus.

Sequentia sancti Evangelii secundum Matthæum. Cap. 5. Lectio secunda.

Videns autem Jesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. ... quoniam ip... ...beati ... ...ipsi ...qui ...itia, ...buntur. Beati ...ores, quoniam ipsi ...sequentur. ... Beati paci...

sic enim persequuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi, supra montem posita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum & terra, iota vnum aut vnus ... non ...

in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, & quicunque te angariaverit, mille passus vade cum illo, & alia duo. Qui autem petit a te, da ei, & volenti mutuare a te, ne avertaris. Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos vt sitis filii patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt?

Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligaverant nec poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo domini, vbi erat arca dei. Et vocavit dominus Samuel. Qui respondens, ait: Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, et dixit: Ecce ego, vocasti enim me. Qui dixit: Non vocavi, revertere, & dormi. Et abiit, et dormivit. Et adiecit dominus rursum vocare Samuelem. Consurgensque Samuel abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego, quia vocasti me: Qui respondit: Non vocavi te fili mi, revertere, & dormi. Porro Samuel necdum sciebat dominum, nec revelatus fuerat ei sermo domini. Et adiecit Dominus, et vocavit adhuc Samuelem ...

48

[illegible]otus. Defe[illegible]

76




calibrite
colorchecker CLASSIC
mm